SHL
WITHDRAWN



UNIVERSITY OF LONDON
LIBRARY

[S] 016.282 [Hunter]

NOMENCLATOR LITERARIUS

THEOLOGIAE CATHOLICAE

THEOLOGOS EXHIBENS

AETATE, NATIONE, DISCIPLINIS

DISTINCTOS.

TOMUS IV.

EDIDIT ET COMMENTARIIS AUXIT

H. HURTER S. J.

S. THEOLOG. ET PHILOS. DOCTOR, EJUSDEM S. THEOLOG. IN C. R. UNIVERSITATE OENIPONTANA PROFESSOR P. O. HON.

CUM APPROBATIONE CELSISSIMI ET REVERENDISSIMI EPISCOPI BRIXINENSIS ET FACULTATE SUPERIORUM.

EDITIO TERTIA PLURIMUM AUCTA ET EMENDATA.

OENIPONTE.

LIBRARIA ACADEMICA WAGNERIANA.

1910.

THEOLOGIAE CATHOLICAE

AETAS RECENS

SECULUM SECUNDUM

POST CELEBRATUM CONCILIUM TRIDENTINUM

AB ANNO 1664 — 1763.

CUM APPROBATIONE CELSISSIMI ET REVERENDISSIMI EPISCOPI BRIXINENSIS
ET FACULTATE SUPERIORUM.

EDITIO TERTIA PLURIMUM AUCTA ET EMENDATA.

OENIPONTE.
LIBRARIA ACADEMICA WAGNERIANA.
1910.

192161

BIBL.
LONDIN.
UNIV.

Prospectus tomi IV.

I. Theologia annorum 1664—80 1—317

1. Theologia scholastica 1—54.
in Hispania 1
Italia 15
Anglia et Hibernia 30
Gallia 33
Belgio 47
Germania 51

II. Theologia posit. et polemica 53—130
in Gallia 53
Belgio 79
Anglia et Hibernia 91
Germania 192
Polonia 111
Hispania 114
Italia 115

III. Disciplinae ad ss. literas spectantes 129—156
Isagogicae 129
Exegesis 139

IV. Patrologia 157—169

V. Historia ecclesiastica 168—250
Quaestiones chronologicae 168
Historia ecclesiae universalis 173
Vitae rom. pontificum 181
Conciliorum acta 184
Acta legatorum pontificiorum 196
Historia ecclesiarum particularium 197
Historia missionum 210
Historia ordinum 213
Quaestiones historicae 219
Hagiographia 239
Haereseologia 243
Archaeologia 244
Histora literaria 246

VI. Theologia practica 249—316
Romani pontifices 249
Jus canonicum 253
Theologia moralis 269
Controversiae de probabilismo 282
Argumenta specialia ex theologia morali 291
Theologia pastoralis 300
Casus conscientiae 304
Liturgia 306
Ascesis 312
Concionatores 314

II. Theologia annorum 1681—1700 317—640

I. Theologia scholastica 317—374
in Gallia 317
Belgio 325
Germania et Helvetia 332
Polonia 342
Italia 343
Hispania 358

II. Theologia pos. et polemica 373—456
in Hispania 373
Italia 381
Polonia 303
Germania et Helvetia 296
Anglia et Hibernia 404
Belgio 408
Gallia 416

III. Disciplinae ad ss. literas spectantes 456—478

IV. Patrologia 477—500

V. Historia ecclesiastica 499—576
Disciplinae isagogicae 499
Historia eccles. universalis 504
Vitae rom. pontificum 517
Haereseologia 519
Conciliorum acta 521
Historia eccles. particularis 533
Argumenta specialia 549
Historia ordinum religiosorum 554
Historia missionum 559
Archaeologia christiana 564
Hagiographi 568
Historia literaria 573

VI. Theologia practica 575—640
Romani pontifices 575
Jus canonicum 578
Theologia moralis 597
De Probabilismo 611

Argumenta specialia 617
Theologia pastoralis 626
Casus conscientiae 633
De sacris ritibus 635
Concionatores et ascetae 635

III. Theologia aneorum 1701—1720 641—994

I. Theologia scholastica 641—686
in Germania 642
Hungaria 651
Hibernia 651
Belgio 651
Gallia 653
Hispania 667
Italia 677

II. Theologia positiva et pol. 685—780
in Italia 685
Lusitania 696
Hibernia et Anglia 697
Hungaria 701
Germania 704
Belgio 716
Gallia 725
Ab orientalibus theologis exculta 779

III. Disciplinae ad ss. literas spectantes 779—820
Disciplinae isagogicae 779
Exegesis 806

IV. Patrologia 819—854

V. Historia ecclesiastica 855—930
Disciplinae isagogicae 855
Historia eccles. universalis 887
Gesta rom. pontificum 891
Coociliorum acta 891
Historia eccles. specialis 393
Historia missionum 900
Historia ordinum religios. 903
Hagiographi 913
Haereseologia 921
Archaeologia 928

VI. Theologia practica 929—994
Jus canonicum 929
Theologia moralis 941
de Probabilismo 951
Argumenta specialis 960
Theologia pastoralis 967
Casus conscientiae 970
Liturgia sacra 972
Ascesis 985
Concionatores 989

IV. Theologia annorum 1721—1740 995—1238

I. Theologia scholastica 995—1030
in Italia 995
Polonia 999
Belgio 999
Gallia 1003
Germania 1006
Hispania 1014
Hibernia 1028

II. Theologia pos. et polem. 1029—1114
in Hispania 1029
Italia 1032
Germania 1043
Hungaria et Polonia 1051
Anglia et Hibernia 1055
Belgio 1059
Gallia 1073

III. Disciplinae ad ss. literas spectantes 1115—1140
Disciplinae isagogicae 1115
Exegesis 1123

IV. Patrologia 1139—1164

V. Historia ecclesiastica 1163—1268
Discipline isagogicae 1163
Historia Ecclesiae univers. 1171
Rom. pontificum gesta 1190
Conciliorum acta 1196
Historia eccl. particularium 1207
Historia ordinum 1234
Historia missionum 1243
Hagiographi 1246
Haereseologia 1252
Archaeologia 1254
Historia literaria 1261

VI. Theologia practica 1267—1328
Romani Pontifices 1267
Jus canonicum 1271
Theologia moralis 1294
Argumenta specialia 1298
Theologia pastoralis 1309
Conscientiae casus 1312
Liturgia 1313
Ascesis 1324

V. Theologia annorum 1741—1763 1329—1666

I. Theologia scholastica 1329—1362
Philosophia 1329
Theol. scholastica in Germania 1331
in Hibernia 1346
Belgio 1346
Hispania 1349
Gallia 1351
Italia 1353

II. Theologia positiva et polemica 1363—1408
in Italia 1363
Anglia et Hibernia 1372
Polonia et Hungaria 1374
Germania 1376
Gallia 1386

III. Disciplinae ad ss. literas spectantes 1407—1442
Disciplinae isagogicae 1407
Exegesis 1418

IV. Patrologia 1443—1472.

V. Historia ecclesiastica 1472—1596
Antiquitatis studium 1472
Historia Ecclesiae univ. 1503
Gesta rom. pontificum 1511
Historia ecclesiarum particularium 1516
Historia ordinum 1544
Historia missionum 1560
Hagiographia 1563
Haeresiologia 1570
Archaeologia 1572
Historia literaria 1577
Numismatica et Diplomat. 1590

VI. Theologia practica 1595—1666
Romanus Pontifex 1595
Jus canonicum 1602
Theologia moralis 1624
de Probabilismo 1638
Argumenta specialia 1641
Theologia pastoralis 1646
Casus 1649
Liturgia 1650
Ascesis 1659
Concionatores 1661

Tabulae chronologicae theologorum ab a. 1664 — 1763 secundum *disciplinas* dispositae 1567

Tabulae chronologicae theologorum ab a. 1664 — 1763 secundum *nationes* dispositae 1803

Index theologorum 1939
Index rerum 2021.

I.

Theologi annorum 1664—1680.

I. Theologia scholastica.

1. Alterum post celebratum concilium tridentinum theologiae scholasticae seculum haud paucioribus forte ornatur viris aeque doctis et claris atque praecedens, adeo ut et illud possit adhuc *aureis* adnumerari. Quod si quaeras cuinam nationi palma sit danda, *hispanae* illam deberi omnia suadent. Nam et in hac brevi periodo, quam modo descripturi sumus, ipsa iterum pluribus iisque insignibus theologis merito gloriatur. Horum aliqui theologiae cursum concinarunt. Ita Rodericus de Arriaga [1]) S. J., patria Lucroniensis, nobili genere natus 27. Jan. 1592. Philosophiam magno plausu docuit Vallisoleti, et theologiam Salmanticae exorsus mox Pragam translatus est (1624), ut altioribus studiis ibidem suppetias ferret. Theologiam scholasticam 13 annis in collegio s. Clementis professus est; annis 12 cancellarium illius universitatis egit et 20 a. generalis studiorum praefecti munere functus est magna doctrinae ac nominis claritudine. Non tamen minor ei laus a virtutibus religiosis quam a doctrina solida fuit. Orationis apprime amans complures per diem horas ei sancte impendit, vel in itineribus. Domi nunquam fere visus est aliud agere, quam vel studere vel orare. Obiit hic „vir omnium judicio ob subtilitatem ingenii, doctrinae praestantiam et virtutis commendationem inter prima societatis Jesu lumina collocandus [1])“, Pragae 7. Jun. 1667. Edidit praeter *cursum philophicum* [2]) Antwerpiae 1632 in f.,

[1]) Alius a Paulo Josepho Arriaga S. J. viro vere sancto († 1622), cujus inter alia exstant *Rhetoris christiani partes VII*, Lugduni 1619 in 12.

[1]) Cf. Sotvellus, Scriptores Soc. Jesu; Sommervogel I, 578—81; N. Antonius II, 260, ubi inter alia scribit: „Ea autem excellentis virtutis fama reliquos omnes studiorum merito in provincia conspicuos anteibat, ut vivus praesensque audire a vulgo meruerit, Pragam urbem et Arriagam res duas esse in regno Bohemiae nobilissimas et inaestimabiles.“ Backer I², 293: Arriaga est un des plus subtils scholastiques qu'il y ait. Cf praeterea Buddeum Isagoge historicotheol. p. 140; Werner, der h. Thomas von Aquin III, 140; Geschichte der Theol. p. 49; d. Biogr. 1, 609; Feller I, 277.

[2]) Praeter tot alios, qui de *philosophia* meruerunt, quorum passim in hoc nostro

Lutetiae Parisiorum 1637; 1669; Lugduni 1644; 1653; 1669, editio aucta; *disputationes theologicas* in Summam s. Thomae seu cursum theologicum t. 8 in f. (rarissimum), scil. 1. de Deo uno et trino, Antwerpiae 1643 in f; 2. de angelis, de opere sex dierum, de ultimo fine hominis, ib.; 3. de actibus humanis, de passionibus animae, de habitibus et virtutibus, de vitiis et peccatis, ib. 1644; 4. de legibus, de divina gratia, de justificatione et merito, ib.; 5. de virtutibus theologicis, de virtutibus cardinalibus, ib. 1649; 6. de incarnatione divini Verbi, ib. 1650; 7. de sacramentis in genere et de eucharistia, ib. 1655; 8. de sacramentis poenitentiae, extremae unctionis et ordinis, ib. 1655; Lugduni 1644—1659. Restabat 9. de jure et justitia, quem dum in chartulis per particulas composuit, mercede coelesti donandus obiit. Eminet Arriaga in suis operibus ingenii subtilitate, subinde forte nimia, sagacitate ac profunda speculatione; theologiam tamen positivam nonnihil neglexit, controversias cum protestantibus non attingit, et prae solicitudine tuendae suae sententiae prolixitate lectores obruit.

2. Dominicus a s. Thoma O. Praed. Olisiponensis, facundus concionator († 1671) concinnavit *Summam theologiae* seu *tirocinium* theologiae, Olisipone 1670 ss. v. 6. in f. Complectitur illud totam theologiam tum speculatricem, tum moralem. Cogitaverat illud in 2 distribuere t. in quorum 1. ageret de omni eo, quod spectat ad Deum unum et trinum; in 2. de omni eo quod spectat ad Christum, ad sacramenta et ad Ecclesiam: innixus nimirum verbis Christi Jo. 17, 3. Sed inter scribendum argumentum ita dilatatum est, ut alteram sui compendii partem in quinque diviserit volumina, in quorum 1. agit de Verbi incarnatione, de vita Christi, de sacramentis in genere; in 2. de sacramentis in specie; in 3. de incarnationis effectu seu de Ecclesia, de ejus capite et ejus membris, de ejus thesauro deque indulgentiis; in 4. et 5. de censuris et de re morali. Controversiam 237. scil. de Ecclesia seu volumen 4. (vel. 3. p. II.) recepit Rocaberti in Bibl. max. pontif. X, 145—212. — Andreas de la Moneda O. S. Ben. Burgensis, praeter *cursum philosophiae* utriusque tam rationalis quam naturalis dialecticam, metaphysicam physicamque complectentem, Burgis 1660 t. 4 in f., coepit et *cursum theologiae scholasticae et moralis* ad mentem ss. Anselmi et Thomae, Lugduni 1672 in f.; sed ultra t. 1. de Deo uno non pervenit. — Dionysius Blasco

---

opere occurrit mentio, nominari adhuc possent ex hac periodo Antonius Casiglio S. J. Neapolitanus aliquamdiu rector collegii germanici († 1670), cujus introductio *in Aristotelis Logicam* et reliquas disciplinas prodiit Romae 1629; 1643 ed. 3; Coloniae 1692. — Jacobus Fournenc († 3. Maj. 1665) Orat. concinnavit *universae philosophiae synopsin* iuxta Aristotelis doctrinam cum mente Platonis passim explicatam et illustratam in t. 6 distributam, Parisiis 1655 in 4. — Beatus Amrhyn S. J. Lucernensis, ethicae et logicae professor in academia ingolstadiensi, qui in pestiferorum obsequio caritatis victima cecidit, dum in missiones sinenses proficisceretur († 1673). Ejus exstat *philosophia in obsequium orthodoxae fidei*, Ingolstadii 1666. — Octavius Cattaneo S. J. philosophiae professor in collegio romano († 12. Nov. 1679) concinnavit *cursum philosophicum* in 4 t. divisum, Romae 1677 in 8. — Haymo a s. Clemente O. Carm. reliquit opus (rarum) inscriptum *Joannes Backo* Anglus, doctor resolutus, Philosophia ex scripto ejusdem doctoris super quatuor ll. sententiarum collecta, in ordinem digesta et explicata, Augustae Taurinorum 1667—69 t. 3. — Franciscus Pontelonghi O. Min. Conv. Faventinus († 1680) scotista reliquit *Disp. philosophicarum* p. 1. Utini 1635; p. 2. Patavii 1666; *responsiones* ad ea quae hucusque contra ejus doctrinam adducta sunt a P. Rubeo de Lugo, Forolivii 1660. — Simon Stanislaus Makowski concinnavit *cursum philosophicum* juxta veram Aristotelis doctrinam, Cracoviae 1679—81 pp. 3, opus rarum (m. 60). — Gabrielis Joul S. J. († 1678) transilvani *philosophia novella* prodiit Cassoviae 1661.

O. Carm. ex oppido Utrillas in Aragonia, in universitate oscensi primarius professor, auctor est *cursus integri artium ex doctrina Baconii* carmelitae, quem Averroistarum vocat principem, Caesaraugustae 1672. 1676 v. 2 in f., et operis (rarissimi), cui titulus: *Theologiae scholasticae baconeae amnis suscitatus et restitutus* purioris aquae sacrae sophiae perpetuo erumpentis e fonte montis Carmeli, Lugduni 1680 in f. N. Antonius in bibl. hisp. n. I, 325 loquitur de t. 2. mox secuturo; utrum vero prodierit, nobis non constat.

3. Insignes s. *Thomae* interpretes fuere et quidem ex Praedicatorum ordine: Franciscus de Arauxo nobili genere oriundus in Gallaeciae oppido Verim prope Monterey c. 1580 natus. Postquam aliis in locis theologiam docuerat, Salmanticam a. 1617 evocatus primariam ibidem cathedram viginti annos rexit. Ut eruditione apud omnes sic et morum innocentia et facilitate claruit, tantaeque fuit apud optimates, aulicos et regni proceres aestimationis et auctoritatis, ut nonnulla quorundam christianae fidei puritati divinoque cultui parum aequa praeverterit averteritque consilia. Imo ferunt Philippum IV. aliquando asseruisse, si vel ceteri omnes eruditi et theologi de aliquo rogati per ipsum idem sentirent sibique consulerent, unusque ex adverso Arauxo contrarium pronunciaret, spretis aliorum sententiis se unius Arauxo secuturum et amplexurum consilia. Recti quoque tenacissimus fuit adulari blandirique nescius, qui quamvis ab omni fastu supercilioque alienus esset et humilis, ubi res exigeret, magna fiducia fortique animo viros etiam principes intrepidus arguebat et veritatis admonebat, quorum ob id forte in se provocavit invidiam, sed frustra. Anno 1648 promotus fuit ad sedem episcopalem segobiensem, quam aliquot a vigilantissimus pastor tenuit, sed ingravescente aetate omnium, maxime vero pauperum, luctu abdicavit a. 1658; moxque ad fratres reversus reliquos vitae annos summa humilitate animi et religione ab omni rerum cura temporalium alienissimus Matriti vixit († 19. Mart. 1664). Praeter *commentaria in universam Aristotelis metaphysicam,* Salmanticae 1617 t. 2 in f.; ib. 1631, reliquit docta *commentaria in Summam s. Thomae* t. 7 in f., quorum 1. et 2. illustrant 1. p. Summae doctoris angelici, Matriti 1647; t. 3. Salmanticae 1638 p. 1. 2; t. 4. Matriti 1646 reliquas qq. p. 1. 2.; t. 5 Salmanticae 1635 p. 2. 2 qq. 1—46; t. 6. et 7. p. 3., ib. 1636. Tr. *de gratia,* qui reperitur t. 4, ipsi nonnulli abjudicant. Id sane constat, eum non probasse praedeterminationem physicam, quamvis gratiam ex sese efficacem admiserit [1]). *Variae et selectae decisiones morales* ad statum ecclesiasticum et civilem pertinentes, Lugduni 1664; Coloniae Allobrogum 1745 in f., quae a censoribus admodum laudantur; *Opuscula tripartita* h. e. in tres controversias triplicis theologiae divisas, in quarum 1. variae disp. de pure scholastica, in 2. de morali et in 3. de expositiva theologia utiliter expenduntur, Duaci 1633 in 8. In theologia morali auctor censetur gravis. — Mauritius de Lezana Matritensis variis in locis theologiae professor († 1. Jan. 1668) commentaria in universam quoque doctoris angelici Summam meditatus est, perfecit vero tantum *commentaria in 1. p.*, Matriti 1668; ea subtilitate, brevitate et perspicuitate commendantur. — In eandem p. *tractatus theologicos* edidit Petrus Magalhaens Olisiponensis (n. 1593, † c. 1672), vir eximiae pro-

[1]) Cf. Echard II, 609 ss., Martinez de Prado Controvers. metaphys. I, 518, Compluti 1649; Liv. Meyer Hist. controv. de aux. gr. t. I. l. 2 c. 22; t. II. l. 2 c. 17; Mart. Ortiz in crisi pacif. de examine thom. p. 3 ss. Matriti 1733; Mich. a s. Joseph II, 270; Dummermuth s. Thomas et doctrina praemotionis physicae, Parisiis 1886 p. 582—88; Stanonik KL. 1, 1228.

bitatis et eruditionis spectataeque religionis, scil.: *de scientia Dei* ad q. 16., Olisipone 1666 in 4; *de praedestinationis exsecutione* pp. 2, una de efficacia, altera de necessitate gratiae ad q. 23; ib. 1667; Lugduni 1674; *de voluntate, praedestinatione, de Trinitate*, Olisipone 1670 in f. — Petrus de Godoy Aldeannevae Estremadurae oppido in dioecesi placentina natus, magnam sibi in scholis peperit famam. Primariam s. Thomae salmantinam cathedram consecutus ea celebritate docuit, ut universitates non solum hispanae sed et exterae nil aliud, quam nomen Godoy resonarent, ejusque dictata, antequam ederentur, exemplis plusquam mille mss. per Hispaniam, Italiam et Galliam divulgarentur. Neque vero in scholis tantum, sed et e sacro pulpito magnum sibi fecit nomen, ecclesiastes etiam regius ascitus. In meritorum praemium episcopus oxomensis nominatus est a. 1664, et post aliquot annos translatus ad ecclesiam seguntinam († 1677). Opera ejusdem sunt: *Disp. theologicae* in 1. p. t. 3 in f. (in qq. 2—14—26—43) in ipsis aedibus episcopalibus oxomensibus 1671; in 1. 2 p. *de beatitudine, de peccatis et de gratia,* ib. 1672; in 3. p. t. 3 in f. (in qq. 1—3—12—24) ib. 1666—1668; omnes 7 t. simul Venetiis 1686, quae tamen ed. innumeris scatet mendis. Ex hisce disp. praesertim in 1. p. plura derivavit Gonet in suum Clypeum thomisticum cum magna auctoris commendatione [1]).

4. Didacus de Silva Pacheco O. S. Ben. sacrae theologiae magister *in 1. p. s. Thomae* 4 reliquit volumina, Matriti 1663—1665 in f.; *in l. Genesis*, ib. 1666 in f. ad exemplum ejusdem angelici praeceptoris, qui de operibus sex dierum sive de mundi creatione in fine 1. p. commentarium dedit. *In 1. 2.* ib. 1669 in f. t. primus. Existimatione doctrinae theologicae, perspicacis ingenii et religiosarum virtutum egregie ornavit ordinem suum. In monasterio Hiracensi regni Navarrae et Salmanticae in s. Vincentii M. collegio studia moderatus est s. theologiae primarius professor, et postquam sodalium plures domos rexit, ad generalem totius Hispaniae congr. praefecturam ascendit et ad concionatoris regii munus. A Clemente IX. ad ecclesiam accitanam (1668) promotus, a Clemente X. ad asturicensem (1675) translatus est. Decessit 22. Martii 1677. — E Soc. Jesu Antonius Bernardus de Quiros patria Fordelagunensis dioecesis toletanae, vir erat ingenii sublimis et intensae ad studia theologica applicationis, cujus propterea consulta et responsa ad qq. de conscientia ab omnibus maximi fiebant († 10. Jun. 1668). Praeter *opus philosophicum* seu cursum integrum, qui complectitur logicam, physicam, qq. de coelo, generatione et corruptione, anima, metaphysicam et qq. de opere sex dierum, Lugduni 1666, selectas edidit disp. theologicas *de Deo*, scil 1. de prooemialibus theologiae; 2. de essentia et attributis; 3. de visione; 4. de scientia; 5. de voluntate Dei, Lugduni 1654 in f.; *de praedestinatione, Trinitate et angelis* ib. 1658 ad 1. p. Summae s. Thomae, opus rarum. — Hanc partem commentariis illustravit etiam Caspar de Ribadeneira S. J. Toletanus, per 39 annos in academia complutensi theologiae professor († 2. Dec. 1675), cujus laudantur *de scientia Dei* ad q. 14., Compluti 1653 in 4; *de praedestinatione sanctorum et reprobatione impiorum* ad qq. 22—24, ib. 1652 in 4; *de voluntate Dei* ad qq. 19. 20, ib. 1655 in 4; *de actibus humanis in genere* in 1. 2. p., ib. 1655 in 4. — Antonius de la Parra et Arteaga cler. reg. ex Minorum ut vocant instituto Villarobledanus magno cum plausu in collegiis familiae suae complutensi et salman-

[1]) Cf. Echard l. c. II, 673; Nic. Antonius II, 196.

tino sacrae scientiae professor fuit. Edidit: *Incarnationis arcanum* scholastice disp. et qq. reseratum juxta s. Thomae mentem (in 3 p. qq. 1—26), Matriti 1668 in f.; *Sacramentorum arcana* disp. et qq. *reserata; de indulgentiis et jubilaeo anni sancti,* ib. 1667.

5. Jam rari sunt, qui Sententiarum libros fuerint interpretati [1]). Antonius Salcedo O. Praed. Palentinus, Palentiae theologiae professor et s. Scripturae interpres Segobiae, tantum *in 1. l. sent. commentarium* scripsit, Pinciae 1626. Praelo paratos t. 16 in f. habebat (a. 1670) vel prope jam expeditos, quibus juxta sensum quadruplicem V. T. integrum textum exponebat, textum ipsum ad fontem hebraicae veritatis proferens, plurimis adductis moralibus curiosissimisque quaestionibus, quae literalem ad sensum spectant, singulariter et ex proposito moventur resolvunturque difficultates, maxime vero quae ad Scripturae s. chronologiam conferunt optime habendam, quibus omnibus ex usu moderno plura moraliter prosequitur; sed ne iis praelum sudaret, una aeris morabatur difficultas [2]). — Alphonsus Briceño O. S. Franc., Chilensis, ob ingenii acumen alter Duns Scotus dictus, Limae theologiam docuit, dein episcopus Nicaraguae provinciae et urbis 14. Nov. 1644 fuit renunciatus et a. 1659 ad sedem Venezuelae provinciae sive de Caracas translatus († 1667). Reliquit *celebriorum controversiarum* in 1. sent. Scoti l. admixtis potissimis diss. metaphysicis, Matriti 1638. 1639 in f.

6. Praeterea *de Deo* egerunt Sebastianus Izquierdo S. J., patria Alcaracensis dioecesis toletanae (n. 1601, † 20. Febr. 1681), qui philosophiae cursum Compluti docuit, theologiam scholasticam novennio Murciae et Compluti, moralem in regiis studiis Matriti. Edidit (rarum) opus theologicum juxta atque philosophicum *de Deo uno,* Romae 1664; 1670 v. 2 in f.; insuper et philosophiae cursum sub inscriptione hyperbolica: *Pharus scientiarum,* ubi quidquid ad cognitionem humanam humanitus acquisibilem pertinet, ubertim juxta atque succincte pertractatur; scientia de scientia ob summam universalitatem utilissima scientificisque jucundissima scientifica methodo exhibetur; Aristotelis organum jam pene labens restituitur, illustratur, augetur, atque a defectibus absolvitur; ars demum legitima ac prorsus mirabilis sciendi omnesque scientias in infinitum propagandi et methodice digerendi, a nonnullis ex antiquioribus religiose celata, a multis studiose quaesita, a paucis inventa, a nemine ex propriis principiis demonstrata, demonstrative, aperte absque involucris mysteriorum in lucem proditur, quo verae encyclopaediae orbis facile a cunctis circumvolvendus eximio scientiarum omnium emolumento manet expositus, Lugduni 1659 t. 2 in f. — Nicolaus Martinez S. J., Hispalensis, in collegio romano theologiae professor, cujus exstat opus: *Deus sciens* sive de scientia Dei controversiae quatuor scholasticae, Monachii 1678 in 4; Venetiis 1738 in 4. — Ex ordine s. Augustini Josephus a Villanova, Solanensis, in regali collegio complutensi iterum atque iterum s.

---

[1]) Etiam Raymundus Lullus nactus est interpretem. Franciscus Marzal O. S. Fr. Reg. Obs. Minoricensis, lullianae artis pro more suae provinciae professor publicus, edidit *Artem generalem ultimam* v. Mag. ac Doct. illuminati R. Lulli a mendis correctam, districtius divisam, notis marginalibus ornatam atque indicibus locupletatam, cui praeponitur *Archielogium* vitae et doctrinae ejusdem Lulli, Palmae 1645 in 4; *Resolutiones quaestionum* b. M. Raym. Lulli in 4 ll. sententiarum, ib. 1673 in 4; *Artem brevem* b. R. L., cui adjecta est nova et naturalis discurrendi methodus ex principiis artis Lullianae deducta seu logica reformata, ib. 1669 in 4.

[2]) Ita ipse auctor in epistola ad Hyac. de Parra, apud Quetif II, 632.

theologiae lector, typis mandavit *Promptuarium divinae providentiae* seu de praescientia, qua Deus cognoscit contingentia, possibilia et futura conditionata et absoluta, Compluti 1670. — *De Deo incarnato* erudite disputavit Franciscus Pichon Merinero Matritensis O. S. Franc., Toleti 1659 in 4; pariter *de matrimonio,* ib. 1664; *de virtutibus supernaturalibus fide, spe et caritate,* ib. 1662 in 4, opus admodum rarum (m. 75). — Ejus sodalis Christophorus Delgadillo pariter Matritensis, vir poenitentiae valde deditus, in theologia scholastica ac mystica exercitatione longa doctus, verbo et opere excellens († 27. Oct. 1671) edidit: *Secundum principium complutense,* in quo legitima J. Duns Scoti mens aperitur et propugnatur seu de angelis, Compluti 1652 in 4; tr. duos, alterum *de incarnatione,* alterum *de adoratione,* in quibus legitima doctoris subtilis mens aperitur et propugnatur, ib. 1653 in 4; tr. *de sacramentis in genere et aliquibus in specie,* ib. 1654 in 4; *de poenitentia* 1658 in 4; *de venerabili eucharistiae sacramento* 1660 in 4. etc., in quibus omnibus Scoti doctrinam proponit atque propugnat. — Opera theologica complectentia tractatus *de caritate, gratia, scientia, legibus* ac selectas quasdam qq. quodlibeticas juxta subtilis doctoris mentem publicae luci dedit Blasius a Benjumea O. S. Franc. Lugduni Batavorum 1677 in f. — Hujus sodalis Johannes Sendin Calderon ex oppido Yepes toletanae dioeceseos, clarus theologiae magister († 1676), *septem* reliquit *tractatus,* scil. apologeticum et Scoti doctrinae vindicem, de praedicatis quidditativis Dei, de sanctitate divina et virtutibus moralibus prout ad Deum pertinent, de libero arbitrio deque scientia media, de gratia actuali, quodlibeticum de altissimo incarnationis mysterio, de fide divina actuali, quos Jo. Bernique cum splendida auctoris commendatione edendos curavit Compluti 1699 in f.

7. *Mariologiam* conscripsit Christophorus de Vega S. J., patria Tabalensis in Navarra n. 1595, operarius plane strenuus, orationi impense deditus, humilitatis cultor ita eximius, ut cum aliis statis diebus templum verreret. Peste grassante in urbe valentina se offerens in victimam, exposuit se infectorum confessionibus audiendis et postea vigente adhuc lue ad oppida proxima excurrens maximum fecit quaestum animarum. Post illustria patientiae specimina data pie in Domino decessit 18. Jun. 1672. Prodiit ejus *theologia Mariana* h. e. certamina literaria de bb. V. Dei Genitrice Maria, quae tam apud theologos scholastici pulveris quam apud ss. voluminum interpretes exagitari solent, Lugduni 1653 t. 2 in f.; Neapoli 1866, quo in opere collectum revera reperies, quidquid unquam de b. Virgine assertum, disputatum, propugnatum fuit; hinc etiam qq. inutiles, obsoletas, quandoque et minus decentes, theologicae gravitati non consentaneas. Conjecturas nimium sectatur, sensui Scripturae accommodato etc. plus quam par est indulget. Praeter alia edidit quoque Commentarios literales et morales *in l. Judicum,* opus utile verbi Dei praeconibus, Lugduni 1671 v. 3 in f.; *Casos raros de la confession,* Valentiae 1653. 1656, saepius editi [1]) etiam in aliis linguis, qui tamen tribuuntur ab aliis Hieronymo Lopez, ab aliis Didaco de Sanvitores. — Hieronymus Perez de Nueros S. J. Caesaraugustanus, missionarius tum in insulis philippinis tum in regno mexicano († 27. Sept. 1675), auctor est op. *Lapidicina sacra,* ex qua eductus primarius lapis ss. Virgo ... opus in 3 tr. divisum 1. parentum et sponsi V. elogiis elucidandis adscriptus; 2. et 3. ejus

[1]) Editio Antonii Heraudo, qui adjecit *Riflessioni* (Cuneo 1661), ob has prohibita fuit a. 1668, nisi fuerint correctae juxta ed. romanam (ejusdem auctoris) 1668. Haec tamen in recenti Indicis ed. deleta sunt.

asserendae conceptioni, divinae visionis illustratae gloriae destinatus, Lugduni 1678 in f. ed. 2. — Praetermissis autem Bernardino Inurrigarro O. S. Franc. — Antonio Rodrigo O. S. Fr., cujus exstat *Speculum clarissimum* mysterii immaculatae conceptionis Reginae angelorum, Burgis 1670 et Josepho Olzina S. J. Barcinonensi († 26. Sept. 1667), qui praeter *cursus philosophici* t. 1. Barcinone 1666 in f., *de immaculata conceptione b. Virginis* pro ejus ultima definitione tr., ib. 1653 in 4., scripsit; effuse in hoc argumento versatus est Petrus de Alva et Astorga O. Min. in oppido Carbajales dioecesis compostellanae natus, theologiae lector, apud aulam romanam procurator generalis ordinis († 1667). Hanc enim causam summo studio ac labore propugnavit, hinc de se scribere potuit [1]): »Pro cujus honore defendendo et veritate indaganda tot libros revolvimus, originalia conquisivimus, bibliothecas lustravimus, manuscripta antiquissima et quasi sepulta de tenebris eruimus, a blattis vindicavimus, terras peragravimus, tot noctes insomnes duximus, et omnem lapidem movimus, nihilque intentatum reliquimus, ut cum veritate, scientia ac certitudine quisquis deinceps loqui ac scribere possit et valeat ac inter me et adversarios de veritate judicet.« Quare omnium scriptorum pro immaculato V. conceptu famosissimus audit [2]). Iis tamen armis usus est, quae optimae causae patronum minime deceant, adeo enim in aliter sentientes, O. praesertim Praed., invehitur, ut infensus dominicanae religionis hostis visus plerisque fuerit [3]). Propterea etiam videntur quaedam ex ejusdem operibus olim in indicem relata: imo ipse pacis causa in Belgium abire est jussus. Ex ejus operibus [4]) haec in primis mentione digna sunt: *Sol veritatis* cum ventilabro seraphico pro candida aurora Maria in suo conceptionis ortu sancta, pura, immaculata et a peccato originali praeservata, Matriti 1660 in f., quondam in indice decr. 22. Jul. 1665; *Radii solis veritatis* coeli atque zeli illustrantis fratrum Minorum sententiam communem et patrum O. Praed. opinionem singularem pro ss. Deiparae electione, productione, generatione, formatione, ortu, conceptione, nativitate in utero et ex utero etc., Lovanii 1663 in f.; *Militia universalis pro immaculata V. conceptione* ex diversis auctoribus tum antiquis tum modernis contra militiam originalis infectionis peccati alphabetico ordine, ib. 1663 in f., opus rarum; *armamentarium seraphicum* pro tuendo immaculatae conceptionis titulo, Matriti 1648 in f., opus egregium cum aliis eruditis sodalibus elaboratum; *Opusculum pro conficiendo armamentario majori pro immaculata conceptione,* ib 1649 in f.; *Bibliotheca virginalis* seu Mariana sub titulo *Catalogi Mariani,* in qua per classes 72 et plusquam 30 appendices omnes Mariani scriptores recensentur. Ea non videtur prodiisse. Alia enim ab ea est *Bibliotheca Virginalis* seu Mariae mare magnum vel Musaeum Marianum h. e. catalogi omnium auctorum, quorum proprium et speciale argumentum est agere in toto libro ex professo de ss. V. vita, encomiis, miraculis etc., ib. 1649 t. 3 in f. Ea est rarissima et complectitur tantum literam A, sub qua exhibet scripta b. Amadei, Alberti Castellani, Ambrosii Catharini, s. Anselmi, s. Antonini et aliorum pro immaculata conceptione Mariae V. *Monumenta Dominicana* ex 4 auctoribus s. O. Praed., qui ex professo scripserunt tr. et sermones pro immaculata conceptione, scil. ex Ambr. Catharino, Justiniano antistite, Guil. Pepin atque Th. Campanella, Lovanii 1666 in 4., opus rarum; *Monumenta antiqua seraphica,*

[1]) In op. Radii solis p. 2244 juxta Jo. a s. Antonio.
[2]) Mich. a. s. Joseph III, 445 et 438.
[3]) Cf. Nic. Antonium II, 168.
[4]) Cf. Joan. a. s. Antonio II, 426 ss.

ib. 1665 in f.; *antiqua* ex auctoribus antiquis, ib. 1664 in 4; *italo-gallica* ex 50 et ultra auctoribus etc., ib. in 4; *Expositio nova literalis cantici Magnificat* pro mysterio immaculatae conceptionis b. V., ib. 1666 in 12; *Nodus indissolubilis* de conceptu mentis et conceptu ventris, ib. 1661 et 1662, utraque editio quondam prohibita; Joannis de Segovia ep. Caesarini *allegationes et avvisamenta* ad patres conc. basileensis a. 1436 circa V. Mariae immaculatam conceptionem, ib. 1664 in 4. Sub alieno nomine quaedam edidit, ut sub Petri a Conceptione nomine (hispanice): *Exsufflationes pro defensione immaculatae conceptionis Deiparae* et sui l. *Sol veritatis* adversus minutissimas futilesque atomos, quibus nonnemo offuscare praesumpsit Solem veritatis, Valione 1661 in 8; Caesaraugustae 1662; in defensionem ejusdem l. publicavit sub nomine Joan. Garciae de Loaysa *Risum Aurorae,* Lovanii 1663 in 8. Modo adhuc prohibitum est (decr. 6 Jul. 1655): Naturae prodigium gratiae portentum h. e. *ser. Francisci vitae acta* ad Christi D. N. vitam et mortem regulata et coaptata, Matriti 1651 in f., in quo ad 4000 similitudinum capita inter Franciscum et Christum se reperisse jactat. Reliquit praeterea plura inedita.

8. Multum quoque in *Italia* theologiae scholasticae studium floruit pluresque in exponendo s. Thoma ingenium suum exercuerunt, inter quos laudari merent ex familia s. *Dominici* Dominicus de Marinis origine Ligur, patria Romanus n. 21. Oct. 1599, in aquis lustralibus Desiderius vocatus. Romae primum, deinde Salmanticae ac Compluti literis incubuit. Nonnullis in theologiae disciplinis excolendis exactis annis, audiens severiorem ordinis in conventu tolosano vigere disciplinam, perfectioris vitae avidus eo convolavit, ubi jam quae retro erant obliviscens ad anteriora virtutum sibi proposita exempla convertit se, ac praeclaro humilitatis exemplo veteranus miles, qui theologiam Romae docuerat, novum cum novitiis anno integro tirocinium exorsus est. Inde Parisios a magistro ordinis in conventum ss. Annunciationis ad s. Honoratum missus in eoque primarius theologiae lector (a. 1629) institutus est, quo eodem munere antea functus erat Tolosae. Exinde Romam revocatus collegio s. Thomae ad Minervam primarius regens datus fuit. Obitis praecipuis ordinis muniis renunciatus est 18. Oct. 1648 ab Innocentio X. archiepiscopus avenionensis. Inter alia praeclare gesta facultatem theologicam in academia avenionensi plane languentem ex quo civitas a summis pontificibus deserta fuit, in integrum restituit erectis in ea duabus cathedris theologiae una, altera philosophiae († 20. Jun. 1669). Edidit *Expositionem commentariam* (concinnam, nitidam et solidam) in 1. p., Lugduni 1663 in f.; in 1, 2. et 2, 2. ib., in 3. p. t. 2, qui complectuntur ea, quae spectant ad ineffabile incarnationis mysterium et ad sacramenta, ib. 1666. 1668 in f. Juxta Morgott ea melioribus operibus theologicis alterius dimidii sec. XVII. adnumerari debet [1]). — Hujus sodalis Dionysius Leone de Lycio (Lecce) in solam 1. p. ad q. 50 incl. reliquit [2]) *articulorum formationes,*

[1]) Ejus frater in baptismo Ferdinandus, in ordine s. Dominici Joannes Baptista dictus, diu congregationis Indicis secretarius fuit. Hinc nimis acriter eum aggreditur Theoph. Raynaud S. J. exacerbatus ob prohibitionem aliquot suorum librorum. A sodalibus electus est 1650 in ordinis magistrum, quem ad finem vitae 6. Maj. 1669 affectu paterno fortiter et religiose rexit, atque literis encyclicis stilo puro, nervoso elegantique pavit. Ejus curis prodiit *Index librorum prohibitorum* cum decretis omnibus a s. congregatione emanatis post indicem Clementis VIII. Romae. De utroque cf. Morgott KL. VIII, 863 ss.

[2]) Apud Rosenthal in sua biblioth. catholico-theol. XLI n. 8254 t. V. prostat editus Lycii 1678 in f.

commentaria et disputationes, Lycii 1651 t. 1. qui est de sola q. 12; 1655 t. 2. et Neapoli 1671 t. 3. in f., praeter quaedam philosophica. — Gabriel Marletta Siculus, Argentinensis patria, in eandem 1. p. *commentariorum seu scholasticarum controversiarum* t. 7 in 8. vulgavit Neapoli 1662—1667. — Marcus Ferro Rhodigii (Rovigo) natus († 1675 a. aetatis 90) vir acuti ingenii in lucem edidit: *Thomas genuinus geminata luce perfusus* seu in utrumque Thomam et Aquinatem et Cajetanum ejus commentatorem acutissimum Trinitatis mysterium perscrutantes literales elucidationes, quibus tum s. Thomae textus profundissimus necnon Cajetani commentarii exactissimi novis velut taedis inclarescunt, Venetiis 1656 in f.; *trias sacramentaria* scil. accurata trium sacramentorum poenitentiae, eucharistiae et ordinis indagatio, ib. 1663 pp. 3, opus rarum; *justa damnatio quinque propositionum Jansenii,* ib. 1653 in 12., sed prohibita decr. 23. Apr. 1654. — Vincentius Maria de Grossis Mantuanus, in variis conventibus studiorum regens et prior provinciae Longobardorum praepositus, typis dedit Tr. *Regiminis Principum* d. Thomae selectam *expositionem* discursibus, capitibus, tractatibus illustratam, Scripturis, historiis, sacris decretis, canonibus, theologicis fundamentis fulcitam, Venetiis 1679 in f.

9. Ex ordine cler. reg. *Theatinorum* huc spectant: Joannes Morandi Veronensis, theologiae lector Mutinae et Genuae [1]), qui praeter *cursum philosophicum* Venetiis 1647 in f.; (emendatum atque auctum) ib. 1667 t. 3 in 12. *cursum* quoque *theologicum* elaboravit in Summan s. Thomae, ib. 1650. 1652 v. 2 in f. — Carolus Tomasi 17. Oct. 1614 Ragusae in Sicilia nobilissimis natus parentibus († 1. Jan. 1675), vir religiosus [1]), plurima reliquit opera (ex quibus multa ascetica), ut *Arbor uberrima s. doctrinae* h. e. commentaria et aphorismi in universam Summam d. Thomae, quibus omnium qq. et articulorum doctrina per paraphrasim breviter, summarie ac dilucide explicatur, atque perpulchre ordinatur amplo schematismo, Romae 1656 in f.; Venetiis 1673 t. 3 in 12., cujus veluti prima delineatio continetur in ejus l. *Schema ac breviarium totius d. Thomae Summae,* Panormi 1648. *Quodlibeta theologica* nova, brevi, clara, facili utilique methodo conscripta, Romae 1657 in f. Complectitur hoc opus quatuor tr. scil. prolegomena ad s. scientiam, de exsistentia et essentia Dei; de visione Dei deque ejus ineffabilitate; de angelis; de actibus humanis, cum appendice, quae continet schema totius s. Scripturae, quo ss. omnium bibliorum partitiones genericae, specificae ac individuales, ordo, capita, versus atque argumenta (pervetustis carminibus) explicata ob oculos ponuntur. *Caramuelis Protheus in formas 722, 131, 200 variabilis,* s. Thomae Ap. dicatus, expensus et dilucidatus, Romae 1657 in f. — Ex ordine *Carmelitarum* fuerunt: Gabriel a s. Vincentio, Laudensis, religiosae solitudinis tam amans, ut quamvis per 18 annos Urbem incoluerit, vias tamen communiores ignoraverit († 1671). Praeter plura philosophica [2]), consilia seu responsa varia, Romae 1668, prodierunt Romae *commentaria in 1. p. d. Thomae* 1664 in f.; *in 2. p.,* ib. 1665; *de gratia,* ib. 1658 in 4; *de fide, spe et caritate,* 1666 in f., opus rarum;

[1]) Cf. Vezzosi II, 80.

[1]) Cf. *Vita* ipsius scripta a Bonif. Bagatta Romae 1702; Vezzosi II, 348 ss.; Mongitore I, 130, qui refert, eum a Clemente X. obtinuisse, ut Colossaeum romanum martyrum sanguine consecratum occluderetur ac interdictis in eo profanis ludis ad recolendam sanctorum memoriam dedicaretur, quod factum est a 1674.

[2]) Cf. op. catalogum ap. Martialem a s. Jo. Bapt. in Bibl. script. O. Carm. utriusque sexus, Burdigalae 1730 p. 282.

de incarnatione, 1656 in f., opus pariter rarum; *de sacramentis,* 1656 in 4; *de censuris,* 1661 in f.; *de justitia et jure,* 1663 in f.; *Summa moralis* 1668 in 4., alphabetice per casus digesta; *de remediis ignorantiae* seu quid scire debeat unusquisque secundum suum statum (Ethica privativa), ib. 1671 etc. — Andreas a Cruce (Lao ante dictus) Catanensis [1]), O. Carm., sodales suos philosophiam ac theologiam docuit, dein in gymnasio patavino ss. literarum publicus fuit interpres. Hinc arctioris vitae desiderio exstimulatus ad Carmelitas excalceatos transiit a. 1647. Sed tanti viri jacturam aegre ferens Carmelitarum institutum, discessum irritum declarari tentavit; quamobrem per annos quatuor apud s. congregationem ab his ordinibus disceptatum et ex utraque parte pugnatum est pro hujus doctissimi ac absolutissimi viri regressu. Tandem adjudicata primaevo ordini causa a. 1651 Andreas ex obedientia ad dimissum institutum remeare coactus est. Magni factus est a romanis pontificibus et a sodalibus. Concionatoris munus egregie exercens inter celeberrimos aevi sui ecclesiastes numeratus est. Ob virtutum splendorem doctrinaeque opinionem et ob uberrima animarum lucra, quae concionibus suis est adeptus, omnium venerationem sibi conciliavit († 23. Dec. 1675). Praeter *compendiosas totius philosophiae disputationes,* in quibus dilucide et succincte rationes magni ponderis juxta angelicam d. Thomae doctrinam objectionesque uniuscujusque materiae funditus dispunguntur, Neapoli 1643 in 12., edidit *in s. Thomae* 1. et 1. 2. p. tomos 4 *commentariorum* (admodum raros) Genuae 1650—56, quorum quarto adjectus est (inscio auctore) tr. brevis *de romano pontifice,* proh. quidem *donec corrigatur* decr. 20. Nov. 1663, at permissus secundum ed. correctam Romae 1663, receptus quoque in bibl. pontificiam Roccaberti t. III.

10. Illustrandae, tuendae et propagandae doctrinae Duns Scoti studia sua consecravit Bonaventura Belluti O. Min. Conv. Catanensis, philosophus ac theologus doctissimus, qui sese Bartholomaeo Mastrio ex ingenii aequalitate ac pari ad literarum studia propensione tenacissimis literariae ac cordatae amicitiae vinculis adstrinxit magnaque ingenii laude in gravioribus studiis primas cum illo inter sodales suos obtinuit. Novum philosophiae curriculum Scoti doctrinae inhaerens instituere eis cordi fuit. Hinc superiorum facultate, ne separatione ingenii conatus dissolveretur, in Caesenae accademia simul electi studiorum, ut vocant, regentes, philosophiam docuere eo animi consensu, ut eadem lingua loqui, eodem calamo scribere, eodem ingenio speculari viderentur. Inde ad studium perusinum, demum ad patavinum translati sunt. Theologiam etiam magno cum plausu docuere, adeo ut inter celebriores illius aevi adscripti fuerint theologos. Decessit Bellutus a modestia, integritate et regulari observantia et gestis praecipuis ordinis muneribus commendatus 18. Maj. 1676 anno aetatis suae 77. Cum Mastrio edidit disp. philosophicas inscriptas: *Philosophiae ad mentem Scoti cursus integer,* Venetiis 1678; 1688 in f.; 1708; 1727 t. 5 in f., qui magna aviditate exceptus fuit a Scotistarum schola [1]). Sine Mastrii opera edidit: *De incarnatione Verbi Dei,* Catanae 1645 in f.; *opuscula moralia, canonica, theologica digesta miscellaneo apparatu* l. posthumus, ib. 1679 in f. — Mastrius vero, qui jam decesserat 1673, elaboravit *disp. theologicas* in 4 ll. Sent. ad mentem Duns Scoti, Venetiis 1655—1664; 1675; 1684;

[1]) Cf. Mongitore I, 29,

[1]) Etiam Livius de Monteursio O. Min. concinavit *cursum philosophicum* ad mentem J. D. Scoti, Venetiis 1665 t. 4 in 4.

1698; 1719 v. 4 in f., et *theologiam moralem* [1]) ad mentem DD. Seraphici et Subtilis concinnatam, ib. 1671; 1683; 1700; 1731 in f.; *Scotus et scotistae,* Bellutus et Mastrius expurgati a querelis Ferchianis, Ferrariae 1650, ed. mendosa. Erat Mastrius insignis etiam concionator. — Pro Scoto pariter stetit Matthaeus Ferchius O. Min. Conv. natione Dalmata, Veglensis, vir solide eruditus, stilo gravis et elegans, conversatione amabilis, publicus metaphysicae et s. theologiae professor in academia patavina († 1669 a. natus 87), cujus sunt: *Vita Jo. Duns Scoti,* Bononiae 1628; additis in fine testimoniis de catholica veritate scoticae doctrinae et tabula (biographica) professorum theologiae et metaphysicae, qui Scoti cathedram Patavii 1395—1671 gloriose exornarunt, Patavii 1671 in 16., liber rarus; *Apologiae pro Jo. Duns Scoto ll. 3,* 1. in Jo. Frid. Matenesium; 2. in Abr. Bzovium; 3. in Paulum Jovium, Bononiae 1620; utrumquae opus simul, Neapoli 1629; *discussiones scoticae* de commentariis metaphysicis et reportatis parisiensibus adscriptis Scoto, Patavii 1638; *Epitome theologiae* ex Magistro Sent. et subtili doctore J. D. Scoto pp. 4 in 1 v., Venetiis 1647, rara; *de personis producentibus Spiritum s.,* Patavii 1650 in 8; *de angelis* tr. theologicus ad mentem d. Bonaventurae (ib. 1658 in 4), quam adeo feliciter etiam in aliis est assecutus, ut a Barth. de Barberiis in praef. ad curs. theol. dicatur „solus inter omnes fidelissimus Bonaventurista.“ — Ad mentem ejusdem seraphici doctoris commentaria elaboravit super 4 ll. Sent. Gaudentius Bontempus O. Cap., Brixiensis, vir sapientia et pietate insignis († 1672), quibus hunc praefixit titulum: *Palladium theologicum* seu *tuta theologia scholastica,* ad intimam mentem d. Bonaventurae... cujus eximiae doctrinae raptae restituuntur, sententiae impugnatae propugnantur: in qua divinae sapientiae thesauri dudum depositi, jam recens effossi erutique mundo elucent: in quo op., inquit Bern. a Bononia (bibl. script. Cap. p. 109), videas auctoris mentem expeditissimam, sermonem nitidum, subtilitatem dilucidam in disputando et doctrinam omnia persuadentem, Lugduni 1676 v. 7 in f. cura discipuli ipsius Jo. Franc. Durantis. In ea auctor s. doctoris doctrinam ad methodum Summae s. Thomae ordinat et fere semper etiam ad mentem ejusdem interpretatur. Est ista theologia opus forte maximum scholae scotisticae editum a sodali O. Cap.

11. *Summam theologicam* elucubravit Thomas del Bene cler. reg. theat. Lugduni 1655 in f. (fr. 150). Insignis plane erat theologus, hinc dum Romae moraretur, ab Alexandro VII. relatus fuit inter theologos, qui de doctrina Jansenii examen instituerent, necnon adhibitus in revisione et emendatione euchologii graecorum. Episcopales infulas aliquoties sibi a summis pontificibus oblatas studii et humilitatis amans constanter recusavit († 2. Febr. 1673). Scripsit praeterea [1]): *De comitiis* seu *parlamentis* ac incidenter et corollarie de aliis moralibus materiis, praecipue de ecclesiastica immunitate dubitationes morales, Lugduni 1644 in 4; auctae Avenione 1658, quod opus displicuit aulae neapolitanae, hinc auctor Romam secessit. *De immunitate et jurisdictione ecclesiastica,* Lugduni 1650 in f.; Avenione 1659 t. 2, studio P. Aug. Lantusca et D. Jac. Pignatelli Lugduni 1664 t. 2 in f.; *tractatus morales,* Avenione 1658 in f., in quibus agit in primis de conscientia et de radicibus restitutionis; *de officio s. inquisitionis circa haeresim* cum bullis tam veteri-

[1]) Ex opp. Mastrii elaboravit Raphael Guitart O. Min. Hispanus *Compilationem praecipuarum disp. et qq.* cum suis probabilioribus opinionibus theologiae moralis, Gerundae 1680—84 t. 3 in 4 quibus adjecit t. 4. Barcinone 1687.

[1]) Cf. Vezzosi l. c. 1, 113 ss.

bus quam recentioribus ad eandem materiam seu ad idem officium spectantibus, Lugduni 1666 v. 2 in f.; *de juramento,* in quo de ejus et voti relaxationibus, irritationibus, commutationibus et dispensationibus, necnon de mendacio, perjurio, adjuratione etc., ib. 1669 in f. — Quibus adde *Quodlibeticarum qq. tr. theologicos*, Neapoli 1648 in f., Coelestini Bruni O. S. Aug., Neapolitani, in Sapientia romana professoris et (1653) episcopi bojanensis († 31. Maji 1664), in quibus agit de sacra doctrina; de esse Dei, invisibilitate, specie impressa; lumine gloriae; verbo mentis; productione Verbi in Divinis; necessitate, quidditate, causa et certitudine gratiae; de justificatione et merito; scientia Dei; praedestinatione; sacramentorum esentia, effectu, causa, necessitate; incomprehensibilitate Dei. — — *Manuale* (rarum) *controversiarum thomisticarum;* accedunt animadversiones quaedam in textum op. s. Thomae summorumque rom. pontificum bullae, brevia, sermones, Romae 1666 pp. 4 in 1 v., Reginaldi Lucarini O. Praed. Trebiae in Umbria nati, magistri s. Palatii (1642) sub Urbano VIII., et 1643 episcopi Civitatis Plebis († 10. Oct. 1671). Praeter opera praegrandia mss. reliquit etiam l. cui titulus: *Episcopus regularis* seu tr. de regulari assumendo et assumpto ad episcopatum, in quo episcopi regularis mores, vota, observantiae, ritus, habitus, privilegia et poenae expenduntur, omniaque declarantur, quae ante adeptum episcopatum, in episcopatus regimine eoque dimisso vel nunquam imposito seu impedito circa regularem possunt occurrere, Romae 1659 in 4. — Modesti a s. Gregorio O. Carm. prodierunt [1]) *tractatuum theologicorum* t. 2 (posthumi) Neapoli 1671 in f.

[1]) Nicolaus Augustinus Straforelli O. S. Aug. Ligur edidit *theoremata theologica* aegidianae scholae conformia, 1679.

12. De singularibus argumentis disputarunt [1]): Carolus Lanterius O. S. Franc., Genuensis, qui disseruit *de ss. incarnationis mysterio,* Neapoli 1665 in 4: et in op. valde erudito *Tractatus duo theologici,* ib. 1667 in f., de virtute poenitentiae, de viribus liberi arbitrii in omni statu, de conceptu supernaturalitatis in se, de justitia in se et inter Deum et creaturas, de ratione formali peccati actualis et habitualis; de sacramento poenitentiae, de lege naturali et positiva, divina et humana, de potestate clavium Ecclesiae et de judicio in se; de absolutione sacramentali, de injuria, restitutione et satisfactione, de sigillo, confessione, de remissione venialium et de eorundem quidditate. — Josephus de Vita O. Praed. Siculus, patria Calaxibettensis, quem multis et magnis laudibus exornat Antonius Mongitore [2]) et quidem quantum ad vitae rationem exhibet tamquam »morum sanctitate commendatissimum, disciplinae regularis apprime tenacem, paupertatis ita studiosum, ut praeter ss. Augustini et Thomae opera, quae continuo volvebat, nihil in cella pateretur. Cum mortalitatem exuit Panormi apud suos 8. Jan. 1677, ad ejus exsequias tota confluxit civitas, vestes ejus discerpserunt plures, sed et articulum pedis ausus est quidam praescindere, ex quo copiosus sanguis effluxit, licet jam ante 24 horas obiisset.« Operis, quod edidit, titulus est: *Tractatus sex* duobus t. distributi, quorum t. 1. tr. *de proprio et per se principio,* unde provenit peccatum in actionibus voluntariis, continet in 2 p.

[1]) De Joanne Baptista Chiavetta († 1664) egimus III, 654; de Martino Pellegrini, Peregrino S. J. († 1675) ib. p. 1066 in annot., sed immerito ei tribuimus *Praxim vicariorum* ... Romae 1666. Ejus tamen est *discorso sopra la contritione perfetta* e sanctificante, nel quale principalmente si cerca, se quest' Atto pretiosissimo e divino sia facile, difficile da farsi, Roma 1670 ed 2.

[2]) I, 407; cf. Echard II, 670 ss.

divisium: in quo celsa, clara et firma sententia s. Thomae proponitur, conclusionesque fere omnes ad modum, quo agunt et determinantur agentia omnia sive naturalia sive libera, et sive Deus sive creaturae, spectantes resolvuntur evidenti discursu ipsius s. Thomae in principium illud per se notum »unumquodque agit in quantum est in actu per formam:« insuper infallibilis ordo divinae providentiae secundum miram ejusdem angelici praeceptoris doctrinam explicatur, resecatis recentiorum inventis, Panormi 1665 in f. T. 2. continet sequentes tr.: de veritate illius principii, omne quod movetur, movetur ab alio; de necessitate praecedente et sequente secundum mentem d. Anselmi; de sensu composito et diviso propositionum modalium; de augmento et decremento formarum tam secundum se, quam in ordine ad subjectum. Hic tamen non fuit editus, imo suppressus et servatus Romae apud magistrum ordinis. Funditus vero in suo opere impugnat praemotionem thomisticam tamquam recentem et a s. Thomae mente alienam [1]). Hinc magister generalis ordinis Jo. Thomas de Roccaberti nullum non movit lapidem, ut opus supprimeret, lectionemque suis in virtute s. obedientiae prohibuit iisque tantum permisit »qui arrepto idoneo stilo eundem solida methodo refutare aggrederentur, idque pro solo tempore, quo in adornanda hujusmodi refutatione occuparentur;« ipsum librum insipidum, vanum atque insulsum affirmat, auctorem vero ineruditum scriptorem, refractarium, suae professionis oblitum, domesticam ordinis praedicatorum scholam ineptissimis paradoxis invertere laborantem pronunciat [2]). Ceterum etiam data opera eoque nisu, quo nemo alius, auctor noster tentat radicitus convellere scientiam mediam, sed minus feliciter [1]). Auctor fuit in suis cogitationibus oppido singularis minusque solidus, qui neque rem acu tetigit, nec sua placita sustinere potest: imo quaestiones de libertate admodum involvit ejusque notionem perturbat, unde inter alia Michael a s. Joseph haec de auctore pronunciat [2]): »Obscura, male lota et cruda misit in ollam, quin fuerit subsecuta methodus et proportionata concoctio, nisi quatenus recoquit cramben vel sese sui molesta citatione interturbat. Unde quidam doctor complutensis, qui possederat volumen, quod tracto, sic appingit in eo non importune n. 463: Obscure loquitur auctor, ut saepe alias, quando veritas urget . . . Quando investigat infallibilitatem eventuum liberorum sine praedeterminatione et scientia media, loquitur, impugnat alios, parturit; tamen potius video speciem fati quam foetum etc.« — De scientia media disseruit Scipio Errico (Henricus) Messanensis, philosophiae professor et poeta non obscurus († 18. Sept. 1670). Plurima (31 edita et 11 ms.) recensentur ejusdem opera [3]), e quibus huc spectant *de scientia media et ejus origine*, Genuae 1668 in 12; *de tribus scriptoribus historiae conc. tridentini* sub nomine Caesaris Aquilini, Amstelodami et Antwerpiae 1656 in 8; proh. 13. Mart.

---

[1]) Genér in theol. dogmatico-scholast. t. 1 Prodr. 1 c. 4 p. 177.

[2]) Cf. prolixum decretum apud Serry l. hist. congreg. de auxil. div. gr. s. 3 cap. 11 p. 775 ss.; Mongitore l. c. ait: »Omnia ipsi objecta splendidiorem doctrinae suae excellentiam effecere; patefacta etenim Romae doctrinae suae profunditate in sui admirationem praestantiora Urbis ingenia excitavit,« quae exaggerationem prae se ferre videntur.

[1]) Etiam Gregorius de Sebenico O. Carm. in sua *Nova concordia* praedestinationis divinae cum libertate voluntatis creatae, Venetiis 1665 in 12. (ed. 2), rejectis sententiis thomistarum et molinistarum novam excogitavit viam ad illam quaestionem solvendam: qui l. prohibitus fuit 21. Jun. 1666. Cf. Reusch II, 691.

[2]) Bibliogr. crit. III, 135.

[3]) Cf. Mongitore in bibl. sic. Biogr. univers. XIII, 277.

1668; *Censura* adv. P. Soave historiam, Dilingae 1654, quam impugnavit Henr. Heidegger. — *De ultimo instanti hominis* et primo instanti animae separatae, et de his, quae fiunt in illo instanti, et praecipue de judicio particulari, Neapoli 1665, disseruit Joannes Gregorius a Jesu Maria O. S. Aug., vicarius generalis Excalceatorum. — *Lumina fidei divinae,* quibus ducuntur Christiani in cognitionem fidei, proponit Lugduni 1671 Amadeus Chiroli praeposito generali quondam a secretis, bis provinciae genuensis praepositus, O. Serv. b. M. V., quo in op. 4 disp. disserit de natura fidei, de ejus objecto materiali, de legitimo proponente res fidei, de conciliis eorumque auctoritate. Duas posteriores disp. exhibet Rocaberti III, 327—403.

13. *Mariologiam* [1]) egregie promovit Hippolytus Marracci, Lucensis, congr. cler. reg. Matris Dei (n. 17. Jan. 1604; † 18. Maji 1675), qui totum se dedicavit promovendae gloriae hujus matris. Hunc in finem teste fratre suo Ludovico (de quo alias) ad 115 composuit libros, quorum alii sunt editi, alii manserunt mss., aliorumque scriptorum opera de b. Maria V. eruditis patrumque doctrina refertis commentariis aucta edidit. Inter ipsius opera eminent [2]): *Bibliotheca mariana alphabetico ordine digesta* et in 2 p. divisa, qua auctores, qui de Maria Deiparente V. scripsere, cum recensione operum continentur, Romae 1648 t. 2 in 8; opus rarum et exquisitum [1]), in quo c. 3000 auctores recenset et c. 6000 opera partim edita, partim ms.; *apostoli mariani* seu de singulari ss. apostolorum in Mariam Deiparam V. pietate, ib. 1643 in 8; *pontifices max. mariani* seu de rom. pontificum in M. Deiparam V. ardenti studio ac pietate, ib. 1642 in 8; *fundatores mariani,* seu de ss. religionum congregationumque fundatoribus M. Deiparae V. singulariter addictis ac dilectis, 1643 in 8; *purpura mariana* seu de purpuratis patribus, eminentissimis S. R. E. cardinalibus pietate in Mariam Deiparam insignibus, ib. 1654 in 8; *antistites mariani* seu de catholicae Ecclesiae episcopis, archiepiscopis ac patriarchis, qui praecipuo in M. Deiparam V. amore praecelluere, ib. 1665 in 8; *heroides marianae* seu de singulari illustrium feminarum principum in M. Deiparam V. affectu, 1695 in 8; *reges mariani* seu de christianis regibus in M. cultu ac devotione illustribus, 1654 in 8; *lilia mariana,* ib. 1651 in 8; *principes mariani* seu de praecipuis christianorum principum infra Caesares regesque in Mariam obsequiis, ib. 1660 in 8; *fides Cajetana* (i. e. card. Cajetani) in controversia conceptionis b. M. V. ad libram veritatis appensa et nulla inventa, Florentiae 1655 in 8; Bulsani 1665 etc. saepissime recusa; *trutina mariana,* Placentiae 1660 in 8; Bruxellis 1662; Viennae 1663; *Joan. Chrysostomus immaculatae conceptioni b. V. nunquam contrarius, sed semper propitius,* Romae 1664 in 8; *Mariale s. Germani patriarchae const.,* ib. 1650 in 8; *Polyanthea mariana* [2]), in qua ll. 18

[1]) Jo. Baptista Cancellotti S. J. Alexandro VII. a confessionibus († 27. Mart. 1670) collegit *annales marianos,* quibus historia ss. V. Mariae Dei Genitricis in singulos annos distribuitur et oppositis subinde humanarum rerum successibus illustratur, Romae 1661 t. 1 (et unicus).

[2]) Cf. Adelung, Fortsetzung und Ergänzungen zu Chr. G. Jöcher's allgemeinem Gelehrten-Lex., IV, 779 ss.; Biogr. univ. XXVII. 353 s. Praeclaro illum encomio prosequitur Ballerini in sylloge monumentorum ad mysterium conceptionis immac. V. Deiparae illustrandum in monito praefixo fragmento orat. Georgii nicomed. ed. paris. 1, 147, qui docet, eum plura reliquisse prae modestia ms.

[1]) Cf. Henr. a Seelen in *Ecloga de Hip. Marracii bibliotheca mariana* 1723, inter ejus selecta literaria ed. 2. Lubecae 1726 p. 354—397; Petzholdt biblioth. bibliographicae p. 225.

[2]) Cf. de hoc op. eruditissimo Mém.

Deiparae Mariae V. nomina, encomia, excellentiae, praerogativae, dignitates e s. Scriptura, apostolis, patribus, doctoribus etc. exhibentur, Coloniae 1683, cum appendice ad bibliothecam marianam, in qua recensentur ad 1000 auctores vel omissi in illa vel qui scripserunt post a. 1648; Romae 1694 in f.; 1710; 1727; *conceptio immaculatae Deiparae M. V. celebrata* 1115 anagrammatibus prorsus puris ex hoc salutationis angelicae programmate deductis: *Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum* a J. B. Agnensi Cymeo Calvensi, card. Julii Rospigliosi aulico coeco, Romae 1665 in 8; *s. Josephi hymnographi Siculi, Syracusani O. s. Basilii monachi Mariale,* quo ejusdem s. Josephi de augustissima coeli terraeque regina Deipara V. Maria opera omnia, quae reperiri potuerunt, ex graecis mss. codd. collecta, latine reddita notisque illustrata nunc primo publicantur, Romae 1661 in 8. Aliqui ex ejus libris (hic non recensitis) fuere quondam nunc non amplius prohibiti propter nimiam, ut videtur, acrimoniam, qua aggreditur dominicanos tunc aliter hac de re sentientes. Collegerat et *bibliothecam* magnam marianam t. 16 constantem quae mansit inedita. — Marcus Antonius Galitius a Carpenedulo, theologicae facultatis excultor maxime secundum mentem seraphici doctoris, totius ordinis definitor, tum in curia romana 12 a. procurator generalis, demum in comitiis 1662 minister generalis electus († 27. Jul. 1665), praeter integrum *cursum artium liberalium* ex seraphici D. s. Bonaventurae op. depromptum et in 5 v. distributum, Romae 1634—36 et plurima msc. reliquit novum *de immaculata V. conceptione* encomium, Venetiis 1636. Ejus quoque est *dilucidatio speculi apologetici* R. P. Jac. de Ridere sive propugnaculum historiae annalium P. Z. Boverii (cf. t. III[3], 701), Antwerpiae 1653 in 4.

14. Ex *Anglia* et *Hibernia* plures quam alias inter scholae theologos recensere licet, quorum forte praecipuus est Laurentius a s. Theresia O. Carm., nobilium ac catholicorum parentum filius unicus, ortus Droghedae in urbe Hiberniae. In Gallia studiis philosophicis et theologicis incubuit, inde Romam evocatus, ut in seminario se ad missiones compararet, prout enixe postulaverat, in comitiis generalibus a. 1650 publicas theses omnium adstantium admiratione sustinuit, quorum animos modestia, ingenii claritate ac facilitate rapuit. Variis deinde in domibus ordinis s. theologiae lectorem egit. Exactissima legum custodia, poenitentiae studio virtutumque cultu discipulorum suorum forma factus est, orationisque studio sic vacabat, ut praeter duas diei horas consuetas tertiam nocte superadderet. Verum ita vires attrivit, ut vix a. 44 natus a. 1670 ad meliorem transierit vitam. Parabat eximium opus, cui apponere volebat titulum *Elucidarii thomistici,* sed morte praereptus operis tantum partem reliquit, quam Adeodatus a ss. Petro et Paulo ejus quondam discipulus et sodalis in 5 digessit tomos (in 3 v.), qui sub titulo *Spicilegii thomistici* sive difficiliores controversiae selectae . . . discussae et ad mentem angelici doctoris resolutae Romae 1682. 1683 in f. prodierunt, opus rarissimum. In t. 1. agit de s. doctrina, de exsistentia, essentia et attributis Dei deque visione beatifica; in 2. de scientia, ideis, voluntate Dei; in 3. de praedestinatione, reprobatione, gratia et merito ac ss. Trinitatis mysterio; in 4. de actibus humanis, justitia et jure, poenitentia cum opusculo de theologia mystica; in 5. de ss. incarnationis arcano. — Opus non minus grande et rarum elaboravit Augustinus Gibbon O. S. Aug., propter fidem

---

pour l'Hist. des Sciences et des beaux Arts, Trévoux 1714 II, 1402 ss.

constanter in patria defensam exsul, in universitate herbipolensi theologiae professor, vicarius generalis Thuringiae et Saxoniae, provinciae rheno-suevicae praepositus († 2. Mart. 1676), cui titulus *Speculum theologicum* seu *theologia scholastica* ad mentem d. Thomae, Moguntiae 1669 t. 7 in 4; aucta variis argumentis, responsionibus ac fundamentis et 4 tr. contra Lutherum (de quibus mox) ac uno de scientiâ ideali, cura Bened. de Meirelles ejusd. ord. Conimbricae 1740 — 1745 t. 6 in f. Ejus quoque est *Lutherocalvinismus schismaticus quidem sed reconciliabilis,* Erfurti 1663, quod opus sane praestans et accuratum absolvitur 4 disp., quarum 1. de necessitate agit unius verae Ecclesiae amplectendae; 2. de vera Ecclesiae visibilitate et indefectibilitate; 3. de injusta ac insufficienti causa schismatis adversariorum; 4. eaque irenica de Luthero-calvinismi reconciliabilitate, ubi conditiones pacis a Georgio Calixto propositae expenduntur [1]). *Amphitheatrum sapientiae,* Wirceburgi 1656 in 4. — Antonius Bruodinus Tuomoniensis O. Min. theologiae lector in collegio Hibernorum Pragae, edidit *Oeconomiam minoriticae scholae* Salomonis J. D. Scoti sive universae theologiae scholasticae manualem Summam ad mentem doctoris subtilis, Pragae 1663 in 8. cum corolla sive p. altera manualis Summae i. e. *Summa totius theologiae speculativae,* in qua agit de virtute et statu religionis, decimis, voto, indulgentiis, purgatorio, ib. 1664 in 8; *propugnaculum theologicae veritatis,* p. I. (et unica) historica in 5 ll. secta, Pragae 1669, liber rarissimus (m. 300), in quo agit adversus Thomam Carve Hibernum, notarium apostolicum, qui Viennae morabatur († 1664) atque ediderat opus inscriptum: *Lyra* sive anacephalaeosis hibernica, in qua de origine, nomine, moribus gentis hibernicae tractatur, necnon annales Hiberniae ab a. 1148 — 1661, Sultzbachii 1666 ed. 2., atque postmodum opposuit *responsionem veridicam* ad examen anatomicum A. Bruodini. In 2. l. op. agit Bruodinus de Luthero, Calvino aliisque reformatoribus. *Armamentarium theologicum* ad mentem doctoris subtilis, Pragae 1676, admodum rarum. — Joannes Hecquet [1]) O. Praed. reliquit *commentarium theologicum* complectens omnes tr. totius 1, 2. p., Romae 1659 in f., et synopsim theologicam *de fide, spe et caritate,* ib. 1675 in 4. — Richardus Lyncaeus (Lynch) S. J. patria Galvicensis per 25 a. Vallisoleti et Salmanticae professor theologiae scholasticae (n. 1611, †1676), vir in disputando acer et dexter, ut non raro acclamationibus adstantium ad disserendum provocaretur, *universam* edidit *philosophiam scholasticam* Lugduni 1645 v. 3 in f. (m. 100), et v. 2 *de Deo ultimo fine,* Salamanticae 1671 in f.

E *Scotia* prodiit Andreas Junius S. J. (1619—1679), Abredonensis, qui ab errore ad veram rediit Ecclesiam. Compluti philosophiam, Toleti, Villaregii, Murciae et Matriti per a. 17 theologiam professus est. Edidit *de providentia et praedestinatione meditationes scholasticas,* Lugduni 1678 in f.

Angli erant Guilelmus Harcourt (proprie Ayleworth) S. J. diu Leodii philosophiae, dein theologiae professor († 10. Sept. 1679), cujus est *metaphysica scholastica,* in qua pleraeque philosophicae et non paucae theologicae dificultates elucidantur, Coloniae 1675 in f. — Thomas Compton alias Carleton S. J. Cantabrigiensis, diu in col-

[1]) Cf. Fabricium hist. bibl. fabric. IV. 214.

[1]) Hic forte idem est cum Jo. Baptista Hacket pariter O. Pr. et Hiberno, Mediolani, Neapoli et Romae theologiae magistro, quem Echard ab illo distinguit eique tribuit *Controversorium theologicum* complectens omnes tr. totius 1. 2. p. doctoris angelici, Romae 1654 in f. Hic juxta Bellesheim Gesch. der kath. Kirche in Irl. III, 691 obiit 1676.

legio anglicano Audomari philosophiae et Leodii theologiae professor, in docendo scribendoque clarus et solidus († 24. Martii 1666), praeter *philosophiam universam,* Antwerpiae 1649 in f., 1664, et *Prometheum christianum* seu librum moralium, in quo philosophiae moralis finis et scopus aperitur, simulque media, quibus in homine formando in hominem utitur, declarantur: ex antiquorum philosophorum monumentis deducta, ib. 1652 in 8; Leodii 1653; *cursus theologici* t. 2 scripsit, quorum 1. respondet 1. p. et 1, 2; alter 2, 2. et 3. p. Leodii 1658 et 1662; 1684 et 1689 in f.

15. Plures insignes theologiae scholasticae cultores protulit hac epocha Gallia. Primo loco illi nominandi sunt, qui integram Summam vel cursum theologiae elucubrarunt. Marcus de Berulle O. Min. Conv. Normannus († 1682) *cursum* edidit *theologicum* ad mentem doctoris subtilis distributum in 4 ll. juxta ordinem magistri Sent., Gratianopoli 1668 t. 12 in 12 (ter ibid.), opus rarissimum; praeterea *Brièvе et claire explication de toute la Sainte Bible* selon le sens littéral ib. 1696 t. 3 in 1 v. in f.; *Bible géographique* Grenoble 1679. — Marcellus Regiensis O. Cap. theologus egregius, seraphicae doctrinae sectator ac defensor acerrimus [1]), composuit egregiam *Summam seraphicam,* in qua s. Bonaventurae seraphica doctrina per ejus in Magistrum Sent. ll. dispersa dilucide est enodata et accurate redacta in scholae methodum, Massiliae 1669 v. 2 in f. — Ejus sodalis Marcus a Baudunio, vir clara doctrina et insigni sapientia praeditus, publica luce donavit *paradisum philosophicum* unius ac trium doctorum angelici, seraphici et subtilis [2]) horumque conciliatoris fonte irriguus, Massiliae 1654 in f.; 1664 in 4; *paradisum theologicum* unius ac trium doctorum etc. t. 2 in f. Lugduni 1661—1664, adjecto tr. *de justitia et jure* ib. 1670, opus rarum. In utroque auctor studet illos tres doctores ad eandem trahere sententiam, sed non semper feliciter. *Compendium totius theologiae tam speculativae quam practicae,* ib. 1673 t. 4 in 8. — Leo a s. Joanne, ante suum in Carm. ordinem ingressum Jo. Macé dictus, Rhedonensis n. a. 1600, omnia fere ordinis munera obivit, magnique factus est ab Innocentio X. et Alexandro VII., a pluribus cardinalibus, Ludovico XIII. et XIV., quibus fuit a concionibus. Richelieu card. adstitit morienti († 30. Dec. 1671). Vere meruit sua virtute animique dotibus hoc a suo biographo [1]) elogium: „In seculo quasi stella surrexit matutina, in Carmelo tamquam sol in diebus aestatis praeluxit, in aula quasi vas auri solidum ornatum omni lapide pretioso emicuit, omnibus tum corporis tum animae dotibus insignitus, et suis omnibus intra monasterii septa pretiosus sodalibus." Plurima (ad 63) ejusdem exstant opera [2]), inter quae laudatur: *Studium sapientiae universalis,* Parisiis 1657 t. 1., qui agit de disciplinis profanis; t. 2. et 3. Lugduni 1664, qui versantur circa scientiam sacram: ea pars ceteris propter eruditionem, ordinem, claritatem classicumque stilum praefertur, quae de theologia dogmatica disserit. *Aurum optimum,* contextus evangelicus J. Christi vitam uno quatuor evangeli-

[1]) Joan. a s. Antonio II, 313.

[2]) Bonaventura Columbus O. Min. Conv. elaboravit novum *cursum philosophicum in via Scoti* complectentem universam philosophiam rationalem, naturalem, moralem et transnaturalem, Lugduni 1669 in f.

[1]) P. de Villiers in bibl. carm.

[2]) Cf. Feller V, 236, exactius in Biogr. univ. LXXII, 276 ss., ubi legimus: „Ce laborieux et savant écrivain a laissé une grande quantité d'ouvrages remarquables non seulement par la diversité des matières, mais plus encore par la vigueur et l'élégance du style, aussi bien que par l'étendue des connaissances qu'ils attestent."

starum calamo describens 1669 in 8; *instructio catholica* adversus heterodoxos, 1661; *Instruction catholique* pour distinguer infailliblement la vérité du mensonge en matière de religion, Pictavii 1647 in 4; *Les sept colonnes de la Sagesse incarnée* qui soutiennent le temple des sept principales vertus de la divine Eucharistie contre les hérétiques, ib. 1629 in 8., cum *apologia* adversus Danielem Couppé, Salmurii 1630 in 8; *theologie mystique*, Parisiis 1654 v. 2 in 8. etc. — *Theologiam secundum genium s. Augustini* edidit Fulgentius La Fosse O. S. Aug. Tolosae 1672 t. 3 in 12.

16. His notior est Vincentius Contenson (Contensous) O. Praed. Aquitanus dioecesis condomiensis Altivilari natus a. 1641. Ea emicuit inter aequales ingenii subtilitate, ut non tam discipulus quam professor emeritus arguendo vel exponendo videretur, adeo vel intricatissimas difficillimasque theologiae quaestiones intime penetrabat, dilucide explicabat, adversaque solide ac clare solvebat argumenta [1]). Annos vix natus 24 philosophiam professus est Albiae (seu Albigae) magna nominis celebritate (1664); tum theologiam variis in episcoporum seminariis. Affecta jam valetudine conciones per adventum a. 1674 habuit, mox vero post concionem die Natali D. habita exspiravit 26. Dec. 1674 a. aetatis 34. Optimo plane consilio *theologiam* scripsit *mentis et cordis* seu speculationem universae s. doctrinae pietate temperatam e patribus, doctore potissimum angelico derivatam, Lugduni 1673—1676 t. 9 in 12., quorum ultimum ab ipso quidem inchoatum, alter (Massoulié) absolvit partim ex auctoris schedis, partim ex suo; ib. 1687; Venetii 1727 v. 2 in f.; 1790 t. 4 in 4; Taurini 1768 v. 4 in 4. cum additamento alterius de jure et justitia; Parisiis 1875 t. 4. Singulis sectionibus considerationes subjicit asceticas, quae sponte sua dogma catholicum consequuntur. Ejus dictio elegans quidem est, sed plus justo acrior, magnoque animi aestu corripi videtur, quoties aliorum opiniones quamvis probabilissimas refutare conatur [1]). In tr. de gratia existimat semipelagianos gratiae interioris praevenientis admisisse nesessitatem, nec uno in loco Jansenianis favet. In re vero morali judice s. Alphonso auctor est rigidissimus, qui prolixam *de novello probabilitatis commento* haeresum omnium fonte diss. operi suo inseruit, et sententiam benignam vocavit intolerabilem ab Ecclesia configendam potius quam Jansenii sententias [2]). — Ex eadem sacra familia claruit inter primi nominis theologos computatus Petrus Labat Tolosanus, doctrinae s. Thomae mirum addictus, quam Burdigalae et Tolosae fere per totam vitam e superiore loco docuit. Sua auctoritate academiam tolosanam induxit, ut statueret »omnem a sensu s. doctoris alienam (doctrinam) esse explodendam et a scholis eliminandam, praecipue in materia gratiae ex se efficacis, sicut in materia praedestinationis gratuitae ante praevisionem meritorum, necnon in materia moralis doctrinae [3]).«

[1]) Cf. Echard II, 656 s.: Bezaudun Histoire du R. P. de Contenson, Montauban 1663 in 12; Monatrosen 1887 p. 1—11.

[1]) Cf. Hist.-politische Bl. 1873 LXXI, 102; Mich. a s. Jos. IV, 472.

[2]) Cf. Lacroix theol. mor. l. 1. n. 327.

[3]) Cf. Echard II, 636 s. — Alius ab eo est Joannes Baptista Labat sodalis, qui missionarium egit in insulis americanis ditionis tunc gallicae. Redux Bononiam ad comitia ordinis se contulit atque in Europa retentus continuavit *Memoires des nouveaux voyages* aux isles Françises de l'Amerique contenant une description tres exact du pais etc. Parisiis 1722 t. 6 in 8. Postea ex aliorum relationibus scripsit *Nouvelle relation de l'Afrique occidentale*, ib. 1728; Relation historique *de l'Ethiopie occidentale*, ib. 1732, opus pro missionum historia non sine pretio, sed non in omnibus accuratum. Obiit 1738. Cf. Reichmann S. J. in KL. VII², 1280.

Decessit autem Petrus 30. Martii 1670, postquam ab eo typis datum fuerat opus hoc titulo: *Theologia scholastica* secundum illibatam s. Thomae doctrinam sive cursus theologicus, in quo omnia dubia maxime hacce tempestate agitari solita ample, exacte et perspicue resolvuntur ac semper omnino menti ejusdem doctoris angelici consone, Tolosae 1658—1661 t. 8 in 8.

17. In *s. Thomam* commentaria ediderunt: Philippus a ss. Trinitate, ante suum in O. Carm. ingressum [1]) dictus Esprit Julien, Malaucensis dioecesis vasionensis n. 1603. In Persidem missus est missionarius apostolicus (1629); non solum hanc regionem, sed et Indiam (ubi commoratus est 9 fere annos), tres Arabias, Syriam, Mesopotamiam, Chaldaeam, Armeniam et ex parte Mediam peragravit: quod iter describit Philippus in opere, quod hodie adhuc aestimatur: *Itinerarium orientale,* in quo varii successus itineris, plures Orientis regiones, earum montes, maria et flumina, series principum qui in eis dominati sunt, incolae tam christiani quam infideles populi, animalia, arbores, plantae et fructus: religiosorum in Oriente missiones ac varii celebres eventus describuntur ll. 10, Lugduni 1649, in linguas quoque gallicam, germanicam, italam versum [2]). Montem Carmelum visitavit accurateque descripsit. In monte Libani aliquamdiu commoratus, Romam demum rediit authenticum processum martyrii sodalium suorum Dionysii a Nativitate et Redempti a Cruce ad ss. congr. de propaganda fide et de ritibus afferens. Hinc in Galliam secessit. Saepius primis ordinis muneribus functus est, et tandem electus praepositus generalis Romae ad sexennium 25. Apr. 1665. Omnes fere per Europam provincias ipse visitavit. Dum ad siculam provinciam trajicere pararet, maris tempestatibus per 24 dierum spatium ad Calabriae oras seu potius scopulos miserandum in modum jactatus ac Neapolim usque propulsatus, ibidem laboriosissimam piamque vitam non sine sanctitatis fama finivit 28. Febr. 1671. Plura edidit opera cedro digna, ait Gonetus, in quibus eruditio et pietas decertant, continuis licet itineribus ac praelaturarum occupationibus detentus, quae ipsum in omni disciplinarum genere instructissimum fuisse probant [1]), inter quae potiora sunt: *Summa philosophiae* ex principiis Aristotelis et d. Thomae doctrina juxta legitimam scholae thomisticae intelligentiam, Lugduni 1648 in f., Coloniae 1654. 1665 (m. 60), quam Goae elaboraverat eadem prorsus methodo, qua usus est s. Thomas in Summa theologica. Eam multum commendant sodalibus statuta congr. generalis Oratorii (ed. Parisiis 1675 sess. 21). *Summa theologiae thomisticae* seu disp. in omnes partes Summae s. Thomae, Lugduni 1653 ss. v. 5 in f., opus rarum (m. 80). Ea magni fit a s. Thomae discipulis: excellit enim insigni perspicuitate et claritate, qua forte Gonetum vel Becanum, quem tantopere commendavimus (III^3, 720), superat [2]): ea tamen subinde ex Summa philosophica suppleri debet. *Summa theologiae mysticae,* in qua quaecunque ad eam pertinent rigore scholastico et ex mente ss. patrum eruditissime pertractat, maxime secundum doctrinam s. Thomae, ib, 1656 in f.; Friburgi 1874 t. 3, opus, quod magni

[1]) Ex eadem hac familia erat Licinius a s. Scholastica († 1674) auctor *expositionis in Summam s. Thomae,* si fides continuatori H. E. Fleurii l. 206 § 102, qui plura ei tribuit opera, ex quibus tantum illud de *justitia christiana* Leyden 1655 editum legi.

[2]) Cf. Roehricht Bibl. geogr. Pal. p. 247.

[1]) Cf. Bibl. O. Carmel. Aureliani 1752 II, 651; Mich. a s. Joseph III, 478; Biogr. univ. XXXIV. 181 ss.

[2]) Cf. Hist.-politische Bl. 1873 v. LXXI p. 106; Scheeben Handb. d. k. Dogm. l. 1 n. 1092.

aestimatur. *Maria sicut aurora consurgens* seu de immaculata ejus conceptione; accedunt plura de peccato originali Lugduni 1667 in 8; *generalis chronologia usque ad sua tempora,* in qua compendiose ac methodice referuntur praecipua scitu digna, quae evenerunt ubique, ib. 1663 in 8; *Decor Carmeli religiosi* seu de viris et monialibus O. Carm. sanctitate illustribus, ib. 1665. — Hujus ordinis sodalis fuit Daniel a s. Joseph (Jos. Legourveneur † 1666), cujus *disputationes* in 1 p. q. 1—50 prodierunt Cadomi 1649 in f. — Ludovicus Maeratius (Mairat) S. J. Trecensis propter eruditionem a Petavio [1]) commendatus, vir ingenio, judicio, doctrina, disputandi acumine, explicandi facilitate et perspicuitate cum paucis comparandus [2]). Aliquot annos philosophiam, theologiam Mussiponti, Flexiae, Lutetiae annos omnino 24 magna auditorum frequentia et admiratione professus est. Fuit tenerrimae conscientiae, cautus admodum in sermone, ne quid supra limites veri exaggeraret; de nullo male sentiebat multoque minus sinistre loquebatur. Candore magno morum et suavitate omnibus se amabilem praestabat. Quotidie apud confessarium peccata deponebat, ut sacris purius operam daret († 19. Febr. 1664 aetatis a. 87). Prostant ejus *disputationum* in Summam theologicam (universam) s. Thomae v. 3 in f., Lutetiae Parisiorum 1633.

18. Cum de iis nobis sit sermo, qui de *s. Thoma* meruerunt, mentio omnino facienda est Joannis Nicolai nati 1594, qui puer duodennis ordinem est ingressus s. Dominici (1607). De ejus eruditione et virtute ita scribit Echard II, 647: „Praeter amoeniores musas, quibus erat optime instructus, soluta strictaque oratione venuste scribere promptus, graece, latine et vernacule, quin etiam italice, hispanice et hebraice doctus, theologia scholastica sic emicuit, ut et positiva sacraeque Scripturae, ss. patrum et catholicae traditionis ac historiae ecclesiasticae notitia plus emineret. Vita illius pura omnino et innoxia: libris intentus et studio reliquum dabat orationi vocali et mentali, quam familiarem habebat: rarissimum illi cum mulieribus alloquium idque perbreve et necessitate compellente vel caritate: a jejuniis non Ecclesiae tantum sed et ordinis ne vel aetate jam effoeta se voluit eximium, cibi potusque et somni parcissimus.“ Ejus opera [1]) in tres distinguit classes: Aliena sed ejus notis et additionibus illustrata: *Raineri de Pisis O. Fr. Praed. Pantheologia* (cf. Nomencl. II, 661) sive universa theologia ordine alphabetico per varios titulos distributa et ex probatis et praecipuis auctoribus (s. Thoma et Alexandro halensi) olim ab ipso summa arte collecta . . . Opus non theologis tantum et concionatoribus (ad quos maxime spectat), sed literatis passim omnibus propter inspersas omnimodas notationes ac materias non tenuiter profuturum etc., Lugduni 1655 t. 3 in f., accuratior ed. Lugduni 1670; priori t. adjecit sub titulo *de dominio* disceptationem adversus novos dogmatistas (ut Mart. de Barcos etc.), qui duo Ecclesiae capita sibi fingunt, et ex duobus unum conflant, Paulum cum Petro coaequantes in supremo pontificatu; alteri t. accessit disceptatio summaria *de his, quae ad gratiam Dei et ad liberum hominis arbitrium pertinent* utriusque tractationi sub titulis propriis ab auctore delineatae intermixta, contra jansenianum dogma postliminio tandem a summo pontifice damnatum, ac alias ejusdem appendices ex Augustini potissimum et s. Thomae testimoniis apertis-

[1]) De incarn. l. 11 c. 12 § 12.
[2]) Sotvell. in bibl. Script. S. J.

[1]) Horum catalogum integrum (potiora enim tantum indicabimus) cf. etiam ap. Niceron XIV, 773 ss.

sime confutatas; tertio t. adjecta est *summaria disquisitio auctoritatum tam s. Augustini quam s. Thomae de passione ac morte Christi* non pro electis tantum efficaciter, sed etiam sufficienter pro ceteris omnibus tolerata contra praefatum dogma jansenianum. Edidit praeterea plura *s. Thomae opera* a corruptelis et mendis (quandoque enormibus) expurgata, cujusmodi sunt: *Expositio continua super quatuor evangelistas* ex latinis et graecis auctoribus ac praesertim ex patrum sententiis et glossis miro artificio quasi uno tenore contextuque conflata et catena aurea justissimo titulo nuncupata, Parisiis 1657 in f., Lugduni 1670; pro quo op. et ed. scripsit contra Combefisium sub ementito nomine Honorati a s. Gregorio *apologeticam praefationem* adjecta summaria epistolari discussione in diss. Bernardi Guyard de fictitio s. Thomae Graecismo (Parisiis 1667 in 8.), utrum scil. s. Thomas calluerit linguam graecam, qua affirmatur angelicum doctorem linguam graecam egregie calluisse, Parisiis 1668 in 12. Cum autem Combefisius huic apologiae opposuisset *prolusionem ad praefationem apologeticam* in P. Nicolai ed. novam catenae aureae d. Thomae, respondit Nicolai l. *confixiones praesumptitiae ex professo refixae* seu verius discussae fictiones, Lugduni 1680 in 12. *S. Thomae praeclarissima commentaria in 4 ll. Sent. P. Lombardi,* Parisiis 1659 t. 4 in f.; *commentarius posterior super ll. Sententiarum* sive secundum scriptum vulgo dictum, ib. 1660 in f. In praefatione editor acrius contendit, hoc opus certissime s. doctoris esse, nec suspicionem ex adverso ab ullo cum ratione effingendam, verum Quetif et Echard contrarium (I, 261) censent; *s. Thomae qq. quodlibetales,* ib. 1660 in f.; *Summa theologica* innumeris patrum, conciliorum, Scripturarum ac decretorum testimoniis ad materias controversas vel ad moralem disciplinam pertinentibus in margine locupletata notisque historicis ac dogmaticis undequaque adjectis aucta, ornata, illustrata, ib. 1663 in f. Quaedam sua vir doctus ipsis s. Thomae articulis uno contextu addidit, in quibus lector falli potest, nisi ad asteriscos attendat in principio et fine positos, sic 2, 2. q. 11 a. 2 ad finem resp. ad 3, sic in suppl. q. 9 a. 3; Lugduni 1685 in f.; *s. Thomae Aq. . . . . explanatio in omnes d. Pauli ap. epistolas commentaria,* Lugduni 1689 in f. — Opera propria theologica sunt: *Judicium seu censorium suffragium de propositione Ant. Arnaldi* sorbonici doctoris et socii ad q. juris pertinente (nimirum defuisse gratiam Petro, sine qua nihil possumus, quando Christum negavit), Parisiis 1656 in 4., cui addendae *theses theologicae de gratia* [1]), quibus impugnat errores Jansenianorum, quorum acer erat adversarius. *Apologia naturae et gratiae* seu de concordia utriusque juxta mentem Augustini et Thomae, Burdigalae 1665; *de jejunii christiani et christianae abstinentiae vero ac legitimo ritu* juxta veterem Ecclesiae universalis usum oecumenica diss. contra pseudocriticas et novellas abusiones, Parisiis 1667 in 12., adversus Launojum (cf. infra), contra cujus diss. de vera plenarii concilii apud Augustinum notione 1644, 1666 tertio jam editam, scripsit *de concilio plenario,* quod contra donatistas baptismi quaestionem ex Augustino definivit, oecumenicam diss., Parisiis 1667 in 12; *de plenarii concilii et baptismatis haereticorum assertione* diss. posterior anteriorem firmans et a pseudocriticis contumeliis cavillisque defendens, ib. 1668 in 12; in his tuetur, Augustinum no-

[1]) Adversus Nicolai theses prodierunt: *Theses molinisticae* Fr. Joan. Nicolai doctoris parisiensis et apud fratres Praed. primarii regentis thomisticis notis expunctae, 1656, quae adscribuntur in Dict. des livres jans. IV, 103 P. Nicole, qui theses sanas P. Joan. Nicolai Parisiis 1656 propugnatas annotationibus Jansenianismo infectis aggredi nititur.

mine concilii plenarii intellexisse synodum nicaenam, cum secundum Launojum intellexerit arelatensem [1]). *De baptismi antiquo usu* ab Ecclesia instituto, probato, usurpato oecumenica diss. contra pseudocriticas novitates; altera *de baptismi solemnitate* legitimo tempore citra necessitatem observanda, altera *de Judaeis vel de aliis quibuscunque infidelibus ad baptismum suscipiendum non cogendis,* ib. 1668 in 12., quibus addenda: ad. cl. et carissimum sibi sincerae veritatis ac aequitatis amatorem *in diss. contra J. Launojum edendas prolusio* et contra ejus nugas et imposturas apologia, ib. 1668 in 12. Contendit in priori diss., praxim romanam administrandi baptismum nonnisi in Paschate et Pentecoste (necessitatis casu excepto) omnibus in ecclesiis fuisse servatam [2]). Displicet tamen eruditis in hac controversia stili acrimonia, quae saepe ad probra personalia delabitur. *De Constantini baptismo,* ubi, quando et a quibus fuerit celebratus historica diss., ib. 1680 in 12. — Tertia operum classis complectitur politica et poetica. — Nicolai sodalis Petrus Pelican Blesensis (n. 7. Jun. 1592, † 16. Dec. 1672), aliquamdiu etiam missionarius apostolicus in America, edidit *opuscula s. Thomae Aq. omnia* theologica et moralia ac considerationes, quibus adduntur tum qq. *de secreto servando* ex Ms. bibl. s. Victoris paris., tum plura alia nondum impressa ex ms. conventus carnotensis dominic.; *duplex* etiam *ejusdem in canticorum cantica commentarium* etc., Parisiis 1656 in f., quam in ed. plura irrepserunt typorum errata. Editor notas sat accuratas adjecit, et criterium de veris s. Thomae opusculis et suppositis haud poenitendum; quaedam tamen pro legitimis admittit, quae certo aliena sunt [1]).

19. De singularibus argumentis egerunt: Petrus de Bugis S. J. Tolosanus, theologiae per 20 annos professor († 13. Dec. 1680 a. aetatis 90), qui disputavit *de Deo uno 12 ll.,* Burdigalae 1676 in f.; *de adorando Trinitatis mysterio ll. 7,* Lugduni 1671 in 4; *de mysterio incarnationis ll. 12,* ib. 1668 in f., in quibus omnibus post scholasticas subtilitates disp. claudit morali seu mystica consideratione ad pios voluntatis affectus excitandos. — Jacobus du Metz doctor parisiensis, cujus est *Clavis theologiae theoreticae et practicae,* in qua praedestinationem post praevisa merita tuetur. — *De ente increato* et *de ente supernaturali* disseruit (Divione t. 2 in 12) Joannes Guilleminot S. J. Montbarraeus dioecesis lingonensis n. 1614; diu philosophiae et theologiae professor atque academiae mussipontanae cancellarius († 24. Nov. 1680). Edidit quoque *selectas ex universaliore philosophia qq.,* in quibus recentiorum philosophorum doctrina [2]), quatenus aristotelicae contraria est, refellitur, et ipsa aristotelica multis ad ea, quae hactenus in lucem prodierunt, additis illustratur, Parisiis 1671 v. 2 in 8; diss. *de principiis extrinsecis rerum corporearum et de cognitione brutorum,* ib. 1679 in 12. — Antonius Reginaldus (prius Ravaille dictus) O. Praed. inter suos magnam adeptus est celebritatis famam. Natus is est Albiae in Occitania (Languedoc). Inter condiscipulos emicuit sive privatis sive

[1]) Cf. de hac controversia plura apud Mich. a s. Joseph III, 350 ss.; Journal des Savans II, 340; Dupin XVIII, 108, qui et aliarum diss. argumentum breviter exponit.

[2]) Cf. Journ. des Savans II, 482.

[1]) Cf. Echard II, 650.

[2]) Pro hac stetit Casimirus Tolosanus O. Cap. († 1674 a. aetatis 40) in op.: *Atomi philosophicae* sive tum veterum tum recentiorum atomistarum placita: ubi de novo excogitatae opiniones validissime ab eo propugnantur et simul cursus philosophicus conficitur, Biterris 1674 t. 6 in 8., quorum tamen 2—6 prohibiti 26. Nov. 1680 fuere ‚donec corrigantur.' Cf. Journ. des Sav. 30. Mart. 1676.

publicis etiam exercitationibus, ut erudiendis amodo sodalibus et extraneis a superioribus destinatus fuerit. Philosophiae cursum praelegit a. 1632; tum et ss. literas est interpretatus Tolosae apud suos, et antecessor renunciatus theologiam ab a. 1639 fere 10 a. in schola publica docuit. „Pendebant omnes e loquentis ore, quo nedum Augustinus et Thomas, sed et concilia omnia et patres loqui dici potuissent. Adeo omnium sententias alte infusas hauserat, et locupletarat capacissimum ingenium totius antiquitatis amplissima et sanctissima supellectili, quam suis explicationibus profundebat scholasticorum multitudini undecunque ad eum ut oraculum confluenti, ut scholae locum amplissimum eos continere non valentem ampliari necesse fuerit et extendi [1]).“ Verum a. 1649 suborta adversus ipsum tempestate occasione l. Petri de Vicentia de conceptione b. Virginis iterum tunc editi, quod ejus curis factum putabatur, ei consultius se subtrahere ratus ad Prullianum monasterium se recepit. Cum vero eo tempore Romae quaestio agitaretur de famosis quinque Jansenii prop. sodales veriti, ne de gratia quoque ex se efficaci, cujus acres sunt patroni, controversia moveretur, doctiores sui ordinis theologos, ut ad omnem occasionem essent parati, Romam convocarunt, inter quos fuit etiam Reginaldus (1652). Nulla tamen eis data fuit occasio suam tuendi doctrinam. Quare a. sequenti in Galliam rediit librisque edendis incubuit. Illum academia tolosana iterum in professorem delegit a. 1671, quod munus magna auditorum approbatione ad mortem usque (12. Apr. 1676 a. aetatis 71) implevit. Haec sunt ejus ingenii monumenta: Opusculum *de vero sensu composito et diviso* seu q. de vera et legitima intelligentia distinctionis sensus compositi et divisi juxta antiquos et recentiores philosophos ac theologos, maxime vero juxta d. Thomam et ejus discipulos, Parisiis 1638 in 4; Gratianopoli 1663 in 8., quam opellam edidit adversus ejusdem distinctionis explicationem a theologo S. J. tolosano in dictatis suis traditam. In ea repudiata vulgari scholae thomisticae expositione, quam Dom. Bannez invexit, illam aliam probat et confirmat, quae adscribitur P. Alvarez. Hunc l. confutavit Theoph. Raynaudus lucubratione cui titulus: *Vulpes parvula demoliens vineas capta et corio nudata* t. 18. opp. edit. lugd. a. 1665. Quaestio theologica, historica et juris pontificii, *quae fuerit mens conc. tridentini circa gratiam efficacem et scientiam mediam,* Tolosae 1644 in 4; quam [1]) cum theologus quidam (Annat, de quo infra) impugnasset, respondit Reginaldus l., cui titulus: *Theses apologeticae adversus solutionem quaestionis* etc., Parisiis in 4. Diss. *de catechismi romani auctoritate* initio ejusdem catechismi edita, Tolosae 1648, quam nonnulli mutilam, elumbem et interpolatam aliis ejusdem catechismi editionibus praeposuerunt. Doctrinae d. Thomae Aq. *tria principia cum suis consequentiis,* t. 1. exhibens primum principium: *Ens est transcendens;* t. 2 secundum principium: *Deus solus est actus purus;* t. 3. secundi principii p. 2., Tolosae 1679 in 12; sequi debebat secundi principii p.

[1]) Ita Joan. Franc. Dufaur prior conventus tolosani O. Praed. in epist. encyclica, qua sodalibus obitum P. Antonii annunciat. Cf. Echard II, 661 ss.

[1]) „Il ne s'est peut-être jamais imprimé d'écrit, qui en si peu de pages renfermât un si grand nombre de bévues et de faussetez, que cette *Question théologique*, et qui en ait été si évidemment convaincu. Tout ce qu'on pourroit dire pour excuser le P. Reginald c'est que lorsqu'il composa cette *Question,* il étoit jeune et peu instruit des faits historiques, dont il entreprenoit de parler.“ Mém. de Trévoux 1707 IV, 1679. Cf. etiam de hoc misello libello Schneeman die Entstehung der thomistisch-molinistischen Controverse, Friburgi 1879 p. II p. 142.

3., tum tertium principium scil. *absoluta specificantur a se, relativa ab alio,* in quo de moralibus acturus erat, at cum auctore interiere. *De mente s. concilii trid. circa gratiam seipsa efficacem,* Antwerpiae 1706 in f., opus ejusdem praecipuum, rarum et a Thomistis maximi factum, sed posthumum et cura famosi Quesnelli editum (m. 50). In ejusdem p. 1. innumera plane corradit argumenta, quibus gratiam seipsa efficacem a tridentinis patribus agnitam probet; sed vere incassum laborat, praecipuum enim argumentum quo utitur videtur esse, gratia non potest esse nisi ex se efficax, ergo talem agnovit concilium [1]). Ad 304 quoque praelatos vel theologos provocat, qui diversis temporibus huic concilio interfuerunt quique gratiae seipsa efficaci patrocinantur, secundum quorum proinde mentem interpretanda esse censet decreta tridentina: sed levissimis seu potius nullis argumentis subnixus eos in suam trahit sententiam. Secunda operis p. complectitur animadversiones in 25 propositiones Molinae auctore R. D. Le Bossu [2]). Tertia p. continentur aliquot epistolae Petri Soto, Tapper, Ravesteyn de concordia gratiae et liberi arbitrii [3]).

20. In *Belgio* Franciscus Bonae Spei (alias dictus Crespin) O. Carm. Insulensis, diu philosophiae ac theologiae Lovanii lector (n. 20. Jun. 1617, † 5. Jan. 1677 a. aetatis 60), edidit [1]) *commentarios tres in universam theologiam scholasticam* Antwerpiae 1662 t. 6 in v. 3 inf.; *Apologema retortum* seu retorta disp. apologetica de ignorantia invincibili et opinionum probabilitate pro Prosperi Fagnani doctrina in cap. »Ne innitaris,« contra doctrinam de probabilitate ill. D. Joan. Caramuelis, Antwerpiae 1665 in 4; *Christi fidelium parochiale* apologeticum, Bruxellis 1647; *Christi fidelium contritionale* cum ss. synodi trid. et antiquae facultatis theolog. lovaniensis vindiciis et venditiis, Mechliniae 1667 in 4; *Clypeus contritionalis,* ib. 1670 in 4; l. apologeticus *pro Joanne XLIV. ep. et patriarcha hierosol. directe, et Lucifero Sardorum ep. indirecte* adversus criminationes P. Christ. Lupi, Antwerpiae 1666 in 4; *Examen theologicum* super regulis octo ex instructione Petri van Buscum († 28. Nov. 1689), contra quam scripsit etiam Estrix, et quae a congr. Indicis fuit (14. Febr. 1674) prohibita; *historico-theologicum Carmeli armamentarium,* Antwerpiae 1669, adversus Henschenium et Papebrochium S. J.; *commentarii tres in universam Aristotelis philosophiam,* Bruxellis 1652 in f., opus rarum (m. 40). — *Summam theologiae scholasticae et moralis* ad mentem Scoti, Antwerpiae 1660—63 t. 4 in f. composuit ex mandato superiorum pro sodalibus Guilelmus Herinckx O. Min. Helmondae in Brabantia natus, s. Scripturae et theologiae lector, dein missionum hollandicarum praefectus, necnon commissarius per Angliam, Scotiam et Hiberniam, postremo (24. Oct. 1677) iprensis episcopus [2]), quem tamen mors invida mox eripuit 17. Aug. 1678. Distinguitur ea ab aliorum Scotistarum operibus stili nitore et spiritus unctione. In re morali probabilismum tuetur. Prodiit

[1]) Cf. Jos. a s. Michael 1, 276; Eleutherium in hist. controv. de auxiliis t. 2 diss. 2; Mémoires de Trévoux l. c. ubi prolixam hujus p. habes synopsin.

[2]) Cf. de Bossu t. III[3] pag. 669 annot. et Mém. de Trévoux p. 1957 ss., ubi animadversionum ipsius habes epitomen. Plura vero in his animadversionibus scitu digna reperiuntur, quae ad illustrandam historiam congr. de auxiliis pertinent.

[3]) Contra hoc Reginaldi opus mox prodiit Antwerpiae 1707 diss. *de mente s. concilii trid. circa gratiam physice determinantem* auctore Liberio Gratiano (L. Meyere), de quo cf. Mémoires de Trévoux 1709 I, 495 ss.

[1]) Cf. Foppens I, 287.

[2]) Cf. Dirks p. 256—60.

iterum ib. 1675—1680, et post damnationem tot prop. per Alexandrum VII. et VIII. et Innocentium XI. recognita et retractata a sodali van Goorlaeken ib. 1702—1704. — *Universam* quoque *theologiam* ad mentem ss. Augustini et Thomae exposuit t. 2 in 4., Insulis 1678. 1693—1707 in f., Laurentius Neesen Trudonopolitanus, qui vix sacerdotio initiatus regimini seminarii archiepiscopalis mechliniensis praefectus fuit, quod munus 40 a. gessit summa cum laude ac fructu. Praedicationi verbi Dei et confessionibus fidelium excipiendis quamdiu per valetudinem licuit cum fructu vacavit. Canonicus fuit theologalis et librorum censor. Disciplinam ecclesiasticam constanter zelavit († 22 Maji 1679 a. aetatis 67). Tr. tres *de justitia et jure* (Leodii 1683 in 4.) ex ejus schedis adjecit Philippus Bertrand ejus in praebenda theologali successor. — Franciscus van der Veken seu Vekenus S. J. Antwerpiensis n. 1596, Coloniae theologiam 30. a. docuit, ubi peracceptus fuit Fabio Chigi, nuncio tunc apostolico, qui electus in romanum pontificem sub nomine Alexandri VII. eum Romam evocavit et s. poenitentiariae theologum esse jussit († 28. Apr. 1664). Opera ejusdem sunt: Disp. theologicae *de Deo uno et trino* in 1. p. q. 1—44, Antwerpiae 1655 in f.; tr. scholastici *de simplicitate et libertate divina* ad 1. p. qq. 3. et 19., Coloniae 1645 in 4. *In canonem sacrificii missae* et reliquas ejusdem partes brevis ac luculenta et ad pietatem utilis expositio, ib. 1644 in 12. — Joannes Weyer S. J. Mechliniensis, qui tamen vitam transegit in Bohemia, ubi docebat rhetoricam, dein philosophiam, demum theologiam scholasticam (n. c. 1597; † 1. Febr. 1675), auctor est op.: *Filius Dei adoptivus* cum Filio Dei naturali Christo Jesu ex principiis theologicis comparatus ejusque imagini ut conformis sit eumque imitans, Ingolstadii 1672 in f. — Alius sodalis Paulus Rosmer Mosaetrajectensis (1605—1664) Viennae et Graecii theologiam scholasticam eximia ingenii et doctrinae commendatione docuit. Naturam sortitus acriorem eam ad omnes moderationis leges compressit, in se ipsum durus, in alios comis et affabilis, Deo in eucharistia venerando peculiariter addictus, nunquam eo insalutato ad functiones scholasticas procedebat. Sanctum latronem Christi in cruce socium sibi pro felici morte obtinenda in patronum delegit [1]). Edidit *l. de jure et justitia* ac potissimum *de contractibus*, Graecii 1649 in 12; Salisburgi 1660; 1669; conclusiones theol. *de actibus humanis*, Graecii 1659 in 8; Monachii 1669; Graecii 1750; tr. *de sacramento et virtute poenitentiae*, ib. 1656; 1662 in 8; tr. *de Deo uno et trino*, ib. 1663 in 8; Monachii 1677; *conclusiones ex universa theologia* suis rationibus instructae, Graecii 1656 in 8; *Quaestiones theologicae* in 3. p. d. Thomae, ib. 1661. — Singulare opus theologicum edidit Duaci 1669 Henricus de Cerf duacensis doctor, in quo circa celebrem de natura divinae gratiae controversiam in scholis catholicis agitari solitam angelici praeceptoris mentem exploraturus haec praestat: 1. locutiones d. Thomae familiares explanat, ne quis in notione terminorum offendat; 2. statuit atque defendit praedeterminationem et ignotam fuisse d. Thomae et ex eo evertere libertatem; 3. non dari praedeterminationem juxta ipsum specialiter ad materiale peccati; 4. d. Thomam scientiae mediae suffragari [2]). — Franciscus van Hondeghem O. Min. pluribus libris [3]) cultum b. Mariae V. promovit ejusdemque immaculatam conceptionem propugnavit, ut in l. *Hypotyposis* sive lux meridiana festivi et immaculati conceptus ab Ecclesiae luminaribus majoribus et minoribus dimanata, Bruxellis 1660. —

---

[1]) Cf. Sotvell. in bibl. Script. S. J.
[2]) Cf. Mich. a s. Joseph II, 384 ss.
[3]) Cf. Dirks p. 229.

Alexander Magnovius auctor est operis rari et singularis *Funiculi nodi indissolubilis* de conceptu mentis et de conceptu ventris h. e. inter immunitatem ab omni defectu et errore s. Thomae et ejus exclusionem ab illis regulis: Omnis homo mendax, omnes erraverunt ab utero . . . et praeservationem ab omni culpa et macula purissimae animae V. Mariae et ipsius exceptionem ab istis: Omnes in Adam peccaverunt, Bruxellis 1663 in 4.

21. Reliqui sunt nonnulli *Germani*[1]), ut Bonaventura a s. Patritio O. S. Franc., cujus exstat *Pentateuchus sacramentalis* seu disp. 5 de sacramentis juxta mentem s. Augustini, doctoris mariani et subtilis, Passavii 1665 in 4. — Christophorus Todtfeller S. J. Artingae in Bavaria natus, quinquennio philosophiae, novennio theologiae professor († 16. Nov. 1678), cujus sunt tr. *de Deo uno et trino* a Greg. Kriegelstein in prael. scholasticis descripti, Pragae 1664 in 8; *centum qq. ex universa theologia scholastica* propositae et probatae, ib. 1671 in 8. — Maximilianus Reichenberger S. J. Pragensis, philosophiae et theologiae speculativae in academia pragensi per 30 fere a. professor († 3. Oct. 1673 vel 2. Oct. 1676), scripsit *compendium theologiae circa Deum, angelos et hominem*, Pragae 1667 in f.; *vindicias mariani cultus* seu nonnullas animadversiones in l. cui titulus: *Monita salutaria b. V. Mariae* ad cultores suos indiscretos pro vindicanda contra auctorem anonymum[2]) Deiparae gloria secundum orthodoxae fidei dogmata, ss. patrum testimonia, rectae rationis dictamina et theologorum principia, ib. 1677 in 4., opusculum posthumum. Tria alia opuscula ejusdem argumenti eidem tribuuntur. — *Arcanum ss. Trinitatis* in libello thesium aperire nisus est Willibaldus Bernardt O. S. Franc. Bavarus Ingolstadii 1662 in 8., qui et *canones theologicos de lege pontificia* in libello thesium proposuit, ib. 1677 in 8. — Fridericus Stümel O. Min. theologiae lector, provinciae custos et vicarius († 1681) Scotum vindicavit in op.: *primum et perenne mobile theologicum* in 2 t. distributum, in quibus de simplicitate Dei ac scotica distinctione[1]) agens dilucide ostendit, subtilis doctrinam tutam esse, oecumenicis et provincialibus conciliis scriptoribusque sacris tum graecis tum latinis consonam[2]), Coloniae 1680 in f.; *unilabium orbis subtiliter literati de distinctione formali ex natura rei* brevi calamo primitus evulgatum, demum vero ab auctore recognitum et auctum, ipsomet teste in titulo t. 1. — Nicolaus Wysing S. J. Lucernensis, vir omni scientiarum genere peregregie excultus, philosophiae et theologiae diu professor, Romae praepositi generalis theologus et censor librorum (n. 1601; † 22. Sept. 1672), disputavit *de hominum praedestiniste* 1, 171; Zaccaria Storia Letter. VIII, 247—51; Backer II, 2020; Reusch Index II 547 ss.; Fleurii H. E. l. 206 § 91 etc. Prohibitus fuit ‚donec corrigatur' 19. Jun. 1674.

[1]) Joannes Georgius Kiene O. Praem. in canonia marchtallensi Ueberlinganus († 26. Sept. 1670) explicuit disp. theologica *Officium s. Angeli custodis*, Lilingae 1625. Collegit quoque tr. practicum *de casibus reservatis* 1629.

[2]) Auctor horum monitorum est Adamus Widenfeldt juris consultus coloniensis († 2. Jun. 1678). Magnum libellus hic strepitum excitavit plurimisque scriptis ultro citroque editis occasionem praebuit, qua de controversia cf. Biblioth. jan-

[1]) Fridericus Staudenhecht Wirceburgensis, theologiae professor (n. 17. Jan. 1615; † 1673), edidit Tr. philosophico-theologicum *de praecisione et distinctione objectiva* tam in creatis quam in divinis variarum et subtilium tum philosophicarum tum theologicarum difficultatum elucidationem continentem, Herbipoli 1665 in 8. Ejus sodalis Bernhardus Ruedorffer in universitate salisburgensi philosophiae professor plura reliquit opuscula philosophica juxta Aristotelis systema. Obiit parochus schanenstadiensis 30 Maj. 1679.

[2]) Cf. Joan. a s. Antonio l, 452.

stinatione ad vitam aeternam, Dilingae 1644 in 8; *de scientia et voluntate Dei,* ib. 1646 in 8. etc. — Christophorus Rassler O. S. Ben. Constantiae natus Salisburgi theologiam docuit (1652) et in abbatem Zwifaltae a. 1658 fuit electus († 1675). Edidit [1]: *De sacramentis in genere* 1654 in 8; tr. speculativo-practicum *de sacramento et virtute poenitentiae* ad mentem d. Thomae compendio explicatum, Salisburgi 1654 et 1661 in 12., qui ob definitionem confessionis in hoc opere traditam acriter impugnatus fuit a Georgio Gobat S. J. [2]); *de natura theologiae* 1655 in 4; *de visione beatifica* 1654. — Ejus sodalis Marianus Schwab et in academia salisburgensi collega, in qua docuit philosophiam 1635, theologiam moralem 1644, dogmaticam 1648 et exegesin 1662 († 1664), reliquit qq. *theologicas* ex Summa s. Thomae, Salisburgi 1653 in 4., praeter varia *theoremata philosophica.* — Bonagratia Habsensis O. Cap. natione Alsata († 3. Martii 1672) praeter alia scripsit [3]): *Elucidationem quarundam qq. et locorum theologicorum de sacramentis,* in quibus s. Bonaventura a quibusdam doctoribus graviori censura perstringitur, Coloniae 1669; disceptationem *de matrimonio haereticorum,* ib. 1669. — Joannes Berthold S. J. Tirolensis († 1673) defendendas proposuit *assertionum theologicarum* partes 2 in 12., Viennae 1652. — Caspar Schott S. J. Regiscurianus (Koenigshofen) diu Panormi physicae professor († 12. vel 22. Maj. 1667) auctor plurium in hac scientia operum pro suo tempore plane insignium et rarorum [1]), memorandus est propter opus inscriptum: *Physica curiosa* sive mirabilia naturae et artis ll. XII comprehensa, quibus pleraque quae de angelis, daemonibus, hominibus, spectris, energumenis, monstris etc. rara, arcana, curiosaque circumferuntur, ad veritatis trutinam expenduntur etc., Herbipoli 1662 in 4. 1667 ed. aucta; 1697. — Johannes Jac. Schmid parochus zurzacensis auctor est op. *Triumphus Marianus* seu Mariae V. praerogativae ex s. Scriptura, ss. patrum sententiis explicatae, decuriae VI, Einsidlae et Constantiae 1666—67 t. 2 in 4. — Fr. Corvinus Kochanowski O. Min. *novum asserendae immaculatae conceptionis Deiparae modum* ex principiis Jo. Duns Scoti deduxit, Casimirae 1669.

[1]) Hist. univ. salisb. l. 2 c. 7 n. 261.

[2]) Cf. de hac controversia annalium zwifalt. p. 2 sect. 6 period. 5 c. 8 p. 290.

[3]) Cf. Bernardus a Bononia in bibl. script. O. Min. Capuc. p. 50.

[1]) Cf. Sommervogel VII, 904—12.

II. Theologia positiva et polemica.

22. In theologia *positiva* et *polemica* Gallia hac epocha ceteris nationibus palmam praeripuit; ingens enim revera illorum est numerus, qui pro tuenda fide catholica calamum strinxerunt, inter quos aliqui sunt haud infimae notae [1]). Primum hic referri potest opus eruditum Petri Lescalopier S. J. Parisini n. 1608, qui diu ss. literas

[1]) Ut apologetis in tuenda fide catholica prodesset, collegit Ludovicus Moréri Provincialis, theologiae doctor *Le grand dictionnaire historique,* ou le mélange curieux de l'histoire sacrée et profane, Lugduni 1674 in f. Cum magnis laboraret defectibus, nisus est illud novo labore retractare, cui operi immortuus est 10. Jul. 1680. Prodiit haec altera editio 1680—81 t. 2 ac deinde saepius (Parisiis 1712 t. 5 ed. jam 13), sed ita ab aliis auctum et oneratum additionibus inutilibus, erroneis, pugnantibus, insulsis, ut a nonnemine dicatur farrago babelica et jam non amplius sit auctoris nostri opus. Melior et honestior ed. prodiit cura Goujet et Drouet Parisiis 1759 t. 10 in f. Cf. Haegele KL. 8², 1912; Feller 6, 163.

Divione est interpretatus († 1673), quod inscribitur: *Humanitas theologica,* in qua M. T. Cicero de natura deorum argumentis, expositionibus nunc primum insignis in lucem prodit. Eademque opera quidquid homo solo rationis lumine de Deo percipere potuit, ex omni antiquitate in apertum profertur, Parisiis 1660 in f. Ejus quoque sunt Scholia seu breves elucidationes *in l. Psalmorum* in usum et commodum omnium, qui psalmos cantant vel recitant, Lugduni 1727 in 8. — Adversus omnis generis incredulos fidem christianam defendit Stephanus Petiot S. J. Lemovicensis, theologiae polemicae professor et s. Scripturae interpres († 12. Febr. 1675) in op.: *Démonstrations théologiques pour établir la foi chrétienne et catholique* contre les superstitions et les erreurs de toutes les sectes infidèles, Metis 1674 in f. — Huic operi affinis est liber sodalis Christophori le Juge Parisini insignis concionatoris[1]) et in controversiis versati († 12. Maji 1670): *Méthode courte et facile de défendre l'église* contre tous ses adversaires, Rothomagi 1667 in 12. Ejus quoque est: *Justification de la conduite tenue par les catholiques à l'égard des jansénistes,* Parisiis 1656 in 4. — Albertus (alias Joannes) Belin O. S. Ben. Vesontionensis, episcopus bellinensis (1666; † 1677), praeter alia [2]) scripsit: *Preuves convaincantes du christianisme* ou principes de la foi démontrés par la raison, Parisiis 1658; 1666 in 4. — Dionysius de Rives O. Cap. Avenionensis dicitur quotannis legisse septies s. Scripturam juxta textum originalem idque per annos 30, floruitque adhuc a. 1676. Propugnavit *Primatum s. Petri et Ecclesiae visibilis infallibilitatem* contra atheos, Judaeos et haereticos, Lugduni 1662 in f.; edidit praeterea triplicem *tr. s. Scripturae,* in quo multa elucidantur ad s. textum spectantia, ib. 1660 in f.; *de mutatione sabbati in dominicam,* ib. 1661 in 8; *de significatione verbi creo,* ib. 1661; *de Origenis hexaplis et octaplis* cum corollario Jos. M. Suaresii, Romae 1671 in 4; Lugduni 1676. — Adversus Mahommedanos pugnavit Michael Febure (Fèvre, etiam P. Justinianus dictus) Turonensis, diu in Oriente missionarius[1]), in l.: *Praecipuae objectiones mahumeticae legis sectatorum adversus catholicos earumque solutiones,* Romae 1679 in 12. — Adversus Graecos schismaticos scripsit Franciscus Richard S. J. Mussipontanus, in Graecia strenuus operarius († 1673), edito graece opere: Τάργα τῆς πίστεως τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας εἰς τὴν διφένδευσιν τῆς ὀρθοδοξίας, Parisiis 1657 t. 2 in 4., opus rarissimum, quia a graecis ipso editionis a. fuit deletum. Edidit quoque *Relation de ce qui s'est passé de plus remarquable a Saint-Erini* isle de l'Archipel depuis l'etablissement de Peres de la Comp. de Jesus en icelle, avec la declaration de plusieurs choses memorables touchant le rite et la creance des Grecs de ce temps et touchant les feux sousterrains qui sortirent du fond de la mer l'an 1650 avec plusieurs prodiges, Parisiis 1657 in 8., opus rarum (fr. 35).

23. Contra protestantes, Calvinianos praesertim, disputarunt e Soc. Jesu Richard Mercier [2]) Burdigalensis, fer-

[1]) De controversiis ortis occasione cujusdam concionis cf. Fleurii hist. eccl. (cont.) l. 201 § 6 ss.

[2]) Cf. Feller 1, 492; Bi. un. IV, 81; de op. hic laudato cf. Journal des Sav. 1, 271—76. Ejus forte frater vel cognatus est Alphonsus Belin (si non est idem), partiter O. S. Ben. clun., cujus est l. utilis *La vérité de la religion catholique*, apostolique et romaine et la fausseté de la religion prétendue réformée des Calvinistes, Nevers 1683.

[1]) Cf. Feller III, 536. — Alius ab eo est Turrianus le Febure S. J. duacenus, asceta et hagiographus († 28. Jul. 1672), cujus opuscula ascetica collecta prodierunt Douay 1667 t. 2 in 4. Cf. Sommervogel III, 580—83, qui ejus opuscula sub n. 22 recenset.

[2]) Distingui debet a Guil. Mercero, de quo egimus III, 883.

vidus et indefessus ecclesiastes († 2. Nov. 1664), qui Eustachium, calvinianae sectae ministrum aggressus est [1]) — Jacobus Boireau († 25. Nov. 1677) — Joannes Baptista de la Barre († 10. Jan. 1680) — Leonardus Champeils Lemovicensis (1609—1669) in l. *Les Vérités Catholiques déclarées et prouvées* selon la vraye idée, qu'en ont euë les ss. Pères et les Docteurs qui ont écrit durant les cinq premiers Siècles de l'Eglise chrestienne, et qu'ils ont formé du vray sens de la pure parole de Dieu, Parisiis 1643, 1664 ed. aucta in 8. — Raymundus a s. Martino (Saint Martin) Bassanensis apud Vascones (natus a. 1601; † 23. Jun. 1679), cujus inter plura alia [2]) exstant: *La confession de Foi* faite par ceux de la Religion pretendue reformée defaite par elle mesme, Montalbani 1658 in 4; *Demonstration* à ceux de la religion p. r. touchant leur union avec ceux de l'église romaine pour servir à faciliter leur conversion, ib. 1658 in 4; *Avis important et salutaire* à ceux de la religion p. r. touchant leur distinction des points de foi fondamentaux et non fondamentaux qui est le fondement de leur union avec les Luthériens, ib. 1660 in 4; *La réformation ou licence extrême* que ceux de la R. P. R. prennent tant en ce qui concerne la foy, qu'en ce qui regarde les moeurs et la piété chrestienne, ib. 1665 in 8; *Sommaire des controverses* décidés par les seuls textes formels et exprès de la Bible, saepissime editum, Charenton 1674 ed. 20; *La vraye religion* en son jour contre toutes les erreurs etc. Montalbani 1667 etc. — Honoratus Nicquetius Avenionensis magnas nactus a natura dotes plurima post se reliquit virtutum omnium exempla. Philosophiam et theologiam Flexiae docuit, censor librorum Romae et theologus praepositi generalis Soc. Jesu fuit († 22. Maji 1667). Scripsit praeter alia [1]): *Le combat de Genève* ou falsifications faites par Genève en la translation françoise du N. Testament, vérifiées par la seule confrontation de ses propres bibles françoises, Flexiae 1621 in 8., opusculum rarum; *titulus s. crucis* seu historia et mysterium tituli s. crucis D. N. J. Christi ll. 2, Parisiis 1648 in 8; Antverpiae 1670; Lugduni B. 1695; *nomenclator marianus* seu nomina ss. Virginis ex Scriptura sanctisque patribus petita, Rothomagi 1664 in 4; *Iconologia mariana* seu judicium de imaginibus ss. Virginis et honor iisdem imaginibus in Ecclesia praestitus, Rotomagi 1667. 1668; *Histoire de l' Ordre de Fontevrault*, Parisiis 1642; 1686. — Andreas Gerard patria Vapincensis in Delphinatu n. 1608, reliquit *Traité de controverses* où il est montré par les propres principes de la religion prétendue qu'elle n'est pas la bonne religion, Gratianopoli 1661 in 12; *medulla omnium ep. s. Pauli et ep. canonicarum* ad varias ratiocinationes contracta, quae argumenta suppeditat ad conciones, Lugduni 1672 in 4. — Bernardi Meynier Claromontani (n. 1604; † 12. Dec. 1682) strenui missionarii plura exstant [2]), ut *La sainte liberté des enfants de Dieu* et frères de Christ en 150 articles, qui contiennent tout ce qu'il est permis de croire et de ne pas croire dans la Religion réformée avec quelques Réflexions sur l'Apologie du Synode de Montpellier (a. 1598); sur le livre que le sieur Charles Drelincourt a fait contre les 42 premiers art., et sur le livre que le Sieur de

[1]) Cf. Sommervogel V, 971.

[2]) Cf. Sommervogel VIII, 432. — Alius ab eo est Guilelmus de Saint Martin parochus parisiensis et regi ab eleemosynis, concionator suo tempore insignis. Ejus conciones prodierunt Parisiis 1683—85 t. 6. Horum aliquot recepit Migne in suam collectionem Orateurs sacrés t. IX. Cf. Feret La fac. de Théol. de Paris, Ep. moderne IV, 170—74. Obiit concionator noster ante a. 1683.

[1]) Sommervogel V, 1721.

[2]) Cf. Sommervogel V, 1055—60.

Croï a fait contre les 25 premiers art., Lugduni 1655; 1658 in 12. ed. jam 14; 1660; Nemausii 1661 ed. 20, liber tam avide exceptus, ut inter sexennium vicies fuerit editus. *Le véritable Augustin* dans ses quatre livres du Symbole de la foi aux catechumènes contre l'Augustin supposé du sieur Troy etc. Tolosae 1655 in 4; *le Port Royal et Genève d'intelligence* contre le Très-Sainct Sacrament de l'Autel dans leurs équivoques de l'art. 15. de la 2. p. de la seconde Lettre de M. Arnauld, Pictavii 1656 in 4; *La religion en six points,* Nemausii 1659; *La s. Eucharistie des Catholiques approuvée* et la Cêne des Calvinistes condamnée par les Confesseurs de Foy, par les Liturgies, par les Synodes Nationaux et par les plus célèbres Docteurs de la Religion prétendue Réformée, Parisiis 1677 ed. 2; *le Pape reconnu des Luthériens* et des prétendus Réformez dans leurs livres, Lugduni 1665; *l'Eglise Romaine* reconnue toujours des Luthériens et des prétendus Réformez pour vraye Eglise de Jésus Christ, en laquelle chacun peut faire son salut, Parisiis 1680 (ed. 4.) etc.

24. Praeter Jesuitas contra Calvinianos certarunt: Joannes de Chaumont regi a secretis consiliis et arcanioris regiae bibliothecae praefectus († 2. Aug. 1667 a. aetatis 84), cujus plura exstant opera, inter quae laudatur *la chaine de Diamans* ou la chaine eucharistique faite du texte des Pères sur ces paroles: Ceci est mon corps, Parisiis 1684 in 8. — Amabilis de Bourzeis, celeberrimus primum inter Jansenianos dogmatista, dein (1661) catholicae veritatis sectator et vindex [1]), natus est in oppido Volvic prope Ricomagum in Arvernia a. 1606. Tam splendidos fecit in literis progressus, ut cardinalis Richelieu ejus uteretur calamo suaque opera recognoscenda ipsi traderet. Receptus quoque fuit inter quadraginta academiae gallicae socios († 2. Aug. 1672.) — Philippus Feron archidiaconus parisiensis, qui praeter alia scripsit *L'Héresie chassée de son dernier retranchement,* Valentiae 1652 in 4. — Franciscus Charles, cujus est *Les motifs de conversion* que doivent porter les Réformés de France à quitter leur Religion pour embrasser la Catholique, Salmuriae 1668 in 12. — Ludovicus Dulaurens Monspessulanus n. 1589, quondam hujus urbis pastor calvinianus, relicta secta Parisios se contulit, ubi eloquentia sua gratiam promeruit card. Richelieu, qui eum in suas recepit aedes atque in negotio unionis protestantium cum catholicis adhibuit. Post cardinalis mortem ingressus est Oratorium (1649), ibique cum Rich. Simon familiarissime conversans semper prae oculis habuit illud unionis consilium. In ultima senectute oculorum lumine fere privatus coram s. Scriptura venerabundus et meditabundus procumbebat atque ita genuflexus etiam mortem oppetiit 1. Jul. 1671. Reliquit plura opera de controversiis erudita et ad convincendum idonea [1]), uti sunt: *Réponse au livre de Pierre du Moulin,* cui titulus Opposition de la parole de Dieu à la doctrine de l'église romaine, Parisiis 1625 in 8; *Dispute touchant le schisme et la séparation que Luther et Calvin ont faite de l'église romaine,* ib. 1655 in f., quod

[1]) Cf. Biogr. univ. V, 396; operum catalogum apud Niceron t. 24; Dictionnaire des livres Jansénistes I, 86, ubi de eo legimus: „Il protesta en signant le Formulaire (4. Nov. 1661), qu'il voudroit pouvoir effacer de son sang tout ce qu'il avoit écrit, et qu'il auroit toute sa vie un soverain et inviolable respect pour les décisions du S. Père, qui est, dit-il, le Vicaire de J. C. sur la terre et le Maïtre commun des Chrétiens en la foi.“ Scripsit pro errore Jansenii: *Apologie du concile de Trente et de S. Augustin,* 1650; *Saint Augustin victorieux de Calvin et de Molina,* 1662 in 4. adversus Dechamps, de quo cf. ib. 116 ss. Cf. et II, 474; III, 323.

[1]) Biogr. univ. LXIII, 109.

opus continet acta disputationis seu collationis inter praecipuos theologos sub auspiciis archiepiscopi scripto habitae[1]). *Le Triomphe de l'église romaine* contre ceux de la religion prétendue réformée par six démonstrations, qui font voir clairement combien il est impossibile de se sauver dans leur communion, ib. 1667 in 12. — Carolus Mallet doctor sorbonicus, archidiaconus et vicarius generalis rotomagensis (1602—1680) corruptionis accusavit[2]) versionem famosam montensem (de Mons) in l. *Examen de quelques passages* de la traduction du N. T. imprimée a Mons, Rotomagi 1676 in 12. Scripsit praeterea: *Traité de la lecture de l'Ecriture sainte* en langue vulgaire, Rotomagi 1679 in 12., in quo tuetur, populo non esse permittendam lectionem s. Scripturae in lingua vulgari. Utrumque librum duplici libello impugnavit Ant. Arnauld defensor versionis montensis.

25. His addi possunt nonnulli, qui extra veram Ecclesiam nati ad hanc redierunt, suique reditus rationes exposuerunt. Ita Theophilus Brachet de la Milletière Parisiensis n. 1596, qui controversiis multum deditus, ab ipso Petro du Moulin magni factus, suaeque sectae strenuus promotor, in carcerem tamen fuit conjectus (1628) et annos quatuor in eo detensus; unde in fervore suo intepuit, imo de pace catholicos inter et Calvinianos ineunda cogitavit, consiliumque promovit scriptis libellis irenicis[3]), cujusmodi ex. gr. sunt: *La paix de l'Eglise* fondée sur la foy catholique pour la transsubstantiation au s. Sacrament de l'Eucharistie, Parisiis 1626 in 8., contra Aubertinum; *la necessité de la puissance du Pape* en l'Eglise pour remede contre le Schisme, ib. 1640. Cum vero hi nimis faverent veritati catholicae, a suis fuit excommunicatus (1642); ipse demum 2. Apr. 1646 fidem amplexus est catholicam. Usque ad mortem (1665) suum de unione dissidentium cum catholicis consilium prosecutus est, sed nullo successu[1]). E suis operibus liber, cui titulus: *L'Etat véritable des différends de la religion* entre les Catholiques et les Protestants avec la raison certaine de les terminer, in cleri gallicani comitiis a. 1657 probatus et ejusdem cleri expensis impressus fuit. Grotius auctoris nostri laudat pietatem, pro concordia zelum, in controversiis habilitatem. Obiit 1665 annos natus circiter 69. — De Ludovico du Laurens Or. mox egimus pag. 60. — Jacobus Coras (de Coras) Tolosanus n. 1630 prius militiae deditus, dein ardens praeco calvinianus, dum cogitaret de refutando l. Richelieu: Méthode de Controverses, veritatem agnovit. Conversionis suae rationem reddidit in op. *Conversion de J. de Coras*, Parisiis 1665, liber rarissimus, ex quo

[1]) Cf. Batterel Mémoires domestiques pour servir a l'Histoire de l'Oratoire, Paris 1905 II, 515—527.

[2]) Cf. Le Long in Bibl. s.; Feller V, 487; Biogr. univ. 26, 303. Alius est a Carolo M., de quo egimus III[3], 1190.

[3]) Plurima recenset Raess VI, 79.

[1]) Raess, ib. p. 80: „Obgleich er bis zu seinem Tode . . . eine bedeutende Anzahl irenischer Schriften veröffentlicht hatte, erntete er dennoch bei den Katholiken keine Lorbeeren und Seitens der Protestanten nur Dornenkronen ein. Dass Bayle ihn mit Schmähungen überhäuft, lässt sich begreifen; weniger jedoch stand zu erwarten, dass auch die katholische Literatur Frankreichs ihn unbedingt misshandeln würde. Auffallend sind daher die Worte, womit Feller seinen kurzen Artikel *Milletière* schliesst: *il mourut haï des protestants et méprisé des catholiques.* In Deutschland ist der wackere und muthige Kämpe, wenn er auch sonst hie und da theologisch in einige materielle Ausschreitungen gerathen ist, weniger unterschätzt. . . . Einen Vorwurf dürfte man mit allem Rechte de la Milletière machen. Man wünscht öfters in seinen Abhandlungen mehr Präcision und Klarheit, was gewöhnlich der Fall ist bei theologischen Schriftstellern, denen eine tiefere dogmatische Durchbildung abgeht." Cf. Biogr. univ. LXX, 105.

aliqua exhibet Raess VII, 181 ss.: plus tamen verbis agit quam rationibus solidis et convincentibus. — Guilelmus Martin fuit praeco calvinianus et quidem magnae apud suos auctoritatis: sed post suam ad fidem catholicam conversionem hanc egregie plane defendit pluribus operibus. *La face de l' Eglise primitive* en opposition avec celle de la prétendue Réformée, ou les principales raisons qui ont porté l' auteur à se ranger à la communion de l' Eglise catholique, Apostolique et Romaine, Turone 1650 in 8; *Traité de la vocation des ministres,* Parisiis 1661, opus rarum, in quo titulos expendit, quibus ministri calviniani nituntur suam tueri missionem; *la vérité de la Créance et de la discipline de l' Eglise Romaine* sur la plupart des matières contestées entre les Catholiques et les Calvinistes de ce Royaume, prouvée par la Créance et par la Discipline des Eglises prét. d' Angleterre et d'Allemagne et par l' autorité de plusieurs Rois, de quantité de ministres, et autres célèbres personnages de ce parti, Cenomanis 1674 in 8. — Claudius de la Parre quondam praeco montepesulanus, a suis magni factus, reddidit rationem suae conversionis (1665) in op.: *Les Motifs de la Conversion* du s. de la Parre etc., Parisiis 1666 in 8., quo in op. auctoritatem Ecclesiae et rom. pontificis nec non et universam doctrinam catholicam tuetur [1]). — Alexander Videl medicinae doctor, acer prius Calvinianus, egregium reliquit libellum: *Traité des Motifs* qui ont obligé le Sr. A. V. . . . à abjurer la Religion p. r. pour embrasser la foy Catholique, Gratianopoli 1670. — Laurentius de la Borde Genevensis scripsit L' heureux retour de la brebis égarée ou les Motifs de la Conversion à la foi catholique, Parisiis 1668, cui l. subjungitur: *Hérésie des Calvinistes* . . . condamnée par les Saints Péres et Docteurs de l' Eglise universelle au rapport qu'elle a aux vieilles hérésies, qui ont infecté le monde de siècle en siècle [1]). — Theophil. Rossel collegit [2]) *les témoignages des Protestants en faveur de la Religion catholique,* Fariis 1671 in 8. — Nominandus denique est Isaac de la Peyrère Burdigalensis a. 1594 parentibus calvinianis editus [3]). Multum se dedit lectioni s. Scripturae, unde admodum versatus erat praesertim in V. Testamento: unus tamen ex primis fuit, qui in dubium vocaverit originem Pentateuchi mosaicam. Male intelligens verba Pauli Rom. 5, 12 ss. in errorem de Praeadamitis incidit, quem tuetur in l. *Praeadamitae* sive exercitatio super v. 12, 13, 14 c. 5 ep. Pauli ad Romanos 1655 in 4. et 1656 in 12. in Batavia edito, et in l. *Systema theologicum* ex Praeadamitarum hypothesi s. l. 1655. Plures eum impugnarunt, inter quos in primis Priorius (de quo infra n. 72) sub nomine Eusebii Romani. Propterea etiam in carcerem conjectus est, sed post aliquot menses liber dimissus. Verum hae turbae occasio fuere ejusdem conversionis (Romae 1656), quam narrat expositis simul rationibus in *ep. ad Philotimum* Romae 1657; Francofurti 1658 in 4; Parisiis 1658 gallice versum in 8; cum apologia 1663. Lectu dignae sunt ejus *Lettres écrites au Comte de la Suze* pour l' obliger par raison à se faire catholique, Parisiis 1661. 1662 v. 2 in 12. Obiit 82 annos natus 30. Jan. 1676.

26. Plurimi autem *Jansenianos* [4]), qui magno numero doctrinam catholi-

[1]) Cf. Raess VII, 202—70.

[1]) Cf. Raess VII, 383 ss.

[2]) Cf. Raess VIII, 42.

[3]) Plura de eo cf. apud Räss, die Convertiten VII, 113 ss., qui etiam ejus conversionis motiva exhibet.

[4]) Jansenianis accenseri debent Joannes Courtot bis congregatione Oratorii, quam a. 1632 ingressus erat, pulsus (†1665), de quo cf. Adelung II, 498. Ejus *Manuale catholicorum* hodiernis controversiis componendis maxime necessarium, praecipue

cam tam dogmaticam quam practicam corrumpere nitebantur, editis libris sunt aggressi, inter quos nominis celebritatem adeptus est Isaac Habert, Parisiensis, quem Petavius vocat [1]) »virum integerrimum et eruditissimum christianae contra novam factionem vindicem assertoremque fidei.« Confecto studiorum curriculo, socius receptus est Sorbonae, canonicatu et theologi munere ecclesiae parisiensis donatus. Strenue impugnavit Jansenii librum sermonibus et calamo quadraginta ei objiciens haereses, quas dein ad pauciores reduxit [2]). Haberto opposuit Arnaldus l., cui titulus: *Apologie de M. Jansenius* . . . et de la Doctrine de s. Augustin expliquée dans son livre intitulé *Augustinus*, contre trois sermons de M. Habert theologal de Paris, prononcés dans Notre-Dame etc. 1643 in 4., quae forte prima apologia est pro Jansenio. Huic respondit Habert l. *la défense de la Foy de l'Eglise* et de l'ancienne doctrine de la Sorbonne touchant les principaux points de la grâce, 1644; mox opposuit Arnaldus: *Apologie* (seconde) *pour M. Jansenius* . . . et pour la Doctrine de s. Augustin etc., 1645. Utraque apologia relata fuit in indicem decr. 23. Apr. 1654 et ejus lectio sub excommunicatione prohibita ab archiepiscopo rothomagensi 26. Martii 1661. Haberto tributur 85 episcoporum Galliae epistola ad Innocentium X. a. 1651, qua pontificis implorant judicium in hac controversia. Propter insignia ejusdem merita et zelum nominatus fuit episcopus vabrensis (1645). Praefuit suae ecclesiae pastor vere bonus et strenuus omnibus virtutibus episcopalibus insignis († 15. Sept. 1668). Praeter alia egregia reliquit [1]) suae eruditionis monumenta: *De la chaire et de la primauté unique de s. Pierre,* Parisiis 1645, adversus de Barcos (de quo cf. p. 70a.); *in b. Pauli ap. epistolas tres episcopales* expositio perpetua conciliorum et veterum patrum sensu confirmata, 1656 in 4; *Theologiae graecorum patrum vindicatae circa universam materiam gratiae* cum perpetua collatione Scripturae, conciliorum, doctrinae s. Augustini, s. Thomae et scholae scrbonicae ll. 3 (contra Jansenium), Parisiis 1646; Wirceburgi 1863 in 8. In l. l. agit de gratiae necessitate secundum patres graecos; in 2. de gratiae efficacia, speciebus et effectis; in 3. de gratia habituali ejusque effectis, justificatione et merito. Magni hoc opus ab eruditis fit, licet major in eo ordo, disputatio ad scientiae normas magis exacta et in nova editione major cura haud immerito desiderentur [2]); quod tamen demonstrandum sibi proposuit, consensum scil. patrum graecorum cum Augustino et cum schola, praeclare assecutus est. Edidit praeterea Archieraticon seu *librum pontificalem Ecclesiae graecae* [3]) ex regiis mss., euchologiis aliisque probatissimis monumentis collectum, latina interpretatione, notis ac

---

de gratia et de Ecclesiae auctoritate adversus Molinistas auctore Aletophilo Charitopolitano, Charitopoli 1651 in 8; 1663, prohibitum 31. Maj. 1663 et consilii regii jussu 1664 igni traditum rarum est. — Jacobus Brousse († 1673 a. aetatis 84) propter nimium favorem causae jansenianae impensum ab archiepiscopo parisiensi munere concionandi interdictus. Cf. Feret III, 219 a., atque p. 419 ss. de Claudio Seguenot prius advocato, dein sodali Oratorii, in quo munera primaria obiit († 1676), cujus tamen l. *de la saincte virginité* Sorbona censura dignum merito judicavit. Fusius de eo disserit Battarel II, 158—173, qui eum plurimum laudat et a jansenismi nota tuetur.

[1]) De incarn. l. 9 c. 1 § 7 et c. 5.

[2]) Cf. Werner Franz Suarez I, 254.

[1]) Cf. Biogr. univ. XIX; Feret IV, 311—317.

[2]) Cf. Hergenröther, Chilianeum II, 174; Literarischer Handweiser 1863 p. 178; Katholik 1863 II, p. 483; allg. Literaturzeitung zunächst für das kath. Deutschland 1864 p. 18.

[3]) Hujus l. descriptionem cf. in Fabricii historia bibl. fabric. II, 383, qui auctorem multum ab eruditione et pietate commendat.

observationibus antiquitatis ecclesiasticae reconditaeque eruditionis plenissimis illustratum, qua editione judice R. Simon [1]) Goari euchologio palmam praeripuit, Parisiis 1643; 1676 (eadem ed., novo tantum titulo exornata) in f. (m. 60). Hoc opus in magna est apud eruditos viros existimatione, iique qui accuratiorem quandam rituum graecorum notitiam comparare sibi velint, carere illo vix possunt. *De consensu hierarchiae et monarchiae* adversus paraeneticum opus Optati Galli schismatum fictoris ll. 6 (cf. Nomencl. III[3], 1100a.), Parisiis 1640; gallice ib. 1641.

27. Cum Haberto Jansenianos impugnarunt: Bernardus Guyard O. Pr. natione Armoricus, patria Credoniensis (vernacule Craon), quae urbecula est dioecesis andegavensis, doctor sorbonicus et primarius in collegio parisiensi regens († 19. Jul. 1674 a. aetatis 73), qui *discrimina inter doctrinam thomisticam et jansenianam* aperit [2]), Parisiis 1655 in 4. — N. de Marandé, Ludovico XIII. et XIV. ab eleemosynis et a consiliis, qui in l. admodum raro *Inconvéniens d' Estat procédans du Jansénisme* avez la réfutation du Mars François de M. Jansenius, Parisiis 1654 in 4., damna recenset ex hac secta maligna in ecclesiam et societatem civilem redundantia [1]). Scripsit quoque: *La Clef de s. Thomas sur la Somme,* Parisiis 1649 in 8; 1670 v. 10 in 12; *le théologien françois,* ib. 1651 t. 3 in v. 1 in f.; *Morales chrétiennes du théologien françois,* ib. 1684 in f.; *Antiquitez de l' Eglise,* ib. 1652; *De l' ancien usage des Sacraments* (scil. de Baptismo, confirmatione et poenitentia), Parisiis 1652 in 4., opus satis rarum. — Claudius Morel [2]), doctor sorbonicus, regi a concionibus († post a. 1666) asseruit *Veritables Sentimens de s. Augustin* et de l' Eglise catholique touchant la grace, Paris 1650, quem l., cum impugnatus fuisset, eodem a. alio defendit opusculo. *Les Jansenistes convaincus d' erreur et de mensonge* en ce qu' ils ont soustenu depuis la bulle d' Innocent X, que les cinq prop. condamnées ne sont point de Jansénius, ib. 1651 in 8; *Conduit de s. Augustin contre les Pelagiens,* ib. 1658 in 12. Pro defensione fidei catholicae ex ordine edidit: *Rayons de la divinité* dans ses creatures, ib. 1654; *Demonstration de la verité de la religion chrestienne,* ib. 1661; *L' Oracle de verité* ou l' Eglise de Dieu contre toutes sortes d' hérésies, ib. 1666. — Reliqui sunt e societate Jesu: Joannes Bagot Rhedonensis n. 2. Jul. 1591, vir omni literatura egregie excultus, philosophiae 5 annis, theologiae 13 a. professor, praepositi generalis theologus, qui otium aversabatur adeo, ut

[1]) Nouvelle bibl. choisie p. 2 fasc. 1, ubi hanc ed. recenset. Cf. quoque Renaudot in praef. coll. lit. orient t. 1; Perpétuité de la foi t. 4 l. 1 c. 1: M. Habert avait de même (scil. ut Goar) fort éclairci la matière de l' ordination dans son Pontifical des Grecs, où il avait établi de grands et solides principes de théologie, pour examiner les rites de l' église orientale, suivant la discipline de l' ancienne Eglise plutôt que sur les maximes de la théologie de l' école, défaut qu' on reprochait à Arcudius, et avec beaucoup de raison etc. Zaccaria, biblioth. ritualis l. 1 c. 6 a. 1 n. 1.

[2]) Praeter alia, quae cf. apud Echard II, 653, scripsit etiam dissertationem, *utrum s. Thomas calluerit linguam graecam,* Parisiis 1667, adversus Joan. de Launoy, quam cum carpsisset Joan. Nicolai (cf. p. 41), tueri eam conatus est alio libello, cui titulus: *Adversus metamorphoses Honorati a s. Gregorio,* ib. 1670. In opere vero *la fatalité de S. Clou,* Insulis 1673 in 12., nititur probare Henricum III. non a Jac. Clemente Dominicano, quem a regiis partibus semper stetisse norant omnes, sed a proditoribus in aula ministris latentibus confossum et interfectum esse. Cf. Niceron, Mémoires t. XXXVIII; Biogr. univ. XIX. 241.

[1]) Cf. de hoc op. plura in Journ. hist. et litt. 1. Sept. 1771 p. 13; Feller V, 513. Alia ejusdem auctoris opera cf. apud Zedler, Universal-Lexicon 19, 1166.

[2]) Cf. Feret IV, 387—94.

cum a quopiam ad quietem captandam invitaretur, festive responderit, satis se quieturum in sepulcro († 23. Aug. 1664). Haec ejus opera: *Libertatis et gratiae christianae defensio* adversus Calvinum et Pelagium in C. Jansenio Batavo redivivos (sub nomine Thomae Augustini), Parisiis 1653 in 4., opus rarum; *apologeticus fidei* in 2 p. tributus, p. 1. institutio theologica de vera religione; p. posterior, demonstratio dogmatum christianorum, ib. 1645 in f., opus eruditum, sed forte nimis diffusum, ex quo seorsim prodiit diss. *de veritate unius religionis christianae,* ib. 1661 in 12; *de poenitentia dissert. theologicae,* in quibus e ss. patribus antiquus circa poenitentiam Ecclesiae ritus explicatur et hodiernus vindicatur contra novas hujusce aevi opiniones, ib. 1646 in 8; *Défense du droit épiscopal* et de la liberté des fidèles touchant les Messes et les confessions d'obligation, ib. 1655 in 8., latinitate ab ipso donatus, Romae 1659 in 8., qui cum altero l. anonymo (auctore de Rousse parocho s. Rochi): *De l'obligation* des fidèles de se confesser à leur curé suivant le ch. 21 du Conc. général de Latran, 1655 rejectus fuit in generali cleri gallicani conventu [1]). Cum vero auctor data suae sententiae explicatione satisfecerit clero, non fuit promulgatum judicium. *Avis aux catholiques pour juger de la bonne doctrine sur la matière de la grâce* et servir de réponse à la première Partie de la Lettre d'un Abbé [2]) à un Evesque, Parisiis 1650 in 4.

28. Franciscus Pintherau Calvomontanus, philosophiae, dein theologiae scholasticae professor († 30. Jan. 1664), in primis [1]) aggressus est Joan. du Verger de Hauranne seu famosum ut vulgo dicitur abbatem Sancyranum [2]) in l. *Theologia Petri Aurelii*

[1]) Cf. Al. a s. Joanne in continuat. hist. eccl. Fleurii l. 203 § 112; Feret La fac. de Théol. de Paris, ep. mod. III, 166 ss.: Sommervogel I. 774, qui et scripta occasione hujus controversiae edita recenset.

[2]) Scil. Ab. a s. Martha, *Lettre . . . sur la conformité de s. Augustin avec le Concile de Trente* dans la doctrine de la grâce, 1650 in 4.

[1]) Cf. Sotvellus, Sommervogel VI, 826.

[2]) Joan. du Verger de Hauranne Bajonae n. 1581 vere dici potest maxime strenuus apostolus et promotor erroris et spiritus janseniani, imo hujus sectae auctor et pater. Nulli pepercit labori, ut spiritum jansenianum ubicunque verbo et scripto diffunderet animisque eorum, quibuscum conversabatur, alte instillaret; hinc maxima gaudet fama apud Jansenianos. Inter suos discipulos numerabat viros alioquin doctos ut Pascal, Arnaldum, Nicolium etc († 11. Oct. 1643). Tantae autem famae non respondebat doctrina. Ita enim de eo judicat cum aliis Feller VIII, 328: „Ecrivain faible et diffus en latin comme en français, sans agrément, sans correction et sans clarté, il avait quelque chaleur dans l'imagination; mais cette chaleur n'étant pas dirigée par le bon sens et le goût, le jetait dans le galimatias. Il y en a beaucoup dans ses Lettres." Prae ceteris notum est opus, cui titulus: *Petrus Aurelius,* quod scripsit occasione controversiae inter Rich. Smith episcopum chalcedonensem, in Anglia vicarium apostolicum, et regulares de jurisdictione episcopali. Cum prodiissent duo scripta, quae videbantur huic adversa, pro illius defensione hoc pessimum et hierarchiae subversivum edidit opus Sancyranus, quod impensis cleri gallicani typis mandatum fuit 1642 t. 3 in f. et 1646, suppressum tamen ab aula regia. Abundat hoc opus (hinc adeo diffusum) dicteriis in Jesuitas. Laboris socius fuit Martinus de Barcos, Joannis secundum carnem (ex sorore) et spiritum nepos, abbatiae et errorum heres, Jansenii discipulus. Sacerdotio initiatus fuit 1647; disciplinam rigidam induxit in suam abbatiam et ascesim duram affectabat, adeo ut vel moribundi viatico prae spiritu poenitentiae abstinerent († 1678 a. aetatis 78). Reliquit Martinus opera erroribus infecta: *Quae sit s. Augustini et doctrinae ejus auctoritas in Ecclesia,* opus propugnandis (sic) hodiernis erroribus controversiisque elucidandis et componendis accommodatum, in quo excutitur tr. *de gratia* publice traditus in collegio navarrico a M. Jac. Pereyret a. 1650. Nititur in eo stabilire prop. 30. ab Alex. VIII. damnatam: „Ubi quis invenerit doctrinam in Augustino clare fundatam, illam absolute potest te-

sive praecipui ejus errores contra fidem ac bonos mores excerpti ex latinis ejusdam operibus editis a. 1646 studio Christiani Catholici, Audomaropoli 1647 in 8; *les reliques de M. J. du Verger de Hauranne* abbé de s. Cyran extraites des ouvrages qui' il a composés et donnés au public, Lovanii 1646; *les nouvelles et anciennes reliques* etc., Melphe 1680 in 4; *la naissance du Jansénisme decouverte,* Lovanii 1654 in 4; *le Progrès du Jansénisme decouvert,* Avenione 1655 in 4; *Conformité des principes du l. de la fréquente communion avec ceux de M. Ant. de Dominis,* 1654 in 4; *Les errata de la Typographie de Port Royal,* Parisiis 1645; *de attritionis sufficientia in sacramento poenitentiae* l., in quo opinionis illius antiquitas et certitudo ex veteribus theologis, ss. patribus, conciliis, ss. pontificibus et Scripturis adversus Bajanos ostenditur, ib. 1654 in 8. — Joannes de Brisacier S. J. Blessensis n. 1603, strenuus erat missionarius castrensis, adeo ut morti proximus dixerit, se omnes vitae anteactae annos pro nihilo ducere prae illis, quos in laboribus castrensibus consumpsisset († 10. Sept. 1668). Ejus opera respiciunt personas quasdam janseniana haeresi infectas [1]). — Joannes Ferrier S. J. Ruthenensis n. 1614, philosophiae et diu theologiae scholasticae professor, Ludovico XIV erat a confessionibus, qui eum selegit, ut Portu-Regienses theologos ad Ecclesiae obsequium reduceret († 29. Oct. 1674). Scripsit [2]): *Le Jansénisme condamné par la Bulle d' Innocent X.,* ou réfutation d' un libelle dans lequel les Jansénistes soutiennent que les propositions de Jansénius n' ont pas été condamnées dans le sens, qu' ils les défendent, Tolosae 1654 in 4; *les sentimens des plus considérables casuistes* sur la probabilité des opinions dans la morale, ib. 1659 in 8; *l' idée véritable du Jansénisme,* avec les conclusions que l' on doit prendre pour empecher le progrès de cette hérésie, Parisiis (1664) in 4; *la soumission apparente des Jansénistes* à la decision de l' Eglise touchant le droit, quand ils promettent la foy pour les dogmes et le respect pour le fait, ib. 1666 in 4; quem l. cum refellere nisus esset N. de la Lane, respondit alio l.: *Réfutation d' un libelle publié* par les disciples de Jansénius contre l' écrit intitulé: *La Soumission* etc., où l' on fait voir que la doctrine précise et determinée, que Jansénius défend dans son *Augustin* et ses disciples dans leurs écrits, a été condamnée par le S. Siège dans les cinq Propositions, Tolosae 1667 in 4; *responsio ad objectiones vincentianas,* sive ad argumenta, quibus P. Vinc. Baronius ex O. Praed. scientiam mediam impugnat 3. p. suae manuductionis ad theologiam, Tolosae 1668 in 12; Theologiae t. 1. *de Deo uno* juxta s. Augustini et s. Thomae principia, ib. 1668 in f. Alios moliebatur tomos, cum mors laboribus finem imposuit. — Jacobus Nouet S. J. Ce-

---

nere et docere non respiciendo ad ullam pontificis bullam.“ *De l' autorité de s. Pierre et de s. Paul* qui réside dans le Pape, Successeur de ces deux Apôtres, 1645 in 4., in quo tuetur aequalitatem ss. Petri et Pauli, adeo ut uterque fuerit Ecclesiae summus pastor et caput, quam doctrinam Innocentius X. 29. Jan. 1647 *haereticam* declaravit: ipsum vero opus in indicem relatum fuit 24. Jan. 1647. Doctrinam tamen illam nititur et in aliis op. comprobare, ut in op. *La Grandeur de l' église romaine* établie sur l' autorité de s. Pierre et de s. Paul, 1645 in 4; quod est contra Habertum (cf. p. 66), damnatum 24. Jan. 1647; *Eclaircissements de quelques objections* que l' on a formées contre la grandeur de l' Eglise romaine, 1646 in 4; *Exposition de la Foy de l' Eglise romaine* touchant la Grâce et la Prédestination, Montibus 1696 in 12., quod pariter reprobatum fuit 11. Mart. 1704. Cf. de his operibus Dictionnaire des Livres jansénistes passim, ut I, 118; 145; II, 144; III, 392; Stimmen aus Maria Laach 1873 Apr. p. 237 ss.; Jungmann Kirchenl. I, 1994; Reusch Index II, 383. 451 etc.

[1]) Cf. Sotvellus, Sommervogel II, 186.
[2]) Cf. alia apud Sommervogel III, 693 ss.

nomanensis (n. 1605; † 21. Maj. 1680) juxta Labbe bibl. antijans. p. 23 »concionator erat insignis, qui primus ex ambone adversus grassantes de infrequenti communione et poenitentia publica errores signum dedit fidelesque christianos admonuit, ut a toxico sub floribus latente et multos seorsim inficiente sibi caverent.« Sed fervore abreptus acriter agressus est Arnaldi librum *de la frequente communion,* quem plures Galliae episcopi approbaverant. Hinc comitiis ab episcopis habitis coactus fuit concionator noster exhibere ipsis satisfactionem. Scripsit [1]) Nouet etiam contra Lenoir, Pascal, Claudium du Moulin etc. Maxime vero innotuit libris suis asceticis saepe editis, inter quos in primis laudatur *L' Homme d' Oraison,* sa conduite dans les voies de Dieu, Parisiis 1678. Collecta prodierunt ejus opera Lugduni et Parisiis 1837 v. 27 in 12; 1858; 1860; 1862.

29. Nominatissimus vero inter omnes est Franciscus Annatus S. J. n. 5. Febr. 1590 in oppido Estaing ruthenensi prope Aveyron, theologus polemicus plane insignis. Docuit ipse philosophiam sexennio, theologiam septennio Tolosae, Romam dein evocatus est ad munus censoris generalis librorum et theologi apud praepositum Societatis. Postquam alia ordinis munera honorifica obivit, adscitus est a Ludovico XIV. in arbitrum conscientiae (1654—1670). Gratia, qua valuit apud regem, non est usus aut ad utilitatem propriam, aut ad promovendos vel ditandos suos consanguineos, adeo ut rex dixisse aliquando perhibeatur, nescire se, an P. Annatus haberet aliquos sanguine sibi conjunctos. Verum bene ac solerter usus est ea gratia ad augendam ubique per Gallias fidelium devotionem, ad reprimendas haereses ebullientes, ad stabilienda dogmata catholica, adeo ut orthodoxae fidei patronus, Ecclesiae in Gallia columen, d. Augustini doctrinaeque ejus propugnator egregius, haeresum malleus audierit, et nominatim Jansenistarum haeresis oppugnator fuerit acerrimus. Illam Romae pontificio oraculo damnari, illam in Francia auctoritate regia compesci curavit; illam suis lucubrationibus tam nervose et sapienter exagitavit, ut nihil habuerint adversarii, quod solide reponerent. Insigni humilitate vitam religiose transactam coronavit, postulata missione ab aula regia, ut melius se pararet ad vitam aeternam [1]). Qua obtenta quarto dein mense ad bonorum operum praemia octogenario major abiit 14. Jun. 1670. Praeter opera [2]) adversus Arnaldum aliosque socios Portus regii haec in primis memoria digna sunt: *Response à la plainte que font les Jansénistes* de ce qu' on les appelle *Hérétiques,* Parisiis 1660 in 4; *La conduite de l' Eglise et du Roy,* justifiée dans la condemnation de l'Hérésie des Jansénistes par la réfutation des faux prétextes de la question de Fait et de Droit: et de la prétenduë Conformité de leur Doctrine avec celle des Thomistes: et par la preuve de leur véritable Conformité avec les Calvinistes [3]), ib. 1664 in 4; *Remèdes contre*

[1]) Cf. Sommervogel V, 1813—23. Feller VI, 292; Feret III, 136 ss.

[1]) Ita Sotvellus; cf. etiam Feller I, 184; Patrignani Menologio ad d. 14. Jun.

[2]) Cf. Sommervogel I, 399—410; Mich. a s. Joseph II, 269.

[3]) Contra hunc l. aliaque Annati opera scripsit Natalis (Noel) de la Lane Parisiensis, acerrimus et admodum operosus Jansenista. Ipse dux erat legationis Romam missae pro defensione quinque prop. Jansenii, totamque vitam consecravit tuendae causae jansenianae, pro qua ultra 40 composuit opera, ut *De inito piae voluntatis,* 1650 in 12; *la Grâce victorieuse* (sub nomine Beaulieu) 1650; 1666 (ed. aucta) in 4; *conformité de Jansénius avec les Thomistes* sur le sujet des cinq Propositions, 1668 in 4; *vindiciae s. Thomae circa gratiam sufficientem* adv. P. Nicolai (cf. p. 39.), 1656; *Défense de s. Augustin* contre le P. Adam; *Défense de la constitution d' Innocent X. et de la Foi de l' Eglise* con-

les scrupules qui empeschent la signature du formulaire avec la response aux deux parties de l'Escrit qui a pour titré: *La Foy Humaine,* ib. 1664 in 4; 1665 in 8; *Lettre de M. Jansenius* Evesque d'Ypre au Pape Urbain VIII. contenant la dedicace de son livre intitulè: *Augustinus,* supprimée par ceux qui eurent soin de la première édition de son livre, et quelques autres pièces qui peuvent décider la question de fait. Le tout avec les réflexions etc., ib. 1666 in 4; *La doctrine des Jansénistes contraire au Siège Apostolique et à s. Augustin,* ib. 1668 in 4: *opuscula theologica ad gratiam spectantia,* ib. 1666 t. 3 in 4. Haec opuscula sunt plane insignia, magna soliditate, doctrina et claritate conscripta. In t. 1. scientiam mediam defendit contra novos ejus impugnatores, qui l. jam prodierat Tolosae 1644; in eo agit contra Tvissium Calvinistam, theologiam collegii salmanticensis et Joannem a s. Thoma (III^3, 915); praeterea eo continetur Eugenii Philadelphi romani exercitatio scholastica tripartita contra novam rationem tuendi physicas praemotiones liberorum agentium eorumque libertatem exponendi, quam auctor (P. Gibieuf, de quo cf. III^3, 952) operis *de libertate Dei et creaturae* nuper invexit: cujus op. pleraque omnia partim suspecta, partim pugnantia inter se, partim suppositia esse monstrantur, cum appendice ad Guil. Camerarium Scotum, seorsim Cadurci 1632 in 8; t. 2. Augustinum a Bajanis h. e. Jansenianis vindicat, seorsim Parisiis 1652 in 4; t. 3. complectitur 5 opuscula scil. *Catholica disceptatio de Ecclesia praesentis temporis* auctore Vinc. Claravallensi, seorsim ib. 1650 in 8; *de incoacta libertate disputatio* quadripartita, qua monstratur ex doctrina potissimum s. Augustini atque etiam s. Thomae indifferentiam h. e. agendi et non agendi potentiam et quidem proximam et expeditam ad libertatem arbitrii esse necessariam contra novum Augustinum iprensis episcopi, Vincentium Lenem (gallice le Doux), apologistam Jansenii, commentatorem quinque propositionum, seorsim Romae 1652; *informatio de quinque prop.* ex Jansenii theologia collectis, quas episcopi Galliae romano pontifici ad censuram obtulere, seorsim Parisiis 1653 in 4; *Jansenius a Thomistis gratiae per seipsam efficacis defensoribus condemnatus,* ib. 1653 in 4; sunt autem hi Thomistarum principes: Did. Alvarez, Joan. Gonzalez de Albeda, Joan. Paulus Nazarius, Did. Nugnez Cabezudo, Petrus Ledesma, Balth. Navarrete et Joan. a s. Thoma. *Cavilli Jansenianorum* contra latam in ipsos a sede apost. sententiam seu confutatio libelli trium calumniarum et aliarum conjecturarum, queis janseniani obtinere conantur, ut non videantur esse damnati, ib. 1654; Leodii 1655. *Notae in diarium Sanctamorii,* ib. 1664. Labbeus in sua bibliotheca antijanseniana haec praeterea opera adscribit P. Annato: *Jansenius de d. Augustino, de Ecclesia catholica, de theologia scholastica ac de d. Thomae familia pessime meritus,* ib. 1651 in 12; *Jansenius per heterodoxorum et orthodoxorum theses et antitheses productus et profligatus,* ib. 1651 in 12; *an sit sopienda quae jam fervet Jansenistarum controversia imposito utrique parti silentio,* ib. 1652 in 4. Contra Reginaldum (p. 44) scripsit sagacem *solutionem quaestionis* theologicae, historicae et juris pontificii, quae fuerit mens conc. tridentini circa gratiam efficacem et scientiam mediam, Coloniae Volcarum f. Tolosae 1645.

---

tre deux livres, dont l'un a pour titre Cavilli Jansenianorum; et l'autre: Réponse à quelques demandes, Parisiis 1665. Cf. Dictionnaire des livres jansénistes passim, praesertim I, 291 ss.; II, 166. Aliaque complura scripsit etiam adversus J. Ferrier, de quo p. 72, collaborantibus Arnaldo et Nicolo. Decessita 1673 a. ætatis 55.

30. Huc denique referri possunt Bonaventura a s. Anna (seu de Heredie) O. Carm., qui adversus l. Franc. Bonichon adversarii religiosorum et ultra fas jura episcoporum et praesertim parochorum extollentis: *L'autorité épiscopale défendue* contre les nouvelles entreprises de quelques réguliers mendiants du diocèse d'Angers sur la hiérarchie ecclésiastique, Andegavi 1658, scripsit l. sub nomine Jacobi de Vernant: *Defense de N. S. P.* le pape et des nos seigneurs les cardinaux, archevesques et evesques, et de l'employ des religieux mendians contre les erreurs de ce temps, Metis 1658, quod opus, cum pontificis infallibilitatem tueretur et mendicantium privilegia extolleret, parochos atque parisinae facultatis theologos multum commovit. Hinc examine instituto prop. 17 eo contentae censura a facultate theologica notatae fuere [1]): qua promulgata graves concitabantur tumultus: ipse Bonaventura scripsit *La doctrine ancienne des Théologiens de la Faculté de Paris* opposée à la censure faite par la même Faculté de Paris, sur le livre de l'autorité de N. S. le Pape, 1664; 1666 ed. aucta; ipseque Alexander VII. suam auctoritatem nimis depressam ratus 6. Apr. 1665 hac de re ad Franciae regem literas dedit, sed nullo successu: hinc edita Bulla 25. Jul. censuram illam nullam irritamque declaravit. — Petrus Jammy O. Praed. Occitanus inter suos magni nominis theologus [2]) et in ss. Augustini et Thomae doctrina admodum versatus, quam pluribus annis Tolosae una cum sodali Vincentio Baronio professus est (1632). Exinde Gratianopolim ad regendam theologiam accersitus diutius publice docuit († c. 1665). Prodierunt ab eo *veritates de auxilio gratiae* ab erroribus et falsis opinionibus vindicatae, quas defendunt theologiae gratianopolitanae candidati augustinianis et thomisticis armis instructi, Gratianopoli 1658. 1659 pp. 2 in 12., in quarum 1. errores Pelagianorum describuntur, judicantur, damnantur; in 2. opiniones catholicorum de auxilio gratiae ea qua par est modestia examinantur et thomisticae tamquam verissimae eliguntur. Selectus quoque fuit a magistro ordinis Thoma Turco, qui novae editioni operum Alberti M. ex mss. codd. praeesset, quae prodiit Lugduni 1651 t. 21 in f. multo quidem labore, sed nullo criterio, neque enim instituit ullum de ll. genuinitate examen. — Joannes Ferrandus S. J. Anicius (n. 1586; † 30. Oct. 1672) reliquit *Disquisitionem reliquiariam* sive de suspicienda et suspecta earundem reliquiarum, quae in diversis ecclesiis servantur, multitudine, Lugduni 1647 in 4., opus nonnihil singulare; s. Alcimi Ecdicii Aviti vien. ep. *epistolas 4* nunc primum in lucem editas et notis illustratas, Cabillone 1661 in 4; *s. Ferrandum redivivum* sive s. Hectoris Fulgentii Ferrandi primum in Africa diaconi carth., tum in Hispania Carthaginis Spartariae ep., denique archiepiscopi toletani vitam, Lugduni 1650 in 4: „commentitium sane opus, inquit Gallandi [1]), cujus editor scriptorum fluxae fidei nomine atque auctoritate usus Ferrandum Afrum Hispaniae attribuit, atque diaconum in Hispania episcopum semel iterumque constituit. Operis levitatem palam ostendit Chiffletius animadversione in s. Ferrandum redivivum, quam scriptorum veterum de fide catholica quinque opusculis attexuit editditque Divione 1656," cui tamen Ferrandus respondere nisus est in l. *animadversioni Chiffletianae animadversio*

[1]) Cf. plura in Bossueti defens. declar. cleri gallic. l. 10 c. 27; Dupin hist. eccl. t. IV § 17; Alex. a s. Joanne in contin. H. E. Fleurii l. 205 § 28 ss.; Feret III, 170—74; 280—88; Stimmen aus M. Laach 1873 II p. 42 ss.

[2]) Cf. Echard II, 616.

[1]) In praefat. ad Fulg. Ferrandi opuscula n. 10.

cum fenore repensa, Divione 1662 in 4. — Jo. de Wehyte Orat. patria Hibernus, sed propter diuturnam comorationem in Gallia Le Blanc agnominatus († 12. Maj. 1678), concinnavit *Theoremata ex universa theologia* partim notis historicis, partim sacramentorum praxi illustrata, quibus additur diss. de matrimonio ex jure canonico, Nannetis 1670.

31. Inter *Belgas* [1]), imo inter omnes hujus periodi theologos polemicos eminet par nobilissimum fratrum Hadrianus et Petrus van Walenburch Roterdami patritia familia oriundum [2]). Ille juris utriusque doctor, cum aspiranti ad statum ecclesiasticum denegaretur ordinatio a vicario missionibus hollandicis praefecto, venit Coloniam ad nuncium apostolicum ejusque ope primo beneficium ecclesiasticum obtinuit. Postea donatus fuit metropolitanae coloniensis ecclesiae canonicatu presbyteriali et a. 1661 ab archiepiscopo coloniensi in episcopum adrianopolitanum consecratus et electus in vicarium generalem († 14. Sept. 1669). Frater ejus junior Petrus pariter utriusque juris doctor fratrem in Germaniam secutus primo quidem Dusseldorpii cum illo haesit in aula ducis neoburgici, cui in primis grati erant, ibique plures procerum e lutheranis castris ad fidem catholicam reduxerunt. Petrus potiorem dein aetatis suae partem transegit Moguntiae ecclesiarum ibidem collegiatarum s. Petri et s. Victoris canonicus. Anno 1658 a Joan. Philippo Schoenborn archiepiscopo electore assumptus in episcopum auxiliarem consecratur atque a. 1659 collegiatae s. Petri decanus installatur. Post fratris mortem ab archiepiscopo coloniensi vocatus est, ut ipsi succederet († 21. Dec. 1675). Porro hi duo fratres non infulis tantum ac virtutibus, sed et eruditione theologica incliti, cum ab incunabulis inter protestantes enutriti controversis fidei dogmatibus accuratius incubuissent, in his quoque summam consecuti sunt laudem et sequacibus facem praetulerunt a gravissimis ejusdem aevi theologis magnopere commendati. Adversarios, qui cum eis vel quibuscum ipsi disputarent et bella literaria gererent, habuerunt plurimos, videlicet Claubergium, Coccejum, Joan. Coccium, Delium, Drelincurtium, Eilbrachtium, Joan. Ludov. Fabricium, Hundium, J. B. Lydium, Siricium, Spanhemium, Scheiblerum, Dannhawerum, Boebelium, Hülsemannum, Haberkornium, G. Calixtum, Ger. Titium, Jaschium, Andr. Overbeck, qui per anonymum wolffenbuttelensem intelligitur, Jo. Musaeum, Jo. Arndium, Kuhnium, Conringium, Felwingerum, Wissowatium etc. Elucubrationes eorum stilo irenico concinnatae diversis temporibus prodierunt, et primis Germaniae inferioris principibus catholicisque sunt inscriptae, nonnullae etiam ad ipsorum petitionem exaratae; duobus demum

[1]) Batavis accenseri potest Joost van den Vondel Coloniae natus patre Mennonita 17. Nov. 1587. Sectae suae diaconus stetit ex Arminianorum parte contra fanaticos Gomaristas: hinc et persecutionem est passus. Controversiis hisce excitus agnovit gradatim sectae suae falsitatem atque demum amplexus est fidem catholicam (1641). Excelluit arte poëtica adeo ut primus habeatur inter Batavos poëta († 5. Febr. 1679). Nominandus saltem erat ob carmina quaedam egregia, quibus argumenta theologica tractat, ut mysterium ss. Trinitatis, mysteria eucharistica, Ecclesiae splendorem, agitque contra Spinozam aliosque suae aetatis incredulos. Cf. Baumgartner J. v. d. Vondel, s. Leben und s. Werke, Freiburg 1882; KL. XII, 1089—91.

[2]) Cf. de his plura ap. Hartzheim in bibl. colon., Foppens in biblioth. belg. II, 1018 ss., Fabricium bibl. fabric. II, 127 ss., qui inter alia scribit: „Et hunc (Petrum) ego salutavi Coloniae Agrippinae multumque de religione sermonem, sed et placidum ac moderatum et omni carentem bile ex eo audivi a. 1670 d. 10. Julii." Et alii protestantes horum fratrum in controversiis modestiam laudant. Biogr. univ. L, 99; Raess VII, 397.

voluminibus in f. comprehensae prodierunt hoc titulo: *Tractatus generales de controversiis fidei*, Coloniae 1670. Tomus 1. habet tractatus 10, qui sunt: 1. examen principiorum fidei, ib. 1647 in 8; 1667 in 4., quem tr. magni fecit Bossuet in sua historia variationum et in expositione doctrinae catholicae; 2. methodus augustiniana defendendi et probandi fidem catholicam ex solo verbo Dei, ib. 1645 in 12; 1647 in 8; 1660 in 4; 3. de articulis fidei necessariis, 1659; 1666; 4. de instrumentis probandae fidei sive discussio bibliorum vulgarium, 1666; 5. de perpetua probatione fidei per testes, 1665; 6. de testimoniis seu traditionibus non scriptis; 7. de praescriptionibus catholicis, 1666; 8. de missione (seu vocatione) protestantium, ib. 1656; 1665; 9. de unitate Ecclesiae et schismate protestantium, ib. 1642; 1647; auctior 1656; 10. Legatio regis Psittacorum... ad Cromwellium. Hi autem tractatus primum exhibentur synoptice, dein fusius evolvuntur. Tomus 2. complectitur tr. 16, scil. 1. compendium controversiarum particularium, 1659; 2. de descensu Christi ad inferos, 1643; 1647; 3. de Ecclesia; 4. de sanctis; 5. de purgatorio; 6. de ss. eucharistia; 7. de justificatione; 8. de meritis; 9. de censura doctrinae fidei contra Joan. Coccium; 10. refutatio dialogorum Drelincurtii ministri charentonensis (gallice); 11. catholicus simplex, etiam belgice, germanice: RR. DD. Adriani et Petri von Walenburg einfältiger catholischer d. i. ein Weis, wie ein jeglicher einfältiger Catholischer, auch Ackermann, so lesens erfahren, seinen Catholischen Glauben aus h. Schrift gegen alle Ketzer verthaitigen könne; 12. Itinerarium fidelis Thomae hujus temporis incredulos per dialogum ducens ad Ecclesiam catholicam (belgice); 13. de homine naturali; 14. de homine spirituali; 15. de martyribus Japoniae; 16. de singularitate clericorum. Sequitur regula fidei (Fr. Veronii). Tr. praesertim t. 1. sunt vere *classici*, excellunt propter methodum, quae adversus protestantes, et generatim adversus omnes haereticos, est plane palmaris et invicta nullique solidae difficultati obnoxia, eoque magis commendanda, quod tricis exegeticis et controversiis de singulis doctrinae capitibus evitatis ipsa controversiarum fundamenta petat atque securim ad ipsam errorum radicem ponat, adversarios ab omni actione adversus Ecclesiam excludat, schismatis nefandi reos demonstret atque Ecclesiae auctoritate opprimat [1]). Haec autem operum collectio est admodum rara, rarissima autem illa, cujus t. 2. adjectus est brevis tractatus *de regula fidei*. Iidem tr. contracti prodierunt Coloniae 1682; Parisiis 1768; Viennae 1778. Ceterum de his fratribus inter se collatis, ita habet Leibnitius (ep. vol. IV, p. 243): „Petrus longe alio eruditione superior et quae illi ediderunt, fere omnia sunt Petri. Adrianus tantum operam dedit, ut Coloniae imprimerentur.“

32. Matthias Hauzeur O. Min. Herviensis e ducatu limburgensi n. 1589 (secundum alios 1599), diu philosophiae et theologiae scholasticae fuit lector et praecipua ordinis gessit munera, provinciae enim Flandriae quinquies egit rectorem, aliarum apostolicum visitatorem († 12. Nov. 1676 a. aetatis 87, professionis 67). Hic vero in primis nominandus est ob insignia in fidem et scientiam catholicam merita, ob quae in encomio cum imagine ei a provincia Recollectorum flandro-belgica oblato salutatur „b. Augustini studiosissimus cultor, anatomista, commentator; primariorum ordinis seraphici doctorum Alensis, Bonaventurae, Scoti subtilissimus et profundissimus conciliator; immaculatae conceptionis b. Ma-

[1]) Cf. Werner, Geschichte der apolog. und polem. Literatur IV, 586; Steffens KL. XII. 1195—98.

riae devotissimus et piissimus defensor.« Solemnem habuit per triduum disputationem (1633) coram arbitris et notariis utrimque assumptis cum Godefrido de Hotton ministro calviniano succenturiante huic Jacobo du Bois pariter ministro, in qua insignem de adversariis retulit victoriam, adeo ut populares catholici festos accenderent ignes. Illius rationem reddidit in l. *Accusation et conviction* du S. Hotton et de tous ses complices, Leodii 1633 in 4. et latine ib. eodem a. Cum respondisset Hotton, mox edidit Hauzeur: *Exorcismes catholiques du Maling Esprit Heretique* Apparoissent en un Monstre de Mensonges et Blasphemes Auorté entre les Rabbins de Leyden 1634 soub le nom de Godefroid Hotton et tiltre de Response et Apologie contre la toute vérité publique du Fait et de la Doctrine des Conferences de Lymbourg pour l'invocation des Saincts; anatomizé, confit et deconfit comme un serpent long de 300 pages en l'Antidote etc., ib. 1634 in 8. *Monachomachiae* Samuelis Desmarets pseudoministri trajectensis opposuit *Equuleus ecclesiasticus* aculeatus exorcismis XXIII, ib. 1635 in 8. *Praejudicia augustissima d. Augustini ep.* pro vera Christi Ecclesia una, sancta, catholica, apostolica antonomasticos i. e. romana, contra omnes sui nostrique temporis haereticos ac eorum objectiones, calumnias, fraudes, violentias ceterosque mores genuinos, ib. 1634, quae 4 opuscula simul collecta iterum edidit. Pluribus quoque libellis impugnavit Jansenianos, a quorum perversis interpretationibus vindicavit s. Bernardum, pariter et novam haeresim Praeadamitarum. In omnibus hisce scriptis polemicis, quae excellunt quidem eruditione, doctrina solida et rigore logico, utitur, quod dolendum, stilo nimis acri, violento et obscuro ob frequentes metaphoras et allusiones ad facta et allegorias V. T. In primis tamen meret auctor noster laudem ob duo majora opera admodum rara: *Anatomia totius augustissimae doctrinae s. Augustini ep.* t. priori secundum literam seu compagem integram omnium operum ejus . . . posteriori secundum spiritum seu mentem ejus circa promiscuas difficultates literales, historicas, philosophicas, theologicas, biblicas, scholasticas, morales, mysticas, sed praecipue dogmaticas, collatas ac conciliatas tam inter se quam cum s. conc. tridentino et censuris pontificiis [1]) etc., Augustae Eburonum 1643—45 t. 2 in f. *Collatio totius theologiae* inter majores nostros F. Al. Alensem patriarcham theologorum, doctorem irrefragabilem, s. Bonaventuram doctorem seraphicum, Fr. Jo. Duns-Scotum doctorem subtilem, ad mentem s. Augustini, sub magisterio Christi, interiore per gratiam, exteriore per Ecclesiam, in conventu leodiensi et namurcensi 1646—52 t. 2 in f., quo in opere stilo laconico summam Alexandri et commentarios s. Bonaventurae et Scoti in compendium contrahit et quaestionibus pluribus explicat ac eorum sententias inter se et cum s. Augustino non nihil pro arbitrio conciliare studet. Defectus ordinis et methodi copiam doctrinae et ingenii aliquatenus obscurat [2]).

33. Minoris jam famae sunt Augustinus van Teylingen Harlemiensis, 50 ferme annorum spatio strenuus vineae Christi in Hollandia operarius (n. 1587; † 4. August 1665), qui multa edidit opuscula pro fide conservanda

[1]) Cet ouvrage est un vrai prodige de science, d'erudition et de méthode. C'est un arsenal des mieux fournis pour combattre toutes les erreurs. C'est en outre un foyer abondant de lumière pour le théologien catholique qui desire connaître, dans tous ses détails, la doctrine de J. Christ. Ita Dirks, qui accurate de auctoris nostri operibus disserit pag. 246—56. Cf. etiam Em. van Arenbergh in Bibl. nat. de Belg. VIII, 787—91.

[2]) Cf. prol. ad novam opp. s. Bonav. ed. Ad Claras Aquas 1882 pag. LXXII.

lingua vernacula [1]) — Guilelmus de Landsheere [2]) Casleti in Flandria natus 1605, qui plures protestantes ad Ecclesiam catholicam reduxit († 7. Dec. 1666) — Petrus van der Laen Amstelodamensis (n. 2. Febr. 1618; † 10. Jul. 1669) in Hollandia missionarius [3]). — Caspar Sevenstern Groninganus (n. 1627; 23. Mai 1680), qui in primis Joachim Hildebrandum, Timoth. Friedlieb et Guil. Zesch aggressus est [4]). Ex ejus operibus praecipuum est: *Formula professionis fidei catholicae defensa* oder Gegengespräch in 2 Theilen verfasset über die Frage: Warum wilt du nicht Römisch-Catholisch werden, wie deine Vorfahren gewesen? Ist ein christliches Gespräch, in welchem erörtert wird, ob in der Römisch-Catholischen Kirchen einige Glaubens-Stück vorhanden, welche ein gewissenhafter Christ ohn Gefahr seiner Seligkeit nicht billigen oder annehmen könne? Coloniae 1670 in 4. In 1. p. agit de traditione, de interpretatione s. Scripturae, de 7 sacramentis, de peccato originali, justificatione et meritis bonorum operum; in 2. de sacrificio missae, transsubstantiatione, communione sub utraque specie, purgatorio, de sanctorum invocatione. Adjecit postea adversus Friedlieb apologiae instar 3. p. Hildesheimii 1677 in 4. — Franciscus de Roy Insulensis n. 1592 philosophiam professus est Duaci octennium, theologiam scholasticam annis 14 magna illius universitatis approbatione. Romam adscitus theologum egit praepositi generalis societatis Jesu et censorem librorum († 2. Aug. 1679). Reliquit [5]) l. inscriptum *exercitationum theologicarum adversus haereses aevi praesentis sectarum*, quae religionis reformationem praetendunt; *labyrinthus inextricabilis*, in quo demonstratur novatorum fidem atque doctrinam universam versari in circulo, nec ipsos proinde habere in rebus fidei controversis ubi pedem figant, nisi ad Ecclesiae catholicae sensum recurrant, Avenione 1677 in 8; Leodii 1680 t. 2; *templum sapientiae* seu diss. mystagogica, in qua de templo sapientiae partim historico et literali, partim mystico ac spirituali sensu disseritur, Insulis 1664 in f.; *porticus Salomonis* sapientiae templo sublimioris academiae aut scholae coelestis ad instar adjecta, in qua summa quaedam et communissima christianae ac verae sapientiae capita seculari methodo atque miscella eruditione dissertantur, Leodii 1668 in f. — Theodorus Moretus Antwerpiensis diu non solum theologiae, sed et mathesis Pragae et Wratislaviae professorem egit (n. 1602; † 6. Nov. 1667). Praeter opera mathematica et ascetica [1]) scripsit: *Catechismus Lutheri* germanico idiomate ex ipsis verbis Lutheri catholice loquentis, Brigae 1666 in 12; Olivae 1684; *Philaletha Marianus* contra calumnias cujusdam praedicantis in b. Virginem, Wratislaviae 1661 in 4; *principatus incomparabilis primi filii hominis Messiae* et primae parentis matris Virginis in conceptione illius immaculata exhibitus, Coloniae 1671 in f.; 1695. Omnes hi fuere e Soc. Jesu.

34. Praetermissis vero Simone de Coninck O. Min. strenuo missionario per Frisiam [2]) et fidei catholicae apologeta insigni († 1664) — Guilelmo Bolognino [3]) Antwerpiensi (n. 18. Mart. 1590; † 24. Oct. 1669) — Guilelmo Beyer, qui disseruit *de sacramento*

[1]) Cf. Sommervogel VII, 1955.
[2]) Plura de eo cf. ap. Sotvellum, Sommervogel IV, 1466—69. Contra hunc scripsit Macarius Simeomo can. praemonstratensis, Antwerpiensis, s. theologiae in abbatia s. Michaelis Antwerpiae professor, dein ibidem abbas († 12. Apr. 1676). Cf. Foppens II, 837.
[3]) Cf. Sommervogel IV, 1358.
[4]) Cf. Sommervogel VII, 1161—64.
[5]) Cf. Sotvellus, Sommervogel VII, 255.

[1]) Cf. Sommervogel V, 1318—20.
[2]) Cf. Dirks p. 230.
[3]) Cf. Foppens I, 393; Bibl. nat. de Belg. II, 655.

confirmationis, Antwerpiae 1657; 1658 in 8.; *de auctoritate et necessitate episcoporum,* Bruxellis 1669 in 8; *de hierarchia ecclesiastica ac praeeminentia sacerdotum,* ib. 1666 in 12. — Winoldo Coster O. Carth. daventriensi († 1674) - Joanne Mantelio [1]) O. S. Aug. n. Hasseleti comitatus Lossensis (1599; † 23. Febr. 1676), cujus est *S. Augustinus de v. eucharistia* sive augustissimo corporis et sanguinis Domini mysterio, qua sacrificium et sacramentum est, quid catholicus s. Ecclesiae doctor senserit ll. 2, Leodii 1665; *de officio pastorali* ll. 2, Antwerpiae 1643: reliqui adhuc sunt: Thomas Leonardi (Leenaerds) O. Praed. Brabantinus Mosae Trajecti natus, magni nominis theologus, qui scholarum regimini fere per totam vitam fuit applicitus († 1. Sept. 1668 a. aetatis 72). Edidit inter alia[2]): Angelici doctoris s. Thomae Aq. sententia *de prima hominis institutione,* ejus per peccatum corruptione illiusque per Christum reparatione ll. 3 comprehensa contra Joan. Georg Dorscheum . . . qui gloriatur se Thomam exhibere confessorem veritatis evangelicae augustana ut ait confessione repetitae, Bruxellis 1661 in f.; accessit brevis seu methodica refutatio totius operis Dorscheani. Quondam tamen inter libros prohibitos relatum erat opus decr. 12. Jan. 1680 et 8. Jun. 1700 cum apposito, »nisi deleantur omnia, quae p. 126—134 de conceptione b. Mariae V. habentur, et quae l. 2 c. 8 et 10 de actu beatifico caritatis in Christo leguntur.« Unicae Christi sponsae i. e. *catholica sub rom. pontifice Ecclesiae integritas et sanctitas denuo asserta:* itemque Calvinismus de violata mystici thori fide clare convictus adversus spuria vitulamina cujusdam Joan. Hamerstedii, Lovanii 1664 in 8. — Matthias a Corona O. Carm., Leodiensis, s. theologiae doctor in academia parisiensi et magni nominis concionator († 1676), praegrandis operis est auctor, cui titulus: *Sanctitas Ecclesiae romanae* in s. Elia propheta Carmelitarum protoparente praefigurata, sive expositio literalis, mystica et moralis sparsim a 3. Reg. 17 — 4. Reg. 13. per tomos 12 in f., Leodii 1668 seqq. Tomus 1. agit de exsistentia, signis, origine, propagatione et maternitate Ecclesiae romanae; 2. de Ecclesia romana et ejus primatu ubique recepto; 3. de s. Petri et successorum ejus rom. pontificum potestate spirituali et infallibili in rebus fidei, morum et regimine Ecclesiae; 4. de dignitate et potestate spirituali episcoporum; 5. de potestate judiciali episcoporum et jure militari praesulum jurisdictionem temporalem habentium; 6. de missionibus apostolicis seu de utilitate sacrarum missionum, virtutibus, privilegiis, officio et potestate missionariorum; 7. de dignitate cardinalium, legatorum, nunciorum et inquisitorum fidei, cum auctario ad Ecclesiae sanctitatem confirmandam: et alia plura 5 t. sequentibus e prioribus legitime deducta [1]); opus rarum. — Franciscus Farvaques O. S. Aug. in perantiqua s. Gertrudis abbatia theologiae professor († 1689) praeter alia haec edidit: Quaestio quodlibetica *de attritione* seu quae fuerit mens conc. tridentini de sufficientia attritionis in sacramento poenitentiae, Lovanii 1666 cum appendice ib. 1666; quam cum impugnasset P. le Dent, respondit per libellum inscriptum: *Xenium theologicum,* in quo dilectionis Dei in sacramento poenitentiae necessitas . . . asseritur et confirmatur et iis respondetur quae opposuit P. Max. le Dent S. J., Lovanii 1668; cum *apologia,* ib. 1669. Non tacuit le Dent, sed nec auctor noster, scripsit

[1]) Cf. Ossinger p. 539; Revista Agust. 1884 II, 339; Foppens II, 685.

[2]) Cf. Echard II, 625; E. Van Arenbergh Biogr. nat. XI, 623.

[1]) Ita Foppens II, 872.

enim l.: *Veritas et caritas* seu mens conc. tridentini sess. 14 c. 4 de attritione ex metu gehennae concepta per Sf. Pallavicinum . . . aliquando tandem ex originalibus actis tridentini manifeste declarata, ib. 1669; cum vindiciis hujus diss. ib. 1669. Sed reperit novum adversarium P. Estrix, cujus est *decertatio historico-theologica* pro mente conc. tridentini de vi attritionis sine amore amicitiae in sacramento comprobata etc., ib. 1669. Plura auctoris nostri *opuscula theologica* ad veritatis et caritatis stateram expensa, prodierunt Leodii 1680.

35. Adversus *Jansenianos* [1]) scripserunt Ludovicus de Marche S. J. Leodiensis († 6. Febr. 1680). — Joannes de Jonghe S. J. Dunkerkanus, vir egregie doctus, qui philosophiam quinquennio, theologiam de moribus etiam quinquennio, sed scholasticam a. 14 Lovanii explicuit magna commendatione eruditionis († 12. Mart. 1669). Dum theologiam traderet Lovanii excususque tum primum esset Jansenii *Augustinus,* primus illum impugnavit cum suo in eadem cathedra collega Joan. Derkennis in *thesibus theologicis* de gratia, libero arbitrio, praedestinatione etc., in quibus doctrina theologorum Soc. Jesu contra Corn. Jansenii Augustinum defenditur in 6 cc. divisa: 1. theologos S. J. a pelagianismi et semipelagianismi nota liberat; 2. ostendit eorundem doctrinam consentire s. Scripturae, conciliis, ss. patribus et doctoribus scholasticis: jansenianam vero ab his et in primis ab academiae lovaniensis antiquis modernisque doctoribus dissentire; 3. Jansenii doctrinam opponit concilii tridentini definitionibus; 4. eandem componit cum prop. damnatis a Pio V. et Gregorio XIII; 5. eandem cum Calvini aliorumque heterodoxorum opinionibus in statera appendit; 6. multa detegit non modo theologis S. J. sed et sanctis Ecclesiae patribus a Jansenio falso imposita, Antwerpiae 1641; Parisiis 1641 in f., in indicem tamen relatae decr. 1. Aug. 1642, et bulla Urbani VIII. 6. Martii 1641, quod scil. in illis agatur de auxiliis. — Octavius Worst O. Cap. Amstelodamensis, in fidei controversiis eruditus et in propugnando infallibili rom. pontificis primatu strenuus († 1670 a. aetatis 75), praeter alia [1]) reliquit: *Summum et infallibile orbis christiani in rebus fidei et morum decidendis tribunal,* ex quo nihil unquam erroneum in fide et moribus definitum processit, nec procedet nec procedere potest: a quo etiam appellare in praedicta materia ad concilium generale legitime congregatum non solum periculosum in fide, temerarium et scandalosum, sed haereticum quoque esse comprobatur: in quo nullus haereticus sedit, nec unquam sedebit, t. 1 in f.; *vindiciae augustinianae catholicae* seu vera demonstratio operum s. Augustini, quae theologi lovanienses typis mandarunt a. salutis 1566. 1567 et 1568; Lugduni et Parisiis 1614. 1626. 1637. 1651 et sub fuco adulterinae emendationis adulterarunt, t. 1 in f.; *apologia sacra,* in qua summi rom. pontificis jurisdictionis primatus sicut et illius infallibilis in controversiis fidei decidendis auctoritas ex solo s. textu comprobatur, in 4; *sol in Eclipsi* seu s. Augustinus in Jansenio, t. 1 in 4; *Calvinus pelagianus redivivus* seu Augustinus C. Jansenii t. 1 in 4; *Panoplia s. Augustini* seu doctrina s. Augustini adversus Augustinum C. Jansenii Anti-Augustini t. 1 in 4; *triumphus S. R. Ecclesiae* super omnes principales haereses Calvinistarum, quae in

[1]) Horum partes secutus est Joannes Wierts, cujus *centuria colloquiorum* Dei et animae, Antwerpiae 1648; Amstelodami 1676, prohibita fuit. Cf. de Jonghe Sommervogel IV, 814—817.

[1]) Cf. Bern. a Bononia in bibl. script. Capuc., qui tamen haec opera recensens advertit, alia esse edita Romae vel Bononiae, alia mss., quin ea satis ab invicem secernat.

Hollandia, Anglia, Germania et Gallia grassantur, in quo eorum errores ex propriis illorum principiis convincuntur i. e. ex s. pagina, quam solam ut judicem controversiarum admittunt: ex illis ss. patribus, quorum doctrinam se ibidem recipere testantur: ex confessione articulorum fidei et ex catechismo, quae duo vocant fundamenta suae religionis, ut dicunt, reformatae: ex 4 primis conciliis, quae in confessione articulorum admittunt: ex propriis denique suorum principalium praedicantium principiis veritas et doctrina catholica romana demonstratur, t. 1 in f. etc.

36. In *Anglia* rem catholicam egerunt Thomas Carwell, vero nomine Thoroldus [1]), Lincolniensis, qui magnam vitae partem in cultura vineae patriae operarius impiger transegit († 9. Aug. 1664), cujus unum exstat opus: *Labyrinthus cantuariensis* or Doctor Lawd's Labyrinth, being an Answer to the late Archbishop of Canterburie's relation of a Conference between himself and Mr. Fisher etc., wherein the true grounds of the Catholic Religion are asserted, the principal controversies betwixt Catholic and Protestants thoroughly examined, and the Bishop's Meandrick windings throughout his whole work lay open to public view, Parisiis (Londini) 1658 in f. — Joannes Lewgar studiis operam dedit Oxonii et Cambridgae atque ritu Anglicanorum ordinatus est. Ad Ecclesiam catholicam rediit a. 1635. Aliquandiu in coloniis munere publico functus est rediitque in Angliam (1650). Londini aegrotorum curam solicitam gessit ceciditque caritatis victima in eorundem obsequio a. 1665. Duplici opere *Erastus junior* et *E. senior* inscripto graviter aggressus est Anglicanorum ministerium et ordinationem Londini 1659—60 t. 2 in 4 et 1662 in 12. Vir erat doctus, integer et solidae pietatis. — Jacobus Montford, Mumford [1]) Norfolciensis, pro fide in carcerem conjectus multaque ludibria expertus († 9. Mart. 1666), scripsit: *The Question of Questions,* which rightly resolv'd resolveth all our Questions in Religion. This Question is: who ought to be our Judge in all these our differences? This book answereth this question; and hence sheweth a most easy, and yet most safe way, how, among so many Religions, the most unlearned and learned may find the true Religion by Optatus Doctor, Gandavi 1658 pp. 2 in 8; Londini 1686—87 in 8; 1767 ed. 3; 1841; *the Catholic Scripturist:* or the Plea of the Roman Catholikes shewing the Scriptures to hold the Roman Faith in above forty of the Chief Controversies now under debate, Gandavi 1662; Londini 1686 in 12; 1687 in 8; 1767 in 12; 1840; Baltimorae 1809 in 8; Dublini 1841 etc. — Ignatii Goodwin, Somersetensis, per 30 annos in Anglia et Hollandia ferventis missionarii († 26. Nov. 1667) exstat liber perutilis: *Lapis Lydius controversiarum modernarum catholicos inter et accatholicos,* quo ex verbo Dei scripto in trecentis et amplius punctis liquet, catholicos adamussim illud sequi, acatholicos vero e diametro ei repugnare, Leodii 1656 in 24; Cassoviae 1671 in 12; Tyrnaviae 1713; 1730; 1736; Pragae 1721. — Joannes Spencer alias Vincentius Hatcliffe vel Tyrwhitt Lincolniensis, prius in collegio Anglorum leodiensi theologiae moralis et polemicae professor, dein per 20 annos operarius indefessus in Anglia († 17. Jan. 1670), inter alia edi-

[1]) Cf. Sotvellus, Sommervogel II, 793. — De Guilelmo Campian jam egimus III³, 165. De Christophoro Laurentio Reyner OSB. suae congregationis praeside generali (1653—57; † 8. Apr. 1664) fratre Clementis R. († 1651), cujus III³, 1215 mentionem fecimus, cf. Gillow V, 406—8.

[1]) Cf. plura ap. Sotvellum; Sommervogel V, 1398—1402; Gillow V, 82—84.

dit [1]): *The trial of the Protestant private spirit,* wherein their doctrine, making the said spirit the sole ground and means of their beliefe, is confuted by Authority of Holy Scripture, Testimonies of ancient Fathers, Evidence of reason, drowne from the Grounds of Faith. Absurdity of consequences following upon it against all Faith, Religion and Reason, 1630 in 4; *Scripture mistaken* the Ground of Protestants and common plea of all new Reformers against the ancient Catholike Religion of England. Many texts quite mistaken are laid open and redressed in this treatyse by restoring them to theyr proper sense, according to which it is made manifest thas none of them are of force against the ancient Catholike Religion, Antwerpiae 1655 in 8; libellum quoque contra atheos (anglice) cui titulus: *Aut Deus aut nihil* — Guilelmus Lacaeus (Lacy) seu Wolfe eboracensis, per 58 annos vel in aetate emerita missionarium in Anglia egit, et saepius a sectariis ad necem quaesitus, eorum molimina prudentia sua evasit († 3. Aug. 1675). Scripsit anglice tacito suo nomine solide atque acute contra haeresim socinianam tunc in Anglia gliscentem, in primis contra Chillingworth [2]). — Edwardus Worsley Lancastrensis in collegio Anglorum leodiensi theologiae professor († 2 Sept. 1676) edidit [3]) aliquos libros adversus diversos theologos anglicanos, ut *The infallibility of the Roman Catholic Church* and her Miracles defended against Dr. Stillingfleet's Cavils, Antwerpiae 1674 v. 2 in 8., in quorum altero tuetur miraculosam domus lauretanae translationem; *Reason and Religion:* or the certain rule of Faith, where the Infallibility of the Roman Catholick Church is asserted against Atheists, Heathens, Jewes, Turks and all Sectaries with a refutation of Mr. Stillingfleet's many gross errors, ib. 1672 in 4; *Protestancy without principles* or sectaries unhappy fall from infallibility to fancy, ib. 1668 in 4. — Contra eundem Stillingfleet scripsit etiam Richard Ashby, cujus nomen proprium erat Thimbleby (n. 1614; † 7. Jan. 1680). — Ignatius Brunus (Brown) patria Waterfordiensis, natione Hibernus (n. 1630; † 1679) pariter de Ecclesiae infallibilitate duo edidit opera [1]): *The Unerring and Unerrable Church,* Dublini 1675 in 8. adversus Andream Sall; *An unerrable Church or none,* 1678 in 8. Omnes hi fuerunt e Soc. Jesu.

37. Societatis Jesu quondam sodalis fuit etiam Petrus Talbot nobilissima e prosapia oriundus (c. 1620): justis tamen de causis absolutus a votis suique juris factus, et post aliquot annos a Clemente IX. archiepiscopus dubliniensis creatus est. Crimine conjurationis in regem falso insimulatus in carcerem conjectus fuit, in quo etiam vitam morte commutavit a. 1680. Plura reliquit opera [2]) absque auctoris nomine et anglice, inter alia: *A Treatise of the nature of Catholic Faith and Heresie* with reflection upon the Nullitie of the English Protestant Church and Clergy, Rotomagi 1657 in 8; *de primatu dublinensis archiepiscopatus* seu responsum ad jus primatiale ill. archiepiscopi armacani, 1673 in 8; *historia Iconoclastarum,* Parisiis 1674 in 8; *de efficaci remedio contra atheismum et haeresim* et speciatim contra gravem errorem Thomae [3]) Albii seu Blacloi

---

[1]) Sommervogel VII, 1434.
[2]) Cf. Sotvellus, Sommervogel 1, 1357.
[3]) Sommervogel VIII, 1217.

[1]) Sommervogel II, 223.
[2]) Sotvellus, Backer III, 1040; Biographie univers. XLIV, 421, ubi alia quaedam opera recensentur, quae forte nonnisi aliae sunt editiones.
[3]) Thomas iste, Quesnelli amicus, plura ad delitescendum assumpsit nomina; modo enim se dixit Candidum, modo Albium, Blackloe, Blakon, Bianchi, William Richworth, Tho-

in libro *de statera morum* (Londini 1660 t. 3 in 12.) damnato a s. Inquisitione romana a. 1661, requirentis plus quam moralem evidentiam ad assensum fidei divinae ideoque rejicientis necessitatem piae affectionis in voluntate ad illum, Parisiis 1674 in 8; *historia Manichaeismi et Pelagianismi,* in qua ostenditur supra memoratum Albium seu Blacloum ejusque asseclas haereses suscitare, ib. 1674 in 8. — Henricus Turberville (n. c. 1607; † 20. Febr. 1677—78) scripsit *A Manual of Controversies,* clearly Demonstrating the Truth of Catholique Religion by Texts of Holy Scripture . . . And Fully answering the principal Objections of Protestants and all other Sectaries, Douay 1654 in 8; Londini 1686 ed. 4; Belfast 1821 in 12. — Abraham Woodhead post studia peracta Oxonii rediit ad Ecclesiam catholicam († 4. Maj. 1678). Praeter alia multa composuit *The Guide in controversies* or A Rational Account of the Doctrine of Roman Catholicks concerning the Ecclesiastical Guide in controversies of Religion, Londini 1667; 1673, quo in l. sicut et in aliis Stillingfleet impugnat; *A Paraphrase and Annotations* upon the Epistles of St. Paul, Oxonii 1675; 1684; Londini 1702; 1708; Oxonii 1852; *The Apocalypse Paraphras'd* s. l. 1682; Oxonii 1689, opus incompletum [1]).

38. Christophorus Davenportus, dein dictus communiter Franciscus a s. Clara, O. Min. Coventriensis n. 1598, relicta anglicana secta firmandis in fide catholicis revocandisque ab haeresi popularibus, contemptis etiam insidiis vitaeque periculis, totum se dedit per annos ferme 50, eo solum tempore excepto, quo sub finem regni Caroli I. regis et ob cromwellianam tyrannidem saluti suae per fugam consulere coactus fuit († 31. Maji 1680 a. aetatis 82). Vir fuit eximiae pietatis, eruditionis profundae atque omnigenae, aperti cordis, indolis nobilis ac suavis atque in primis zelator animarum ac salutis popularium suorum [2]). Plura edidit opera, quorum praecipua sunt: *Systema fidei*

---

mam Anglum ex Albiis East Saxonum; verum ejus nomen fuit White. Diu degit Parisiis et Romae; aliquamdiu cleri procuratorem egit; collegio Anglorum Olisipone praefuit, theologiae professor Duaci. Vitam sat agitatam et instabilem duxit. Decessit 6. Jul. 1676 Ecclesiae subjectus. Operum ejus numerantur ad 48. De variis scripsit argumentis singulari plane obscuritate: altissima mysteria nisus est comprehendere, sed scopulos non vitavit, hinc ejusdem scripta ab Alexandro VII. damnata fuere, quod continerent propositiones haereticas, erroneas, temerarias, scandalosas, seditiosas, falsas etc., omniaque ejusdem scripta relata sunt in indicem decr. 17. Nov. 1661, et facultas theologica duacena 22 propositiones ex ipsius institutionibus sacris 1660 censurae subjecit. Cf. Jungmann KL. I, 835, Brück ib. II, 879; Reusch II, 411; Adelung I, 482; Gillow V, 578. Hujus censurae prodierunt *vindiciae* Duaci 1661 sub nomine Jonae Thamon, auctore Joanne Warner, de quo infra redibit sermo. Juxta alios eae sunt Georgii Leyburne (n. 1593; † 29. Dec. 1677), qui constanter se opposuit Blackloismo. Dum in Angliam rediret, in carcerem fuit conjectus. Annis 18 praefuit collegio Anglorum duaceno et aliquamdiu egit Rich. Smith episcopi vicarium generalem non sine oppositione capituli cleri gallicani, quae sensim tamen evanuit. Cf. de ejus fatis et scriptis Gillow IV, 220—27. Inter haec praecipuum est. *Holy characters* containing a Miscellany of Theologicall Discourses-that is, Theologie positive, scholasticall, polemicall and morall, Doway 1662 t. 2 in 8.

[1]) Cf. Gillow V, 591 ss., qui tribuit ei opuscula 29 edita.

[2]) Cf. Biogr. univ. X, 585; Gillow II, 24; Joan. a s. Antonio I, 375; Dupin XVII, 185, qui systematis fidei synopsi exhibita ita de ejus operibus judicat: „Tous ces Ouvrages sont solides, pleins de citations des Conciles, des anciens Pères, des Théologiens et de raisonnemens fondés sur l'Histoire et sur la pratique de l'Eglise. Il n'outre pas les questions de Controverse et écrit avec sagesse et avec moderation. Il ne traite pas néanmoins les matières avez assez d'étenduë, et passe souvent de l'une à l'autre. Son style est simple, mais clair et facile à entendre."

sive tr. de concilio universali, de auctoritate Scripturarum et traditionum, de structura fidei, de distinctione fundamentalium et non fundamentalium in rebus ad fidem spectantibus; de vindiciis s. conc. tridentini; de origine papatus romani, et an Petrus et Paulus fuerint simul papae, Leodii 1648 in 4; *de schismate* speciatim *anglicano; de definibilitate controversiae immaculatae conceptionis*, Duaci 1651; *apologia episcoporum* seu sacri magistratus propugnatio, Coloniae 1640 in 8; *Problemata scholastica et controversalia speculativa;* corollarium dialogi *de medio animarum statu;* paralipomena philosophica *de mundo peripatetico,* Duaci 1652 in 8; *liber dialogorum* seu Summa veteris theologiae dialogismis tradita, Duaci 1661 in 8; *Deus, natura et gratia* juxta doctrinam doctoris subtilis, sive tr. de praedestinatione, de meritis et peccatorum remissione seu de justificatione et denique de SS. invocatione, ubi ad trutinam fidei catholicae examinatur confessio anglicana, Lugduni B. 1634; Parisiis 1635, quae appendix prodierat jam inscripta *paraphrastica expositio articulorum confessionis anglicanae,* quam spiritu irenico ductus nimis benigne in sensum catholicum interpretatur, ut eo facilius Anglicanos ad partes catholicas traheret. Verum non paucos hac sua indulgentia offendit [1]), parumque abfuit quin Romae damnaretur. Prodiit iterum anglice cum introductione et auctoris vita, curante Fr. G. Lee, Londini 1865 in 4. *An Enchiridion of Faith,* presented in a Dialogue, declaring the Truth of Christian Religion in Generall, ed. 2. Duaci 1655; *Explanation* of the Catholic Belief, 1656 etc. Opera collecta prodiere: *Operum omnium scholasticorum et historicorum* (quae scil. spectant ad historiam ordinis in Anglia) Duaci 1666—67 t. 2 in f. Postea adhuc prodiit *Supplementum* historiae prov. Angliae, in quo est et *Chronosticon* continens catalogum et praecipua gesta provincialium fratrum minorum prov. Angliae, ib. 1671 in f. — Richardus Mason O. S. Franc. visitator et provinciae brabantinae praepositus († 30. Dec. 1678) concinnavit A liturgical Discourse *of the Holy Sacrifice of the Mass,* . . . of its Substance, Nature, Quality, Antiquity, Use, Rites and Ceremonies; deduced out of the S. Scripture, Apostolic Tradition, Holy Councils, Orthodox Fathers, continual practise of God's Church and Unanimous Consent of all Christian Nations, 1669, 1670 pp. 2, opus doctum et rarum. Quaestionum theologicarum resolutio pariter ac collatis cum sententiis s. Augustini, Duaci 1637 in 4. *Apologia* pro Scoto Anglo, in qua defenditur D. J. Pitseus in sua relatione *de loco nativitatis subtilis doctoris* etc., ib. 1656 in 12. Defenderat Pitseus de ill. A. script. p. 390 Duns Scotum fuisse ex Northumbria. Reliquit plura alia opera ad ordinem s. Francisci spectantia [1]).—Antonii Errington missionarii exstant rarum *missionarius* seu opusculum practicum pro fide propaganda et conservanda, Romae 1672; et *Catechistical Discours,* Parisiis 1654 in 12., in quibus etiam veritatem Ec-

[1]) Ea in indice hispano proscribitur. „Nec temere, inquit Mich. a s. Joseph bibl. crit. 1, 376, quispiam suspicabitur, nonnulla huic operi haereticam nescio quam manum addidisse, quae opus alioqui innoxium reddiderint et catholicis ex parte suspectum et protestantibus non parum jucundum. Rem anonymus hunc in modum narrat: Alphonsus de Cardenas, qui tum regis Hispaniae ad Carolum I. legati munere fungebatur, cum auctorem Angliae regi suum librum nuncupasse audiit, qui eundem admodum benigne acceperat, inquisitionis hispanicae censuram in hunc librum invexit, ubi in indicem relatus fuit. Idem Romae fieri tentavit, sed frustra: liber enim experto tentamine salvus et incolumis exiit.“ Ceterum plurimis viris, teste eodem M. a s. Joseph, judicio, zelo et eruditione praeditis visus est hic liber prorsus orthodoxus omnisque labis purus. Cf. Reusch II, 406.

[1]) Cf. Gillow IV, 518—22.

clesiae prae ceteris sectis comparatione instituta evincit [1]).

39. Praeter Davenportum alii relicta secta anglicana fidem amplexi sunt catholicam. Ita Hugo Paulinus Serenus de Cressy († 1674), de quo cf. infra. — Kenelm Digby, vir nobilis, animae corporisque dotibus plane illustris, ut diceretur miraculum sui temporis, qui muneribus publicis prius functus, ob fidem dein passus est exsilium Ejus opera admodum sunt solida [2]), sed rara. Inter ea est *Demonstratio immortalitatis animae rationalis*, prius anglice Parisiis 1644, latine reddita a Jo. Leyburne episcopo Adramitae († 1702), ib. 1655. *Memoriae* ejus prodierunt Londini 1827 († 14. Jun. 1665). — Joannes Austin advocatus († 1669), cujus scripta plurimum commendantur a stili elegantia [3]). — Vincentius (Joannes Baptista) Canes vocationis gratia illustratus fidem amplexus est catholicam atque Duaci ingressus ordinem s. Francisci. Reversus in Angliam strenue causam catholicam egit, quam ob rem etiam a catholicis selectus fuit, qui eam adversus Stillingfleet tueretur (1672). Scripta ejus stili elegantia se commendant. Eorum praecipuum forte est: *Fiat lux* or A General Conduct to a right understanding and clarity in the great Combustions and Broils about Religion here in England, betwixt Papist and Protestant, Presbyterian and Independent. To the end that Moderation and Quietness may at length happily ensue after so various Tumults in the Kingdom, 1661 in 8., spiritu irenico conscriptum; 1662 cum app. *Infallibility* 1662, et *an Epistle* 1663 adversus Owen, qui illud impugnaverat, et *Diaphanta* or Three Attendants on Fiat Lux 1665 in 12, adversus eundem, Whitby Taylor, Moulin, Denton, Stillingfleet etc.

40. Praeter Ignatium Brunum alii Hiberni nominandi sunt. Joannes Sinnigh Corcagiensis a prima juventute catholicae fidei causa de terra et cognatione egressus Lovanium se contulit, ubi primus inter magistros artium in paedagogio porcensi a. 1625 renunciatus est. Absolutis theologiae studiis hujus facultatis constituitur lector in abbatia Bonae-Spei O. Praem. apud Hannones. Ad universitatem ac in primis ad philosophiae professionem in praefato paedagogio postliminio revocatus (1635), post quadriennium (27. Sept. 1639) theologiae magisterium adeptus ac majori theologorum collegio praefectus est necque diu post inter ejusdem facultatis regentes cooptatus. Damnato per Urbanum VIII. Corn. Jansenii libro iter romanum suscepit Sinnichius causam illius coram pontifice ac cardinalium deputatorum coetu defensurus, quod et quibusdam libris passim anonymis Romaeque damnatis nisus est, utiliorem sane Ecclesiae operam praestiturus, si erga s. sedis decreta obedientior contra heterodoxos calamum suum unice strinxisset († 8. Maj. 1666). Nimio rigori addictus prop. ab Alexandro VIII. postmodum (1690) damnatae (n. 3.) exsitit auctor: »Non licet sequi opinionem vel inter probabiles probabilissimam.« Adeo acer Jansenii fuit propugnator, ut asserere non dubitaverit: »Non potest damnari Jan-

---

[1]) Cf. Gillow II, 176, qui refert eum obiisse intra a 1719—24.

[2]) Raess V, 445 ss., qui ita de eo scribit: „In seinen Werken, die Kenelm Digby als Katholik in Druck gegeben, verriet er eben so umsichtigen Eifer als bewundernswerte Gründlichkeit. Seine Conferenzen mit einer hochgestellten Dame über die Religionswahl (Parisiis 1638; 1654) und seine Briefe an Lord Georg Digby in Betreff der Religion (ib. 1651) werden als solche gerühmt, sind aber leider höchst selten geworden, wo nicht gänzlich aus dem literarischen Verkehr verschwunden.“ Cf. Gillow II, 70–80. Plura ex ejus scriptis sunt philosophica, in quibus se exhibet Cartesii adversarium. Cf. Bone KL. III, 1750.

[3]) Cf. Gillow I, 87.

senius, nisi ridente Pelagio, plorante Augustino.« Primus, quem pro Jansenio edidit, l. fuit: *Augustini hipponensis et Augustini iprensis de Deo omnes salvare volente et Christo omnes redimente homologia* per theses antiapologeticas expressa, Lovanii 1641, damnatus 1. Aug. 1641 et 23. Apr. 1654, quem tamen Foppens II, 820 tribuit Liberto Fromondo. *SS. Patrum de gratia Christi et libero arbitrio dimicantium trias,* Augustinus hipp. adversus Pelagium, Prosper aq. adversus Cassianum, Fulgentius ruspensis adversus Faustum sub nomine Pauli Erynachi gratianopolitani theologi, 1648 in 4; prohibetur decr. 8. Jun. 1661 „donec corrigantur tituli capitum et articulorum atque index«. *Saul exrex* sive de Saulo israeliticae gentis protomonarcha divinitus primum sublimato ac deinde ob violatam religionem principatu vitaque exuto in typum regum ac principum temeratae religionis reorum ideoque coelitus animadversorum vel animadvertendorum, Lovanii 1662 in f.; *Saul exrex* liber secundus, in quo Ecclesiae praerogativa proficiendi ex adversis asseritur, opus posthumum (ac Jansenii erroribus infectum), ib. 1667; *confessionistarum Goliathismus profligatus,* sive Lutheranorum confessionis augustanae symbolum profitentium provocatio ad monomachiam doctrinalem super canonibus synodi tridentinae et articulis suae confessionis augustanae solemniter a catholicis ex edicto caesareo secum ineundam propulsa; cum reseratione originis ac progressus tum haereseon in generali tum lutheranismi ac confessionismi in speciali, Lovanii 1657 in 4; 1667 in f. — Raymundus Caron O. Min. Westmeadensis, ordinis commissarius generalis in Hibernia († 1665), luculentissime scripsit: *Controversiae generales fidei* contra infideles omnes, Judaeos, Mahometanos, paganos et cujuscunque sectae haereticos, Parisiis 1660 in 4. *Roma triumphans septicollis,* qua nova methodo comparativa tota fides romano-catholica clarissime demonstratur atque infidelium omnium argumenta diluuntur, Antwerpiae 1653 in 8; Coloniae 1682; *Remonstrantia Hybernorum* contra lovanienses ultramontanasque censuras de incommutabili regum imperio subditorumque fidelitate et obedientia indispensabili una cum appendice de libertate gallicana et contra infallibilitatem rom. pontificis, Londini 1665 in f., quae ed. incendio a. 1666 fere consumpta rara est [1]). *Apostolatum missionariorum* per universum mundum cum obligatione pastorum quoad manutentiam Evangelii, regulis actionum humanarum et methodo conferendi cum hereticis ac infidelibus, Paris 1659, proh. 22. Nov. 1661.

41. In *Germania* magni nominis theologos, si forte excipias Vitum Erberman (Ebermann) S. J., hac periodo non reperimus. Fuit is patria Rentweinsdorffensis in dioecesi bambergensi n. 1597 parentibus lutheranis. Relicta secta, Soc. Jesu est ingressus a. 1620. Theologiam scholasticam annis tradidit 16 partim Moguntiae, partim Herbipoli, moralem quinque, triennio polemicam de controversiis. Rexit seminarium pontificium Fuldae septennio († 8. Apr. 1675). Scriptis aggressus est in primis Calixtum, Conringium, Musaeum, Amesium, Wigandum, Gerhardum etc. Haec inter alia edidit [1]): *Anatomia Calixtina* h. e. Vindiciae catholicae pro Ecclesiae tribunali in causis fidei infallibili etc., Moguntiae 1644 in 4; *Irenicon catholicum* Helmestadiensi oppositum, quo methodus concordiae ecclesiasticae catholicos inter et protestantes in Germania sarciendae a G. Calixto explicata

[1]) Cf. Biogr. univ. VII, 179.
[2]) Cf. Sotvellum, Werner, IV, 745 ss.; Raess IV, 470 ss.; Ruland p. 65; Sommervogel III, 407.

excutitur, sana et catholica ex ipsiusmet adversarii assertionibus deducta substituitur simulque vindiciae catholicae Moguntinensium a criminationibus calixtinis liberantur etc., ib. 1645 in 4; *irenici pars altera* pro sedis apostolicae infallibilitate, ib. 1646 in 4; *interrogationes apologeticae* oppositae libello Herm. Conringii de concusso fundamento fidei pontificiae, Herbipoli 1644 in 4; *examen examinis conringiani* de infallibilitate cathedrae apostolicae, ib. 1655 in 4; *Anti-Musaeus* h. e. parallela Ecclesiae verae et falsae, quorum illam catholici omnes juxta symbolum apostolorum ultra 1600 annos profitentur, hanc a protestantibus ante 130 annos confictam, toties interim convulsam nuper J. Musaeus instaurare conatus est, ib. 1659 in 4; *Anti-Musaei p. 2.* h. e. assertiones theologicae, quibus vindicatur a cavillationibus J. Musaei fidei divinae a scholasticis tradita analysis publicae disceptationi proposita in universitate herbipolensi: praemittitur diss., qua biblia germanica vernacula lingua per Jenenses glossata impietatis convincuntur, ib. 1661 in 4; *Nervi sine mole* h. e. controversiarum R. Bellarmini compendium a cavillis et imposturis Guil. Amesi puritani angli, Joan. Gerhardi Lutherani etc. vindicatum, ib. 1661 v. 2 in 12., insertum in edit. controversiarum Bellarmini Pragae 1721; *Trophaea romana s. catholicae Ecclesiae,* quae lutheranismi propugnatoribus jenensibus J. Musaeo et A. Wigando eripuit erexitque P. V. Erberman etc., Moguntiae 1672 in 4.

42. Ex Soc. Jesu nominari adhuc merent: Thomas Clagius (Klage) n. Allenstein († 19. Jun. 1664), qui scripsit in primis contra ubiquistas sub nomine Didymi Hermanovillani[1]), contra Dorschaeum, Calovium, Crocium, Danhawerum, Mestrezat etc. — Melchior Cornaeus[1]) patria Brilonensis n. 1598 in Westphalia, qui Moguntiae et Herbipoli magna laude doctrinae annos quindecim theologiam scholasticam et polemicam tradidit strenueque fidem catholicam defendit († 13. Mart. 1665). Ex ejus operibus forte praecipuum est: *Tractat von der Kirchen* J. Chr. adversus Joan. Mestrezat Calvinianum, Herbipoli 1655 in 8. Aliud est: Quaestio presenti tempore opportuna, *an verum sit illud, aut papista aut non christianus,* Moguntiae 1652 in 4. — Nec minus strenuus fuit Hieronymus Mülman Lipsiensis natus patre lutherano et pastore a. 1606 et in errore educatus, dum fratrem suum germanum Coloniae catholicis aggregatum ad sectam suam reducere nititur, ipse captus vi argumentorum catholicam fidem complexus est († 22. Oct. 1666). Plura edidit[2]), inter quae alia adversus Dorschaeum, Hoë, Coccium, Carpzovium etc., praeterea *Mysterium fraudis* seu tectae praestigiae, quibus ministri reformationem Ecclesiae professi innocentes et incautos animos sub specioso verbi divini scriptorumque propheticorum et apostolicorum nomine fraudulenter ludunt atque per propriam interpretationem ad verba et commenta mere humana, lubrica et falsa cum salutis aeternae jactura exitiose pertrahunt, ad meridianum solem in oculis omnium detectae, Coloniae Aggrippinae 1660 in 4; *Verfalschter Löse-Schlüssel* oder ausführlicher Bericht von der Trostreichen Gnaden-Absolution, welche die Trewgefliessene Seelsorger Augspurgischer Confession dem Geistgeängsteten und bussfertigen Beichtkind herzerfrewlich anbieten und Glaubenskräftig-

[1]) Cf. Sotvellus, Sommervogel II, 1196.

[1]) Plura cf. de eo apud Sotvellum, Hartzheim, Ruland p. 67; Sommervogel II, 1467, qui 27 ejusdem opera recenset. Apud Jöcher I, 2100 mentio fit Petri Cornaei Romani, cujus *theologia scholastica et moralis* Bambergae 1672 in f. prodiisse dicitur.

[2]) Cf. Sotvellus, Sommervogel V, 1396 s.

lich ertheilen, aus D. M. Luther und anderer Lehrer Schrifften fleissig zusammengetragen und allen bedrängten, verwürreten Gewissen, allen Wahrheit und Trostliebenden Seelen etc. wohlmeinentlich in Truck gegeben, ib. 1653 in 4; *insolubilis demonstratio* quod ministri acatholici nequeunt habere verum sensum s. Scripturae, ib. 1654 in 4; *Glaubensspiegel*, darinnen die Wahre Catholische Lehre in denen Artikeln, so die Unselige Reformation streitig gemacht, klärlich fürgestellet, gründlich erwiesen und unbeweglich erhalten, Cöln 1659 etc. — Joannes Grothaus[1]) Bechemensis Ferd. de Fürstenberg episcopo paderbonensi a confessionibus, qui multum laboravit, ut Kalendarium gregorianum in Germania reciperetur († 28. Apr. 1669). — Bernardus Löper Paderbornae natus 1609 theologiam moralem et polemicam necnon ss. literas tradidit magnamque vitae partem in missionibus inter acatholicos transegit, quorum errores et cominus argumentis et eminus libellis[2]) typis editis confutavit († 29. Maji 1670.) — Quakerorum errores impugnavit Theodorus Rhay[3]) patria Resensis in Clivia († 10. Mart. 1671) in *Confusa confessione Trementium* seu Quackerorum d. i. der Quacker verwirrte Glaubens-Bekänntnuss mit vorgesetzter kürtze, doch denkwürdiger Relation von dieser Zitter-Geister-Nahmen, Ursprung, Lehr und Fortgang, Cöln 1666. — Bernardus Neuhauser[4]), Monacensis († 8. Apr. 1673) et Joannes Ohneberger[5]) Coloniensis patria Blessensis († 2. Jun. 1675), fervidi ambo verbi divini praecones, quaedam opuscula de controversiis lingua patria in lucem dederunt; ita et Marcus Schönman[1]) Heiligenstadiensis († 14. Jun. 1683). — Bernardinus Vetweis O. Min. strictioris observantiae Marcoduranus[2]), quinquies suae provinciae praepositus, ter definitor generalis et non semel aliarum provinciarum visitator plurium monasteriorum fundator, vir plane insignis († 10. Dec. 1668), praeter *compendium controversiarum fidei* hujus temporis, Coloniae 1640, etiam germanice Coloniae 1642; *speculum verae Ecclesiae Christi ac falsarum ecclesiarum* exhibuit ll. 12, Coloniae 1664 in 4.

43. Praeter religiosos quidam mentione sunt digni, qui secta relicta ad Ecclesiam catholicam redierunt[3]). Ita Joannes Scheffler Wratislaviensis, qui parentibus lutheranis editus 1624, totum se medicinae studio dedit, in quo magnos fecit progressus. Verum theologia simul mystica delectabatur: hinc plura opuscula ascetica hymnosque sacros[4]), quorum nonnulli in usu ecclesiastico apud protestantes sunt, Lutheranus elaboravit. Anno 1653 fidem amplexus est catholicam[5]), et in con-

---

[1]) Cf. Ztschr. f. k. Theol. XIII (1889), 75.

[2]) Cf. Sotvellus, Backer II, 792. Scripsit autem praesertim adversus Christoph. Scheibler et Jac. Durfeld.

[3]) Cf. Sotvellus, Backer III, 136.

[4]) Cf. Sotvellus, Sommervogel V, 1649.

[5]) Cf. Sotvellus, Sommervogel V, 1876.

[1]) Cf. Sommervogel VII, 1853

[2]) Cf. Schlager KL. XII, 873 ss.

[3]) Inter hos spectat etiam Christianus Guil. marchio de Brandenburg, electus administrator magdeburgensis, qui in expugnatione civitatis magdeburgensis captus est et in captivitate invenit veram fidem (1632). Scripsit insigne plane *Speculum veritatis*, Stuttgart 1635, in quo conversionis solidam reddit rationem, et cum impugnatum fuisset, scripsit *Apologiam veritatis*, utrumque Coloniae 1638. Cf. Raess Die Convertiten V, 404—33; (v. Schütz) Erinnerungen an des Mgr. Chr. W. v. Brandenburg Bekehrung zum kath. Glauben, Offenbach 1828. Obiit 1. Jan. 1665.

[4]) Rosental, qui ejus hymnos edidit, eum dicit „den ausgezeichnetsten geistlichen Dichter seiner Zeit und einen der trefflichsten überhaupt aller Zeiten."

[5]) Cf. Raess VII, 1 ss., qui ejus motiva exhibet; Rosenthal in biographia, quam praemittit editioni poëmatum Angeli Silesii t. 1.; Wittmann, Angelus Silesius, eine Charakteristik, Ausburg 1842; Kahlert, Angelus Silesius, eine literarisch-hi-

firmatione Angelus (cum apposito Silesius, quo a theologo lutherano Joanne Angelo distingueretur) voluit appellari. Conversionis motiva bene exponit in l. inscripto: *Johannis Scheffler's . . . . . Gründtliche Ursachen und Motiven*, warumb er von dem Lutherthumb abgetreten und sich zu der catholischen Kyrchen bekennet hat, Olmucii 1653; Ingolstadii 1653, cum 16 qq. de fidei controversiis: quas Jod. Kedd S. J. (cf. tom. III³, 1025), plenius evolutas et confirmatas latine edidit hoc titulo: *J. Scheffleri . . . causae fundatae pleniusque redditae*, propter quas abjecto lutheranismo catholicam religionem sibi capessendam fuisse animadvertit, Straubingae 1654 t. 2 in 4. Se ad fidem catholicam perductum fatetur lectione librorum polemicorum Jod. Kedd. Plures e protestantibus contra ipsum scripserunt. Pro fidei catholicae defensione plura dein composuit scripta (55), ut *concilium tridentinum*, Nissae 1675 in 12; *christianus conscientiosus*, 1670, quod dirigitur ad protestantes de unice salvifica fide catholica; *Conscientiosus liberatus* adversus Val. Alberti prof. lipsiensem: utrumque reperitur in *Ecclesiologia* oder Kirchebeschreibung 1677 in f. (quo anno ipse quoque decessit), et Campodunae 1734, t. 2 in 1 v. opus perinsigne et celebre, quod complectitur tr. 39 pro Ecclesia, ejus juribus et notis, de ejus dogmatibus controversis etc. — Adolphus Godefridus Volusius n. 1617 quondam pastor calvinianus, fidem catholicam amplexus est a. 1638; Romae dein sua studia absolvit in collegio germanico. Moguntiam rediens post aliquot annos factus est summae aedis moguntinae pastor et ecclesiastes (1645), electoris et archiepiscopi moguntini sigillifer major et episcopus auxiliaris, rector etiam universitatis († 1679). Magno praeditus erat zelo apostolicisque virtutibus ornatus. Hoc sibi ipse posuit epitaphium:

Hic jacet et tacet,
qui
stabat et clamabat
in
cathedra moguntina
annis ter denis et ultra
gente teutonicus,
patria Hanovicus,
munere parochus,
nomine
Godefridus Adolphus Volusius,
gradu doctor theologus
dignitate episcopus diocletianopolitanus
merito peccator maximus.

Haec potiora ejusdem opera: *Assertionis calvinisticae confutatio* unacum centum locis, in quibus Calvinus sibi contradicit, Moguntiae 1643. Theologum irenicum egit in *Aurora pacis religiosae divinae veritati amica*, Moguntiae 1665 in 4. Hoc scriptum auctori videtur demonstratio evidens et solida, quod coetuum invariatam confessionem augustanam sincere amplectentium reconciliatio et unio cum Ecclesia catholica romana salvis eorundem protestantium hypothesibus et illaesa veritate divina nec sit impossibilis nec inconsulta, opposita disp., quas in contrarium habuere Sam. Maresius, Sebast. Curtius, Ger. Titius, Meno Hannekenius aliique recentiores. Hisce tamen pacis cogitationibus hostes sibi excitavit Joan. Nifanium, Guil. Verpoortenium et Sam. Maresium, cui quidem *defensionem aurorae* opposuit[1]): necnon *Castigationis*

storische Untersuchung, Breslau 1853; Kern, J. Scheffler's cherubinischer Wandersmann, Lipsia 1866; Seltmann Aug. S. und s. Mystik, Breslau 1896, quo in l. accurato bene ostendit, Silesium non favisse Pantheismo et Quietismo; Lindemann A. S. Bild eines Convertiten, Freiburg 1876; Bertheau Realenc. XVII³, 542—47.

[1]) Cf. Fabricium hist. bibl. fabric. IV, 212 ss.; Raess V, 516—45, qui epitomen exhibet libri: *Calvinismi fugiendi et fidei catholicae eligendae consilium maturum*, Moguntiae 1643 in 4., quam ita absolvit: „Die gediegenen Auszüge, die wir hier aus der Bekehrungsschrift des zu wenig

catholicae diss. pp. 3, ib. 1667. Continuavit catalogum testium veritatis Eysengreinii ad 1666, quae continuatio mansit inedita. — Ad Ecclesiam catholicam pariter rediit (1659) Timotheus Laubenberger Reutlingensis, pastoris filius, ejusque fidem strenue asseruit variis scriptis, inter quae et illud *Kohlschwarzes Lutherthum und katholisches Pabstthum.* Hoc impugnarunt in primis Zach. Hogelius et Christ. Kortholt, quibus Laubenberger respondit: *Wiltu dann noch nicht katholisch werden?* Das ist drei bewegliche Ursachen das Lutherthumb zu verlassen etc., Aschaffenburgi 1660 in 4. Contra hunc l. scripserunt Conr. Dannenhauer, J. Heinr. Hottinger etc., sed nec hos sine responso pro more illius temporis acri praeteriit [1]). — Joannes liber baro a Reck (Recke) ex lectione praesertim l. *Helipolis* oder Sonnenstadt Gottes auctore Jod. Kedd et *Speculi* catholicae veritatis Chr. G. marchionis Brandenburgici veritatem agnovit Ecclesiae catholicae, eamque ingressus (1651) suae conversionis reddidit rationem in plane egregio libello *Neun unumstössliche Motive*, durch welche J. von der Recke bewogen worden, der reformirten Religion abzusagen und die uralte katholische Religion anzunehmen, 1651. Multum commovit hic l. adversarios, unde tres praecones lutherani, imo vel facultas theologica rintelensis illum sunt aggressi, quibus occurrit Petrus Wittfeld (cf. III, 1024) *Catholische Behauptung* der unumstösslichen neun Motiven . . . wider die ungegründete und ungereimte Einreden Hermanni Ewichii, Wilh. Hülsii, Christoph. Scheibleri und sämmtlicher Professoren der Lutherisch theol. Facultät Rintelen, Monasterii 1652 in 8. Prodiit Reckii libellus latine ib. 1722 cum l. *consensus* veteris et moderni papatus ex ipsis ss. patrum scriptis, qui primis quinque aut sex seculis floruerunt, demonstratus (ed. jam 1651). Decessit [1]) Reck 1666. — Mauritius Gudenus origine Batavus, aliquot annis pastor, didicit lectione operum Bellarmini veram fidem, quam et amplexus est (1630), ut refert in egregio l.: *Mensa neophyti* septem panibus instructa sive ejusdem de sua ad fidem romano-catholicam conversione et divina providentia narratio, Duderstadii 1668, cura Herw. Boening, qui adjecit prolixum auctoris († 20. Febr. 1680) encomium [2]).

44. *Helveti* erant: Henricus Lamparter S. J. Lucernensis [3]) n. 16. Nov. 1591, qui totam fere vitam in Germania exegit pluresque annos docuit philosophiam, controversias fidei, theologiam scholasticam et moralem († 14. Oct. 1670). Praeter disputationes theologicas et philosophicas haud paucas et ascetica edidit: *Goldwag dess Catholischen Glaubens*, auff welcher die Bedenken über die fürnehmsten Glaubens-Artikel, so Jac. Reihing zuvor in seinem Catholischen Handbuch, newlich aber in dessen Uncatholischen Retractation aufgelegt hat, gegen einander abgewogen werden, Monachii 1627 t. 2 in 8. *Vita et virtutes v. P. Lud. de Ponte S. J.*, Ingolstadii 1662. — Joannes Georgius († 1665), acer quondam adversarius, cujus exstat liber plane doctus et eruditus, in quo elaborando annos 14 insumpsit, cui titulus: *Fax veritatis orthodoxae* 36 radiis seu rationibus conversionis suae et totidem notis verae Ecclesiae ac solius romanae: etiam ex ipsismet reforma-

---

bekannten Volusius mitgeteilt haben, bezeichnen ihn als einen der gründlichsten theologischen Denker des siebenzehnten Jahrhunderts"; Steinhuber Gesch. des Koll. Germ. II², 402 s.; Roth hist. pol. Bl. 116 (1905) 543—48.

[1]) Cf. Raess VII, 142 ss.

[1]) C. Raess VI, 402—22, qui potiora ex illo libello refert; Rotermund VI, 1519.

[2]) Cf. Raess V, 365 ss.; Binder KL. V, 1320.

[3]) Cf. Sotwellus, Sommervogel IV, 1435.

tae ecclesiae ministrorum doctrinis illustrata et ad lucem omnibus cujuscunque status, fidei ac ejusdem orthodoxae vetustatis et veritatis amatoribus praeferenda etc., typis monasterii einsidlensis 1666 in 4., cui operi praemissa est vita auctoris [1]). — Etiam Stephanus Breguet quondam praeco helvetus publicae luci dedit [2]): *Motifs de la Conversion a la Foy Catholique,* Parisiis 1676, quae plurimos commovit, et ad veram fidem adduxit. — Bernardini et Caroli Baldinger exstat disputatio, in qua *realis praesentia corporis et sanguinis Christi* contra Stuckium et Heideggerum propugnatur, Badae 1673.

45. In *Polonia* [3]) doctrinam catholicam adversus schismaticos, Socinianos et protestantes plures e Soc. Jesu propugnarunt. Inter hos eminet Nicolaus Cichovius (Cichocki), qui ordinem ingressus voluit recipi inter fratres coadjutores, sed ob ingenium a superioribus fuit studiis applicitus et ad ordines sacros promotus († 27. Martii 1669). Perpetuus erat haereticorum et nominatim haeresis arianae in Polonia renascentis malleus: contra quos edidit librum tantae efficaciae pro fide catholica, ut publico edicto omnes Ariani etiam nobiles e regno sint proscripti. Libri titulus est: *Credo Arianorum* seu confessiones Socinistarum vel Samosathenistarum, vulgo Arianorum, symboli apostolici vestem Luclaviciis fraudulenter indutae, imposturae detectae: adjecta est centuria argumentorum pro summa et naturali Christi Domini divinitate ex s. Scriptura collecta, Cracoviae 1649 in 4; contra quem librum scripsit Jona Schlichting. Praeter alia [1]) mentione adhuc digna sunt: *Triumphus ss. et aeternum adorandae Trinitatis* de Samosathenistis vel Socinistis, vulgo Arianis, seculo praecedente a patribus S. J. multiplici verbi divini panoplia fortissime impugnatis, instructus et instauratus, ib. 1660 in 4; *colloquium kijoviense de processione Spiritus s. a Filio* inter A. R. D. Innoc. Gizel collegii mohilevani Kijoviae rectorem ac philosophiae professorem et P. N. Cichovium S. J. nunc ab eodem patre e mss. mox ab eo colloquio bona fide exaratis erutum et in lucem datum, ib. 1649 in 8; angelici doctoris *s. Thomae Aq. de bb. Virginis Deiparae immaculata conceptione sententia* e multis ejus operibus studiose collecta et edita, Posnaniae 1651 in 4; Viennae 1660 in 12., Patavii 1720 in 12; *tribunal ss. patrum orientalium et occidentalium* ab orientalibus summe laudatorum, ad quod duas de processione Spiritus s. a Patre et Filio et de praeeminentia rom. pontificum supra orientales patriarchas controversias expendendas graeci schismatis propugnatoribus proposuit P. N. Cichovius, Cracoviae 1658 in 8; *speculum Samosathenistarum* vel Socinistarum, vulgo Arianorum, in quo ostenditur Samosathenistas vel Socinistas seu Arianos tantopere in religione christiana dissidere a catholicis et evangelicis, ut inter christianos censeri non debeant: sed potius esse tam protestantibus quam catholicis exsecrabiles, Cracoviae 1656; 1661; 1662 in 4.; et plura ejusdem generis polonice scripta. — Hunc sequuntur: Joannes Rywocki († 6. Apr.

[1]) Cf. hujus operis insignis epitomen apud Raess VI, 422 ss. Libri exemplar, quod mihi ad manus est ejusdem loci et anni, hunc prae se fert titulum: *Conversio Jo. Georgii rhaeti* 36 rationibus etiam ex ipsismet reformatae ecclesiae ministrorum doctrinis explicita ad asserendam tum vetustatem tum veritatem doctrinae Ecclesiae romanae inprimis inserviens.

[2]) Cf. Raess VIII, 61—94, qui epitomen fusae hujus apologiae fidei catholicae exhibet.

[3]) In *Hungaria* occurrit Joannes Stankovits S. J. per 53 a. Evangelii Dei praeco († 1673), de quo cf. Sommervogel VII, 1481.

[1]) Cf. Sotvellus, Sommervogel II, 1175-1180.

1666) — Sigismundus Lauxmin († 11. Sept. 1670) — Lucas Stanislaus Kosciesza Zaluski († 20. Aug. 1675) — Andreas Stibigk Brunsbergensis, qui maximam aetatis partem in missionibus curlandicis cum ingenti animarum lucro transegit. Tanta porro fuit morum comitate, ut vel ipsi hostes religionis catholicae consuetudinem illius ultro appeterent († 21. Apr. 1669) — Benedictus Paulus Boym [1]) Leopoliensis († 28. Febr. 1670) — Albertus Kojalowicz Wijuk Lithuanus theologiae professor et universitatis vilnensis procancellarius († 6. Oct. 1677), cujus exstant plura colloquia (latine et polonice) de rebus theologicis [2]), ita *colloquia* theologi cum diversis fidei verae adversariis de rebus ad fidem spectantibus, Vilnae 1640 in 4; *de nonnullis discriminibus in fide,* quae catholicos inter et evangelicos intercedunt, theologi cum ministro colloquia ad cautelam tum catholicis, tum evangelicis, ib. 1653 in 4; colloquia theologi cum politico *de electione prudenti unius verae christianae religionis,* Vilnae 1640 in 4; colloquia theologi cum dissidente *de religione ac de sincero et non adulterato usu s. Scripturae* ad probandos fidei articulos, 1667 in 4; collecta Cracoviae 1671 polonice t. 3 in 4; Calissii 1758 t. 3 in 8; Leopoli 1780. Rarissima autem sunt ejus *miscellanea rerum* ad statum ecclesiasticum magni ducatus Lithuaniae pertinentium, ib. 1650 in 4; *Historiae lithuanae* pars prior de rebus Lithuaniae ante susceptam religionem christianam ll. IX, 1650; Antverpiae 1669 ll. VIII pars altera. Haec opera testantur, eum fuisse insignem historiographum. — Quibus adde M. Kurski a Kursko episcopum enensem, cujus exstant *opuscula varia* contra adversarios fidei catholicae, Posnaniae 1672 in 4., quae composuit ad conversionem dissidentium, in quibus inter alia agit de sacramentis, de episcopatu et sacerdotio, de bonis operibus, de communione sub una specie, de cultu ss. imaginum.

46. Neque *Suecis* deest theologus, Laurentius a s. Paulo, consanguineus Christinae reginae, qui legatione ad Lusitaniae regem obita fidem amplexus est catholicam et mundo renuncians ingressus est in Lusitania O. S. Franc. reg. obs. Edidit *confessionem veritatis ecclesiae catholicae,* Coloniae 1652, et praeter alia *Scalam pietatis* tribus gradibus virtutum theologalium, Romae 1668.

47. Ex *Hispanis* plures hic referri possunt ex iis, quos sub aliis disciplinis recensuimus, praesertim inter scholasticos, cum hi etiam saepe de controversiis egerint: quibus addantur Didacus de Escolano, ordine episcopus majoricensis, turiasonensis (1660), segoviensis (1664), demum (1668) archiepiscopus granatensis († 4. Sept. 1672), qui scripsit *de magistra fidei et haereseos destructrice Deipara V. Maria* tr. apologeticum adversus Antidico-Marianitas haereticos fidei ipsius laudi detrahentes, Caesaraugustae 1664 in 4; *Chronicon s. Hierothei Athenarum primum, postea segoviensis ecclesiae episcopi,* Matriti 1667 in f. — Ex *Lusitanis* mentione dignus est Isidorus da Luz O. SS. Trin., doctor theologus conimbricensis, primus ac primarius cathedrae controversiarum professor publicus, qui scripsit *de sacris traditionibus,* Parisiis 1666 in 4; *de Ecclesia*

---

[1]) Plura de ejus virtutibus ap. Sotvellum. Alius est a Michaele Boym S. J. († 1659) missionario in imperio sinensi, cujus exstat prolixa epistola in *China illustrata* P. Kircher de celebri monumento in imperio sinensi a. 1625 reperto. De utriusque operibus cf. Sommervogel II, 68.

[2]) Cf. hujus auctoris opera apud Sommervogel IV, 1164—70 sub n. 28, Casimirus Kojalowicz Alberti frater secundum carnem et spiritum, nam et ipse societati Jesu nomen dedit († 9. Nov. 1674), insignis erat rhetor, cujus opera cf. ib. p. 1170 ss.

Dei, opus in 3 partes divisum: 1. de Ecclesia Dei absolute; 2. de ecclesia romana; 3. de loco ubi invenienda est Ecclesia, Olisipone 1667 in 4; 1673; *de actibus humanis disputationes,* Parisiis 1669 in f. opus rarum.

48. Ex *Italis* inter theologos polemicos referri debent: Angelus Petrica a Sonnino O. Min. Conv., olim vicarius patriarchalis constantinopolitanus († 10. Dec. 1673), qui edidit *Disputationes* adversus haereses et aliquorum Graecorum errores ac etiam contra gentes, quae religionem christianam non assumunt, et Judaeorum perfidiam, Romae 1650 in f.; *de potestate apostolorum* adversus Gabrielem philadelphensem metropolitam et alios haereticos; accedit confutatio H. Grotii de imperio summarum potestatum circa sacra, et redargutio diss. D. Blondelli pro jure plebis in regimine ecclesiastico, Romae 1656, et apud Roccaberti III, 889—962. *Turris David* seu de militante ac triumphante Ecclesia disp. adversus hujus temporis haereticos ll. XII, Romae 1647 in f., cujus l. 2. et 3. recepit Roccaberti III, 797—888; *de appellationibus omnium ecclesiarum* ad s. Petri cathedram, ib. 1649, et apud Roccaberti III, 624—795. — Philippus Maria Bonini, in ditione genuensi 25. Aug. 1612 natus, regi Galliae ab eleemosynis et concionibus, contra *atheos* scripsit [1]). — Contra *Judaeos* disputavit Josephus Maria Ciantes O. Praed. Romae patritia gente illustris. Ut ss. literas intimius penetraret, hebraicam habere voluit sibi familiarem linguam Judaeorumque recessus et mores abstrusosque massorae sensus exacte penetravit. Quare cum Romae vacasset apostolici Judaeorum ecclesiastis officium, ab Urbano VIII. delectus est (1626) praefectusque Judaeis in lege V. et N. T. recte instituendis, quo in officio strenue magnoque animo et fidei zelo, plurimis etiam illorum concionum efficacia ad Christi fidem sincere adductis, per annos 14 adlaboravit. Hinc in zeli praemium summus pontifex marsicanam ei commendavit ecclesiam. Sanctissime eam annis 15 administravit pastorisque zelantissimi gregisque sui parentis optimi partes omnes implevit: synodum coëgit, in qua cleri sui disciplinam collabentem asseruit, seminarium clericorum instituit. Sponte tandem marsicanam abdicavit infulam (1656), ut suae Judaeorumque saluti, literis ac pietati totus incumberet, in quibus reliquum vitae agens Romae obiit 1670 a. aetatis 68. Summam contra gentes s. Thomae Aq. hebraice vertit, Romae 1657 in f., sed prostant tantum tres priores libri; praeterea scripsit *de s. Trinitate* contra Judaeos, Romae 1667 in 4; *de ss. Christi incarnatione* contra Judaeos pluribus intermixtis hebraicis auctoritatibus, ib. 1668. — Joannes Maria Vincenti cler. reg. Theat. Venetus, licet valetudinis infirmae profectionem in missiones vovit, morbo praepeditus quod potuit fecit; scriptis saltem causam egit christianam adversus Judaeos in op. *Il Messia venuto* Istoria spiegata e provata agli Ebrei in cento discorsi, Venetiis 1659 t. 2 in f.; appendicis instar adjecit tr. intorno alla famosa questione, se meglio sia, che i principi christiani permettano ne' loro Stati gli Ebrei, o

[1]) Cf. alia ejusdem opera ap. Mazzucchelli II, 1659. Ceterum de opere *L' Ateista convinto,* Venetiis 1665 in 12. scribit Tiraboschi VIII, 95: „Chi crederebbe che in un libro destinato a convincere gli Atei, si trovassero inserite riflessioni sul modo di distinguere le vere dalle false medaglie, sull' Alchimia, sull' Arte del Blasone, e, ciò che è più strano, satire ed invettive amarissime contro i tribunali di Roma, contro le corti dei gran signori, e contro i supposti eruditi? E tale è nondimeno questo libro diviso in dodici dialoghi, nel principio dei quali sempre il capriccioso autore si abbandona al suo genio di satireggiare e di mordere; per la qual cagione questo libro fu posto nell' Indice de' proibiti (13. Mart. 1666)."

gli discaccino: qui tamen fuit prohibitus 18. Jun. 1680. Decessit auctor 12. Febr. 1665. — Contra *graecos* schismaticos pugnavit Aegidius[1]) ex oppido Caesari O. Conv., diu inter illos missionarius, doctrina et animarum zelo illustris. Romam reversus dedit *controversias Marcephesistarum haereticorum* (i. e. eorum, qui Marcum famosum archiep. ephesinum sec. 15. principem renovati schismatis auctorem sequuntur) cum orthodoxa Ecclesia, Messanae 1664 in 4; *apologias in Catalatinon Nathanaelis Xichae* Atheniensis, in quibus 53 prop. haereticales et erroneae ad hominem confutantur, graece, latine et italice, Venetiis 1678 in 4.

49. Cum Armenis duo egerunt, Paulus Piromallus O. Praed. Calaber Siderni natus, et Clemens Galanus cler. reg. Surrentinus, quorum ille linguarum orientalium peritus, vir vere apostolicus et animarum zelo fervens a. 1631 a s. congregatione de propaganda fide in Persidem et Armeniam majorem missionarius directus est, ubi 22 annis ministrum inconfusibilem et ardentissimum operarium se praestitit in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis sibi placens pro Christo, quae nec fructu caruerunt. Nam praeter innumeros schismaticos, quos in sinum Ecclesiae catholicae reduxit, ipsum Armenorum patriarcham Cyriacum Vartabiet cum duobus ejus praecipuis doctoribus ad schisma ejurandum romanoque pontifici obedientiam praestandam compulit (1634). Interim jussus est ab Urbano VIII. in Poloniam se conferre cujusdam dissidii ex parte quorundam schismaticorum orti componendi causa, reque confecta Romam adiit (1638) fuitque a pontifice festivissime acceptus et iterum ad regem Poloniae, ut iste postulaverat, remissus, exinde Armeniam dilectam suam repetiit a 1642. Inde in Urbem revertens gestorum rationem redditurus a piratis interceptus est et Tuneti in caveam conjectus, sed tandem ordinis aere redemptus ab Alexandro VII. nahsciovanensis archiepiscopus selectus est (1656) moxque a consecratione accepta in Armeniam ad suam ecclesiam se contulit, quam octo circiter annis bonus pastor sapientissime administravit: ex ea demum ab eodem summo pontifice ad sedem besidianensem (vulgo Bisignano) in regno Siciliae translatus est (1664), quam non minori studio rexit ad a. 1667, quo piisime obiit[1]). Haec ab eo prodierunt: Θεανδρωπολογία seu Oeconomia Salvatoris nostri explicans ex solis prophetarum dictis ad instantiam regis Persarum ineffabile adorandumque incarnationis sacramentum, et apologia de duplici natura Christi, divina scil. et humana ex s. Cyrillo alex. petita contra P. Simonem Armenorum doctorem, Viennae 1656 v. 2 in 8: quae apologia plura et gravissima pro historia et doctrina Armenorum sec. XVII. complectitur. — Alter, scil. Clemens Galanus studiis absolutis cum aliis sodalibus in Georgiam et Colchidem missionarius destinatus est (1636), ibique totum se linguae armenae addiscendae dedit, in qua adeo profecit, ut armenis ipsis magister fuerit hujus linguae edita *grammatica* et *Logica armena*, Romae 1645. Interim Constantinopolim missus (1641) Armenos ibidem commorantes diligenter excoluit tanto cum fructu, ut illorum patriarcham Cyriacum ad unionem cum romano pontifice perduxerit[2]). Schismaticorum tamen opera captus et a mortis periculo nonnisi legati gallici auxi-

[1]) Cf. Mongitore I, 3. Reliquit quoque *casuum conscientiae brevissimam ac originalem expositionem*, Venetiis 1678 in 4.

[1]) Cf. Echard II, 621.

[2]) Hanc tamen (post Deum) conciliationem sibi vindicat Piromallus, ut productis documentis in prologo suae apologiae de duplici Christi natura (quae etiam leguntur apud Echard l. c.) probat.

lio ereptus est (1644). Destinatus est postmodum (1663) in Poloniam ad reducendos Armenos ibidem degentes, quod negotium morte interveniente (14. Maj. 1666) non absolvit, sed bene coeptum a sodali et itineris comite Ludovico Maria Pidou ad optatum perductum est exitum [1]). Opera ejus sunt: *Conciliationis ecclesiae armenae* cum romana ex ipsis armenorum patrum et doctorum testimoniis in 2 partes historialem et controversialem divisae p. 1. armenice et latine, Romae 1650 in f., propter operis raritatem recusa Coloniae 1676 hoc titulo: *Historia armena ecclesiastica et politica* [2]), Lipsiae 1701. Recenset auctor in ea seriem patriarcharum (74 usque ad a. 1316) ecclesiae armenae et conciliorum, quae copiosis doctisque illustrat annotationibus. *Conciliationis* . . . p. altera t. 1., Romae 1658 in f.; t. 2. ib. 1661. Refellit in 2. p. Armenorum errores, illosque tamen a pluribus quoque erroribus vindicat ipsis falso imputatis. Contra Paulum Piromallum, cujus supra fecimus mentionem, qui ipsum plagii incusavit, scripsit in itinere Poloniam versus *epistolam* (raram) *pro libris suis armeno-latinis,* Monachii 1664 in 12.

50. Bonaventura Boselli (a nobili familia, in quam fuit cooptatus, Malvasia dictus) O. Conv. Sextolae in montibus mutinensibus natus († 1. Aug. 1667) edidit praeter *vindicias veri Isidori* pro epistolis priscorum pontificum a Clemente ad Siricium et Gregorium adversus Blondellum, Romae 1658 t. 2 in 4., *catalogum haeresum et haereticorum,* ib. 1661 in 4; *Catalogum conciliorum* catholicorum et heterodoxorum a Calvinistis et Lutheranis celebratorum, ib. 1661 in 4., aliaque [3]), *dilucidationem speculi verum monstrantis,* in qua instruitur in fide christiana Hamet filius Zin Elabeddin in regno Persarum princeps et refellitur liber a doctoribus persis editus sub titulo: *Politor speculi verum monstrantis,* Romae 1623 in 4. — Joannes Alexander Ferrari scripsit *Euclidem catholicum* seu demonstrationem fidei romanae ex primis, certis, evidentibus principiis methodo mathematica, Londini 1676 in 4. (ed. 2). — Antonius Massucci O. Min. Conv. auctor est operis *Jo. Calvinus oppugnatus* ceterique recentiores haeretici profligati, Neapoli 1680 in 4.

51. Reliqui sunt aliqui theologi *orientales,* e quibus duo eminent: Abraham Ekchellensis et Leo Allatius. Ille a loco patrio Ekchel dictus Ekchellensis gente erat Maronita. Romae operam dedit philosophiae et theologiae et in utraque facultate consecutus est gradum doctoris. In collegio de propaganda fide linguas docuit syriacam et arabicam. Inde Lutetias Parisiorum accersitus est (1640), ut operam suam collocaret cum Gabriele Sionita in editione bibliorum polyglottorum, quam curavit Guido Mich. le Jay (cf. p. 12). Attulit secum plures codices, quorum unus admodum pretiosus complectebatur versionem syriacam totius V. T. Sed oborta dissensione [1]), inter ipsum et Gabrielem Sionitam et Valer. Flavigny, Romam rediit: quare pro his polyglottis vertit tantum libellum Ruth latine ex syro et arabico ejusque editionem curavit. Magno cum contemptu et non sine bile de hac versione loquuntur Flavigny (cf. infra p. 133) et Sionita. Hinc Ekchellensis apologiam edidit *de editione bibliorum polyglottorum parisiensium,* Parisiis 1647 in 8., item *tres epistolas apologeticas,* ib. 1647: duas,

[1]) Cf. Vezzosi I, 375 ss.
[2]) Cf. erud. lips. 1686 p. 336.
[3]) Cf. Joan. a s. Antonio I, 227; Sbaralea suppl. script. trium ord. s. Franc. p. 177.

[1]) Cf. plura de hac dissensione apud Le Long in bibl. s. I, 28 ss., qui eum tuetur; pro Ecchellensi stetit etiam Joan. Morinus. Cf. Mich. a s. Joseph I, 9.

in quibus diluuntur calumniae ac imposturae adversus syriacam libelli Ruth editionem et ejus latinam versionem a Val. de Flavigny congestae atque istius errores quam plurimi deteguntur; tertiam, in qua respondet ad libellum G. Sionatae diluunturque calumniae quamplures in eo contentae adversus auctorem. Ab a. 1645—53 iterum Parisiis degit linguarum orientalium professor. Romam rediit 1645, ibique decessit a. 1664. *Historiam* (patriarcharum alex.) *Ibn-ar-Râhib* in latinum convertit et notis illustravit, quae exstat t. 5. hist. byzantinae 1675 cur. Cramoisy, aucta per Assemanum 1729. Edidit praeterea *Concilii nicaeni praefationem* una cum titulis et argumentis canonum et constitutionum ejusdem, quae hactenus apud orientales nationes exstant, Parisiis 1641; *de origine nominis Papae* necnon de illius proprietate in rom. pontifice adeoque *de ejusdem primatu* contra Joan. Seldenum Anglum, Romae 1661, cujus op. p. recepit Rocaberti in suam bibl. I, 1—57; *chronicon orientale* nunc primum latinitate donatum, cui accessit supplementum historiae orientalis, Parisiis 1653; *Eutychius patriarcha* alex. vindicatus seu de ecclesiae alex. originibus, Romae 1661, quo in l. Seldenus exagitatur, quod alexandrinae ecclesiae presbyterorum et episcoporum unam et eandem esse consecrationem quasi ex Eutychii mente perperam affirmarit. *Antonii M.* monachorum omnium parentis *epistolae 20* ex arabico latini juris factae, Parisiis 1641 in 4; *item regulae* (80), *sermones, documenta, admonitiones, responsiones, et vita duplex,* ib. 1646; *catalogus ll. chaldaeorum* tam ecclesiasticorum quam profanoram auctore Hebed-Jesu latinitate donatus et notis illustratus, Romae 1653, quae notae magni fiunt a viris literarum orientalium studiosis [1]); epistola ad Morinum *de sacerdotum unctionis ritu apud orientales* edita a R. Simon in op. Fides ecclesiae orientalis, Londini 1671; *Concordia nationum christianarum* per Asiam, Africam, Europam in catholicis dogmatibus apud borealis Europae protestantes deseri coeptis, Moguntiae 1655, opus rarum, ad quod operam contulit Leo Allatius (d'Alassy, Allacci), de quo jam agemus.

52. Natus est Allatius [1]) in insula Chio a 1586. Novennis Romam missus ab avunculo ut in Graecorum collegio institueretur, Messanae in gravem incidit morbum; quare per triennium pro reparandis viribus in Calabria substitit: quo elapso Romam venit (1600) atque in illo collegio philosophiae studuit et theologiae. Studiis absolutis licet ordines majores non suscepisset (quibus nunquam initiatus est), adhibitus est socius laborum ab episcopo anglonensi, sed post bienni-

[1]) Feller III, 381, qui de Ekchellensi ita scribit: „Ce savant était profondément versé dans la connaissance des livres écrits en syriaque et en arabe; et quoiqu'il ait eu des supérieurs dans la connaissance de ces deux langues, il faut avouer qu'il les possédoit très-bien.“ Alia quoque ejus opera, quae huc non spectant, seu potius versiones recenset. De nonnullis operibus non sine auctoris laude, quamvis aliqua in illis desiderentur, mentio fit in Perpétuité de la foi t. 5 l. 9 c. 8. Cf. A. Jeremia Real-Enc. I³, 112.

[1]) Plura de ipso ejusque operibus cf. apud Niceron VIII, 91 ss. et X, 259, 316; Dupin XVIII, 2 ss.; Fabricius bibl. gr. ed. Harl. XI, 435—36; Adelung I, 605—8; Dom. M. Mansi, Notizie di L. Allacci col catalogo delle sue opere t. 30. sylloges calog. p. 265; Zaccaria in bibl. hist. liter.; Hergenröther KL. I, 546; eosque auctores, quos magno numero adducit Saxius in Onomastico liter. ad a. 1622, quorum plures et illud de eo singulare referunt, quod unico per 40 annos calamo ad graece scribendum usus eoque tandem amisso pene in lacrymas solutus sit. In primis consulenda est Vita auctore Stephano Gradio, Allatii amico et successore, quam edidit Mai in bibl. nova PP. VI, 2, 5—28; sed ea non est absoluta; Laemmer in Schediasma de L. All. codd. p. 3 suae bibl. sel. graecae.

um parentes revisendi amore rediit in patriam: ubi episcopus latinus Marcus Giustiniani eum in vicarium generalem selegit. Mox Romam repetiit, ubi medicinae studio se dedit, qua in facultate doctoris lauream promeruit. A Paulo V. factus est scriptor bibliothecae vaticanae, unde occasionem est nactus scrutandi codices graecos. Literas graecas aliquamdiu in Graecorum collegio tradidit, sed et hujus muneris pertaesus solitarius studiis tantum vixit. A Gregorio XV. in Germaniam mittitur pro transferenda bibliotheca heidelbergensi. Ab a. 1638—1661 praefuit bibliothecae card. Fr. Barberini et defuncto Lucae Holstenio (de quo cf. t. III[3] p. 1081) in munere custodis bibliothecae vaticanae successit († 19. Jan. 1669 a. aetatis 83). Vir erat in studendo indefessus, eruditus atque stupenda praeditus memoria, in editis pariter atque ineditis sequioris Graeciae monumentis versatissimus [1]): stilo utebatur nitido sed acerbiori: acumen vero et sagacitatem nonnulli desiderant, prolixitatem in scriptis carpunt.

53. Plurima reliquit opera, inter quae potiora et ad rem nostram sunt: *Catena ss. patrum in Jeremiam* prophetam *expositio* s. Jo. Chrysostomi, *homiliae 8* Origenis, et Maximi conf. *q. in eundem prophetam,* graece et latine Lugduni 1623 in f. (tamquam appendix commentarii in Jeremiam Mich. Ghislieri, de quo egimus III[3] pag. 1067); Eustathius archiep. *antioch. in Hexaemeron;* ejusdem *de engastrimytho* in Origenem diss.; Origenis *de engastrimytho* in 1. Reg. homilia graece et latine: addidit in Eustathii Hexaemeron notas uberiores (eruditas) et collectanea et suum de engastrimytho syntagma, ib. 1629 in 4., inter *criticos sacros* t. VI. ed. Francofurti. In eo ostendit, engastrimythos esse ventriloquas, alias dictas euryclitas et pythomanteis, in quibus spiritus malus e quacunque humani corporis, maxime muliercularum, parte voce exili et stridula loquitur et sciscitantibus respondet, ac talem fuisse pythonissam, quam consulit Saul, nec illam verum Samuelem evocasse et exhibuisse, sed totam illam apparitionem fuisse meras praestigias a daemone ipso confictas [1]). Confutatio fabulae *de Joanna papissa* ex monumentis graecis, Romae 1630 in 4; etiam in vitis ss. pontificum Alph. Ciaconii (III[3], 540); eam Barth. Nihu-

[1]) Alb. Fabricius in bibl. graecae t. V. ep. nuncupat.; Dupin exhibita operum synopsi ita absolvit censuram suam: „Son application à l'étude des nouveaux Grecs ne l'avoit pas empêché d'étudier aussi les anciens Pères Grecs et Latins, dont il cite les passages fort à propos sur les matières qu'il traite. Il avoit aussi beaucoup travaillé sur les Auteurs et sur les Historiens profanes et sçavoit beaucoup en tout genre d'Erudition; mais il n'a pas toujours assez de justesse ni de critique, il est trop diffus, et grossit ses Ouvrages de longs passages Grecs et Latins qui pourroient quelquefois être omis ou abrégés. Quant à son style, il écrivoit en Latin assez nettement et assez purement. Il composoit aussi très-bien en Grec etc.“ In Mém. de Trév. a. 1736 a. 1 p. 14 vehementius carpitur his verbis: „L. Allatius, Grec de cette espèce de prétendus savans qui ont beaucoup lu et n'ont jamais su lire, admirateur des Grecs modernes, Allatius sans principes de philosophie ni de théologie etc.;“ „quae nimis fortasse acerba dicta mihi videntur, inquit Perrone praelect. theolog. n. 588 annot., habita praesertim ratione hominis, qui ab schismate ad unitatem Ecclesiae catholicae rediit et multigena eruditione excelluit.“ Et sane em. Hergenröther censor omni exceptione major de eo l. c. scribit: Groß sind seine Verdienste um Theologie und Philologie, um Patristik und Literargeschichte. Es gibt fast keinen Namen in der griechischen-kirchlichen Literatur, für den wir nicht bahnbrechende Forschungen bei ihm finden. In manchen oft sehr geringfügigen Einzelnheiten konnten seine Kritiker ihm Verstöße nachweisen; im Großen und Ganzen war er ihnen allen überlegen ... Für viele Gelehrte, besonders für Literarhistoriker, sind die Schriften des Allatius eine wahre Fundgrube.

[1]) Cf. Fabric. hist. bibl. fabric. I, 284.

sius prologo galeato atque epilogo auxit, necnon *telescopium* adjunxit, Coloniae Agrippinae 1645 in 8. in op. Symmicta 1653; exstat et in Schelhornii amoenitatibus literariis p. 779. *Mantissa ad opera s. Anselmi* ep. cant. complectens opuscula antea inedita in ed. op. s. Anselmi, quam curavit Theoph. Raynaudus Lugduni 1630; *apes urbanae* sive de viris illustribus, qui ab a. 1630 per totum 1632 Romae adfuerunt ac typis aliquid evulgarunt, Romae 1633 in 8., Hamburgi cura Jo. Alb. Fabricii 1711 in 8; *de Psellis et eorum scriptis* ad Jac. Gaffarellum, Romae 1634 in 8; in t. V. bibliothecae graecae J. A. Fabricii et Migne PP. gr. CXXII, 477—536; *de aetate et interstitiis in collatione ordinum* etiam apud Graecos servandis, ib. 1638 in 8; *de libris ecclesiasticis Graecorum* diss. duae (lectu dignissimae et utiles) quarum una divinorum officiorum potiores usitatioresque libri percensentur, altera Triodium, Pentecostarium et Paracletici examinantur, Parisiis 1646 in 4. et ad calcem t. V. bibl. graecae Fabricii; in appendice sunt: de rebus ecclesiasticis Graecorum observationes variae; de narthece Ecclesiae veteris et de templis Graecorum recentioribus (Coloniae 1645 in 8).

54. *De mensura temporum antiquorum* et praecipue Graecorum, ib. 1645 in 8., quo in l. saepius Scaligerum impugnat. *De ecclesia occidentalis atque orientalis perpetua consensione* ll. 3, cum diss. 1. de dominicis et hebdomadibus Graecorum; 2. de missa praesanctificatorum una cum Barth. Nihusii ad hanc annotationibus, de communione orientalium sub unica specie, Coloniae 1648 in 4; 1694; Moguntiae 1655; 1665. Hoc praecipuum est Allatii opus magnae eruditionis, in quo plura reperiuntur ad illustrandam historiam ecclesiasticam et literariam ecclesiae graecae [1]). Quatuor in primis probanda aggreditur: 1. ante schisma per plura secula non solum in fide verum etiam in disciplina perfectam viguisse concordiam inter Ecclesiam occidentalem et orientalem; 2. schismate jam facto semper fuisse inter Graecos, qui approbaverint et defenderint ea, quae in Ecclesia romana carpserunt schismatici; 3. Graecos schisma suum excusare non posse: quas praetendunt rationes non esse nisi calumnias et mendacia, ut evincit ex scriptis auctorum vel schismaticorum; 4. non obstante schismate Graecos cum Romanis eandem tueri quoad sacramenta doctrinam adversus protestantes, ac immerito plures Graecis adscribi errores. Affine est opus *de utriusque Ecclesiae orientalis et occidentalis perpetua in dogmate de purgatorio consensione:* additae sunt L. Allatii ep. ad Jo. Christianum de Boineburg *de perpetua Ecclesiae orientalis atque occidentalis tum in dogmate tum in ritibus consensione;* ad B. Nihusium ep. 2 *de communione Graecorum sub unica specie* (Moguntiae 1644) et *de textu Machabaeorum de sacrificio pro mortuis;* Eustratius constantinopol. *de animabus separatis;* Jo. Vecci patr. const. l. 3 *de causa schismatis* graece et latine, Romae 1655 in 8; Georgii Acropolitae *historia byzantina* ab a. 1204, quo desinit Nicetas, ad a. 1261, quo ultimus Francorum imperatorum ab urbe a Mich. Palaeologo expulsus est; *Joëlis chronographia compendiaria*

[1]) In t. 4. Perpétuité de la foi l. 1 c. 1 legimus de hoc opere: „L. Allatius .. excellait en cette partie (in cognitione librorum graecorum), et par un travail infatigable il avait lu et extrait un très-grand nombre de livres manuscrits de la Basse Grèce. Avec ce secours il composa son ouvrage *de perpetuo Ecclesiae consensu*, dans lequel on trouve plus de bons matériaux que dans aucun autre qui ait paru depuis plusieurs siècles. Il est vrai qu'il n'était pas autant versé qu'il eût été à souhaiter dans la théologie ancienne, ce qui fait qu'on ne peut le suivre en plusieurs points importants; mais lors même qu'il s'écarte, il fournit de quoi retrouver le droit chemin." Plura cf. ib. t. 5 l. 9 c. 7.

et Jo. Canani narratio *de bello constantinopol.*, graece et latine interprete L. Allatio cum ejusdem notis et Theodori Ducae observationibus. Accessit ejusdem Allatii diatriba *de Georgiis et eorum scriptis* (quae exstat etiam t. X. bibl. graecae), Parisiis 1651 in f. inter scriptores byzantinos; *Graeciae orthodoxae scriptores* tom. 1: Niceph. Blemmida, Jo. Veccus patr. const., Petrus ep. mediol., Georgius Pachymeres, Esaias Cyprius, J. Argyropulus, Greg. Protosyncellus patr. const., Georgius Trapezuntius, Joan. Plusiadenus, Hilarion monachus de processione Spiritus s. a Patre et Filio; Nicetae byzantini philosophi et magistri refutatio ep. scriptae ab Armenorum principe, qua fidem catholicam et synodum chalcedonensem criminabatur; addita est de Greg. Palama archiep. thessalonicensi in numerum sanctorum a nonnullis Graecis adscita Graecorum sententia, necnon Greg. Acindyni de erroribus Palamae, Romae 1652 in 4. *Graeciae orthodoxae scriptores* tom. 2: Joan. Veccus patr. const., Constantinus Meliteniota chartophylax, Georgius Metochita diaconus magnae ecclesiae, Maximus Chrysoberga de processione Spiritus s. etc., ib. 1659, quae opuscula Allatius primum e tenebris eruit et latine vertit. Ex parte recusa a Laemmer, Friburgi 1864—66 ed. incompleta. Cogitaverat enim t. 4 eam exhibere unacum anecdotis. *Symmicta* seu opusculorum Graecorum ac Latinorum vetustiorum ac recentiorum (21) ll. 2 (ex 10, quos edere voluit) edente nonnullis additis B. Nihusio, Coloniae Agrippinae 1653 in 8. Interpretatio opusc. graecorum est L. Allatii. Praecipua sunt: 1. Jo. Phocas de locis Palaestinae; 2. Epiphanii Hagiopolitae Syria et urbs sancta; 3. Perdiccae Ephesini Hierosolyma carmen; 4. Anonymus de locis hierosolymitanis; 5. Eugesippus de distantiis locorum terrae s.; 6. Wildebrandi ab Oldenburg itinerarium terrae s.; 7. L. Allatii de Solea veteris Ecclesiae; 8. ejusdem de liturgia s. Jacobi [1]) ed. altera priore (Coloniae 1648 in 8.) auctior, in qua hujus liturgiae genuinitatem tuetur; 9. ejusdem de communione sub unica specie; 10. ejusdem de signis s. crucis; 11. rituale vetus Cophitarum latine redditum ab Athan. Kircher; 12. Corradi marpurgici s. Elisabeth vidua, Thuringia Lantgravia; 13. Gabriel Sionita de ritibus nonnullis Maronitarum; 14. Constantinus Porphyrogennetos de vita et gestis Basilii Macedonis imp.; 19. Allatii confutatio fabulae de Joanna papissa (ed. 4.); 20. Lucas Holstenius de Abassinorum communione sub unica specie et de Sabbatho flumine; 21. anonymus de Sabbatho flumine.

55. His operibus majoris momenti addantur: S. Methodii ep. et M. *convivium decem virginum* sive de castitate graece et latine, interprete L. Allatio, qui notas et diatribam de Methodiorum scriptis adjecit (quae receptae sunt etiam in ed. s. Hippolyti M., quam curavit Fabricius 1781), Romae 1656 in 8; *enchiridion de processione Spiritus s.*, neograece ib. 1658 in 12; *vindiciae synodi ephesinae et s. Cyrilli de processione Spiritus s. ex Patre et Filio*, ib. 1661; *Joan. H. Hottingerus fraudis et imposturae convictus circa Graecorum dogmata*, ib. 1661 in 8. Contenderat enim Hottinger in sua historia eccles. sec. XVI., Graecorum fidem a catholicorum doctrina differre atque ad protestantium accedere opiniones. Respondit Hottinger l. *Leo Allatius nimiae temeritatis convictus. De octava synodo photiana*; annexa est Jo. H. Hottingeri disp. apologetica de Ecclesia orientalis et occidentalis tam in dogmate quam

[1]) De hoc tamen libro ita judicat Renaudot coll. lit. Or. t. 1. in praef.: „Allatius de Jacobi liturgia commentarium publicavit, quem probare nemo nisi rerum liturgicarum imperitissimus queat, amplamque praebet protestantibus et illam et reliquas impugnandi materiam.“

in ritibus dissensu et juvenis ulmensis (Eliae Vegelii) exercitationis historico-theologicae de Ecclesia graecanica hodierna refutatio, ib. 1662 in 8; cui opposuit Vegelius l.: Defensio exercitationis *de ecclesia graecanica hodierna* adversus refutationem senis chii i. e. L. Allatii, Francoforti 1666. *De octava synodo photiana*, Romae 1662; *De Simeonum scriptis diatriba* et *Simeonis Metaphrastae laudatio* auctore Psello, Parisiis 1664 in 4., quo in l. recenset non solum omnes, qui *Simeonis* nomen gesserunt, sed et illos, qui *Simonis, Simonidis, Simonactidis* nominibus appellabantur. Diatribe *de Nilis* et eorum scriptis, ad calcem ed. epist. s. Nili, ib. 1668; *de Nicetarum scriptis; de Philonibus; de Theodoris* et eorum scriptis, quas tres diss. primum edidit Mai Nova PP. biblioth. VI p. 2 pag. 1—202. In Rob. Creyghtoni[1]) apparatum, versionem et notas ad historiam concilii florentini scriptam a Silvestro Syropulo de unione inter Graecos et Latinos *exercitationes*, Romae 1666 in 4., cujus p. I. tantum prodiit. Merito proinde propter tot opera insignia dicitur Allatius post splendidum elogium ab Andres ultimus theologus atque scriptor, qui Graeciae literarium servaverit honorem[1]). — Allatii popularis erat Demetrius Pepanus, qui Romae in collegio graeco theologiae operam dederat, sed morbo prohibente ad sacros ordines admissus non est[2]). In naufragio prope Siciliam periisse putatur post a. 1667. Bernardus Stephanopoli ejus opera postmodum reperta edidit hoc titulo: *D. Pepani Domestici Chii opera*, quae reperiuntur, Romae 1781 v. 2 in 4., inter quae habentur l. in illud symboli: *credo in unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam;* demonstrativa methodus *de processione Spiritus s. etiam ex Filio; de magno et tremendo sacramento s. eucharistiae; de purgatorio igne; de indissolubilitate magni matrimonii sacramenti; s. Athanasii fidei catholicae professio* etc. Accedunt praefatio Jo. Chr. Amaduzzi, cujus cura eduntur epistolae graeco-latinae Joannis et Emmanuelis imp. ad rom. pont. Honorium II. et Alexander III.

[1]) Fuit R. Creyghton theologus anglus, regi a sacris. Cf. d hoc Allatii op. erudito J. des Sav. 1, 701 ss., ubi inter alia legimus: „On trouvera dans ce livre plusieurs savantes Remarques touchant la cause de Photius, et une justification exacte de toute la conduite de l'Eglise Romaine dans cette rencontre ... Il examine la Traduction latine de cette Histoire et il prouve que le Traducteur (Creyghton) ne l'a pas entendue en quelques endroits, qu'il l'a malitieusement corrompue en d'autres; et qu'il a fait dire à Syropule beaucoup de choses auxquelles il n'avoit jamais pensé." Ostendit quoque semper in Ecclesia graeca fidem de transsubstantiatione in eucharistia viguisse.

[1]) Dell'origine etc. t. 6 l. 1 c. 5 p. 369 s.
[2]) Cf. Biogr. univ. LXII, 318.

III. Disciplinae ad ss. literas spectantes.

56. Licet haud pauci s. literas hac in periodo excoluerint, nullum tamen reperimus, qui referri mereat inter primi ordinis interpretes. Ingens opus aggressus est Guido Michael Jajus (le Jay) atque ad optatum perduxit finem, editionem nimirum ss. Biblio-rum polyglottam[1]). Fuit ipse quidem

[2]) Fuse de hujus editionis historia disserit Le Long in diss. historica in bibl. s. p. 19 ss.; R. Simon, Catalogue des principales éditions de la Bible (in fine op. Histoire critique du V. Testament); Welte, KL. VIII¹, 579 ss.

professione parlamenti advocatus, et nonnisi senex ordines sacros suscepit, sed linguarum orientalium admodum peritus (n. 1588; † 1675). Magno fuit animo et ad res etiam difficillimas audendas a natura comparato, ut quamvis magnam pecuniae vim et copiam ad opus illud promovendum atque absolvendum necessariam judicaret, suam potius quasi profuderit seque ingentis aeris alieni vadem reddere non dubitaverit, quam ut hanc gloriam card. Richelieu, qui Ximenem aemulari cogitaverat, cederet ac sub ejus auspiciis operam suam collocaret. Non alia fuit ejus mens ac olim doctissimi card. du Perronii, antwerpiensem (de qua cf. III, 217 ss.) iteratis typis dare editionem, adjectis tantummodo syriacis et arabicis textibus cum latinis eorundem interpretationibus. De edendo Samaritanorum Pentateucho nondum ipsi ulla cogitatio subierat, contextum tantum hebraeum iis in locis, in quibus major inter utrumque Pentateuchum reperitur discrepantia, notis suis illustrare statuerat. Verum card. Berulle Jajo auctor fuit, ut curaret, ne Pentateuchus hebraeo samaritanus in ed. sua desideraretur. Hinc id operis impositum fuit doctissimo Morino, qui primus assidua investigatione ac diligenti cura exemplaris samaritici lectionem fuerat assecutus (cf. III, p. 1153). Praeter Morinum laboris et editionis socii fuere Philippus Aquinas (III, 1053), qui hebraicis excudendis praefuit simul et chaldaicis (sed minus feliciter); arabicis et syriacis Gabriel Sionita (ib. p. 1054); Abraham Ekchellensis (supra p. 120), Godefridus Hermant (de quo infra), Joannes Aubertus (III, 1085) aliique. Prodiit autem opus Parisiis 1628—1645 t. 9 in v. 10 in f. ac distinguitur in duo quasi corpora. Primum 5 vel 6 v. (5. quippe t. in 2 volumina dispescitur) constat, cujus t. 1. hunc prae se fert titulum: *Biblia hebraica, samaritana, chaldaica, graeca, syriaca, latina, arabica,* quibus textus originales totius Scripturae s., quorum pars in ed. complutensi, deinde in antwerpiensi regiis sumptibus exstat, nunc integri ex mss. toto fere orbe quaesitis exemplaribus exhibentur. Cum autem in hac priori p. contineatur dumtaxat repetita antwerpiensis editio, non mirum si eadem sit amborum versio, idem textus, par oeconomia servata, adjuncta tantum in 5. t. arabica N. Testamenti translatione, quae una cum illius latina interpretatione loco syriacae editionis typis hebraicis exaratae in antwerpiensi, imas paginas occupat, necnon addita 4 ep. canonicarum et apocalypseos syriaca versione, quae in praecedenti aberat, ex Pocockii et Lud. de Dieu editionibus. Secundum corpus textus V. T. syriacos et arabicos una cum eorum interpretationibus latinis 4 v. complectitur [1]): insuper in volumine septimo geminus exhibetur Pentateuchus, alter charactere samaritano, sed lingua hebraea, alter charactere samaritano utrique tamen una dumtaxat Joan. Morini latina translatio respondet. Absolutis jam hujus ed. t. 8 approbationem a clero gallicano promeruit hoc opus. Est autem illud artis typographicae absolutissimum exemplar non tantum ob novas et magnificentissimas characterum formas, sed et propter summam et peculiarem typographi (Ant. Vitré) diligentiam, quam in illo perficiendo semper adhibuit [2]): hinc opus fuit carissimum: cum vero minus commodae sit formae, desit quoque ap-

[1]) Hac occasione mentio fieri potest Coelestini a s. Ludvina O. Carm., batavolugdunensis (antea vocabatur Petrus Golius), qui ejurata Calvini secta strenuum postmodum egit missionarium in Syria, et 74 annos natus ad missiones malabaricas sui ordinis visitandas missus Suratae obiit 1672. Praecipuam operam praestitit Sergio Risio damasceno archiepiscopo (III[3], 783) in edendis *bibliis arabicis* Romae a. 1671 editis. Alia ejusdem opera cf. in bibl. script. O. Carm. Martialis a s. Joan. Bapt.; Foppens I, 188.

[1]) Cf. De Bure, Bibliographie instructive, Théologie p. 14; Biogr. univ. XXIV, 6.

paratus, nec accurata adhibita fuerit diligentia critica in eligendis textibus biblicis disponendisque versionibus ejusdem libri, quae subinde variis in tomis habentur, neque desint plura menda, praefertur illi editio londinensis Waltoni a. 1657, ipsaque adeo viluit, ut multa exemplaria solo chartae appensae valore comparata fuerint. Quidam typographi in Hollandia praefixo titulo: *Biblia alexandrina heptaglotta* auspiciis ss. D. Alexandri VII. anno sessionis ejus XII. feliciter inchoato, Lutetiae Parisiorum 1665 adjectaque dedicatione summo pontifici inscripta, exemplaria aliquot vendiderunt, quae tamen non sunt nisi editionis Jaji exemplaria.

57. Acrem sed minus aequum censorem hujus operis egit Valerianus Flavygni, Sorbonae doctor (1628) et linguae hebraicae professor in collegio regio (1630), qui stilo et jactantia juveni fervido potius quam veterano doctori congrua invectus est in Abr. Ekchellensem, Joan. Morinum aliosque viros doctos hujus operis socios. Scripta ejus huc spectantia sunt [1]): *Pro sacrosanctae ed. hebraicae authentica veritate* diss. apologetica 1646; *ep. duae,* in quibus de ingenti bibliorum opere, quod nuper Lutetiae Parisiorum prodiit, ac ei praefixa praefatione, Parisiis 1646 in 8; *ep. tertia,* in qua de libello Ruth syriaco, quem Abr. Ekchellensis insertum esse voluit ingenti bibliorum operi etc. ib. 1647; *ep. quarta,* in qua solidissime confutantur mendacia, fraudes, calumniae, convitia, cavillationes et imposturae, quibus Abr. Ekchellensis eluere conatus est omnes illas sordes et maculas, quas ineptissime passim aspersit libello Ruth syriaco, simulque sacrosancta veritas hebraica strenue defenditur atque propugnatur, ib. 1648 (cf. supra p. . . .). Hanc eandem auctoritate rom. pontificum, patrum et rabbinorum tuetur ep. duabus ad M. Grandin datis (1652), et in *disquisitione theologica,* an, ut habet Capellanus de quo cf. n. seq.), nonnulla s. Scripturae testimonia alio modo proferantur a rabbinis, quam nunc leguntur in voluminibus hebraicis, et an inde consequi possit textum hebraicum corruptum esse ac vitiatum, ib. 1666. Thesim Ludovici de Cleve, qui episcopatum a presbyteratu distinctum non esse sacramentum tradebat, tamquam probabilem propugnavit, suamque opinionem edito scripto defendit, cui titulus: Ad thesim Clevesianam *de episcopatu* exspectatae vindiciae, Tornaci 1668 in 4. Decessit Flavigny 29. Apr. 1674.

58. Antonius a Matre Dei [1]) O. Carm. Vallisoletanus, in collegio ordinis salmanticensi theologiae professor, ac in India occidentali visitator generalis († 1679), scripsit plane erudita *Praeludia isagogica ad ss. Scripturarum intelligentiam,* Lugduni 1669; Mogun-

[1]) Cf. Dupin XVIII, 99; Biogr. un. XV, 27; Feller III, 597; Feret IV, 339—49.

[1]) Quatuor adhuc occurrunt, qui Antonii a Matre Dei nomine vocabantur, quorum tres sunt ex O. Carm. Horum primus († 14. Jun. 1662) nonnulla pia opuscula conscripsit, quibus fidelium devotionem erga s. Joseph pro viribus promovit; de altero egimus t. III[3], 918; tertius reliquit nonnulla ascetica mss. — Alius est A. a Matre Dei O. d. Pauli primi Eremitae, Olisiponensis, s. theologiae doctor, qui scripsit opus, cui titulus: *Apis Libani circumvolitans flores in horto Salomonis,* sive commentaria in varia cc. Proverbiorum, in quibus parabolarum Salomonis aliorumve plurimorum locorum ex tota s. Scriptura passim occurrentium sensus tum literalis tum mysticus ita dilucide exponitur, et ad morum doctrinam enucleandam, qui unicus est regis sapientis scopus, dirigitur, ut tam hinc quam ex innumeris propemodum ss. Patrum sententiis, quibus hoc opus illustratur, ampla pro concionibus materia exsurgat, et pro ipsis conficiendis subtiles, imo novae suppeditentur ideae. Primus t. excusus Lugduni 1701 complectitur c. 10 Prov.; 2. Coloniae Agrippinae 1695 cc. 11 et 12; 3. Lugduni cc. 13 et 14. Cf. Mich. a s. Joseph I, 271.

tiae 1670 in f., in quibus disserit de essentia et exsistentia s. Scripturae; de libris protocanonicis et deuterocanonicis, de eorum auctoribus; de linguis, quibus scripti sunt et in quas translati; de cujuscunque translationis auctore et auctoritate, de figuris et tropis rhetoricis ac de sensibus Scripturae [1]). — *Auctoritatem Scripturae s. hebraicae, graecae et latinae* h. e. textus hebraici, versionis LXX interpretum et versionis vulgatae vindicavit (Duaci 1651 in 4.) Joannes d'Espieres O. S. Ben. Gallus in monasterio s. Salvatoris aquicinctino professus [2]), qui in academia duacena doctoralem s. theologiae laurcam promeruit et mathesis disciplinam ibidem tradidit († 28. Martii 1664 e. aetatis 67). De computo ecclesiastico meritus est *calendario romano novo* et astronomia aquicinctina, Duaci 1656 in f. — *De veritate ed. hebraicae* scripsit etiam Joannes (sec. alios Claudius) Chapellain, qui erudite ex testimonio vel ipsorum thalmudistarum et rabbinorum nititur ostendere, fidendum non esse massoretis et rabbinis, nec adeo incorruptum esse textum hebraicum, ut jactant nonnulli. Libelli titulus est: *Mare rabbinicum infidum* sive rabbinothalmudica, num thalmudistae aliter aliquando referant sacrum contextum, quam nunc se habeat in nostris exemplaribus hebraicis? et num rabbinis sit fidendum, Parisiis 1667 in 8., quo respondet V. Flavigny, qui eum aggressus est sua disquistione theologica, ut supra p. 134 diximus.

59. Ad ss. literas illustrandas plura contulit [3]) Henricus Marcellus S. J. patria Sommorensis dioeceseos silvaeducensis n. 1593. Mathesim et philosophiam Moguntiae docuit, unde bello suecico ejectus Remis tradidit theologiam moralem. Redux in Germaniam theologiam professus est Molshemii et Bambergae. Vir erat apprime religiosus, pietati addictus et duobus episcopis bambergensibus a sacris confessionibus. In aetate affecta, cum deficientibus naturae viribus in gravem languorem incidisset, convocatis domesticis alta voce et generoso animo veniam ab omnibus demisse petiit, si qua in re quempiam offendisset, et mox sacramentis ultimis rite praemunitus spiritum Deo reddidit Bambergae 25. Apr. 1664. Inter opera ejusdem eminet [1]) *theologia Scripturae divinae* sententiarum ll. 4 digesta, quibus summa doctrinae s. scholasticae, moralis, polemicae, asceticae comprehenditur, in gratiam theologorum, concionatorum et omnium fidei ac pietatis christianae amantium, Bruxellis 1658 in 4; etiam recentiori aetate iterum edita, ut Neapoli 1847 in 8; Monteregali 1858 in 12; in *cursu s. Scripturae* ed. Migne I, 906—1184. *Canones explicandae Scripturae divinae* et controversiis omnibus conciliandis generales et speciales ex ipsa s. pagina et optimis ipsius interpretibus selecti [2]), Herbipoli 1653

[1]) Opera quae reliquit mss. cf. in bibl. SS. utriusque sexus O. Carm. per Martialem a s. Jo. Bapt. p. 40.

[2]) Cf. Foppens II, 628.

[3]) Cf. Sotvellus et Backer II. 1072, qui et opuscula recenset J. Christ. Seldii contra ipsum scripta.

[1]) Qui hoc opus recensuit in Katholik 1842 v. 84 p. 263, ita de eo scribit: „Referent kennt keine so geschmackvolle und genaue Auswahl sämmtlicher Stellen der h. Schrift für alle einzelne Lehrsätze der katholischen Kirche, besonders in ihrem Gegensatz zum Protestantismus als sie hier in einer lichtvollen Ordnung unter den herkömmlichen Rubriken der Dogmatik und Moral zusammengestellt sind. Es könnte nicht schwer halten unter Zugrunddelegung dieses Materials einen eigentlich so zu nennenden biblischen Lehrbegriff zu entwerfen.“

[2]) Ludovicus Janinus S. J. Gallus, s. Scripturae interpres († 1672) praeter plures vitas sodalium sanctitate illustrium, concinnavit *tirocinium s. Scripturae* sensu legitimo exponendae, Lugduni 1667 in 12; *rudimentum concionatoris christiani*, in quo de concionis praecipue suppellectile tractatur, ib. 1642 in 12.

in 24; commentarius *in l. Josue,* Herbipoli 1662; *Sapientia pacifica* [1]) *filiorum Dei* politicorum vanitati opposita triplici explicata disquisitione: p. 1. de mediis exaltandi Ecclesiam catholicam, adversarios reconciliandi et hoc pacto unionem stabiliendi universalem: accedunt considerationes pacificae et canones benignae cum catholicis reconciliationis adversariorum omnium, qui christiano nomine gloriantur, Coloniae Agrippinae 1657 in 4; *ars interpretandi Scripturas divinas* et e genuino earum sensu disputandi ll. 3, *sapientiae pacificae filiorum Dei* p. 2; accedunt claves penetrandis adytis sapientiae divinae et canones explicandae s. paginae universales et particulares, ib. 1659 in 4; p. 3. complectitur *de inexpugnabili regno Christi* Danielis prophetae vaticinia et alia divinae Scripturae documenta de eminentia et infallibilitate Ecclesiae ac religionis catholicae, de gentium et infidelium omnium ad Ecclesiam futura conversione ll. 4, ib. in 4. *De augustissimo corporis et sanguinis dominici sacramento* ll. 6 distincta diss. ad majorem omnium Christi doctrinam profitentium unionem et pacem, Antwerpiae 1656 in 4; *de justificatione christiana* disp. quadripartita, Bambergae 1647 in 8; diss. *de sponsalibus et magno matrimonii sacramento,* ib. 1653 in 8; *armamentarium scientificum,* in quo reposita ordinate et breviter illustrata continentur axiomata, pronunciata, dicta philosophica in primis et theologica; deinde etiam juridica, medica et cujusvis generis moralia; opus utile non ad acquirendas modo scientias, sed etiam conservandas, quo simul traditur methodus doctrinam quamlibet in locos communes secundum doctrinae ordinem congrue digerendi, Parisiis 1635 v. 2 in 8.

[1]) Plura de hoc opere irenico cf. apud Fabricium, hist. bibl. fabric. IV, 210.

60. Ad opera auxiliaria [1]) pro illustrandis divinis literis spectant ea, quae edidit Nicolaus Sanson [2]) Abbavillensis (1600—1667), mathematicus et geographus plane insignis, geographiae in Gallia propemodum pater. Ejusmodi sunt: *Index geographicus et explicatio regionum et locorum in tabula Judaeae descriptorum,* Parisiis 1655 in 8; *index geographicus terrae s.* pro variis temporum rationibus (cum aliis indicibus geographicis), ib. 1642; 1670; *geographia sacra* ex V. et N. Testamento et in tabulas quatuor concinnata, quarum 1. totius orbis in Bibliis sacris cogniti partes continet; 2. terram promissam sive Judaeam in suas tribus divisam; 3. et 4. J. Christi et ap. Petri el Pauli patriam, mansiones et itinera et Pauli navigationem Jerosolymis Romam usque. Additae sunt *descriptio terrae Canaan* sive terrae promissae, Jesu Christi et app. Petri et Pauli vitae; tum et in omnes eas tabulas et descriptiones animadversiones et index geographicus, ib. 1653; 1665; Amstelodami cum praefatione et notis Joan. Clerici [3]), 1703 in f. Notat porro Clericus, Sanson accuratiorem

[1]) Praetermittimus Martinum Incesin congr. ful. Parisiensem, dictum a s. Maria, cujus exstat *liber resignatus* sive prima Bibliorum elementa, Parisiis 1673 v. 2 in 8. — Jacobum de Montefrio S. J. Antequariensem Granatae professorem s. Scripturae († 4. Aug. 1680), qui edidit *methodum didascalicam fabricandae biblicae praelectionis* ex libris maxime prophetarum, Hispali 1678 in 4. — Ascanium Mariam Crispo O. Praed. Neapolitanum, qui vulgavit *conclusiones de s. Scriptura,* Neapoli 1673 in 4.

[2]) Distingui hic debet a Jacob Sanson cognato (secundum alios, fratre), de quo infra, et a filio suo Guilelmo Sanson († 1703), regio geographo, cujus exstat: *Terra sancta* sive promissionis in duo divisa regna et in 12 tribus filiorum Israel distributa in fol. patente, Parisiis 1677; eadem denuo delineata a Jac. Cantelmi, Romae 1679. Cf. Feller VII, 423.

[3]) Cf. de hac splendida ed. Bibl. choisie II, 395; Mém. de Trév. 1710 p. 1862; A. E. L. 1705 p. 555.

esse in geographia recentiori, quam veteri, quod non calluerit linguas graecam et hebraicam; hinc saepius ipsi in determinandis locorum nomine et situ praefert Bonfrerium et Bochart.

61. In *universam Scripturam* commentarium edidit Franciscus Carriere O. Min. Conv. Aptensis, sensum literae referentem capitatim cum brevi et solida latentium et insurgentium quaestionum resolutione et principalium totius codicis biblici antilogiarum numero 50 conciliatione in calce cujusque libri, Lugduni 1663. Vir erat non vulgari literatura praeditus ac polemicis rebus sacrisque literis valde exercitatus, concionator regis christianissimi († 1665). Alia quoque opera edidit, scil. *medullam bibliorum* exprimentem summarie, quae quilibet liber T. V. continet et proferentem ordinatam ex quatuor evangelistis seriem vitae Christi servato gestarum rerum ordine, loco et tempore et actus apost., ep., apocalypsim capitatim exponentem, ib. 1660 in f.; *historiam chronologicam pontificum rom.* cum praesignatione futurorum ex s. Malachia, ib. 1663 in 12. (ed. 2.); cum continuatione ab Alexandro VII. usque ad Innocentium XII. (auctore religioso ejusdem ord.) ib. 1694 in 12; prophetiae tamen s. Malachiae non omnino fidit. Est vero haec epitome, quae prohibita fuit 2. Jul. 1697 d. c., membrum veluti majoris op. cui titulus: *Fidei catholicae digestum* singula ejus dogmata et ritus Ecclesiae juxta ss. patrum et conciliorum doctrinam exacte declarans, ib. 1657 v. 2 in f. — *Elucubrationes biblicas in V. et N. T.* (scil. in locos selectos secundum ll. ordinem) literales, morales et tropologicas vulgavit Hispali 1675 in f. Ludovicus de Ayllon et Quadros Granatensis, s. theologiae doctor, quondam cathedrarum tum s. Scripturae tum scholasticae theologiae antecessor primarius. — Commentarium literalem et moralem in universam fere Scripturam gallice edidit Franciscus Pean de la Coullardiere Parisiensis, theologiae doctor († 1680) scil. in *Pentateuchum et Job,* Parisiis 1680; *in Psalmos,* ib. in 8; *in quinque libros Sapientiales,* ib. 1673 v. 2 in 8; *in prophetas,* ib. 1680 in 4; *in N. Testamentum,* ib. 1670 in 8.

62. *De paradiso* disputavit Augustinus Inveges [1]) Siculus († 1677 a. 82 aetatis) in *Historia sacra paradisi terrestris* et innocentiae status, Panormi 1649; 1651 in 4. Meruit vero in primis de historia sicula, speciatim de panormitana, opere sat raro *Palermo antico* t. 1., Panormi 1649; *sacro* t. 2., ib. 1650; *nobile* t. 3., ib. 1651 in f. — De *arca* Noë et *turri* Babelis disseruit celeberrimus Athanasius Kircher S. J. Geisae prope Fuldam 2. Maji 1602 natus, de quo plura hic non dicemus [2]), quod ejus opera, quibus summam nominis famam est assecutus, ad theologiam minus spectent, sed potius ad mathesim, physicam, philologiam, cosmographiam, archeologiam etc., unde a Morhofio homo centum artium dicitur († 1680). Huc spectant: *Arca Noë* in 3 ll. digesta, quorum 1. de rebus, quae ante diluvium, 2. de iis, quae ipso diluvio ejusque duratione, 3. quae post diluvium a Noëmo gesta sunt, Amstelodami 1675 in f; *turris Babel* sive archontologia, qua primo priscorum post diluvium hominum vita, mores rerumque gestarum magnitudo, secundo turris fabrica civitatumque exstructio, confusio linguarum et inde

---

[1]) Cf. Niceron XI, 403; Mongitore 1, 87.

[2]) Cf. de eo Sotvellus, Niceron XXVII, 189 ss.; Sommervogel IV, 1046—77, qui op. edita sub n. 39 recenset, Biogr. univ. XXII, 440; KL. VII, 716; Brischar P. A. Kircher ein Lebensbild, Würzburg 1877; et praesertim scriptum quod reliquit ipse Kircher de sua vita et operibus in fasc. epist. ed. Langenmantel p. 65; germanice interprete Seng Fulda 1901. Minus bene de ejus eruditione censet Erman allg. d. Biogr. 16, 1—4.

gentium transmigrationes cum principalium inde enatorum idiomatum historia multiplici eruditione describuntur et explicantur, ib. 1679 in f., opus admodum eruditum. Tomus 2. et 3. atlas polyglottus inscriptus non prodiit. — Emmanuel Naxera S. J. Toletanus insignis ecclesiastes et aliquamdiu s. Scripturae interpres († 11. Sept. 1680) edidit (in usum concionatorum) *in Josue hostilibus redimitum trophaeis* commentarios literales moralesque cum appendice de Rahab et Arca figurata, in qua Mariae laudes per ejus festa digestae continentur, Lugduni 1647. 1652 v. 2 in f; Venetiis 1650; et alibi; *in Judices,* ib. 1656 in f.; *Excursus morales in l. 1. Regum,* Matriti 1670; Lugduni 1672 v. 3 in f.; *in 2. l. Regum* ib. 1673—1676. Plurimas quoque reliquit conciones [1]). — *Judices* commentariis literalibus cum aphorismis illustravit Caspar Villaroël O. S. Aug. in urbe Quito editus, ad episcopatum janensem S. Jacobi, dein (1651) ad arequipensem, demum (1659) ad argentinensem in regno peruano promotus († 10. Oct. 1667). Prodiit ejus opus Matriti 1636. — Leo Matina O. S. Ben. Neapolitanus, abbas titularis congr. casinensis et s. Scripturae in patavina academia primarius interpres († 1678) *in ll. Regum diss. 45* (eruditas), oratoribus, concionatoribus et urbanioris literaturae studiosis fortassis non poenitendas publici juris fecit Patavii 1675 in 4. — *Librum Job* [2]) illustravit Paraphrase (gallica) sagaci et eleganti ib. Franc. Senault, quae saepe admodum prodiit, Parisiis 1664; Rotomagi 1667 in 8. ed. jam nona. Erat Jo. Fr. Senault (n. 1601; † 3. Aug. 1672), Parisiensis, quartus erat superior generalis congr. Oratorii, insignis plane concionator, qui plurimum contulit ad reformandum concionandi modum [1]). Ejus praeterea sunt *de l'usage des Passions,* ib. 1644, l. utilis, hinc saepe editus; *l'homme criminel* ou de la corruption de la nature per le pécche selon les sentimens de s. Augustin, ib. 1644; 1656 etc.; *l'homme chrétien* ou la réparation de la nature par la grâce, ib. 1648; 1663; sermones et vitas personarum pietate illustrium; *le Monarque* ou les devoirs du Souverain, ib. 1661. — Illustrarunt *Job* brevi elucidatione ex probatis auctoribus excerpta (Antwerpiæ 1661 in 8) Henricus Jonghen O. Min. Hasselensis, Eburo, praecipuis ordinis muneribus auctus († 1669) — et scholiis seu annotationibus (Parisiis 1651, etiam inter Criticos sacros) Philippus Codurcus [2]) Gallus, regi a secretis consiliis, qui calvinismo ejurato fidem catholicam amplexus est († 1666, secundum alios 1660). R. Simon censet [3]) commentarium hunc esse omnino literalem, ac praesertim in explicandis locis difficilioribus secundum omnes grammaticae regulas versari; reprehendit tamen, nimis saepe citari paraphrasten chaldaeum, qui nugis delectatur, minutias et verbositatem in explicanda mensura versuum Jobi, quos hexametros esse putat, cum tamen de horum versuum indole nil certi statui possit. Vertit quoque ex textu hebraico in gallicum sermonem libros *Job* et *Salomonis,* Parisiis 1647; 1657 in 8., addita diatriba (gallica), in qua contendit, Dodaim Gen. 30 et Cantic. 7. non significare mandragoras, sed tubera. Ejus praeterea sunt: *Clavis politicae* i. e. libri Salomonis, qui dicitur Ecclesiastes, versio nova ex hebraeo cum brevi in illum commentario, ib. 1657 in 4. *De genealogia* Christi a ss. Matthaeo et

[1]) Cf. Sommervogel V, 1600—1607.

[2]) *Catenam in Job* ex ss. patrum scriptorumque ecclesiasticorum sententiis concinnatam edidit Augustinus Cermelli O. Praed., Ligur, patria Alexandrinus († c. 1677). Scripsit praeterea *vitam s. Hieronymi,* Ferrariae 1648 in 4; *vitam s. Augustini* cum aliorum sanctorum encomiis, ib. in 4.

[1]) Ct. Batterel Mémoires III, 1—47.

[2]) Cf. Dupin XVII, 254; Fabricius hist. bibl. fabr. I, 318.

[3]) Histoire crit. du V. T. III, 15.

Luca conscripta diss. ib. 1646; 1647 in 4; gallice 1650; *annotationes in ep. ad Hebraeos* 9, 16—18., ib. 1632; 1647 in 4. (et inter Criticos sacros), in quibus nititur ostendere, vocem διαθήκη, qua Apostolus hic usus est, male in vulgata *Testamentum* interpretari, cum nihil tale, sed foedus pactumque significet. Hinc Mich. a. s. Joseph[1]) auctoris nimiam reprehendit libertatem, qua vulgatam latinam tam facile corrigit; et Henricus Vigan calvinista ei opposuit *Vindicias* testimentarias, Genevae 1656. Alia ejus opera sunt: *Specimen observationum ad difficiliora utriusque T. loca,* ib. in 4; diss. *de reali corporis et sanguinis J. Christi in eucharistia praesentia* deque sacrificio missae, ib. 1645; diatriba *de justificatione sanctorum.*

63. Plures enarrarunt *Psalmos.* Praeter Jo. Price (cf. p. 149) Petrus de Cadenet prius aulae et armis deditus, dein Oratorii sodalis (4. Maj. 1664), Parisiis 1660 gallice — Bernardus la Palisse O Praed. Aquitanus (n. 16. Nov. 1599; † 21. Juli 1666), philosophiae, dein theologiae apud suos variis in locis professor. Prodiit ejus *expositio in omnes davidicos Psalmos,* opus eximium in utriusque T. pertractatione diligenter versatis verbique Dei concionatoribus perutile, Tolosae 1665 v. 2 in f. Hujus theologi commentaria in Summam s. Thomae mss. multum commendat Echard II, 617. — Georgius Mentzius S. J. e dioecesi moguntina († 30. Oct. 1672) reliquit l.: *Favus distillans* seu medulla davidica Ps. 150, Bambergae 1668—72 pp. 4, quarum 4. continet cantica Breviarii. Collegit quoque ex scriptis s. Francisci Salesii *regulas* sive normam christiane ac devote vivendi, Coloniae 1660 in 12. — Petrus de Campis Novis (Champsneufs) S. J. Nannetensis († 20. Maji 1675) *Psalmos davidicos et sacra cantica,* quae in breviario romano occurrunt, brevi, accurata et literali obscuriorum verborum et sententiarum explanatione illustravit[1]), Parisiis 1648 in 8. — Anterus Maria a s. Bonaventura[2]) O. S. Aug. Genuensis, auctor est operis rari: *Ponderationes in Psalmos* (prolixae admodum absque ordine et methodo juxta) multiplicem divinarum Scripturarum sensum, in quibus praecipue ad mores informandos plurimi conceptus efformantur, eximiorum auctorum sententiis a propriis fontibus haustis roborati, divinis insuper humanisque historiis atque copiosissima ss. patrum eruditione ditatae, necnon nobilium poëtarum carminibus exornatae, studiosis omnibus, potissimum autem divini verbi praeconibus propositae, Lugduni 1673 t. 3. Ejus quoque est: *Auri gemmarumque mystica fodina* seu caritatis congregatio a Christo fundata regulis communita, Genuae 1677 in f., pro animarum directoribus. — Georgius Heser S. J.[3]) Weyrensis in Austria superiori (n. 1609, † 9. Maj. 1686) postquam breviter pro recitantibus breviarium psalmos davidicos explanavit juxta sensum literalem, Ingolstadii 1654 in 8., eos majori apparatu instruxit, argumentis scil., commentariis, ss. patrum symbolis et variis annotationibus, Monachii 1673—75 in t. 2 in f. Adjecit quoque commentarios exegeticos *in omnia cantica,* quorum usus in officio divino horarum canonicarum, ib. 1675 in f. *Vitae D. N. J.*

[1]) Bibl. crit. II, 58.

[1]) Alia ejusdem opera ad ascesin vel literas humaniores spectantia cf. apud Sommervogel II, 1060—63.

[2]) Ossinger in sua bibl. augustiniana eum alibi vocat Miconum. Edidit quoque juxta Le Long bibl. s. p. 862: *Acta apostolorum* juxta multiplices divinarum Scripturarum sensus priscorumque patrum interpretationes elucidata, Genuae 1681 in f., 1684.

[3]) Alia ejusdem opera, quae fere omnia de Thoma a Kempis agunt, cf. apud Sommervogel IV, 331—35.

Christi monatesseron evangelicum, quod ex quatuor evangelistarum verbis . . . pro ss. meditationum materia in singulos totius anni dies contexuit ac distribuit, Monachii 1657 in 12., iterum cura Brucker Tornaci 1889. — Franciscus Basellus S. J. Gradiscanus in Foro Julii n. 1604; († 15. Sept. 1678) edidit *psalterium davidicum concordatum* i. e. psalterium unius argumenti a s. Davide propositi, deductione tam quoad psalmorum inter se et rerum iis contentarum, quam titulorum ipsis praefixorum connexum atque consequentem ordinem, connexa et consequenter ordinata sibique in omnibus consonante et concordante explicatione expositum secundum mentem et sensum a s. Davide juxta auctoris sententiam primario intentam de Christo et Ecclesia in 4 pp. distributum, Utini 1662 t. 4 in f. — Prae ceteris vero copiosissime in hoc argumento versatus est Thomas le Blanc S. J. Victoriacensis [1]) in dioecesi catalaunensi, per sexennium s. Scripturae interpres. Cum scientia virtutem ita conjunxit, ut dictu difficile sit, utra magis excelluerit. Nemini detrahi coram se patiebatur, unde dictus est communiter absentium omnium patronus. Indefessus in eo aut precandi aut studendi labor, nihil pene medium admittebat. Paternum in aegros studium, cura, sollicitudo, ne quid illis deesset, fuere maxima. Aequitas animae tanta in eo eluxit, ut eodem semper vultu adversa et prospera tulerit, nimirum ita voluntatem suam ad divinam finxerat, ut hanc unicam habuerit actuum suorum regulam. Sicut vixerat, sancte obiit provinciae praepositus Rhemis 25. Aug. 1669. Praeter plurima opuscula ascetica [1]) reliquit *analysim* (utilem) *Psalmorum davidicorum,* in qua aperte cernitur, singulis in psalmis ordinem esse mirabilem: cui adjungitur amplissimus *commentarius,* in quo non tantum sensus literales, sed omnes etiam mystici exponuntur, Lugduni 1665—1676 t. 6 in f., Coloniae Agrippinae 1680; 1697; 1726; 1744; Neapoli 1854—56 t. 6 in 4. Opus mole magnum atque omnimoda eruditione refertum, sed nimia prolixitate lectorem obruit, hinc minus plerumque est gratum.

64. In *canticum canticorum* edidit Joannes Besson S. J. Gallus, patria Piscennensis, s. Scripturae sexennio Tolosae interpres († 29. Jan. 1665), *novas elucubrationes* in scholia et commentarios tributas, quibus tum textus auctoris pristino nitori restituitur, singulae voces expenduntur, versiones antiquae cum originibus et inter se comparatae conciliantur; tum genuinus sensus, qui Christi oeconomiae hic dramatice repraesentatae mysteriis continetur, ratiocinando eruitur, et varia eruditione praesertim biblica illustratur, Tolosae 1646 in f., opus rarum. — Paulus Albinianus de Rajas S. J. Hispanus, patria Valentinus, theologiae moralis Caesaraugustae, exegesis Valentiae professor, vir erat admodum serius et religiosus, hostis otii, librorum helluo, regularum observantiae zelo fervens, singularia in victu et vestitu horrens; saepe culinam vel triclinum etiam praepositus adibat, ut sua opera coqui vel triclinarii levaret onera. In morbis, quos saepe passus est, tanta fuit patientia, ut nec suspirium ederet, nec dolores enarrando exaggeraret, sed marmoris instar eorum ictus premebat silentio, Deoque litabat paratus duriora adhuc pati, si sic

[1]) Alius a Franc. Le Blanc Delphinate insigni numismatico († 1698), cujus sunt *Traité des monnaies de France* depuis le commencement de la monarchie jusque en 1689, Paris 1690 in 4., opus aestimatum; Diss. *sur les monnaies de Charlemagne* et de ses successeurs frappées dans Roma, ib. 1689, cum priori op. Amstelodami 1692. In ea nititur ostendere, Franciae regibus olim competisse jus in Urbem.

[1]) Cf. Sommervogel I, 1532. Inter haec reperitur etiam *Jesus pastor oves proprio sanguine pascens,* commentarius in Ps. 22., Divione 1659 in 12.

placeret suae divinae majestati († 24. Dec. 1667). *In canticum canticorum Salomonis commentarius literalis,* in quo nuptiae cum Ecclesia sub triplici statu, amantium sub naturae lege, sponsorum sub scripta, conjugatorum sub gratia describuntur: opus commentariis, enarrationibus, notationibus illustratum, philologis, theologis, concionatoribus utilissimum (et rarum), Genuae 1656 in f. Quatuor alios tomos in idem canticum reliquit paratos aliaque opera manuscripta.

65. *Isaiam* exposuit gallice, Parisiis 1654 in f., Laisne de Marguerie, clericus et a sanctioribus consiliis († 1678). — Bernardus d'Ascoli O. Carm. Ref. (fl. 1678) reduxit *Alfabeto di Geremia Prof.* in forma di lettioni e spiegate con scritture de ss. Padri ed eruditioni, Macerata 1680. — *Abdiam* prophetam exposuit, Antwerpiae 1657 in f., Martinus del Castillo O. Min. Burgensis, cujus alia quoque exstant opera: *Ars biblica,* Mexici 1675 in 4; *in Debboram de Maria figurata,* Hispali 1678; Lugduni 1690 in f.; *super Susannam illustrationes* literales, morales ac panegyricae pro Deipara, Matriti 1658 in f.; *D. Petri Chrysologi sermones aurei* scholiis ac locupletissimis moralium conceptuum varietate commentariis illustrati in gratiam divini verbi concionatorum, addita ss. doctoris vita necnon et ejusdem ad Eutychetem ep. notis pariter elucidata, Lugduni 1676 in f. Cogitavit omnes Petri sermones commentariis onerare, sed pervenit tantum ad 22. — Libros Machabaeorum enarravit Joannes Erardus Fullonius (Foullon) S. J. Leodiensis n. 1609, insignis concionator, qui dum grassante Tornaci pestilentia saluti sodalium publico contagio expositorum saepius eos invisendo et consolando consulit, lue pestifera ipse quoque infectus occubuit (25. Oct. 1668). Inter alia haec edidit: *Commentarii historici et morales perpetui ad 1. Machabaeorum l.* additis libe-

rioribus excursibus, ubi plurima ecclesiasticis, theologis, ascetis, christianopoliticis explicate traduntur. Praemittitur tabula geographica Judaeae etc.; *ad 2. Machabaeorum l.* etc., Leodii 1660—1665 v. 2 in f.; *veritatis et ecclesiae tungrensis breves vindiciae* [1]) adversus longam et supervacuam diatribam R. P. Godefridi Henschenii de episopatu tungrensi et trajectensi, Leodii 1653 in 12. sub nomine Nicolai Fisen. *Historiae leodiensis universae compendium* in annos digestum, admodum accuratum et eximium, Leodii 1655 in 24; ed. altera emendata et auctior, ib. eodem anno; *historia leodiensis per episcoporum et principum seriem digesta* ab origine populi usque ad Ferdinandi Bavari tempora, Leodii 1735. 1736 v. 2 in f. (ad a. 1612) cura DD. de Crassier et de Louvrex, qui t. 3. adjecerunt, ib. 1737. Usus est Fullonius ad hanc scribendam historiam ducentis auctoribus pluribusque documentis mss. judicio sagaci sanaque crisi, studio et ira vacuus, hinc magni fit a viris eruditis [2]) etiam nostra aetate. *Vera Ecclesia omnium in fide errorum commune remedium,* Leodii 1662 in 16. — Pietati fovendae et in concionatorum utilitatem plura concinnavit opera Josephus Lainez O. S. Aug. Matritensis theologiae professor et insignis concionator, hinc Philippo IV. a concionibus, episcopus accitanus in Baetica († 1667). Ea inscribuntur *Los dos estados de Nínive* cautiva y libertada deducidos del libro de Jonás Profeta, Matriti 1619; *El Privado Christiano* deducido de las Vidas de Josef y Daniel pp. 2, ib. 1641 p. 1; p. 2. inscripta *El Daniel Cortesano,* ib. 1644; *El Jo-*

[1]) Alia scripta occasione hujus controversiae edita cf. apud Backer I, 1925.

[2]) Cf. prolixam recensionem in Mémoires de Trévoux 1737 t. 3 p. 1347—1377; Feller III, 644; acta erud. lips. 1739 p. 625; suppl. ad nova acta erud. VI, 337—42; Bibl. nat. de Belg. VII, 207.

sué esclarecido caudillo vencedor de Reyes y Gentes, ib. 1653.

66. Praetermissis Carolo Dorron congr. Orat. Parisino († 1666), cujus exstat (gallice) l. *Jesus Christus in ss. Scripturis, praesertim in prophetis revelatus,* Parisiis 1658 in 4. — Josepho de Ormaza S. J. Salmanticensi († c. 1676), cujus exstat *Tesauro manual* en el Conde Manuel Tesauro. Primera parte. Genealogia de Christo Salvador derivada por las edades del mundo. Latino-Castellano con Scholios etc. Segunda Parte en que por todos los capitulos des N. y V. T. se excitan las questiones principales, con citas a los autores que mejor las tratan, Matriti 1674 in 4. — Jacob (Legris) a s. Michaele, Fuliensi, Rothomagensi († 1675), qui edidit *biblia parva* seu ss. N. T. librorum omnium analysim catholicam et oeconomiam generalem in tabulas digestam, Lugduni 1670 in f., etiam sub titulo: *Bibliorum idea generalis illustrata,* ib. 1674 v. 2 in 12. — Joannes Pricaeus (Price) Londinensis [1]), juris doctor et post ejuratos errores linguae graecae professor pisanus († 1676), scripsit praeter *curas priores et posteriores* in l. Psalmorum, *commentarios in varios N. T. libros,* in quibus versionis vulgatae sermo latinus ostenditur, contextus graeci litera explicatur, ejusdem phraseologia cum auctorum ethnicorum locutionibus comparatur; *annotata in Evangelium Matthaei,* Parisiis 1646 in 4; *Lucae et Joannis, in acta apostolorum,* ib. 1647 in 12; *in ep. Pauli binas ad Timotheum, in ep. ad Titum, in ep. ad Philemonem, in 3 ep. Joannis, in ep. Jacobi,* ib. 1646 in 8; *in ep. Judae* et *in Apocalypsim,* omnia simul Londini 1660 in f. — *Vitam Christi* seu harmoniam quatuor evangelistarum [2]) prius gallice Parisiis 1669 in 12., dein latine 1670 ib. elaboravit Dionysius Amelote congr. Orat. Gallus e Santonibus, Sorbonae doctor, in sua congregatione praepositi generalis assistens (n. 1606; † 1. Oct. 1678). Notior tamen hic auctor est propter alia opera, scil. propter *versionem gallicam N. T.* cum annotationibus, Parisiis 1666—1670 v. 4 in 8; 1688 v. 2 in 4. et saepius alibi (tricies forte et ultra). Editioni 15., quae est lugdunensis 1710 accessit ordine alphabetico digesta geographia sacra cum geminis tabulis urbis jerosolymitanae et templi Salomonis. Plures praesules hanc approbaverunt versionem. Si Calmeto credimus, ea est valde literalis, sed inelegans; si Richardo Simon, judici alioquin severo nec praejudiciis vacuo, Amelote primus est inter catholicos, qui accuratam N. T. versionem gallicam conficere nisus est [1]); in exquirendis tamen mysticis sensibus magis quam ad literam explanandam animum intendit, quod versioni exactae et accuratae obstaculo fuit: saepius quoque quam necesse fuerit, vulgatae textu relicto graecum non semper sat probatum sequitur. Alibi tamen [2]) fatetur

[1]) Cf. Saxium ad a. 1635; Biogr. un. XV, 343.

[2]) Idem praestiterunt Carle Prévost Herbelay pariter Or. Parisiensis, prius procurator regius († 11. Jan. 1678). Prodit *La Vie de N. S. J. C.* Parisiis 1653; 1656, libellus non tanti pretii. Cf. Batterel, II, 583 s. — Joannes van Parys S. J. Antwerpiensis concionator († 23. Mart. 1670) in *Margarita evangelica* sive J. Christi D. N. vita, doctrina historiaque universa e ss. quatuor evangeliorum dispositione concordi descripta, Antwerpiae 1657; 1660 ed. 3.

[1]) Hanc laudem ipsi tribuit Histoire critique des Versions du N. T. c. 32., ubi addit: „Il a eu une connoissance exacte de nôtre langue, et il a même sçû assez de Grec et de Latin pour ne pas tomber en des fautes grossières. Il avoit de plus fait une étude particulière de la Bible avant que la traduire.“ Fuse dein de hac versione disserit hoc c. 32. et sequenti. Alibi tamen (Cf. Bayle Rep. lettres 1689 mars—avril 4) durius quaedam ei exprobrat. Cf. Feller, 1, 147; Journal de Sav. 1666 p. 197, ubi ea laudatur.

[2]) Histoire critique des principaux commentateurs du N. T. c. 58., ubi quasi

merito versionem hujus theologi ceteris praeferri pro fidelium usu, cum docte in annotationibus veterem tueatur interpretem, utilissimumque ejus laborem dicit. Scripsit quoque *Abrégé* de la théologie ll. 9, Paris 1675, et inter alia opuscula gallica praecipuum videtur *La défense des constit. d'Innocent XI. et d'Alexandre VII.* ut et decretorum conventus cleri gallicani adversus doctrinam Jansenii una cum tr. de subscriptionibus, Parisiis 1660 in 4. Prodiit ex 3 pp. pars prima. Merito laudatur, quod in causa janseniana vix non unicus inter sodales fuerit, qui sedis romanae decretis plene se submiserit suoque exemplo ceteros Oratorii patres, qui Jansenii doctrinam ab augustiniana minime differre censebant, ad parendum invitaverit, animaverit, adduxerit [1]): ipseque strenue Jansenianos impugnavit, qui propterea ei minime pepercerunt. Ita Girard Sorbonae licentiatus unusque ex illis deputatis, qui sectae causam Romae agerent, sub nomine Dionysii Remond edidit: *Éclaircissement du fait et du sens de Jansénius* en 4 parties, avec un parallèle de la Doctrine du P. Amelote avec celle de Jansénius, et la réfutation du livre de Dom Pierre de S. Joseph Feuillant (III^3, 996), Coloniae 1660 in 4., quo in opere negare audet quinque famosas propositiones in Jansenii opere reperiri. Scripsit quoque Amelote *La vie du P. Charles de Condren* secundi praepositi Oratorii, Paris 1643; 1657; *La vie de soeur Marguerite du S. Sacrement* religieuse carmelite, ib. 1654. l. revelationibus aliis miris gestis plenus.

67. Quaestiones theologicas, historicas et morales *in evangelia dominicarum et festorum* tractavit Jacobus Lobbetius de Lantin S. J. Leodiensis († 18. Jun. 1672) 3 t. prioribus op. omnium, quae prodierunt Leodii 1677 v. 6 in f. Reliqui tomi complectuntur ll. asceticos. — Petrus Alois S. J. Neapolitanus philosophiae, dein exegesis professor per 18 annos (n. c. 1585; † 1. Julii 1667), edidit commentarios *in evangelia quadragesimae* juxta expositionem literalem et moralem, Parisiis 1658 t. 3 in f. — Leander Divionensis O. Cap. insignis concionator edidit praeter alia concionatoribus destinata *veritates evangelicas*, in quibus continentur mysteria vitae J. Christi, veritates fidei catholicae, perfectiones Deiparae V. Mariae et sanctorum, miracula ss. eucharistiae, secreta sublimiora vitae mysticae et materiae ad mores spectantes cum exemplis, reflexionibus, moralitatibus practicis et affectibus devotis, Parisiis 1659 v. 3 in f.; *Commentaria in ep. omnes s. Pauli ap.* ib. 1663 t. 2 in f. — *Explicationem literalem* in easdem scripsit (gallice) Ludovicus Thouret des. Catharina Bellovacensis († 1679), quae cum explicatione morali Caroli Huré prodiit Parisiis 1708 v. 4 in 8. — *In ep. b. Pauli Ap. ad Philippenses* commentariorum et annotationum edidit Joannes Antonius Velasquez S. J. Abulensis t. 1. Pinciae 1626; t. 2. Lugduni 1628 cum priori; 1632—34; 1636; 1639 Antwerpiae 1640 t. 2 in f., 1651 etc. Cultor is fuit eximius Deiparae ejusque rosarium de genu quotidie ante illius imaginem in templo fere per horam recitare consuevit. Evocatus est Matritum a Philippo IV. propter magnam de doctrina ipsius opinionem, ut consultor esset congregationis ibidem erectae de immaculata conceptione b. Virginis tuenda; imo rex ipsius dexteritate et sa-

---

sui oblitus scribit: „Pour ce qui est de sa méthode il s'arrête au sens littéral, y mêlant aussi quelquefois de la Théologie et assez rarement de la Controverse. Il est pour l'ordinaire Augustinien et Thomiste ayant copié le Commentaire d'Estius sur les Epitres de Saint Paul, bien qu'il luy soit contraire en de certains endroits etc." Cf. Ingold Bibliogr. orat. p. 7; Dict. de la Bible ed. Vigouroux p. 374; Batterel II, 551—80.

[1]) Cf. Mich. a s. Joseph II, 185.

pientia captus, ei injunxit, ut ad se singulis hebdomadibus semel secreto accederet admoneretque, quidquid pro boni regni administratione judicaret, quem tamen honorem, insignis plane confidentiae argumentum, modeste vir humilis detrectavit († 6. Nov. 1669 a. aetatis 84). Alia ejusdem opera sunt: Diss. et annotationes *de Maria immaculate concepta* ll. 5, Lugduni 1653 in f.; Pinciae 1654; *de augustissimo eucharistiae mysterio* sive Maria forma Dei, Valisoleti 1658 t. 2 f.; *Raçon que da a su Magestad del Breve de N. S. P. Alexandro VII.* en favor del culto con que la s. Iglesia Romana celebra la Fiesta de la Immaculada Concepcion etc., Matriti 1662 in f.; *de Maria advocata nostra adnotationes et exempla,* ib. 1668 in f.; *in Ps. 100.* commentarii literales et morales sive de optimo principe et optimo principis administro, Lugduni 1637 in f.; Venetiis 1647. — Albertinus a s. Aegidio in seculo dictus Aegidius Leroy O. Carm. Dolensis theologiae lector († 1670) auctor estop. *Paulus praedicans resurrectionem mortuorum* Rhedonis 1654 in 4., l. solidus adversus atheos. — De Apocalypsi praeter Petrum a Jesu Maria (cf. III[3], 777 a.) egit Jacobus de Bordes O. Cap. Constantiensis concionator insignis, s. theologiae professor et 30 a. novitiorum magister in provincia Normaniae († 1669 a. aetatis 76) in *elucidatione paraphrastica* super apocalypsim b. Joannis ap. cum annotationibus permultis ad loca difficiliora, Rouen 1639 p. 1, Reliquae tres partes, quas promiserat, dicuntur prodiisse Parisiis 1658. 1659 v. 2 in f., opus sat rarum. Ejus est etiam l. *controversiarum contra Jansenistas,* ib. 1658. — Henricus Kircher S. J. Novesiensis (1608—1676), in Dania missionarius breviter et clare explanavit *Prophetiam apocalypticam s. Joannis ap.* mundo praecipitante ad exitum, prout ex multorum, quae hic prophetata sunt, impletione colligere licebit, Coloniae 1676 in 4; Libellus *doctrinalis* dilucide ostendens populis septentrionalibus fidem, in qua oporteat salvos fieri, ib. 1673 in 16., liber rarus, qui germanice saepe prodiit.

68. His addi possunt Henricus Mayr S. J. Dilinganus n. 1608, diu theologiae professor, academiae dilinganae cancellarius septennio († 12. Maji 1675), qui collegit *manuale biblicum,* in quo s. Scripturae certa quaedam testimonia, quae sibimet contradicere videntur, omnino concordare docentur, Friburgi Brisgoviae 1654 in 12; *Quis ut Deus?* De attributis divinis 1645 in 8; *de sponsalibus et matrimoniis,* Friburgi 1657 in 12. — Dominicus Macri (Magri) Melitensis (n. 28. Mart. 1604) pro s. Sedis negotiis in Orientem fuit missus [1]), Romam pro arabica s. Scripturae translatione accitus. Vir erat admodum eruditus († 4. Mart. 1672), prout testantur ejus opera [2]), quorum potiora sunt: *Antilogiae* seu contradictiones apparentes et conciliationes s. Scripturae, quae saepe prodierunt, ut Venetiis 1645; 1653 in 12; Parisiis 1665. Optima editio multumque aucta cura ab. Lefèvre († 1716) prodiit Parisiis 1685 in 12. *Notitia de' vocaboli ecclesiastici* con la dichiaratione delle Ceremonie, dell' origine dei Riti sacri, voci barbare e frasi usate dai SS. Padri, concili e scrittori ecclesiastici, Messinae 1644 in 4; Romae 1650 (ed. 2.) 1669 in 4., quod opus Carolus ejus frater in romanae Sapientiae archigymnasio bibliothecae praefectus latina interpretatione donavit, in meliorem ordinem digessit, pluribus locupletavit ac tandem edidit inscriptum *Hierolexicon* sive sacrum dictionarium etc., additis Dominici *contradictionibus apparentibus conciliatis,* Romae

[1]) Cf. ejus *Breve racconto* del viaggio al Monte Libano, Viterbii 1654; Romae 1655.

[2]) Plura de eo cf. in vita a Marco Argolo scripta et Hierolexico praemissa; Niceron t. XLI; Biogr. univ. XX, 153.

1677 t. 2 in f.; Bremae 1692; Venetiis 1712, et cum additionibus et illustrationibus (plurimis) Steph. Sciugliaca, Bononiae 1765—67 t. 2 in 4. Praeterea Dominicus romanam martyrologii ed. (italam) a. 1668 recensuit, correxit pluribusque indicibus exornavit. Quamvis autem Dominici Hierolexicon modo oblivioni fere sit traditum, quidam tamen articuli pretio non carent: saepe enim ea in illis reperiuntur, quae frustra alibi quaeres. Meruit quoque de Lat. Latinio, ut jam diximus III[3], 286. — Bonaventura Pons O. Praed. Aragonus collegit *difficultates s. Scripturae inter ss. patres agitatas et controversas,* Lugduni 1672 in f. — Philippus Picinellus[1]) Mediolanensis, canonicus reg. lat., collegit *lumina reflexa* sive omnium auctorum classicorum consensum cum capitibus singulis ac pene versiculis ss. bibliorum instar commentarii in s. Scripturam, Mediolani 1667 in f. (italice); latine Francofurti 1703 per Aug. Erath. Confert autem quatuor millia locorum s. Scripturae cum classicorum auctorum dictis atque ex hac collatione illos vel haec illustrat. »In quo quidem et maximae industriae et boni interpretis laudem nobis consecutus esse videtur omnibusque, qui utilissimum librum deinceps legent, credimus, videbitur[2]).« *Teatro* o vero Ateneo de Letterati Milanesi, Milano 1670; *Il Mondo symbolico* ih. 1669; 1680 in f. ed. 3. latine interprete Aug. Erath Coloniae 1695. Obiit c. a. 1680. — *Collectanea* seu catenas ss. patrum et aliorum veterum auctorum Aloisius comes de Sanseverino neapolitanus, princeps bisinianus, legum doctor et theologus († 1669) collegit et quidem *in Psalmos* v. 3 in f. Neapoli 1635—1638; *in 4 evangelia,* ib. 1659—1664 v. 4 in f.; *in acta apostolorum* 1666 in f. — Ludovicus Hemmert O. S. Aug. patria Belga, theologiae professor Cajetae, quaestionem instituit *de magorum historia* et apparitione stellae, an scil. tredecim tantum a nativitate Christi diebus absoluta fuerit, Neapoli, 1661 in 4. — *Evangelia* hebraice vertit (Romae 1668) Joannes Juda Giona Battista Judaeus e Galilea ad veram fidem conversus, post longa itinera linguarum hebraicae et chaldaicae prius in academia pisana, dein Romae in collegio de propagana fide professor († 1668).

69. Appendicis loco addimus Bernardinum Surium O. Min. Recoll. Ruremcondensem, novitiorum magistrum et aliquoties guardianum, qui cum Philippo Sinceliers fratre laico pedes adiit loca sacra (1644), ibique haesit munere fungens praesidis s. Sepulchri et commissarii terrae sanctae ad a. 1647. Decessit 3. Apr. 1665. Iter suum flandrice et gallice descripsit in op. *Le Pieux Pelerin* ou Voyage de Jerusalem etc. ll. 3, Bruxellis 1666. — Ita et Antonius del Castillo O. S. Franc. Ref. Malacitanus, terrae s. commissarius generalis et conventus bethleemitici guardianus († 1669) in op. *El devoto Peregrino*, Viage de Terra Santa, Matriti 1654; 1656 etc. saepius editum. — Marianus Morone da Maleo O. Min. commissarius apostolicus in Oriente, custos terrae sanctae et guardianus Montis Sion in op. *Perra santa* nuovamente illustrata, Piacenza 1669 t. 2. — Joannes Doubdan canonicus s. Dionysii († c. 1670) in l. non magni pretii et stilo languido conscripto *Le Voyage de la Terre-Sainte,* Parisiis 1661; 1662; 1666.

[1]) Cf. Zedler XXVIII, 54 et praesertim Argelati bibl. script. med. II, 1076.

[2]) Ita acta erudit. lips. 1702 p. 172, ubi plura de hoc libro.

IV. Patrologia.

70. Qui in patrum [1]) operibus e tenebris eruendis vel illustrandis versati sint, paucissimos hac epocha reperimus, eosque tantum *Gallos*. Ex his Gilbertus Mauguin regi Galliae a consiliis († 1674) collegit *Veterum auctorum, qui IX. sec. de praedestinatione et gratia scripserunt opera et fragmenta* cum ejusdem auctoris chronico et historica synopsi, Parisiis 1650 v. 2 in 4., qua collectione continetur quoque ejus l. *Vindiciae praedestinationis et gratiae* Sirmondo oppositus (cf. III[3], 1080). Hunc Samuel Desmarès pastor calvinista admodum laudat, eoque lecto affirmavit, se sperare C. Mauguinum mox secum de Christi in eucharistia praesentia deque gratia consensurum[1]). Nititur in eo ostendere, Gottschalcum nullatenus docuisse haeresim praedestinatianam. Ceterum a nonnullis alter hujus collectionis tomus tribuitur ab. Bourzeis, de quo cf. p. 59. Bertrandus Tissier O. Cist., reformator abbatiae Bonifontis († 1670), collegit rarissimam pretiosamque *Bibliothecam patrum cisterciensium* i. e. opera abbatum et monachorum O. Cist., qui seculo s. Bernardi aut paulo post ejus obitum floruerunt, in unum collecta, Bonifonte (Bonnefontaine) 1660—1669 t. 8 in v. 4 in f. Statuit quoque *Assertiones theologicas* scil. epitomen theologiae dogmaticae et moralis ib. 1670 ed. 2; disp. theologicam *in janseniana dogmata*, Carolopoli (Charleville), 1651. — Alius autem est a Laurentio Bertrand, qui *D. Bernardi ab. claraeval. theologiam speculativam* e sparsis per illius opera sententiis collegit, cum appositione locorum, e quibus doctrinae resolutiones et objectionum explicationes desumuntur, Astae 1675 v. 4 in 4. — *Bibliothecam maximam veterum patrum et aliorum scriptorum eccleşiasticorum* ordine chronologico dispositam edidit Philippus Despont[2]) doctor sorbonicus, Lugduni 1677 seqq. v. 27 in f. *Indicem* utilissimum adjecit Simeon a s. Cruce[3]) Genuae 1707 in f.;

---

[1]) *S. Augustini vitam* fere ex memoriis Tillemontii derivavit Hugo Vaillant O. S. Ben. (n. 1619; † 1678). — Aliam ex s. doctoris operibus atque ipsis verbis ordine chronologico ll. 4 contexuit (Antwerpiae 1646 in 4.) Joannes Rivius O. S. Aug. Lovaniensis, doctor theologus universitatis trevirensis, studiorum regens et s. Scripturae interpres, provinciae praepositus, nominatus episcopus boscoducensis, quae tamen nominatio effectu caruit ob tractatum pacis monasteriensis († 1. Nov. 1665, secundum alios 1663). Multum usus est hac vita Tillemont, quia ea potius est historia totius illius temporis, eamque valde commendat Dupin XVII, 188, prohibita olim (nunc non amplius) decr. 10. Apr. 1666, nisi deleantur illa verba, quae sunt in fine § 2 c. 1 l. 4: *Quibus dum similia tradit* etc. usque ad illa alia: *De Enchiridio ista sufficiant.* Theologos illos, qui in Deo admittunt voluntatem salutiferam universalem post praevisum Adami peccatum semipelagianis accenset. Alia hujus auctoris opera cf. apud Foppens II, 717; Feller VII, 278; Biogr. nat. XIX, 383. — De Carolo Delfau († 1676) infra loquemur. — Guido de Sonvigny Or. Blessensis († 17. Mart. 1672) Cyri Theodori Prodromi *Epigrammata* in universam utriusque T. Scripturam primum latinitate donavit, Juliomagi 1632 in 4; *Tr. del Computo ecclesiastico*, Romae 1641. Cf. Batterel Mémoires II, 527—35.

[1]) Cf. Dictionnaire des livres Jansénistes etc. IV, 214. A nonnemine haec collectio tribuitur Jo. Roberto Quatremaire O. S. Ben. († 7. Jul. 1671), qui contra Jo. Fronteau et Naudaeum vindicat l. de imitatione Chr. ab. Gersen, et aliquot abbatiarum jura adversus Launoy.

[2]) Saltem huic tribui solet: ipsius certe est praefatio, sed collectio ipsa forte typographis est tribuenda. Cf. Biogr. un. XI, 226.

[3]) Fuit Simeon a s. Cruce O. S. Aug., Italus, lector theologiae († 1699) edidit etiam *dubia selecta disp. theologicarum* ex

apparatum criticum Nicolaus le Nourry, Parisiis 1703 et 1715 v. 2 in f.; appendicis instar addita censeri potest *SS. bibliotheca patrum primitivae Ecclesiae* sive opera auctorum veterum in Scripturam s. clariori methodo ordinata, Lugduni 1680. Licet haec bibliotheca plura complectatur spuria et inutilia, utiliora sint omissa etc., tamen ante patrologiae cursum completum edit. Migne, magno nonnisi comparari poterat pretio; post illam vero non tanti amplius est facienda.

71. Carolus Moreau O.S.A. († 1671) concinnavit *Tertulliani omniloquium* alphabeticum rationale tripartitum seu Tertulliani opera omnia in novum ordinem hactenus intentatum et facilem omnibus utriusque fori oratoribus, verum humanarum divinarumque professoribus ac scriptoribus utilem disposuit, eaque exposuit atque illustravit, t. 3 in f. Parisiis 1658. Ea vero illustravit praecipue ex s. Augustino „Tertulliani in omnibus sanis illustratore, in perversis correctore.“ Contra augustinianae doctrinae censores appendicis loco apposuit t. 1. *vindicias pacificas*, quibus diffusissime objectos Augustino errores procul esse a tanti patris doctrina demonstrat. Norisius eas laudat atque iis in suis vindiciis augustinianis libenter utitur. Ceterum haec Tertulliani ed. plus promittit, quam revera exhibet, neque magni videtur pretii. — Philippus le Prieur (Priorius) natus s. Vedasti in Flandria († 1680) pariter in *Tertulliani opera* [1]) jam a Pamelio et Rigaltio illustrata insudavit, Parisiis 1664 et 1675 in f., quibus novas annotationes subjunxit. *Opera s. Cypriani* edidit cum scriptis Min. Felicis, Arnobii, Commodiani necnon Julii Firmicii, ib. 1666 in f., ed. antiquata. Novae *librorum Optati* ed., quae Parisiis impensis Joan. Dupuis bibliopolae facta est (1676), praefuit; sed non solum nihil quidquam praestitit, ut emendatior prodiret, verum et negligentia sua nova irrepere sivit in textum menda [1]). Scripsit quoque *de literis canonicis* (eruditam) diss. cum app. *de tractoriis et synodicis* [2]), Parisiis 1675 in 8; *Animadversiones in librum Praeadamitarum* sive antiexercitationem super Rom. 5, 12 s., in qua confutatur nuperus scriptor (Is. de la Peyrère, cf. supra p. 64), et primum omnium hominum fuisse Adamum, defenditur, sub nomine Eusebii Romani, Parisiis 1656 in 12. — Joseph Maria Suarès *s. Nili ab. tractatus seu opuscula* ex codd. mss. eruit, graece primus edidit, latine vertit et notis illustravit. Erat is Avenione natus, ibidem dein ad praeposituram ecclesiae cathedralis promotus. Romam se conferens inter familiares card. Barberini et Urbani VIII. cubicularios receptus est. In episcopum vasionensem electus (1633) sedem hanc rexit ad a. 1666, qua abdicata Romam iterum convolavit, ubi bibliothecae vaticanae praefuit († 8. Dec. 1677). Reliquit plura alia opera [3]), e quibus ad nos spectant: *On. Panvini de baptismate paschali et origine ac ritu consecrandi agnos Dei* cum corollario editoris, Romae 1630 in 8; ex ll. *Tertul-*

---

1. 2 et 2. 2 d. Thomae, Romae 1709 in 8; *Memoriale theologicum*, seu compendium theologiae ex angelica s. Thomae doctrina depromptum, ib. 1642 t. 2 in 12; 1694.

[1]) Cf. de hac editione Schoenemann in biblioth. historico-liter. patrum latin. t. 1., qui inter alia advertit: „Priorii notae parvi quidem pretii sunt, laudanda tamen, quam adornandae editioni praestitit, diligentia.“ Propter hanc tantum a Lumpero, Walchio etc. optima censeri potuit. Non tanti aestimatur a Nourrio (diss. in Tertulliani Apologeticum c. 3 a. 3), qui de notis dicit, eas „tam levis esse momenti, ut qui eas approbaverit, vix ullus reperiatur.“

[1]) Cf. Dupin in praef. suae edit. Optati milevit.

[2]) Cf. Diarium romanum virorum literat. a. 1675 p. 42 ss.; Biogr. univ. XXXVI, 80.

[3]) Cf. Niceron XXII, 297 ss.; Allatius in apibus urbanis; Biogr. univ. XLIV, 135.

liani de exsecrandis gentilium diis fragmentum erutum e bibl. vaticana, ib. 1630 in 4; Parisiis 1630 in 8. (p. 6); *notitia librorum basilicorum,* in II. Basilicon ed. Fabroti a. 1647 et in bibl. graeca Fabricii; *diatribae duae,* quarum prima universalis historiae syntaxin ex auctoribus nondum editis, altera diversorum locorum et fluminum synonyma exhibet, Parisiis 1650 in 8., etiam inter Scriptores historiae byzantinae; *vindiciae Silvestri II. P. M.,* Lugduni 1658 in 4.; opus haud spernendum; *diss. 4,* 1. de chronologia operum s. Augustini; 2. testimonia de illius *op. perfecto adversus Julianum* pelagianistam e conciliis deprompta; 3. de crocea veste S. R. E. cardinalium in conclavi; 4. de M. Laborante S. R. E. card. florentino, Romae 1670 in 4; *diss. de Origenis Hexaplis et Octaplis* P. Dion. de Rivis Cap. (cf. supra p. 55) cum corollario editoris, ib. 1671 in 8; *epistolae tres* ad picturae pictorumque historiam pertinentes, Florentiae 1677 in f.; harum 1. est Ant. M. Salvini, altera ed. nova opusculi *Notitia musivo expressae opere naviculae* in basilica s. Petri Romae editi a Suaresio 1675 in 4. — Joannes Balesdens[1]) Parisiensis, conditione advocatus († 1675), praeter *Joan. Gagnaei in quatuor sacrosancta J. Christi Evangelia necnon actus apostolicos facillima clarissimaque scholia,* Parisiis 1631 in 3., et plura *Hier. Savonarolae opera,* edidit quoque *s. Gregorii ep. tur. opera pia,* ib. 1640 t. 2 in 12.

72. Magnam nominis celebritatem haud immerito consecutus est Franciscus Combefisius O. Praed. Patria fuit Marmandensis ad Garumnam in Aquitania natus a. 1605 mense Novembri. Juvenis annorum 19 humanioribus literis graecis et latinis egregie instructus O. Praed. ingressus est (1624). Absolutis studiis ad tradendas sodalibus disciplinas philosophicas primum Burdigalae et theologicas Maximinifani a. 1637 admotus est ad a. 1640, quo easdem Parisiis ad s. Honorati docuit. At vero graecis admodum deditus literis, ss. patrum graecorum operibus qua vertendis qua emendandis, tum historiae orientali illustrandae desudandum sibi deinceps proposuit: hinc bibliothecarum arcana perlustravit, e quibus quamplurima veteris Graeciae monumenta eruit, latine vertit et utraque lingua edidit tanto eruditorum plausu, ut clerus gallicanus a. 1656 honorarium 500 librarum ei concesserit, auctum postea ad 800 et 1000 annuatim solvendarum, quo sumptus in colligendis e variis Europae partibus veterum codd. mss. graecorum exemplis iisque exscribendis edendisque necessarios ferre posset. Devinctissima etiam illi fuit cum viris suae aetatis eruditis literarum et amicitiae necessitudo, cum Luca Holstenio, Leone Allatio, Em. Scheelstrate, Blacho cretensi, Bollando, Henschenio, Papebrochio, Puteanis fratribus, Emerico Bigotio, Ducangio, Cotelerio, Auberto, Gossanvillaeo, Frontone Ducaeo, Labbeo, Cossartio, Garnerio et aliis[1]). Mirabantur omnes hominem in tantillo et exsucco corpore cibi parcissimum, vino vix ac ne vix quidem utentem, abstinentiam et jejunia regulae ad amussim vel adversa valetudine servantem, vigilias tamen in summam noctem producere, secunda de media nocte assiduissime surgere, tum soluto in ecclesia horarum penso ac oratione mentali refectum, in cellam abdere sese, reliquum diem studio addictum lectioni ac scriptioni dare († 23. Mart. 1679).

73. Haec potiora auctoris nostri sunt opera: *SS. patrum Amphilochii Iconiensis, Methodii Patarensis et Andreae*

[1]) Plura cf. apud Niceron XXI, 357 ss.

[1]) Cf. Echard II, 678 ss.; Niceron XI, 185 ss. eosque auctores, quos citat Saxius ad a. 1644; Dupin XVIII, 99; Biogr. univ. IX, 338.

Cretensis opera omnia, quae reperiri potuerunt, nunc primum magnam partem e tenebris eruta, latine reddita ac recognita notisque illustrata, graece et latine, Parisiis 1644 v. 2 in f.; *graeco-latinae patrum bibliothecae novum auctarium* tomus duplex, alter exegeticus, alter historicus et dogmaticus, ib. 1648 in f. Prior complectitur s. Asterii Amaseni ep., Procli, Anastasii Alex., Basilii Sel. praesertim, aliorumque homilias et orationes; alter historiam haeresis Monothelitarum sanctaeque in eam sextae synodi actorum vindicias (l. quondam erat prohibitus), diversorum item antiqui ac medii aevi tum historias sacras tum dogmatica graeca opuscula (29). *Bibliotheca patrum concionatoria* [1]) h. e. anni totius evangelia festa dominica, ss. Deiparae illustriorumque sanctorum solemnia patrum symbolis, tractatibus, panegyricis iisque, qua novum ex vetustis mss. codd. productis, qua recensitis, emendatis, auctis, ad fontes compositis e graeco castigatius elegantiusque redditis illustrata ac exornata, Parisiis 1662 v. 8 t. 3 in f. (fr. 225); Venetiis 1740 v. 7 in f. et ed. Didot Parisiis 1859. Praefixit opusculum, quod et seorsim edidit Parisiis 1662 in 8. hoc titulo: *Recensiti auctores bibliothecae patrum concionatoriae* in iis obiter fere insinuata strictimque delibata Cyriacorum immunitas a censura auctoris Petri de Valleclausa: quo in l. de singulis auctoribus, quorum aliquid exhibet, jacta in se a Theophilo Raynaudo jacula (in op. scil. de immunitate Cyriacorum sub nomine Petri de Valleclausa edito) modeste et religiose repellit. *Bibliothecae graecorum patrum auctarium novissimum,* in quo varia scriptorum ecclesiasticorum antiquioris, medii et vergentis aevi opuscula exhibet, ib. 1672 t. 2 in f. Continentur autem opuscula et symbolae Flavii Josephi, Hippolyti ep. et M., Methodii, Clementis Al., Severiani Gab., Irenaei Lugd., Arsenii ab., Nili. Hyperechii, Nicetae Paphlagonis, Photii, Alexandri Licopolitae, Didymi Alex., Manuelis Calecae, Cyparissioti, Palamae aliorumque. S. Maximi confessoris graecorum theologi *opera* probatissimis quaeque mss. codd. eruta novaque versione subacta notisque illustrata, Parisiis 1675 t. 2 in f. Cogitavit addere t. 3. complectentem aliorum veterum opuscula, morte tamen prohibitus fuit. S. P. N. Theophanis *chronographia et* Leonis grammatici *vitae recentiorum imper.* a Jac. Goar latine versa, quam ed. Goario morte sublato Combefisius curavit, eamque notis adjectis auxit, Parisiis 1655 in f. *Historiae byzantinae scriptores post Theophanem*[1]) partim nunc

[1]) Simile opus jam alias tentarunt Laur. Cumdius et post hujus obitum Ger. Mosanus (cf. III[3], 298 a.), necnon P. Blanchot (cf. ib. p. 910). — Claudio Cantelovio (Chantelou) O. S. Ben. congr. s. Mauri, amico Dacherii et Mabillonii († 1664), debemus *bibliothecam patrum asceticam* seu selecta veterum PP. de christiana ac religiosa perfectione opuscula, Parisiis 1661—1664 v. 5 in 4., quam cum aliis ejusdem scriptis recenset Fabricius bibl. graecae XIII, 756. Cf. Ziegelbauer hist. rei lit. O. S. Ben. IV, 92; Piolin Biographie de Don Cl. Chantelou, Tours 1879. Eam commendat Mabillon tract. de stud. monach. p. 2 c. 3 § 2. Edidit idem auctor etiam *s. Bernardi Paraeneticon* p. 1. sermones de tempore et de sanctis complectentem necnon vitam s. Malachiae, ib. 1662 in 4. et *s. Basilii Caesareae Cappadociae archiep. regularum fusius disputatarum l.,* 1664 in 8. Feller II, 455 eum vocat Chanteloup, latine Cantalupum: eique nonnisi partem quandam tribuit in hac adornanda bibliotheca, quam Dacherio adscribit. Hunc certe adjuvit Cantelovius in edendo Spicilegio.

[1]) Juverit ex A. E. L. 1685 p. 437 brevem conspectum pretiosae hujus collectionis scriptorum byzantinorum exhibere. Coepit ea prodire 1645 regiis auspiciis, nitidissimo habitu majorique quam unquam antea apparatu. *Joan. Cantacuzeni ll.,* qui graece hactenus nondum editi fuerant, cum latina interpretatione Jac. Pontani ejusdemque et Jac. Gretseri notationibus primi lucem aspexerunt. Hos anno 1647 *Georgii Cedreni historiarum compen-*

primum editi, partim recensiti et nova versione adornati, Parisiis 1685 in f.

---

dium, cui supplementi loco excerpta ex Joan. Scylizae Curopalatae breviario historico accesserunt, cum Guil. Xylandri et Jac. Goarii annotationibus et Car. Hannib. Fabroti glossario; eodemque a. Nicetae Acominati Choniatae *historia,* quam jam olim Hier. Wolfius variis lectionibus et annotationibus additis latine interpretatus fuerat, ejusdem Fabroti glossario graeco barbaro auctior et ope cod. ms. regii emendatior prodiit. Volumini proxime secuto, quod a. 1648 prodiit, Phil. Labbeus *Protrepticon* praefixit. In ipso autem vol. primum *excerpta legationum* a Dav. Hoeschelio graece quondam edita et postea a Car. Cantoclaro latine reddita cum ejusdem et Henr. Valesii notis; deinde *eclogae historicorum de rebus byzantinis* cum notis, quas jam olim Joan. Meursius ad Hesychii de rebus patriis libellum et in novo hoc syntagmate Labbeus ad reliquorum auctorum eclogas adornaverat; tum Theophylacti Simocattae *historiarum ll. 8,* cum latina interpretatione et notis Jac. Pontani et Fabroti glossario; denique *Nicephori P. C. breviarium* cum notis latini interpretis Dion. Petavii simul exhibentur. Eodem a. 1648 Jac. Goar Georgii Codini Curopalatae de *ecclesiae et aulae const. officiis tr.* etc. (cf. III, 1212) edidit. Quem a. sequenti (1649) Anastasii bibliothecarii *historia ecclesiastica* ejusdemque *l. de rom. pontificum vitis* excepit, quibus illustrandis Fabrotus annotationes, varias lectiones et glossarium adjunxit, quale etiam ad Laonicum Chalcondylam addidit a. 1650 cum latina versione Conr. Clauseri et *annalibus Sultanorum* a Joan. Leunclavio latine redditis, illustratis et usque ad a. 1588 continuatis, e typographia regia emissum. Georgii Acropolitae *historia,* cui Joelis *chronographia compendiaria* et Joan. Canani narratio *de bello constantinop.* subjecta fuit, cum observationibus Theodori Ducae et notis Leon. Allatii ejusdemque *de Georgiorum scriptis* (n. 45) diatriba a. 1651 prodiit; quo etiam Ducae *historia* cum notis Ismaelis Bullialdi († 1694) et *chronicon orientale* ab Abrah. Ecchellensi latine redditum et Annae Commenae *Alexias* 15 ll. comprehensa cum Dav. Hoeschelii notis et latini interpretis Petri Possini glossario lucem aspexerunt. Secutus a. 1652 *Georgius Syncellus,* de cujus ed. a J. Goar curata cf. III[s], 1212. Dein a. 1655 Theophanis et Leonis Grammatici *chronographia,* de qua cf. ib. et hic in textu. Eodem a. 1655 Constantini Manassis *breviarium* cum Joan. Leunclavii et Joan. Meursii notis et Fabroti glossario, ejusdemque et Leon. Allatii variis lectionibus, nec non Georgii Codini *origines* CP. cum nonnullis aliis antiquitatis byzantinae monumentis, quibus et suas et aliorum annotationes Petrus Lambecius adjecit, insigne corpori historiae byz. augmentum praebuerunt. Anno 1660 et Agathiae scholastici *de imperio et rebus gestis Justiniani ll. 5* cum notis Bonaventurae Vulcanii et Mich. Glycae siculi *annales* nunquam antea graece editi cum Leunclavii continuatione et Phil. Labbei notis atque emendationibus prodierunt; anno 1661 Nicephori Bryennii *commentarii,* quibus illustrandis Possinus suam operam impendit; anno autem 1662 et 1663 duo *Procopii caesariensis tomi,* quorum unus 8 ll. historiarum interprete Claudio Maltreto (S. J. anicensi † 1674), alter ll. 6 de aedificiis Justiniani et historiam arcanam cum versione et notis Nic. Alemanni continet (ed. recognovit, varias lectiones adjecit, lacunas fere omnes supplevit idem Maltretus). Anno 1670 accessit Jo. Cinnamus *de gestis Joannis et Manuelis Comnenorum* et Pauli Silentiarii *descriptio aedis Sophianae* cum Car. du Fresne Domini du Cange ad Nicephorum Bryennium, Annam Comnenam et Cinnamum notis ejusdemque uberiori ad Paulum Silentiarium commentario. Interim Romae sub Franc. cardinalis Barberini auspiciis neque minori apparatu prodierat 1666 et 1667 Georgii Pachymeris *de rebus sub Michaelis et Andronici Palaeologorum imperio gestis historia* t. 2, Petri Possini glossario notisque historicis et philologicis illustrata. Hos tomos excepit a. 1685 is, quem in textu describimus, aliique usque ad. a. 1711 t. 23, juxta aliorum recensionem 42. Fuse de illo disserit Fabricius in bibl. gr. VII, 520 ss. Prodiit hoc scriptorum corpus iterum Venetiis 1729—33 t. 23 in 27 vel 35 v. in f. ed. sat mendosa; praestantiori ed. cur. Niebuhr, Bekker, Dindorf etc. Bonnae 1828—78 t. 49 in 8., quae complectitur scriptores 72; magna ex parte recusum in Migne P. G.

monet in praefationibus, ad quas etiam in marginibus remittit paratasque habebat in schedis: sed eo sub editionis finem e vivis erepto, eorum negligentia, quibus chartae ipsius commissae fuerunt, notae hae perierunt. Volumen alterum byz. historiae edendum paraverat, quo *Leo diaconus et Michael Psellus* ad mss. codd. recogniti ac nova versione eaque puriori donati prodituri erant, sed et hoc consilium mors abrupit, quod dein Michaeli Lequien commissum est exsequendum jamque typis regiis erat inceptum, sed bello tum atrociori ubique flagrante interruptum ac prolatatum est.

74. Edidit praeterea Combefisius *opuscula* quaedam sive aliorum sive propria minoris voluminis, ut Joan. Chrysostomi, Severiani Gabalorum ep.; *acta martyrum et horum encomia, originum rerumque constantinop.*, e variis auctoribus *manipulum*, Parisiis 1664 in 4; *Ecclesiasten graecum* i. e. illustrium graecorum PP. ac oratorum (utriusque Basilii Caesariensis et Seleuciensis) digestos sermones ac tractatus, latine tantum 1674 in 8: Theodoti Ancyrani *adversus Nestorium* l. i. e. eius ex Scriptura et fide conc. nicaeni confutationem et s. Germani patr. const. *in s. Mariae dormitionem et translationem* orationem historicam, quas latine reddidit et notis illustravit, Parisiis 1675 in 8., e schedis L. Holstenii; *excerpta Theodoti priora* atque ex orientali ita dicta doctrina temporibus Valentini epitomen, in bibl. graecae Jo. Alb. Fabricii l. 5 c. 1 a p. 134—184. Tandem opp. s. Basilii curavit ed., cui titulum fecit: *Basilius M. ex integro restitutus:* textus ex fide optimorum codd. ubique castigatus, auctus, illustratus, haud incerta quandoque conjectura emendatus: versiones recognitae, ad saniores reductae calculos ac textui qua licuit opera compositae: plures vix aliquid bonae integris haud raro periodis desectis articulis retractatae suffectisque paulo melioribus expunctae, Parisiis 1679 t. 2 in 8. De qua editione ita censet Garnerius [1]): »Certe mirari subit viri doctissimi improbum laborem, qui in his 2 tomis non modo multas varias lectiones a se e variis codd. collectas edidit, sed ipsas etiam antiquas interpretationes sexcentis locis emendavit. Id opus cum legerem, notavi quod alii jam notarunt, Combefisium linguam quidem graecam diligentissime excoluisse et optime scivisse: sed videri latinam non ita multum ab eo fuisse excultam. Et quidem quae latine scripsit, ea constat et obscura esse, et ab antiqua illa romani sermonis integritate prorsus aliena. Quare ubi etiam priscas interpretationes correxit, ibi alia phrasi uti coactus sum: sed tamen virum eruditissimum tunc quoque maximo mihi adjumento fuisse ingenue fatebor, cum mihi his in locis facem praeferret ad graecarum vocum detegendam sententiam. Cum audivissem eum . . . ex mss. codd. excerptum solitum, quod liberet, relinquere quod displiceret, collatos ab ipso veteres libros rursus aut contuli ipse, aut conferendos curavi, nec sane, ut dixi, tempus perdidimus.« Paraverat quoque Combefisius editionem operum s. Gregorii nazianzeni, sed mors ejus consilium abrupit. Incurrit Combefisius non obstante ingenti ejus diligentia graves censores, qui desiderant in eo vim criticam ejusque versiones e graeco carpunt et emendant. Ita praeter Garnerium Passaglia, qui relato textu Jacobi monachi orat. in Deiparam, subjicit [2]): »Quae Combefisius ita convertit, ut nonnulla penitus omiserit, alia perverterit, omnia obscurarit.« Ant. Balleriini in monito ad fragmentum orat. Georgii Nicomediensis in concept. Dei-

[1]) Praef. ad edit. operum s. Basilii n. 8.

[2]) De immac. Deiparae conceptu sect. 2 c. 9 a. 1 n. 370 cf. sect. 6 n. 1318 a.

parae de Combefisii versione scribit [1]): »Quae nedum perspicuitate, sed interdum ita caret etiam fidelitate, ut in iis quae ad Virginis conceptionem referri queant, vim sententiae vel enervatam vel fere exstinctam reperias,» quod exemplis probat [2]), unde concludit: «Adeo ineptire vel magni viri solent, ubi potius quam veritati privatis praejudiciis studiisque deservire animum inducunt.« Et Card. Mai advertit [3]): «Combefisii interpretationem saepe libenter secuti sumus, saepe etiam ab ea discessimus, tum ob alias causas, tum quia Combefisius graecas dictiones non una vice prave omnino explicaverat, id quod philehellenes vere a me dici comperient.»

[1]) Sylloge monumentorum ad mysterium conc. immaculatae Deiparae V. illustrandum edidit, Paris. a. 1855 1, 147.

[2]) Annot. ad or. Isidori thessal. in Deip. present. § 14 p. 447.

[3]) Nova bibl. PP. I, p. 33. His censoribus adde Plazza in Causa immac. conceptionis ss. matris Dei act. 3 a 2 n. 195 ss.; Gravois, de ortu ac progressu cultus et festi immac. conc. a 1 n. 13. Opinio praejudicata adversus sententiam de immaculata Virginis conceptione, quae Combefisio cum tot aliis sodalibus communis fuit, causa forte exstitit, quod praesertim in testimoniis de hoc argumento minus clare viderit.

V. Historia ecclesiastica.

75. Sat magnum historicorum proventum periodus haec attulit. Et quidem *quaestiones* in primis *chronologicas* enodare nisus est [1]) Joannes Baptista Riccioli S. J. Ferrariensis (n. 1598) vir in astronomia excellenter exercitus et magni nominis praesertim post editum *Almagestum novum Astronomiam veterem novamque complectens* observationibus aliorum et propriis novisque theorematibus, problematibus ac tabulis promotam, Bononiae 1621 t. 3 in f., quod opus verus est thesaurus eruditionis astronomicae. Hinc laudatus est vel a protestantibus, quorum aliqui libros illi suos dedicarunt. Impugnavit tamen systema copernicanum. Per decennium docuit theologiam partim Bononiae, partim Parmae († 15. Jun. 1671). Ejus praeterea sunt: *Chronologiae reformatae et ad certas conclusiones redactae* t. 1. continens doctrinam temporum; t. 2. aetates mundi et tria chronica continens; t. 3. continens catalogos plurimos personarum rerumque insigniorum cum eorum temporibus, Bononiae 1669 t. 3 in 1 v. in f. Nonnulla tamen per errorem in hanc chronologiam illapsa sunt, quae pluribus displicuerunt; hinc graviter in ipsum animadversum fuit, qua rei acerbitate nil commotus vir humilis inflictam poenitentiam religiose subiit, imo gratias Deo egit, quod morti proximum eo velut ictu infirmitatis suae quasi tacto femore commonuisset, erratagque opportune emendavit [1]). *De distinctione entium in Deo et in creaturis* tr., ib. 1669 in f.; *Evangelium unicum* D. N. J. Chr. ex verbis ipsis quatuor evangelistarum conflatum et in meditationes distributum, ib. 1667 in 12; *Immunitas ab errore tam speculativo quam practico* definitionum s. sedis ap. in canonizatione sanctorum, in festorum ecclesiasticorum institutione et in decisione

[1]) Huc spectat et Aegidius Bucherius, de quo infra p.... Emmanuel Thesaurus, comes et eques magnae crucis ss. Mauritii et Lazari Taurinensis († 1677), praeter alia auctor est op. *Patriarchae* sive *Christi Servatoris genealogia per mundi aetates traducta*, Mediolani 1644 in f.

[1]) Cf. Sommervogel VI, 1796—1805; Sotvellus; Fabronius in vitis ital. II, 359 ss.

dogmatum, quae implicite tantum in verbo Dei scripto vel tradito continentur propugnata, ib. 1668 in 4., prob. d. c. 1669; *Vindiciae Kalendarii gregoriani* adversus Fr. Leveram [1]) sub nomine Mich. Manfredi, ib. 1666 in f. — Eruditus pariter chronologus et mathematicus fuit Jacobus Grandamicus (Grandami) S. J. Nannetensis (n. 1588), vir religiosissimus, in quo redivivas prisci aevi virtutes licuit admirari. Nemo illo aut modestius imperavit, cum esset superior, aut alacrius subditus obtemperavit. Matutinas pensi quotidiani preces flexis genibus persolventem senem a. 84 vitae suae pacatissima mors invenit 12. Febr. 1672. Edidit inter alia [2]): *Chronologia christiana,* de Christo nato et rebus gestis ante et post ejus nativitatem, Parisiis 1668 in 4., cujus op. velut specimem et ed. prima fuit: *De die supremo et natali Christi* q. evangelica, in qua asseritur perfecta consensio annorum Christi et aerae communis in Ecclesia a mille et amplius annis usu receptae, Flexiae Andegavorum 1661 in 4; 1668 v. 3. Magnae eruditionis sed minus felicis studii fructus est hoc opus et chronologia quaedam sacra et profana [1]). In priori parte varias auctorum sententias de a. nativitatis Christi expendit suamque nititur confirmare. In altera p. disserit de variis aeris atque omnem fere historiam romanam, graecam et judaicam nativitate Christi anteriorem attingit. In tertia chronologiam exactam eorum omnium exhibet, quae contigere post Christum natum ad sec. usque 16., adjectis singularibus quibusdam diss. ut de martyrio s. Polycarpi, de morte s. Martini, s. Benedicti etc. — Eandem q. de a. nativitatis Christi agitavit Michael de Seneschal S. J. Belga, patria Bappalmensis (Bapaume) n. 1606, qui philosophiam Duaci octennio, s. Scripturam et theologiam scholasticam annis duodecim explicuit († 27. Febr. 1673), in l. *Trias evangelica* sive q. triplex de anno, mense et die Christi nati, baptizati et mortui, qua natalis a. 41. Juliano, 5. ante aeram vulgarem desinenti, baptismus a. aerae vulgaris 27. exeunti aut 28. ineunti, mors Martio a. 31. vindicatur, Leodii 1669 (1670) in 4. Descripsit quoque et illustravit nobilem *agonem s. Florentii Togati romani,* invicti martyris perusini, pestilentiae depulsoris et adversus illam tutelaris, Duaci 1652 in 8; *resolutio theologica de non fundandis vectigalibus,* quae ab ecclesiasticis exigebantur, ib. 1664.

76. Aliam ab his duobus sententiam propugnat Emmanuel Maignan (Magnan) O. Minimorum in *problemate de anno nativitatis Christi,* in quo demonstratur, Christum natum esse a. octavo ante aeram vulgarem contra veteres omnes et recentiores chronologos, Romae 1672 in 8. Natus est Maignan Tolosae 17. Jul. 1601, magnoque studio ferebatur in disciplinas mathematicas, quas sine magistro adeo excellenter est adeptus, ut easdem Romae publice profiteretur. Tolosae iterum commorantem invisit Ludovicus XIV., dum per hanc urbem transiret, ejusque ingenium admiratus Parisios ipsum invitavit, sed obstitit viri religiosi modestia († 29 Oct. 1676). Civitas tolosana statuam ei erexit inter cives illustres [1]).

[1]) Edidit hic praeter alia etiam: *De invicta veritate anni, mensis et diei passionis et resurrectionis J. Christi ejusque nativitatis,* Romae 1668 in 4. — Petrus Maria Cavina Faventinus edidit etiam *Cycli paschalis gregoriani assertionem* adversus anonymum quendam, Faventiae 1666, *et de legitimo tempore paschatis hebraeorum et christianorum* diss. historico-astronomico-legalem, Venetiis 1667.

[2]) Tuebatur hic auctor antiquam theoriam de immobilitate terrae in op. *Nova demonstratio immobilitatis terrae* petita ex virtute magnetica, Flexiae 1645 in 4.

[3]) Cf. J. des Savans a. 1669 p. 512.

[1]) Plura cf. in l. *de vita, moribus et scriptis Em. Magnani* Tolosae 1697 in 4. scripto ab ejus discipulo P. Saguens, et in altero: *Projet pour l'histoire du P. Maignan,* et apologie de la doctrine de ce philoso-

In suis operibus opiniones sectatur singulares, ita ex. gr. nulla admittit accidentia a materia realiter distincta, sed species sensibiles, quas intentionales vocat, nihil aliud esse ait, quam ipsam objectorum in sensus actionem: qua sententia posita putat, facile se posse eucharistiae mysterium explicare admissa operatione divina, quae suppleat activitatem substantiae panis per transsubstantiationem mutatae [1]). Praeter opera mathematica et physica edidit admodum rarum *cursum philosophicum* Tolosae 1652 v. 4 in 8; 1663; Lugduni 1671 in f., quem, cum a pluribus fuerit impugnatus, defendit *Philosophia sacra* sive entis tum supernaturalis tum increati, Tolosae 1662—1672 v. 2 in f., rara et cara. Cursus compendium elaboravit P. Saguens sub titulo *Philosophia Maignani scholastica* cum elogio auctoris, Tolosae 1703 in 4. *Diss. theologica de usu licito pecuniae*, ib. 1673 in 12; 1676, in quo l. (prohibito 24. Oct. 1674) a veterum opinione de usura recedit, eamque tuetur, quae modo praevalet.

77. De historia Ecclesiae *universali* in primis meruit Henricus de Valois (Valesius) natus Parisiis 10. Sept. 1603. Rhetoricae studuit magno Petavio magistro, qui sicut et Sirmondus [2]) jam tunc bonam de eo spem concipiebat, nam semper in examinibus prima praemia promeruit. Philosophiam absolvit disputatione praeclara publice habita. Biturici (1622) exinde juris prudentiae operam dedit. Renunciato advocati munere solum jam delectabatur lectione scriptorum graecorum et latinorum, cui se totum immersit, sabbato conversationi cum amicis familiari reservato. Numerabat inter amicos praeter Petavium et Sirmondum praecipuos viros eruditionis fama celebres, ut Rigaltium, Bignon, D'Achery, Mabillon etc., et inter exteros card. Barberini, Holstenium, Allatium, Hug. Grotium, Usscherium, Salmasium etc. Assidua librorum lectione ad caecitatem fere redactus est, altero enim oculo orbatus, altero fere captus est. Hinc lectoris opera utebatur, lecta autem diu noctuque secum revolvebat ratus lectionem absque meditatione parum prodesse. Tam tenaci praeditus erat memoria, ut vel ll. paginas, unde aliquid hauserat, indicare posset. In aliorum laudibus sat parcus fuit, censurae ipse impatiens. De ultimis vitae annis refert ejus frater Hadrianus [1]): „Ante annos tres vel quatuor quam decederet, quoties festis diebus morbo vexatus domi se continere cogebatur, Bernardi Claraevallensis ab. sermones ab anagnoste suo sibi legi jubebat attenteque eos audiebat et avidis auribus hauriebat. Quippe existimabat et etiam amicis dicere consueverat, dies dominicos ac festos Dei laudibus, non studiis literarum impendi oportere: sermones autem Bernardi quibuslibet veterum patrum cum graecorum tum latinorum

phe en forme de lettre à tous les savans, particulierement à ceux de l'ordre des minimes, par le P. H. P. du même ordre, 1703 in 12; Niceron t. XXXI; Biogr. univ. XXVI, 232.

[1]) Non dissimilem sententiam tuetur Andreas Pissini O. Olivet. in op. *Doctrina naturalium*, qua funditus eversis materiae primae formaeque substantialis et accidentalis fundamentis cunctisque ferme sectariorum sententiis cujuslibet auctoritate posthabita rationibus firmis inopinata substituuntur aut penitus obsoleta revocantur, Augustae, propter quod Romam citatus a s. inquisitione, quasdam sententias retractare debuit: liber ipse prohibitus fuit 13. Sept. 1675. Cf. Werner der h. Thomas III, 556.

[2]) Hos duos celebravit oratione in eorum obitum. Utraque habetur in coll.: *H. Valesii* militis, Domini d'Orcé, consiliarii et historiographi regii *emendationum ll. 5 et de critica ll. 2* nunquam antehac typis vulgati: ejusdem et Nic. Rigaltii et Ism. Bullialdi diss. de populi rom. fundis etc. edente Petro Burmanno. Amstelodami 1740 in 4.

[1]) In ejus *vita*, Parisiis 1677. Cf. Niceron V, 225 ss.: Kerker, Kirchenlex. 532 ed. 1.; Dupin XVIII, 103; Biogr. univ. XLVII, 398.

homiliis ac sermonibus multo esse ad excitandam in animis nostris accendendamque pietatem aptiores.“ Vir erat pietati deditus, quam etiam frequenti sacramentorum usu testabatur. Decessit a. aetatis 73. die 7. Maji 1676. Ejus eruditionem, diligentiam, in vertendo felicitatem passim depraedicant scriptores aequales et posteri. Haec praecipua sunt opera, quae vel primum vel diligentiori apparatu edidit: *Excerpta Polybii, Diodori Siculi, Nicolai Damasceni, Dionysii Halic., Appiani Alex., Dionis et Joannis Antiocheni* ex collectaneis Constantini Augusti Porphyrogenetae nunc primum graece edita, latine versa cum notis, Parisiis 1634 in 4; *Ammiani Marcellini* rerum gestarum, qui de 31 supersunt ll. 18, ope mss. codd. emendati et notis illustrati, ib. 1636 in 8; auctioribus annotationibus illustrati, ib. 1681 in f., quae ed., quam ejus frater Hadrianus [1]) curavit, longe praestantior est. Eusebii Pamphili *historia ecclesiastica*, ejusdem *ll. de vita Constantini* et panegyricus atque oratio Constantini ad sanctos, graece et latine Parisiis 1659 in f.; 1678; Moguntiae (Francofurti) 1672, ed. minoris pretii et mendosa [2]) praesertim in textu graeco; Amstelodami 1695 in f., eadem ed. cum priori mutata tantum inscriptione. Adjecit commentarium doctum de *vita, scriptis, fide et orthodoxia Eusebii*, diss. de donatistis; de translatione LXX interpretum, de Rosweidi martyrologio romano, de Anastasio et Martyrio hierosol.; Socratis et Sozomeni *historia ecclesiastica* graece et latine cum annotationibus et observationum ll. 3 de s. Athanasio, Paulo ep. CP., de 6. can. conc. nicaeni, Parisiis 1668 in f.; Moguntiae 1677; Theodoreti et Evagrii *historia ecclesiastica*; item *excerpta et historia ecclesiastica* Philostorgii et Theodori lectoris cum versione latina et annotationibus, Parisiis 1673 in f.; omnes simul ib. 1677; Moguntiae (proprie Francofurti) 1671—79 nonnihil mendose; Amstelodami 1695. Hanc historicorum graecorum ed. e mandato cleri gallicani in se suscepit eaque maximam sibi laudem peperit, et propter Eusebii ed. regii historiographi titulo honoratus atque pingui stipendio annuo auctus fuit. Laudatur quidem Valesii labor versionumque elegantia, sed ea minus est literalis minusque accurate ad textum exacta: amore enim elegantiae nimia quandoque vertendi utitur libertate, cumque non esset theologus, in argumentis theologicis non semper accurate assequitur patrum sensum [1]). Annotationes vero sunt doctissimae verumque complectuntur eruditionis ecclesiasticae thesaurum. Prodierunt iterum secundis curis emendati et illustrati ed. G. Reading Cantabri-

[1]) Hadrianus Valesius, Henrici frater, historicus quoque egregius (n. 14. Jan. 1607; † 2. Jul. 1692 a. aetatis 85) meruit magis de historia Galliae, edidit enim *gesta francorum* (254—752), Parisiis 1646—1658 t. 3 in f., quae magni fiunt propter judicium criticum, diligentiam, elegantiam. *De basilicis*, quas primi Francorum reges condiderunt, an ab origine monachos habuerint, ib. 1658 in 8. et in t. 3. operis supra laudati, cum *defensione adversus Launoii judicium*, ib. 1660 in 8. Magnae eruditionis est ejus *notitia Galliarum* ordine alphabetico digesta, ib. 1676, opus rarum, et *defensio* hujus operis ib. 1684. Cf. plura apud Niceron III, 209; Dupin XVIII, 103; Biogr. univ. XLVII, 401; Kerker KL² 12, 560—63; in primis vero J. des Sav. 20, 703 ss. Ejus filius Carolus (n. 1671; † 1747) insignis pariter erat archaeologus, qui plures reliquit diss. archaeologicas. Cf. Saxius V, 439.

[2]) Ita Schurzfleisch ep. select. p. 51: „Emissa iterum Eusebii historia ecclesiastica est, sed ita saepe vitiose, ut subeat mirari. Graeca optarem in primis majori cura expressissent, qui emendando operi vacaverunt. Sed hoc patet: pleraeque editiones moguntinae aut mutilae sunt aut minus nitidae.“ Idem sentit Cave.

[1]) Editiones has accurate describit Joan. Fabricius in hist. bibl. fabric. II, 396 ss. De editione *historiae eccl. Theodoreti* cf. Joan. Noesselt in praef. t. 3. op. Theodoreti.

giae 1720 in f.; recusi sed minus correcti, Augustae Taur. 1748 v. 3 in f. Cogitavit Valesius quoque de edendis historicis latinis, sed morte praepeditus fuit.

78. Baronii annales continuavit Odoricus Raynaldus congr. Orat. Trevisanus, bis suae congregationis praepositus generalis, vir inter primos eruditos Italiae hoc seculo numerandus, etiam virtutibus commendatus (n. 1595; † 22. Jan. 1671). Prodiit haec continuatio Romae 1646—1686 t. 9. in v. 10, Coloniae 1694 et complectitur a. 1199—1565. Ea est accurata et fidelis vel secundum judicium protestantium, juxta Baronii methodum elaborata, plurimisque documentis pretiosis abundans: sed in chronologia non est satis exacta, et deest subinde judicium criticum, ut Pagius, qui tam diligenter Baronii emendavit annales, meruisset, si et hanc continuationem secundis curis retractasset [1]). Hujus continuationis ipse confecit *epitomen*, quae prodiit Romae 1667 in f., et italice [2]) 1670 v. 3 in 4. *Lettere inedite* (5) typis dedit A. Marchesan, Treviso 1896. — Inter *Gallos* primus fuit Antonius Godeau, qui historiam ecclesiae universalis scribere sit agressus. Natus is est Droci (Dreux) in comitatu belsiensi a 1605. Parisios delatus eruditorum oculos in se convertit, cum eloquentia et poetica arte haud parum excelleret. Operam suam contulit ad instituendam academiam gallicam postea adeo celebrem. Statum ecclesiasticum amplexus mox (1636) in episcopum grassensem a card. Richelieu designatur. Magno zelo atque prudentia nisus est disciplinam ecclesiasticam in sua dioecesi restaurare. Innocentius X. bulla edita episcopatum vinciensem grassensi unire statuit, sed ad vitandas controversias et turbas Godeau hunc abdicavit vinciensi retento. Peroravit in cleri gallicani comitiis (1645) elogium Petri Aurelii seu Vergerii ab. Sancyrani; qua in re privato affectui vel aliis complacendi studio nimium indulsisse videtur. Obiit apoplexia tactus 21. Apr. 1672 a. aetatis 67. Plurima (56) composuit scripta [1]), sed levi nonnihil calamo. Potiora sunt: *Histoire de l'église*, Parisiis 1653—1678 v. 5 in f.; 1696 v. 6 in 8., quae complectitur octo priora secula et dici potest exacta, fidelis, completa, et lectu haud injucunda [2]). Italice reddita fuit a Speroni, germanice a B. Hyper et J. L. Groote, Augustae 1768—

[1]) Cf. Feller VII, 567; Andres VII, 731; J. des Sav. 1689 p. 100—122; Biogr. univ. XXXVIII, 115, Zöckler Realenc. XVI³, 479.

[2]) Cf. J. des Sav. 1667 p. 206; Tiraboschi t. VIII, l. 2 c. 1 n. 15: „Opera scritta con purezza di stile assai superiore alla usata communemente in quel secolo, ma con una purezza talvolta più ricercata, che a storia non si conviene. Questa è però la sola opera intorno alla storia ecclesiastica generale, che in questo secolo possa mostrare con suo onore l'Italia."

[1]) Cf. Niceron XVIII, 71 ss.; Mich. a s. Joseph I, 266 s.; KL² V, 788; Biogr. univ. XVII, 534; Hist. de l'acad. franç. 1743 t. 1 pag. 12, 95, 314, 896; et biographia scripta ab Arn. Speroni O. S. Ben. suae versioni praemissa, quae etiam reperitur in versione germanica; Herviller A. G. étude sur sa vie et ses écrits, Paris 1879; Cognet A. Godeau év. de G. etc., ib. 1900.

[2]) Dupin XVII, 287. Feller IV, 194 hanc inter ipsum et Fleury instituit comparationem: „Cet ouvrage présente moins de détails que celui de Fleury, mais il se fait lire avec plus de plaisir. Godeau prend la substance des originaux, sans s'assujettir à leurs paroles, et fait un corps de divers membres épars ça et là: Fleury au contraire, se pique d'employer les propres expressions des anciens historiens, et souvent se borne à les coudre l'un à l'autre. Une autre différence entre les deux ouvrages, c'est qu'on ne remarque pas dans celui de Godeau ces idées de censure et de reforme qui dirigent si souvent les jugements de Fleury; les novateurs en font moins de cas; mais c'est un préjuge en sa faveur. Cependant, dans le compte qu'il rend de la condamnation des trois chapitres, au cinquième concile général, il ne s'est pas assez défie de leurs artifices." Cf. Andres VII, 739.

1796. *Paraphrase sur l'épître de s. Paul aux Romains,* Parisiis 1635 in 4; *aux Corinthiens, aux Galates et aux Ephésiens,* ib. 1632 in 4; *aux Thessaloniciens, à Timothée, à Tite et à Philémon,* ib. 1641 in 12; *aux Hébreux,* ib. 1637 in 12; *Paraphrase sur les epîtres canoniques,* ib. 1640 in 12. Has paraphrases, in quibus assectatur Estium, tamquam admodum utiles commendant Dupin et Richard. Simon [1]), quod paucis additis verbis sensum idearumque nexum clarum atque perspicuum reddat. *Version expliquée du nouveau Testament,* ib. 1668 t. 2 in 8; 1672 t. 2 in 12., quae versio neque proprie est literalis, cum textui plura addat claritatis gratia, quin ea semper satis distinguat, nec est proprie dicta paraphrasis, cum tantum subinde aliqua textui addat [2]). *Vie de s. Paul Apôtre,* ib. 1647 in 4; *la vie de s. Augustin,* ib. 1652 in 4; Lugduni 1685 in 8; *la vie de s. Charles Borromée,* Parisiis 1657 in 8; 1663 in 12; *éloges des Evêques,* qui dans tous les siècles de l'Eglis e ont fleuri en doctrine et en piété, ib. 1665 in 4; Metis 1802 cura M. Jauffret in 8. *Morale chrétienne* [3]) pour l'instruction des Curez et des Prêtres du diocèse de Vence, ib. 1709 in 12., quae a pluribus laudatur, sed aliorum manus transiit, etiam Arnaldi, donec luce publica donata fuit, estque omnino antiprobabilistica diabolum enim habet pro inventore probabilisimi prodiit quoque Augustae V.; ad meliorem redacta ordinem hoc titulo: *Theologia moralis* ex purissimis s. Scripturae, patrum ac conciliorum fontibus derivata, notis theologicis illustrata, 1774 v. 2 in 8.

79. Matthias Chefneux O. Erems. Aug. Leodius († 1670) concinnavit *speculum chronographicum* Ecclesiae catholicae ab origine mundi ad Christum usque, Leodii 1662 in f.; a Christo ad nos usque p. 1. ib. 1666; p. 2. ib. 1670 in f. — Ignatius Bompiano (Bomplanus) S. J. Anconitanus (1612—1675 praeter *Historiam pontificatus Gregorii XIII.,* Romae 1655 in 12 Dilingae 1685, *et Senèca christianus,* i.e. flores christiani ex A. Senecae epistolis collecti, Romae 1658; Neapoli 1693, compendiose complexus est *historiam christianarum rerum* ab ortu Christi ad nostra usque tempora, Romae 1665 in 12. — Ita etiam Felix Girardi S. J. Nolanus († 3 Jul. 1665) in *Diario delle cose più illustri* seguite nel Mondo, Napoli 1658 pp. 4., et in Mercurio del decimosetto secolo (usque ad a. 1650) ib. 1654. — Joannes de Bussiéres S. J. Gallus patria Belijocensis (n. 14. Nov. 1607; † 26. Oct. 1678) dedit *flosculos historiarum delibatos ex rebus praecipuis,* quae ab o. ad nostra tempora contigerunt, Lugduni 1649 et saepius alibi; *historiam francicam* a Pharamundo continua serie ad Ludovicum XIV. deductam, ib, 1661 t. 4 in 12; Coloniae 1688 t. 2 in 4. — Timotheus (in baptismo Mathaeus dictus) Fulcus O. Carm. Siculus, Thermitanus n. 26. Aug. 1608, philosophiae et theologiae lector suaeque provinciae praepositus († 7. Febr. 1680) composuit *Cronistoria del mondo* sino all'a. 1668 col anni dalla s. Scrittura ritratti e calcolati sino a Cristo etc. con mentione di Santi, tutte le Religioni, Pontefici, Concilii, Scisme ed Eresie, Neapoli 1669 in f.; 1677 ed. emendata pp. 2 in 1 v. — Michaelangelus Lualdi Romanus canonicus ad s. Marcum vir admodum eruditus, qui nonnisi literis vixit († 1673), praeter innumera (34) inedita [1]) haec luci publicae dedit: *L'Origine della Christiana Religione nell' Occi-*

[1]) Histoire critique des principaux commentateurs du N. T. c. 58.

[2]) Cf. R. Simon l. c. et Hist. critique des Versions du N. T. c. 32. ubi fuse de hac versione agit.

[3]) „On n'a point eu jusqu'à présent de Corps de morale si complet, si net et si précis, ni si poliment écrit que celui dont nous parlons." Dupin l. c.

[1]) Cf. Bibliogr. rom. I, 152.

dente, Istoria ecclesiastica, Romae 1640 t. 1 in 4., in quo ejusdem origines describit in Italia, Hispania, Gallia, Britannia; ib. 1641 t. 2, in quo easdem indagat in Africa et India, tam orientali quam occidentali. *L'India orientale* soggettata al Vangelo, ib. 1653; *la vera Religione* comminciata in Adamo, continuata col Sacerdotio e Sacrificio fino a' nostri tempi nella Natura, nella Legge e nel Vangelo, ib. 1658; *il mondo Christiano* visibile e invisibile, teologico e istorico, ib. 1673 etc.

79a. Vitas rom. *pontificum* a Ciaconio (III³, . . .) descriptas recognovit, uberrimis notis auxit et usque ad Clementem IX. prosequutus est Augustinus Oldoini S. J. Spediensis [1]) in Liguria (n. 1612; † 1683) in opere inscripto: *Vitae et res gestae pontificum rom.* et S. R. E. cardinalium [2]), additis pontificum recentiorum imaginibus et cardinalium insignibus plurimisque aeneis figuris etc., Romae 1677 t. 4 in f., opus quidem utile, sed non satis accuratum; *Catalogus eorum, qui de rom. pontificibus scripserunt*, Francoforti 1732 in 4. edente Meuschen; *necrologium pontificum* ac pseudopontificum rom. cum notis, ib. 1671 in 8; *Athenaeum romanum*, in quo summorum pontificum ac pseudo-pontificum necnon S. R. E. cardinalium et pseudo-cardinalium scripta publice exponuntur, Perusiae 1676 in 4. (horum scil. scriptorum catalogus); *Clementes titulo sanctitatis vel morum sanctimonia illustres* cum animadversionibus, ib. 1675 in 4. — Jacobus Giampalentes compilavit *Sacrum triregnum* seu singulorum summorum pontificum praeclariora gesta, Venetiis 1669 in 4. — Ludovicus Jac. a s. Carolo O. Carm. Cabillonensis, Burgundus, regi a consiliis et eleemosynis [1]), bibliothecarum diligens scrutator († 1670), composuit laudanda sedulitate, sed minori judicio critico et accuratione *Bibliothecam pontificiam* 2 ll. distinctam, in qua agitur de omnibus rom. pontificibus a s. Petro ad Urbanum VIII. ac de pseudopontificibus, qui scriptis claruerunt et de omnibus auctoribus, qui eorum vitas, laudes etc. conscripserunt cum catalogo haereticorum, qui adversus rom. pontifices aliquid ediderunt, Lugduni 1643 in 4; adjectum est fragmentum libelli s. Marcelli romani martyris (b. Petri ap. discipuli) de disp. b. Petri et Simonis magi hactenus ineditum ex pervetusto Breviario: opus rarum. Ejusdem auctoris sunt *de claris scriptoribus Cabilionensibus* libri III: de iis, qui vel ortu vel aliqua dignitate floruerunt; qui in dioecesi et praefectura Cabilionensi nati et mortui sunt, Parisiis 1652 in 4. — *Pontificum rom.* qui e Gallia oriundi in ea sederunt ab a. 1305—1394, *historiam* exhibuit ex mss. codd. notisque illustravit, Parisiis 1632 in 8. — Franciscus Bosquet [2]). Narbonensis (n. 1613), post splendida munera civilia lutevensis episcopus (1648—1657), dein montispessulanus († 1676). Gregem suum verbo et exemplo pavit, largus erga pauperes, sibi parcissimus fuit, omnibus benignus, ut testatur epitaphium ipsi positum. A clero gallicano Romam missus fuit in negotio quinque prop. Jansenii, qua occasione prudentia sua gratiam promeruit pontificis. Aliis

[1]) C. Biogr. univ. XXXI, 557.

[2]) *Flores historiae s. collegii S. R. E. cardinalium* ab a. 1049, quo fere coepit cardinalitia dignitas, ad nostra tempora, Parisiis 1660 v. 3 in t. 2 in f. collegit Ludovicus Doni d'Attichi O. Minim. patria Florentinus, qui praeclaris animi dotibus card. Richelieu gratiam sibi conciliavit dictusque est episcopus primum rhegiensis, dein (1652) augustodunensis († 1664). Scripsit etiam *de vita et rebus card. Berulli*, Paris 1649; *Histoire generale de l'ordre des Minimes*, ib. 1624 in f. Cf. Niceron Mém. t. XXIV.

[1]) Cf. Villiers bibl. Carm. II, 272—88; Biogr. un. XXI, 324.

[2]) Cf. Doujat l. V, c. 9 p. 451; Saxius ad a. 1632; Journal des Savans IV, 234—238; Biogr. univ. V, 220.

quoque scriptis illustre nomen sibi peperit, ut *ecclesiae gallicanae historiarum l. 1.*, qui fuit speciem op. majoris (et rari): *Historia ecclesiae gallicanae* a Christi Evangelio in Galliis usque ad datam a Constantino imp. Ecclesiae pacem, Parisiis 1633; 1636; *Innocentii III. epistolas* (scil. ll. 13—16. Regest.) commentariis historicis doctisque illustravit. Cogitaverat de edendis etiam epistolarum hujus pontificis ll. 10—12., sed curis pastoralibus praepeditus et morte praeventus, quae jam paraverat reliquit Baluzio, qui opp. omnium Innocentii III. edit. curavit, sicut et novam ed. magis emaculatam auctamque operis primi curavit 1693 t. 2 in 4. Raimundi Martini O. Praed. opus *Pugio fidei contra Judaeos et Mauros* (cf. II[3], 401) in pulvere bibliothecae fuxensis tenebris damnatum ejus ope et opera publica luce donatum est; *synopsim legum graecam* Mich. Pselli elucidavit juris annotationibus, Parisiis 1632. Ejus commentaria vel notae in decretum Gratiani nondum prodierunt. — Ludovicus Coulon Pictaviensis, quondam e Soc. Jesu († 1664), compendio scripsit *L'histoire et la vie des Papes de S. Pierre à Alexander VII.*, Parisiis 1656 in 16; jusqu'à Clement IX, Lugduni 1669. — *Bullarium romanum* novissimum ab Urbano VIII. usque ad Clementem X. una cum sodali Joanne Paulo a Roma edidit Angelus Lantusca strict. Obs. Ref. Romae 1672 t. 2 in f.; Lugduni 1673; Luxemburgi 1727.

80. Magnam laudem nominisque famam in colligendis conciliorum actis consecutus est Philippus Labbe [1]) S. J. „vir infinitae lectionis et eruditionis atque acerrimi judicii in veterum scriptis recensendis [1]), septemdecim seculorum negotiis occupatus", ut scribit Garnier. Natione fuit Gallus, in lucem editus a. 1607 Avarici Biturigum. Praecellenti doctrinae eximiam virtutem raro conjunxit foedere, sic totus in libris pervolvendis, ut vix dici possit, quam multa legerit, scripserit dederitque in lucem: et rursus sic ad religiosae disciplinae leges exactus, ut nulli deesse visus fuerit. Sanctissimam eucharistiam et b. Virginem summa colebat veneratione, et in postremo morbo, cum ex aestu febrili sui compos non esset, nonnisi de rebus divinis loquebatur. Insigni fuit suavitate morum, innocentia vitae animique demissione. Studiorum mole oppressum mors invasit 17 Martii 1667. Illustre ei velut epitaphium ponit Jo. Garnerius in praef. ad Marii Mercatoris operum ed. c. 5., quam curandam quasi hereditate quadam a Labbeo accepit, ex quo pauca hic delibemus: „Prodigio certe simile visum est museum scrutantibus post mortem, plura eum scripsisse manu sua, quam alii legere soleant: totque annotationes fecisse in omnes fere auctores, ut non immerito vocari posset *bibliotheca bibliothecarum*. Neque vero propterea fuit de numero eorum, quibus chartae sunt pro cerebro, et tota in scripto doctrina; memoria valuit capacissima ad amplitudinem, tenacissima ad perennitatem, expeditissima ad utilitatem et felicissima ad miracu-

[1]) Alius est a Petro Labbé S. J. clarimotano (1596—1678), cui noster adscribit *Elogium d. Augustini*, umbra ejusdem, tumulus novae doctrinae et epitaphium necnon antitheses Corn. Jansenii et d. Augustini, Parisiis 1652 in 4; Gratianopoli 1662. Est hoc elogium breve carmen theologicum, sed pulchrum plane et admodum rarum, recusum Herbipoli 1654, multum commendatum a Mich. a s. Joseph III, 457. Plurima alia elogia et carmina ejusdem recenset sub n. 49 Sommervogel IV, 1328—1335.

[2]) Bona in notitia auctorum, cui concinit Caveus in prolegom. hist. liter. scriptorum ecclesiasticorum s. 6., carpit tamen, quod fuerit „in lutheranos et reformatos ingenio duro nimis et acerbo." Secundum Norisium animadv. ad ep. 176 s. Augustini „ejus morti sacra eruditio indoluit." Similia aliorum judicia praetermittimus.

lum. . . . Quis interrogavit unquam de rebus historicis, cui non continuo repraesentaverit expedite tempus, personas et singula adjuncta? Quis de humanioribus literis, cui non recensuerit quasi ex libro auctorum nomina, pugnantes opiniones et quibus argumentis singulae vel se tueantur vel alias refutent? Qui de theologia consuluit sive scholastica sive polemica sive morali, cui non responderit fere ad invidiam doctorum?«

81. Inter innumera opera, quae edidit [1]), mentio primum facienda est collectionis conciliorum, quae prodiit inscripta: *Sacrosancta concilia* (ab. a. 34 1417) ad regiam ed. exacta, quae nunc quarta parte prodit auctior studio Phil. Labbei et Gabr. Cossartii, Lutetiae Parisiorum 1672 v. 18 in f. Post impressum t. 8. decessit Labbeus, reliquos bsolvit atque edidit Cossartius, de quo mox [2]). Tomus 18. complectens sub titulo *apparatus alter* tr. Jacobatii card. (cf. II[3], 1225) *de conciliis* rarisimus et carissimus est [3]). Baluzius supplementum adjecit, sed ex quatuor, quos meditatus est, tomis, primus tantum prodiit, ib. 1683; 1707, isque non adeo aestimatur. Novam ed. curavit Nicol. Coletus (de quo alias), Venetiis 1728—1734 v. 23 in f., ea tamen minus correcta est, unde parisiensis ei praefertur. Antea jam ediderat Labbe: *Conciliorum* generalium, nationalium, provincialium, dioecesanorum cum vitis epistolisque rom. pontificum *historica synopsis*, amplissimae collectionis, quae singulari studio 14 aut 15 t. paratur, delineatio, Parisiis 1661 in 4; *Galliae synodorum conciliorumque brevis et accurata historia* cum indice geographico conciliorum omnium generalium, provincialium etc., quae in 37 t. ed. regiae aliisque scriptoribus ecclesiasticae historiae reperiri potuerunt, cum interpretatione vernacula, ib. 1646 in f.; *s. oecumenici tridentini conc. canones et decreta* ex ed. lovaniensi a. 1567; accesserunt 1. christianorum principum ad s. concilium trid. literae et mandata; 2. legatorum ab iisdem missorum habitae ad s. synodum orationes; 3. s. synodi ad easdem orationes legatorum responsa; 4. ss. patrum et doctissimorum virorum tum ad s. synodum tum ad patres congregatos orationes et conciones elegantissimae; 5. eorundem de rebus gravioribus exhibitae patribus sententiae aliquot et nonnullae coram iisdem habitae disp.; 6. Reginaldi Poli card. opuscula duo, et Petri Frontidonii pro concilio ad germanos oratio: omnia nunc castigatiora pluribusque partibus auctiora ac locupletiora prodeunt etc. ib. 1667 in f. (et in coll. conc. t. 15). His jam addantur ex opp. historicis: *Concordia sacrae ac profanae chronologiae* a. 5691 ab o. c. ad a. Christi 1638 per secula mundana, romana, christiana et septem mundi aetates cum canonibus isagogicis; item auctarium concordiae seu demonstratio de anno, mense, die dominicae passionis cum 50 excursionum silva chronologica et successionum V. T. thesauro, ib. 1638 in 12; *Abrégé chronologique de l' histoire sacre et profane* de tous les Ages et de tous les siècles du Monde, de Rome, de J. Christ depuis Adam jusqu' à Louis XIV. etc., ib. 1663—1666 t. 4 in 5 v. in 12., cui praemisit prioris op. versionem, sed emendatam et auctam [1]); *concordia chronologica*, ib. 1656 v. 4 in f., quae pertingunt ad a. 1200; t. quintum (ad a. 1666) adjecit Philippus

[1]) Cf. Sommervogel IV, 1295—1328, qui ea sub n. 83 recenset.

[2]) Cf. de hac editione Salmon, Traité de l'étude des Conciles p. 210, 213, 506—514.

[3]) Cf. De Bure, bibliographie instructive, théologie n. 227, secundum quem collectionis pretium duplo majus est, si adest t. 18.

[1]) Cf. J. des Sav. II, 37. „Cet ouvrage, inquit Lenglet Biogr. univ. XXIII, 15, est estimé, et l' on y trouve peu de choses à réformer sur la chronologie."

Briet[1]) S. J., ib. 1670; *le grande et petite methode pour apprendre la chronologie et l'histoire* tant sacrée que profane, tabellis principum multorum regnorum locupletata, ib. 1664 in 12; *de byzantinae historiae scriptoribus* ad omnes per orbem eruditos *protrepticon*, ib. 1648 in f., quo hujus utilissimae collectionis consilium exponit: subjicit deinde *Eclogas historicorum* de rebus byzantinis, quorum integra scripta aut injuria temporum interciderunt, aut plura continent ad constantinopolitanam historiam minus spectantia; eclogarum interpretationem recensuit notisque brevibus illustravit. Huic tanto op. ipse manum admovit edendo *Mich. Glycae Siculi annales* a mundi exordio usque ad obitum Alexii Comneni imp. in pp. 4 tributos, quos graece primus in lucem protulit; Jo. Leunklavii Amelburni interpretationem recensuit, emendavit annotationesque adjecit, ib. 1660 in f. *Hagiologium Franco-Galliae* et praesertim Aquitaniae excerptum[2]) ex antiquo martyrologio s. abbatiae s. Laurentii bituricensis, cum sacra Galliarum topographia, ib. 1643 in 4, etiam in nova bibl. mss. t. 2; *historiae sacrae prodromus* geographiae ecclesiasticae primam delineationem exhibens, ib. 1646 in f.; *ad geographiae episcopalis breviarium* accessiones aliquot; appendix 2. Galliae christianae recens notitia etc. ib. 1661 in 24; *chronicon dolensis coenobii* seu Burgii dolensis abbatiae quondam in Biturigum provincia celeberrimae (ab a. 917—1345) incerto auctore cum aliquot excerptis ex altero cod. ms. b. Mariae dolensis ab anonymo ejusdem loci religioso conscriptis. ib. 1651 in 4; etiam in alia Labbei coll., cui titulus: *L'Abrégé Royal de l'Alliance chronologique* de l'Histoire sacrée et profane . . . avec le Lignage d'Outremer, les Assises de Jerusalem et un Recueil historique de pièces anciennes, ib. 1651 in 4., in qua reperiuntur etiam aliqua, quae jam prodierant titulo, qui plus promittit quam opus exhibet: *Mélange curieux de plusieurs sujets rares pour servir* à l'Histoire de la France Ecclésiastique et Politique, tirés des Trésors des Chartres, de la Bibliothèque du Roi etc. et des plus riches Cabinets et Bibliothèques les plus estimées de Paris et du Royaume etc., ib. 1651 in 4.

82. Alia collectio rara et carissima complectens plura monumenta inedita prodiit hoc titulo: *Novae bibliothecae ms. librorum* t. 1. historias, chronica, ss. vitas, translationes, miracula, stemmata genealogica ac similia antiquitatis praesertim Franciae monumenta, nunc primum ex ms. variarum bibl. codd. eruta copiose ac plena manu repraesentans, ib. 1657 in f.; t. 2. ib. Haec est initium tantum collectionis, cui praemisit ib. 1653 in 4: *Specimen novae bibliothecae* mss. librorum sive antiquarum lectionum latinarum et graecarum in 4 pp. tributarum; curis secundis ib. 1664 in 8. hoc titulo: *Bibliotheca bibliothecarum*, accedit *bibliotheca nummaria* in 2 p. tributa: 1. de antiquis numismatibus; 2. de monetis, ponderibus et

[1]) Natus is est Abbavillae 6. Mart. 1601, docuit diu rhetoricam decessitque 9. Dec. 1668. Alia ejusdem opera cf. apud Sommervogel II, 156—61. Inter ea mentione digni sunt *annales mundi* sive chronicon universale secundum optimas chronologogorum epochas ab o. c. usque ad a. Christi 1600 perductum, Parisiis 1662. 1663 v. 7 in 12; Moguntiae 1682 in f.; Venetiis 1693 v. 7 in 12. (ed. auctior); Argentorati 1696 in f.; Viennae 1717; (continuata ad a. 1714) 1727. Ceterum de hac *concordia chronologica* legimus in Biogr. un. l. c.: „Plusiers critiques y trouvent beaucoup d'obscurité et peu d'utilité: mais l'abbe de Longuerue assure au contraire que c'est un excellent livre; il désirait qu'on traduisît en français l'Ariadne chronologica, qui est dans le premier volume, et qu'il regardait comme la meilleure introduction à la chronologie."

[2]) Cf. Aug. Roche Recherches histor. et crit. sur l'hagiologe du P. Labbe, in Mémoires de la Soc. des Antiquaires du Centre XIX (1893) 235—302 coll. Anal. boll. XIII (1894), 399.

mensuris, cum mantissa antiquariae supellectilis ex anulis, sigillis, gemmis, lapidibus, statuis, obeliscis, inscriptionibus, ritibus similibusque romanae praesertim antiquitatis monumentis collecta; Rothomagi 1672 ed. auctior et meliori ordine disposita; 1678 cum libro Joan. Seldeni Angli *de nummis;* Lipsiae 1682 in 12; cum catalogo auctorum, qui ll. catalogos, indices, bibliothecas, virorum elogia, vitas aut orationes funebres scriptis consignarunt ab Ant. Teisserio confecto, Genevae 1686 in 4. Porro in hac bibliotheca agit de auctoribus, qui 1. scripserunt de variis nationibus; qui 2. elogia composuerunt de viris eruditis in quavis disciplina; 3. qui scripserunt de ordinibus religiosis; 4. de iis qui tot ediderunt ll., ut ipsi suorum operum confecerint catalogum; 5. de iis, qui scripserunt de illis, qui idem nomen gesserunt; 6. de iis, qui scripserunt de bibliothecis etc.; 7. de celebrioribus typographis [1]). *De scriptoribus ecclesiasticis*, quos attigit card. Rob. Bellarminus philologia diss., de qua cf. supra III[3], 692. In fine t. 1. habetur diss. (multum aestimata) inscripta: *Cenotaphium Joannae papissae* ab heterodoxis Maresio, Salmasio, Congnardo, Callixto, Hottingero, Cookio, Grimo etc. ex utopia in Europam nuper revocatae, eversum funditusque excisum demonstratione chronica ineluctabili contexta e coaetaneis dumtaxat unius IX. sec. scriptoribus (etiam in coll. conc. t. VIII, 254 ss.). In fine t. 2. prostant: *Regia epitome historiae sacrae et profanae* cum versibus technicis; *abacus chronologicus* scriptorum ecclesiasticorum, quos Bellarminus attigit; diatriba de Aimonio historiae francicae auctore (Parisiis 1658—60 t. 2); *Bibliotheca chronologica ss. patrum,* theologorum scriptorumque ecclesiasticorum utriusque Testamenti brevibus singulorum elogiis definita ab o. c. ad a. christianae aerae, ib. 1659 in 24; *thesaurus epitaphiorum veterum ac recentium* ex antiquis inscriptionibus omnique scriptorum genere, ib. 1666 in 12; *Notitia dignitatum* imperii romani, Parisiis 1651; *Bibliotheca antijanseniana* sive catalogus piorum eruditorumque scriptorum, qui Corn. Jansenii ep. iprensis et Jansenianorum haereses, errores ineptiasque oppugnarunt cum praeludiis historiae et cribratione farraginis jansenisticae, ib. 1674 in 4. *Triumphus catholicae veritatis* adversus novatores sive Jansenius damnatus a conciliis, pontificibus, episcopis, universitatibus, doctoribus theologicis atque ordinibus religiosis. Item prop. Corn. Jansenii iprensis ep. et Jansenianorum damnatae a conciliis etc. ut haereticae, erroneae, suspectae, temerariae, scandalosae, in pias aures offensionem immittentes, periculosae, repugnantes s. Scripturae etc. ad 12 capita revocatae: necnon elogia et tituli, quibus decorantur novatores cum Wiclefo, Husso, Luthero, Melanchtone, Calvino a supradictis conciliis, ss. pontificibus, episcopis, universitatibus etc. cum auctario, ib. 1651 in 8. *Trias epistolica* ss. PP. Eucherii ad Valerianum, Augustini ad Licentium, Hieronymi ad Heliodorum et Edm. Campiani opuscula, ib. 1646 in 24. *Lector s. Scripturae* ad rectam pronunciationis amussim eruditus, cum gemino indice difficiliorum vocabulorum, quae in ss. bibliis negotium etiam doctoribus facessere nonnunquam solent, ib. 1645; 1648 ed. auctior, pluraque alia ad prosodiam, geographiam etc. spectantia concinnavit.

83. A Labbeo sejungendus non est Gabriel Cossart S. J. Pontisarensis dioecesis rothomagensis (1615—1674), in rethorica et poesi plane excellens [1]),

[1]) „Ce livre, inquit Journal des Savans I, 64, sera très-utile à tout le monde: mais principalement à ceux qui veulent avoir une connoissance exacte des bons livres et qui veulent dresser des Bibliothèques."

[1]) Cf. Sommervogel II, 1495.

qui Labbeo suffectus est in edenda conciliorum coll., quam ad finem perduxit et duplici apparatu auxit, quorum prior (t. 17.) complectitur tabulas chronologicas, geographicas et historicas, alter (t. 18 rarissimus) tr. card. Jacobatii *de conciliis* cum nonnullis aliis. *Parthenii patriarchae CP. decretum synodale* super calvinianis dogmatibus, quae in ep. Cyrilli nomine ante annos aliquot edita falso graecorum et orientalium consensu recepta ferebantur: quae omnia damnantur ab iisdem et anathemate notantur: nunc primum ex oriente allatum (graece et latine), Parisiis 1643 in 8. — Ludovicus (ab aliis praenominatur Joannes) Bail Abbavillae natus, sed origine Anglus, doctor sorbonicus, poenitentiarius ecclesiae Nostrae Dominae parisiensis, aliquamdiu rexit virgines religiosas Portus regii (Port-Royal). Strenue rem catholicam adversus cavillationes jansenianas in Sorbona promovit († 1669). Longi de Coriolano *Summam conciliorum omnium*, quae a s. Petro usque ad Gregorium XV. P. celebrata sunt, iterum edidit auctam additione centum conciliorum gallicanorum et quorundam aliorum, Parisiis 1645 t. 2 in f. Qua ed. non contentus novam *Summam* elaboravit [1]) *conciliorum* omnium ordinatam, auctam, illustratam ex Merlini, Joverii, Baronii, Binii, Coriolani, Sirmondi et aliorum coll. ac. mss. aliquot cum annotationibus utilibus et controversiis historicis et dogmaticis, Parisiis 1659 v. 2 in f.; 1672; Patavii 1704; 1723. Alia quoque opera edidit auctor hic diligens et eruditus, ut *de beneficio crucis*, Parisiis 1653 in 8., in quo Jansenii errores egregie refellit; *la théologie affective* ou s. Thomas en méditations, ib. 1643—44 in f. pp. 4, quibus adjecit Supplementum, ib. 1663; Cenomani 1845 v. 5 in 8; 1855; germanice interprete Kempf Moguntiae 1868—70 t. 5. Curante Bougal annotée . . . mise en française moderne et en harmonie avec les plus recentes decisions de l'Eglise et les dernières deconvertes de la science, Montréssean 1903 ss. t. 9. *Sapientia foris praedicans* ex omnibus Scripturis seu bibliotheca concionatoria per omnes aetates et secula, 1. ab initio mundi ad Christum; 2. à Christo per annos mille; 3. a seculo XI—XVII., Parisiis 1666 in 4., in qua praedicatorum celebriorum exhibet biographiam, et in qua re singuli excelluerint indicat; opus doctum et selectum, in quo cautelas indicat servandas in concionibus de praedestinatione. *De triplici examine* ordinandorum, confessariorum et poenitentium, praemissis monitis de vocationeib. 1651 in 8; 1656 etc. *La Philosophia affective* ou divers opuscules pour servir de conduite à la pietè, ib. 1647.

84. Historiam concilii tridentini illustravit Sfortia Pallavicino S. J. Natus is est Romae 28. Nov. 1607 ex nobilissima prosapia. Ab ineunte aetate pietate ac studiis literarum impense deditus, quam eminentem evasurus in virum esset, adolescens luculenter ostendit, quando rondum evoluto 18. aetatis anno philosophiae theses publice in collegio romano magna laude sustinuit, quae prodierunt hoc titulo: *De universa philosophia* a marchione Sf. Pallavicino publice asserta ll. 3 sub praesidio Vincentii Araneae S. J. († 1652), Romae 1625 in f.; et fluente adhuc a. 21. theologiae laurea doctorali insignitus ex universa theologia per integrum triduum invitatis doctissimis quibusque theologis variorum ordinum religiosorum ad oppugnandum theses ingenti plausu ac fama doctrinae propugnavit. Eae prodierunt hoc titulo: *De universa theologia* etc. ll. 9, ib. 1628 in f. Quamvis vero parentes ipsum ut stirpis suae primogenitum ad conjugalem statum capessendum enixe et crebro cohortati fuerint, maluit tamen ipse

[1]) Biogr. univ. III, 225; Jungmann HL. 1², 1849; Feret IV, 184—192.

ecclesiasticum amplecti. Ab Urbano VIII, cui peracceptus fuit, praelatorum utriusque Signaturae numero adscriptus est, et congregationibus de bono regimine necnon de immunitate ecclesiastica insertus; postea gubernator civitatum Aesinae, Urbevetanae, Camerinensis, ad supremas dignitates magnis passibus progrediebatur, quando vocanti Christo ad religiosum statum in Soc. Jesu relictis omnibus obsequi decrevit; quam etiam victis omnibus mundi illecebris et obstaculis ingressus est 21. Jun. 1637. In tirocinio egregia multarum virtutum specimina dedit, movitque admirationem multis in Urbe, quando paulo ante primae nobilitatis praesulem vili lacerna indutum et ostiatim per compita mendicantem conspexerunt aut ad portam domus novitiatus simul cum aliquot mendicis reliquias mensarum comedentem. Absoluto probationis biennio applicatus est statim (1639) ad tradendam philosophiam in collegio romano, tum ethicam, dein octennio theologiam scholasticam, magni Joan. de Lugo, qui cardinalis creatus erat, dignus successor. Interea historiam concilii tridentini scribendam post mortem Contelorii et Terentii Alciati S. J. († 1651), quibus id negotii concreditum fuerat, suscepit adversus Petri Suavis (Sarpi) calumnias. Variis congregationibus adlectus et ab Innocentio X. deputatus est unus ex theologis ad examinandam doctrinam Jansenii constitutis. Licet autem ab omnibus magni fieret, de religiosae disciplinae severitate nihil remisit. Cum quotidianum ferme accessum haberet ad colloquium cum Alexandro VII., nunquam tamen gratia illa usus est ad suum suorumque commodum[1]). Tanta virtute doctrinaque insigni ornatum virum judicavit idem Alexander purpura dignum eumque cardinalem elegit 19. Apr. 1657, sed electionem hanc non declaravit publice nisi 10. Nov. 1659: ad quam tamen dignitatem accipiendam adigi debuit praecepto obedientiae († 5. Jun. 1667). Ex ejus operibus omnium celeberrimum est *Istoria del Concilio di Trento* . . . ove insieme rifutasi con autorevoli testimonianze un' Istoria falsa divolgata nello stesso argomento sotto nome di Pietro Soave Polano, Romae 1656. 1657 v. 2 in f., ed. originalis, rara et pulchra admodum; secundis curis elaborata, ib. 1664 v. 3 in 4; Mediolani 1717 v. 3 in 4; Neapoli 1757; Faventiae 1792—97 v. 6 in 4., ed. optima, quam curavit annotationibusque illustravit Fr. Ant. Zaccaria; Romae 1733 v. 4 in 4; Mendrisii 1836 v. 10 in 8; Mediolani 1843—44 v. 6 in 8; Neapoli 1853—56 v. 3 in 8. Versa fuit in alias quoque linguas, in latinam a Jo. B. Giattini S. J. († 1672) Antwerpiae 1670 v. 3 in 4; 1673 in f., ed. admodum mendosa, ut satius fuisset judice Fabricio[1]) ab ea manum abstinere; Coloniae 1717; 1727; Augustae V. 1775 t. 3 in f. In compendium illam redegerunt omissis controversiis Giampietro Cataloni, cardinali a secretis, Romae 1666 in f., Mediolani 1831 v. 6 in 16, cura Jo. Silvestri; et jam antea Calixtus Puccinelli Generalis O. Serv. b. M. V. ib. 1660 in 4; Mediolani 1748 v. 3 in 8.,

[1]) Cf. plura de tanto viro apud Sotvellum, Biogr. univ. XXXII, 450; Pfülf KL. IX, 1310 ss. in primis vero apud P. Affò O. Min. in op. Raccolta di opuscoli scientifici e letterarii di Ch. Autori italiani t. V, 89—161, Ferrariae 1780 in 4., et Memorie degli Scrittori e Letterati Parmigiani t. V., cujus biographia recepta fuit a Zaccaria in suam ed. hist. conc. tridentini, Faventiae 1792; prodiit seorsim Romae 1864 in 16; Fabronius vitae ital. XVII, 92—133. De operibus editis et ineditis cf. Sommervogel VI, 120—43; Tiraboschi l. c. n. 18 censet: „Lo stilo di questo scrittore è grave, elegante e fiorito, e talvolta forse più ancor del dovere, perciocchè meglio piacerebbe per avventura, se fosse più facile et men sentenzioso." Döllinger zur Gesch. der letzten 6 Jahrh. III, 77—82 exhibet L. X c. 13, quod Pallavicini suppressum voluit.

[1]) Hist. bibl. fabr. II, 353.

quae tamen epitome non est completa. Historiae hujus pretium inde in primis pendet, quod auctor omnia hauserit ex documentis maxime authenticis: sed lectionem reddunt minus jucundam tot digressiones polemicae adversus Sarpi, quibus narrationis series toties interrumpitur: habita tamen ratione scopi eae sunt plane necessariae, hinc nullatenus auctori vitio vertendae [1]). *Del bene libri quattro,* Romae 1644 in 4; Neapoli 1681 in 4; Venetiis 1698; Mediolani 1831 v. 2 in 16., opus philosophicum dictis ingeniosis subtilibusque refertum; latine editum sub inscriptione *Philosophia moralis,* Coloniae 1646 in 4. *Assertionum theologicarum* ll. 5, Romae 1649 t. 3 in 12., scil. 1. de actibus humanis; 2. de divina gratia; 3. de fide, spe et caritate; 4. de justitia et jure; 5. de divina incarnatione. Adjecit dein alios ll. 4 scil. l. 6. de sacramentis t. 4. et 5; l. 7. de virtute et sacramento poenitentiae, Romae 1651 t. 6; l. 8. de Deo uno et trino, ib. 1652 t. 7; t. 8. seu l. 9. de substantia et proprietatibus, quo opere se probavit sagacem atque profundum theologum. *Disputationum in 1, 2. d. Thomae* t. primus (et unicus), Lugduni 1653 in f. *Arte della perfezione christiana* ll. 3, Romae 1665 in 8. et alibi saepe; *della vita di Alessandro VII.* ll. 5, Prati 1839 et 1840 t. 2 in 8; Mediolani 1843 v. 2 in 16., quae vita ex cardinalis mss. edita pertingit tantum ad a. 1659. seu pontificatus annum quintum. *La verità della Religione Cattolica dimostrata brevemente*, Voghera 1839 in 24; *Lettere,* Romae 1668; 1848 t. 4 et alibi. Opera ejus italica prodierunt Romae 1834 t. 2 cur. Nic. Bettoni e Comp. in bibl. encyclop. it.; ib. 1844—48 t. 33 in 12; et in *Bibliotheca classica sacra* ossia raccolta di opere religiose di celebri autori edite ed inedite dal sec. XIV. al XIX. ordinata e publicata da Ottavo Giglio, Romae 1844.

85. Supersunt et *acta legatorum* sedis apostolicae pro cognoscendo statu ecclesiae catholicae variis in regionibus admodum utilia. Ita prodierunt Acta Joannis Baptistae Pallotto (Pallotta) nuncii apostolici in Germania 1628—30 cur. Hans Kiewning in Nuntiaturberichte aus Deutschland 1628—30 t. 1 et 2), Berlin 1895—97. Joannes Pallotto natus est Caldarolae in Umbria 23. Jan. 1594. Absolutis Romae studiis juris, e quibus prodiit laureatus summa omnium laude, factus est a Paulo V. Referendarius utriusque signaturae et impulsorum praefectus, a Gregrio XV. vicelegatus ferrariensis; ab Urbano missus in Lusitaniam collector apostolicus. Romam rediens constitutus est Urbis gubernator et mox missus in Germaniam ad aulam caesaream (1628), et anno jam sequenti dictus cardinalis [1]). Post obitam legationem promotus est

[1]) Cf. Jo. Nep. Brischar in op. Beurteilung der Controversen Sarpi's und Pallavicini's, Tübingen 1844; Stramberg in lex. encyclop. ed. Ersch et Gruber, de hoc opere dicit: „Die Geschichte des Concils von Trient von Pallavicini ist ein bewunderungswürdiges Werk, unübertrefflich in Gelehrsamkeit und Schärfe." Et de ipso: „Man ehrt in ihm nicht nur den gründlichen, zweckmässigen, scharfsinnigen Geschichtschreiber, sondern auch ein theoretisches Wissen sonder Gleichen, während Sarpi des theoretischen Wissens gänzlich entbehrt; man bewundert in ihm eine Sprache, die ihn den größten Meistern Italiens gleich stellt." J. des Sav. I, 151: „Elle est écrite avec toute la pureté imaginable, et redigée avec une méthode très-exacte. Et comme il s'agis soit dans cette histoire d'expliquer toutes les contestations qui divisoient alors l'Eglise, et beaucoup d'autres matières qui en regardoient la réforme: ce Cardinal l'a fait avec tant d'érudition et de doctrine, qu'on le peut mettre au nombre des plus grands Théologiens de l'Europe.... Cette histoire est encore écrite avec beaucoup de liberté etc."

[1]) Historiam hujus nunciaturae fuse narrat Kiewning in prolog. t. I. p. XXXVIII—CVI; t. II. p. XV—LXXIX.

ad albanensem, dein tusculanam ecclesiam (1666). Functus quoque est legatione ferriariensi adeo bene, ut videretur ad pauperum levamen, miserorum solatium atque oppressorum auxilium vocatus. Obiit Romae eadem hora et die, qua natus est i. e. 23 Jan. 1668.

86. De historia ecclesiarum particularium plures meruerunt, et quidem in *Gallia*[1]) Guilelmus Marlot O. S. Ben. s. theologiae doctor et s. Nicasii remensis magnus prior († 7. Oct. 1667), qui edidit *Metropolis remensis historiam* a Flodoardo primum auctius digestam, demum aliunde accersitis plurimum auctam et ad nostrum (i. e. ad a. 1606) seculum deductam t. 1., in quo Remorum gentis origo, vetus dominium, christianiae religionis per provinciam initia et incrementa, archiespiscoporum vera successio, basilicarum natales et in iis sacra lipsana, publici conventus, incolis aspersi favores et alia id genus 4 ll. distincte referuntur, Insulis 1666; ejusdem *historiae t. 2.* seu supplementum Flodoardi ab. a. 970 productum[2]), in quo praeter seriem historicam praesulum, bullae pontificum, regum diplomata, tituli fundationum, a quinque summis pontificibus Remis coacta concilia, ecclesiarum origines ac in eis sacra lipsana referuntur, Remis 1679 in f., opus posthumum rarum. *Brevis et ingenua discussio,* an tornacensis civitas vel Balvacum in Hannonia Nerviorum caput sit ac primaria sedes episcopalis, Insulis 1662 in 4. — Daniel Georgius Viole O. S. Ben. congr. Mauri († 21 Apr. 1669, sec. al. 1671), scripsit *La Vie et les Miracles de s. Germain,* évêque d'Auxerre avec un catalogue des hommes illustres de la ville et du diocèse, Parisiis 1656. Reliquit vol. 12 in f. ms. de hac dioecesi ab. a. 560—1650, quibus usus est Leboeuf (de quo infra) in sua historia hujus dioecesis et ex quibus aliqua edidit Martene in suo thesauro Anecdotorum. — Joannes Maan Cenomanus, doctor sorbonicus et canonicus turonensis innotuit op. admodum erudito: *Sancta et metripolitana ecclesia turonensis* sacrorum pontificum suorum ornata virtutibus et sanctissimis conciliorum institutis decorata, Turone 1667 in f. — Petrus Gariel († 1670) collegit[1]) *Seriem episcoporum magalonensium et montispeliensium* . . . per a. ordinem digestam (ab a. 1451—1652), Tolosae 1652 et (ed. auctior) 1665 in f. — Carolus Meunier dedit *notitiam episcoporum aurelianensium* accuratam, Aureliae 1667. — Historiam ecclesiae lugdunensis descripsit Joannes Maria de la Mure[2]) canonicus et sacellanus montebrisonensis (n. 1616; † 1675):

[1]) Petrus Guillebaud seu a s. Romualdo Engolismensis, qui diligenter quidem sed absque judicio critico multa collegit († 1667), inter alia edidit *Trésor chronologique et historique,* in quo gesta praecipua tam in statu ecclesiastico quam civili refert usque ad a. 1647, Parisiis 1642—47 v. 3 in f. Cf. Niceron XIX, 137—142; Feller IV, 312.

[1]) Operis conspectum exhibent Ziegelbauer IV, 374 ss. et J. des Sav. VIII, 32 ss. Cf. Biogr. univ. XXVII, 216., ubi alia ejusdem opera indicantur, et de eo ita pronunciatur: „Marlot est estimé pour son exactitude et son érudition. Quant à la méthode qu'il a suivie dans ses ouvrages et principalment dans la Metropolis remensis, les savans voudraient lui voir plus d'ordre, un latin moins dur, et une meilleure distribution. Cette histoire, qui est pleine de recherches, serait plus précieuse, si les nombreuses chartes et pièces authentiques qu'on y trouve, n'étaient pas rapportées les plus souvent d'après de mauvaises copies."

[1]) Biogr. univ. XVI, 473: „Cet ouvrage contient un grand nombre d'actes précieux: il est rédigé avec plus de goût et plus d'ordre que les autres écrits de l'auteur ect." Illud adscribit Sotvellus Benedicto Bonnefoy S. J. († 1. Oct. 1678), quia forte Petrum Gariel in eo concinnando juvit. Ceterum Bonnefoy scripsit *historiam haeresis in Gallia ortae* et oppugnatae sub postremis Valesiae et primis Borboniae stirpis regibus ab a. Christi 1534—1664, Tolosae 1662. 1664 v. 2 in 4.

[2]) Biogr. univ. 30, 437.

Histoire ecclésiastique du diocèse de Lyon, traitée par la suite chronologique des Vies des archevéques, Lugduni 1671 in 4; *histoire universelle civile et ecclésiastique du pays de Forez,* ib. 1674 in 4. *Chronique de l' abbaye d' Ainay,* primum ed. Lugduni 1885 cur. Georgio Guigue. — Joannes Columbi S. J. Manascae in Provincia natus 1592, theologiae scholasticae et moralis professor, tum s. Scripturae interpres († 11. Dec. 1679), egit *de rebus gestis valentinorum et diensium episcoporum* ll. 4, Lugduni 1638; 1652 in 4. cum appendice, quae complectitur *epistolam Joan. de Bernino* archiep. viennensis et suffraganeorum ad Gregorium IX. postulantium canonizationem Stephani e Carthusiano episcopi diensis et *vitam Amadei Rossilionaei,* ep. valentini et diensis primi, scriptam ab homine aequali (inter opuscula varia, quae prodierunt Lugduni 1668 in f.); *de rebus gestis episc. vivariensium* ll. 4, Lugduni ib. 1651 in 4; *de rebus gestis episc. vasionensium* ll. 4, ib. 1656 in 4; *de rebus gestis episc. sistaricensium* ll. 4; *noctes Blancalandanae,* opus varium, quo plures Galliarum archiepiscopi et episcopi recensentur ll. 3, ib. 1660 in 4., qui omnes prodierunt cum aliis hujus auctoris opusculis Lugduni 1668. Edidit insuper [1]) *commentaria in s. Scripturam* ab initio Geneseos usque ad finem ll. Regum, in quibus literalis sensus ed. vulgatae perpetuo elicitur, et clare ac breviter cum morali sparsim et mystico traditur ex verbis ipsius, LXX interpretum, textus hebraici et veterum patrum, ib. 1656 in f.; plura alia volumina reliquit mss.; *l. singularem quod Joan. Monlucius ep. valentinus et diensis non fuerit haereticus,* ib. 1640; *l. singularis,* quod Pius IV. non damnaverit haereseos Romae J. Monlucium . . . neque Pius V. damnationem . . . promulgari curaverit in Gallia, ib. 1661 in 4. — Jacobus Vignier S. J. Barensis ad Sequanam († 14. Dec. 1669) edidit *chronicon lingonense* ex probatioribus decadis historicae contextum [1]), Lingonis 1665 in 8; gallice versum, continuatum ad a. 1792 et annotationibus illustratum ab Aem. Jolibois, Chaumont 1842 in 8; *Décade historique du diocèse de Langres* divisée en trois parties in f. (sine indicatione loci, anni, auctoris), uterque liber non est nisi synopsis ac delineatio quaedam praevia operis majoris, quod auctor coeperat, sed non absolvit [2]). — Andreae Catullii Fornacensis, hujus dioecesis vicarii generalis († 27. Sept. 1667), exstat *Tornacum civitas metropolis et cathedra Nerviorum* Bruxellis 1652 in 4. — Jacobus Sanson post ingressum in ord. Carm. Ignatius Jos. a Jesu Maria [3]) dictus Abbavillanus, novitiorum magister, diligens hagiographus (n. 1596; † 1665) descripsit *Histoire ecclésiastique* d' Abbeville, Parisiis 1646, opus eruditum, sed minus bene conscriptum. *Vie de s. Maur des Fossés* avec les Antiquitez de cette Abbaye, Parisiis 1640 in 8.

87. In *Germania* Nicolaus Schaten S. J. patria Novicastrensis in dioecesi monasteriensi, s. Scripturae aliquamdiu interpres (n. 1608; † 1676), jussu Ferdinandi de Fürstenberg ep. monasteriensis collegit *annales paderbornenses,* cui tamen operi immortuus est. Prodiit horum annalium p. I Neuhusii 1693 in f.; Monasterii 1774, eaque complectitur in primis fusiorem episcoporum paderbornensium, deinde succinctiorem historiam reliquorum per Westphaliam antistitum, tum res gestas

[1]) Cf. Sommervogel II, 1334. „Le style de tous les ouvrages du P. Columbi est dur et embarrassé et l' auteur y fait preuve de science plus que d' esprit." Biogr. univ. IX, 331.

[1]) Cf. de hoc chronico Lenglet du Fresnoi Catal. des Histor. IV p. m. 155.

[2]) Cf. Backer III, 1399.

[3]) Cf. Henr. M. a ss. Sacr. in coll. Script. O. Carm. I, 282 ss., qui alia ejusdem opp. edita, inter quae plures biographias SS. vel virorum illustrium, et inedita recenset.

aliorum in eadem hac regione virorum, postremo pontificum, imperatorum, principum etc. gesta, maxime ea, quae Westphaliam contingunt. P. II. (Neuhusii 1698; Monasterii 1775) complectitur principum acta et bella, maxime ea, quae Westphaliam contingunt ab a. Christi 1228—1500; p. III. (Paderbornae 1741 in f.) complectitur succinctiorem historiam reliquorum per Westphaliam et Saxoniam antistitum, tum res gestas aliorum in eadem hac regione clarorum virorum etc. maxime ea, quae Westphaliam contingunt ab a. 1500—1618 inclusive. Hanc p. absolvit ediditque Michael Strunck S. J. Opus hoc magni fit, est enim accuratum, documentis innixum, ad regulas sanae artis criticae exactum, solidis disquisitionibus refertum [1]). Alia ejusdem opera sunt: *Disp. et justa defensio septem controversiarum,* Antwerpiae 1657 in 8; *Carolus M. Rom. imperator et Francorum rex romanocatholicus* ll. 4 explicatus et vindicatus adversus Christ. Nifanium, Lutheranum [2]) . . . ceterosque horum temporum heterodoxos. Accessit *labyrinthus praedicantium* oppositus libello ejusdem Nifanii de veritate lutheranae ecclesiae, Neuhusii 1674 in 4; titulo paululum immutato Francofurti 1700 in 4; *historia Westphaliae,* in qua in primis de origine gentis etc. summa fide atque diligentia tractatur, ib. 1690 in f.: Monasterii 1773 in f. — Leonardus Pappus Feldkirchiensis, capituli constantiensis (1645) et augustani decanus, post alia obita negotia publica etiam legatus Ferdinandi III. ad aulam pontificiam († 6 Jun. 1677), satis bonam collegit *epitomen rerum germanicarum* ab a. 1617—41 (forte ab ipso continuata ad 1648), ed. a Lud. Arndts, Viennae pp. 2 1656, 1658. — Ranuccio Scoti episcopo Burgi s. Domnini († 1666) debemus *Helvetiam sacram et profanam,* Maceratae 1642 pp. 2 in 1 v. — Pro historia ecclesiastica Bohemiae plura reperiuntur in opere sat singulari Georgii Crugerii (Kruger) S. J. Pragensis (n. 1608; † 9. Mart. 1671), quod inscripsit *Sacerrimae memoriae inclyti regni Bohemiae coronae* et nobilium ejus pertinentiarum Moraviae et Silesiae, quas collegit indefessa industria ex omnis generis monumentis, et in forma calendarii per singulos anni dies methodo non probanda et stilo non accurato digessit et in plures distribuit tomos, quorum primus prodiit Litomisslii 1667 complectens tres menses, alii inscripti *sacri pulveres* mensis Aprilis etc., ib. Pragae, etiam posthumi [1]). Existimat Balbinus in Boh. docta II, 97 eum „sine controversia primum in peritia et scientia rerum patriarum, licet stilum et cultum ejus neglexerit, quo uno minor est aliis. — Idem ib. II, 95 a diligentia commendat Thomam Joannem Pessina, metropolitanae ecclesiae pragensis canonicum, deinde decanum, episcopum samandriensem et comitem palatinum († 1680). Hic de Bohemiae historia meruit ediditque *Phosphorum septicornem* alias stellam matutinam h. e. gloriam et majestatem ecclesiae s. Viti pragensis, Pragae 1673. Mi-

[1]) Cf. Backer III, 593; Wegele in allg. deutschen Biogr. XXX, 615: Schaten versteht gut zu erzählen, noch wichtiger aber ist, daß er sich als einen scharfsinnigen Forscher und einen kritischen Kopf bewährt, so daß wenige zeitgenössische Historiker es hierin mit ihm aufnehmen können. Cum tamen quidam historici recentiores ejus fidem in dubium vocarent, stetit pro eo Giefers in diss. solida Zur Ehrenrettung des Joh. Nic. Schaten, Paderborn 1880. Cf. et Duhr Zeitschr. f. k. Theol. XIII (1889), 71 ss.

[2]) Qui ediderat l.: *Ostensio, quod Carolus M. formaliter non fuerit papista,* Francofurti 1670 in 8. Postea edidit hujus operis vindicias adversus l. nostri auctoris, ib. 1679.

[1]) Cf. Sommervogel II, 1701. — De Joanne B. Eigenreich SJ., qui compendium reliquit Laureati Passarii (1678) inéditum non magni pretii, fusius refert Widemann histor. Jahrb. XX (1809) 652–55.

nus laudatur *Mars Moravicus* sive bella horrida et cruenta, quae Moravia hactenus passa fuit, 1677 in f., cujus pars altera non prodiit..

88. Hugo Paulinus Serenus Cressy (Cressen) concinnavit stilo laudabili *The Church History of Britanny* or England from the Beginning of Christianity to the Norman Conquest (Rotomagi), 1668 in f., quae pertingit ad a. 1350. Porro Cressy natus est c. a. 1605 Wakefieldae atque studiis operam dedit Oxonii, quibus absolutis in ecclesiae anglicanae ministrum est ordinatus. Occasione itineris per Europam agnovit sua praejudicia veritatemque fidei catholicae, quam Carthusianorum exemplo aliorumque virtutibus motus a. 1646 Romae est amplexus. Parisiis dein substitit, ubi se Holdenio uberius instituendum tradidit ibique luci publicae dedit *Exomologesis* or a Faithful Narrative of the Occasion and Motives of the Conversion unto Catholique Unity, Parisiis 1647 in 12., 1653 ed. aucta, quo in l. erudito et solido [2]) exceptionibus Chillingworthi respondet. Anno 1649 ingressus est ordinem s. Benedicti nomenque accepit Sereni. In Angliam redire permissus est occasione nuptiarum Caroli II, nam receptus fuit inter reginae sacellanos, quo munere bene est usus in commodum religionis catholicae, pro qua plura edidit opera, ut *Roman Catholick Doctrines no Novelties* or an Answer to Dr. Pierce's Court-Sermon, miscall'd the Primitive Rule of Reformation, 1663 in 8: *Fanaticism fanatically imputed to the Catholick Church* by Dr. Stillingfleet, and the imputation refuted and retorded, 1672 in 8; First Question: *Why are you a Catholick?* The Answer follows. Second Question: But why are you a Prostant? An Answer attempted in vain, Londini 1672 in 8; *An Answer* to part of Dr. Stillingfleet's Book intitul'd, Idololatry practis'd in the Church of Rome, 1674. Cum vero Clarendon pro Stillingfleet stetisset, scripsit Cressy *An Epistle Apologetical* to a Person of Honour touching his Vindication of Dr. Stillingfleet, 1674 in 8; Altera pars suae historiae ecclesiae Angliae non prodiit. Decessit [1]) Cressy 10. August 1674. — Didacus Ortiz de Zuñiga Hispalensis ordinis s. Jacobi, decurio ejusdem urbis († 1680), collegit *Annales ecclesiasticos y seculares* de la muy noble y muy leal Ciudad de Sevilla, Metropoli de la Andalucia quae continen sus mas principales memorias desde el año de 1246 hasta el de 1671, Matriti 1677 in f., illustrados y corregidos por D. Ant. M. Espinosa y Carzel, ib. 1795 v. 5 in 4., opus rarissimum.

89. Aegidius Bucherius (Bouchier, Boucher) S. J. Atrebas, theologus et historicus insignis neque virtute minus praestans (1576—1665), edidit *Belgium romanum, ecclesiasticum et civile,* in quo historia occidentalis universa, celebres de anno nativitatis et passionis Christi quaestiones [2]), Constantini ad Christi fidem conversio, romani in Occidente imperii casus ac ruina, francici in Gallia regni successio continentur . . . a fine commentariorum Caesaris ad a. Christi vulgarem 511 seu ad mortem Clodovei primi, Leodii 1655 in f. Altera pars Belgium gallicum non prodiit. Insignis est ejus *de doctrina temporum commentarius* in Victorium Aquitanum nunc . . . in lucem editum aliosque antiquos canonum paschalium scriptores chronologiae ecclesiasticae illustrandae ac stabiliendae utilissimos, Antwerpiae 1636 in f.; 1664. Reperiuntur in hoc op. pretiosa

[1]) Cf. Raess VI, 214—30.

[1]) Cf. Gillow I, 592—96.

[2]) Exhibet in his qq. epitomen magni op. Jo. Deckers sui quondam in studiis theologicis magistri, de quo cf. III[3], 526. Cf. Mich. a s. Joseph I, 110; Sommervogel I, 1866; Feller II, 118.

quaedam antiquitatis monumenta, ut Hyppolyti ep. et M. canon paschalis priscorum latinorum rationibus conformis; Anatolii alex. laodicensis in Syria ep. canon paschalis nunc primum editus; vetus pontificale romanum seu catalogus veterum rom. pontificum, quem librum illum esse autumat, qui sub *Pontificalis* Damasi seu Liberii nomine passim ab auctoribus allegatur; et hinc, quia ab ipso primum fuit editus, etiam Bucherianus dicitur. Reperitur et ipsius Bucherii tr. de antiquo judaeorum paschali cyclo latinorum item conformi maxime ex Epiphanii haer. 51. In opere Chapeauville (cf. III, 610): *Qui gesta pontificum tungrensium, trajectensium et leodiensium scripserunt auctores praecipui* ad seriem rerum et temporum collocati, Leodii 1612—1616 v. 3 in 4., quaedam Bucherii additamenta reperiuntur, ut *chronicon episc. trajectensium* ad Mosam seu leodiensium ab a. Chr. 496—1048; *disp. historica de primis Tungrorum seu Leodiensium episc.,* in qua negat Trajectum ad M. unquam fuisse sedem episcopalem, ipsi tamen refragantibus Henschenio, Dolmans, de Marne, suffragantibus vero Foullon, Bertholet (qui omnes fuere e soc. J.) et Crassier; item *chronologia posteriorum;* annotatio de chronologia regum francorum Meroveadorum; chronologia t. II. historiae leodiensis ab a. Chr. 1048—1347.

90. De Belgio tamen maxime meruit Antonius Sanderus[1]) Gandavensis n. 1586. Duaci philosophiae incubuit studiis et 1. Oct. 1609 inter primos sui cursus in artibus magisterii titulum accepit. Post aliquam deinde in patria moram venit Lovanium, ubi theologicas excepit lectiones sub Jac. Jansonio ac Bajo, Jo. Maldero et aliis; indeque Duacum reversus magistros celebres habuit Guil. Estium, Barth. Petri, Georg. Colvenerium et Franc. Silvium, ibidemque etiam theologica laurea donatus est a. 1619. Per annos aliquot munus pastorale gessit in eam praecipue curam incumbens, ut haereses sui temporis, ac Menonis in primis anabaptistae confutaret; errantes in viam catholicae veritatis reduceret ac depravatos sui populi mores emendaret. Post alia munia constitutus fuit a. 1654 poenitentiarius in ecclesia iprensi canonicus: qua tamen dignitate triennio elapso se abdicavit, ut tanto liberius historiographiae vacaret. Cunctis opibus suis in hocce studio consumptis ultimos vitae dies aegre protraxit benigno gratuitoque hospitio exceptus in abbatia affligemiensi O. S. Ben. prope Alostum, ubi decessit 16. Jan. 1664 a. aetatis 78. Vir erat ingenio doctrinaque elegans, par in utroque dicendi genere, sive carmen poeta pangeret, sive pro concione verba faceret, ast celeber in primis rerum belgicarum historicus[1]). Infatigabilem diligentiam testantur tot opera, e quibus mentione in primis digna sunt: *Dirae in iconoclastas,* accedit assertio brevis ss. imaginum, Gandavi 1618 in 4; *de scriptoribus Flandriae* ll. 3, Antwerpiae 1624 in 4; *de Gandavensibus eruditionis fama claris,* ib. 1624 in 4; *de Brugensibus eruditionis fama claris ll. 2,* ib. 1624, qui tamen libri post studia Sweertii, Valerii, Foppens etc. pretio jam carent. *Hagiologium Flandriae* sive de sanctis ejus provinciae l. unus, ib. 1625 in 4; ed. auctior Insulis 1639 in 8. Haec quatuor opera recepta fuere in novam ed. *Flandriae illustratae,* Coloniae Agrippinae 1641—1644 v. 2 in f.; Hagae Comitum 1726 ss. v. 3 in f. Praefertur tamen ed. prior, quae est rara admodum, quod major pars exemplarium incendio perierit. *Elogia cardinalium* sanctitate,

[1]) Alius a Nicolao Sandero (Saunders), de quo egimus III[2], 167.

[1]) Cf. Foppens I, 87; Niceron XV, 67. ss.; Paquot, Mémoires t. XVI, Biogr. univ. XL, 314; O. Schmid Allg. d. Bi. XXX, 345.

doctrina et armis illustrium, Lovanii 1625 in 4; *Gandavium* sive rerum gandavensium ll. 6, Bruxellis 1627 in 4; *de claris sanctitate et eruditione Antoniis* ll. 3, Lovanii 1627 in 4; auctariolum ad Nic. Serarium et Jac. Gretserum *de ritu catholicarum processionum,* Ipris 1640 in 8; *Brabantia sacra et profana,* Antwerpiae 1644 in f.; *Chorographia sacra Brabantiae* sive celebrium in ea provincia ecclesiarum et coenobiorum descriptio, imaginibus aeneis illustrata, Bruxellis 1659 in f.; opus rarum; auctius, alio ordine digestum et continuatum iterum editum Hagae 1726. 1727 v. 3 in f. (m. 100); vindiciarum sive *diss. biblicarum* ll. 3, in quibus uberius probantur ea, quae in oratione *de s. Scripturae reverentia,* Bruxellis 1619 in 4., retulerat, Bruxellis 1650 in 4; *elenchus catholicorum s. Scripturae interpretum,* Lovanii 1650 in 4; *Bibliotheca belgica manuscripta,* Insulis 1641—43 pp. 2 in 4., quae Montfauconio ideam suggessit bibliothecae msc. a se conditae.

91. In *Italia* Joannes Baptista de Grossis Catanensis, protonotarius apostolicus († 20. Aug. 1666), scripsit praeter alia[1]) *Catanam sacram* sive de episcopis catanensibus rebusque ab iis praeclare gestis a christianae religionis exordio ad nostram usque aetatem, Catanae 1654 in f. — Ludovicus Jacobillus, Romanus, protonotarius apostolicus et bibliographus fulgineensis (n. 1598; † 1664), 26 edidit opera, et 25 saltem reliquit mss. Huc spectant: *Vite de' vescovi di Foligno; Discorso della città di Foligno,* cronologia de' Vescovi . . . catalogo dei suoi conventi e monasteri, Fulgineae 1646 in 8; *vite de' santi e beati di Foligno,* ib. 1628 in 8; *Vite de' santi e beati di Gualdo e della regione di Taino nell' Umbria,* ib. 1638; *di Nocera nell' Umbria e sua diocesi e cronologia de' vescovi di essa città,* ib. 1653 in 4; *vite de' santi e beati dell' Umbria* e di quelli, i corpi de' quali riposano in essa provincia, ib. 1647. 1656. 1661 v. 3 in f.; *Bibliotheca Umbriae* sive de scriptoribus provinciae Umbriae alphabetico ordine digesta 1658 in 4., opus rarum, sed non magni pretii literarii. *Cronica della Chiesa e Monastero di s. Croce di Sassovico* nel Territorio di Foligno; già Capo di una Congregatione dell' Ordine di s. Benedetto detta di Sassovico e di 92 monasterij di Monaci e d' altre Chiese in Italia; colle vite degli Abbati di questo Monastero etc., ib. 1653; *Cronica della Chiesa e Monastero di s. Maria in campis,* detta anco di s. Maria Maggiore fuori della Città di Foligno; già Capo della Congr. del Corpo di Christo del' O. di s. Benedetto e de Monasterij soggetti ad essa, ib. 1653 in 8. Scripsit[1]) quoque vitas plurium sanctorum, ut Pii V etc. — Celsus Faleoni can. reg. lat. Bononiensis († 8. Nov. 1666 a. aetatis 78) collegit *Memorie istoriche della Chiesa Bolognese* e dei suoi Pastori ll. 6, nei quali si racconta ciò che per lo spazio di 1400 a. accade di piu notabile ad essa Chiesa e Citta, ed anche alla diretta successione della Chiesa universale e romano Imperio, Bononiae 1649 in 4. — Hieronymus Fabri canonicus ravennatensis, protonotarius apostolicus et vicarius generalis (n. 25. Dec. 1627; † 1679), collegit *le sagre memorie* di Ravenna antica, Venetiis 1664 pp. 2 in 1 v. in 4., quo in opere exhibet catalogum archi-

[1]) Cf. Mongitore I, 329.

[1]) Cf. Bibliografia romana, Romae 1880 t. 1 p. 142—45. — De episcopis patavinis scribere cogitavit Sertorius Orsato (Ursatus) vir admodum eruditus, eques venetus († 3. Jul. 1678), sed opus non prodiit. Collegit *Monumenta Patavina,* Patavii 1652 in f. . . *Dell' Istoria di Padova* p. 1. dalla fondazione di quella città sino all'a di Cr. 1173, ib. 1678 in f.; pars altera ab a. 1174—1239 non prodiit. Cf. Vedova Biogr. degli scritt. padov. II, 25—30. — Sebastianus Fantonus Castrucci (juxta cont. Fleurii l. 207 § 103) O. Carm. scripsit *Istoria della città d' Avignone* e Contado Venetino, Venetiis 1678.

episcoporum et virorum illustrium ravennatensium describitque civitatis ecclesias etc.; *Effemeride sacra ed istorica di Ravenna antica,* Ravennate 1675 in 4., aliaque ad hanc urbem illustrandam[1]); tr. *de protonotariis apostolicis,* Bononiae 1674 in 4. — Josephus de Magistris juris utriusque doctor palatinus edidit Francisci de Magistris avi sui *statum ecclesiae civitatis neapolitanae* 1641, auctum hac inscriptione: *Status rerum memorabilium tam ecclesiasticarum quam politicarum* ac etiam aedificiorum fidelissimae civitatis neapolitanae, in quo non solum de catholica fide a divo Petro in eadem civitate fundata, verum omnium ecclesiarum erectione, origine et statu civitatis, nobilitate, regibus, tribunalibus, officiis et popularibus amplissime tractatur, Neapoli 1678 in f. — De Laurentio Longo cl. reg. congr. Som. († 22. Mart. 1669) cf. Affò Mem. degli Scritt. parmeg. V, 163—169.

92. Prae ceteris vero laude dignus est[2]) Ferdinandus Ughelli O. Cist. Florentinus, abbas et bis sui ordinis praepositus generalis, Alexandro VII. et Clementi IX. acceptus, qui annuam ei assignarunt pensionem († 19. Maji 1670 a. aetatis 75), cujus exstat: *Italia sacra* sive de episcopis Italiae et insularum adjacentium, Romae 1642—1662 v. 9 in f., opus infinitae lectionis et prorsus eximium, in quo singularum ecclesiarum origines, episcoporum in singulis series et gesta, urbium conditiones, principum donationes, recondita monumenta in lucem proferuntur; melius digestum sed minus correcte cura et studio J. Coleti Venetiis 1717—1733 t. 10 in v. 8. Pretiosi huius operis compendium elaboravit sodalis Julius Ambr. Lucentius abbas, quod inscripsit *Italia sacra F. U. in epitomen redacta,* emendata et aucta episcoporum ad haec usque tempora successione, iconismis, numismatibus, tabulis topographicis tum episcopatuum tum abbatiarum exemptarum ac indice multiplici, adjectis insuper ss. pontificum vitis, Romae 1677 et 1704 t. 2 in f. *Laudensium ep. series* primum ab Ughellio contexta, deinde a Nic. Coleto aliquantulum aucta, tandem a Franc. Ant. Zaccaria edita prodiit Mediolani 1763 in 4; *cremonensium ep. series* etc. a Zaccaria S. J. restituta, emendata, pluribusque documentis locupletata, ib. 1749 in 4. *Cardinalium elogia,* qui ex ordine Cist. floruere, Florentiae 1624. — *Tabulam diptycham episcoporum comensium* subjunxit Lazarus Caraffinus episcopus melphitanus, dein (1626) comensis, actis synodi a se habitae († 1665), Patavii 1637 in 4.

93. Aliqui narrant *Missionum* fata. Ita Paulus le Jeune Gallus, qui parentibus calvinianis natus fidem amplexus est catholicam (1608) atque ingressus societatem Jesu (1613; † 7. Aug. 1664). Addictus est missioni canadensi, in qua transegit a. 18 et inde saepius misit *Relation de ce qui s'est passé en la Nouvelle France* scil. ab a. 1634—39; 1656—57; 1660—61, quae relationes prodierunt novem tomulis Parisiis 1634—1662; collectae dein cum aliis Quebec 1858 t. 3 in 8. — Ejusmodi literas (Relation) ab a. 1638—1664 de hac missione reperies in hoc op. scriptas ab Hieronymo Lallemant S. J. Parisiensi, qui cum fratre[1]) Carolo († 1674) ibidem diu missionarium egit eique missioni praefuit († 1673). — Alias octo prolixas[2])

---

[1]) Cf. Rotermund II, 982.

[2]) Cf. Tiraboschi t. VIII, p. 1 l. 2 c. 1 n. 21; Negri, Scrittori fiorentini; Niceron, Mémoires t. XLI.

[1]) Ab utroque distingue Petrum Lallemant rhemensem priorem can. reg. O. S. Aug. ad d. Genovefam (n. 1633; † 1673), cujus libelli ascetici *Testament spirituel, Saints désirs de la mort, La Mort des justes* admodum vulgati fuere. Cf. Feller V, 129.

[2]) Sommervogel VI, 1390.

(ab a. 1645—78) adjecit Paulus Raguenau S. J. Parisiensis, pariter ibidem missionarius († 3. Sept. 1680), Parisiis 1647 ss. et jam antea Bartholomäus Vimont S. J. († 13. Jul. 1667) de a. 1640—45 fasc. 6, Parisiis 1641—46. — Franciscus Creuxius (du Creux) S. J. Santoniensis († 1666) concinnavit *Historiae canadiensis* ll. X ad a. 1656, Parisiis 1664. — Anno sequenti (29. Dec. 1665) decessit ejusdem sodalis Franciscus Combes Caesaraugustanus Manilae theologiae professor, cujus est *Historia de las islas de Mindanao,* Jolò y sus Adyacantes. Progressos de la Religion y armas catolicas, Madrid 1667, opus accuratum, magna sagacitate elaboratum, recusum pluribus annotationibus preciosis illustratum et auctum cura W. E. Retana cum P. Pablo Pastells S. J. sub inscriptione *Historia* de Mindaño y Jolò Madrid 1897, ed. praestans. — Cum de missionibus agamus praetermitti non debet Adamus Joannes de Schall S. J. Coloniensis, qui Sinam missus non tam laboribus apostolicis quam literariis rem christianam plurimum promovit. Fuit enim astronomus insignis, hinc calendarium apud Sinas reformavit feliciter, ut dictus fuerit astronomus aulicus, magnas adeptus sit dignitates et munera, atque cum cognatis donatus fuerit nobilitate. Defuncto Suntschi imperatore orta est acris in christianos tempestas, ipse muneribus privatus, conjectus in carcerem (1664), imo et crudeli damnatus fuit morte, quam tamen feliciter evasit. Libertate donatus morbum incidit atque mortem obiit 15. Aug. 1669. Reliquit[1]) quam plurima scripta lingua sinensi, mathematica et astronomica praesertim. Ex literis in primis prodierunt *Narratio historica* de initiis ac progressu missionis S. J. apud Sinenses, Viennae 1665. *Historica relatio* de ortu et progressibus fidei in regno chinensi, Ratisbonae 1671. Plura de hac missione reperies in *Historia Tartaro-Sinica* nova, quam Fr. de Roma S. J. († 1676) Lovanii 1673 emisit. — Cum mentio recurrat missionis sinensis nominandus est et Jo. Baptista de Moralez O. Praed. Hispanus, n. c. 1597, missionarius et ipse in imperio sinensi, qui prae primis impugnavit ritus sic dictos sinenses, quos missionarii e soc. Jesu tolerandos in neophytis censuerunt. Nullum non movit lapidem, ut induceret congr. Inquisitionis ad eos reprobandos. Vir alioquin magni zeli et virtutis obiit[1]) 17. Sept. 1664. — Simon de Vasconcellos S. J. Lusitanus († 1671) redegit *Chronica* da companhi de Jesu do Estado do Brasil e do que abraraõ seus filhoos nesto parte do Novo Mondo (ab a. 1549—1570), Olisipone 1663 in f.; Vida do ven. P. Jos. de Anchieta etc., ib. 1672 in f. — Huc refer etiam Josephum Fernandez S. J. Turiasonensem strenuum virum apostolicum († 1674) ob vitam ex fontibus authenticis haustam: *Apostolica y penitente vida de el V. P. Pedro Claver,* Zaragoza 1666 in 4; Barcelona 1887 correcta et aucta. — Jacobus de Machault S. J. Parisiensis († 1676) literas missionariorum ex variis regionibus Asiae et Americae latine reddidit vel ex ipsis missionum historiam concinnavit atque ita octo tomulis de variis missionibus historiam publicae luci dedit[1]) Parisiis 1638—63. — Balthasar Tellez S. J. Olisponensis (n. 1595; † 19. Apr. 1675) scripsit *Historia Geral* da Etiopia alta ou Preste Joam, e do que nella obraram os Padres da Compania de Jesus, quam derivavit ex l. msc. Em. d'Almeyda sodalis, praepositi provincialis et visitatoris Indiae († 1666),

[3]) Cf. Backer III, 588; Günther, allg. d. Biogr. 30, 555; Huonder KL. X, 1754 ff.; Duhr Jesuitenfabeln, Freiburg 1891 pag. 319 ff.

[1]) Cf De eo plura apud Echard II, 611 ss.; Esser KL. VIII², 1856; Vie du grand apôtre de la Chine le ven. P. J. B. Moralez, Coloniae 1701.

[5]) Cf. Sommervogel V, 253—56.

Coimbrae 1660 opus rarissimum, in quo narrantur gesta patrum S. J. in Aethiopia; *Chronica da Comp. de Jesu* in Provincia de Portugal, Olisipone 1635 t. 1; 1647 t. 2; *Summa* universae philosophiae cum qq. theologicis, quae hodie inter philosophos agitantur, Olisipone 1642; Parisiis 1644; Olisipone 1644 pp. 4 in 8. — Huc referri potest Hieronymus Lopo (Lupus) S. J. Olisiponensis (n. 1594; † 2. Jan. 1678) naufragiis aliisque calamitatibus huc illuc translatus, cujus *Itinerario* das suas viagens in varias linguas translatum fuit, praesertim cur. Joachim Le Grand[1]) auctum pluribus dissertationibus, epistolis, memoriis, in quibus agitur de religione Aethiopum, Parisiis 1728 pp. 4.

94. Haud pauci *ordinum* vel saltem insignium monasteriorum illustrarunt historiam[2]). Ordinis s. Francisci gesta vel fata enarrant Michael Angelus a Neapoli (Vaginari) O. Min. episcopus jovenacensis († 1667), qui coepit *Chronologiam historico-legalem O. Seraphici,* Neapoli 1650 t. I. scil. a primo exordio usque ad a. 1633, complectens capitula generalia ac in ipsis editarum constitutionum seriem. Eam continuarunt ad a. 1718 Mich. Angelus de Sambuca, ib. 1718; Julius a Venetiis et Car. M. Perusini ad a. 1751, t. III., Romae 1752. — Antonius Panes O. S. Fr., Baeticus eleganter scripsit *chronica de la Provincia de s. Juan. B.* des Religiosos menores descalzos, Valentiae 1665 pp. 2 in f. — Emanuelis a Spe O. Min. reg. Obs. Lusitani est *historia seraphica provinciae Portugalliae,* Olisipone 1656 t. 1 in f.; 1666 t. 2 in f. — Didacus Tafuri O. S. Franc. strictioris obs. a Lequile, liciensis dioecesis in Salentinis oppido, theologiae lector, ab archiducibus oenipontanis expostulatus fuit, ut esset ipsis a confessionibus et concionibus, sacellanus archiducalis, theologus domesticus, consiliarius in rebus arcanis et historiographus. Quae cum munera laudabiliter obiisset, electus est a Ferdinando III. episcopus almiensis (Almisso in Dalmatia). Decessit Romae 1673 a. aetatis 79 relictis pluribus operibus[1]), inter quae huc spectant: *Hierarchia franciscana* in quatuor facies (hominis, leonis, bovis, aquilae cf. Ez. 1, 10) historice distributa, Romae 1664 t. 2 in 4; *Franciscus ter legislator evangelicus,* terque legis Christi et Ecclesiae romanae per se et per suos tres ordines apostolicus reparator, ib. 1667 t. 2 in f. — Petrus Tognolettus O. S. Franc. strict. obs. Panormitanus, philosophiae et theologiae lector, missionis tripolitanae praefectus vere apostolicus († 1680), praeter plures vitas servorum Dei scripsit[2]) *Paradiso serafico* del fertilissimo Regno di Sicilia o vero Chronica, nella quale si tratta dell' Origine della Riforma dei Minori Oss. in questo regno, della Fondazione e Riformazione de' Conventi, de' casi notabili successi con la Vita e Miracoli di tutti Beati e Servi di Dio così Frati come Terziari dell' uno e l'altro sesso p. 1, Panormi 1667 in f.; 1687 p. 2.

95. Augustinus Maria Romer O. Serv. b. M.V., diffinitor, Oenipontanus (n. 1618; † 15. Sept. 1669) magno cum labore congessit atque in lucem edidit historiam ordinis sui per Germaniam reparati, quam inscripsit *Servitus Mariana,* auspiciis austriacis in Germaniae, Hungariae et Boëmiae regnis reparata seu Historia O. Serv. b. M. V.

[1]) Jo. Le Grand aliquamdiu Oratorii sodalis (1671—76) totus postmodum negotiis politicis addictus († 1733 a. aetatis 80) reliquit plura opera politica et historica erudita, inter quae etiam *Histoire* du divorce de Henri VIII, Paris 1688 t. 3. Cf. Feller IV, 228.

[2]) De Carolo de Arembergh O. Cap. († 1669) egimus III[3], 702.

[1]) Cf. Sbaralea p. 216.

[2]) Cf. Mongitore II, 160.

medium seculum a sui reductione continens cum novorum ejus conventuum origine, Viennae Austriae 1667. — Isidorus a s. Joseph O. Carm. Belga, philosophiae et theologiae professor, italicae congr. procurator generalis (1647), dein (1650 et 1656) definitor generalis († 1666) coepit *historiam generalem fratrum discalceatorum Ord. b. V. M. de Monte Carmelo,* quam sodalis Petrus a s. Andrea, in seculo dictus Jo. Ant. Rampalle, Insulanus, Gallus († 29. Nov. 1671) retractavit, nova partitione et novo ordine elegantique forma donavit, auxit et complevit, Romae 1668 t. 1 in f.; 1671 t. 2., opus rarum et exquisitum (m. 220). — Petrus Wemmers O. Carm. Antverpiensis († 1678) reliquit *Chronicon* Carmelitarum, Antverpiae 1666. — Daniel a V. Maria O. Carm. edidit opus plane rarissimum *Speculum carmelitanum* seu historia O. Carm., Antwerpiae 1680 t. 2 in 3 v. in f., quo continentur apparatus ad speculum, speculum religiosi status, Ph. Ribotti ll. 10 de institutione ord. Eliani, Jo. Grossi Viridarium, dialogus defensorii Jo. Hildesheimensis, compendium Jo. Bachonis, informatio Bern. Olerii, chronicon Th. Bradley, apologia Baptistae mantuani, chronicon Jo. de Vineta, tabulare Petri Bruni, speculum Jo. de Malinis, fasciculus Jo. Palaeonidori, speculum Arn. Bostii, Trithemii l., excerpta ex armamentario Fr. Bonae Spei etc., acta SS. et viri illustres. — Ambrosius Landucci O. S. Aug. Senensis, ilicetanae familiae nomen dedit. Praecipuis suae religionis muneribus, vicarii generalis officio pluries egregie perfunctus, majora promeritus ad episcopatum porphyriensem promotus, pontificio solio inter episcopos assistens, sub Alexandro VII. et Clemente IX. ss. pontificibus sacrarii apostolici praefectus, pietatis obsequiis addictus, coenobia restauravit, sacella exstruxit, ecclesias ornavit . . . Obiit a. salutis 1669 a. aetatis 73.[c] Ita legimus in monumento ipsi Romae in coenobio s. Augustini posito. Scripsit praeter alia: *Ilicetana Sylva* sive origo et chronicon coenobii (prope Senas) et congr. de Iliceto O. Erem. S. Aug. in Tuscia, Senis 1653. — Jo. Bernardus Link (Linck) O. Cist. n. 13. Aug. 1606 Wratislaviae, post suum in ordinem ingressum dictus est Malachias, sed electus in abbatem (1646) nomen in baptismo acceptum iterum assumpsit († 19. Nov. 1671). Conscripsit *Annales Austro-claravallenses* seu fundationis monasterii Clarae-vallis Austriae vulgo Zwetl O. Cist. initium et progressus, ubi compendioso schemate per modum historiae universalis fideliter refertur quidquid ab a. 1083—1645 ex archivis et chronicis mscr. Zwetlensibus aliorumque scriptorum auctoritate erui poterat, non solum quod praefatam fundationem et fundatorum progeniem multorumque nobilium genealogiam, necnon de anno in annum notabiliores, praesertim in Austria, res gestas concernit, Viennae 1723. 1725 t. 2 in f. cura M. de Zaunagg abbatis. Opus est ditissimum documentis ad illustrandam historiam magnae partis Austriae. Introductionis loco praemittitur catalogus eruditus auctorum, qui in ipsis annalibus citantur[1]). — Caspar Jongelincx O. Cist. Antwerpiensis n. c. 1605, fuit abbas disenbergensis sive Montis s. Disibodi in dioecesi moguntina, postea Uterinae Vallis vulgo Ensersthal in dioecesi spirensi; verum utroque monasterio per Lutheranos occupato, proventibus suis frustratus alia quaedam beneficia a Ferdinando III. obtinuit in Hungaria, insuper et titulum historiographi caesarei. Remigravit variis afflictus morbis ad aërem natalem decessitque a. 1669. Evulgavit *notitiam abbatiarum O. Cist.* per orbem universum ll. 10, quibus singulorum

[1]) Multa reliquit opera mss., quae in Xeniis Bernardinis III, 167 indicantur. Cf. Krones allg. d. Biogr. 18, 731 s.

monasteriorum origines et incrementa, benefactorum aliorumque virorum illustrium diplomata, donationes recensentur, Coloniae 1640 in f. Quasdam *relationes et informationes* circa monasterium s. Crucis in Austria in ordine ad emendandam et augendam hanc notitiam scriptoris anonymi sec. XVIII. vulgavit Tescelin Halusa O. Cic. in Studien und Mitth. aus dem Ben.- u. Cistercienser-Orden XXIII, (1902), 373—86; 655—62. *Origines ac progressus O. Cist.*, abbatiarum equestrium seu militarium de Calatrava, Alcantara, etc., Coloniae 1641; *Purpura d. Bernardi* repraesentans elogia et insignia gentilitia pontificum, cardinalium, archiepiscoporum, qui assumpti ex O. Cist. in s. romana Ecclesia floruerunt, 1644 in f.; *Origo ac progressus celeberrimi monasterii de Castro-Aquilae O. Cist.* in Wedderavia dioec. moguntinae, ib. 1644; *manipulus* rerum memorabilium claustri hemmenrodensis O. Cist. in archidioecesi trevirensi[1]), ib. etc. — Stanislaus Sczygielsky O. S. Ben. monasterii tinecensis bibliothecarius concinnavit[2]) *Aquilam Polono-Benedictinam,* in qua beatorum et illustrium virorum elogia, coenobiorum ac rerum[2]) memorabilium synopsis, exordia quoque et progressus O. S. Ben. per Poloniam et ejus sceptris subjectas provincias breviter describuntur, Cracoviae 1663 in 4. Notitiam etiam tradit de Monialium O. S. Ben. monasteriis in Polonia et de ordinibus sive congregationibus tam monasticis claustralibus quam militaribus equestribus sub ordine S. Ben. et ejus regula militantibus. — Bernardus Hertfelder O. S. Ben. in monasterio augustano († 1664) *Basilicam SS. Udalrici et Afrae* imperialis monasterii OSB. Augustae V. historice descripsit, Augustae V. 1627; cum brevi chronico ejusdem usque ad nostra tempora curis RR. D. Bernardi abbatis cum figuris, ib. 1653. — Placidus Reymann O. S. Ben. einsidlensis, abbas (1629) celeberrimi hujus loci monasterii, studia in eo prudenter fovit, bibliothecam libris utilibus ditavit, et tempore belli dirissimi annis triginta Germaniam vastantis liberalem coluit hospitalitatem erga religiosos sedibus suis pulsos. Ad promovendas literas typographiam condidit, et inter ceteras sui regiminis curas archivum in ordinem redegit, cujus diligentiae fructus exstitit pretiosa collectio: *Documenta archivi einsidlensis* 1665—74 t. 5 in f. Decessit[1]) 10. Jul. 1670. — Vincentius Maria Fontana O. Praed. de Melide comensis dioecesis, vir rebus ordinis et antiquitatibus inquirendis et excutiendis omnino addictus († 1675), suae diligentiae plura dedit specimina: *Constitutiones, declarationes et ordinationes capitulorum gen. O. Praed.* ab a. 1220—1650 emanatae ex probatis eorum actis in ordinis archivo asservatis, Romae 1655 t. 2 in f.; *Syllabus magistrorum s. palatii* a s. P. Dominico usque ad F. Raym. Capisuccum, ib. 1663 in 4., cujus plures errores in nova ed. (cum op. sequenti) ipse correxit, sed teste Echard II, 660, plures adhuc supersunt, quod mirum esse non debet in re ob antiquitatem et codd. mss. aut latentium aut perditorum inopiam. *S. Theatrum Dominicanum,* ib. 1666 in f., in cujus p. 1.

[1]) *Epitomen fastorum lucellensium,* qua monasterii s. Mariae de Luciscella (Lützel) O. Cist. dioecesis basileensis origo, progressus aliaeque res memoria dignae explicantur, luci dedit ejusdem abbas Bernardinus, Bruntruti 1667 in 8; accedit monasteriorum mullorunensis et parisiensis succincta descriptio. Porro Bern. Buchinger n. Kientzheimii prope Kolmar abbas fuit (1654) sui monasterii, dein Maulbronii († 1673). Cf. de eo A. Ingold in egregia Biographia B. Buchinger abbé de Lucelle, Colmar 1901 in 12.

[2]) Cf. Ziegelbauer IV, 534. — Georgius Fnisting OSB. Monasteriensis, abbas liesbornensis († 1668) reliquit bona et accurata *Memorabilia* de liesbornensi aliisque abbatiis, sed inedita. Cf. Nordhoff allg. d. Biogr. VIII, 191.

[1]) Cf. Meier Allg. d. Biogr. XXVIII, 359.

recenset ss. pontifices, cardinales, patriarchas, archiepiscopos, episcopos et abbates; in 2. ministros s. sedis; „quod opus, inquit Echard, suo auctori non parvo constitit ejusque laborem arguit indefessum, licet plura in eo supersint et emendanda et addenda, sed unus in hisce non omnibus sufficit.“ *De romana provincia O. Praed.*, ib. 1670 in 4; *Monumenta dominicana* breviter in synopsin collecta, de fidis obsequiis ab O. Praed. s. Dei Ecclesiae usque modo praestitis, ib. 1675 in f.. — Josephus Silos O. Theat. Bituntinus († 14. Mart. 1674) usus adversa semper valetudine ad scribendum animum applicuit [1]). Scripsit annalium in forma *Historiarum cler. reg.* p. 1. ab a. 1523—88, Romae 1652 in f.; p. 2 ab a. 1588—1626, ib. 1655; p. 3 ab a. 1626—50, ib. 1666, cui adnexus est *catalogus scriptorum* congr. cler. reg. — Nicolaus du Toict (del Techo) S. J. Insulanus, praefectus missionis Paraquariae, in qua ab a. 1649 strenue laboravit († 1680), scripsit *historiam* provinciae Paraquariae Soc. J., Leodii 1671 in f., opus laude dignum. — De viris illustribus monasterii s. Martini tornacensis Aegidius Duquesne Athensis O. S. Ben. bibliothecarius et prior († 31. Dec. 1678 a. aetatis 77) disseruit, ex cujus msc. plura edidit notisque illustravit Ursmarus Berlière in Studien u. Mitth. aus dem Ben.- u. Cist.-Orden XII (1891), 90—104.

96. Plures quaestiones historicas ad crisin revocavit Joannes Launojus [2]) (de Launoy) vir eruditus quidem, sed hypercriticus et quod pejus est, in pluribus a fide catholica devius [1]), et sedis apostolicae apertissimus juxta Benedictum XIV. hostis, hinc quamplurima ejusdem opera fuere damnata [2]). Natus is est [3]) in Valdesie exiguo Picardiae pago 21. Dec. 1601 vel 1602. Absoluto Parisiis philosophiae atque theologiae studio in hac facultate doctor creatus et sacris ordinibus initiatus est 1634 (vel 1636), totumque se dedit patrum theologorumque lectioni, unde opulentam hausit eruditionis supellectilem. Regius ll. theologicorum censor dictus est (p. 1640), sed brevi huic muneri renunciavit. Cum vero nollet censurae, qua non solum ab ecclesia gallicana, sed etiam a sede apostolica Arnaldus notatus fuerat, se subjicere, a collegio Navarreo, cujus membrum erat, exclusus est. Singulis diebus Lunae in domo sua plures viri eruditi iique praesertim, quibus placita ejus comprobabantur et qui eam ob causam Launoji discipuli vocabantur, convenire solebant: qui tamen con-

[1]) Cf. Vezzosi II, 307—14, ubi alia ejusdem opera recensentur.

[2]) Alius ab eo est Alexis de Launoy O. Min. Flander († 1678), cujus sunt secundum Jo. a s. Antonio theses theologicae *de praerogativis immaculatae Deiparae semperque V. Mariae* ad mentem doctoris subtilis, Ypris 1665 in 4; *de peccato originali*, Gandavi 1662, quae tamen Dirks p. 261 ipsi non tribuit.

[1]) Mich. a s. Joseph III, 174: „Constat adeo illum imprudenter se gessisse, ut volens nolens Ecclesiae hostibus plurimum faverit ed ad errores suos pertinacius defendendo suppetias tulerit.“

[2]) Ea occasionem praebuerunt Antonio Reiser scribendi l.: *Jo. Launojus testis et confessor veritatis evangelico-catholicae* in potioribus fidei capitibus controversis, adversus Rob. Bellarminum, Chr. Lupum, Em. a Schelstrate, Nat. Alexandrum, Galesium et Marchesium vindicatus, Amstelodami 1685 in 8., Daventriae 1720, de quo cf. Journal des Savans XXIV, 555—572. Etiam a Perrone semilutheranus, imo et lutheranus larvatus dicitur. Cf. Zaccaria Antifebronius ed. 2. Cesenae 1770 introd. c. 6 § 10 p. 256.

[3]) Ceterum plura de eo cf. in *Launojanis* seu in collectione eorum omnium, quae ad Launojum ipsiusque scripta pertinent in ejus op. t. 4. II, 337 ss., quae tamen cum grano salis sunt accipienda, quum elogiis fere constent, quae hic vir non orthodoxus magna ex parte non meret; apud Fabricium hist. bibl. fabric. II, 136 ss. et auctores, qui a Fabricio allegantur; ib. VI, 193 ss.: 521 ss.; A. E. L. 1690 p. 156; 1731 p. 441; 1734 p. 112—20; 153—6; 199—202; 244—47; Rotermund III, 1376 ss.

ventus decreto regio [1]) prohibiti fuere. Amicitiam alioquin fovebat etiam cum viris eruditissimis et nequaquam suspectis, inter quos erant Sirmondus, Petavius, Morinus, Gassendi, Puteani fratres Petrus et Jacobus etc. Ceteris praeferebat Sirmondum, e cujus consuetudine multum profecit. Fere tota sua vita controversias literarias habuit cum viris eruditis, quae plurimis scriptis occasionem praebuere († 10. Martii 1678 a. aetatis 75). Ex innumeris (ultra 80) ejus scriptis [2]), quae collecta prodierunt Coloniae Allobrogum (Genevae) 1731. 1732 t. 5 in 10 v. in f., nonnulla hic secundum tomorum ordinem indicabimus. P. 1 t. 1. continentur: *Syllabus rationum,* quibus causa Durandi [3]) de modo conjunctionis concursuum Dei et creaturae defenditur, Parisiis 1636 in 8., quas compendio refert ex op. majori Lud. a Dola, de quo egimus III[3], 641; *praescriptiones de conceptu b. Mariae V.,* ib. 1676 in 12; 1677, quibus sententiae neganti immaculatam conceptionem patrocinatur. Contra eas scripsit Trevet: *Refutation d' un libelle* imprimé l'an 1676, qui a pour titre: *Prescriptions* etc., Rotomagi 1709 in 4. Hujus controversiae occasione vocat eum Perrone sublestae fidei auctorem, hypercriticum, „cujus corruptissimam in afferendis pro sua causa textibus fidem probe novimus,“ et insigne hujus sublestae fidei affert specimen [1]). *De frequentis confessionis et eucharisticae communionis usu atque utilitate* l., ib. 1653 in 8; *de mente conc. tridentini circa contritionem et attritionem* in sacramento poenitentiae l., quo scil. duplici theologorum de contritione et attritione opinioni praejudicium nullum fecisse, sed utramque scholae liberam reliquisse demonstratur, ib. 1653 in 8., proh. 13. Nov. 1691; ipse eam opinionem amplectitur, quae contritionis necessitatem tuetur; *de mente conc. tridentini* circa satisfactionem in sacramento poenitentiae dissertatio, ib. 1644 in 8; et 1664; *explicata Ecclesiae traditio* circa canonem *Omnis utriusque sexus,* ib. 1672 in 8. proh. decr. 13. Mart. 1679; *de sacramento unctionis infirmorum* l., ubi graeci et latini ritus primae, mediae et postremae aetatis referuntur et explicantur; deinde notatur quamdiu unctionem subsecutum est viaticum; tum refertur status morientium in cinere et cilicio, 1673 in 8. In t. 1 p. 2 habentur: *Regia in matrimonium potestas* vel tr. de jure secularium principum christianorum in sanciendis impedimentis matrimonium dirimentibus, ib. 1674 in 4. proh. 29 Jan. 1686, quo in op. maxime aberrat a doctrina catholica sequens M. Ant. de Dominis vestigia. Docuit enim facultatem statuendi impedimenta matrimonii dirimentia adeo proprio et nativo jure ad solos reges et principes pertinere, ut Ecclesia eam exercere non possit nisi vel usurpatione vel indulgen-

[1]) Les Conférences qu'il tint chez lui tous les lundis furent une espèce d'école académique, où l'on trouvait à s'instruire, et quelquefois aussi à s'égarer; et comme elles prenaient l'air de conventicules, où se rendaient des gens d'une humeur dogmatisante, le roi les inderdit en 1676. On s'y occupait beaucoup de Richer, de ses opinions, et on cherchait à établir un système démocratique et anarchique, qui ne convenant à aucune société, renverserait par ses bases l'autorité de Eglise catholique. Pour détourner l'attention du public, on faisait la guerre aux légendes etc. Feller V, 175.

[2]) Niceron XXXII, 84 ss.

[3]) Robert des Gabetz O. S. Ben., lotharingus Durandi sententiam refellit in l. (inedito): *Ecrit a M. le Cardinal de Retz touchant l' action positive du peché et le concours.*

[1]) De immacul. b. M. V. conceptu p. 1. et p. 2. c. 2. Gravius adhuc judicat Feller l. c. „Il faut bien s'en défier (quoad citationes); quand une passage le génait, il le corrumpait, et le rapportait tel, qu'il l'avait créé avec un impudence incroyable.“ Quod cum exemplo probasset, prosequitur: „La plupart de ses raisonnements ne sont pas plus justes que ses citations, et il semble quelquefois avoir eu d'autres vues que celles qu'il annonce.“

tia ac concessione principum. Ut conc. tridentini sess. XXIV. can. 4 anathema evaderet, inaudito plane figmento contendit, tridentinos patres ecclesiae nomine reges ac principes significasse [1]). Launojo statim opposuit Galesius Rubensium episcopus († 1679) op. *ecclesiastica in matrimonium potestas,* apologema pro vetustissima et catholica doctrina de jure Ecclesiae in sanciendis legibus fidelium matrimonium impedientibus et dirimentibus, Romae 1677; cui Launojus respondere conatus est l. *Jo. Launoji contentorum in l. Galesii erratorum index locupletissimus,* Parisiis 1677 in 4. proh. 29. Jan. 1686, in quo eandem cramben recoquit et ex factis jus infert. Contra l. Launoji scripsit etiam Jac. Leullier doctor sorbonicus atque s. Ludovici in insula parisiensi parochus *observationes* [2]), ib. 1678, qui innumera propemodum ejus sophismata notat ostenditque plurium ab eo auctorum textus fuisse depravatos et in alienum sensum violenter detortos, totumque fere expilatum et transcriptum M. Ant. de Dominis haereticum. Demum in Launojum calamum acuit Gerbesius doctor pariter sorbonicus in op.: *Traité du pouvoir de l' Eglise* et des princes sur les empêchemens du mariage, ib. 1690. — *Véritable tradition de l' Eglise sur la prédestination et la grâce,* Leodii 1702 in 12., quem l. censores romani ad minus tamquam impium, blasphemum, s. Augustino, sedi apostolicae, ipsimet Ecclesiae injuriosum notarant, hinc a. 1704 a Clemente XI. damnatus fuit. Libri tamen dubia dicitur genuinitas [3]). Cum in eo s. Augustini de gratia et praedestinatione doctrina tamquam contraria communi aliorum patrum sententiae proponatur, ideoque novitatis accusetur, opposuit Serry O. Pr. l.: *D. Augustinus summus praedestinationis et gratiae doctor* a calumnia vindicatus adversus J. Launoji traditionem foetu posthumo recens editam et peculiari Clementis XI. P. M. decreto nuper inustam, Coloniae 1704 in 12; et etiam P. Daniel S. J. l.: *Défense de s. Augustin* contre un livre, qui parut depuis peu sous le nom de M. de Launoy, où l' on veut faire passer ce s. Père pour un novateur, Parisiis 1704 in 12. Hinc controversia exarsit inter Serry et Daniel, quorum ille edidit l.: *Epistola Jo. Launoji ex Elysio ad Generalem Soc. Jesu Praep. data,* qua conceptum ex lata in suam de gratia et praedestinatione traditionem sententia dolorem amice significat: Augustini abs se traducti culpam societatis theologorum exemplo depellit: nihil demum toto ferme libello scriptum ostendit, quod ab iis summa fide non delibarit, in Campis Elysiis 1705 in 12. Daniel respondit in *Lettre du P. D. Jésuite* au R. P. Antonin Cloche Fénéval de l' ordre de s. Dominique touchant le l. du P. Serry contre le S. Launoy et touchant une lettre imprimée contre les Jésuites, attribuée à ce Religieux [1]), 1705 in 12. Damnatus autem fuit Launoji l. a Clemente XI. d. 28. Jan. 1704, quod censores illum ad minus »tamquam impium, blasphemum, necnon fulgidissimo catholicae Ecclesiae lumini maximoque doctori s. Augustino, quin imo ipsimet Ecclesiae atque apostolicae sedi injuriosum, damnandum et prohibendum esse censuerint.«

97. T. II. p. 1. continentur: *De auctoritate negantis argumenti diss.* Parisiis 1650 in 8. Utitur Launojus saepissime

[1]) Cf. Perrone praelect. theolog. t. 9 de matrim. c. 3.

[2]) De quo opere fuse disserit Mich. a s. Joseph II, 532 ss.

[3]) Cf. ep. in J. des Sav. 1701 p. 722 ss. genuitatem negat du Pin; D' Argentré in comment. hist. de praed. et reprob. ad a. 1660 l. genuinum censet: alii eum tribuunt Ludovico de Marais ejus discipulo. Cf. Reusch Index II, 688.

[1]) Alia scripta hujus controversiae occasione edita cf. apud. Niceron l. c.

hoc argumento, omnisque fere launojani aedificii moles innititur principio, propter scriptorum aequalium vel supparium silentium factum aliquod confidenter posse negari: hinc ejus vindicias in se suscepit adductis 150 scriptoribus, qui eo sint usi; non bona tamen fide videtur silentio premere, ex patribus a se allegatis plures et insigniores argumentum negativum disertissime contemnere. Impugnarunt eum Jo. B. Thiers et Honoratus a s. Maria: hic in *animadversionibus in regulas et usum critices* t. 1. diss 3 a. 2; ille in l. *de auctoritate argumenti negantis* [1]), Parisiis 1660 in 12., cui opposuit Launojus alteram suae diss. ed. (ib. 1662) cum appendice, in qua J. B. Thiers exercitatio adversus eandem diss. expenditur et castigatur; cui reposuit Thiers defensionem adversus appendicem etc., ib. 1664 in 12. — *Dispunctio epistolae* (scil. P. de Marca ad Henr. Valesium, Parisiis 1658 in 8.) de tempore, quo primum in Galliis suscepta est Christi fides, ib. 1659 in 8., proh. 21. Nov. 1689; *diss. tres*, quarum una Gregorii Tur. de 7 ep. adventu in Galliam; altera Sulpicii Severi de primis Galliae martyribus locus defenditur, et in utraque diversarum Galliae ecclesiarum origines tractantur; tertia quid de primi Cenomanorum antistitis epoche sentiendum sit explicatur, ib. 1651 in 8; 1670, proh. 21. Nov. 1689; varia *de commentitio Lazari et Maximini, Magdalenae et Marthae in Provinciam appulsu* opuscula (3), quibus tr. (accuratus) accedit *de cura Ecclesiae pro sanctis et sanctorum reliquiis ac sacris officiis* ab omni falsitate vindicandis. Launojum hac in q. impugnarunt Fr. Gerson, Jo. B. Guesnay S. J. (de quo cf. III, [3]1120) et Honoratus Bouche, Aquasextiensis theologiae doctor et praepositus, historiographus Provinciae († 1671), qui pro adventu Lazari, Magdalenae et Marthae in Provinciam scripsit [1]) *Vindicias fidei et pietatis* Provinciae pro coelitibus illius tutelaribus, Aquis Sextiis 1644 in 8; et gallice ib. 1668 in 4., quibus respondit Launojus *dispunctione libri Bucheiani*, Parisiis 1680 in 8. Varia *de duobus Dionysiis atheniensi et parisiensi* opuscula (10), quorum fronti Jac. Sirmondi diss. (cf. III, [3]1079) de eadem materia praefigitur, ubi ex occasione multa ad gallicanae ecclesiae originem spectantia tractantur. Pro vulgata tamen opinione steterunt (Menardus (III[3], 1150), P. Franc. Chifflet (cf. infra) etc. *De Victorino episcopo et martyre* diss., ib 1653 in 8; 1664, proh. 21. Nov. 1689. In ea tuetur, Victorinum, qui sub Diocletiano martyrium passus est, non fuisse episcopum pictaviensem in Aquitania, sed petavionensem seu petaboniensem in superiori Pannonia. Accedit appendix de 5 illustribus Victorinis, nimirum 1. praxeanae haereseos defensore; 2 petavionensi; 3. afro, rhetore urbis Romae; 4. rhetore massiliensi; 5. oratore antiocheno, cui cognomen Lampadius. P. 2. T II. habentur: *De recta nicaeni canonis VI. et prout a Rufino explicatur intelligentia* diss., ib. 1640 in 8; 1662, proh. 1. Dec. 1687: quam cum impugnasset P. Nicolai O. Praed., eam vindicavit Launojus *in propugnatione dissertationis* ib. 1671 in 8. Rufinus canonem ita vertit et vertendo explicat: „Ut apud Alexandriam et in Urbe Roma vetusta consuetudo servetur, ut vel ille Aegypti, vel hic suburbicariarum ecclesiarum sollicitudinem gerat.“ Suburbicarias autem ecclesias suburbicariis regionibus contineri as-

[1]) Secundum Launojana p. 2 nonnisi a. 1662 prodiit hic l. inscriptus: *Exercitatio*, in qua quid in historicis rebus in materia fidei et apud dialecticos de argumento negativo sentiendum sit, ossenditur.

[1]) Ejus quoque est *Chorographie* et Histoire chronologique de Provence (ad. a. 1661), Aix 1661 t. 2 in f., cujus op. pars prior magnam prodit diligentiam et accurationem. Cf. Feller 2, 117; de ejus *Vindiciis* Mich- a s. Jos. II, 473 s.

severat Launojus, quae in Imperii notitia sic describuntur: »Sub dispositione V. S. Vicarii Urbis Romae provinciae infra scriptae: Consularis Campaniae, Tusciae et Umbriae, Piceni suburbicarii, Siciliae, corrector. Apuliae et Calabriae, Brutiorum e Lucania et praesides Samnii, Corsicae, Valeriae.« Hinc putabat in canone quantum ad jus metropoliticum comparari Alexandriae et Romae antistites. Adversus hanc explicationem scripsit etiam Henr. Valesius in observationibus ad Socratis et Sozomeni historiam. *De vera notione plenarii apud Augustinum concilii* in causa rebaptizantium diss., ib. 1644 in 8., 1662; 1666; et cum haec ab eodem P. Nicolai fuisset impugnata, adjecit ejus confirmationem, ib. 1667 in 8., utraque proh. 18 Apr. 1689. Contendit in ea Launojus, Augustinum sub hoc concilio intelligere conc. *arelatense.* Addidit praeterea *Remarques sur la diss.,* où l'on montre en quel temps et pour quelle raison l'Eglise Universelle consentit à recevoir le Baptême des Hérétiques etc., ib. 1671 in 8; 1675, proh. 29. Aug. 1690; cum responso (gallice scripto) adversus Jo. David, qui in op. infra citando Launoji sententiam de illo concilio plenario refutaverat, 1672 in 8. *De auctore vero professionis fidei,* quae Pelagio (cui illam vindicat Launojus), Hieronymo, Augustino tribui vulgo solet, diss., ib. 1651 in 8; 1663, proh. 29. Mai 1690; *veneranda rom. ecclesiae circa simoniam traditio,* ib. 1675 in 8., proh. 5. Oct. 1688, quo in op. deridendas propinat s. Officii ac Indicis congr. et annatas simoniaca labe infectas affirmat. *De cura Ecclesiae pro miseris et pauperibus* l. (eruditus), ib. 1663 in 8; *de veteri ciborum delectu in jejuniis christianorum* et maxime in quadragesima diss., ib. 1649 (docta); ed. 2., cui accessit de veteri more baptizandi Judaeos et infideles et de priscis solemnioribus baptismi temporibus, ib. 1663; ea illustrat discrimen inter jejunium et abstinentiam a carnibus.

98. T. III. complectitur examen, quod de pluribus documentis, privilegiis etc. ad varia monasteria spectantibus Launojus instituit, quo in negotio animum prae se fert plane aversum monachis: pessime enim de illis sentit ac nunquam cum eis egit nisi admodum contumeliose. Monasteria enim habuit tamquam falsorum monumentorum quaestuosissimas officinas. Quae opinio tam altis defixa radicibus ejus haesit animo, ut vix odoratus chartam a monachis prolatam, artificiose confictam vociferaretur. Hac occasione prolixa habetur sedis apostolicae defensio adversus eos, qui dignitatem illius subreptis privilegiis infamant. T. IV. p. 1. habentur: *De scholis celebrioribus* seu a Carolo M. seu post eundem Carolum per occidentem instauratis l., ib. 1672 in 8; Hamburgi 1717 in 4. cum Mabillonii *itinere germanico* cura Jo. Alb. Fabricii; *de varia Aristotelis fortuna in academia parisiensi* extraneis hinc inde adornata subsidiis [1]), Parisiis 1653; 1662: Hagae 1656 in 4; Wittembergiae 1720 in 12. Quem l. eo fine scripsisse videtur, ut scholasticorum doctrinam, qui Aristotelis philosophiam a paganismi erroribus plenissime purgatam passim sectantur, contemptui exponeret simulque secularibus magis placeret, quibus mechanica philosophandi via plus hodie arridet. *Regii Navarrae gymnasii parisiensis historia* (ad a. 1640) . . Parisiis 1677; 1682 in 4. Exhibet in ea catalogum 134 sociorum scriptis illustrium cum operum indice et elogiis saepe non prorsus justis. Narrat vitas aliorum quoque, qui scriptis non inclaruerunt. Mendosa autem est annorum designatio. T. IV. p. 2 complectitur scripta occasione controversiae de vero auctore l. *de imitatione Christi,* quem ipse Joan. Gersen vercellensem putat; quaedam antea inedita de matrimonio. T. V. continet Launoji *epistolas,* quarum plures sunt admodum prolixae seu potius diss.

[1]) Cf. acta erud. lips. suppl. VII, 405

et tractatus. Prodierunt seorsim Parisiis, dein 8 partibus comprehensae cura Guil. Saywelli Cantabrigae 1689 in f., proh. 1686 et 1687. In his agit praesertim de conciliis et de rom. pontifice, cujus primatum omni studio elevare nititur. Negat enim eum esse infallibilem, generali concilio et canonibus subjectum statuit: jus indicendi et convocandi concilia eidem abrogat, ut illud tribuat imperatoribus: Augustinum non alium in controversiis religionis judicem supremum agnoscere quam episcoporum concilium contendit: traditionem de oraculorum Domini Matth. 16, 18: Luc. 22, 32; Joan. 21, 15. sensu, quibus Petri primatus stabilitur, turbat: ac multum adversus Bellarminum, Cajetanum, Eudaemon Joannem, Pallavicinum, Hor. Justinianum, Vinc. Baronem, Baronium etc. disputat [1]). Nolumus Launojo negare eruditionis et diligentiae laudem, hinc nonnulla ejusdem opera fontes esse possunt, unde hauriant qui de eodem argumento scribere velint, sed ad taedium usque testimonia eaque prolixa in suis operibus repetit atque recantat, stilus est neglectus; sobrietatis limites praetergressus hypercriticae vela nimium expandit singula arrodens, vellicans, et prorsus convellere mordaciori dente conatus arcessitis undecunque parum fundatis subsidiis [2]), praesertim monasteriorum privilegia, pias populorum traditiones sanctorumque antiquiorum cultum [1]). Haec non indicia animi candidi et amoris veritatis, quem haud pauci in ipso mirantur, sed irreverentis opinandi judicandique audaciae.

99. Inter *hagiologos* primae debentur partes Joanni Bollando [2]) S. J. parenti magni illius operis, quod ab ipso nomen traxit. Patria ei fuit Juliimons (Julémont) in limburgensi ducatu pagus, ubi natus est 13. Aug. 1596. Puer literis humanioribus operam dedit tanto successu, ut nunquam non primum referret praemium in ascensu: magistrorum simul et disciplinae tam reverens fuit, ut nemo aliorum, qui easdem tum pariter scholas frequentavere, meminerit vel verbo unquam vel nutu increpitum, nedum severius castigatum ob aliquod puerile delictum. Memoriae fidelitate adeo pollebat etiam ad extremam usque vitam, ut quacunque de re, loco persona sermo incidisset, cujus quidem aliquando notitiam habuisset, minutissimas quasque illius circumstantias continuo proferret cum stupore colloquentium, non anni, non diei notam, non genus aut nomen praetermittens. Societatem Jesu ingressus (21. Sept. 1612) quamvis sodalium plerisque aetate minor, cunctis tamen praeluxit exemplo cereae ad omnem virtutis formam capiendam indolis et seriae voluntatis ad ea, quae didicisset, per omnem vitam suis in moribus exprimenda. Studia philosophica felicissime absolvit publica de selectis ex universa philosophia thesibus disputatione. Exhinc literis humanioribus docendis admotus fuit variis in urbibus. Silvaeducis per sacras quadragesimae ferias bis in hebdomade

[1]) Cf. Fabricium in hist. bibl. fabric. II, 136 ss.; Scheelstratium t. II antiquit. illustr. diss. 2 c. 6 a. 1 p. m. 120 n. 1 ss.

[2]) Cf. Sollerius mens. Julii V, 205 n. 103. 104; p. 214 n. 150 in comment. praevio s. Mariae Magd.; Graveson p. 3 hist. eccl. t. 8 colloq. 5. p. m. 161; Schüz in comment. critico de scriptis et scriptor. hist. p. 253; Mich. a s. Joseph III, 173 ss.; Ziegelbauer II, 498; Bonav. Dago, qui sub nomine Vigneulii Marvilii edidit *Miscellanea historica et literaria*, tract. 1 p. 277 advertit: „Plures divos Deo hominibusque formidandus criticus de coelo praecipites dedit, quam pontifices decem ibi collocarunt;“ Reusch II, 578; Feret La fac. de Théol. de Paris, ep. moderne V, 1—35.

[1]) Non reprehendimus etiam in his examen et judicium criticum, sed *sobrium* illud sit et *modestum*.

[3]) Alius a Sebastiano B. (de Bollandt) O. Min. belga († 1645), qui edidit *sermones aureos* Fr. Petri ad Boves O. Min. (qui floruit c. a. 1430) in dominicas et festa per annum, Antwerpiae 1643 in f.

dicebat latine ad collectam juventutem trium superiorum scholarum capitum circiter 360; dicebat autem tanta eloquentia et gravitate, ut maxima inter discipulos auctoritate polleret, licet annum vigesimum nondum esset praetergressus. Bruxellis fervidis suis exhortationibus quamplurimos, ut vitam amplecterentur religiosam, permovit. Theologiae Lovanii operam dedit eamque insigni disputatione absolvit: eoque in actu ita fecit abunde satis, ut judicio Aegidii de Coninck, studiorum lovaniensum praefecti, designandus fuerit ad tradendam philosophiam, nisi ipse, sui ad eam rem animi propensionem rogatus, alio potius, si suo relinqueretur arbitrio, se ferri declarasset. Quinquennio scholarum mechlinensium et adjunctae congregationis marianae cum maxima omnium satisfactione gessit praefecturam. Defuncto 5. Oct. 1629 Heriberto Rosweydo, qui de actis sanctorum edendis inierat consilium, Bollandus noster operi exsequendo datus est successor (1630). Hic jam vastius ampliusque concepit opus, aususque est totam circumspicere Europam, et diligenti in omnes partes scriptione utens ad conferendam operam sodales invitavit ex singulis fere provinciis. Hinc amplissimum ei fuit cum viris eruditis omnium regionum commercium epistolare, cumque ipse ita innotesceret, simul vero tunc typographi antwerpienses essent celeberrimi, undique homines literati precibus eum adibant, ut suorum operum editionem ipse curaret vel promoveret. Ipse quoque quando poterat literariis subsidiis librorum auctores juvabat, ut Franc. la Hier, Barth. Fisen, Hug. Wardaeum, Jo. Colganum, Aeg. Bucherium etc.

100. Crescente sub manibus opere additus est (1635) Bollando socius strenuus Godefridus Henschenius, atque post immensos labores prodiit demum 1643 mensis Januarius hac inscriptione *Acta sanctorum*, quotquot toto orbe coluntur vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae ex latinis et graecis aliarumque gentium antiquis monumentis collegit, digessit, notis illustravit J. Bollandus S. J. servata primigenia scriptorum phrasi. Operam contulit G. Henschenius . . . Prodiit nunc 2 t. *Januarius*, in quo 1170 nominatorum sanctorum et aliorum innumerabilium memoria et res gestae illustrantur etc., Antwerpiae 1643 in f. Continet prior t. etiam prolixam Bollandi praefationem de actis SS. eorumque dilucidatione et editione, in fine vero appendicem additionum, retractationum, annotationum ad 15 priores dies. Licet autem quam plurimi praetermittantur sancti, eorum tamen vel mentio studium exegit non exiguum, quod reddenda fuerit ratio, ob quam hi a scriptoribus aliis inter sanctos ejusque diei fuerint relati aut ad alios rejiciantur dies, aut omnino praetermittantur. Quorum autem SS. res gestae vel memoriae in iisdem tomis ex incidenti illustrantur, ii propemodum sunt innumerabiles. Fatendum quidem est hunc mensem, praesertim ab initio, nondum esse omnibus numeris absolutum, ut sunt rerum omnium principia magis difficilia et perfecta minus, praesertim cum necdum constaret inter auctores de nova forma operi inducenda. Tamen vel hic mensis eruditorum approbationem promeruit. Ob varios indefessi alioqui auctoris morbos negotiorumque molem vix demum post exactos 12 annos ab excuso Januario Februarius successit Antwerpiae 1658 v. 3 in f, qui complectitur ultra mille tercentos SS. Ut autem commodius scripta librosque suos, quorum immensam congessit copiam, digerere iisque uti posset, proprium impetravit museum, quod apte instruxit ac gradatim ditissimus atque celebratissimus factum est thesaurus literarius. Ad colligendam uberem pro opere suo ingenti

messem misit operis socium Godefridum Henschenium cum Daniele Papebrochio, qui tertius adjunctus est eidem prosequendo, in urbem (1660), felici admodum fructu. Romae enim summus pontifex, plures cardinales, viri eruditi aliique multis obsequiis Bollandi socios prosecuti sunt eorumque studia strenue promoverunt. Ita Holstenius tunc vaticanae bibliothecae custos, Bollandi socios tanti fecit, ut cum eo tempore in letalem inciderit morbum, inter eorum voluerit manus mori. Ita Ughelli (cf. supra p. 209) tantae erga hospites fuit liberalitatis ac pene prodigalitatis, ut cum duo ingentia collectaneorum volumina iis traderet examinanda ipsique facultatem peterent describendi quae vellent: Non describenda, inquit, sed habenda trado, quando iis ego jam usus abunde sum, et omnia Bollandi meritis inferiora existimo. Ex his autem voluminibus poterant excerpere plus quam 60 SS. acta necdum alibi reperta. Omnium quoque religiosorum ordinum praepositi generales literas commendatitias pro ipsis ad suos dederunt, ut et in reditu non solum liberaliter exciperentur, sed et uberem fructum ex monumentis variis in conventibus asservatis colligere possent. Manipulis onusti redierunt tandem ad tanti operis parentem Bollandum (21. Dec. 1662). Nova ergo alacritate opus semel coeptum cum sociis prosequitur, sed mensis Martii tomum tantum primum videre potuit morte oppressus 12. Sept. 1665. Non solum vir erat summae eruditionis et sagacis judicii, sed et virtute illustris. Officiis caritatis erga omnes, qui ejus operam aut curam deposcebant aut per epistolas expetebant, semper praesto fuit. Orationis studium enituit in eo constans et sedulum, et quod mirandum, tot inter occupationes, quibus tantum non obruebatur, ordinatissimum. Speciali sensu pietatis venerabatur b. Virginem, quam sabbatino jejunio singulis hebdomadis per omnem vitam constanter colebat [1]). In corpus suum pie crudelis fuit; superiorum suorum observantissimus exstitit, eorumque auctoritatem in omnibus apud subditos sartam tectamque curabat pro viribus conservare. Multis gravibusque morbis diu conflictabatur, calculo, hernia, asthmate et aliis, ex quibus subinde acutissimis cruciabatur doloribus, ita ut saepissime noctu quinquies vel sexies etiam hieme de strato illi surgendum fuerit, quae tamen omnia invicta patientia toleravit. Quanti porro ab omnibus etiam externis, coleretur, post mortem patuit, quando in plerisque ordinibus religiosis tamquam de singulis bene merito solemniter illi parentatum est. RR. PP. Dominicani, Franciscani, Carmelitae Antwerpiae per triduum in suis singulis templis exse-

---

[1]) Aliud ejus pietatis specimen legimus in vita c. 10 n. 52. Cum scil. Austriae imperator praecipua instantia flagitaverat a generali S. J. patrum fratrumque suffragia pro felici exitu belli, quod in turcas susceperat, provincialis in Belgio imperavit omnibus suis, ut singuli ad immediatum superiorem scripto consignata afferrent pietatis et poenitentiae opera, quae ad hunc finem statuerent offerre Deo: Bollandus affecta jam aetate hanc tradidit schedulam: „In nomine Domini. Ad Dei bonitatem hoc tempore propitiandam Ecclesiae, haec nunc coram Deo propono: 1. omnia opera expressa intentione Deo ad hunc finem offerre, ac praesertim quae mihi a superioribus injuncta sunt studia serio exsequi, prout valetudo patietur. 2. Singulis hebdomadis praeter ordinariam abstinentiam unam adhuc assumere. 3. In omni refectione appetitum aliqua re, ad quam fertur, fraudare. 4. Incommoda valetudinis, quae assidue diu ac noctu patior, aequo animo ferre, nisi placeat Deo iis me liberare: mallem enim prae iis plures per hebdomadam, imo etiam quotidianas disciplinas suscipere. 5. Diligenter disciplinam domesticam observare et praesertim silentium ad focum. 6. Quotidie prout oportunum erit visitare septem altaria templi nostri et patronis, praesertim b. Virgini, necessitatem praesentem commendare.“

quias illius celebrarunt. Romae vero praepositus generalis Carmelitarum funebre sacrum solemni ritu pro illo obtulit et per omnia ordinis sui monasteria idem fieri mandavit [1]).

101. In edendis vero SS. actis non contentus est Bollandus qualescunque recudere vitas et legendas, sed criticam iniit viam secundum omnes solidae eruditionis regulas. Hinc ipse et qui post ipsum in illo versantur opere, hanc sibi praescripsere legem, ut nullum, quem non ipsi inspexerint legerintque testem, praesumant adducere; et singulorum, quibus primario nituntur, aetatem, veracitatem prudentiamque in scribendo sibi declaranda existiment. Nihil eorum, quae ad sancti alicujus pleniorem notitiam pertinent, volunt indiscussum relinquere; nullum locum tam obscurum, tam ignobilem gentem, tam remotam praeterire regionem, quae sanctos aliquos colat aut coluerit aliquando; nullam denique vocem tam barbaram, quo suam non extendant diligentiam, quantum quidem per editos ineditosque auctores, per literarum commercia, per obsequia sibi conciliatorum ubique amicorum humanus potest labor obtinere. Particulares quorumcunque episcopatuum, civitatum, monasteriorum, religiosorum ordinum origines, successiones historiasque scrutantur et explanant pro viribus. Ubi SS. acta desunt, quod de plerisque dici potest, eorundem vitas summa sedulitate ex variis eruunt auctoribus, brevioresque amplissimis annotationibus vel commentariis evolvunt, confirmant, illustrant. Singulis diebus in SS. recensendis ordinem sequuntur chronologicum. Ad a. 1773 prodierunt vol. 50 (usque ad 7. Oct.) recusa usque ad t. 5. Sept. Venetiis 1734 ss. t. 42. (ed. mendosa). Ab a. 1794—1836 interruptum est opus, resumptum a. 1837 et ab a. 1845 demum prodiit continuationis 1. vol. (Octobris t. 7., totius op. 53) cui pedetentim accessere alia decem (usque ad priores dies Nov.). Recusum fuit Parisiis 1866—1902 t. 66. De singulis scriptoribus [1]), qui ad ea symbolam contulerint, suis dicemus locis. — Bollandus insuper ex italico latine edidit: *Narratio persecutionis* adversus Christianos excitatae in variis Japoniae regnis a. 1628—30 Antverpiae 1635. Partes habuit in concinnando op. festinato *Imago primi seculi S. J.*, ib. 1640, quod hostibus Societatis praebuit occasionem eam impugnandi et calumniandi.

102. Ex eadem Soc. J. de sanctis praeterea scripserunt: Daniel Cardon [2]) Antwerpiensis († 1678), qui operam contulit ad t. 2. et 3. Maji. — Hermann Crombach Coloniensis n. 1598, philosophiae et theologiae moralis professor († 6. Febr. 1680), qui auctor est operum [3]): *Primitiae gentium* seu historia ss. trium magorum evangelicorum et encomium, quibus praerogativae eorum, genus, patria et exspectatio sideris ac Messiae, profectio stella duce Hierosolymam et adoratio Christi in Betlehem commen-

[1]) Plura cf. in *vita Bollandi* praeclara auctore D. Papebrochio, quae legitur initio t. 1. Martii Act. SS.; apud Sotvellum, Foppens I, 428, 584; Dupin XVII, 267; Bibliogr. nat. de Belg. II, 136—41.

[1]) Sommervogel I, 1624—75, ubi non singuli solum t. accurate describuntur, sed et edit. recensentur versionesque vitarum seu diss., quae seorsim prodierunt; libri libellique editi occasione hujus operis etc. Praeter fontes ib. citatos cf. etiam Bonner-Zeitschrift für Philos. und kath. Theologie fasc. 17 p. 245 ss.; f. 20 p. 235 ss.; Schüz in comment. etc. p. 33 ss.; Pitra Etudes sur la collection des actes des Saints par des Boll., 1850; Fr. X. Ram Les nouv. Boll. Bruxellis 1860: Praefationes tr., diatribue, monumenta a J. Boll. caeterisque hagiologis elucubrata etc., Venedig 1740—51 t. 3; Schmid KL. II, 986—91. De impugnatione quorundum Actorum vel diss. cf. Reusch der Index II, 226. 268 ss. etc.

[2]) Cf. ejus elogium initio t. 2. mensis Maj Act. SS.

[3]) Cf. Ennen allg. d. Bi. IV, 605; Duhz Ztschr. f. k. Theol. XIII (1899), 76.

tario in c. 1 s. Matthaei illustrata; item reditus, res gestae, martyrium, translationes variae et novissima Coloniam A. cum aliis SS. reliquiis, cultus ss. corporum etc., Coloniae 1654 pp. 3 in 1 v. in f.; *Vita et martyrium s. Ursulae et sociarum undecim millium virginum* etc. ex antiquis monumentis bona fide descriptum, notabilibus argumentis, quibus historiae fides satis solide fundari posse videatur, confirmatum, ib. 1647 t. 2 in f.; cum *auctario* Ursulae vindicatae 1699. Collegerat magna diligentia *Annales* metropolis coloniensis, qui tamen non prodierunt. — Reinoldus Dehnig (Dehn) Regiomontanus, qui parentibus lutheranis n. 1625, agente P. Kircher ad veram fidem conversus est. Socius datus est P. Wagnereck (III³, 1098) ad ordinandos codices mss. graecos cesareae bibliothecae viennensis († 8. Apr. 1670). Ei debemus: *Syntagmatis historici* seu veteris Graeciae monumentorum de tribus ss. anargyrorum Cosmae et Damiani nomine paribus pp. 2, potissimum ex mss. a cl. v. L. Allatio Roma transmissis cum interpreatatione latina Wagnereckii S. J. Ea quae hujus obitu imperfecta remanserant absolvit, notis illustravit et ipsum opus praefatione apologetica munivit. — Petrus Salerno S. J. Panormitanus († 1666), philosophiae et theologiae professor, perfecit opus posthumum Oct. Caetani (III³, 546): *Vitae SS.* ex antiquis graecis latinisque monumentis et ut plurimum ex mss. cod. nondum editis collectae aut scriptae, digestae juxta seriem annorum christianae epochae et animadversionibus illustratae, Panormi 1657 t. 2 in f. — *Vitam* et miracula s. Stanislai Kostkae enarrat Urbanus Ubaldini S. J. († 1. Maj. 1664), cujus scriptum primum edidit Aug. Arndt in Analectis bolland. IX (1890), 360—78 et in pluribus seqq. fasciculis. — Multorum virorum sanctitate illustrium vitas narrat Alphonsus de Andrada S. J. missionibus apostolicis plurimum deditus († 20. Jun. 1672), quarum plures complexus est t. 5 et 6., quos adjecit operi a P. Nieremberg coepto (cf. III³, 960) *Varones ilustres* en santidad, letras y zelo de las almas de la Comp. de Jesus, Matriti 1666—67 (t. 6 m. 300). Reliquit et plurima opera ascetica[1]) et opus inscriptum *Operarius evangelicus* sive industriae ad ministerium apostolicum rite et fructuose perficiendum, ib. 1648; Tyrnaviae 1715; Viennae 1732. — Joannes Nádasi S. J. tyrnaviensis, philosophiae et theologiae professor, Eleonorae imperatrici a confessionibus, praeposito generali ab epistolis († 3. Mart. 1679), quam plurima reliquit opera fere ascetica[2]), in quibus narrat sanctorum piorumque hominum gesta et exempla, cujusmodi sunt *Annus dierum illustrium S. J.* sive in anni dies digestae mortes illustres eorum, qui ex eadem Soc. J. in odium fidei, pietatis etc. ab impiis occisi etc. sunt, Romae 1657; *Annales Mariani* S. J. ab a. 1521 usque ad tempora hodierna, ib. 1658; *Annus Joannis* seu commentarius dierum, qui in martyrologiis aut SS. actis sancti vel beati Joannis alicujus nomine sunt insignes, Pragae 1664; *Annus dierum memorabilium S. J.*, Antverpiae 1665. Collegit et *literas annuas S. J.* ab a. 1650—54 Ingolstadii et Pragae 1658 pp. 6. — Georgius Seiser S. J. n. Friburgi in Brisgovia (1601; † 10. Dec. 1665) collegit *Hagiologium chronologicum tirolense* Oeniponti 1661 — Gregorius Jos OSB. abbas monasterii ad ss. Udalricum et Afram († 1674) concinnare coepit *Calendarium annuale benedictinum* per menses et dies sanctis ejusdem ord. inscriptum, quod ab ejus successore Romano feliciter consummatum fuit (cum 364 imaginibus SS. OSB. aeri incisis), Augustae V. 1675 t. 4 in 4. —

[1]) Cf. Sommervogel I, 317—28 sub n. 30.

[2]) Cf. Sommervogel, qui ea recenset V. 1520—35 sub. n. 60.

Simili modo collegit Claudius Chalemot O. Cist. abbas monasterii Columbae († 1667) *Seriem sanctorum* et beatorum ac illustrium virorum s. ordinis Cist., Parisiis . . . Coepit colligere et *Annales* monasterii Cistercii, qui tamen videntur inediti.

103. Joannes Ludolphus van Craywinckel O. Praem. in canonia tungerloensi, vicepraepositus in praepositura monialium Vallis-Liliorum Mechliniae, dein pastor in Oeleghem († 11. Dec. 1679) collegit *Menologium* seu Legendam SS. Ord. Praem., Mechliniae 1664 t. 2 in 4, opus (minus criticum) lingua patria conscriptum[1]). — Georgius Cardoso Olisiponensis collegit: *Agiologio Lusitano dos sanctos e Varones illustres em virtude do reino de Portugal e suas conquistas,* Olisipone 1652—1657—1666 t. 3 in f., qui complectuntur sex priores menses. Opus morte praeventus a. 1669 absolvere non potuit. — Franciscus Maria Florentinius (Fiorentini) nobilis lucensis († 1673); licet medicus, plura edidit[2]) ad historiam ecclesiasticam spectantia. Eum propter eruditionem inter amicos suos admiserunt cardinales Franc. Barberinus, Sfortia Pallavicinus, Bona, Caes. Rasponius, Hier. Bonvisius, aliique viri longe eruditissimi Suaresius, Holstenius, Ughellius, Bollandus, Papebrochius, Bossius, Puricellus, Magliabecchius, Dufresne aliique, quibuscum frequens fovit literarum commercium. Inter ejus opera sat rarum est *vetustius occidentalis ecclesiae martyrologium* d. Hieronymo a Cassiodoro, Beda, Walafrido, Notkero aliisque scriptoribus tributum, a M. Gregorio descriptum, ab Adone laudatum, proximioribus seculis praeteritum et expetitum, Lucae 1668 in f. Tillemont tamen et Baillet hoc martyrologium indignum putant, quod Eusebio vel Hieronymo adscribatur. In notis alioquin eruditis illud singulare tuetur editor, s. Joannem obiisse quidem, sed statim vitae fuisse restitutum, eumque post annunciatam fidem in exitum seculorum iterum esse occubiturum[1]). Jo. Dom. Mansi 1756 opus plurimum auctum recudit. Scripsit Florentinius praeterea tumultuariam disquisitionem ad card. Bona *de usu fermentati panis et azymi,* Lucae 1680 in 4; qua accepta doctissimus cardinalis in op. suo liturgico tum sub prelo gemente varia mutavit, atque hujus rei lectorem admonere haud sibi dedecori duxit. *Hetruscae pietatis origines,* sive de prima Tusciae christianitate, ib. 1701, opus posthumum[2]) ab ejusdem filio editum: in quo tamen nimis credulus fuisse videtur: confidentius enim quam par est tuetur, plerasque Italiae ecclesias a s. Petri discipulis fuisse fundatas, lucensem omnium primam per s. Paulinum una cum romana, primos martyres fuisse Tuscos etc. De ejus *vita magnae Mathildis,* Lucae 1642, affirmat Leibnitius[3]), eam „thesaurum continere praeclarum notitiarum nugis explosis, quas vulgo ex se mutuo transscribunt historici.“ Hieronymus Ercolani O. Praed. Patavinus suae provinciae praepositus († 1668) scripsit stilo affectato et tumido *L' eroine della solitudine sacra,* Bononiae 1654 t. 2 in 8; *La reggia delle vedove sacre,* opus imaginibus ornatum, Patavii 1663 in 4; *Arca del testamento nuovo* sopra le epistole e gli evangeli di tutto l' anno Venetiis 1666 in 4. — Vitam s. Petri de Alcantara narrant

[1]) Goovaerts I, 145—148.

[2]) Cf. Dupin XVIII, 145; J. des Sav. XXXI, 145, ubi catalogus ejusdem op. habetur; Tiraboschi, qui t. 8 l. 2 c. 1 n. 16 magna laude de eo scribit. Inter alia eum dicit: „Uomo assai dotto, e molte opere del quale non hanno ancor perduto il lor pregio dopo i progressi che la critica in questo seculo ha fatti.“

[1]) Cf. Mich. a s. Joseph II, 266.

[2]) Cf. acta erud. lips. a. 1702 p. 513.

[3]) Cl. German. ep. ad Magliab. p. 72.

accurate et plene Fr. . archese Or. Romae 1667 et huic innixus Laur. a s. Paulo O. S. Fr., quod notis illustratum legitur in Act. SS. Oct. IX, 700—799.

104. In Gallia Simon Peyronet s. theologiae doctor et parochus Tolosae ad s. Mariam praeter *notas* et *scholia ad conc. provinciale tolosanum* celebratum sub ill. et rev. Fr. de Joyeuse a. 1590, Tolosae 1666, *et jus sacrum ecclesiae tolosanae* nunc primum in unum congestum (i. e. constitutiones synodales tolosanas ab a. 1452) et quamplurimis, quibus antea scatebat mendis expurgatum scholiisque et notis illustratum, ib. 1669 t. 2 in 8., composuit quoque *catalogum sanctorum et sanctarum,* in quo continentur nomina latina ac gallica eorum omnium, quos colit Ecclesia catholica, eorum conditio, dies et locus quo coluntur, auctores, a quibus eorum acta hauriuntur, ib. 1706 in 4., opus posthumum, cujus specimen jam ediderat 1658. Scopus autem l. non est critice referre SS. gesta, sed accurate exhibere eorum nomina, ut parochi facilius judicare possint, an quaedam nomina singularia secundum conc. nicaeni decretum (ad quod editor provocat) baptizandis imponenda admittere liceat [1]). — Maria Nicolaus Desguerrois (n. 1580; † 22. Dec. 1676) canonicus trecensis, ecclesiastes insignis, praeter *vitas SS. Aventini* (1644) et *Lupi* (1643) composuit *Ephemeridem SS. insignis ecclesiae trecensis,* Trecis 1648 12; *la sainteté chrétienne* contenant les vies, morts et miracles de plusieurs saints de France etc. avec *l' histoire ecclésiastique du diocèse de Troys,* ib. 1637 in 4. — Joannes Collin canonicus theologalis lemovicensis collegit *Florilegium sacrum lemovicense* h. e. elogia heroum, qui apud Lemovicenses floruerunt praecipua sanctitate, Lemovicis 1673 in 16. — Bernardus Planchette O. S. Ben. congr. S. Mauri († 1680) narrat *la Viedu grand S. Benoit* . . . ses vertus etc., Paris 1652 in 4. — Andreas du Saussay (Saussagius) parisiensis [1]) n. 1589, doctor juris et s. theologiae, S. R. E. erat protonotarius, parochus ad ss. Lupum et Aegidium, Ludovico XIII. a concionibus. Ad sedem tullensem promotus fuerat jam 1647, sed propter controversias tunc vigentes inter pontificem et regem confirmatus est a sede apostolica nonnisi a. 1655: ecclesiam vero suam adiit primum a. 1657. Plurium operum, quorum nonnulla admodum rara sunt, exstitit auctor. Inter haec mentione digna: *Martyrologium gallicanum,* Parisiis 1638 t. 2 in f. (fr. 60), hortatu Ludovici XIII. concinnatum, quod illustre et magnificum dicit Bollandus [2]), et quo plurimum usus est. Et sane eruditum est, sed minus criticum [3]), sicut alia ejusdem opera. *Panopliae* tres, videlicet *episcopalis* seu de sacro episcoporum ornatu ll. 7, Parisiis 1646 in f.; *clericalis* seu de clericorum tonsura et habitu ll. 15, ib. 1649 in f.; *sacerdotalis* seu de venerando

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1706 III, 1577 ss.

[1]) Ab eo distingui debet Carolus de la Saussaye († 1621), de quo egimus III³, 836.

[2]) Praef. generalis c. 4 § 9. — In iisdem Act. SS. t. 2. Apr. p. 3 Propylaei Antiquarii c. 1 ss. crisi subjicitur *Martyrologium Brixianum* a Bernardino Fayno presbytero brixiensi, cujus jam memisimus III³, 1125, 1665 ed. annationibus illustratum variaque eruditione inspersum. Annotationes Bollandianae, quibus vix non evidenter demonstrantur figmenta recentiori manu addita, habentur cc. 3 et 4. Cf. Mich. a s. Jos. 1, 461. Magni alioquin faciunt Bollandiani Faynum, qui immortuus est (c. 1678) Brixiae sacrae, quam concinnare paraverat.

[3]) Cf. Feller VII, 438; in primis Lebeuf in monito praemisso hist. translationis corporis s. Cornelii apud Compendium in Recueil de divers écrits pour servir d' éclaircissements à l' Histoire de France, etiam in Migne patrol. lat. 129, 1371 ss.

sacerdotum habitu ll. 14 ib. 1653 in f. (simul fr. 155); *de episcopali monogamia* et unitate ecclesiastica diss. seu insignis ecclesiae lingoniensis divortium et scissuram detrectantis pia ac necessaria defensio, ib. 1632 in 4. Bellarmini l. *de scriptoribus ecclesiasticis* continuavit ab a. 1509—1600, Coloniae 1644. *De mysticis Galliae scriptoribus* et multiplici in ea christianorum rituum origine; acccessit de apostolatu gallico s. Dyonisii Ar. tr., Parisiis 1639 in 4., quo in l. de primis agit Galliae apostolis; *divina doxologia* seu sacra glorificandi Deum in hymnis et canticis methodus, Tulli 1657 in 12; *de gloria s. Remigii* Francorum apostoli, ib. 1661. Obiit dignissimus hic praesul fastus et pompae osor, 9. Sept. 1675. — De Thoma O'Sherrin O. Min. Hiberno († 1673) cum laude meminit Bellesheim Gesch. der k. Kirche in Irl. III, 700.

105. In *haereseologia* versati sunt: Antonius Dezallier, cujus est *Historia Monothelitarum atque Honorii controversia,* scrutinia VIII, Parisiis 1678. — Thomas Anderton O. S. Ben. (n. 1611; † 9. Oct. 1671, scripsit *History of the Iconoclasts* during the Reign of the Emperors Leo Isauricus, Constantin Copronymus, Leo the 4th. Constantin and Irene, Leo the Armenian, Michael Balbus, Theophilus, Michael III. and Theodora, s. l. 1671 in 8. — Arnoldus Meschovius Lippiensis n. 1595, Coloniae in gymnasio laurentiano professor, dein (1626) pastor s. Petri et canonicus s. Caeciliae († 20. Apr. 1667), edidit *historiae anabaptisticae ll. 7,* quibus sectae in multiplices jam sectas scissae ortus, primi auctores, progressus tam violentus, quam fraudulentus, prophetae et reges monstrosi etc. explicantur, Coloniae 1617 in 4; *historia schismatis et defectionis Hermanni de Weda* colon. quondam archiepiscopi, ib. 1620; *de vita et moribus et obitu . . . C. Ulenbergii* (de quo cf. III [3], 439), ib. 1638 etc., cujus etiam *vitas* reformatorum edidit; *de discessione ab Ecclesia romana catholica* praecipuarum in imperio civitatum, oppidorum et academiarum ll. 4, Viennae 1638; *Vortrab treuherziger Warnung u. Gegenberichts* auf das neulich ausgesprengte Calvinisch Raabengeschrey, Laster und Lügenbuch des abtrinnigen Münchs- u. Ehren-Diebs Melchior Hambach Calvinistischen Wort-Dieners, Coloniae 1645.

106. Aliqui ad *archaeologiam*[1]) *christianam* aliquid contulerunt, inter quos celebriores sunt duo itali[2]), Franciscus Bernardinus Ferrari Mediolanensis et Paulus Aringhi. Ille collegii mediolanensis doctor insignis, a cardinali Frid. Borromaeo ad colligendos codices in Hispaniam missus et bibliothecae ambrosianae praefectus (n. 1576; † 1669) scripsit[3]) *de ritu sacrarum Ec-*

[1]) Archaeologiam potius profanam illustravit Franciscus Pomey S. J. Gallus, peritissimus scholarum inferiorum magister (n. 8. Dec. 1618; † 10. Nov. 1673), qui praeter opera ascetica et grammatica saepissime edita concinnavit utile *Pantheum mythicum* seu fabulosam deorum historiam, Lugduni 1659; Trajecti ad Rhenum 1777 in 8. ed. 10; Lipsiae 1795 etc. Libitina seu *de funeribus*, volumen alterum, in quo praecipui Sepulturae ritus etc. Lugduni 1659 in 12. Cf. Sommervogel VI, 971—990. — Ad *Kalendarium Romanorum* Amiterni (nunc vulgo S. Vittorino in Vestinis) effossum minuscula commentaria scripsit Neapoli 1680 Purpurinus Baroncino a Faventia congr. Coelestinorum O. S. Ben. secretarius, dein abbas, quae A. Henr. de Sallengre recepit in Thesaurum III, 865—88.

[2]) Quibus adde Fioravanti Martinelli Romanus (fl. 1665), cujus inter alia est *Roma ex ethnica sacra,* Romae 1653; 1668 ed. 2.

[3]) Plura de eo cf. apud Tiraboschi l. c. n. 8; Argelati, t. 1 p. 2 p. 602; Ghilinum in theatro literat. virorum p. 127; Dupin 17, 102, qui fuse de ejus operibus disserit ac de iisdem ita pronunciat: „Tous les Ouvrages de cet Auteur sont pleins d'érudition et de recherches curieuses: il écrit nettement et méthodiquement, et est as-

clesiae catholicae concionum ll. 3 Mediolani 1618; 1620; Parisiis 1664; Ultrajecti 1692; Veronae 1729 in 8. et saepius alibi, opus eruditissimum singularibus utilibusque disquisitionibus refertum. *De antiquo epistolarum ecclesiasticarum genere* ll. 3 Mediolani 1612; Venetiis 1616; Helmstadii 1678, in quibus non minus erudite disserit de ep. formatis, paschalibus, encyclicis, pacificis etc.; *de veterum acclamationibus et plausu* ll. 7, Mediolani 1627 in 4., et in Graeviani thesauri antiq. rom. t. VI. — Paulus Aringhi Romanus, congr. Or. presbyter (n. 1600; † 2. Jan. 1676) Bosii et Severani labores (III[3], 857) continuavit atque ad fastigium perduxit [1]) in *Roma subterranea novissima;* quo in op. multa sunt ad ecclesiasticas antiquitates spectantia. Rigide tamen de eo judicat de Rossi [2]), secundum quem Aringhi ejus, quod post Bosium et Severianum promittit, nihil propemodum praestat: nam quae super versionem addidit, additiones sunt inutiles, studio omissae a primis auctoribus, et digressiones verbosae nihil fere novi continentes. Integer op. titulus est: *Roma subterranea novissima,* in qua post A. Bosium antesignanum; Jo. Severanum . . . et celebres alios scriptores antiqua christianorum et praecipue martyrum coemeteria, tituli, monimenta epitaphia, inscriptiones ac nobiliora SS. sepulcra 6 ll. distincta illustrantur et quam plurimae res ecclesiasticae iconibus graphice (sed non bene) describuntur, ac multiplici tum sacra, tum profana eruditione declarantur, Romae 1651 v. 2 in f.; Coloniae et Parisiis 1659, quae ed. melior, plenior et accuratior est romana. Hujus compendium germanice per Christophorum Baumann prodiit 1668, latine Arnhemii 1671 in 12. *Monumenta infelicitatis* sive mortes peccatorum pessimae . . . collectae, Romae 1664 t. 2 in f.; *Triumphus poenitentiae* sive selectae poenitentium mortes, ib. 1671 in f. — Haud parum lucis archaeologiae et historiae ecclesiasticae affert opus card. Caesaris Rasponi [1]) Ravennatis († 1675) *de basilica et Patriarchia lateranensi* ll. 4, Romae 1656. — Nicolaus de Bralion congr. Orat. Gallus († 11. Maj. 1672) edidit *Pallium archiepiscopale,* accedunt et primum prodeunt ritus et forma benedictionis ipsius ex antiquo ms. basilicae vaticanae, Parisiis 1648 in 8., quo opere alioquin minus critico multum usus est Ruinart in sua disquisitione historica *de pallio. Les curiosités de l'une et de l'autre Rome* cum figuris, ib. 1655. 1659 v. 3 in f. In ea parte, quae spectat ad Romam christianam, magna reperitur eruditio de origine, statu, destinatione ecclesiarum illius urbis [2]). *La vie admirable de Nicolas* . . . archevêque de Mire, Paris 1646; *l'Histoire chrétienne* p. 2 ib. 1656, in qua narrat vitam Christi et b. Mariae V. secundum concordiam Corn. Gandavensis et vitas sanctarum breviarii: quae duo op. carent accuratione critica. *Caeremoniale canonicorum,* ib. 1657. *La sainte Chapelle de Lorette,* ib. 1665.

107. *Historiae literariae* illustrandae inservire possunt: Carolus de Visch O. Cist. Furnensis, Flander, natus in

---

sez juste dans ses conjectures et exact dans les passages, qu'il rapporte." J. des Sav. 1, 61; AEL. 1693 p. 154; Saxium ad a. 1613 et auctores ibid. citatos. Ab hoc distinguendus est Octavius Ferrari (1607—1682) ejus patruus, ejusdem collegii ambrosiani socius, celeber in academia patavina eloquentiae professor et in archaeologia profana, quam pluribus operibus illustravit, versatissimus. Cf. Biogr. univ. XIV, 410; Saxius ad a. 1650; Argelati ib. 611.

[1]) Cf. Fabricius hist. bibl. fabr. II, 374; Feller I, 248.

[2]) In praef. sui operis *La Roma sotterranea* c. 8.

[1]) Cf. Ginanni, Scrittori Ravennati II, 239—256; Biogr. univ. LXXVIII, 340.

[2]) Biogr. univ. V, 477. Batterel Mémoires II, 506—14.

pago de Bulscamp, qui profectus in Germaniam ad restaurandum monasterium ebirbacense in dioecesi moguntina, theologiam suis ibidem confratribus praelegit. Decessit abbatiae dunensis prior 11. Apr. 1666. Inter alia haec suae eruditionis et sedulitatis reliquit argumenta: *Bibliotheca scriptorum s. O. Cist.* (non satis accurata): accedit chronologia antiquorum monasteriorum (874 ab a. 1113—1628) O. Cist., Duaci 1649; Coloniae 1656 ed. aucta in 4. (m. 48); Historiam plurium abbatiarum, ut monasterii *ebirbacensis* (in notitia abbatiarum O. Cist. auct. Jongelincx, Coloniae 1640, supra p. 126), *hosani* et prioratus *waerschotani* (in bibliotheca), *dunensis,* Bruxellis 1660; *vitas* aliquot virorum O. Cist. sanctitate illustrium Brugis 1655. *Alani M.* de Insulis, doctoris universalis, *opera moralia parenetica et polemica,* tineis et blattis erepta et notis illustrata[1]), Antverpiae 1653 in 4. Symbolam quoque contulit ad Flandriam illustratam Ant. Sanderi. — Ex eodem ordine est Andreas a s. Joseph, *in* seculo dictus Andreas Rossotti (n. 1610; † 1667), Mondoviensis, cujus prodiit Monte regali 1661 *Syllabus scriptorum pedemontanorum,* ubi etiam de Sabaudis Monteferratentibus atque eruditis comitatus niciensis agitur. — Ambrosius de Altamura (sic vulgo vocatus a patria, quae altus murus latine nuncupatur, ab aliis Luparia vel Altilia) O. Praed. n. 16. Nov. 1608 e familia, cui agnomen del Giudice († c. 1676), collegit *Panagion* seu SS. Dominicanorum, quorum per annum ubique in O. Praed. ecclesiis solemnia celebrantur elogia, Neapoli 1671; *Bibliothecae dominicanae* accuratis collectionibus primo ab ordinis constitutione usque ad a. 1600 productae hoc seculari apparatu incrementum et prosecutio, Romae 1677 in f., in quo op. valde raro »multa arguuntur, inquit Echard II, 661, primo antichronismi frequentes, nempe auctores centum annis ante vel centum annis postquam vixerint, et aliquando amplius positi: praeterea unus idemque auctor in plures divisus ac multiplicatus, extranei etiam multi ut legitimi adoptati: denique in historia veri criterii modicum: unde et viris ordinis sapientissimis non arrisit nec probatum fuit«: quod et forte in causa fuit, cur tomus ejus secundus, in quo de scriptoribus sec. XVII. agebat, typis non prodierit. — Longe accuratior est *Bibliotheca scriptorum Soc. Jesu,* opus inchoatum a P. Ribadeneira (III[3], 555)... continuatum a Phil. Alegambe (III, 1146) usque ad a. 1642, quod recognovit et produxit ad a. jubilaei 1675 Nathanael Sotvellus S. J., Romae 1676 in f., in quo recenset scriptores 2237. Natus est N. Sotvellus (Southvell) Norfolkii et postquam aliquot annis operarium egit in Anglia, quinque praepositis generalibus Soc. J. erat a secretis: quo munere 1668 exemptus est, ut operi citato edendo libere possit incumbere († 2. Dec. 1676). — Michael Justiniani[1]) Chius n. 1612, juris utriusque doctor et aliquamdiu vicarius generalis Almeriae in insula Corsica, omnibus muneribus se abdicavit Romamque secessit, ut studiis se totum impenderet († 1680). Collegit *Gli Scrittori Liguri,* Romae 1667 t. 1. et unicus; in quo pertingit usque ad literam G. *La Scio sacra* del rito latino, Avellani 1658. *Constitutiones Justinianae ecclesiasticae* instructivae et praeceptivae, ib. 1658; *s. conc. tridentinum* ejus patres, coadjutores, interpretes, ib. 1673 in 8. — Caesar Egasse du Boulay (Bulaeus) literas humaniores docuit in collegio navarrensi[2]), atque syndicus, rector et hi-

[1]) Cf. Fabricii bibl. lat. I, 35; Foppens I, 164.

[1]) Cf. Streber K. L. VI, 2059.

[1]) Alius a N. du Boulay advocato parlamenti parisiensis, cujus exstat *Histoire du droit public ecclesiastique francais,* où l'on traite de sa nature, de son établis-

storiographus fuit universitatis parisiensis († 16. Oct. 1678). Hujus *historiam* ab a. 800—1600 edidit Parisiis 1665—1673 t. 6 in f., opus eruditum [1]), refertum monumentis pretiosis, sed plurimis inutilibus sine crisi et judicio consarcinatis. Facultas theologica opus minime probavit, sed gravissimis censuris notavit (23. Aug. 1667). Verum Feret III, 435—440 ostendit judicium Sorbonae non fuisse aequum atque plane exaggeratum, indignum facultate. Quare Bulaeus *Notas* ad censuram editam etc. publicae dedit luci, Parisiis 1667 in 4. Illius operis velut supplementa sunt: *De patronis quatuor nationum universitatis,* ib. 1662 in 8; *de decanatu nationis gallicae,* ib. 1662 in 4; *Remarques sur la dignité, rang* etc. du Recteur etc. 1668 in 4; *Recueil des privilèges de l'univsrsité,* 1674 in 4; *Fondation de l'université de Paris* par l'empereur Charlemagne etc. 1675 in 4. etc. Hujus historiae compendium edidit Crevier: *Histoire de l'université de Paris,* Parisiis 1761 v. 7 in 12.

sement, de ses variations et des causes de sa décadence, Londini 1737; 1751 t. 2 in 12., in quo nimium tribuit regibus et detrahit Ecclesiae, unde facultas theologiae 1751 prop. 19 censura dignas judicavit. Cf. Schulte III, 644.

[1]) Cf. Biogr. univ. V, 326; Feller III, 333. Sorbonae censuram cf. in Fleurii H. Ecl. 205 § 68.

— De Christiano van Langendonck Lovaniensi (n. 14. Nov. 1630. † 28. Aug. 1672), qui stilo nimis inflato continuavit N. E. Vernulaei *Academiam lovaniensem* egimus III[3], 1148. — Petrus Lambeck (Lambecius) Hamburgensis, Holstenii ex sorore nepos n. 13. Apr. 1628, post longiora itinera literaria et postquam per plures annos rectoris perpetui gymnasii hamburgensis munere esset functus, veram amplexus est fidem atque a Leopoldo imp. dictus consiliarius, bibliothecarius et historiographus († 4. Apr. 1680). Scripsit *Prodromum historiae literariae,* Hamburgi 1659; *origenes hamburgenses* ab a. 808—1292 t. 2 in 4., ib. 1652—61; 1706—10. t. 2 in f.; doctas *Animadversiones* ad Codini origenes CP., Parisiis 1655. Commentariorum *de bibliotheca caesarea vindobonensi* ll. VII (ex 25, quos cogitaverat), 1665—1679 cum supplemto Danielis de Nessel[1]); *Tabulae synopticae* in Phil. Cluverii introductionem geographicam, Hamburgi 1660. Indicem suorum opp. ipse exhibuit, tertia ed. prodiit 1673, recusa p. 2—28 in op. Fabricii Origenes hamburgenses, Hamburgi 1706.

[1]) Düx KL. VII[3] 1335; Raes, Die Convertiten VII, 156 ss. F. L. Hoffmann P. Lambeck als Schriftsteller und Bibliothekar, Soest 1864.

VI. Theologia practica.

108. Tres pontifices hac epocha obierunt, quorum primus fuit Alexander VII. Is antea dictus Fabius Chigi patria erat Sanensis n. 1599. Nuncium egit in Germania (1636—51), quo tempore demum composita fuit pax westphalica, cujus statutis, quibus Ecclesiae jura laedebantur, reclamavit. Factus est episcopus imolensis et cardinalis: defuncto Innocentio X. electus pontifex 7. Apr. 1655. Inclaruit singulari religionem catholicam propagandi studio. Hinc invigilavit doctrinae puritati damnatis rursus Jansenii propositionibus et quidem in sensu ab auctore intento, et praescripta ad erroris suppressionem formularii celebris subsignatione. Vetuit et a. 1667, ne theologi in quaestione de attritionis sufficientia se mutuo proscinderent. Profusa liberalitate christianos principes contra orthodoxae fidei hostes pugnan-

tes juvit. Christinam Suecorum reginam ejurata haeresi Romam advenientem debito honore excepit. Viros doctos fovit ipse in literis et veterum codicum lectione admodum versatus, urbem splendidis exornavit aedificiis. Multas atque iniquas passus est vexationes a Ludovico XIV. Galliae rege. Ceterum pontifex erat plane insignis, qui virtutibus romanam exornavit cathedram [1]). Post acerbissimos invicta christiani animi fortitudine toleratos dolores obiit 22. Maj. 1667. — Eum secutus est 20. Jun. Julius Rospigliosi; magno suffragantium consensu nullo fere adversante, adeo enim spectata erat ejus virtus, prudentia regiaque celsi animi magnitudo, ut ad primam Decii Azolini propositionem ceteri ferme omnes cardinales in eum conspirarent. Clemens IX. appellari voluit. Natus est J. Rospigliosi Pistorii 28. Jan. 1600 e nobilissima ejusdem urbis familia. Cum esset egregie excultus, ab Urbano VIII. in variis fuit adhibitus muneribus dictusque archiepiscopus tharsensis et missus nuncius apostolicus in Hispaniam, ubi magna apud Philippum valuit gratia. Ab Alexandro VII. creatus est cardinalis (1657) et princeps negotiorum administer. Optima intentione Ecclesiae regimen adiit, inter principes christianos pacem conciliare est nisus, ut validius Turcis se opponere possent largamque opem subministravit pro tuenda insula cretensi, sed incassum. Capta enim fuit a Turcis, quo tristi nuncio tanto affectus est piissimus et clementissimus pontifex moerore, ut gravem incideret morbum, cui et succubuit 9. Dec. 1669 post brevem pontificatum insolito orbis et Urbis luctu: magnam enim omnes conceperant spem de ejus animi celsitudine et virtute [2]). — Post longius conclave ultra quatuor mensium electus est demum 29. Aprilis 1670 in pontificem Aemilius Altieri senex 80 annorum, qui ante anni dimidium creatus fuerat a Clemente IX. cardinalis. In grati animi testimonium Clemens X. voluit dici. Natus est Aemilius Alteri nobili et pervetusta familia romana 13. Jul. 1590. Absolutis studiis et variis obitis muneribus Joannem Lancelottum Papae legatum in Poloniam est secutus. Post reditum in Italiam fratri in cardinalem promoto successit in sede episcopali camerina, quam tenuit annos fere quadraginta. Sub Innocentio X. annos egit octo nuncium apostolicum apud aulam neapolitanam, ab Alexandro VII electus est in secretarium congregationis episcoporum et regularium et a Clemente IX in cubiculi pontificii praepositum et demum creatus est cardinalis. Multas molestias ei intulit Ludovicus XIV, qui praepotentia sua regalium jus sibi usurpaverat. Polonos in bello adversus Turcas liberalissime adjuvit adeo, ut splendidam de eis referrent victoriam eosque ad ineundam pacem compellerent. Solemne indixit pro a. 1675 jubilaeum, plures viros virtute insignes sanctorum vel beatorum albo inscripsit atque haud paucas reliquit constitutiones, quarum 61 complectitur Bullarium romanum t. VI, Luxemburgi 1742 p. 288 et in continuat. a. 1739 p. V p. 1 ss. alias 104 reperies. Decessit 22. Jul. 1676 post pontificatum sex annorum.

[1]) Cf. Pallavicino Della vita di Allessandro VII ll. V, Prato 1839 t. 2.

[2]) Cf. Reumont KL. 3, 488.

109. Jam eos recenseamus, qui juris canonici fontes [1]) illustrarunt. *Commen-*

[1]) Guilelmus Voellus, theologus Sorbonae, cum Henr. Justello (theologo quidem calviniano) e schedis Christophori Justelli, Henrici patris, collegit et edidit *bibliothecam juris canonici veteris*, Lutetiae Parisiorum 1661 t. 2 in f., in qua multa monumenta pretiosa et canones graeci antea incogniti et ex mss. prima vice editi continentur. Adjectus est *codex canonum ecclesiae africanae*. De controversia ob hanc ed. cum Petro de Marca oborta cf. Baluzium in praef. ad opuscula P. de Marca n. 10—13, Ballerinios fratres

taria in 1. 2. ac 3 ll. Sexti decretalium Romae 1667—1670 t. 2 in f. scripsit Petrus Maria Passerinus de Sextula O. Praed. Longobardus, ordinis procurator generalis a. 26 et cathedrae matutinae in Sapientia romana a. 22 moderator († 1677 a. aetatis 82). Plura alia reliquit opera ad theologiam practicam spectantia scil. *de electione canonica* tr. Romae 1661 in f., 1693, opus grande difficultates omnes enucleans et solvens et apud jurisconsultos magni existimatum [1]). *De hominum statibus et officiis* inspectiones morales ad ultimas septem qq. 2. 2. s. Thomae, t. 1. *de statu perfectionis episcopalis,* bonorum Ecclesiae administratione et alienatione, et de statu religiosorum et de votis tribus, Romae 1663 in f.; t. 2. *de privilegiis et facultatibus religiosorum,* ib. 1663; t. 3. *de religioso statu,* novitiatu, professione, translatione, reclamatione, ejectione, privilegiis etc., ib. 1665; *de electione summi pontificis,* ib. 1670 in f.; *de indulgentiis,* ib. 1672 in f.; *regulare tribunal* seu praxis formandi processus nedum in foro regularium sed et secularium, ib. 1677 in f.; *commentaria theologica* t. 1. de incarnatione, ib. 1669 in f.; t. 2. de sacramentis; t. 3. de eucharistia, ib. 1669 in f. Opera ejus theologica et canonica collecta prodierunt Venetiis 1698 t. 4 in f.; Lucae 1732 t. 3 in f. — Prosper Fagnanus juris canonici in academia romana insignis professor, vix annos 22 natus jam s. congr. conc. tridentini secretarius, aliisque diversis honoribus et muneribus per 40 annos a summis pontificibus insignitus, adeo ut eodem tempore undecim congregationibus etsi coecus inserviret, coecus oculatissimus dictus. Anno enim 44. aetatis lumine oculorum fuit privatus. Gregorius XV. ejus praesertim opera est usus in edenda celebri bulla »Aeterni Patris«, qua modus eligendi novum pontificem accurate determinatur [1]). Inter coecitatis incommoda jussu Alexandri VII. summa qua pollebat ingenii perspicacia *commentaria* dictavit *in quinque decret.* ll. vere absolutissima, quibus potiora tantum loca nitide et docte, ratione habita praxis illustrat. Utilia sunt pro cognoscenda praxi et disciplina post conc. tridentinum in curia romana probata. Iis inseruit opusculum *de opinione probabili,* cujus liberiorem usum multis rationibus coërcere studuit, sed nimium rigorem sectans meruit a s. Alphonso [2]) magnus rigoristarum princeps, auctorum rigidorum facile princeps audire († 1678 a. aetatis 91). Ejus commentaria prodierunt cum repertorio generali (classico in suo genere) Romae 1661 v. 5 in f., ed. optima; Coloniae 1681 t. 4; Venetiis 1697 t. 5 in 3 v., in qua ed. decretalium textus integer peropportune additus est commentariis; Coloniae 1681; 1704 v. 3 in f. cum disceptatione *de grangiis* et earum oratoriis (Romae 1671); Vesontione 1740 etc. In his commentariis mirabilis sane est eruditio et uberrima textuum allegatio, tamen a scopo nonnunquam aberrare videtur, nec raro canones laudat, qui minus congruunt argumento, de quo tractare proposuit [3]).

---

in diss. de antiquis collection. et collectoribus canonum p. 2 c. 2 § 3.

[1]) Tribuit Echard II, 674 hoc opus nostro theologo: sed alii illud tribuunt sicut tr. *de electione ss. pontificis* et *de hominum statibus* Petro Francisco Passerino comiti de Belegni, praesidi consilii secreti parmensis, cujus praeterea sunt: tr. legalis et moralis *de pollutione ecclesiarum,* Placentiae 1654, in compendium redactus a Fr. Niviano, ib. 1681 in 4; *de ecclesiarum reconciliatione,* Parmae 1694 in f.; *de occidente unum pro altero,* ib. 1693 in f.; *problemata* legalia per distinctiones ad concordiam *redacta,* Placentiae 1678 in f. etc.

[1]) Cf. Philipps Kirchenrecht IV, 850.

[2]) Theol. mor. l. 4 n. 669; Homo apost. tr. 1 n. 63; Müller theol. mor. I, 282.

[3]) Ita Mich. a s. Joseph III, 510 ss. Cf. Doujat praenot. can. V, 9 p. 453; KL. IV, 1204.

110. Eodem tempore floruit in *Hispania* Emmanuel Gonzalez Tellez doctor salmantinus et in academia conchensi et salmanticensi canonum interpres, qui scripsit *commentaria perpetua in singulos textus 5 ll. decret. Gregorii IX.*, cui operi elaborando singulisque decretalibus per notas ab historia et chirographia petitas illustrandis 20 a. se impendisse testatur. Prodierunt Lugduni 1673 v. 4 in f.; 1693 t. 5 in 8; 1713; Venetiis 1690; 1737; 1766 v. 5 in f.; Francofurti 1690 v. 5 in f., eaque tamen se magis ab eruditione philologica, quam a sagacitate juridica commendant. Georgius Beyer protestans auctorem nostrum «elegantissimum dicit [1]) et doctissimum inter pontificios decretalium commentatores, post quem non credo supererit quidquam, quod ab eis exspectare possis.« *Concilium iliberitanum* cum discursibus apologeticis Ferd. de Mendoza [2]) olim editum adjunctis nunc diversorum (Albaspinei, Binii, Coriolani, Loaisae) notis suisque uberioribus, Lugduni 1665 in f. Alter doctissimus Hispanus est Nicolaus Rodriguez Fermosini asturicensis episcopus († 23. Jan. 1669), cujus *opera varia* prodierunt Lugduni 1656—1670, emendata et in meliorem ordinem digesta, sed admodum copiosa Coloniae Allobrogum 1741 t. 14 in f. hoc ordine: 1. de legibus ecclesiasticis ad 4 primos tit. l. 1. decret. alium Gregorii IX. de summa Trinitate et fide catholica (Lugduni 1662 in f.); de constitutionibus, de rescriptis, de consuetudine; t. 2. de officiis et sacris Ecclesiae ad. tit. 22. l. 1. decr. Gregorii IX., ib. 1662: tr. I. a tit. de postulatione praelatorum ad tit. de officio vicarii; t. 3. de officiis et sacris Ecclesiae ad tit. 15. l. 1. decr. Gregorii IX., tr. II de sacra unctione; t. 4. de judiciis et foro competenti tr. duo ad l. 2 decr. Gregorii IX., in quibus agitur de judiciis ac judicum competentia et de personis spectantibus ad judicia tam ecclesiastica quam secularia et de aliis practicabilibus dubiis. Opus cui adjecta est duplex allegatio pro tuenda jurisdictione tribunalis s. Inquisitionis, quam exercet in suos ministros et familiares (ib. 1656); t. 5. complectitur tr. 15, scil. 1 de libelli oblatione; 2. de mutuis petitionibus; 3. de litis contestatione; 4. ut lite non contestata etc; 5. de juramento calumniae; 6. de dilationibus; 7. de feriis; 8. de ordine cognitionum; 9. de plus petitionibus; 10. de causa possessionis et proprietatis; 11. de restitutione spoliatorum: 12. de dolo et contumacia: 13. de eo qui mittitur in possessionem etc.; 14. ut lite pendente nil innovetur; 15. de sequestratione possessionis et fructuum ad l. 2. decr. Gregorii IX., in quibus agitur de modo petendi, de causis litigandi, quo tempore, de ordine judiciorum usque ad probationum statum. Insuper in c. de libelli oblatione q. 4. per 24 §§ legitur integra cujusque tribunalis praxis Tomus. 6. continet de probationibus ad tit. 7. l. 2. decr. tr. I.: ad tit. de confessis, probationibus, testibus et testibus cogendis; t. 7. de probationibus tr. II ad tit. de fide instrumentorum, de praesumptionibus, et de jurejurando; t. 8. de exceptionibus ad tit. 6. l. 2. decr. ad tit. de confirmatione utili vel inutili; t. 9. allegationes fiscales ad text. in c. Vergentis X. de haeret. de confiscatione bonorum in s. Officio Inquisitionis; t. 10. de potestate capituli sede vacante nec non sede plena: et quid possint episcopi per se aut debeant una cum capitulo exsequi tr. tres (Lugduni 1666 in f.); t. 11. criminalium tr. I. ad tit. de accusationi-

[1]) In notitia auctorum juridic. et juris arti inservientium, specim. II p. 144. Typi error videtur esse, cum apud Philipps Kirchenrecht legimus (IV, 341) Tellez obiisse a. 1649, quem et alii sequuntur.

[2]) Vir erat hic eruditissimus atque floruit exeunte seculo 16. Juvenis ediderat: *Disp. in locos difficiliores tituli de pactis* in digestorum libris, Compluti 1586 in f. Incurrit dementiae morbum, in quo et obiit.

bus, de calumniatoribus, de simonia, ne praelati vices suas etc. et de magistris l. 5. decr.; t. 12. criminalium r. II. de infidelitate et haeresi ad tit. de judaeis, de haeresi, de schismaticis et apostatis sub l. 5. decr.; t. 13. vota decisiva 38 congreg. cameralium et particularium curiae rom. selecta tam coram em. S. R. E. cardinalibus cum camerae apostolicae decanis et clericis, protonotariis apostolicis ac s. rotae auditoribus super materiis tam civilibus quam canonicis nunquam antea in lucem edita ab a. 1684—1738, quibus opera... N. Rod. Fermosini illustrantur, confirmantur et enodantur; t. 14. repertorium generale [1]). — Antonius Graña-Nieto Salmantinus, utriusque juris doctor et juris canonici in academia salmantina antecessor, scripsit *catenam jurium utriusque jurisprudentiae* sive in l. 2. decr. commentarios. Vallisoleti 1642 in f.; in l. 3. decr., Matriti 1662; Coloniae Allobrogum (1678) 1734 in f.

111. E *Germanis* huc spectat Henricus Wagnereck (Wangnereck) S. J. Monacensis, in dilingana academia diu professor, qui et cancellarii munus a. 24 obivit atque ad populum de suggestu aliquot annis ecclesiastes dixit († 11. Nov. 1664 a. aetatis 70). Posthumus prodiit *commentarius exegeticus ss. canonum* seu expositio brevis et clara omnium pontificiorum decretalium Gregorii IX., Bonifacii VIII. in Sexto, Clementis V., extravagantium Joannis XXII. et communium atque etiam concordatorum Germaniae et primariarum precum suo loco insertarum ll. 5 ad mentem et literam ss. pontificum comprehensa et per singula capitula sic elucubrata, ut juris canonici studiosis et in foro ecclesiastico occupatis lucis plurimum afferri queat, Dilingae 1672. Edidit praeterea: Exegesis tit. 5. *de praebendis et dignitatibus* ex l. 3. decr. insertis suo loco primariis precibus Caesaris Germaniae et regulis Cancellariae S. D. N. Alexandri VII., ib. 1656; *de creatione animae rationalis tr.* adversus augustanos praecones aliosque haereticos traducis assertores [1]), ib. 1628 in 12; theses *de ss. angelorum praedestinatione* ex meritis praedestinationi gratuitae hominum opposita ex mente s. Augustini, ib. 1644, quae ita Romae displicuerunt, ut immineret earum censura, nisi auctor illarum sensum minus probandum sanasset per anthitheses catholicas *de fide et bonis operibus* art. 4. 6. 20. confessioni augustanae oppositas, ib. 1645, quae forte obversatae sunt menti Bossueti eique occasionem praebuerunt ad conscribendam expositionem doctrinae catholicae [2]). *Antidorschaeus* sive conversionis ad fidem catholicam causae M. Jo. Kircheri (cf. III[3], 746) defensae adversus Jo. Ge. Dorschaei hodogeticum, ib. 1653 in 4. Tribuitur ei quoque *Judicium theologicum* super quaestione, an pax, qualem desiderant protestantes, sit secundum se licita, ex principiis christianis, sententia veteris Ecclesiae summorumque pontificum deductum, sub nomine Ernesti de Eusebiis, Ecclesiopoli 1648, quod editum eo tempore, quo agebatur de pace westphalica, multum commovit protestantes et principi electori Bavariae admodum displicuit, atque etiam Vinc. Caraffae praeposito Soc. J. generali, qui ei rigidam imposuit poenitentiam. *Confessiones s. Aur.*

[1]) Cf. Schulte III, 757: Ein unendlich weitschweifiges, schwerfälliges, casuistisches Werk, das aber wegen seines genauen Eingehens besonders auf die römische und spanische Praxis, sowie durch Bezugnahme, Excerpiren bezw. Widerlegen der bedeutenderen und mancher nicht leicht zugänglicher Werke für dogmengeschichtliche auf die praktische Entwickelung zu stützende Untersuchungen von Wert ist.

[1]) Plurima opuscula hac occasione de animae origine edita cf. apud Backer III, 751. Cf. N. Paulus KL. XII, 1212.

[2]) Biogr. univ. L, 30; Specht Gesch. der Univ. Dillingen p. 297. 327 ss.; Sommervogel VIII, 979.

Augustini in exemplum perfectae conversionis ad Deum scriptae notis ad usum fructumque idoneis novisque capitum summariis illustratae, Dilingae 1631; Coloniae 1646 in 12., quae notae seu potius piae reflexiones classicae omnibusque numeris absolutae a nonnemine censentur. *Vindiciae motivorum fidei catholicae* (Christ. Besoldi cf. III[3], 844) adversus Wagneri censuram, Augustae 1643 p. 1. Embs 1649 p. 2.

112. Universum jus ad systema revocavit in Germania Ludovicus Engel O. S. Ben. Wagramensis in Austria inferiori natus. Post suum in monasterium mellicense ingressum ab abbate propter egregias animi dotes ingeniique acrimoniam cum aliis missus est Salisburgum juris utriusque studio in illa celebri academia operam daturus. Ibi adeo profecit, ut propugnatis publice de jure et justitia thesibus juris utriusque doctoris lauream sit consecutus 14. Nov. 1657, et biennio post vix presbyter ordinatus ad interpretandos ss. canones sit electus. Anno 1661 primum jurisprudentiae partum in lucem emisit *Manuale parochorum*, quod de parochorum obligatione eorumque juribus in alma universitate salisburgensi publica disputatione versandum exposuit P. Jos. Mezger, Salisburgi in 12; 1662; 1668; a. 1688 prodiit ed. 5. hoc titulo: *Manuale parochorum* de plerisque functionibus et obligationibus ad parochos et parochianos attinentibus, ut de administratione sacramentorum, de decimis, oblationibus, sepulturis et bonis parochorum: item de votis, juramentis et usuris, materiis scitu utilissimis non tam curam exercentibus, quam juris canonici et civilis cultoribus, simul et omnibus in foro versantibus advocatis et consultoribus apprime necessarium, Venetiis 1693 in f.; a. 1710 prodiit ed. decima; a. 1760 ed. 15. Salisburgi. Seminario archiepiscopali praefectus 1665 illud quadriennio summa cum laude dextre sancteque rexit, inde vero avocatus totius academiae procancellarius a. 1669 communibus suffragiis nominatus fuit († 22. Apr. 1674). »Erat vir . . . ob prudentiam, consilium, ingenium omnibus mirabilis; ob modestiam, mansuetudinem, animi submissionem cum nobili genere multum honorum titulis aucto conjunctam omnibus carus: ob religionem, pietatem, fidem dilectus Deo, hominibus reverendus, coelo dignus, vere pacis ac lucis angelus [1]).« Alia ejusdem opera sunt: *Collegium universi juris canonici* juxta triplex juris objectum, personas, res et actiones partitum, servatis rubricis 5 decretalium, sed juxta materiae exigentiam transpositis, Salisburgi 1670 p. 1. in 8; p. 2. ib. 1674 in 4; p. 3. ib. 1674; quod opus paucis annis decies recusum fuit [2]). *Forum competens* seu tr. juridicus de competentia fori, ib. 1663 in 4; *privilegia monasteriorum* ex jure communi deducta, ib. 1664 in 12; et simul cum collegio universi juris 1688. — Idem praestitit Ernricus (Ehrenreich) Pirhing S. J. Sigartinus, qui jus canonicum annis 12 et totidem ss. literas interpretatus est in academia dilingana († 15. Sept. 1670). Innotuit hisce doctis op.; *Jus canonicum in 5 ll. decr. distributum*, nova methodo explicatum, omnibus capitulis titulorum (qui in antiquis et novis ll. decr. continentur) promiscue et confuse positis in ordinem doctrinae digestis, adjunc-

[1]) Ita legimus in ep. encyclica mellicensium de ejus obitu ap. Ziegelbauer III, 402.

[2]) Hoc opus impense laudat vel vir protestans Struve bibl. juris. ed. Buder, Jenae 1743 c. 15 § 30 p. 524. Cf. Histor. polit. Blätter 1873. LXXII, 502. Schulte de eo scribit III, 150: Er war ganz entschiedener Anhänger des strengen klerikalen Systems und hat demselben durch seine Werke und als ausgezeichneter Lehrer in Deutschland große Dienste geleistet. Seine Schriften sind sehr klar und faßlich geschrieben und namentlich auf die Brauchbarkeit für die Praxis berechnet.

tis aliis qq. connexis, quae ad plenam cujusque tituli aut materiae cognitionem et expositionem pertinent, Dilingae 1674—1677 v. 5 in f., quae respondent 5. decr. ll. Magni omnino fit hoc opus etiam nunc a juris canonici peritis classicumque censetur ob plenitudinem, eruditionem, casuum varietatem, unde verus juris canonici est thesaurus: Prodiit iterum ib. 1722 v. 4 in f.; Venetiis 1759 v. 5 in f. A quodam sodali in compendium redactum prodiit inscriptum: *Facilis et succincta ss. canonum doctrina,* Dilingae 1690 in 4; Venetiis 1693; 1711; Augustae V. 1695. Prius jam prodierant assertiones publice defensae *de postulatione, electione et translatione* praelatorum ecclesiasticorum, 1645; *de ordinatione et ordinandis,* Dilingae 1659; *de jure scripto et non scripto,* Dilingae 1644 in 8; *de jurisdictione, officio et potestate praelatorum et rectorum ecclesiae episcopalis inferiorum,* ib. 1663 in 8; *de jurisdictione et potestate ordinarii judicis* seu praelati ecclesiastici, ib. 1652 in 8; *de jurisdictione, officio et potestate judicis delegati,* ib. 1664 in 8; *de rescriptis,* ib. 1665 in 8; *de constitutionibus et consuetudinibus,* ib. 1666 in 8; *de renunciatione beneficiorum,* ib. 1667 in 8; quas in magnum suum recepit opus. *Institutio episcopalis* academiae dilinganae, Dilingae 1660.

113. His adjungantur Arnoldus Corvinus a Beldern, filius Jo. Arn. Corvini acerrimi arminiani, qui ad fidem conversus catholicam, in academia moguntina juris canonici obtinuit cathedram ediditque concinnum opus ll. 4 comprehensum, quod institutionum canonicarum loco esse potest, cui titulus: *Jus canonicum per aphorismos strictim explicatum,* Amstelodami 1643, dein ob suam utilitatem saepissime editum, etiam curis Strykii Halae 1705 et Boehmer ib. 1717 etc.; et aliis omissis, quae ad jus civile spectant, reliquit geminum tr. bene concinnatum *de personis atque beneficiis ecclesiasticis* sive introductionem ad genuinam universi juris canonici seu pontificii explicationem (opus posthumum), Francofurti 1708 t. 2 in 4. Obiit auctor 1680.— Josephus Gibalinus S. J. Gallus, patria Gambalitanus (n. 1592) dioeceseos mimatensis. Philosophiam sexennio professus est, theologiam scholasticam octennio, moralem decennio. Cum vir esset consilii, in gravissimis negotiis a primoribus et optimatibus identidem consulebatur († 14. Dec. 1671). Edidit: *Scientia canonica et hieropolitica:* opus novum in 3 t. partitum, in quo singula, quae toto corpore juris pontificii sparsa sunt, ad certa et indubitata principia reducuntur, et ex illis innumerae qq. ad forum tum internum tum externum pertinentes facile et solide, quamvis non semper ex vulgi sensu explicantur: privati Galliae mores ac jura cum romanis conciliantur: universa denique theologia moralis ex certis et constantibus scholasticae principiis, patrum sensu et ecclesiasticis legibus docetur, Lugduni 1670 t. 3 in f.; disquisitiones canonicae *de clausura regulari* ex veteri et novo jure, operis de scientia canonica specimen, ib. 1648 in 4; *de irregularitatibus et impedimentis canonicis* ss. ordinum susceptionem et usum prohibentibus l. singularis, ib. 1652 in 4; disquisitiones canonicae *de sacra jurisdictione in ferendis poenis et censuris ecclesiasticis* ex veteri et novo jure tractatio utrique foro perutilis, ib. 1655 in f.; *de usuris, commerciis deque aequitate et usu fori lugdunensis* cum accurata usurarum, ejus quod interest annuorum redituum, cambiorum, societatum et contractuum omnium explicatione tractatio bipartita utrique foro perutilis ex jure naturali, ecclesiastico et civili, gallico et romano, ib. 1656 in f.; *de simonia universa* tr. theologica et canonica, in qua innumerae qq. de ss. functionibus, sacramentorum administratione, missarum stipendiis, dotibus monialium, collatione, resignatione

et commutatione beneficiorum ad usum utriusque fori dilucide et ex certis principiis explicantur, ib. 1659 in 4; *de universa rerum humanarum negotiatione* tr. scientifica utrique foro perutilis ex jure naturali, ecclesiastico, civili, romano et gallico, in qua negotiorum humanorum aequitas per omnes negotiationis causas, materias, formas universales ac singulares contractuum, commerciorum atque συναλλαγμάτων diversa genera ex iisque ortae obligationes scientifice et solide explicantur, humanarum scientiarum et artium rectus ac pravus usus demonstratur, singulorum statuum, officiorum ac munerum rationes atque adeo universae oeconomiae et politicae traduntur, ib. 1663 v. 2 in f. — Coelestinus Mirebau (Mirbellus) advocatus bituricensis, dein parlamenti parisiensis, edidit *institutionum juris canonici ll. 2,* Parisiis 1668, institutionum P. Lancelotti (III³, 335) compendium admodum succinctum.

114. Praeter hos [1]) alii qq. singulares tractarunt. Ita in Italia Andreas Muscara Siculus, juris utriusque doctor († 11. Nov. 1666), in lucem emisit *defensionem immunitatis ecclesiasticae,* Panormi 1647 in f. — Joannes Melatius s. theologiae et utriusque juris doctor necnon protonotarius apostolicus, saepius vicarius generalis († 26. Dec. 1679), edidit *miscellanea selectarum juris utriusque assertionum,* Panormi 1670 t. 1. et, ut videtur, unicum. — J. Fontanellae exstant canonicarum qq. resolutiones *de jure patronatus et electione,* Neapoli 1664 in f. — Carolus Maranta Neapolitanus, episcopus primum (1637) Juvenatii, dein (1657) Tropaeae in Calabria († 26. Jan. 1664), reliquit *controversarum juris utriusque responsionum* in foro causarum ecclesiastico praesertim discussarum et ad pias causas pp. 2 in 1 v. Neapoli 1637 in f.; *medullam decreti,* ib. 1656. — Alexander Sperelli Assisii n. 1590, episcopus eugubinus († 19. Jan. 1672), edidit: *Decisiones fori ecclesiastici,* Venetiis 1666 t. 2 in f ed. 3; *Il vescovo,* opera etica, politica, sacra pp. 3 Romae 1656 t. 2 in f., latine interprete An. Adami S. J. († 16. Jul. 1706), ib. 1670 t. 2 in f.; *Paradossi morali,* ib. 1640; 1653 in 4., latine interprete Ludov. Voltolini, Francofurti 1698 t. 2; *Paraenesis teleturgica* de sacrificio missae, in qua thesauri in sacrificio missae reconditi deteguntur, ex italico latine eodem interprete, ib. 1698. — Joannes Baptista Turricelli disseruit plene, praesertim ex praxi Rotae romanae, *de beneficiorum unione,* Ferrariae 1674 in f.; *de rebus Ecclesiae non alienandis,* ib. 1674 in f. — Antonius Flaminius Marchetti de Angelinis protonotarius apostolicus, canonicus maceratensis et capituli vicarius descripsit *praxim vicarii capitularis* una cum materia sepulcrali; additur catalogus novus rom. pontificum, cardinalium, patriarcharum et episcoporum totius orbis christiani, Mediolani 1677 in 4. — In primis vero nominandus est Jacobus Pignatelli [1]) e Cryptа-

[1]) His addi possent Placidus Bridler Helvetus O. S. Ben. in monasterio sangallensi, aliquamdiu (1651—53) juris canonici professor Salisburgi († 15. Nov. 1679), de quo cf. Schulte III, 145. — Ludovicus Du Bois († 1670), qui Colberti jussu praecepta juris canonici Galliae inceperat colligere, sed morte praepeditus unum tantum tomum absolvit, quem plurimis observationibus auxit Dionysius Simon († 1731), alterumque adjecit. Saepius hoc opus prodiit hoc titulo: *Maximes du Droit canonique de France,* Parisiis 1681; 1686; 1693; 1703 v. 2 in 8. Cf. A. E. L. 1706 p. 165 ss. *Introduction au Droit ecclésiastique de France* cum annotationibus ejusdem D. Simon, ib. 1678 in 12.

[1]) Alius ab eo est Fabritius Pignatelli S. J. (n. 1609; † 26. Aug. 1656), qui in academia neapolitana docuit philosophiam et posthumum reliquit opus inscriptum: *De monte propitiatorio pro peccatis,* sive de sacrosancto ac divinissimo Ecclesiae sacrificio ll. 5, quibus accedit opusculum *de apostolatu b. Nathanaelis Bartholo-*

leis in Salentinis s. theologiae et juris utriusque doctor, qui reliquit *consultationes canonicas,* in quibus praecipuae controversiae de iis, quae ad canonizationem ac ss. ritus, ad s. conc. tridentinum, ad episcopos et regulares, ad immunitatem, libertatem, jurisdictionem ecclesiasticam ac hujusmodi alia potissimum pertinent, non solum ex utroque jure scripto, sed etiam ex ss. congr. decretis, rebus judicatis, placitis atque consultis, ex prudentum responsis, ex moribus receptis breviter ac perspicue dirimuntur, Romae 1675 t. 3 in f.; Venetiis 1687 v. 10 in 5 v. in f. (ed. 3 ab auctore recognita). Eae sunt admodum copiosae, quarum frequens usus apud tribunalia romana, et quibus Benedictus XIV. haud raro utitur [1]). Postea adjectae fuere *consultationes novissimae canonicae* circa praecipuas controversias, quae ad fidem ejusque regulam spectant, in quibus errores atheorum, infidelium, schismaticorum, haereticorum et aliorum Ecclesiae catholicae hostium referuntur et refelluntur, praesertimque illas, quae circa s. inquisitionis tribunal [2]) versantur, ubi de inquisitoribus, eorum officialibus et ministris, de reis, in quos jus et potestatem habent deque poenis pro casuum varietate illis infligendis, et quam plurima alia ad hoc argumentum facientia complectentes, ib. 1723 v. 2 in f. Harum indicem seu compendium confecit Pascucci, in quo omnia a Pignatelli per 10 t. dicta alphabetice per materias disposita reperiuntur, Romae 1699 t. 2 in f.; Venetiis 1716 t. 2 in v. 1 in f. Omnia ib. 1736 v. 12 in f.; sed prodierant etiam Coloniae 1700 t. 11 in 5 v. in f. et alibi. — Julii Capone Neapolitani exstant *tr.* juxta familiarem *juris canonici* rationem, Genevae 1733 v. 2 in f., qui est bonus commentarius in Lancelotti institutiones (ed. 2) et *disceptationes forenses* ecclesiasticae, civiles et morales, Lugduni 1677 v. 5 in f. et Genevae 1731.

115. In *Gallia* Joannes d'Avezan Vasco n. in oppido Avèze vallis auranae sub Pyrenaeis, Cujacii et Jani a Costa auditor, aurelianensis (1626), dein parisiensis (1659) juris antecessor et facultatis syndicus († 1669), disseruit [1]) stilo eleganti *de censuris ecclesiasticis,* cum diss. *de pontificia et regia potestate,* Aureliae 1653 in 4., in qua bene distinguit inter gladium spiritualem et materialem, utriusque harmoniam urget; 1670 simul cum tr. *de sponsalibus et de matrimonio,* Parisiis 1661 in 4; *de renunciationibus sive resignationibus et pensionibus beneficiorum ecclesiasticorum* deque portione congrua et competenti ex eorum reditibus vicariis perpetuis assignanda, Aureliae 1657 in 4; diss. *patronatus juris pontificii,* ib. 1666 in 5., quae reperiuntur etiam in Meermann thesauro novo t. IV. — Jacobus Berbisey de Belleneuve divionensis parlamenti membrum († 16. Sept. 1678) complevit ediditque magistri sui Julii Pacii *definitiones juris civilis et canonici,* Parisiis 1639; Amstelodami 1643 in 12. — Joannes David opus exquisitissimum edidit inscriptum *Du jugement canonique des évêques,* pour servir de response à la nouvelle doctrine de plusieurs auteurs; avec une diss. qui nous découvre le sujet, pour lequel les auteurs

---

maei (in quo scil. ostendit Nathanaelem ipsum esse Bartholomaeum apostolum), Neapoli 1660 in 4.

[1]) Cf. Schulte III, 502.

[2]) De hoc scripsit quoque Sebastianus Salelles S. J. Gandiensis, qui a. 18 theologiam moralem docuit et a. 40 s. inquisitionis consultor fuit († 18. Jan. 1666 nonagenario major) in opere: *De materiis tribunalium s. inquisitionis* seu de regulis multiplicibus pro formando quovis eorum ministro, praesertim consultore, praemissis 13 prolegomenis de origine et progressu dictorum tribunalium judicibus ac ministris tum moralis theologiae et juris peritiae professoribus valde utilibus, Romae 1651—53—56 t. 3 in f.

[1]) Cf. Schulte III, 600.

qui ont recherché jusqu'ici quel estoit le Concile plenier dont S. Augustin a parlé en disputant contre les donatistes, se sont égarez dans cette recherche, Parisiis 1671, quod maximo cum fructu legitur et in quo pontificis jura adversus Petri de Marca l. 7. concordiae sacerdotii et imperii propugnat. Adversus ipsum scripserunt Jac. Boileau, Joan. Gerbais, Launojus et Quesnellus passim in sua ed. operum s. Leonis: neque placuit hic liber Gallicanis, hinc in comitiis cleri a. 1681 habitis selecti sunt deputati, qui eum examinarent. Doctrina libri ecclesiae et regni gallicani libertatibus adversa judicata fuit, et ad haec 5 capita revocata: 1. Episcoporum causae in prima, ut vocant, instantia, apud apostolicam sedem dirimendae sunt. 2. Pontificibus rom. licet aut retinere aut provinciae episcopis remittere gallicanorum episcoporum causas. 3. Nullam habent concilia auctoritatem in fidei aut disciplinae negotio, ni hujus particeps fuerit rom. pontifex. 4. Sancta sedes sacerdotii origo est. 5. Papa infallibilis est de facto. David singula haec capita elucidare ac scripto elucidationem confirmare jussus est [1]). *Réponse aux remarques de M. de Launoy* sur la diss. du concile plénier, ib. 1671 in 8. (cf. supra p. 227). — Pro juribus Ecclesiae in controversia de regalibus stetit Franciscus Stephanus de Caulet Tolosae n. 19. Maj. 1610. A P. de Condren Oratorii praeposito spiritu sacerdotali imbutus et particeps laborum apostolicorum piissimi Olierii institutoris congr. s. Sulpicii dignus est habitus, qui a s. Vincentio pro episcopatu pamiensi commendaretur (1644). Dioecesim suam magno zelo reformare sategit. Dolendum tamen, quod jansenianae factionis hypocrisi deceptus et irretitus inciderit in nimium rigorem et spiritum oppositionis adversus decreta s. sedis. Intrepide restitit [1]) usurpationibus Ludovici XIV. in regalium causa: quam ob rem multas vexationes et bonorum spoliationes est passus († 7. Aug. 1680). Typis dedit: *Traité de la Regale ...* pour la défense des droits de son Eglise, Coloniae 1680. — Stephanus Mellaeus (de Melles) Parisinus, ex professore philosophiae juris antecessor in academia parisina, praelectionem emisit 1678 in lucem *de origine, divisione et dotatione parochiarum* deque parochorum gradu, institutione et officiis ad tit. extra de parochiis et alienis parochianis. — In *Hispania* Franciscus Fernandez de Miñanos Navarrus, juris doctor et protonotarius apostolicus, edidit *basim pontificiae jurisdictionis* sive de ejusdem origine, fundamentis et successiva continuatione, Matriti 1674 in f., in qua docte et copiose disserit adversus Bodinum et alios pseudopoliticos pontificiam auctoritatem extenuare volentes et contra quosdam eandem minus rationabiliter amplificantes [2]). — Franciscus Salgado de Somoza, Gallaecus, coronunensis, in regia audientia aliquamdiu causarum patronus, Ferdinandi Infantis, archiepiscopi toletani et cardinalis vicarius, dein Pincianus judex aliisque muneribus honorificis clarus († 25. Aug. 1664), aliqua scripsit juribus Ecclesiae non adeo conformia, ut *de regia protectione vi oppressorum appellantium* a causis et judiciis ecclesiasticis tr., Lugduni 1626 t. 2 in f.; 1647; 1669 ed. 4., proh. 17. Jun. 1627; tr. *de supplicatione ad SS.* a bullis et literis apostolicis nequam et importune impetratis in perniciem reipublicae, regni aut regis, aut juris tertii praejudicium et de earum retentione interim in senatu, Matriti 1639 in f., proh. 17. Dec. 1640. — Emmanuel Alvarez Pegas Lusitanus, in regio senatu supplicationum

[1]) Cf. D'Argéntré coll. jud. t. II p. 2 pag. 354.

[1]) Cf. Jungmann KL. II, 2064; contin. H. E. Fleurii passim t. 63. 64.

[2]) Mich. a s. Joseph II, 288.

causarum patronus, disseruit *de competentiis* inter archiepiscopos episcoposque et nuntium apostolicum cum potestate legati a latere, Lugduni 1675 in f. — Augustinus Vazquez S. J. Gaditanus († 16. Mart. 1676) scripsit: *Vicarius generalis* sive de potestate vicarii generalis classis hispanae cum explicatione pontificiorum diplomatum ejus personam concernentium, Gadibus 1670 in 4. sub nomine Simonis Marci de Nestares.

116. *Theologiam morum* [1]) ad systema revocavit in primis Hermannus Busenbaum S. J. patria Nottelenensis (Nottulu) in Westphalia n. a. 1609. Docuit philosophiam, theologiam scholasticam et moralem. Vir erat eximiae prudentiae et singularis doctrinae, unde a celsissimo principe episcopo monasteriensi in arbitrum conscientiae suae est adlectus, eoque munere magna tam ipsius principis quam aulicorum approbatione perfunctus. In sacro tribunali poenitentiae commissos sibi animos mira dexteritate promovebat († 1668). Celeberrimum eum reddidit *Medulla theologiae moralis* facili ac perspicua methodo resolvens casus conscientiae ex variis probatisque auctoribus (praesertim ex scriptis Hermanni Nünning et Friderici Spee) concinnata, quod opusculum brevitate, concinnitate et ordine rerum excellit: et sane quanti factum fuerit, probant repetitae editiones, cum inter paucos annos (usque ad a. 1675) factae fuerint ad minimum 45 ed. et ultra 200 ad 1776, tum etiam illud, quod vel probatissimi auctores, Cl. Lacroix, s. Alph. Liguori et adhuc nostra aetate Ant. Ballerini [1]) hujus medullae textum uberrimis commentariis exposuerint. Prodiit primum Monasterii 1650; plures posteriores ed. auctor recognovit, a mendis purgavit et auxit; aliis adjectae fuere prop. damnatae ab Alexandro VII., Innocentio XI. etc. Novam ed. curavit s. Alphonsus adjunctis annotationibus post dubia seu articulos, prop. damnatis necnon omnibus ep. encyclicis et pontificiis decretis mores spectantibus Benedicti XIV., Neapoli 1748, quae ed. saepe fuit recusa. Optimae censentur ed. romana sine anni assignatione et tornacensis 1848 v. 2 in 12. In notis adjectis indicatur, in quibus potissimum s. Alphonsus ab auctore dissentiat; altero volumine continetur synopsis nonnullarum constitutionum apostolicarum summi momenti, praxis confessarii s. Alphonsi et diss. de recidivis. Immerito [2]) accusatus fuit hic theologus a quibusdam laxitatis, licet propositiones quasdam tunc ab aliis quoque probatas, postea tamen damnatas, tradiderit vel sine nota retulerit. A parlamentis parisino et tolosano igni olim fuit traditus, et nostra aetate a Societatis Jesu et Ecclesiae hostibus acerrime probris et calumniis impetitus.

117. Huic addi debent in *Germania* Henricus Heinlin O. S. Ben. Therensis in Francia orientali, theologiae moralis in universitate salisburgensi professor (1677—1680), qui praeter plurima scripta philosophica pariter edidit [3]) *medullam theologiae pastoralis practicae* cum 12 centuriis casuum circa sacramenta singula, gratiam ju-

[1]) De theologia morum plures meruerunt ex his, quos inter theologos scholasticos recensuimus, ut Mart. de Esparsa et Dominicus a s. Thoma p. 14; Fr. de Arauxo p. 15; de Marinis, Ferro p. 17; Gabriel a s. Vincentio p. 18; Thomas del Bene p. 22 etc.

[1]) Coepit hic insignis commentarius cura Dom. Palmieri prodire Prati 1889—1893 t. VII.

[2]) Cf. ejus apologiam apud Penn das schwarze Buch und die Moral der Jesuiten 1856; Fritz KL. II, 1553 s., Duhr Jes. Fab. 1904. Cf. Sommervogel II, 444—55.

[3]) Cf. hist. univers. salisb. l. 2 c. 7 n. 310: Adelung II, 1874.

stificantem, censuras, horas canonicas etc. Accedit theologia erronea seu prop. a variis pontificibus damnatae, Bambergae 1674 in 4; Coloniae 1707; Norimbergae 1714. — Stephanus a s. Paulo O. Carm., cujus *theologia moralis* Coloniae 1669; 1696 ed. 5; 1722 prodiit — et Georgius Gobat S. J. Charmvillanus (Charmoille) in pago bernensi (1600—1679), qui docuit theologiam moralem a. 20, unde in hac scientia auctor est multum eruditus et experientia abundans: sed nimis fuit benignus, hinc nonnullas amplexus est prop. quae postmodum fuere damnatae. Quare etiam Guido de Sève de Roche Chouart episcopus atrebatensis [1]) censuram adversus ejus opera edidit 17. Aug. 1703, qua prop. 32 damnat; plures tamen vindiciae pro G. Gobat prodierunt, inter quas eminent: *Vindiciae Gobatianae* sive examen prop., quas ex op. P. G. Gobat excerptas illustr. atrebatensis episcopus severissima censura notavit et ipsius censurae crisis a quodam s. theol. doctore (Christophoro Rassler) edita (Ingolstadii) 1706 in 4. Haec ejusdem sunt opera [2]): *Sensus et consensus doctorum de jubilaeo duplici* et suspensione indulgentiarum, Oeniponti 1649 in 8., Cracoviae 1651, quo periculum facere voluit, an posset in publicum proferre aliquid, quod aliquam saltem ferret utilitatem. Appellavit autem sensum et consensum doctorum, quia non tantum illos 30, quorum nomina alphabeti ordine praefationi subnectit, sed omnes omnino, quos de jubilaeo et indulgentiis tractantes nancisci potuit, evolvit et quidquid in ipsis ultra ea, quae in scholis docendo didicerat suisque auditoribus tradiderat, dignum lectoris oculis reperit, in hoc opus sed suis plerumque verbis retulit suoque judicio de plerisque addito. *Thesaurus ecclesiasticus indulgentiarum,* in quo omnia dubia moralia, quae alii plerique, permulta, quae pauci, non pauca quae nemo de hac materia tractarunt, proposuit ac resolvit. Quem in finem auctores 39 legit, perpendit et contulit, Oeniponti 1650; Monachii 1650 in 8; *Vindiciae theologiae,* quibus adversus nonnullos jurisconsultos (praesertim adversus Mich. Ferro Manrique) defenduntur et in sua possessione conservantur theologi scribentes de materiis alterutro jure comprehensis, Friburgi 1654 in 8; *Alphabetum communicantium casuisticum* h. e. 23 casus a totidem literis alphabeti latini incipientes et non conficti, sed experientia vel lectione cogniti, quibus naturam et accidentia ss. communionis explicat, Constantiae 1658 in 12. ed. retractata, emendata multumque aucta; novis curis elaborata Monachii 1662; *Clypeus clementium judicum* utriusque fori, divisus in 2 p., quarum prior defendit clementes judices: altera ostendit praxim sequendi opiniones benigniores, quae constat 7 decadibus documentorum et corollariorum theologicorum et juridicorum, Constantiae 1659 in 12., auctior Monachii 1662 cum alphabetis communicantium et sacrificantium. *Alphabetum sacrificantium* eadem methodo conscriptum qua alphabetum communicantium, Constantiae 1660; auctius Monachii 1663 in 12; *theologia juridico-moralis* seu accusatio canonica ebriosi ad divortium compellendi ob ebrietatem continuam indeque secuta varia mala, Constantiae 1661 in 4; *alphabetum baptizantium et confirmantium,* Monachii 1623 in 12; *alphabetum sacri audiendi et breviarii recitandi,*

[1]) Hujus episcopi († 1724) qui iteratis vicibus insurrexit in moralistas suo judicio laxiores, ut etiam in Jo. B. Taberna (de quo infra) opuscula *de administrandis sacramentis poenitentiae et eucharistiae* in gratiam confessariorum collecta iterum prodierunt notis locupletata, Bambergae et Wirceburgi 1784; etiam in *doctrina* de administrando sacr. poenitentiae, Lovanii 1701; s. Blasii 1778.

[2]) Cf. Sommervogel III, 1505—12; praefat. edit. operum a. 1681; Urbany KL. V, 784.

Constantiae 1664 in 12. De breviario agit tantum ultimo casu sed bene longo, cui insuper addit trigam horariam h. e. disp. tres more scholastico scriptas de intentione, de attentione, de mutatione unius officii divini in aliud. *Alphabetum ordinis et extremae unctionis*, ib. 1664 in 12; pars I. *alphabeti matrimonialis* h. e. alphabetum integrum de impedimentis matrimonii, ib. 1665; p. II. *de reliquis materiis matrimonialibus*, ib. 1665; *alphabetum confessariorum*, ib. 1666; *alphabetum confitentium*, ib. 1667 in 12; *clavis alphabetico-sacramentalis* i. e. tr. moralis de sacramentis in communi, ib. 1667 in 12; *alphabetum quadruplex* h. e. unum tractans de 4 materiis, scil. de voto per casus 14; de juramento per sex; de blasphemia per duos et de superstitione per ultimos duos, ib. 1672 in 8. Haec opera (excepto ultimo) ipse auctor novis curis retractata, emendata, aucta collegit et edidit sub titulo: *Experientiae theologicae* sive theologia experimentalis, qua casibus prope 700 factis non fictis explicatur universa materia septem sacramentorum, Monachii 1669, recusa Venetiis 1672, sed tam mendose, ut auctor publice protestaretur contra hanc ed. in alphabeto quadruplici, quod eodem a. prodiit, quare novam ed. curavit in sacra eremo b. M. V. (Einsiedeln) 1678; cura et studio collegii constantiensis sub titulo *Opera moralia omnia* Monachii 1681 t. 2 pp. 3 in f.; Venetiis 1716 t. 3 in f. etc.

118. In *Belgio* Macarius (in baptismo Lancelottus dictus) Havermans O. Praem. n. 1644, canonicus s. Michaelis antwerpiensis, s. theologiae professor († 26. Febr. 1680) edidit [1]) *tyrocinium christianae theologiae moralis* ad mentem ss. patrum praecipue s. Augustini, Antwerpiae 1674; 1675 t. 2. Nonnullas ejusdem propositiones impugnavit Phil. de Hornes S. J. Nihil moratus Havermans se purgavit edita *defensione brevi tyrocinii moralis*, Coloniae 1676. Etiam Estrix sub nomine Fr. Simonis illud impugnavit, cui respondit *epistola apologetica* ad ss. pontificem Innocentium XI. contra injustam accusationem Fr. Simonis, ib. 1676; 1692. Disquisitio theologica, in qua discutitur illa famosa q. *quinam Dei amor requiratur et sufficiat cum sacramento* ad justificationem, Antwerpiae 1675; Coloniae 1684; utrique operi opposuit (sicut et aliorum theologorum opinionibus per Belgium vulgatis scil. Neessen [p. 49], Huygens, Gabrielis), Estrix l. *Status, origo et scopus reformationis* hoc tempore attentatae in Belgio circa administrationem et usum sacramenti poenitentiae juncta piorum supplicatione ad Clementem X. P. M., Moguntiae 1675. Alia nostri auctoris opera sunt: Diss. theologica *de auctoritate ss. patrum*, praesertim s. P. Augustini, Coloniae 1677; disquisitio theologica, qua discutitur q. illa: *An satisfiat praecepto dilectionis proximi*, per hoc quod proximo exhibeamus signa externa . . . simul non habendo odium erga proximum, ib. 1678; *Examen* l. (P. Car. ab Assumptione, de quo infra), cui titulus: *Pentalogus diaphoricus* sive . . . de dilatione absolutionis, ib. 1679.

119. In *Hispania* theologiam moralem composuerunt: Antonius de Escobar y Mendoza S. J. patria Vallisoletanus, egregius concionator et raro admodum exemplo, ut qui 50 annis per quadragesimam dixerit ad populum et saepe bis in die, nunquam relaxaret rigorem ecclesiastici jejunii, nisi postremo vitae suae anno propter infirmitatem et jam tum octogenarius. Carceres et nosocomia frequenter adibat et quasi ubique proximis adjuvandis aderat, horas orationi praestitutas exactissime observabat († 4. Jul. 1669 a. aetatis 81). Magna reliquit opera (12

[1]) Cf. Goovaerts I, 356—59.

in 32 vol. fere in f.), inter quae[1]) praecipua sunt: *Examen y Practica de confessores* y penitentes en todas las materias de la Theologia Moral, Vallisoleti 1662 in 12., quod paucis annis ultra 50 ed. habuit; *Universae theologiae moralis receptiores absque lite sententiae* necnon problematicae disquisitiones, sive quod frequentius doctoribus consentientibus asserendum eligitur, et quod dissentientibus plerumque in utrumvis probabile apponitur, Lugduni 1652—1663 t. 7 in v. 8 in f. (m. 270); *Liber theologiae moralis 24 S. J. doctoribus reseratus,* post 37. ed. hispanicam prodit prima additionibus illustrata, Lugduni 1644 in 8; 1659 et saepius alibi. Respiciens visionem Apoc. 4, 4 ss. quatuor animalia videt in Suarez, Vasquez, Molina et Valentia; 24 seniores in aliis claris S. J. theologis. Ad hunc auctorem maxime provocant qui theologos S. J. praeeunte Pascal laxitatis opinionum accusant[2]), sed prae conscientiae teneritudine, ut accusatio sit firmior, textus mutilant, e contextu avellunt et tamdiu torquent, donec edicant quod volunt[1]). Quatuor Galliae parlamenta opera ejus igni addixerunt. Non negamus eum saepe justo esse benigniorem, minus subinde exactum in suis citationibus, minus solidum in probando et in disserendo nonnihil obscurum, bene tamen omnino de theologia morali meruit. In c. 6. Joannis *de augustissimo ineffabilis eucharistiae arcano* moralibus mysticisque annotationibus reserato, Vallisoleti 1624 in f. *V. ac N. Testamentum literalibus et moralibus commentariis illustratum,* Lugduni 1652—1667 v. 8 in f. Laudat Tournemine praeloquia, in quibus de stilo et obscuritate s. Scripturae breviter, perspicue et sapienter tractat, unde ea in suam ed. menochianam recepit. *In canticum commentarius* sive de Mariae Deiparae elogiis, Lugduni 1669 in f. Conciones ejus in omnia festa prodierunt t. 6 in f. inscriptae *Lignum vitale,* Lugduni 1642—48; et aliis 6 t. inscriptis *Lignum vitale Christi* agit de Christi miraculis, persecutionibus, colloquiis, sermonibus, prophetiis et parabolis, ib. 1648.

120. Franciscus a Jesu Maria O. Carm. Burgensis († 1677) inchoavit celebrem *cursum theologiae moralis* salmanticensem edito t. 1. *de sacramentis in genere, baptismo, confirmatione, eucharistia, sacrificio missae, poenitentia et extrema unctione,* Salmanticae 1665; Matriti 1709 ed 4. accuratior cum 3 aliis t., in qua conformiter ad decretum Alexandri VII. et Innocentii XI. quaedam opiniones mutatae sunt. Totus cursus complectitur t. 6 in f., qui prodierunt 1717—1724; 1728. 1750. Andreas a Matre Dei auctor est t. 2. 3, 4; Sebastianus a Joachim t. 5; et t. 6. Alphonsus ab Angelis, de quibus ita judicat Gury: „Copia rerum

[1]) Cf. Sommervogel III, 436—45. Alius ab eo est Jo. de Escobar, de quo cf. III[3], 1172.

[2]) Bene saltem hic judicat Voltaire, cum ita ad P. la Tour scribit (apud Backer I, 174): „De bonne foi est-ce par la satyre ingénieuse des *Provinciales* qu'on doit juger de la morale des jésuites? C'est assurément par le P. Bourdaloue, par le P. Cheminais, par leurs autres prédicateurs, par leurs missionaires. Qu'on mette en parallèle les Lettres provinciales et les Sermons de Bourdaloue: on apprendra dans les premières l'art de la raillerie, celui de présenter les choses les plus indifférentes sous des faces criminelles; celui d'insulter avec éloquence; on apprendra avec Bourdaloue à être sévère avec soi même, à être indulgent pour les autres. Je demande alors de quel côté est la vraie morale, et lequel des deux livres est utile aux hommes?“ Cf. quoque Feller III, 446, qui bene advertit, nullum libertinum talem esse factum ex casuistarum lectione, sicut nullus casuista alicujus nominis libertinus fuit. Katholik 1865 v. 13 p. 668; Bauer KL. IV, 892. Pascal ep. 5. et 6. impugnavit praesertim ejus casus conscientiae; sed cf. prae primis C. Weiss P. Ant. de Escobar y Mend. als Moraltheologe in Pascals Beleuchtung und im Lichte der Wahrheit, Graz 1907.

[1]) Cf. Biogr. univ. XIII, 303.

et doctrinae perspicuitate insignes. Propter sanam doctrinam generatim valde commendantur. Interdum tamen decisionum rigorem forte plus aequo delinire et temperare videntur.« Edidit noster auctor praeterea commentarios literales et morales *in Apocalypsim* t. 2 Lugduni 1648. 1649 cum tr. *de sensibus Scripturae s.* — Ejus sodalis Andreas a Matre Dei, provincialis et definitor generalis (p. † 1574), quem auctorem diximus t. 2—4. cursus supra laudati, edidit tr. *de sacramento ordinis,* de sacramento matrimonii, de censuris, Salmanticae 1668 in f.; *de legibus,* de justitia, de dominio, de restitutione et contractibus, Lugduni 1670; *de statu religioso,* de horis canonicis, de voto, de privilegio et simonia, ib. 1670. De aliis duobus sodalibus suis locis redibit sermo. — Alius insignis sodalis est Antonius de Spiritu sancto O. Carm. ex oppido Monte Morovelho dioecesis conimbricensis, theologiae morum primarius inter sodales diu lector, episcopus ex obedientia angolensis, sed mox accepta possessione defunctus (1677), auctor nimis benignus, reliquit directorium confessariorum p. 1. *de sacramentis et censuris* in genere et in specie, Lugduni 1668 in f.; p. altera, quae continet *10 Decalogi praecepta* et totam materiam *de justitia et jure,* ubi etiam de contractibus tam in genere quam in specie non solum secundum jus commune, sed etiam juxta leges lusitanas, imo et hispanas agitur, et Ecclesiae praecepta elucidantur, ib. 1671; *consulta varia* theologica, juridica et regularia pro conscientiarum instructione circa controversias conformiter ad mentem, decreta et declarationes sedis ap. et ss. congr. Lugduni 1675. 1676 v. 2 in f.; 1680 ed. emendata, haec simul Venetiis 1697 v. 3 in f.; *directorium spirituale* 3 pp., in quibus de privilegiis regularium, de obligatione eorundem et de regimine praefectorum regularium tractat, Lugduni 1661 in f.; *directorium mysticum*, in quo instruit circa tres vias difficillimas purgativam, illuminativam, unitivam, Lugduni 1697; Venetiis 1732 in 4., opus rarum. Inscribitur etiam *Cursus theologiae mystico-scholasticae,* Hispali 1724 t. 2 in f.; Parisiis cur. P. Bern. a. ss. Sacramento O. Carm. 1904 t. 2 in 8. ed. mendosa. — Magna ex parte et apta methodo theologiam moralem illustravit Joannes Martinez de Prado O. Praed., patria pincianus. Utramque s. Thomae doctrinae in academia complutensi addictam cathedram vespertinam tum et primariam diutius rexit. »Vir fuit, inquit Echard, Joannes hic noster virtutis splendore et morum candore spectatissimus, s. Thomae sanctorumque patrum, quos assiduo legebat, studiosissimus, memoria felicissima, qua doctoris angelici, s. Scripturae, patrum doctorumque qua veterum qua recentiorum sententias prompte verbis ipsissimis reddebat occasione nata, et compugnantes aut refellebat novorum, aut eleganter et graviter conciliabat antiquorum« († 25. Febr. 1668). Haec praecipua ejus opera: *Theologiae moralis qq. praecipuae,* Compluti 1654—1656 v. 2 in f.; *de sacramentis in genere et in specie* de baptismo et confirmatione dubitationes morales et scholasticae super 3. p. Summae doctoris ang. a q. 60—72, ib. 1660 in f.; *de eucharistiae ss. sacramento et divino missae sacrificio* a q. 73—83, ib. 1662 in f.; *de poenitentiae sacramento* a q. 84. ad 28. suppl., opus posthumum, ib. 1669 in f.; *notitia veridica scriptorum O. Praed.* de praeservatione Deiparae immaculatae V. Mariae a peccato originali l. primus praevius quasi historia de statu controversiae, ib. 1661 in 4., mox tamen ab inquisitione hispana prohibitus et suppressus. *Dialecticae institutiones,* quas summulas vocant, ib. 1650; ed. castigatior 1651 in 8; *qq. logicae* in 3 ll. distributae, ib. 1651. 1655 in 4; *qq. philosophiae naturalis* super 8 ll. physicorum, ib. 1651; qq. super 2 ll. Aristotelis *de generatione et corruptione,*

ib. 1651 in 4; super 3 ll. *de anima* 1652 in 4. — Franciscus Dubal O. Praem. Retortae abbas et congregationis hispanae reformator generalis († 1660 vel 1670) reliquit theologiae moralis t. 1. scil. *de sacramentis* in genere et in specie, Vallisoleti 1660 in f.

121. In *Italia* praeter Matthaeum Renzi, cujus est *Encyclopaedia universae theologiae moralis*, in qua agit de praeceptis decalogi et Ecclesiae praemissis prooemalibus de voluntario et involuntario, de conscientia et de legibus, de sacramentis et censuris aliisque poenis ecclesiasticis, Neapoli 1671—76 t. 2 in f. — Bonaventuram Theulum[1]) O. Min., archiep. myrensem et vicarium patriarchae Cp. († 12. Nov. 1670), qui concinnavit Scotum moralem seu *theologiam moralem Scoti*, Venetiis 1652 in 8; 1661; 1705; *Scotum scripturalem* i. e. collectionem locorum s. Scripturae, quae Scotus adduxit vel explicavit in 4 ll. Sent. et quodlibetis, Velitris 1664; *decachordum scoticum* de immaculata conceptione b. Mariae V., ib. 1674 opus posthumum; *apparatum historicum* minoriticum provinciae romanae, ib. 1648 in 4. etc. — in primis floruit Thomas Tamburini S. J. natione Siculus, patria Caltanissettensis (n. 6. Mart. 1591; † 10. Oct. 1675). Philosophiam docuit quadriennio, septennio theologiam scholasticam et moralem a. 17 magna doctrinae commendatione. Egregiam ingenii indolem ad normam innocentiae compositam adeo religiosae vitae studio excoluit, ut omnibus morum sanctissimorum exemplar se praebuerit. In re morali judice Gury est probabilista, doctrina, rerum experientia et dictionis venustate praeclarus, sed (ut fere omnes, quos jam recensuimus) nimis benignus[2]). S. Alphonsus l. 3. theol. mor. n. 646 de eo scribit: »Ubi ille ex sua sententia loquitur, sane theologice loquitur, et ex principiis propriis quaestiones resolvit ita, ut sententiae, quas ipse probabiliores judicat, sapientium judicio ut plurimum sint probabiliores.« Opera ejusdem sunt: *Explicatio Decalogi* 2 distincta pp., in qua omnes fere conscientiae casus ad 10 praecepta pertinentes mira brevitate, claritate, et quantum licet benignitate declarantur, Venetiis 1654 in f., Monachii 1659 v. 2 in 4. etc. et saepius alibi; *expedita juris divini, naturalis et ecclesiastici moralis explicatio* complectens tr. tres de sacramentis, quae sunt de jure divino: de contractibus, quos dirigit jus naturale: de censuris et irregularitate, quae sunt de jure ecclesiastico, Panormi 1661 in f.; Duaci 1663; Coloniae 1665; Lugduni 1669; 1689; *methodus expeditae confessionis* complectens ll. 5, Romae 1647 in 12; Mediolani 1648 et saepius alibi; *de sacrificio missae* expedite celebrando ll. 3, in quibus universi fere conscientiae casus ad missae sacrificium peragendum pertinentes clare et quantum licet benigne explicantur, Antwerpiae 1656 in 12. (et jam antea) et alibi; simul cum praecedenti et l. *de communione*, Panormi 1649 in f.; *de bulla cruciata* cum additionibus ad omnia opera auctoris, Panormi 1663 in 4; omnia ejusdem opera moralia simul prodierunt cum vindiciis Lugduni 1708 etc. in f.; Venetiis 1748; 1755 t. 3 in f. curante et annotante Fr. Ant. Zaccaria. Prodierunt vindiciae seorsim hoc titulo: *Germana doctrina R. P. Th. Tamburini S. J.* perspicue refellens impugnationes R. P. Vinc. Baronii adversum illam allatas: opusculum R. D. Don Lucii Sanmarco sacerdotis, Panormi 1666 in 4. Porro sub nomine L. Sanmarco latet ipse Tamburini. *Tr.*

[1]) Cf. Petr. Ant. Borgia in ipsius *Vita*, Velitris 1714; Sbaralea suppl. p. 180.

[2]) Cf. Müller theol. mor. 1, 280. Concina acer probabilismi adversarius plures propositiones ipsius refert, quae ei videntur nimis laxae Storia del Probabilismo I, 103; ep. ad Nocetium p. 108.

5 in quinque Ecclesiae praecepta, Dilingae 1696 in 4., opus posthumum, cui nequaquam ipso fatente ultimam imposuit manum, ut prodire in lucem sine reprehensione posset.

122. Doctrinam Tamburini sicut et aliorum theologorum benigniorem impugnavit [1]) in *Gallia* Vincentius Baron O. Praed. Aquitanus Martorii (Martres) n. 17. Maji 1604. Magnum sibi fecit in suo sodalitio nomen, mox ab emenso studiorum cursu ad philosophiam primum tum et ad sacram doctrinam tradendam applicitus, atque inter primos theologos, qui tunc in Gallia floruerint, habitus est. Mira erat illius in explicandis nodis theologalibus claritas, ut et in stilo facilitas et elegantia, ita ut auditorum animos sibi conciliaret. Conciones quadragesimales per Aquitaniam et Occitaniam saepius habuit ingenti populorum concursu et fructu. In concertationibus adversus haereticos mirum excelluit, cum eorum ministris pluribus Montepessulani et Nemausi, Castris, Montealbani et alibi, dum etiam in synodis erant congregati, publicis habitis congressibus disputans. Fulgentes has dotes ornabant eximiae hominis virtutes. Expletis variis atque honorificis ordinis muneribus Parisiis deinceps reliquum vitae exegit libris conscribendis unice intentus, nec inde discedens nisi vel ad officia divina, quibus noctu diuque primus semper aderat, vel ut eruditos se invisentes, nam apud omnes magni habebatur, exciperet. Tandem 21. Jan. 1674 ad meliorem transiit vitam [1]). Ejusdem opera sunt: *Theologiae moralis* adversus laxiores probabilistas p. prior, qua vera mens d. Thomae et ejus scholae de opinionum ex lege delectu in qualibet re morali explicata et defensa adversus D. Caramuelis apologema in D. Fagnanum, anonymi nodos in P. Mercorum, Theoph. Raynaudi exceptionem et Amadei Guimenii (i. e. Matthaei de Moya, qui sub hoc nomine delitescebat) tr. XV, Parisiis 1665 in 8., qua in p. duas tantum fusius expendit qq. *de confessione epistolari* adversus Raynaudum, et *de probabilismo,* ut vocant. *Manuductionis ad theologiam moralem pars altera,* qua d. Thomae vera mens de singulis vitae humanae et christianae officiis inter rigidas et laxiores opiniones media defenditur contra Amad. Guimenium apologistam et Wendrochium. His addita est confirmatio 33 capitum de moribus ex censura s. facultatis parisiensis in Amadeum, ib. In hac p. nititur praesertim adversus M. de Moya ostendere, falso opiniones laxiores, propter quas recentiores casuistae notantur, adscribi insignioribus scholae s. Thomae doctoribus [2]). Delata quidem fuit haec theologia Romam, sed non prohibita; verum auctori fuit injunctum, ut ed. emendatam curaret. Prodiit ea auctior ad mentem sex theologorum, qui primam jussu s. pontificis recognoverant, Parisiis 1667. 1668 t. 2 in 8. sub titulo *theologiae moralis Summa bipartita.* Additae sunt tres cum Launojo diatribae *de forma absolutionis, de primatu Petri, de verborum injuriis.* Hujus op. t. 3 est: *SS. Augustini et Thomae vera et una mens de libertate humana et gratia divina* explicatur et scholae thomisticae asseritur adversus duos Th. Raynaudi ll. alios-

[1]) Prodiit quoque hoc tempore Parisiis 1677 t. 2 in 12. l. Raymundi Bonal: *Le cours de la Théologie Moral.* Ejusdem est *Explication literale et mystique* des rubriques et ceremonies du Breviaire et du Missel, Villafrancae 1678. — Alius ab eo est Franciscus Bonal O. S. Franc. de Obs., cujus est opus praestans: *Le Chrestien du temps* en 4 pp., 1. de l'Origine du Christianisme; 2. de la Vocation de tous au salut; 3. de la pureté primitive du Christianisme; 4. du relachement des Chrestiens, Lugduni 1667; latine Augustae 1709; 1714 etc.

[1]) Cf. Echard II, 655; Biogr. univ. LVII, 176.

[2]) Cf. Journal des Sav. 1, 312; 389.

que hujus aetatis melioris notae theologos (in primis Fr. Annat p. 73). Disputat scil. contra Raynaudi l. *Calvinismus religio bestiarum,* et l. *Nova libertatis explicatio discussa:* et etiam contra l. editum sub nomine ficto Eugenii Philadelphi seu Fr. Annati: *Exercitationes contra l.* P. Gibieuf *de libertate Dei et creaturae* (cf. t. III[3], 952). Sed Baronii opus utpote nimis rigidum et conviciis plenum in indicem relatum est (t. 1. et 2. simpliciter, 3. donec corr.) 15. Jun. 1672. Eodem decreto prohibiti quoque sunt: Libri 5 apologetici *pro religione, utraque theologia, moribus ac juribus O. Praed.* adversus Th. Raynaudi ll. 3, totidem Petri de Alva, ll., aliquot ep. J. Launoji, expostulationes Carterii aliosque; quarta pars manuductionis ad analyticam theologiam, ib. 1666 in 8., quos excipiunt duo postremi apologiae ll.; accedit defensio familiae dominicanae et scholae thomisticae, dogmatum et morum juris factique qq., Pii V. vita et supplementum Barth. a Martyribus ex lusitana historia et responsio ad novas Launoji objectiones, ib. 1666. *Ethicae christianae 17 loci* sive opinionum a lege stantium necessarius ad salutem delectus vindicatus a novissimis diss. ficti Amadei, veri de Mojae, Mart. Esparsae Hispanorum, Ant. Terilli Angl., Hon. Fabri Galli, Lucii Sammarci Siculi, Franc. Bonae Spei et Aeg. Estrix Belgarum, Parisiis 1673 t. 2 in 8; *responsio ad l. Jo. de Cardenas S. J.,* cui titulus *crisis theologica* seu disp. selectae morales, sine loco et anno, sed prodierat jam 1672. *L'Hérésie convaincue* ou la théologie des Luthériens et des Calvinistes reduite a quatre principes et refutée d'une manière toute nouvelle, avec l'examen de l'ouvrage du ministre Claude contre l'Eucharistie, Parisiis 1668 in 12; *Le christianisme établi* sur les quatre principaux mystères de la foy, ib. 1660.

123. Hoc tempore maxime coeptae sunt illae controversiae *de probabilismo,* magis tamen saepe de verbo quam de re, theoreticae plus quam practicae, cum prudentiores confessarii, licet in theoria tutiorismum quendam tueantur, probabilistarum benignitate in praxi libenter admodum utantur. Huc praeter Fagnani, Tamburini et Baron[1]), de quibus jam egimus, pertinet ex *Anglis* Antonius Terill seu Bonvill S. J. dorcestriensis (n. 1623, † 11. Oct. 1676) philosophiae et aliquamdiu theologiae scholasticae professor, quem Amort „eruditissimum et probabilistarum antesignanum« dicit; imo ejus adversarius Elizalde „probabilistam omnium, qui hactenus prodierunt, forte laxissimum.« Duplici opere tuetur probabilismum: *Fundamentum totius theologiae moralis* seu tr. de conscientia, in quo qua ratione, qua auctoritate irrefragabili usus cujusvis opinionis practice probabilis demonstratur esse licitus, Leodii 1668 in 4. In eo natura et qualitas probabilitatis fuse explicantur: modus quo ex probabili judicio certitudo conscientiae multiplici via exsurgit, clare exponitur: errores Jansenii circa ignorantiam invincibilem refutantur: intentum operis ex s. Scriptura, canonibus, ss. patribus stabilitur: quidquid a nimis rigide sentientibus hactenus objectum fuit, examinatur, ponderatur, et quia leve invenitur, rejicitur, et quod plus est, licito probabilitatis usui favere convincitur. Ita in op., cui titulus *Regula morum* sive tr. bipartitus de sufficienti ad conscientiam rite formandam regula, in quo usus cujusvis opinionis practice probabilis convincitur esse licitus. In hoc opere (posthumo) post regulam morum solide stabilitam argumenta contra licitum opinionis probabilis usum diligenter excutiuntur, plurimae qq. ad conscientiam spectantes resolvuntur: nominatim autem ex professo omnia Celladei (Mich. de Eli-

[1]) De hac controversia scripserunt etiam aliqua Fr. Bonae Spei O. Carm., de quo cf. p. 47; Joan. Ferrier S. J. p. 72; Havermans p. 273 etc.

zalde S. J., qui probabilismum acriter admodum impugnat) molimina, quae in suos *de recta doctrina morum* tr. congessit atque contra communem theologorum sententiam objecit, ab ipsis fundamentis diruuntur et nulla esse demonstrantur, Leodii 1677 in f. Terillus immortuus quidem est op. editioni, ejus tamen curam in se suscepisse dicuntur provincialis anglicus et quatuor theologi approbatores. Illud vel saltem ejusdem prop. plures impugnare nisi sunt, ut Michael a s. Joseph in l. *Studium veritatis*, Matriti 1715; et in sua bibliogr. crit. IV, 323, licet Terillum magni nominis theologum dicat, haec tamen carpit: »Oporteret, ut vir egregius omnem removisset in modo loquendi offensionem. Neque enim injuria quis in Terillo desideret aequiorem in allegationibus confidentiam, mitioremque in proprio sensu obfirmationem, cum pluribus non de trivio sapientibus visum fuerit, illum majori ingenii facilitate quam veritatis inquisitione, scriptores praesertim veteres suas in opinationes pertrahere, et in auctorum sibi faventium censum redigere. Hinc non aurea forte sit catena illa cujusvis aetatis doctorum pro Terilli probabilitate pugnantium, quam ipse texit tum q. 22 tum q. 26 de conscientia probabili usque ad finem, quaeque pluribus ad fontes ipsos non recurrentibus fucum fecit, atque in benigniori probabilismo quasi vinctos detinuit. Tanta est Terilli in citando fiducia, ut nisi lector periculum facere velit, ne dubitare quidem audeat, si uni Terillo se credat, pro opinandi libertate apertissime stare, necdum ss. Ecclesiae doctores, verum etiam scholarum omnium principes, classicos scriptores omnes universimque concilia ipsa et patres, et quod summum est, ipsos sacros et canonicos scriptores. At qui nolit in re haud exigui momenti falli, conferat Terilli catenam cum indice cl. ep. et scriptoris Palanco int. *de conscientia:* nam ex utriusque op. collatione aequus censor facile discet, uter eorum melius fidelisque eorum, quos citat, interpretetur sententias etc.«

124. Michael de Elizalde S. J., quem Terillus impugnavit, natione fuit Hispanus, patria Echalarensis in dioecesi pampelonensi, qui philosophiam et decem annis theologiam scholasticam docuit partim Vallisoleti, partim Salmanticae, partim Romae († 18. Nov. 1678). In theologia morali tutioristis et rigidis accensetur, in scholastica bene est versatus, ingenio profundus et disertus eloquio. Sub anagrammatico nomine Ant. Celladei edidit, ut jam diximus, opus *de recta doctrina morum* 4 ll. distinctum, quibus accessit *de natura opinionis* appendix, Lugduni 1670 in 4. Liber 1. est praeambulum circa consueta probabilia; 2. de natura probabilitatis positivae et realis seu conscientiae; 3. de illius sufficientia pro regula morum; 4. de dubiis deque illorum recta solutione. Auxit opus aliis quatuor ll. et quaestiuncula ad logicam Moyae, Friburgi 1684 in f. Liber 5. est de peccatis ignorantiae in genere; 6. de magistro et doctore theologiae, praesertim moralis; 7. de invenibilitate veritatis moralis et de ignorantiis in specie; 8. de modis inveniendi veritatem moralem seu de gladio misso in terram a Salvatore. Rimatur autem auctor in hoc op. praesertim verae probabilitatis notionem ac naturam, quid prudentia sit quidve opinio probabilis, quae cum ea operantem, etiamsi veritatem objectivam, quam ex animo exquisitoque studio ac diligentia quaerere tenetur, non attingat, excusabilem reddere valeat. Disserit in primis contra Diana, Caramuel, Escobar, Tamburini, Moya etc. Magno encomio opus extollit Michael a s. Joseph III, 306 ss.; sed non defuerunt alii, qui opus gravi subjicerent censurae ob novitatem ac insolentiam doctrinae auctorisque in proferenda clarissimorum theologorum auctoritate intolerabilem licentiam, ut alias

videbimus. Ita unus ex ejusdem censoribus auctori exprobrat, quod consentiat cum Bajo, reipsa conveniat cum Jansenio, haeresim appingat communi theologorum sententiae, in cujus intelligentia enormiter ipse errat, verbis atque principiis injuriosis utatur in theologos et patres [1]) etc. Ideoque superiorum permissionem pro op. imprimendo nunquam obtinuit, imo contra illorum voluntatem impressum fuit. *Forma verae religionis quaerendae et inveniendae*, Neapoli 1662 in 4., opus rarissimum, de quo idem Mich. a s. Joseph scribit: »Minor mole sed virtute et perfectione non inferior est alia nostri auctoris scriptio, auro gemmisque pretiosior et ipso Augustini ingenio non indigna, quae singulari l. exhibet plenissime formam verae religionis quaerendae et inveniendae adversus cujusvis generis infideles, atheos, epicureos, paganos, judaeos, mahometanos et quaruncumque sectarum haereticos et pseudopoliticos.« »Subtilia prorsus vereque profunda sunt, prosequitur idem criticus, quae theologus sane eminens in hoc op. adducit, eaque exigunt lectorem attentissimum, et qui partium omnium cohaerentiam diligenter observet jactaque principia semper prae oculis habeat .... Angelici praeceptoris doctrinam profunde ubique scrutatur vixque uno aut altero loco nec nisi invitus ab ea recedit, alio illum evocante aut majori auctoritate aut urgentiori ratione. Ex card. Pallavicini medullatis scriptis non pauca opportune delibat, eaque praesertim, quae consodalis doctissimus in aureo opere *de bono* erudite tradit et eleganter ... Dictio ejus ab scholastica plurimum abhorret, tersa, vivida, premens, coarctans, argumentosa et energica. Adversariorum objectiones non solum minime dissimulat, verum etiam adeo nervose confirmat, premit, urget, exornat, ut videatur ne angustissimum quidem locum relinquere, quo evadere possit. Tamen inexspectato victor emergit, et ad veritatem regia et lata via lectores suos ducit et in veritatis amplexu quiescere facit.«

125. Adversus probabilismum acerrimus rigidae sententiae propugnator in *Italia* exstitit Julius Mercorus [1]) O. Praed. Cremonensis, »vir, inquit Picinellus in Athenaeo mediol., omnigena eruditione refertus, literis amoenioribus egregie instructus, philosophus atque theologus eximius, gravitate morum consuetudinisque facilitate omnibus venerandus et amabilis.« Inquisitoris munere variis in locis functus est († 1669). Haec ejus opera: *Basis totius theologiae moralis* h. e. praxis opinionum limitata adversus nimis emolientes (A. Escobar, Jo. Caramuel, Pasqualigo etc.) aut plus aequo exasperantes jugum Christi, Mantuae 1658 in f.; Parisiis 1659 in 12. De hoc op. Terillus (de quo supra p. 184 egimus) censet: »M. auctoritatem multi facio. Solus ex omnibus

[1]) Cf. Censuram hanc in Döllinger Gesch. der Moralstreitigkeiten II, 23—45.

[1]) Cf. Echard II, 629; Urbany KL. VIII, 1289. De hac q. in Italia etiam sollicitus fuit Julius Clemens Scotti Placentinus n. 1602, quondam e Soc. J., quam tamen reliquit (1645), quod cathedram theologiae scholasticae non esset consecutus, dein Patavii professor philosophiae et juris canonici († 1669). Plurimos edidit libros, quos cf. apud Backer III, 707, inter quos plures prohibiti fuere. Ad nostram q. spectat: 1. *de probabilitate opinionum* generatim acceptarum, et de probabilitate opinionum minus generatim acceptarum, Francofurti 1649. Scripsit quoque *Notas* (64) *morales, censorias, historicas* ad inscriptionem, ep. ad lectorem et cc. 13 introductionis ad historiam conc. tridentini P. Sfortiae Pallavicini, Coloniae 1664 in 4., sub nomine Stanisl. Felice proh. 22. Jun. 1665. Auctor quoque a multis censetur libelli famosi quondam vulgatissimi, cui titulus: *Lucii Cornelii Europaei Monarchia solipsorum* ad virum cl. Leonem Allatium, Venetiis 1645 in 12., quod ab aliis Melch. Inchofer tributum fuisse diximus III^3, 1111.

praeter Fagnanum quaestionem hanc a fundamentis examinavit summaque cum modestia, solide et absque passionis impetu l. suum composuit (Fundam. q. 22 n. 34).« Cum autem theologus parisiensis sive Wendrockius, vero nomine Nicolius, sive alius censuram suam de hoc l. ep. ad amicum scripta protulisset, respondit Mercorus altero l., cui titulus: *Solutiones trium nodorum* in op. *de opinionum praxi limitanda* agentium juxta censuram D. N. (Nicolii) doctoris parisiensis, Ticini 1663 in 4. Denique cum a Caramuele acrius impetitus fuisset, eidem respondit tertio libello: *Apocrisis pro doctrina de probabilitate* Pr. Fagnani adversus apologiam J. Caramuelis. ib. 1664 in 4. — Probabilismi vero vindicias suscepit Franciscus Bordonus ex tertio ord. reg. s. Franc. Parmensis, vir apprime doctus, ordinis primum in Urbe procurator generalis, mox (1653) et supremus praefectus († 7. Aug. 1671), in cujus laudem in ingressu parmensis bibliothecae coenobii s. Mariae de Quarterio legebatur:

Aspice qui legis: et Parmae Bordonus [et orbi
Mortuus et vivens bibliotheca fuit.

Propugnaculum opinionis probabilis in concursu probabilioris adjectis sex fundamentis ad propugnaculum ejusdem operis, Lugduni 1668; 1669 in f. Plurima alia opera reliquit ad theologiam practicam et vitam regularem spectantia [1]), e quibus nonnulla recensebimus. Tr. *de professione regulari* ad leges juris canonici et constitutiones rom. pontificum, Mediolani 1635; Venetiis 1660 in 4; Lugduni 1665; *controversiae morales* etiam causidicis et advocatis perutiles, Romae 1652; *variarum resolutionum seu consiliorum regularium* t. 5 in f., t. primus prodiit Venetiis 1640; 2—5. Parmae 1641, dein cum aliis sub titulo: *Opera omnia juridico-regularia et moralia* t. 5 in f., Lugduni 1665, quibus tamquam t. 6. adjicitur propugnaculum opinionis probabilis supra indicatum; *Chronologium* tertii ord. s. Franc. fratrum et sororum tam regularium quam secularium, Parmae 1658 in 4; *Archivium bullarum,* instrumentorum et decretorum fratrum et sororum tertii ord. s. Francisci, Romae 1658 in 4; *sacrum septennarium immaculatae conceptionis Deiparae V. M.* completum per bullam Alexandri VII, Panormi 1664; *Formalitates Scoti* doctoris subtilis ab objectis vindicatae, Parmae 1662 in 4; *sacrum tribunal judicum in causis fidei* contra haereticos et de haeresi suspectos, cum explicatione omnium bullarum et decretorum ad s. inquisitionis officium spectantium, Romae 1648 in f.; *Privilegia clericorum* in controversiis occurentibus inter judices ecclesiasticos et laicos, Parmae 1668; 1688; *de successione in bonis clericorum* ab intestato decedentium sine legitimis heredibus, Bononiae 1670; *decisiones miscellanae* 500 dubiorum, Venetiis 1650 in 4; *de legatis* adjectis 100 consultis [1]) tum juridicis, tum regularibus, et tr. de privilegiis clericorum, Parmae 1688 t. 3 in 1 v. in f., opus posthumum; *Manuale consultorum* in causis s. Officii, ib. 1693; appendices de blasphemia et sortilegio *ad manuale consultorum* in causis s. Officii contra haereticam pravitatem occurentibus paulo ante impressum cura Franc. Mancini sodalis, qui complectuntur etiam *diversas meditationes super miraculorum essentiam et qualitatem,* quo facilius aperitur aditus ad beatificationem et canonizationem servorum Dei; subsequitur additio: An Deus faciat semper id, quod melius est etc., ib. 1703 t. 3 in 1 v. in f. cum auctoris vita. —

[1]) Editorum et ineditorum catalogum bene longum recenset Joan. a s. Antonio 1, 371; Sbaralea in suppl. p. 246; Adelung I, 2068; prae primis Affò V, 177—93.

[1]) „Accurato judicio singillatim elaborata“ inquiunt A. E. L. 1690 p. 39, ubi prolixa op., sicut et illius *de privilegiis* clericorum recensio reperitur.

Probabilismum sectatur [1]) etiam Alphonsus Antonius Sarasa S. J. parentibus hispanis ortus sed natus Neoporti in Belgio, concionator insignis († 1667) in aureo l. *Ars semper gaudendi* demonstrata ex sola consideratione divinae providentiae; p. 2. laetitiae perfectae artificium in conscientiae rectae efformatione inventum, Antwerpiae 1667 t. 2 in 4., qui saepissime prodiit, in varias versus est linguas et vel a protestantibus aestimatur. In eo fusius probabilismum tuetur. — Huc demum referri potest Ludovicus Scildere (Schildere) S. J. Brugensis (n. 1606; † 17. Jun. 1667), vir a doctrina et virtute plane conspicuus. In sacro tribunali erat assiduus, in aegris invisendis sollicitus, in chatechesi pueris tradenda zelosus, in aliis ad pietatem excitandis diligens. Edidit praeter plurimas theses synopsim (seu theses) theologicam *de sacramentis Ecclesiae*, Lovanii 1648 in f.; *de principiis conscientiae formandae* [2]) tr. sex tum in jure naturae ac divino, tum in humano, canonico ac civili fundatos, Antwerpiae 1664 in 8., opus accuratum et utile, in quo tuetur, licere dare baptismum in casu necessitatis infantibus nondum natis. Probabilismum quidem non impugnat, probabilioristis tamen videtur accensendus.

126. Singulares qq. theologiae practicae tractarunt magno numero theologi [3]). Ita *de actibus humanis* Gregorius Caraffa Theat. Neapolitanus, theologiae professor, sui ordinis praepositus generalis a. 1644, dein episcopus cosanus, demum (1664) archiepiscopus salernitanus († 23. Febr. 1676 a. aetatis 83), in *disp. theologicarum in 1, 2. d. Thomae* a q. 1—17. incl. tomo 1. (et ut videtur unico), Neapoli 1628. Scripsit quoque *de monomachia* seu duello, Romae 1647 in f., quam materiam ita versavit, ut plane exhauserit [1]); opusculum philosophicum *de concursu causae primae cum secundis*, Neapoli 1634 in 4. — Gabriel Beati S. J. Bononiensis, theologiae professor († 6. Apr. 1673) reliquit qq. *morales selectiores* discussas et resolutas, in quibus propositis casibus, prima quaedam principia ad plurimas alias qq. similes resolvendas perutilia subinde examinantur;

---

[1]) Cf. Döllinger 1, c. I, 47.

[2]) *Directorium conscientiae* circa difficiliores casus edidit alter Belga scil. Mauritius Philips (Philippy) O. Min. Antwerpiae 1667; Bruxellis 1674 in 8.

[3]) Praetermittimus Carolum a Cremona theologiae moralis professorem, cujus tr. *de actionibus humanis* earumque causis et principiis et disceptationes diversae circa administrationem sacramenti poenitentiae prodierunt Cremonae 1676 t. 2 in 4. — Ignatium Feurstein O. Praem. († 19. Jul. 1678), cujus sunt Controversiae scholasticae *de actibus humanis*, vitiis et peccatis, de jure et justitia, et de sacramentis, Passavii 1677. — Ant. Franciscum de Bourgogne (de Burgundia) S. J. Gandavensem († 14. Apr. 1676), qui praeter plurimas theses edidit *Praxim solidam* et in Ecclesia communissimam remittendi et retinendi peccata excerptam ex tr. de poenitentia cujusdam s. theologiae professoris, Moguntiae 1675 in 12. contra Huygens et Gabrielis. Cf. Sommervogel II, 38 s. — Jo. Paulum Caprini S. J., cujus exstat disp. rarissima: *Praeceptum de audienda diebus festis missa*, Aquilae 1680 (m. 30). — Besian (Bezian) Arroy canonicum theologalem lugdunensem († p. 1674), qui in favorem negotiatorum lugdunensium scripsit Tr. *des usures* contre certains zelez etc. Lugduni 1674. Suscepit etiam in se triste negotium tuendi pacta a Richelieu et Ludovico XIII. cum protestantibus inita contra Austriam, Paris 1634. Cf. Feret V, 152—156.

[1]) Silos II, 175. De hoc argumento scripsit gallice (Parisiis 1651 in 4.) etiam Cyprianus a Nativitate V. O. Carm. in seculo dictus Andreas de Compans n. Parisiis 26. Nov. 1605, regii aerarii praefectus, sed mundi honoribus valedicens totum se Deo animarumque saluti impendit († 16. Sept. 1680). Plurima op. ascetica reliquit partim gallice, partim ex latino in gallicum idioma versa; vitam etiam tum s. Theresiae tum s. Joannis a Cruce; utriusque opp. edidit, illius Parisiis 1644 t. 2 in 4. et saepius, hujus ib. 1641; 1665 in 4. Cf. Henricus a ss. Sacr. Collectio script. O. Carm. Exc., Savonae 1884 t. 1. p. 146.

de lege interna et externa ll. 2, Romae 1663; Augustae 1729 t. 2 in 4. — De *virtutibus moralibus* egit in op. inscripto *Homo politicus*, Brunsbergae 1664 in f. — Elias Downarowicz S. J. Ruthenus in ducatu vitepscensi albae Russiae natus, qui concionatoris talento in primis excelluit, ita ut ab ejus ore penderent etiam schismatici et haeretici. Et quamquam debilis esset viribus, nunquam tamen a concionandi officio desistere voluit dicendo se libenter eo in munere tamquam victimam procubiturum. In corporis infirmitatibus, quibus saepe conflictabatur, auditus est identidem ingemiscere: „Amore tui, Deus, aut pati aut mori“ († 7. Nov. 1669). — Udalricus Freyberg O. S. B. n. in civitate Füssen 8. Oct. 1617, in academia salisburgensi professor philosophiae (1643), theologiae moralis (1651), s. Scripturae (1664; † 22. Mart. 1680) scripsit disp. *de obligatione legum* in foro conscientiae 1654 in 4. — Gregorius Dreher O. S. B. prior monasterii prunveningensis seu prifflingensis reliquit *Directorium clericorum* seu tr. de horis canonicis sive officio divino, Ratisbonae 1670. — *De jure et justitia* disseruit (Coloniae 1632) Woltherus Henriques a Strevesdorff OSA. Novesii montensis ducatus oppido haud procul Colonia natus, theologiae doctor et hujus facultatis decanus [1]). Obitis praecipuis sui ordinis muneribus, designatus est a. 1634 ab electore archiepiscopo moguntino Ans. Casimiro Wambold erfordiensis sive per Thuringiam ac Saxoniam vicarius consecratus sub titulo episcopi ascalonitani. A Suecis a. 1644 Erfordia pulsus Moguntiae pontificalia peregit († 7. Maji 1674 a. aetatis 86). Hoc sibi ipse fecit epitaphium [2]):

Ad lectorem.
Quid agam, requiris? Tabesco.
Scire quis sim, cupis?
Fui Woltherus
Vapor et fumus.
Vitae quae fuerint condimenta
Flagitas? rogas?
Labor, dolor, luctus,
Servire aliis, sustinere invidias.
Aemulationes, despectus, degradationes,
Persecutiones non curavi.
Quos habui caros, plerosque sepelivi.
Raro, subinde tamen,
Amicum sincerum vel candidum videre
Experirique dignus fui.
Fictos, dolosos, mel ex ore spumantes,
In corde venenum habentes
Nactus pluries fui.
Siste viator!
Nil stabile sub sole esse cogita.
Hic opta, cineres placida cum pace
Quiescant, atque mihi siquidem sit
Requies animae,
Ora, quaeso, Deum opt. max.

127. Ludovicus Maria Agudi (Acudi) Mediolanensis O. Praed. edidit *Fontes Salvatoris sive* de sacramentis in genere et in specie (5) tr. scholastico-moralem, Mediolani 1676; Lugduni 1683. Tantum in sacra scientia profecit, ut inter Italiae primi nominis theologos et sacros oratores sec. 17. haberetur. Postquam philosophiam nondum sacerdotio inauguratus docuerat, mox ad theologiam suis legendam applicitus est Neapoli et Bononiae, eosque ita instituit, ut horum plures celebrem a doctrina famam sibi comparārint. Tum ad paraeneticam et exegeticam conversus a primariis Italiae urbibus quasi certatim vocabatur, qui conciones quadragesimae haberet. Tandem vero 29 annis in Carmelo transactis variisque in eo functus honoribus ex summi pontificis indulgentia ad ord. Praedicatorum [1]) transiit († 1679).

[1]) Praeter alia edidit etiam *defensorium d. Thomae* ab Aegidio Romano olim compositum, Coloniae 1624, et *primatum magdeburgensem* sive seriem archiepiscoporum magdeburgensium, ib. 1633.
[2]) Cf. Foppens II, 1167.

[1]) Echard II, 687; Argelati I, 2, 8 s.

— Hujus sodalis Ludovicus (prius Hannibal dictus) Minutolo Siculus brevem dedit *notitiam eorum, quae pertinent ad justitiam commutativam et ad probabilitates opinionum* in 2 pp. divisam, Venetiis 1665 in 4., cui additiones adjecit, ib. 1667 in 4. Annum is 22. attigerat [1]), cum a suae sortis juvenibus ad singulare certamen provocatus ex conflicto graviter vulneratus rediit, quod corporis periculum salus animi fuit. Mox enim ut vulnere convaluit, mutata divinitus mente Christum pauperem sequi statuit. Ordinem s. Dominici ingressus vitam hanc novam tanto fervore amplexus est, ut brevi perfectum et absolutum viri religiosi exemplar in se exhibuerit. In sacro fidei tribunali cooptatus qualificator et librorum censor, a Simone Caraffa, messanensi archiepiscopo, theologus adlectus est et synodalis examinator institutus. Tanta erat summi ejus et integerrimi judicii apud omnes fama, ut non solum de rebus ecclesiasticis eum consulerent, sed et de negotiis forensibus et intricatioribus expeterent ejus sententiam urbis senatores et ejus consiliis aquiescerent. Hanc viri sapientiam ornabant integritas morum, vitae sanctimonia, regularis disciplinae studium, paupertatis amor, quo fiebat, ut si quid a nobilibus consanguineis illi daretur, illud non in usus privatos converteret, sed omnia in sinum pauperum, verecundorum praesertim, liberaliter effunderet († 10. Aug. 1673). — Tr. *de sacramentis in genere et in specie*, in quo etiam de censuris, indulgentiis, suffragiis et votis agitur juxta miram angelici de Thomae Aq. doctrinam in forma scholastica redactum, Ticini Legii 1670 in 4., composuit Ambrosius Lesaro de Belliquadro O. Praed. — Gothardus Luca S. J. professor in academia friburgensi pariter proposuit publicae disp. qq. theologicas *de virtute poenitentiae*, Friburgi Brisgojae 1672 in 12. et *de actibus humanis* ib. 1674 in 4. — Zamoranus de Villafuerte S. J. Hispanus *de compensationibus* ad utrumque forum pertinentibus, Lugduni 1676 in 4. disputavit. — Joannes Baptista Rovera S. J. († 1671) philosophiae et theologiae professor Graecii, Viennae et Passavii edidit *decisiones de sponsalibus et sacramento matrimonii* juxta normam l. 4. Decr. Passavii 1666 in 4. — De matrimonio plenissime egit Joannes Angelus Bossio O. Barn sui sodalitii praepositus generalis († 1665), in tr. *de effectibus contractus matrimonii* deque contractum matrimonialem consequentibus secundum utrumque forum, deque alimentorum obligatione, Venetiis 1643; Lugduni 1655; 1658—1667 t. 3 in f.; *de dote filiabus danda*, ib. 1656. 1662 in f.; *de nuptiis sine parentum consensu non contrahendis*, Venetiis 1643 in f.; *de patria potestate*, Lugduni 1667. 1671 in f.; *de triplici jubilaei privilegio* et operum ad jubilaeum consequendum implendorum exsecutione, Pisis 1635 in f.; 1670, quod opus Joannes Andreas Cermenate O. Barn. († 1671) in utile *compendium* redegit, Mediolani 1651 in 8. *Moralia varia* ad usum utriusque fori, Lugduni 1649—1651 v. 3 in f.; *disceptationes morales de jurisdictione episcoporum*, Mediolani 1638 in 4; *de scrupulis* et eorum remediis, Venetiis 1647 in 8. — A. Volpi reliquit *resolutiones morales* utroque jure exornatas juncta d. Thomae et aliorum patrum cum recentioribus doctrina, Romae 1670 in f. — Marcus Ant. Bravo Cordubensis († 1674) publici juris fecit *excitatorium beneficiariorum de opinionibus improbabilibus*, Varesi 1672 in 4. — Hyacinthus Lefebure O. Min. Gallus († post a. 1670) praeter *Traité des trois états différents du Fils de Dieu* en sa Génération, dans son Incarnation, et au s. Sacrament, Paris 1681 in 4., Traité *du Jugement dernier*, ib. 1671

[1]) Ibid. II. 651 et Mongitore II, 21.

in 4., scripsit quoque gallice tr. *de poenitentia.* — *De horis canonicis,* Moguntiae 1669 in 8. scripsit Bruno Neusser O. Min., theologus in re morali gravis, cujus quoque est *Polyanthea theologico-morali-canonica,* ex definitionibus, rescriptis ss. pontificum, conciliorum, Moguntiae 1680 in f. et *prodromus velitaris,* in quo Augustinus, Baronius, Bellarminus et centeni scriptores societatis J. vindicantur a calumniis, conviciis, imposturis, quibus scatet opus tripartitum Henrici de Noris in historiam pelagianam, de quinta synodo oecumenica et vindiciae augustinianae, ib. 1676, qui tamen l. a nonnullis adscribitur Honorato Fabri S. J. — *Bullae cruciatae absolutissimam dilucidationem* divisam in 13 disp. et 50 qq., in quibus difficultates 522 distincte ac dilucide enodantur, Panormi 1657 in f. publici juris fecit Carolus Latius Alcamensis, philosophiae, theologiae et jurisprudentiae doctor, cui propter morum integritatem, doctrinam et ecclesiasticam eruditionem plurium ecclesiarum visitatio demandata fuit ab episcopis mazariensibus († 14. Dec. 1667). Edidit praeterea hujus *dilucidationis compendium* ib. 1664 in 12. et *aquilam triumphantem* seu triumphum marianum opus absolutissimum, in quo ss. Scripturarum oraculis, omnium patrum doctorumque testimoniis, omnium fidelium plausu vividisque rationibus evincitur, demonstratur, concelebratur mysticae aquilae triumphus de stygio pythone originalis peccati in ipsomet suae conceptionis instanti, ib. 1663 in f. — Albertus de Albertis S. J. patria Tridentinus (n. 29. Jul. 1593; † 3. Maj. 1676), vir erat doctus et pius, sed et acerbioris ingenii, qui veniam nemini daret, si quid in latinitatem peccaset, nec inultum pateretur, si quidpiam dixisset, quod prisca auctoritate probari non posset. Stilo usus est acri et peracido, solitus in ore habere illud Martialis [1]): „At mihi quae novit pungere, Chia sapit.“ Scripsit praeter alia [2]): *Paradoxa moralia de ornatu mulierum communia et explorata* pro confessariis et concionatoribus elucubrata, Mediolani 1650 in 4; in eloquentiae quum profanae tum sacrae corruptores *actio,* ib. 1651; Coloniae 1669 in 12.

128. Ultimo demum loco eum recensemus, qui eos, quos hactenus laudavimus, praecellit horumque primus fuit, Zachariam Pasqualigo Veronensem cler. reg., auctorem in re morali classicum [3]), licet propendeat ad opiniones laxiores. Docuit sodales primum Patavii philosophiam, dein Romae a. 15 theologiam scholasticam. Aetate jam provectior oculorum infirmitate adeo laboravit, ut fere in caecitatem inciderit († 17. Febr. 1664). Illius hic mentionem facimus, licet de universa fere theologia morali scripserit, propter opus omnium praestantissimum *de sacrificio novae Legis* qq. theologicae, morales, juridicae, Lugduni 1662 t. 2 in f. Vere dici potest auctorem nostrum hoc argumentum qq. 1347 undequaque exhausisse, nihilque merito desiderari posse, quod non fuse expenderit. Huic adde alia ejusdem opera: *Decisiones morales* (510) juxta principia theologica et sacras atque civiles leges difficultatum, quae in utroque foro occurrunt. Opus, in quo breviter et dilucide recensentur, rejiciuntur vel approbantur opiniones tum veterum tum recentiorum theologorum et canonistarum cum suis indicibus, Veronae 1641

---

[1]) Epigr. VII, 24. Cf. hist. gymnasii patav. II, 315.

[2]) Cf. Sommervogel 1, 128 s.; Mazzuchelli I, 279.

[3]) Cf. Vezzosi II, 156: „Chiaro Teologo de' suoi tempi, di cui e le dottrine si rammentano ed il nome si celebra da quanti dopo di esso sino a' presenti giorni nostri hanno scritto o nel Diritto canonico o nella Morale Teologia.“

in f.; decreto tamen 11. Maj. 1683 in indice ‚donec corrigatur.' *Variarum quaestionum moralium canonicarum centuria I.,* in quibus ex principiis theologicis et sacris et civilibus plura dubia, quae ad praxin utriusque fori pertinent tam quoad regulares quam quoad seculares breviter et dilucide explicantur, Romae 1647 in f.; *centuria II.*, ib. 1647 in f.; *centuria III.*, ib. 1652; *centuria IV.*, ib. 1652 in f.; *sacra speculativa doctrina de Deo* ceterisque divinitus revelatis ex theologicis principiis ad scholasticae lecturae methodum, Venetiis 1650 in f.; sacra moralis doctrina *de statu supernaturali humanae naturae* ejusdemque operationibus atque ipsum concernentibus ex divinitus revelatis naturalibusque principiis ad scholasticae lecturae methodum deducta, ib. 1650 in f., prob. decr. 12. Maj. 1655 ‚donec corrigatur'; correcta juxta decretum s. Off. 29. Mart. 1656 permittitur. *Theoria et praxis magni jubilaei* atque etiam extraordinarii, in qua omnia, quae ad utrumque pertinent, atque alia plura, quae ad indulgentias, absolutionem a reservatis, commutationem votorum conveniunt, ex theologicis principiis atque sacris et civilibus legibus breviter et dilucide explicantur, Romae 1650 in f.; *Praxis jejunii ecclesiastici et naturalis,* in qua quidquid in hac materia occurrere potest atque item alia plura dubia ex theologicis principiis etc. deciduntur (451 decis.), ib. 1644 in f.; *singulares selectae qq. morales juridicae* (520), in quibus ex principiis theologicis etc. plura variaque dubia ad utrumque forum pertinentia ut plurimum noviter excitata dilucide et breviter resolvuntur, ib. 1662 in f.; *theoria et praxis,* in qua jura, obligationes et privilegia eorum exponuntur, qui in periculo aut articulo mortis constituuntur, opus posthumum et rarum (complectens ll. 10 qq. 448), ib. 1672 in f. (m. 60); *disp. metaphysicae,* quibus quae ad primam philosophiam spectant, accurate exponuntur, ibidem 1634. 1636 v. 2 in f., in quibus eclecticum agit. Observationes adjecit ad tr. Laureti de Franchis (III³, 877) *de controversiis inter episcopos et regulares*, ib. 1656 in f.; Prosperi Farinacci (cf. III³, 585) *repertorium judiciale et repertorium de contractibus* digessit, ex ms. primus edidit atque praefatione donavit, Lugduni 1639. 1642 v. 2 in f.

129. Ad theologiam *pastoralem* [1]) praeter plura opera, quorum mentionem jam fecimus, referri possunt quae ediderunt, in Belgio Jo. Henricus Manigart, canonicus et protonotarius apostolicus († 22. Sept. 1682), cujus

[1]) Cura Jacobi Petit in lucem prodiit *Theodori Cantuarensis poenitentiale* omnibus quae reperiri potuerunt capitulis adauctum, per canones selectos ex antiquissima can. collectione ms. descriptos, necnon per plura ex variis poenitentialibus hactenus ineditis excerpta expositum, praeclaris ecclesiasticae disciplinae monumentis, quae ex optimis ed. mss. selecta sunt, confirmatum, Parisiis 1677 v. 2 in 4., quod et eruditis notis ac diss. illustravit. Edidit etiam: *Les vérités de la religion* prouvées contre les anciennes hérésies par la verité de l'eucharistie ou traité pour confirmer les nouveaux convertis dans la foy de l'église, ib. 1686 in 12. — Etiam Nicolaus Pavillon esset mentione dignus, quem s. Vincentius de Paulo magni fecit et cujus opera est usus. Propter zelum et virtutis splendorem factus est episcopus alectensis († 8. Dez. 1677). Restitit fortitudine vere apostolica Ludovico XIV jus regaliae usurpanti, in jansenismi tamen causa nominis famam maculavit. Dioecesim diligenter visitavit, scholas instituit, sed rigorismo janseniano deditus erat eoque abreptus aequi limites excessit. Cf. Esser KL. IX, 1737. — Joan. B. Noulleau Orat. Briocensis, archidiaconus et canonicus theologus ecclesiae briocensis vir erat plane singularis, durae cervicis et pugnax, qui vitam duxit alioquin rigidissimam. A suo episcopo a divinis fuit suspensus. Ferax fuit libellorum auctor, quorum plures suam controversiam et causam cum episcopo spectant vel reformationis studium spirant († 1672). Cf. Batterel Mémoires III, 109—41.

manipulus theologiae moralis saepe prodiit, Leodii 1660; 1664; 1674; 1754. *Providus pastor* sive modus aegros et moribundos juvandi, ib. 1680. — Joannes Mantels (Mantelius) O. S. Aug. Hasseletanus concionator insignis († 23. Febr. 1676) praeter alia disseruit *de officio pastorali* ll. 2, Antverpiae 1643 in 12; d. Augustinus *de ven. eucharistia* . . . qua sacrificium et sacramentum est, quid catholicus s. Ecclesiae doctor senserit ll. 2, Leodi 1655; *Hasseletum* sive ejusdem oppidi descriptio, qua continetur totius historiae Lossensis compendium, Lovanii 1663. Haec vero historia ll. X prodiit demum Leodii 1717, utrumque opus est eruditum magnaque diligentia concinnatum [1]). — In *Gallia* Simplicianus a s. Martino O. S. Aug. ultra a. 40 in academia tolosana theologiae professor et suae provinciae ter praepositus († 1669 a. aetatis 98). — Petrus Calixtus Campetti O. Cap. salutis animarum zelo fervidus, generis nobilitate, doctrinae praestantia ac vitae perfectione illustris († 1670), cujus sunt: *Pastor catholicus* sive theologia pastoralis in 3 pp. distributa, scil. in catechisticam, moralem et sacramentalem, in quibus rudimenta fidei et ea, quae ad bonos mores pertinent, plenius explicantur, Lugduni 1668 in f.; *de praeceptis decalogi et Ecclesiae;* de peccatis septem mortalibus et censuris Ecclesiae, ib. 1669 t. 2 in 8: quae tria opera a viris doctis commendantur [2]). — Joannes Cordier S. J. Rhemensis († 22. Nov. 1673) utile opus concinnavit: *La famille saincte,* ou il est traité des devoirs des toutes les personnes, qui composent une Famille, Paris 1644; 1885; Lugduni 1651. 1655 etc. — Antonius Caignet (Cagnet) canonicus et vicarius generalis meldensis († 1669), reliquit [3]) *Praedications familiers* in utilitatem curatorum animarum, Paris 1662—69 t. 7 in 4; 1671. — Jacobus du Mets Abbavillaeus, doctor sorbonicus et theologiae moralis Parisiis in seminario s. Nicolai dicto du Chardonnet professor, edidit tum *clavim theologiae practicae tripartitae,* Parisiis 1663 ss. v. 4 in 12; 1674; tum *clavim theologiae theoreticae,* ib. 1672. 1673 in 12. — In *Lusitania* Sebastianus Abreu S. J. Cretensis philosophiae et theologiae diu professor et academiae eborensis cancellarius († 18. Oct. 1674), reliquit *institutionem parochi* seu speculum parochorum, in quo tum parochi tum omnes animarum curam exercentes videbunt obligationes muneris sui et methodum ad eas rite adimplendas, Eborae 1665 in f.; 1681; 1700; Augustae V. et Dilingae 1700 in 4; Venetiis 1724 in 4; 1761.

130. In *Italia* Franciscus Bricchi Cagliensis († 24. Jul. 1666), reliquit *Prontuario de' Confessori* e Direttorio de' Penitenti, Perugia 1651; *Degli Annali* della Città di Cagli l. 1., Urbino 1641 in 4; l. alter non prodiit. — Haymon Corio Congr. cl. reg. s. Pauli concionator insignis († 1679) collegit *Promptuarium episcoporum,* seu *Epitomen decretorum* omnium conciliorum provincialium et visitationum apostolicarum s. mediolanensis ecclesiae per titulos ordine alphabetico digestam, Mediolani 1668 in 4; ib. 1732; concordantias morales *in Genesim,* Mediolani 1671 in f. ed. 5; *in Exodum,* ib. 1655 in f.; *in Leviticum,* ib. 1677 in f.; *in Numeros,* ib. 1659; *in Deuteronomium,* ib. 1681 in f.; *Pharao flagellatus* sive de decem plagis Aegyptiorum, ib. 1660—77 t. 3 in f.; *Manuale regularis disciplinae,* ib. 1650 in 4. — Candidus Brognolo O. Min. Bergomensis (n. 13. Jan. 1607), composuit *Speculum clericorum* tam secularium, quam regularium, in quo omnia, quae ad eorum mores, privilegia, obligationes, sacramentorum sacramentaliumve

[1]) Cf. J. J. Thonissen Biogr. nat. de Belg. XIII, 403—7.
[2]) Biblioth. franc. 2, 440.
[3]) Feret V, 166—170.

susceptionem et administrationem ac poenas canonicas respiciunt, distinctis resolutionibus juxta prisca ac nova jura pontificia dilucide ac methodice conspiciuntur, Venetiis 1664; *Manuale exorcistarum ac parochorum* h. e. tr. de curatione ac protectione divina, in quo variis reprobatis erroribus verus, certus, securus, catholicus, apostolicus et evangelicus ejiciendi daemones ab hominibus et e rebus ad homines spectantibus, curandi infirmos, ab inimicis se tuendi, Deumque in cunctis necessitatibus propitium habendi modus traditur, Bergomi 1651; Lugduni 1658; Venetiis 1673; 1702 in 4; proh. 23. Apr. 1725; *Alexicacon* h. e. de maleficiis ac morbis maleficis cognoscendis, Venetiis 1668 in f.; 1714 v. 2 in 4., opus eruditum et practicum pro agnoscendis obsessis, quod etiam Görres commendat [1]). — Jo. Dominicus Ottonelli S. J. strenuus pro animarum salute operarius († 14. Mart. 1670 a. aetatis 86), qui plura opera scripsit de conversatione in genere vel in specie cum mulieribus (6), huc vero nominatim referendus propter opus de theatris, cui argumento singulari diligentia studuit. Op. titulus est [2]): *Della christiana moderatione del Theatro* ricordo primo, detto la Qualità delle Comedie, per dechiarare, quale sià la lecita a' buoni Christiani e quale la illecita, e per distinguere la modesta dalla oscena secondo la Dottrina di s. Tommaso e d'altri Theologi per sicurezza della coscienza . . . Si narrano molti casi moderni, si considerano molte Ragioni, per le quali compariscono le Donne in scena ò in banco; e si risponde a molte difficoltà solite farsi, per giustificare cotal Comparsa, Florentinae 1646 in 4; 1648; l. 2. detto *la solutione de' Nodi;* l. 3 detto *la Risoluzione* di alcuni Dubij, ib. 1649. Libro detto l'Ammonitioni a' recitanti, per avvisare ogni Christiano a moderarsi dagli eccessi nel recitare. Sono divise in 3 brevi Trattati, cioè il 1. intorno a' Recitanti, il 2. intorno al Comico Baltrame e al suo L., il 3. intorno a' Ciarlatani . . . con aggiunta . . . d'un discorso ammonitorio in forma di preghiera a' Musici Comedianti mercenarij, ib. 1652 in 4; L. detto l'Instanza per supplicare a' SS. Superiori, che si moderi christianamente il Theatro dall'Oscenità e da ogni altro eccesso nel recitare, ib. 1652 in 4; omnia simul ib. 1655 t. 6 in 8. — In *Germania* Gedeon Forster archidiaconus pondorfiensis et praepositus vilhofiensis († 7. Jan. 1675) praeter ascetica reliquit *Pedum episcopale* seu paraenesim de visitatione episcopali, Ambergae 1672. — Matthaeus Stoz S. J. theologiae professor in academia friburgensi († 10. Febr. 1678), scripsit *instructionem et praxim recte et expedite confitendi*, Oeniponti 1661 in 12., quam retractare et augere cogitavit: eam absolvit atque edidit ejus frater Joannes inscriptam *Tribunal poenitentiae* seu ll. duo, prior de poenitente ut reo, posterior de confessario ut judice, Dilingae 1684; Augustae Vindelicorum et Dilingae 1701 in 4; 1739; Bambergae 1756 pp. 2 in 4. — Nicolaus Donellanus O. S. Aug. Hibernus haereticorum persecutionem fugiens in Austriam delatus Viennae in universitate theologiam docuit, et ob prudentiam a Ferdinando III. in consilium fuit adhibitus († 17. Sept. 1679). Ejus est *Manuale parochorum* sive institutiones et praxes tum vitae tum officii pastoralis. — Amadeus Bajocensis O. Cap. auctor est operis *Paulus ecclesiastes* sive eloquentia christiana, qua orator evangelicus ad ideam et doctrinam s. Pauli efformatur, Parisiis 1662; Venetiis 1720.

131. His addantur qui *casus* eorumque *solutiones* seu decisiones collegerunt, ut Benedictus Remigius Noi-

[1]) Cf. Jeiler KL. II, 524.
[2]) Cf. Sommervogel VI, 9—14.

dens cler. reg. Antwerpiensis [1]), cujus exstat etiam *Practica de officio de Curas y Confessores* para Penitentes, Matriti 1651. — Eligius Bassaeus (a loco nativitatis de la Basse, antea Falcon dictus) O. Cap. n. 1585, prius can. reg. s. Aug., theologiae lector [2]) et provinciae praepositus († 25. Nov. 1670), collegit fideli manu *flores totius theologiae practicae* tum sacramentalis tum moralis ex probatissimis doctoribus; Antwerpiae 1643; Lugduni 1653 ed. 4; cui adjecit supplementi instar t. 2. ib. 1653; uterque tr. novo ordine alphabetico, ib. 1663; Venetiis 1690: cujus compendium dedit ejus sodalis Gregorius Salmanticensis, Lugduni 1674; 1678. — Gregorius Valentianus O. Cap. Siculus († 14. Sept. 1663), cujus est etiam *Hymnodia SS. PP.*, quae per annum a s. R. Ecclesia decantari solet commentariis uberrimis illustrata, Venetiis 1646 t. 1; Messanae 1649 t. 2. in f. — Acatius March de Velasco O. Praed. episcopus (1660) oriolensis († 1665). — Joannes de Alloza S. J. Peruanus, patria Limensis (n. 1598; † 6. Nov. 1666), cujus *flores summarum* seu alphabetum morale, Leodii 1665 in 8. saepius prodiit. — Jacobus Franciscus Via S. J. Placentinus († 13. Nov. 1671). — Hermannus Bancke O. Praem. Silesius († 15. Jul. 1675). — Laur. Angelus Espin O. Carm. s. theologiae doctor Caesaraugustanus, cujus prodierunt *consulta varia theologica, juridica, moralia et historica* Caesaraugustae 1669 in f. — Em. Ambrosius de Filguera cler. reg. theologiae moralis in collegio salmanticensi praeceptor et in primis Jacob. de Sainte Beuve. Natus is est 20. Apr. a. 1613, et a. 1638 doctorum numero in Sorbona adscriptus undecim annis theologiam magno cum plausu docuit. Verum cum opinionibus de gratia jansenianis nimis esset addictus et ab Arnaldo stetisset, professoris munere privatus est (1656). Formulae tamen Alexandri VII. subscripsit (1663) atque cleri gallicani theologus electus est († 14. Dec. 1677). Decisiones ejus viris quamplurimis undique de argumentis diversis ipsum consulentibus datas frater collegit, typisque mandari curavit hoc titulo: *Resolutions de plusieurs Cas de Conscience* touchant la Morale et la Discipline de l'Eglise, 1689 t. 1; 1692 t. 2. et 3. a. 1704; in formam dictionarii redactae cur. Goujet, Parisiis 1733 t. 2 in f. In iis continentur dubia conscientiae resoluta et responsa ad consultationes exacta ad Scripturae s., canonum et doctrinae ss. patrum atque primi subsellii theologorum normam, non neglecta peculiari ecclesiae gallicanae disciplina. — Laudanda est eruditio, prudentia, accuratio, aequitas, licet ad rigorem potius propendeat [1]). Optima inde Joan. Pontas in dictionarium suum casuum conscientiae derivavit. A Benedicto XIV. habetur Sainte Beuve praeclarus scriptor [2]). Scripsit quoque *de confirmatione* et *extrema unctione* 1686 adversus Dallaeum.

132. De *re liturgica* scripserunt [3]): Gilbertus Grimaud Gallus, parisiensis facultatis doctor et metropoliticae burdigalensis ecclesiae canonicus († 1665), qui moriens egregium reliquit

[1]) Cf. Foppens I, 134; Nic. Antonius bibl. hisp. n. II, 356, qui 13 opusc. ejusdem ed. recenset.

[2]) Alius ab eo est Bonaventura Basseus (Bassaeus Bassaeanus) de quo egimus supra III[3], 1205.

[1]) Cf. J. des Sav. XVII, 353—362; Mém. de Trév. 1705 t. 1. p. 55—69. Plura de eo cf. ap. Mich. a s. Joseph II, 561; Biogr. univ. XXXIX, 541; Dupin XVIII, 199, qui ejus decisiones admodum laudat: „Enfin rien n'est plus instructif, ni plus utile pour la conduite que ce Recueil," et l. *J. de s. Beuve docteur de Sorbonne et professeur royal.* Etude d'histoire privée contenante des détails inconnus sur le premier Jansénisme, Pariiis 1865; Feret IV, 346—56.

[2]) In const. ad oscense n antist. a. 1746.

[3]) His adde Js. Habertum, de quo supra p. 65 egimus, et Allatium p. 122.

opus, quod posthumum exiit Lugduni 1666 in 4; Parisiis 1678 t. 3 in 12. inscriptum: *La liturgie sacrée,* où l'antiquité, les mystères et les cérémonies de la s. Messe sont expliquées. Ensemble diverses résolutions au sujet de la mémoire des Trepassez avec un Traité *de l' Eau benite, du Pain benit, des Processions et des Cloches.* — Carolus Guyet S. J. Turonensis (1601; †30. Mart. 1664), vir ecclesiasticorum rituum ac caeremoniarum cognitione nulli secundus, magna cum eruditione et crisi insigni scripsit opus, cui titulus: *Heortologia* sive de festis propriis locorum et ecclesiarum: hymni proprii variarum Galliae ecclesiarum, opus novum et intentatum hactenus, in quo propositis variis quaestionibus investigatur accurate origo, ritus ratioque omnis celebrandi quaecunque festa propria adductis passim exemplis praecipuarum ecclesiarum, quarum item jura, privilegia, consuetudines variique usus quoad officia divina, discutiuntur, laudantur, illustrantur, Lutetiae Parisiorum 1657 in f.; accedit commentarius *de dierum festorum celebratione* a Lud. Thomassino conscriptus, Venetiis 1729; *ordo generalis divini officii recitandi* juxta ritum breviarii romani, in quo explicantur omnia, quae in recitatione officii et celebratione missae tam in choro, quam extra servanda sint, Flexiae 1622 in 8. — Franciscus Maria Brancatius (Brancacci) Neapolitanus, septimus e nobilissima sua familia cardinalis, tanto ingenii laborisque sui proventu jurisprudentiae operam navabat, ut doctoratus laurea insignitus a. natus 17 jamjam in neapolitano praetorio patrocinandis causis insudaret. Postea sacris initiatus ac theologici doctoratus honores emeritus ab Urbano VIII. post varia obita munera brutianus, postea caputaquensis, demum cardinalis et viterbiensis episcopus est renunciatus. Decem in congr. indefessam sedi ap. operam dicavit, dioecesim suam lustravit atque ter synodum habuit. In comitiis Clementis X. a pluribus cardinalibus ad tiaram pontificiam expetitus, per Hispanos ab ea exclusus fuit († 29. Jan. 1675 a. 83 natus). Erat eximius literatorum fautor[1]), ac ipse varia edidit opuscula, ut octo *diss.*[2]), quae prodierunt Romae 1672 in 4.; scil. de privilegiis, quibus gaudent cardinales in propriis capellis; de optione sex episcopatuum S. R. E. card. (seorsim Viterbii 1668); de pactionibus card., quae vocantur conclavis capitula; de sacro viatico in extremo vitae periculo certantibus exhibendo (seorsim ib. 1668 in 4.); de benedictione diaconali, de altarium consecratione etc. Scripsit quoque tr. *de chocolatae usu* Romae 1666 in 4., in quo ostendit moderato hujus potus usu jejunium non dissolvi. Adversus eum scripsit Hecquet: *Traité des dispenses du carême.* — Quaedam reperiuntur in Joannis B. Pacichelli apocrisiarii pontificis et archeologi *chiroliturgia* sive de manus gestibus, impositione, lavatione, item de juramentis, annulis, Coloniae Agrippinae 1673 in 8; Schediasma juridico-philologicum *de larvis, capillamentis* vulgo Perruchis *et Chirothecis,* Neapoli 1694 in 12; *de titinnabulo Nolano* lucubratio, ib. 1693.

133. Prae ceteris tamen »egregiam sane in ea sacra doctrinae parte explicanda contulit operam vir non tam dignitate, quam doctrina morumque sanctitate conspicuus, card. Joannes Bona editis duobus rerum liturgicarum libris eruditis et laboriosis, in quibus omnia prope, quae in hoc genere optima sunt, accurate collegit, adeo ut illius diligentiam vix quidquam effugerit[3]).« Natus est Joannes Bona Mondovii seu Monte Regali in Subalpinis

---

[1]) Cf. Contin. hist. Fleurii l. 207 § 17; Biogr. un. V, 482; Mazzuchelli t. 2 p. 4 pag. 1982.

[2]) Cf. Diarium romanumliteratorum a. 1668 p. 102; 1672 p. 185 ss.

[3]) Renaudot lit. or. coll. praef. t. 1.

Italiae nobili genere 19. Oct. 1609. Annum agens 15. Ord. Cist. in arctiori congr. S. Bernardi seu Fuliensium prope Pignorolum ingressus est (19. Jun. 1625), in quo dictus est Joannes a s. Catharina. Quum maximis virtutibus sensim inclarescceret, omnibusque ad recte pieque vivendum exemplo et incitamento esset, vix juvenilem aetatem egressus aliquot primum monasteria, tum universam congr. patrum suffragio moderandam invitus suscepit (1651). Huic muneri tanta prudentia, zelo, vigilantia, integritate vitaeque sanctimonia praefuit triennium, ut egregius instituti sui reformator audiri meruerit. Exacto hoc triennio ac magistratu deposito solitudinem repetere statuit, sed mox ab Alexandro VII., cui in minoribus constituto ob eruditionem morumque similitudinem acceptissimus erat, ad Urbem revocatus ac iterum eo urgente abbas generalis electus, idem munus pari atque antea sanctitatis laude septennio exercuit. Adscitus quoque est inter consultores congr. Indicis, ss. rituum ac s. inquisitionis. Adstitit morienti pontifici, a quo semper magni est habitus. Demum a Clemente IX. nil tale cogitans ac prorsus invitus 29. Nov. 1669 ad purpuram potius protractus quam promotus fuit. Mortuo paucis post diebus Clemente 9. Dec. ejusdem a. a multis cardinalibus in pontificem expetebatur [1]). Non sine sanctitatis opinione Romae decessit 28. Oct. 1674. Quanti autem ubique a viris doctis fieret, liquet ex his, quae Baluzius [2]) refert: „Cum hic Lutetiae percrebuisset nuncius de morte ejus, tantus fuit eorum, qui literas amant, dolor, ut, tametsi illum vultu voceque palam testarentur, altius tamen animis moererent, tamquam si publicus parens universis ereptus esset. Quis enim non doleret exstinctum senem optimum et sanctissimum in summo dignitatis gradu positum, plurima bonarum rerum cognitione instructum, quique rem literariam ornare, juvare, promovere et posset et vellet? Itaque nemo fere in hac urbe fuit, eorum videlicet, qui nostra studia et ecclesiasticae antiquitatis notitiam amant, qui consilia sua literaria morte ejus intercepta non quereretur; quia is cunctis suum favorem praestabat, singulis suam operam commodabat, omnes pulcherrimo et honestissimo commovebat et excitabat exemplo. Ego in primis maximam jacturam in morte tanti viri feci, qui et me diligebat et meos qualescunque labores humanissimo suo suffragio comprobavit.“ Ejusdem op. sunt [1]): *De divina psalmodia* deque variis ritibus omnium ecclesiarum in psallendis divinis officiis tr., Parisiis 1663 in 4. ed. auctior, 1672; Colonia 1677 in 8; prodierat jam Romae 1653 in 4. sub titulo: *Psallentis Ecclesiae harmonia*, tr. historicus, symbolicus, asceticus de divina psalmodia ejusque causis, mysteriis et disciplina deque variis ritibus omnium ecclesiarum in psallendis divinis officiis. Quidquid ad Ecclesiae cantum pertinet, hoc in libro tanta cum solertia traditur, ut etiam peculiare caput de solo *Alleluja* habeatur. Subjungitur dein scriptorum, quibus usus est, catalogus cum crisi de quolibet, cujus occasione saepe scitu digna animadvertit. *Rerum liturgicarum ll. 2,* Ro-

[1]) Hac occasione secreta manu argutum illud foro in publico affixum epigramma legebatur:

Grammaticae leges plerumque Ecclesia spernit:
Forte erit, ut liceat dicere *Papa Bona.*
Una soloecismi ne te conturbet imago:
Esset papa bonus, si Bona Papa foret.

[2]) In praef. ad capit. Caroli M. n. 78.

[1]) Plura de eodem cf. apud Eggs, purp. docta l. 6 § 95; Fabronius XIII, 1—36; Niceron X, 114 ss.; Ildeph. Tardito in commentario de vita et rebus gestis hujus card. praemisso ejusdem epistolis Taurini 1755 in f.; Car. Jos. Marotium in Cistercii reflorescentis chronologica historia II, 52.; Mast (Janauschek) KL. II, 1062; Dupin XVII, 20 ss., ubi fuse de ejus disserit opp.; Mazzuchelli III, 1515 et Bertolotti in vita card. Bona.

mae 1671; Parisiis 1672; Coloniae 1674; dein Parisiis 1676 cum fusiori disquisitione *de azymo et fermentato* locupletata [1]). Ratione hujus operis Zacharia eum dicit [2]) „rerum liturgicarum magistrum fere principem", ipsumque opus commendatissimum appellat. Nova sed magis erudita, accurata, simplici tamen et utili methodo quam ejus in hoc argumento antecessores de rebus liturgicis disserit. Ceterum et in suis ep., quas collegit notisque illustratas edidit Sala Aug. Taurinorum 1755, plura liturgica tractat. Nec praetermittenda sunt ejus opuscula ascetica propter sobriam, practicam, simplicem et unctione plenam ascesim vere aurea: *Via compendii ad Deum* per motus anagogicos et preces jaculatorias, Romae 1656; 1657 in 12. et alibi; *manuductio ad coelum* medullam continens ss. patrum et philosophorum, Romae 1658; Parisiis 1664 in 12. etc.; *de discretione spirituum*, Bruxellis 1671 et 1674; Parisiis 1673 in 12; Venetiis 1724 etc., qui l. vel ab ipsis ss. congregationibus in auctoritate habetur et cum honore suscipitur; *principia et documenta vitae christianae*, Romae 1674; Parisiis 1674; 1675 in 12; tr. *de sacrificio missae* continens praxim attente, devote et reverenter celebrandi, Romae 1658; Rotomagi 1668 in 12. etc.; *horologium asceticum* indicans modum obeundi christianas exercitationes, opus posthumum, Parisiis 1676; 1679 in 12; *Testamentum bonum* ad praeparationem ad mortem, Monachii 1676. Haec opusc. saepe prodierunt et in alias linguas versa sunt. Opera omnia collecta prodierunt [1]) Parisiis 1678 t. 3 in 8., Antwerpiae 1677; 1694; 1723; 1739 in f. (desunt tamen ep. et ultimum opusculum); Venetiis 1752; 1764 in f.; praestantissima ed. est ea, quam adornavit notisque auxit Robertus Sala Taurini t. 3 in f. 1747 t. 1., 1749 t. 2., 1753 t. 3., cum ep. 1755 t. 4.

134. Plures ex his, quos hactenus laudavimus, in *ascesi* excelluerunt. Inter quos eminent de quo mox egimus Jo. Bona, Ant. a Spiritu s. (p. 277), Phil. a ss. Trinitate (p. 37), Cypr. a Nativitate V. (p. 292 a.), qui tres fuere ex Carm. ord.: Victor Gelenius O. Cap. († 14. Sep. 1669), de quo egimus III³, 1123 a., quibus adde Gerardum Othonis (Ottonis) S. J. batavum († 7. Dec. 1675) — Simonem Huebmann O. S. B. in monasterio admontensi († 1676), cujus sex opuscula ascetica edidit Wichner (Kl. Admont und s. Beziehungen zur Wissenschaft; Graz 1890 p. 120) — Antonium Girard S. J. († 15. Dec. 1679) Corbiniacensem, de quo cf. Sommervogel III, 1434—43; Feller IV, 181 — Thomam de Vallgornera O. Praed. Catalanum († 15. Sept. 1665) insignem plane theologum, cujus *mystica theologia* d. Thomae, Barcinone 1662 in f. (m. 40) stilo pro rei materia satis facili, accommodo nitidoque est conscripta, ac propter suam raritatem et utilitatem recusa fuit cura P. Berthier ejusd. ord. Aug. Taurinorum 1890 in 8. — Michael a s. Augustino reliquit *institutionum mysticarum ll. 4*, in quibus agit 1. de pia vita in Christo; 2. de tentationibus; 3. de introductione ad vitam mysticam et praxi ejusdem; 4. de totali abnegatione sui et creaturarum et de vita divina et mariana ac de de oratione Dei in spiritu,

[1]) Opinio, quam Bona tenuit de usu fermentati et azymi promiscuo in Ecclesia occidentali in celebratione eucharistiae visa est Francisco Aug. Macedo O. Min., qui contra eum etiam scripsit, de haeresi pene suspecta. At doctissimus Mabillon, licet eam improbabilem reputet, a tam dura censura dicit immunem: imo plerique jam viri eruditi eam amplectuntur.

[2]) Biblioth. ritualis t. 2 l. 2 c. 3 p. 139; Feller II, 34 de hoc opere dicit: „Plein de recherches curieuses et intéressantes sur les rites, les prières et les cérémonies de la messe."

[1]) Cf. de his editionibus Zaccaria Storia Lett. d'Italia XII, 258.

Antverpiae 1671 in 4. — Christophorus Schorrer S. J. Rothenburgensis juris canonici Dilingae professor et sub Goswino Nickel praep. generali Soc. Jesu ejusdem aliquamdiu vicarius generalis († 1678), scripsit *theologiam asceticam* sive doctrinam spiritualem universam ex suis principiis methodice et breviter deductam, Romae 1658 in 4., opus rarum; Graecii 1720 t. 2 in 4., et ejus *synopsim* Dilingae 1662; *Summam perfectionis christianae*, Pragae 1666 in 24. ed. 2; Monachii 1668 ed. 4. — Joannes Cheron O. Carm. Burdigalensis ter provinciae suae praepositus, commissarius a praeposito generali designatus est ad reformationem in pluribus conventibus inducendam vel promovendam. Dum Roma a comitiis generalibus rediret, a piratis fuit captus, Tunisim ductus dureque habitus, donec pretio soluto libertati fuit restitutus. Vixit adhuc 1672 scripsitque *Examen de la Théologie mystique,* qui fait voir sa différence des lumières de celles, qui ne sont pas etc., Parisiis 1657 in 8; *de auctoritate episcoporum,* Burdigalae 1640. — Asceta nominatissimus est Joannes Josephus Surin (Seurin) SJ. Burdigalensis, qui diu (1639—58) passus est tristissimam obsessorum a daemone conditionem vel huic saltem affinem, imo et aliquamdiu amentiam. Mira tamen alias fruebatur animi pace et mente adeo sana et elevata, ut multorum dirigeret conscientias et egregia relinqueret opera spiritualia († 22. Apr. 1665), inter quae excellunt *Catechisme spirituel* contenant les principaux moyen d'arriver à la perfection, Paris 1659 t. 2 in 12; *Les fondemens de la Vie Spirituelle* tirez du l. de Imitation d. J. Christ, ib. 1674 in 12; *Pensées chretiennes* sur divers sujets de piété, ib. 1688; *Lettres spirituelles,* Nantes 1695—1700 t. 3; Paris 1860 t. 2; aliae prodierunt Lugduni 1845; *Dialogues spirituels,* Nantes 1704—9 t. 3 in 12; *Le prédicateur* de l'amour de Dieu, Paris 1799 in 12; *La Guide spirituelle,* ib. 1801; Tr. inedit *de l'Amour de Dieu,* 1892 etc., quae opuscula saepius prodierunt et varias in linguas versa fuere[1]). — Joannes Bucelleni S. J. Brixianus, provinciae Austriae praepositus († 15. Nov. 1669) reliquit *Asceticas considerationes,* Viennae 1666—71 t. 5.

135. Inter concionatores hujus temporis laudantur Henricus Engelgrave S. J. Antwerpiensis († 1670) — Jacobus Hautin S. J. Insulensis († 24. Dec. 1671) — Joannes Le Jeune (Junius) Orat. Gallus, indefessus concionator et missionarius vere apostolicus, qui etsi lumine oculorum orbatus jam a. 1635 ad vitae finem († 19. Aug. 1672) a concionando non destitit, plurimosque haereticos convertit[2]). Prodierunt ejus conciones solidae et clarae t. 10 collectae praeter ascetica *Le missionaire de l'Oratoire* Tolosae 1662 ss.; 1667; Parisiis 1669; Moguntiae 1677 — Joannes Paulus ab Epiphania O. Carm. Excalc., in seculo dictus Antonius Parisi, Panormitanus († 4. Sept. 1676) — Claudius Joly Buriensis aliquamdiu societatis piissimi Olier sodalis, episcopus aginensis (1665; † 21. Oct. 1678), cujus *sermones* (Prônes) prodierunt Parisiis 1691—93 t. 3 et in Migne collection des Orateurs sacrés t. 125; germanice jam tertio Augustae 1755 et italice Venetiis 1728. Ejus opus *Les Devoirs du Chretien* in catechismi forma saepissime prodiit Agen (1672); 1696 ed. jam. 12. — Theodorus Dulman S. J. coloniensis (n. 1598; † 8. Jan. 1668), qui Tr. reliquit *de oratore christiano* sive varia ad fructuose concionandum methodum

---

[1]) Cf. Kneller KL. XI², 998; Sommervogel VII, 1704—16. Vitam ejus narrat H. M. Boudon, Chartres 1863.

[2]) Cf. Ruben Discours funèbre sur la vie et la mort du R. P. Lejeune applé communement l'Aveugle, Limoges 1674; Toulouse 1679; Jungmann KL. VII, 1710; Batterel Mémoires III, 58—93.

spectantia documenta, Coloniae 1646. 1651 in 12. — Vir piissimus erat Joannes Eudes natus Galliae Rye 11. Apr. 1601, qui de reformatione cleri per seminaria et populi per missiones quam optime meruit. Diu erat Oratorii sub praeposito Berulle sodalis (1613—1643), dein institutor piae congregationis, quae se strenue Jansenismo opposuit, devotionem ss. cordis Jesu et purissimi cordis Mariae propagavit, sed tempore anarchiae exstincta fuit. Resuscitata a. 1826 jam de missionibus transmarinis sollicita est. Decessit Eudes in fama sanctitatis 19. Aug. 1680, adeo ut beatificationis ejusdem causa instituta sit. Profuit autem magis suo zelo et institutis quam scriptis, quae reliquit [1]). — Josephus de Hirnheim O. Praem. Opaviensis in Silesia, abbas strahoviensis (1670; † 27. Aug. 1679) ob peritiam in utroque jure et in arte medendi omnium IV facultatum enchiridion dictus. *S. Norberti . . . sermonem* ad Praemonstratenses filios quondam dictum et scriptum enucleavit [2]), Pragae 1676. — Ludovicus Quinet O. Cist. abbas, muneri praepositi renunciavit, ut sanctius se ad mortem praepararet († 2. Jan. 1665). Plura composuit opuscula in sodalium praesertim utilitatem [3]).

136. Nominare saltem licet poetam vere christianum et plane insignem Jacobum Balde S. J. Alsatam n. Ensisheimii 4. Jan. 1604. Post suum in Soc. Jesu ingressum magna nominis fama sed non diu Ingolstadii rhetoricam docuit. Aliquamdiu concionatorem aulicum egit Monachii et Neoburgi ad Danubium. Decessit 9. Aug. 1668. Horatium feliciter aemulatus egregias pangit odas et carmina, inter quae plane eximia sunt quae condidit in b. Virginem [1]). Collecta prodierunt Coloniae 1660 t. 4; longe plenius Monachii 1729 t. 8. Ea vel a protestantibus magni aestimantur ejusque nomen jam oblivioni fere datum iterum resuscitavit Herder et debita laude recentiori jam aetate iterum fruitur. — Huic adde Procopium de Templin (Templius) Brandenburgicum (n. 1608), qui ad veram rediens fidem Viennae ordinem Capuccinorum est ingressus a. 1627. Strenuum egit missionarium per ditiones austriacas, multos ad veram reduxit Ecclesiam († 22. Nov. 1680). Innumeras reliquit conciones (ultra 2600), necnon et carmina [2]), quorum aliqua vel Goethe magni fecit atque Brentano iterum edidit. In primis huc spectat: Der Großwunderthätigen Mutter Gottes Mariähilf Lobgesang, Passau 1659, quo op. continentur carmina 94. Conciones lingua patria editas inscripsit *Praedestinationale, Eucharistiale, Poenitentiale,* Orationale, Decalogale, Conjugale, Juventutale, Threnale, Magdalenale, Judiciale, Purgatoriale, Infernale, Mariale, Sanctorale, Epiphaniale, Dominicale, Quadragesimale, Passionale, Funerale, Encaemiale etc., quae prodierunt majori ex parte, Salisburgi 1653—1674. Ejus Sermones 300 *de doctrina christiana* t. 6 in 8 jussu archiepiscopi prodierunt Salisburgi et circa 10,000 ex. per dioecesim diffusa fuere.

---

[1]) Cf. Feller III, 469; Braumüller KL. IV, 954; praeprimis Boulay Vie du v. J. Eudes Paris 1907.

[2]) Cf. Gorvaerts I, 389 s.

[3]) Cf. Feret V, 292—95.

[1]) Cf. Sommervogel I, 816—27; Westermayer Jac. Balde, sein Leben und seine Werke, München 1868 et KL. I², 1877 ss.

[2]) Bern. a Bononia Bibl. Script. Cap. p. 217 s. Westermayer allg. d. Bibl. 26, 625 et in primis hist. pol. Bl. LXXIX, 165—185 et 262—78.

II.

Theologi annorum 1681—1700.

I. Theologia scholastica.

137. Praecedentibus periodis scholae theologi magno numero commentarios vel in Sententiarum libros vel in Summam s. Thomae composuerunt, rarius integrum s. theologiae scripserunt cursum: sed jam commentatorum numerus minuitur, augetur vero illorum, qui theologiae vel systema, vel cursum, vel manuale, vel compendium elaborarint. Fatendum tamen est jam difficilius posse distingui qui inter theologiae scholasticae cultores et inter theologiae positivae atque polemicae scriptores numerari debeant, cum plures theologi hoc tempore utramque theologiam tractandi methodum magis jam conjunxerint, quam id antea sit factum. Incipiamus a *Gallia*, in qua plures celebrantur [1]). Ex ordine Praed. in primis laudandus est Joannes Baptista Gonet, Bitteris (Beziers) in Occitania natus, in academia burdigalensi professor publicus, qui s. Thomae doctrinam magna nominis fama tradidit et secundum Thomistarum sentiendi rationem strenue propugnavit ab a. 1650—1671, quo a. in comitiis suae provinciae tolosanae communi omnium voto assumptus est prior provincialis. Eo munere solutus (1675) Burdigalae ad consueta munia rediit († 24. Jan. 1681). Edidit *Clypeum theologiae thomisticae* contra novos ejus impugnatores, Burdigalae 1659—1669 t. 16 in 12. »Nullus cursus theologicus, inquit Echard (II, 693), seu apud nostros seu apud exteros majori aviditate conquisitus fuit.« Et revera usque ad a. 1680 novies prodiit. Nona ed. eaque praestans, aliis locupletior, ornatior, et auctior, variisque, quae typographorum incuria in alias irrepserant, mendis et ommissionibus omnino purgata et castigata ac in meliorem formam redacta, praesertim in tr. de voluntate Dei et in diss. de probabilitate, prodiit Lugduni 1681 t. 6 in f., quorum primo adjecta est *apologia Thomistarum* seu calvinismi et jansenismi depulsio; Antwerpiae 1744 v. 5 in f.; Parisiis 1876 t. 6 in 4.

[1]) Heliodoro Parisiensi O. Cap. adscribitur triplex *compendium*, scil. *theologiae dogmaticae, theologiae historicae* et *theologiae mysticae*. Sed utrum prodierit nos latet. Laudatur autem propter sapientiam et pietatem multam, quam redolet. Ipsius quoque sunt *Veritates christianae religionis*, Parisiis 1684 t. 3 in 8.

Manuale Thomistarum seu brevis theologiae thomisticae cursus in gratiam et commodum studentium, ut facilius ac citius inspicere possint, quae in clypeo fusius et latiori calamo conscripsit, Biterris 1680 t. 6 in 12; Bononiae 1681 t. 6 in 12; Patavii 1704—18 (seu Venetiis, cur. Serry ed. minus fidelis) in 12; Coloniae 1707; Antwerpiae 1736 in f. etc.; diss. theologica ad tr. de moralitate actuum humanorum pertinens *de probabilitate,* in qua novorum casuistarum laxitates et Jansenianorum excessus ex doctrina d. Thomae confutantur, Burdigalae 1664 in 12. In ea tutiorismum tuetur ac nimia amaritie fertur in auctores benignae sententiae. Nam probabilismum, quem theologi Soc. Jesu tunc temporis tuebantur, novorum casuistarum dogma appellat, cujus tantum est virus, ut omnem pene theologiam infecerit: exprobrat intolerabiles laxitates, probabilitatum monstra, meram divinorum praeceptorum elusionem, artem cum Deo cavillandi etc. Ceterum laudatur felicissimum ejus ingenium, quo elegantiam disserendique promptitudinem conjungit cum exquisita accuratione, singulari perspicuitate subtilique acumine. Nullus post ipsum tam sagaciter propugnavit scholae thomisticae placita: quamobrem inter coryphaeos hujus scholae est numerandus [1]).

138. Sicut Gonet pro doctis scripsit, ita ingentem theologiae cursum concionatoribus destinavit ejus sodalis Hyacinthus Chalvet, cui titulum fecit *theologus ecclesiastes* seu theologia ex selectioribus ss. patrum, s. Scripturae interpretum, veterum philosophorum necnon poetarum testimoniis uno perpetuoque filo contexta excussoque scholastico pulvere in excursus tropologicos digesta in gratiam et utilitatem divini verbi praeconum t. 11, Tolosae 1653 t. primus; Lugduni 1655-1676 t. 2—8; Burdigalae 1679 t. 9 (hujus t. argumentum jam ante prodierat Cadomi 1661 in 12. inscriptum: In 3 p. qq. priores 25 *de divini Verbi incarnatione* pro utroque suggestu); Tolosae 1682 t. 11 in f. Natus est Hyacinthus (ante ordinis ingressum vocatus Henr. Christophorus) Chalvet nobili stirpe Tolosae 14. Sept. 1605. Emenso studiorum curriculo majoribus in civitatibus Galliae ad populum dixit ab a. 1631—62; anno vero 1663 Cadomi regiam sacrae facultatis cathedram conflictui expositam adversus omnes candidatos decreto universitatis senatus consulto rotomagensis confirmato reportavit. Cui muneri tanta doctrina se dedit, ut ducentos et amplius auditores seu ex urbe seu ex vicinis civitatibus habuerit scholaeque theologicae celebritatem auxerit plurimum († 11. Oct. 1683). — His addendus est ex eodem sodalitio Antonius Goudin Lemovicensis, clarus in academia avenionensi professor, dein in novitiatu generali parisiensi s. theologiae lector († 25. Oct. 1695 a. aetatis circiter 56). Edidit *philosophiam juxta inconcussa tutissimaque d. Thomae dogmata* t. 4 comprehensam, Lugduni 1671 in 12., recensitam, auctam et illustratam, Parisiis 1674; 1692 (ed. jam decima); Coloniae 1726; 1734 v. 4 in 8; Parisiis 1850. Reliquit quoque *tractatus theologicos* [1]) juxta inconcussa tutissimaque dogmata d. Thomae Aq. Coloniae 1723 t. 2, quorum primus agit de scientia et ideis, de voluntate et libertate Dei, de providentia, praedestinatione et reprobatione, alter de gratia Dei. Novam et emendatiorem

[1]) Cf. Hist. pol. Bl. LXXI, 103 s., ubi insigne elogium reperies. Cf. La Croix 1, 327.

[1]) Cf. Katholik 1857 II, 426, ubi a Morgott impense laudantur a claritate, soliditate et fidelitate in sequenda s. Thomae doctrina; Scheeben l. VI n. 18: Diese drei (Alvarez, Lemos, Goudin) werden als klassische Repräsentanten der späteren Thomistenschule angesehen.

editionem curavit A. M. Dummermuth Lovanii 1874.

139. Joannes Gabriel Boyvin O. Min. Normannus praeter *philosophiam*[1]) *Scoti*, Parisiis 1681 t. 4 in 12., elucubravit *Theologiam Scoti* a prolixitate et subtilitatem ejus ab obscuritate liberam et vindicatam, seu quadripartitam, speculativam, sacramentalem, moralem et positivam, Parisiis 1678 v. 4 in f. (fr. 100), ed. jam quarta emendatior et multum aucta; Venetiis 1698; 1711; 1734. — Modestus a s. Amabili O. Carm. Riomi in Avernia natus, philosophiae et theologiae lector († 1684), edidit *theologiam thoma-augustinianam* seu carmelitanam haustam e purissimis fontibus ss. Augustini et Thomae t. 1. de Deo uno, Lugduni 1684 in 4. Dum alteri t. incumberet, morte oppressus est. Scripsit quoque *de tribus officiis boni presbyteri* ex conciliis, ss. patribus, theologis ac ss. exemplis, ib. 1677 in 4; 1679 t. 3 in 12., scil. de presbyteri ministerio; de obligationibus eorum, qui beneficia habent, plures casus conscientiae doctissime solvens; de modo, quo sacerdos erga populum se gerere debeat. — Hujus sodalis Augustinus a V. Maria, dictus prius Guilelmus de Goazmoal († 27. Juni 1689) edidit *theologiae thomisticae cursum*, Parisiis 1660 t. 6 in 12; *philosophiae aristotelico-thomisticae cursum*, Lugduni 1664 t. 6 in 12. — Alter vero sodalis, scil. Felicianus a s. Magdalena Nannetensis († 28. Nov. 1685) *defensionem* scripsit *providentiae divinae* juxta doctrinam d. Augustini et s. Thomae, Burdigalae 1657 t. 3 in 4. — Quartus sodalis est Irenaeus a s. Jacobo Armoricus († 3. Sept. 1676), cujus sunt *Museum philosophorum* seu P. Irenaeus docens logicam, physicam, metaphysicam et moralem, Parisiis 1663, forte alia ed. *cursus philosophici*, qui prodierat jam 1655 in f.; theologia *de Deo uno et trino*, de angelis, Augustoriti Pictonum 1661; *de legibus*, de gratia, de fide, spe et caritate, de jure et justitia, ib. 1671; *de regulis fidei* ib.; *de Verbo incarnato*, ib. 1676 in f.; *de singulari immaculatae V. protectione*, ib. 1650. — Universam theologiam complexus est Martinus Grandin in urbe Sanquintiniana (Saint-Quentin) natus 11. Nov. 1604. Adolescens a. 17

[1]) De *philosophia* hac periodo meruerunt praeter Ant. Goudin et Jo. B. Boyvin — Nic. Arnu (p. 324) — Plac. Renz O. S. B. — Gervasius Brisaciensis et Barth. a Barberiis O. Cap. — Bern. Sannig, Amandus Hermann et Guil. van Sichem O. Min. — Silv. Maurus et Aug. Laurenco e Soc. J. — Nic. a s. Jo. Bapt. et Raph. Bonherba OSA. — Ser. Piccinardi OP. — Jos. Saenz de Aguirre et Coel. Sfondrati OSB., de quibus infra agemus. Quibus adde Blas. a Conceptione O. Carm. (Bertrandus Riquet), Gallum († 1694), qui operam suam contulit ad cursum philosophicum complutensem (cf. III[3], 919). — Thomam Alb. Tranquillum O. Praed., cujus extat *Medulla cedri* seu qq. selectae ex universa philosophia ad mentem Thomae Aq., Pragae 1682 in f. — Alex. a Jesu O. Carm., qui scripsit *Methaphysicam* juxta mentem d. Thomae, Neapoli 1688 t. 2 in 4. — Jo. B. de la Grayge ab a. 1660—80 sodalis Oratorii, cujus est *Les principes de la philosophie* contre les nouveaux philosophes Descartes, Rohault, Regius, Gassendi, le P. Maignan, Paris 1675 etc. — Jo. Antonium Ambrosinum O. Min., qui concinnavit *Enchiridion philosophicum* universam Aristotelis philosophiam complectens juxta mentem Scoti, Neapoli 1689 t. 4 in 8; 1693 t. 3 in 12. — Petrum a s. Catharina O. S. Fr. Hispanum, qui cum sodali Thoma a s. Josepho plura edidit opuscula philosophica, quae in *cursum philosophicum* collecta prodierunt Venetiis 1697 v. 3 in 8. — Fulgentium Castiglione S. J. Panormitanum, philosophiae et theologiae professorem (31. Mart. 1693), qui composuit *cursum philosophicum*, Venetiis 1690 in f. — Jos. Polizzi S. J. alter Siculus (n. 1603; † 3. Aug. 1691, a. religionis 73) commentariis illustravit Aristotelis opera, Panormi 1673—76 t. 3 in f. — Idem praestiterunt Ignatius Franciscus Peynado S. J. Hispanus philosophiae et theologiae scholasticae professor († 22. Nov. 1696) Compluti 1671—89 t. 4, et Jacobus Chanevelle S. J. Gallus († 6. Sept. 1699) Parisiis 1666—77 t. 11 in 12.

Parisios missus, cum mediocri uteretur fortuna, inter pauperes collegii cardinalitii (le Moine) alumnos educatus atque institutus est, et jam tum in spem magnam crescebat. Baccalaurei gradum adeptus in eodem gymnasio philosophiam docuit atque inter Sorbonae socios adoptatus est. Aliquamdiu animarum curae operam navavit: sed a. 1638 ad scholasticam theologiam docendam a societate sorbonica electus huic muneri se totum per a. plus 50 dedit. Neque praeclara tantum eruditione ac doctrina, sed singulari etiam morum integritate, religione et pietate claruit. Acceptarum injuriarum immemor et erga ipsos inimicos beneficus, mirabili quadam modestia excellebat et ab omni superbia fastuque plane abhorruit. In decidendis conscientiae dubiis et consultationibus adeo peritus habebatur, ut ad eum omnes confugerent. Nec rigidior erat nec facilior, sed severitatem sapienti benignitate condiebat. Jansenianae doctrinae defensoribus prudenti zelo infensus [1]) errores ab Ecclesia damnatos nullatenus tolerandos judicabat († 16. Nov. 1691 a. aetatis 87). Prodierunt ejus *opera theologica* cura Car. Du Plessis d'Argentré, qui et nonnullas doctissimas disceptationes (scil. de locis theologicis, de praedestinatione et praedeterminatione physica) adjecit tomo 3., Parisiis 1710 v. 5 in 4. Est haec theologia, quae quondam magni aestimabatur, nitide conscripta et commentarii instar in s. Thomae Summam. In singulos art. quaedam annotat, ut eorum contextum atque inter se nexum declaret: prop. dein statuit, quas ex Scripturis et patrum operibus comprobat exceptiones-que refellit [1]). — A methodo scholastica jam magis recedit Franciscus Feu n. in Massiac oppido Averniae 26. Dec. 1633. Doctoratu theologiae adepto 15. Febr. 1667, studia ab. Colbert moderatus est, cujus etiam vicarium generalem egit, cum is coadjutor ac dein archiepiscopus rotomagensis esset. Ultimis vitae annis parochi munus obivit, quo tempore etiam de edenda theologia cogitavit. Prodierunt: *Theologici tractatus* ex sacris codicibus et ss. patrum monumentis excerpti, Parisiis t. 2 1692. 1695 in 4; in quibus agit de Deo, de angelis (breviter), de legibus, peccatis et de incarnatione. Quominus opus absolveret praepedivit mors († 26. Dec. 1699 a. aetatis 66). Quaestiones scholasticas fere praetermittit, fusius vero illas attingit, quibus haeretici occasionem praebuerunt, quas secundum Scripturas patrumque doctrinam expendit solvitque [2]).

140. Primam p. Summae s. Thomae commentatus est Nicolaus Arnu O. Praed. Lotharingus castro Miraldicuria (Merancourt) 11. Sept. a. 1629 natus. Tarraconae postea et Perpiniani apud suos publicum egit theologiae professorem: vespertinam primariamque universitatis perpinianensis cathedram gradatim consecutus est, necnon gymnasii publici theologici praefecturam. Romam (1675) vocatus a magistro ordinis Fr. Thoma de Rocaberti collegii s. Thomae ad Minervam regens est institutus: dein a patavinae academiae moderatoribus ad suscipiendam metaphysices cathedram a. 1679 fuit invitatus († 8. Aug. 1692). Haec ejus opera [3]): *D. Thomas A. divinae voluntatis et sui ipsius* in Summa theologiae fidissimus *interpres*, t. 1. et 2. Romae 1679; 3. et 4. Lugduni 1686 in 12.

---

[1]) Ceterum in negotio declarationis cleri gallicani circa famosos quatuor art. nimis facilem se praebuisse videtur, quamvis animum aversum ab ea gereret adeo, ut fere in exsilium pelleretur, nisi ejus merita, fama et senectus obstitissent. Cf. Katholik 1865 I. p. 513 ss.; Feret passim Fac. Theol. de Paris III, 268 ss.

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1710 III, 2025 s.

[2]) Cf. Dupin XVIII, 257; Journal des Savans XX, 716; XXIII, 55.

[3]) Cf. Echard II, 703; Patin in Liceo patavino; Biorgr. univ. LVI, 462.

(q. 1—19), opus auctum et ad finem productum, Patavii 1691 v. 2 in f. (m. 70); *Clypeus philosophiae thomisticae* veridica s. Thomae Aq. et Alberti M. doctrina exornatus validissimisque eorum rationibus munitus contra novos ejus impugnatores: addidit opusculum *de motione primi motoris*, Biterris 1672 t. 6 in 12; correctus et dimidia parte auctus prodiit iterum sub titulo: *Dilucidum philosophiae syntagma* universam philosophiam juxta s. Thomae Aq. et Alberti M. principia necnon optimorum quorumcunque philosophorum dogmata concinnatum, Patavii 1686 v. 8 in 8. (m. 80).

141. In *Belgio* inclaruit Carolus de Brias Ghislenus, qui seculari prius militiae nomen dederat, sed in proelio contra Gallos ad Lentium captus, Parisios abductus fuit. Captivitate solutus et reversus in patriam nomen dedit O. Carm., in quo dictus est Car. ab Assumptione. Singulis diebus s. Scripturam genuflexus detectoque capite legebat. Missionem in Persidem enixe petiit, sed a superioribus retentus juventuti erudiendae adhibitus est. Observantiae regularis custos fuit rigidissimus. Nunquam nisi aeger omisit tribus vel quatuor horis per diem aut noctem orationi mentali incumbere, nec ullis occupationibus, rerum agendarum copia, itinerum difficultatibus quod regulis aut constitutionibus statuitur, omisit. Pauperum confessiones libentius quam divitum ac nobilium excipiebat omni cunctatione rejecta, studiaque sua intermisit, quoties aut Dei gloria, aut proximi salus et consolatio id videbantur exposcere († 23. Febr. 1686 a. aetatis 60). Prius adversus praedeterminationem physicam defenderat scientiam mediam; sed cum ipsi Hier. Henneguier O. Pr. opposuisset l. *Vanitas triumphorum*, quos ab auctoritate adversus praedeterminationes physicas pro scientia media erigere nititur germanus Philalethes Eupistinus, auctore amico Philalethi consentaneo, Duaci 1670 in 12; sententia mutata in Thomistarum partes cessit. Quare edidit[1]): *Thomistarum triumphus* i. e. ss. Augustini et Thomae gemini Ecclesiae solis summa concordia circa scientiam mediam, naturam puram seu duplicem Dei amorem, libertatem, contritionem et probabilitatem, sub nomine Germani Philalethis Eupistini inclytis almae Soc. J. professoribus dedicata, 1670; Duaci 1672—73 ed. 2. t. 2 multis additionibus illustrata et refutationibus junioris Molinistae corroborata. Cum huic operi respondisset Franc. Fourmestraux S. J. professor duacenus († 1683) l.: *Justa defensio adversus convicia et imposturas Pseudophilalethis* vanum Thomistarum triumphum de scientia media temere nuper jactantis; exponuntur ejusdem errores et inanis conatus ad conciliandos Pseudo-Augustini discipulos cum neotericis Thomistis, Duaci 1673 in 12., tertium t. adjecit: *Thomistarum triumphus in perpetuum firmatus* i. e. ss. Augustini et Thomae inconcussa concordia de scientia media etc. adversus injustam recentis Molinistae defensionem R. P. Fourmestraux Jesuitae per germanum Phil. Eupistinum. Jungitur huic praeclara et solida *de physica praedeterminatione disp.* theologi lovaniensis ex triumpho thomistarum nervose deducta, ib. 1674 in 4., quae seorsim prodierat Bruxellis 1673. Hujus op. velut ulterior apologia est *funiculus triplex*, quo necessitas angelici luminis d. Thomae ad veram s. Augustini intelligentiam insolubiliter stringitur adversus Bajum, Molinam et Jansenium, Cameraci 1675 in 4. *Pentalogus diaphoricus* sive quinque differentiarum rationes, ex quibus verum judicatur de dilatione absolutionis ad mentem gemini solis ss. Au-

[1]) Cf. Martialis a s. Joan. Baptista 66 ss.; Henricus M. a ss. Sacramento l. 118; Bibl. nat. III, 183. Cf. etiam Reusch II, 520.

gustini et Thomae, oblatus ad examen ss. papae Innocentio XI. in 8., qui tamen l. suppresso auctoris nomine et sine approbatione editus sodalibus prohibitus fuit a praeposito generali ordinis Em. a Jesu Maria sub praecepto obedientiae formalis et excommunicationis censura ignique traditus. Obedivit auctor humilis tunc provincialis, quamvis (quod generalem latebat) edendi l. facultatem impetrasset a summo pontifice, atque plurima exempla flammis injecit. Romae quoque fuit proh. donec corrigatur 5. Sept. 1684.— Adversus eum scripsit Gilb. Choiseul ep. tornacensis *Eclaircissements,* quibus respondere nisus est 1680 suppresso nomine *Lettres* (4) d'un Théologien flamand à l'évêque de Tournay, quas exceperunt alia sex adversus episcopi responsum, qui propterea edidit *Lettre* aux pasteurs et confesseurs de son diocèse, 1681. Permissu novi praepositi generalis gallicam curavit ed. sui Pentalogi, quam inscripsit *Eclaircissement* touchant l'usage de l'absolution des consuétudinaires et récidives selon s. Thomas avec trois règles pour la fréquente communion, Insulis (Lille) 1682 in 8., ib. etiam latine, adversus quam idem episcopus tornacensis scripsit *Seconde Lettre pastorale* adjectis 21 doctorum censuris. *Vindiciarum postulatio a J. Christo* peccatorum omnium poenitentium et impoenitentium redemptore adversus rigoristas homines a s. tribunali retrahentes, (gallice) Leodii 1683.

142. In contrarium sensum strenue pugnavit Jacobus Platelius S. J., philosophiae 11 et theologiae scholasticae 8 annis in academia duacena professor (†. Jan. 1681). Egregiam *synopsim cursus theologici* reliquit [1]), Duaci 1661; 1664; diligenter recognitam et variis in locis locupletatam, Duaci 1678—1682 t. 4, quibus adjecit sodalis Fr. de Fourmestreaux, de quo egimus n. praeced., t. 5. seu p. postremam et posthumam *de sacramentis* ad mentem auctoris elaboratam et in multis auctam, 1683; Coloniae Agrippinae 1688 t. 5; quae deinceps saepius propter suam concinnitatem, claritatem, soliditatem utilitatemque prodiit, etiam nostra aetate Brugis et Insulis 1885 t. 5 in 8., ed. nitida; in compendium quoque fuit redacta, Duaci 1683; Coloniae 1730; 1748; sed et acriter impugnata [1]). Platelii quoque est *auctoritas contra praedeterminationem physicam pro scientia media* cum brevi historia complectente ortum, pugnas et palmas ejusdem scientiae mediae sub nomine Ant. Philalethis Eupistini, Duaci 1669 in 12; 1673, ed. aucta, in qua suam sententiam confirmat ex Jos. Vita O. Praed. (cf. p. 24), cujus tr. *de primo movente* praedeterminationis fundamenta omnia diruentem fideliter excerpsit... Ad calcem demonstratur Bellarminum et Tiphanum inter assertores physicae praedeterminationis perperam referri. Adversus hunc l. scripsit Hieroymus Henneguier, de quo infra redibit sermo l. *Vanitas triumphorum,* cui respondit Platelius l. *Scientia media* ad examen revocata, ib. 1670 in 8; et Paulus Fasseau O. Pr. Hanno, Duaci philosophiae et theologiae professor († 9. Apr. 1691) opus, cui titulus: *Auctoritas germani Philalethis Eupistini* contra praemotiones physicas pro scientia media exauctorata pro praemotionibus physicis contra scientiam mediam, ib. 1670 in 8. — Platelio adjungi potest ejus sodalis Aegidius Estrix Mechliniensis (n. 1624), theologus pugnax, omni scientia egregie instructus, qui Lovanii philosophiam docuit quadriennium, sepsennium theologiam scholasticam. Praepositus fuit provinciae belgicae Romamque venit ad comitia pro eligendo novo praeposito generali. Romae haesit mu-

[1]) Cf. Morgott Lit. Rundsch. 1886, 6.

[1]) Backer II, 2013.

nere revisoris librorum detentus. Thyrso Gonzalez praeposito generali erat a secretis († 24. April 1694). Reliquit quam plurimas theses publice propugandas; disputavit vero praesertim de attritione pluribus in operibus: Decertatio historico-theologica pro mente conc. tridentini *de vi attritionis sine amore amicitiae in sacramento comprobata* nuper ex historia concilii, nunc etiam enervatis vindiciis suppositae veritatis et caritatis auctore Farvaques, (de quo cf. p. 88), Mechliniae 1669 in 4. cum appendice: *Mens conc. tridentini* dilucidata ex historia ejusdem concilii, Lovanii 1669 (inserta in Medullam theologicam Abellii et in t. 11. thesauri theol. Zachariae): *confutatio suppositae veritatis et caritatis* nihilo plus sperantis ex historia conc. tridentini, quam ex immunitate doctrinae de contritionis perfectae necessitate ad sacramentum poenitentiae; sive historia tridentini conc. patresque ac theologi tridentini defensi ac vindicati etc., Mechliniae 1670 in 4. In praefat. hujus controversiae historiam exponit: „Primam ex historia conc. tridentini litem adversus communissimam in Ecclesia doctrinam de vi attritionis sine amore in sacramento moverunt illae paginae, quibus erat titulus: *Veritas et caritas.* Contra itum est a nobis quibusdam thesibus-historico-theologicis. Litem instaurarunt *Vindiciae* suppositae *veritatis et caritatis.* Illis adversa exivit dissertatio historico-theologica. Hanc excepere *disceptationes apologeticae* etc. Disceptationibus adversaria prodit haec ipsa *confutatio suppositae veritatis et caritatis.*“ Neque posthaec quievit controversia, sed quaedam alia scripta de eadem edidit Estrix [1]). Diatriba theologica *de sapientia dei benefica* optimi mundi architecta et gubernatrice optima: de sapientia Dei verace Ecclesiae in mundo militantis moderatrice et magistra sive manuductio ad fidem divinam pervestigandam, confirmandam, expoliendam, asserta potissimum auctoritate romani pontificis eaque nulli obnoxia errori etiam in quaestione facti vulgo dicta, Antwerpiae 1672 in 4. adversus *institutionem* ad tyronem theologum de methodo theologica octo regulis perstrictam auctore Van Buscum. Adversus hanc instructionem scripserunt etiam alii, ut Fr. Bonae Spei (p. 47), eamque prohibuit episcopus gandavensis Allamont, imo et congr. Indicis 14 Febr. 1674, cum vindiciis et defensione ejusdem van Buscum. Ceterum Estrix in sua diatriba merito prohibita 14 Febr. 1674, statuit prop. 21. ab Innocentio damnatam. Contra eum calamum strinxerunt Gerberon duplici opusculo edito: *Abaelardus redivivus,* in quo exhibentur errores diatribae theologicae P. Estrix Jesuitae, in qua fidem constituebat in discursu naturali; et: *contra novi Abaelardi errores* Bernardus etiamnum expostulat apud Clementem X. P. M. s. l. et a.; et ipse Petrus van Buscum (cf. p. 48): cui respondit Estrix *apologia pro summis pontificibus rom., generalibus conciliis et Ecclesia catholica* contra D. P. van Buscum S. T. L. eccl. cathed. S. Bavoni can. et poenitentiarii instructionem ad tironem theologum de methodo theologica 8 regulis perstricta, ejusdem instructionis defensionem et vindicias, ib. 1672 in 4; prohibita donec corrigatur 14. Febr. 1674; quo die prohibita fuit et Dilucidatio communis doctrinae theologorum *de fide imperfecta quorundam rudium hominum* nuper asserta diatriba theologica, ib. 1673 in 4. Ratio damnationis videtur [1]), quod faveat prop. postmodum ab Innocentio XI. prohibitae 2. Mart. 1679 n. 21. Prohibita (7. Febr. 1679) quoque fuit *Refutatio accusatoris anonymi* damnatas ab Innocentio

[1]) Cf. Sommervogel III, 466—74. Cf. de hac controversia et de plurimis circa eandem editis libris Döllinger-Reusch Geschichte der Moralstreitigkeiten I, 61 ss.

[1]) Cf. D'Argentré III b. 338; Reusch II, 518.

prop. adscribentis ordinum religiosorum theologis ac praecipue Soc. J., Moguntiae 1679 sub nomine Wilh. Sandaei. *De fraudibus haereticorum* ad orthodoxos tractatio perutilis hoc tempore, Moguntiae 1677 in 12; *logistica probabilitatum modico specimine proposita* discendi studio, cum adjuncta difficultatis potissimae explanatione (posthuma), Romae 1695 in 12., saepius ed. cum synopsi tr. Thyrsi Gonzalez, etiam in thesauro theol. Zachariae t. 4. et in cursu theologiae ed. Migne XI, 476—488. Alia quaedam contra Havermans edidit, de quibus egimus supra p. 273; in aliis tuetur sodalium doctrinam adversus theologorum lovaniensium accusationes sub alienis nominibus, quorum plura prohibita fuere.

143. Insignis plane theologus *profundissimi* encomio salutatus fuit Joannes Bosco O. Min. Recoll. Antwerpiensis n. 1613. Cathedram Lovanii rexit post Smising fere quamdiu vixit in ordine; in rebus arduis saepe consultus et munere Definitoris saepe a sodalibus honoratus († 1684). Totus incubuit in illustranda atque vindicanda Scoti doctrina, quam complexus est fuse quidem, sed admodum docte *theologia sacramentali* scholastica et morali ad mentem doctoris subtilis J. Duns Scoti d. Augustino conformem t. 6 in f., quorum priores quinque prodierunt Lovanii 1665—78; sextus vero posthumus Antwerpiae 1685. Posthuma pariter est *theologia spiritualis* scholastica et moralis ad mentem J. Duns Scoti d. Augustino conformis, it. 1686 t. 2 in 1 v. in f., in quorum 1. agit de Deo ejusque proprietatibus deque intellectu et scientia Dei; in altero erudite disserit ob haeresim jansenianam de voluntate Dei salutifera, de gratia sufficienti et efficaci, de libertate physica et morali, de possibilitate servandi praecepta Dei, de ignorantia, probabilismo, concupiscentia [1]) etc. — Ab eo sejungi non debet ejus sodalis Alphonsus Coen Winocibergensis († 1700), qui pariter pro illustranda Scoti doctrina edidit disp. theologicas *de Deo sacramentorum Institutore et Remuneratore* sive in l. 4. Sent., in quo reductive agitur de indulgentiis et censuris ad mentem doctoris subtilis, Ypris 1686 in f.; Antwerpiae 1700; disp. theologicas *de Deo uno et trino* sive in l. 1. Sent. ad mentem doctoris subtilis, Gandavi 1696 in f. — Quibus adde Guilelmum van Sichem pariter O. Min., philosophiae et theologiae lectorem, provinciae praepositum et commissarium generalem († 1691), qui superiorum jussu pro sodalibus concinnavit integrum *cursum philosophicum* brevi, clara et ad docendum discendumque facili methodo digestum, Antwerpiae 1666 t. 2 in f.; 1678, in quo eclecticum agens doctorem subtilem, s. Thomam et Bonaventuram ad harmoniam nititur revocare. — Alypium Reylof O. S. Aug. Gandavensem, philosophiae et theologiae lectorem († 30. Dec. 1682), qui disseruit *de anima* ad mentem s. Augustini, Gandavi 1664 in f.

144. Plures solito scholae theologos inter *Germanos* reperimus [1]), sed minoris celebritatis, si unum excipias Augustinum Reding O. S. Ben. eumque Helvetum. Patria illi erat oppidum Lichtensteig in pago sangalldesi (n. 10 Aug. 1625). Vix annos natus 24 philosophiam docuit quadriennio, deinde theologiam. Adepta vero in academia friburgensi doctorali laurea (12. Oct. 1654) Salisburgi s. theologiae cathedram conscendit (1655) tanta scientiae opinione, ut ad eum velut oraculum omnes confugerint virique scientia alias clari in difficilioribus quaestionibus ejus sententiam expetierint; et univer-

[1]) Cf. Dirks pag. 285; Bibl. nat. II, 736.

[1]) Jacobus Willi Soc. J. Feldkirchensis (n. 21. Jun. 1632. † 15. Febr. 1699) Germaniae praepositus provincialis et Soc. J. secretarius, reliquit plures *disputationes* philosophicas.

sitatis rector ad principem abbatem einsidlensem de eo jam post aliquot menses (Jan. 1655) ita potuerit scribere: „Cujus ea est doctrinae in explicando claritas, in disputando vehementia, ut omnibus plane satisfecerit; ea morum gravitas et suavitas, ut omnes carum habeant.“ Et 5. Oct. 1657 plures abbates O. S. Ben. scribunt: „P. Augustinus eximia sua eruditione et conjunctis moribus religiosissimis talem in universitate nostra existimationem obtinuit, ut ex vicinioribus monasteriis non occurrat, qui pari laude et universitatis ornamento substitui possit.“ Verum jam post triennium (1658) einsidlensis abbas D. Placidus eum ad eremum b. Virginis remeare jussit et a. 1659 decanum constituit. Anno 1670 omnium fere suffragio dignus habitus est, qui defuncto abbati succederet: quam dignitatem († 13. Martii 1692) eximia pietate singularique zelo tum propagandae catholicae fidei, tum defendendae sedis apostolicae auctoritatis exornavit [1]). Plurimum quoque promovit monasterii splendorem tam quoad regularem disciplinam quam quoad literarum studia. Bibliothecam auxit operibus doctis; et licet abbas sodales juniores in controversiis instituit. Haec ejusdem praecipua opera: *Theologia scholastica universa* t. 13 in f. comprehensa, typis monasterii einsidlensis 1687, in qua soliditatem doctrinae miraberis, sed majorem forte claritatem desiderabis. Sequitur in ea opiniones rigidioris scholae thomisticae. Huic operi praegrandi praemisit praeludii et compendii theologici instar controversias nonnullas illustriores *de Deo uno* et attributis divinis, Einsidlae 1666 in 12; quaestiones theologicae *de jure et justitia* in 2. 2. d. Thomae Aq. q. 56—78, ib. 1673; *Controversiae scholasticae* ex universa theologia selectae, Salisburgi 1657 in 4; *oecumenici trid. concilii veritas inexstincta* ne apice quidem laesa ex praesumptuosa Jo. Henr. Heideggeri Tigurini anatome historico-theologica, typis monasterii einsidlensis 1677—1684 v. 5 in f. In limine t. 3. praefationis loco occurrunt reflexiones et conclusiones ad 4 art. cleri gallicani ante biennium (1682) promulgatos; t. 4. praemittitur diss., in qua immaculatam Deiparae conceptionem ex Gen. 3. demonstrat. Singulas sessiones conc. secundum ordinem, quo habitae sunt, tuetur, et tr. de eisdem in sectiones historiales et theologales, quae ipsius sunt inscriptiones, dividit: in qq. theologicis Heideggeri ordinem et methodum retinuit. Etiam 1675—1682 t. 8 in 8; desunt tamen tr. in tres ultimas sessiones. *Dissertationes refutatoriae* synodalis ab Henr. Heideggero prof. tigurino adversus sacras peregrinationes speciatim einsidlensem evulgatae dissertationis, ib. 1669 in 12; *Dissertationes controversisticae*, in quibus plerique fidei articuli ab hodierno praetensae reformationis ministerio in controversiam deducti ad verum romanae Ecclesiae sensum exponuntur occasione libellorum a Jo. Jac. Vedrosio ministro curiensi et Jo. H. Heideggero editorum, ib. 1670 in 4; 1684; agit in iis de verbo Dei non scripto, de fidei regula, de vera Ecclesia et romano pontifice, de sacramentis, sacrificio missae, de praedestinatione etc. *Oecumenica cathedrae apostolicae auctoritas asserta et vindicata* adversus 4 famosae declarationis cleri gallicani a. 1682 articulos. Agit auctor 1. de rom. pontificis erga reges auctoritate; 2. de ejusdem supra reges auctoritate; 3. de ejusdem supra con-

[1]) Cf. Ziegelbauer in historia rei literariae O. S. Ben. P. 3 c. 4 § 18; sed praesertim P. Morel in programmate de eo edito a. 1861, qui de ejus theologia scholastica advertit: „Ist nun die grosse Erudition und die unbegreifliche Ausdauer des Verfassers hoch zu bewundern, so ist doch auch anderseits nicht zu verkennen, dass, da des Guten fast zu viel, Styl und Inhalt oft dunkel und ungeniessbar und manche aufgeworfene Frage überflüssig erscheint;“ Bossart KL. X², 876 ss.

cilium superioritate; 4. de ejusdem infallibilitate in decidendis fidei et morum controversiis, ib. 1689 in f., etiam in Rocaberti bibl. max. pontificiae VII, 265—735. *Vindex veritas* (centuriae primae) *annalium ecclesiasticorum Caes. Baronii* adversus arrogatum Jo. H. Ottium examen perpetuum, ib. 1680 in f.; *de dominio clericorum et religiosorum*, Salisburgi 1656 in 8; *de injuriis et restitutione pro iis debita*, ib. 1657 in 8. — In eodem monasterio floruit hoc tempore Beda Schwaller, cujus exstant *Paradoxa thomistico-theologica* i. e. selectiores difficultates, quibus Thomistae ab extraneis discernuntur, Einsidlae 1688; *Zona triplex triplicis philosophiae*, seu difficultates ex philosophia scholastico-thomistica, ib. 1678 3 pp. in 1 v.

145. Bernardus Sannig O. Min. Nissae in Silesia natus, ss. canonum in studio generali pragensis conventus s. Mariae ad Nives primarius professor, non semel provinciae praepositus, insignia edidit opera, quae eum probant virum eloquio scholasticum, disputatorem acutum ac in jure canonico egregie doctum [1]). Ejusmodi sunt: *Schola theologiae Scotistarum*, Pragae 1675—1681 t. 4 in f., quorum 3. complectitur theologiam moralem; *schola controversistica* seu controversiae universae adversus haereticos omnes veteres et novos, ib. 1686 v. 2 in f.; *schola canonica* seu universum jus canonicum nova methodo digestum, ib. 1686. 1687 v. 2; 1696; 1727; *schola philosophica Scotistarum*, ib. 1684. 1685 v. 3 in f. — Lambertus Lambrecht [1]) O. Min. dictus communiter ‚Scotus viennensis' ex universa theologia, quam edere disposuerat, solum edidit tr. *de fide, spe et caritate*, Viennae 1696, opus rarum. — Antonius Wiesing O. S. Franc. concinnavit *Medullam theologiae scholasticae*, Augustae 1699. — *Theologiam scholasticam* in discursus 50 distributam reliquit (1680) Hieronymus Ebenbauer O. S. Aug. pragensis, ss. librorum interpres († 21. Jan. 1694). — Joannes Bock S. J. (n. 21. Jun. 1638; † 8. Dec. 1688) praeter *compendium philosophiae* Olomucii 1676 in 12., elaboravit etiam *theologiam scholasticam* ad mentem d. Augustini, Pragae 1682 in 8. — Ita etiam Joannes Senftleben S. J. Silesius (n. 12. Sept. 1648; † 3. Nov. 1693) non solum *philosophiam aristotelicam* commentariis doctorum S. J. illustratam in universitate pragensi disputationi publicae proposuit exposuitque, Pragae 1685 t. 3 in 8., sed et *theologiam* doctoris angelici d. Thomae Aq. sacris firmatam auctoritatibus, ib. 1687 in 12. — Universam pariter theologiam complectitur in suis *quaestionibus et responsis theologicis*, Pragae 1674—79 t. 3 in 12; Eystadii 1705 in f.; 1725 t. 3 in 1 v. in f. Franciscus Maria Kamperger S. J. Olomucensis, s. Scripturae 24 annis interpres et universitatis olomucensis a. 20 cancellarius (n. 18. Jul. 1638; † 6. Maj. 1698). Laudantur quidem in ipsis soliditas et claritas non nimis diffusa, ea tamen magis utilia fuissent, si accuratius statum quaestionis, varias notiones quaestionumque inter se nexum dilucidasset. Tuetur hic auctor praedestinationem ad gloriam ante praevisa merita [2]). — *Selecta in s. Thomam commentaria* tribuit Henrico Hilden O. Praed. Coloniensi Fridericus Steil ejus quondam disci-

[1]) Cf. plura de hoc religioso, qui praecipuis sui ordinis muneribus est functus, apud Greiderer in Germania franciscana l. 4 n. 69, 73, 148, 154, 170, 341, 342, 344, 346; l. 5 n. 51, 82, 95. Jöcher I, 1336 mentionem facit Antonii Brandsack O. S. Franc. litomiricensis, quem philosophiam et theologiam edidisse affirmat († 1. Maji 1683).

[1]) Secundum Greiderer l. III n. 332 L. Lambrecht obiit 1662.

[2]) Cf. Mém. de Trévoux 1711. p. 963.

pulus. Vir fuit acuti ingenii, morum probitate et facilitate, theologiae et utriusque juris peritia conspicuus, in academia coloniensi professor, Argentinae principis episcopi vicarius generalis († 2. Nov. 1682 a. aetatis 40). Praeter alia proposuit quoque publico certamini resolutiones Augustino-thomisticas *de physica praedeterminatione* ejus naturam, vires ac munia explicantes [1]), — *Tractatus theologicos* ad mentem subtilis doctoris in ll. sententiarum scripsit Amandus Hermann O. S. Franc. Nissae in Silesia natus, theologiae lector jubilatus [2]), vir eruditus et pius († 26. Nov. 1700). Prodierunt Coloniae 1690—94 v. 4 in f., opus rarum; *Ethica sacra* scholastica speculativo-practica seu tr. et disp. morales de virtutibus theologicis et moralibus, ad mentem Joan. Duns Scoti, Herbipoli 1698 t. 2 in f.; Sol triplex in universo i. e. *universus philosophiae cursus* Augustini, Bernardi et Scoti menti conformatus, tribus religionibus Augustinianorum, Cisterciensium, Franciscanorum consecratus, Sulzbachii 1676 in f. (m. 75).

146. Argumenta singularia tractarunt: Alphonsus Stadelmayer O. S. Ben. Oenipontanus n. 1610, professor et (1652—73) rector universitatis salisburgensis, de quo hujus historia scribit (II, 7 n. 23): „Hic est ille vir, quo nihil modestius, nihil unquam habuit universitas gravius, et in quo summa comitas et rerum agendarum peritia enituit . . . Quantis beneficiis universitatem devinxerit, dum nos silemus, saxa loquuntur.“ Obiit abbas weingartensis 19. Jul. 1683. Ipsius sunt: *De Deo et attributis Deo propriis* 1660 in 8: *de legibus* disp., 1650 in 4; *de visione beatifica* 1655 in 8. — Sequuntur tres sodales et collegae, scil. Bernardus Weibel Constantiensis († 18. Apr. 1699 a. aetatis 82), qui reliquit haec opera (ib. n. 251): *de natura theologiae et de existentia et essentia Dei*, Salisburgi 1664 in 12; *de sacrificio missae*, 1662; *selectae difficultates de jure et justitia* 1660 in 8; *de jurisdictione poenitentiali* 1669 in 8. — Magnus Agricola († 1688), cujus praeter philosophica exstant l. *de mysterio ss. Trinitatis* 1679, et l. *de actibus humanis*, 1679. — Maurus Oberascher, qui obiit abbas lunaelacensis 15. Dec. 1697. Ejus sunt: disp. *de actibus humanis*, Salisburgi 1661 in 4; *de peccatis* 1663 in 4; *de gratia divina* 1664 in 4; *de virtutibus theologicis* 1665 in 4; *de unione Verbi incarnati* cum natura humana 1666 in 4; *de consequentibus unionem Verbi incarnati*, 1667 in 4; *de jure et justitia* 1667 in 4; *ara coeli* seu memoria mirabilium de augustissimo missae sacrificio speculative et practice concinnata 1669 in 4; tr. duo speculativo-practici *de sacramentis in genere et in specie* (de baptismo, confirmatione, eucharistia et ordine), 1676. — Joan. Adamus Weber [1]) can. reg. s. Aug. († 1686, a. aetatis 75), praeter alia edidit: Theoremata theologica juxta mentem d. Augustini *de Deo uno et trino*, Augustae V. 1668; *de divina gratia et gloria*, ib. 1668; *nucleus juris episcopalis*, Salisburgi 1681 pp. 2 in 12. — Sebastianus Knippenberg O. Praed., in universitate coloniensi professor [2]), edidit tria opuscula: *de providentia Dei* gubernante per motum juxta mentem s. Augustini ep. et s. Thomae Aq., Coloniae 1700 in 12, contra Petr. Kirsch S. J., de quo infra; *Doctrina s. Thomae* in materia de gratia ab erroribus ipsi falso impositis li-

[1]) Echard II, 695.
[2]) Cf. Greiderer l. 4. p. 309. 346 etc.

[1]) Cf. Kobolt baierisches Gelehrtenlexicon p. 732.
[2]) Hujus forte frater vel consanguineus est J. Knippenberg, cujus exstat: *Historia ecclesiastica ducatus Geldriae*, in qua catholicae fidei origo in eodem ducatu ejusque propagatio narratur, Bruxellis 1719 in 4. de qua ct. acta erudit. lips. 1720 p. 36.

berata; adjungitur compendium doctrinae C. Jansenii . . . in quinque famosis prop. illius damnatae, ib. 1718; *contra l. auctoris anonymi* (Joannis van Bilsen O. Praed.) intitulati: Praedicatorii ordinis fides et religio vindicata, ib. 1721, quae duo tamen prohibita fuere (20. Sept. 1719 et 29. Jul. 1722). — Nicolaus Avancini S. J., provinciae Austriae praepositus, Bohemiae visitator et praepositi generalis assistens, qui suo meditationum libro maxime innotuit. Natus is est in dioecesi tridentina a. 1612, Viennae theologiam moralem quadriennio et sexennio scholasticam est professus († 6. Dec. 1686). Proposuit [1]) disputationi publicae assertiones theologicas *de Deo uno et trino*, Viennae 1653 in 12; conclusiones theologicas *de Verbo incarnato*, ib. 1651 in 12; theses *de jure et justitia*, ib. 1651 in 12; *assertiones theologicas* (50) ex universa theologia, ib. 1652 in 12. etc. — Joan. B. Erhart S. J. Monacensis († 17. Apr. 1694), qui plurimas qq. philosophicas et theologicas proposuit solvendas. — Paulus Zingnis (Zignis) S. J. Epanensis theologiae scholasticae Oeniponte professor († 9. Jan. 1696) edidit [2]) disp. theologicas *de juramentis*, Friburgi Helv. 1686; *de peccatis*, Oeniponti 1691; *de septem gratiae fontibus*, ib. 1694; *de norma credendi*, ib. 1692; *de regula morum* sive actuum humanorum, ib. 1690; *Statera justitiae* sive de justitia ejusque laesae reparatione ib. 1693 etc. — Gregorius a s. Laurentio (Laur. Auer) O. Carm. († 1689) reliquit *examen thomisticum* vindiciarum antithomisticarum, Salisburgi 1688 in f.

147. Nunnulli de b. Maria V. scripserunt, ut Joannes Lud. Schönleben Labacensis, n. 1618, aliquamdiu sodalis Soc. Jesu, theologiae doctor, notarius apostolicus, capituli labacensis decanus et archipresbyter refuitzensis, qui renunciatis omnibus dignitatibus solis dein studiis vacavit († 15. Oct. 1681). Plurima (37) reliquit scripta [1]), e quibus huc spectant: Orbis votum pro definitione piae sententiae *de immaculata conceptione Deiparae V.* ll. 4, Klagenfurti 1658 in 4; vera ac sincera sententia *de immaculata conceptione Deiparae V.* ejusdemque cultus festivi objectis, in qua ad trutinam bullarum ap. Sedis appenditur et examinatur synopsis historica de eadem conceptione F. Marcelli Siderei Cyriaci, opusculum extemporaneum lucidatum sub velo hominis diaphano, sub nomine Balduini Helenoccei, Salisburgi 1668 in 4; *palma virginea* seu Deiparae V. Mariae de adversariis suae immaculatae conceptionis victoriae omnium seculorum aerae christianae succincta narratione representatae, ib. 1671 in 4; utrumque quondam fuit prohibitum. Praecipuum tamen ejus opus magnique momenti pro historia patria est *Carniola antiqua et nova* sive incliti ducatus Carnioliae annales sacroprofani (ad a. 1000), Labaci 1681 v. 2 in f. — Jo. Everardus Nidhardus S. J., minus propter scripta quam propter fata varia celeber, natus est 8. Dec. 1607 nobilibus parentibus in arce Falkensteinensi superioris Austriae. Aliquamdiu secutus est militiam secularem, mox (5. Oct. 1631) castra Christi. Emensis feliciter studiorum spatiis in academia graecensi publice docuit ethicam, philoso-

[1]) Cf. Sommervogel l, 668—80.

[2]) Cf. Lauchert Allg. d. Bi. 45, 324. Frater forte ejus est Christophorus Z. SJ. († 19. Mart. 1700) unus ex tribus censoribus ab Innocentio XII. delectis pro examine celebris l. Fundamentum theologiae moralis Th. Gonzalez contra probabilismum. Ejus censuram habes apud Patuzzi Osservazioni sopra varj punti d' istoria lett. (Venetiis 1756) II, CXXIV—XXIX; Concina Difesa della Comp. di G. (Venetiis 1767) II, 53—56. Cf. Lauchert l. c. p. 324.

[1]) Cf. Zedler XXXV, 842. Pleraque prodierunt absque nomine auctoris. Cf. P. v. Radics allg. d. Bi. 32, 314 s.

phiam et ss. canones; designatus etiam fuerat ad profitendam theologiam scholasticam et polemicam, sed evocatus inde est a Ferdinando III. imp., ut serenissimae filiae suae Annae primum, deinde etiam archiducis Leopoldi (postmodum imperatoris) conscientiam regeret mentemque simul bonis literis imbueret; postea voluit idem imperator, ut eandem Mariam Annam futuram Philippi IV. conjugem in Hispaniam tamquam confessarius comitaretur. Eo in munere se gessit tanta doctrinae et prudentiae commendatione, ut a rege et a regina ad cardinalitiam dignitatem summo pontifici proponeretur: qui illum cardinalem creasset, nisi ipse P. Joan. Everardus flexis genibus regem obsecrasset, ut ab hoc consilio desisteret. Defuncto rege tantum apud pontificem institit regina, ut is (tum Alexander VII.) praecepto adigeret patrem ad suscipiendum et administrandum officium inquisitoris generalis in Hispania. Verum praevalente factione ei adversa aulam relinquere cogitur (1669), sed agente eadem regina dictus est plane invitus [1]) a Clemente X. archiepiscopus edessenus et 22. Febr. 1672 cardinalis († 30. Jan. 1681 a. aetatis 73). Duo ejus scripta, in quibus egregium se probat theologum, huc spectant: *Responsio ad libellum supplicem R. P. Mag. Fr. Joan. Martinez de Prado O. Praed.* oblatum suae Majestati negantis a suis ordinis praedicatoribus pronunciari posse illud in Hispania elogium: „Laudetur ss. Altaris sacramentum et immaculata Deiparae V. conceptio,“ prius hispano idiomate, dein latine Duaci 1664 in 12; ad calcem op. P. Theodori Moreti *de conceptione immaculata bb. Virginis,* Coloniae 1671 in f.; *examen theologicum quatuor propositionum* quorundam auctorum anonymorum, quibus aspergunt maculam cultui, festo, objecto ac sententiae piae de immaculata ss. Dei Matris V. conceptione necnon constitutioni S. D. N. Alexandri VII. octavo Dec. 1661 in ejus favorem expeditae, hispane prius, dein latine Matriti 1665 in 4; Antwerpiae 1682 in 8. — Laurentius Gerwig S. J. Suevus [1]), in academia friburgensi s. theologiae professor († 1681), disputationi proposuit *quaestionem theologicam* ad q. 81. d. Thomae 1. 2, in qua ostenditur, s. Thomam Aq. clare asserere ss. V. matrem Dei Mariam sine peccato originali conceptam fuisse et oppositam sententiam nuspiam in suis libris tradere, Friburgi Brisgoiae 1666 in 12., et alteram *de peccatis* ad 1. 2 s. Thomae, in qua pro coronide ostenditur, s. Bernardum nullum peccatum imputasse ss. Dei Matri V., ib. 1668 in 12. Reliquit praeterea q. theologicam *de resolutione fidei divinae* ad 2. 2. s. Thomae q. 1., in qua pro coronide quaeritur, an haereticorum in fide magistri sint viri pii et docti constituentes sententiam probabilem, ib. 1672 in 4; *demonstrationem theologicam* in nominatos evangelicos reformatos, Augustae V. 1677 in 12; *de incarnatione,* Dilingae 1669; *de merito Christi,* immaculata Deiparae conceptione etc., ib. 1671. *Duplex demonstratio theologica,* altera ad mentem s. Augustini et s. Anselmi adversus atheos demonstrans a priori Deum esse; altera adversus modernos sectarios demonstrans in ipsorum dogmate contineri atheismum etc., Augustae V. 1678.

148. In *Polonia* Thomas Mlodzianowski S. J. Mazoviae 21. Dec. 1622 natus, aliquamdiu in Perside et in Palaestina missionarius, dein philosophiae et theologiae Lubiini professor († 9. Oct. 1686), *praelectionum theologicarum* t. 4 Moguntiae et Dantisci 1682 edidit, quae universam theologiam complectuntur. Prodierunt prius seorsim Dan-

[1]) Cf. egregiam notitiam de eo in hist. pol. Bl XCVIII (1886), 139—54.

[1]) Cf. Sommervogel III, 1361.

tisci aliisque locis 1667—1677 t. 8 in f.; *praelectiones philosophicas* in octo ll. physicorum Aristotelis, Lesnae 1671 in 8; *praelectiones metaphysices et logices,* Gedani 1671 in f.; utraeque simul tamquam t. 5. adjectae sunt praelectionibus theologicis [1]). — Joannes Morawski S. J. philosophiae professor († 25. Jun. 1700) praeter *philosophiae totius principia* per quaestiones de ente in communi, Posnaniae 1660; 1682; 1687; Lugduni 1688 in 8., *S. romanam Ecclesiam ab antiquis calumniis haereticorum de novo suscitatis* vindicavit, Posnaniae 1690 in 8; 1693; 1759, variasque qq. disputandas proposuit [2]), ut *de Deo uno et trino,* Calissii 1674 in 8; *de Verbo incarnato* et de ejusdem admirabili matre Virgine, Lesnae 1671; Cracoviae 1681 in 4; *selectas quaestiones* ad 1. p. et ad 1. 2 Summae d. Thomae, Calissii 1681 in 8; ad 2. 2 et 3. p. Summae d. Thomae Aq., Calissii 1681 in 4. — Joannes Hostynski S. J. († 20. Martii 1685) tr. theologicum *de Deo homine* seu Verbi divini incarnatione, Posnaniae 1679 in 4. reliquit. — Casimirus Wolski Ogonczyk S. J. Roxolanus, philosophiae et theologiae scholasticae professor († 25. Apr. 1690), concinnavit *vindicias s. Augustini et s. Thomae* seu disp. de mente utriusque doctoris circa scientiam Dei mediam, Posnaniae 1695 in 4.

149. In *Italia* plures exstitere, qui integrum theologiae cursum elaborarunt iique haud infimae notae. Ita Josephus Cacheranus cler. reg. Barn. congr. s. Pauli composuit *theologiam assertivam* complectentem tractatus scholasticos nova methodo utilitati ac brevitati maxime accommodata dispositos t. 4 in f.; quorum 1. prodiit Lugduni 1673; 2. Mediolani 1678; 3. Lugduni 1681, et 4. ib. 1685, opus rarissimum. — Silvester Maurus S. J. Spoletanus (n. 1669), vir sagacis ingenii et exemplaris virtutis. Romae philosophiam et diu theologiam scholasticam docuit. Maxime inclaruit, cum universa Aristotelis opera perpetua explanatione et auctori suo fidelissime adhaerente complexus est. Edidit scil. *Aristotelis opera, quae exstant omnia, brevi paraphrasi ac literae perpetuo inhaerente explanatione illustrata,* Romae 1668 t. 6 in 4: quae explanatio est sobria, a nimiis subtilitatibus aliena, nitida, accurata, solida, adeo ut ea, sicut et reliqua ejus opera philosophica nunquam satis philosophiae studiosis sive ad Aristotelis intelligentiam sive ad sanae solidaeque philosophiae studium commendari possint: hinc propter suam utilitatem, pretium et raritatem recusa fuit Parisiis 1885—87 t. 4 curantibus PP. Ehrle, Beringer et Felchlin [1]). Seorsim prodiit *Nova et accurata ethicae aristotelicae editio* cum praeclara paraphrasi, Venetiis 1696 in 4; 1698, accedit editio politicae et oeconomicae Aristotelis cum paraphrasi; *Quaestionum philosophicarum* ll. 5, Romae 1658 t. 5 in 8., 1670; Parisiis 1876, in cujus ed. praefatione de eo scribit Liberatore: «Qui vestigiis Aristotelis et s. Thomae fideliter insistens eorum doctrinam tam dilucide proposuit ac tam solide propugnavit, ut inter principes scholae magistros jure sit habitus.« *Opus theologicum* in 3 t. distributum, in quo praecipua totius theologiae capita accurate (nitide et clare) pertractantur, Romae 1687 in f., opus insigne; *quaestionum theologicarum ll. 6,* Romae 1676—1679 v. 6 in 12., in quo praecipua theologiae argumenta pertractat. Obiit praestans hic theologus et philosophus 13. Jan. 1687.

[1]) Cf. Sommervogel V, 1138—41.
[2]) Cf. Sommervogel V, 1286—90.

[1]) Cf. Zeitschr. für kath. Theol. IX, 337 ss., Oeniponte 1885. Cf. de nostro auctore notitiam praemissam t. I. op. theologici; de ejus op. Sommervogel V, 765–9.

150. Bonifacius Maria Grandi O. Praed. Venetus scripsit *cursum theologicum,* in quo principales theologici tractatus discutiuntur juxta mentem angelici doctoris d. Thomae Aq. in 3 t. distributum servata coordinatione Summae ejusdem angelici praeceptoris, Fererariae 1692 t. 2 in f. Tomum tertium, qui comprehendit tr. ad. 3. p. attinentes, videlicet de incarnatione, de gratia Christi ac de ejusdem scientia et merito, de sacramentis in genere et de unoquoque in particulari, absolvit ejus sodalis Petrus Martyr Bertagna Veronensis († 30. Jan. 1697) partim proprio calamo, partim ex Nic. Grandi communicatione, prodiitque cum tomo 1. et 2. Venetiis 1697 v. 3 in f. Adeo eminuit Grandi solida doctrina, prudentia et morum integritate, ut patritii veneti, praesules, imo et cardinales in arduis rerum discriminibus consilium ab eo peterent ipsumque Innocentius XI. bononiensi coenobio praefecerit, ut solida regularis disciplinae fundamenta poneret et firmaret († 17. Febr. 1692). — Stephanus Spinula cler. reg. congr. Somaschae [1]), nobilissima familia oriundus, comes Flavio Chisio card. ad regem Galliae legato datus, dein episcopus Savonae, (1664; † 1682), theologiam scholasticam inchoavit, cujus p. 1 (et unica) prodiit Papiae 1681 in f. eaque complectitur *disp. in 1. p. d. Thomae,* in quibus post prolegomena de Deo uno, de visione, scientia, voluntate, praedestinatione, Trinitate atque angelis subtiliter atque perspicue disquiritur; media etiam et nova quadam via in tr. 4. disp. 3. tentatur inter praedeterminationis et scientiae mediae assertores in ardua illa quaestione de conjunctione divinae voluntatis cum creata libertate, ita nimirum explicato concursu causae primae cum secundis, ut nec physica praemotione nec scientia media opus esse videatur [1]). Reliquit et opera philosophica. — Blasius de Comitibus O. Min. Conv. Cantii in ducatu mediolanensi natus, Pragae seminarii archiepiscopalis regens († 4. Apr. 1685 a. aetatis 49) elaboravit cursum integrum philosophicum et theologicum, sed morte praeventus eum typis mandare non potuit. Quaedam tamen edidit ejus in cathedra successor P. Marianus Unczovski, scil. *de Deo trino et uno.* Vetero-Pragae 1687; *de intellectu, scientia, providentia, praedestinatione et reprobatione,* ib.; *de creatione, statu innocentiae, angelis* etc. 1688. — Dionysius Darecortesius a Bergomo dictus O. Min. Ref. lector generalis in conventu pragensi, consultor s. Officii et commissarius visitator in Bohemia et Hungaria († 1690), cursum theologicum eruditum publici juris fecit inscriptum [2]): *Exercitia scholastica* in universam theologiam practicam et speculativam, in quibus relicta inutilium disp. superfluitate et demisso cavilloso opinionum examine, veritas ipsa (quae paucis contenta est doceri) clare et breviter enodatur, et irrefragabili ss. Scripturarum, approbatorum summorumque Pont. auctoritate roboratur, necnon ss. PP. et orthodoxorum theologorum, praecipue doctoris subtilis doctrina eadem veritas ostenditur firma, solida et stabilis adversus haereticos tam veteres quam recentiores, Patavii 1677 et 1690 t. 2 in 8. — Propter ordinatam methodum perspicuamque rerum, de quibus agit, seriem laudatur rarus *cursus theologicus* (Romae 1671. 1672. 1675 v. 3 in f.) Alexandri Maderni cler. reg. congr. d. Pauli, qui in publico gymnasio mediolanensi philosophiam et theologiam docuit, et congr. renunciatus est praepositus generalis († 1685 a. aetatis 67). Ejus diss. de virtutibus in gradu heroico valde ap-

[1]) Est forte idem cum illo, cujus jam mentionem fecimus III[3]. 1200.

[1]) Cf. Acta eruditorum lips. 1683 p. 241.
[2]) Cf. Ant. M. a Vicetia Script. O. Min. prov. s. Ant. Venet. p. 55, qui plura ejusdem msc. recenset.

probavit Benedictus XIV. in op. de canonizatione sanctorum. — *Epitomen theologiae scholasticae,* in qua breviter et dilucide praecipui ejus tr. expenduntur et agitantur, Romae 1686 in 4., reliquit Nicolaus a s. Joanne Baptista O. S. Aug.[1]) Panormitanus († 11. Oct. 1692), cujus etiam exstat *philosophia augustiniana* sive integer cursus philosophicus juxta doctrinam s. P. Augustini, Genuae 1687 tomuli 6. — Ejus sodalis Petrus de Comitibus (Conti) Romanus, s. theologiae magister († 1696) pariter concinnavit et *Summam philosophiae,* cujus tamen p. 1. tribus tomis distincta totam physicam complectens prohibita fuit 1. Aug. 1673; et *theologiam scholasticam* 11 tomulis comprehensam, Venetiis et Patavii 1680—84 in 12.

151. *Controversias theologicas selectas* scholasticas, morales, scripturales ad mentem d. Thomae Romae 1670 in f. edidit Raimundus Capisucchi O. Praed., in quibus agit de aquae s. calicis transsubstantiatione; de benedictione eucharistica, communione pro mortuis; de apparitionibus mortuorum per necromanticos; de nemesi et invidia; de matrimonio B. V. M. cum Josepho; genealogia Christi; quis fuerit Melchisedech; de regno Christi, de Trinitate; de ideis divinis ad mentem Platonis; de cultu ss. imaginum; de martyrio; de episcopatu; de eleemosyna etc. *Appendices ad easdem controversias theologicas,* ib. 1671 in 4; omnes recognitas et auctas, ib. 1678 in f.; *qq. theologicas selectas* morales et dogmaticas, quibus subjecta est diss. historica *de haereticis praedestinatianis* et illorum erroribus, Romae 1684 in f. Natus est Raimundus ex pervetusta nobilissimaque Capisucchiorum romana familia 1616 Camillus in baptismo dictus. Ordinem ingressus est a. nondum natus 14. Studiorum cursu emenso et s. theologiae magister approbatus Vincentio Candido s. palatii magistro socius primum fuit adscitus, tum ab Innocentio X. a. 1650 secretarius indicis constitutus ac episcoporum examinator, demum eidem Candido defuncto ab eodem pontifice a. 1654 suffectus s. palatii magister. Sub Alexandro VII. adversam fortunam expertus tanto muneri sponte 1663 cessit: et illustres licet infulas eidem tum obtulerit summus pontifex, quod innocentiae viri testimonium est clarum, constanter recusavit, Ecclesiae non satis consultum arbitratus, si ad dignitates ascenderet, priusquam per restitutionem in integrum fama sua labe omni vel minima immunis palam omnibus ostenderetur. Id jam ex parte egerat Alexander VII., sed Clemens X. omnibus aequa lance pensatis eum ad pristinum revocavit munus, ac in iisdem indulgentiarum, s. inquisitionis, ss. rituum, indicis et episcoporum examinis congregationibus ut alias consultorem edixit ac restituit 10. Jan. 1673. Demum Innocentius XI. eum 1. Sept. 1681 in s. cardinalium collegium cooptavit († 22. April. 1691). — Primam Summae s. Thomae p. illustravit Michael Pius Torrez O. Praed. Alexandrinus *opere formalitatum* juxta commentarium in eandem Marci Serra (cf. III[3], 916), Bononiae 1672 p. vero 3. — Matthaeus Orlandus O. Carm.[1]) in suo *cursu theologico* ad methodum scholasticam ordinato Romae 1653 in f. Natus is est in oppido Carinis in Sicilia 10. Febr. 1610. Theologica laurea ac regentis munere ornatus scholasticam theologiam docuit in coenobiis Neapoli et Florentiae: ac tandem Romae in collegio s. Mariae transpontinae, ubi diu moram protraxit. Inter theologos ac consultores s. congr. de propaganda fide coopatus est ac praefuit deputatus theologus pro versione s. Scripturae in arabicam linguam. Omnium suffragio

[1]) Cf. Mongitore biblioth. siculae 2, 89.

[1]) Cf. Mongitore II, 58.

ad praepositi generalis ordinis gradum evectus est 12. Jun. 1666. A Clemente IX. visitator apostolicus constitutus Galliae provincias ac nonnulla etiam Italiae loca lustravit ac literarum studia inter suos promovere curavit. Romam regressus in eodem generalis munere Clementis X. beneficio per aliud sexennium confirmatus est et a. 1674 a catholico rege Carolo II. episcopus cephalaeditanus nominatus ab eodem Clemente consecratus est. In ecclesia regenda prudentiae, sollertiae, doctrinae specimina praebuit ac tamquam inclytum praesulum effulsit exemplum († 13. Nov. 1695). — *De approbatione doctrinae s. Thomae Aq.* ll. 7 Patavii 1683 v. 3 in f. disseruit Seraphinus Piccinardi O. Praed. Is Brixiae 1634 natus a puero literis ita animum intendit, ut auctorum prope neminem insigniorum insalutatum voluerit, quo literarum ingenuarum antiquitatisque cognitionem adipisceretur uberiorem. Absoluto philosophiae studio summa omnium acclamatione cuncta philosophiae thomisticae dogmata propugnavit, tum et theologiae thomisticae placita publicae disputationi proposuit atque pro viribus strenue defendit. Philosophiam primum, theologiam deinde variis in locis primaria e cathedra docuit. Cumque fama ejus doctrinae divulgaretur, senatus veneti auctoritate Patavium vocatus est a. 1669 ad metaphysicas profitendas disciplinas. Primam studii bononiensis theologiae cathedram ab ordinis magistro Joan. Thoma de Rocaberti ultro sibi delatam, modeste recusavit: a. vero 1681 in ipsa academia patavina acceptavit († 1695). In operis supracitati t. 3. specialius de ipsa ss. Augustini et Thomae doctrina, prout a Thomistis defenditur, agit, scientiam mediam impugnat et decreta praedeterminantia tuetur, novum Josephi a Vita (cf. supra p. 24) systema refutat. Alia ejusdem opera sunt [1]): *Philosophiae dogmaticae peripateticae christianae ll. 9* in patrocinium Aristotelis ac in osores ejusdem (Campanella, Cartesium, Gassendi etc.), Patavii 1671 in 4: *de novitio opere, quod inscribitur* Praedestinatus, auctoris anonymi semipelagiani, (in re sub praedestinatorum nomine scribentis adversus divos s. P. Augustini discipulos), consarcinato ut supponitur a. 434 tempore Prosperi, nuper reperto et impresso in Galliis (a Sirmondo S. J. Parisiis 1643) et a nemine hactenus revocato ad examen nova quaestio historico-theologica, in qua simul historia elucidatur de praedestinatiana haeresi et semipelagiana, ib. 1686 in 4. Fallitur vero Piccinardus, cum putat neminem hunc l. ad examen revocasse, nam Joan. Avraeus Sorbonae doctor altero statim anno post editum *Praedestinatum* censuram in lucem (gallice) emisit, qua auctorem hunc anonymum plurimorum errorum, pelagianismi aliarumque haeresum, mendaciorum, fabularum, crassae ignorantiae et foedissimae imposturae arguit, quod librum, quem sub Augustini nomine confictum asserit, ipse finxerit. Quae censura post in latinum sermonem conversa et ipsi Praedestinato annexa in Belgio a. 1645 denuo lucem publicam aspexit. Etiam Gilb. Mauguinus aliique de Sirmondi Praedestinato scripserunt [1]).

152. In Scoto illustrando desudarunt: Joannes Baptista Fonius de Fugnano in Aemilia O. S. Franc. in opere valde raro *De disputationibus et quaestionibus ex universa theologia* ad mentem Scoti in 1. l. Sent., Venetiis 1688; Bononiae 1693 pp. 3 in t. 2 in f., quo-

[1]) Cf. Echard II, 741.

[1]) Cf. Acta erudit. lips. 1687 p. 271 ss., ubi in Piccinardi l. recensione dicitur: „Etsi in examine hujus operis antecessores haud paucos habuerit, reliquos tamen omnes conjiciendi audacia superat, et multa in medium producit, quae nondum cuiquam hactenus in mentem venisse legimus."

rum posterior est posthumus. — Josephus Leali O. Min. Veronensis in suis *paediis scoticis theologicis,* quibus subtilissima Scoti mens in 4 sententiarum ll. de Deo, angelis, Christo et sacramentis juxta ss. patrum et praesertim s. Augustini principia aperitur, Venetiis 1668 t. 2 in 4; Patavii 1682. — Clemens Bascetti O. Min. discipulus Francisci Macedo, qui edidit *Viridarium theologicum* parvum in 4 ll. sententiarum Jo. Duns Scoti, Vicetiae 1688. 1689 t. 4 in 12. — Theodorus Gennari O. S. Franc., episcopus vegliensis († 1684), auctor est l. titulo plane singulari inscripti: *Dies intelligibilis scoticus in duodecim horas theologicas divisus* seu dilucida explicatio symboli apostolici: additae sunt cuilibet articulo quaestiones principaliores cum eorum clara et brevi resolutione juxta mentem J. Duns Scoti, d. Thomae et s. Bonaventurae, Venetiis 1674 in f. Scripsit quoque *Manuale confessorum,* Patavii 1679 in 4; et tr. *de septem peccatis capitalibus,* ib. 1680.

153. In primis vero Laurentius Brancatius[1]) de Lauria (quod oppidum est Lucaniae) O. Min. Conv. Natus is est 10. Apr. 1612 parentibus pauperibus. Juvenis letali apostemate corripitur, quo non sine gravi dolore pressus mortique proximus, cum nulla in humanis vitae remedia suppeterent, ad s. Franciscum Seraphicum conversus, ejus opem ardenter implorat emisso voto, se si superviveret, sacram ejus militiam professurum. Convaluit et post nonnullam dilationem susceptus est in ordinem Conventualium 2. Jul. 1630 mutato baptismatis nomine, quod Jo. Franciscus erat, in Laurentium. Non tam magistrorum cura quam propria industria in studiis adeo profecit, ut lauream primus e sua provincia acceperit et magister in collegio s. Bonaventurae erecto olim a Sixto V. philosophiam et theologiam variis in Italiae urbibus, etiam in universitate romana doceret. Munera ordinis honorifica obiit: sed praevalentibus quibusdam aemulis Albanum secessit, ubi indulta liberiori quiete totum se studiis dedit atque mandante P. Catalano ordinis generali commentaria meditatus est doctrinae scotisticae auctoritate s. Scripturae, patrum atque conciliorum munita, quae magna sui nominis fama Romae absolvit. Alexander VII. eum primo a consiliis dedit s. inquisitioni, mox congregationi ss. rituum, tum examinatorem synodalem atque episcopalem, demum praefectum collegio de propaganda fide. Consilia vero et sententiae Lauriae summum pontificem adeo ipsi conciliarunt, ut in praearduis negotiis eum fere semper et consuleret et ut plurimum sequeretur. Cum in theologum gallicae legationis delectus esset a Flavio Chisio cardinali, assensum negavit pontifex asserens, se in uno Lauria supra omnes confidere ejusque operam sibi adeo esse necessariam, ut carere ea non possit. Propter tantam qua apud pontificem fruebatur gratiam principum legati in negotiis suae aulae ejus nitebantur sibi conciliare favorem oblatis quoque muneribus: quibus constanter recusatis, satis sibi esse dicebat, si fides sua constaret incorrupta. Non minori in honore et pretio erat penes Clementem IX. et Clementem X., qui pontifex factus amicitiae cum Lauria jam diu contractae haud immemor, ejus arguebat timorem, quod infrequens et trepidus ad solium accederet, mandans ei serio, ut secum ageret quasi cum cardinali Alterio, non cum pontifice, cum amico, non cum Domino. Vaticanae jam custos bibliothecae congregationi aggregatus est visitationis status regularium atque consistorii, in quam nemo ante ipsum regularium ad-

[1]) Distingui hic debet a Francisco Maria Brancacci, cujus supra meminimus p. 307. In bibl. franciscana II, 271 nostro adscribuntur dissertationes, quae sunt Franc. Mariae Brancacci. Ita etiam Bibliogr. critica, III, 175.

missus fuerat. Sed tantis licet implicatus negotiis, exercitia nunquam deseruit claustralia, assiduus diu noctuque in choro, etiam cardinalis electus per trimestre, quo remansit in conventu usque dum habitatio pararetur condigna cardinali. Ad hunc honorem promotus est ab Innocentio XI. prima Sept. 1681. Sanctae sedis bibliothecarius decem praecipuis patrum coetibus adscriptus est, in qualibus, ut Palatius ait, ceteris omnibus fuit cynosura justitiae. Orationes, quas religiosus frequentabat in claustro, purpuratus minime laxavit, imo consuetam meditationem adjecta quotidie ultra solitum hora adauxit. Qualibet secunda feria venerationi scalae sanctae destinavit gradusque omnes de genu piisime confecit. Mensa ipsi frugalis erat absque abaco, sacris lectionibus piisque colloquiis non lautis ferculis abundans. Omnibus omnia factus nullo hominum habito delectu facillimas adventantibus praebuit aures et si posset etiam auxilium: sin minus certe solatium. Largas eleemosynas aliaque id genus caritatis subsidia pauperibus, languentibus, peregrinis, viduis, pupillis, qui turmatim ad palatii fores excubabant, distribui fecit. Monitus eapropter non semel ab oeconomo domus, ni modum poneret, totam sensim substantiam in pauperes exhaustum iri, subridens dixit: „An nescis, quia Dominus in loco pascuae me posuit? Hi nimirum sunt greges illi, de quibus Dominus mandat: Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adjutor; ut quid igitur indignaris, amice? Hilarem datorem diligit Deus: vade ergo, officium tuum cura, nec sciat deinceps dextera tua, quid faciat sinistra. Opes bene profusae non deficiunt, sed crescunt, incrementum dante eo, qui dixit: Date et dabitur vobis.“ Literatorum exstitit Maecenas, viros probos ac doctos laudavit, promovit, argento fovit. Demum virtutibus fulgens, meritis cumulatus, scriptis perennem sui memoriam relinquens letalem in morbum incidit. Cum unus illorum, qui moribundo assistebant, pluribus eum ad constantiam excitaret, quod scil, vitae cursu in honorem Dei et salutem proximi fideliter exacto amplissimum in coelo praemium laboris et meriti exspectandum esset, modeste reposuit: „Non merita, pater, non merita, sed dona gratis data commemoranda sunt, sine quibus ut nihil sumus, sic nihil possumus [1]).“ Placidissime in Domino obdormivit 30. Nov. 1693. Plurima reliquit opera, inter quae eminent: *Commentaria in 3. et 4. l. sententiarum* doctoris subtilis, rara et cara, Romae 1653—1682 t. 8 in f., in quibus proinde agit solide et docte de incarnatione, quae disputatio ceteris praefertur; de virtutibus theologicis et cardinalibus, de virtutis heroicae natura et signis ejusdem in specie; de spiritualibus donis, gratia habituali, gratiis gratis datis, praecipue de miraculis, quae maxime inserviunt congregationibus rituum; de sacramentis in genere et specie; de novissimis deque statu parvulorum, quem tr. eruditissimum vocat Norisius in suis vindiciis augustinianis c. 3 § 5. *Opuscula tria de Deo* quoad opera praedestinationis, reprobationis et gratiae actualis in commodum tironum s. Augustini doctrinae studiosorum elucubrata, Romae 1687; 1770; Rotomagi 1705 in 4; in iis gratiam se ipsa efficacem et gratuitam praedestinationem ad gloriam ex clara, ut putat, s. Augustini sententia pro viribus propugnat. Inciderat quondam, cum jam esset magister, in corpus juris canonici cujus lectione adeo captus est, ut unica nocte 35 percurrerit dist. Hinc enata est *epitome canonum omnium*,

[1]) Cf. de eo Eggs, Purpurae doctae l. 6 n. 98; Joan. a s. Antonio II, 271; Tiraboschi t. 8 l. 2 c. 1 n. 7, qui de eo dicit: „Fu avuto in conto di uno de' più dotti Teologi del suo tempo;“ Mazzuchelli II p. 4 p. 1991; Grammer K. L. II², 1192; in primis Baba in ejus vita italice scripta, Romae 1699.

qui in conciliis generalibus et provincialibus, in decreto Gratiani, in decretalibus, in epistolis et constitutionibus rom. pontificum usque ad nostra tempora (Alexandrum VII.) continentur, ordine alphabetico disposita, Romae 1659; 1666; Venetiis 1673; 1689; 1706; 1778; Coloniae 1684 et 1685 in 8. Opuscula octo *de oratione christiana* ejusque speciebus in tironum orantium gratiam, Romae 1685 in 4., et saepius, in magna Cartusia 1896. Ea ascetarum manibus teruntur, et a Benedicto XIV. magni fiunt [1]). In theologia morali probabilioristis est annumerandus.

154. Denique Hieronymus Brambila O. Min. Mediolanensis († 2. Apr. 1686) *prologum in l. sententiarum* scripsit, Mediolani 1682 in 4. — Bartholomaeus a Barberiis (Barberius) O. Cap. a Castrovetro quotidiana, ut ipse ait, per 50 a. lectione operum s. Bonaventurae in doctrina ejusdem prae ceteris versatus est: hinc insignis ejusdem interpres († 24. Aug. 1697), elaboravit *cursum theologicum* super 4 ll. sententiarum ad mentem seraphici doctoris Bonaventurae, Lugduni 1687 t. 2 in f., quae tamen editio intolerabilibus erroribus typographicis foedatur. Scripsit etiam cursum philosophicum sub titulo: *Flores et fructus seraphici* ex seraphico paradiso excerpti, Lugduni 1677 t. 3 in 4; *tabulam* (utilissimam) seu indicem generalem in opera omnia s. Bonaventurae, ib. 1681; *glossam* sive Summam ex omnibus s. Bonaventurae expositionibus in s. Scripturam ib. 1681—85 t. 4 in 4., valde raram. — Felix Gabrielli O. Min. Conv., ordinis Magister generalis (ab a. 1653), deinde episcopus nursinus (1659—84), reliquit disputationes *de praedestinatione et reprobatione* ad mentem s. Bonaventurae et Scoti, Romae 1653 in 4; *de fide, spe et caritate,* ib. 1653. — Bonifacius Agostini O. Min. Conv. ex Monte Olmo, s. theologiae magister Cesenae, Viterbii, Florentiae ac tandem Romae in collegio s. Bonaventurae († 1698) *in 1. l. sententiarum* juxta mentem s. Bonaventurae commentarios edidit Romae 1696 in f.; in reliquos ll. commentarii lucem non aspexerunt. — Albertus Fardella cler. reg. Drepani a. 1620 natus, propter ingenii vivacitatem *monstrum* dictus [1]), juvenis jam ita effulsit, ut annos vix natus 19 Panormi philosophiam et deinde theologiam scholasticam variis in locis docuerit, etiam Parisiis. Hic ingenii acumine primarios parisiensis academiae doctores in sui admirationem traxit, qui praeter morem eum pluries ad publicas disputationes accersere. Ibidem primus omnium sententiam adinvenit et docuit singularem, daemones et animas in inferno ab igne materiali torqueri per unionem hypostaticam ad ignem [2]): pro qua sententia scripsit opusculum: *Ratiocinium pro doctrina de unione hypostatica ignis cum daemone,* quod reperitur in synopsi theologiae veterum patrum edita a Jac. Gravina Panormi 1734 p. 353—380. Opinionem suam nititur probare septem rationibus, et decem argumentis contra eam adductis ibidem respondet. Romae quoque plures annos theologiam docuit. Fuit concionator eximius: in rebus divinis versatus omnes prope Scripturae libros insigni memoriae vi retinebat. Instituti tenacissimus custos virtutes egregie coluit: morum praesertim suavitate et singulari humilitate clarus, omnibus mansuetudinis exempla exhibuit († 19.

[1]) De serv. Dei canonizatione III, 26. Cf. Poulain SJ., qui recentem ed. in Etudes LXXIX (1899), 267—73 recenset et nonnulla notat. Card. nostri autobiographia msc. asservatur in conventu rom. duodecim Apost.

[1]) Cf. Mich. Romeo S. J., Lira a due Corde, Panormi 1722 dedicationis p. 36.

[2]) Cf. Mongitore in additionibus ad Siciliam inventricem D. Vincentii Auria c. 10 p. 228.

Jan. 1683). Reliquit[1]) *Optica invisibilium* seu veritates fidei umbra et lumine naturae exortae per varias disputationes distinctae de Deo secundum se, Parisiis 1666 in f. — Augustinus de Angelis cler. reg. congr. Somaschae philosophiae et theologiae professor in Sapientia romana, episcopus umbriaticus (n. 1606; † 1681) edidit[2]): *Lectiones theologicae* de Deo clare viso, omnia sciente et nos praedestinante ac omnia creante in Summam contractae, Romae 1664 in 8; *de Deo ut trino et incarnato*, p. altera, ib. 1666 in 8; *Homologia* seu consensus historiae ecclesiasticae cum ss. canonibus, conciliis, epistolis decretalibus, bullis seu constitutionibus summorum pontificum in duas partes distributa, ib. 1666 in 8; *de recto usu opinionis probabilis*, quaestio unica in quinque lectiones distributa, ubi brevissima et clarissima methodo strictior nonnullorum opinandi modus, laxior aliorum temperatur, ib. 1667 in 8. — Benedictus a s. Jacobo Manzoni O. Erem. s. Aug. ortum habuit in castro Bondeni terrae ferrariensis. Philosophiae et theologiae lectorem egit, dein magno zelo concionatorem († 1690). Edidit: *SS. patriarchae Augustini axiomata theologica*, quibus explicantur quae de sancta doctrina et quibusdam divinis perfectionibus controvertuntur, Ferrariae 1673; *de ss. et arcano Trinitatis mysterio* s. P. Augustini axiomata selecta controversiis et dubiis explicata, Romae 1674; axiomata theologica S. P. Augustini *de angelis*, quibus explicantur difficiliora, quae de illis controvertuntur in scholis, Ferrariae 1676; *Enchiridion theologiae augustinianae* ex axiomatibus s. P. Augustini juxta seriem Summae s. Thomae 1678. — Anellus seu Agnellus Rossi O. Carm. Neapolitanus, philosophiae et theologiae regens edidit *cursum philosophiae*, Neapoli 1670, imo et theologiae (juxta Toppi) ib.

155. Jam ad gentem omnium feracissimam theologorum scholae accedamus, ad *Hispanos* scil., quorum et in hac periodo magnus est numerus. Raymundus Lumbier O. Carm., Navarrus ex urbe Sanguessa, in sua *theologio dogmatica*, Caesaraugustae 1674 v. 6 in 12., agit de essentia et attributis Dei, de visione, scientia et voluntate Dei, de Trinitate, fide, incarnatione, gratia et scientia Christi. Floruit ipse maxime in caesaraugustana academia, quam ad 40 annos etiam antecessor primarius ornavit habitus instar oraculi in publicis privatisque negotiis († 1684). Reliquit quoque *quaestiones theologico-scholasticas*, ib. 1680 v. 2 in f.; *observationes theologico-morales* circa propositiones ab Alexandro VII. et Innocentio XI. damnatas, Barcinone 1682 in 4., quae tamen fuere prohibitae a. 1684 et impugnatae a Laurentio M. Pisani († 1699), de quo cf. infra.— Ipsius sodalis Antonius a s. Joanne Baptista in tractu burgensi natus t. 12. adjecit celebri cursui dogmatico salmanticensi, de quo alibi egimus, Lugduni 1704 in f. — Martinus de Esparza Artieda S. J. gente Navarrus, n. a. 1606 in oppido Escaroz pampilonensis dioeceseos, Antonii Perez et Joannis de Lugo dignus discipulus, philosophiam Compostellae professus est, theologiam scholasticam diu Vallisoleti, Salmanticae, Romae, ubi erat praepositi generalis theologus et librorum censor († 21. Apr. 1689). Proposuit quaestiones disputandas, Romae, 1656—60; 1664, quas collegit in *cursum theologicum* in 10 ll. et 2 tomos distributum (secundum ordinem Summae s. Thomae) Romae, Lugduni 1666 v. 2 in f.; 1685 (ed. aucta); *de virtutibus theologicis*, Romae 1673; *de virtutibus moralibus* in communi, Romae 1674 in 8; appendix ad q. *de usu licito opinionis probabilis* continens re-

[1]) Cf. Mongitore I, 12 et Vezzosi I, 339.
[2]) Cf. Mazzuchelli, gli Scrittori d'Italia I, 754.

sponsionem ad quaedam recentiorum argumenta, ib. 1669 in 4; etiam in Apologetico Honorati Fabri S. J., Lugduni 1670 p. 341—438. Cum medio seculo XVII. Romae acriter controversia agitaretur, utrum ipsa *Virginis conceptio* dici possit *immaculata,* an potius dicendum esset *conceptio immaculata Virginis,* Alexander VII. interpellatus confestim mandavit, ut titulus immaculatae conceptionis Romae typis imprimeretur et evulgaretur, nullusque deinceps seu concionatoribus seu editoribus ejusdem tituli publicandi scrupulus injiceretur. Ne vero hujus pontificii oraculi memoria aliquando dilaberetur, scripsit theologus noster hoc titulo [1]): *Immaculata conceptio b. Mariae V.* deducta ex origine peccati originalis, Romae 1655 in f.; Florentiae 1655. — Thomas Muniessa S. J. e dioecesi caesar-augustana, theologus famosus, diu theologiae professor Barcinone, provincia Aragoniae praepositus († 17. Nov. 1696), fere integram theologiam complectitur in suis *disputationibus scholasticis* raris et pretiosis, t. 4, quorum duo prodierunt Barcinone 1687. 1689 in f., in quibus disserit de essentia, attributis Dei in communi et particulari, de ente supernaturali in genere, de incarnatione et eucharistia; alii duo prodierunt Caesaraugustae 1694 et 1700 (t. 4. posthumus); in his disserit de gratia actuali et habituali, de justificatione et merito; de providentia Dei, de fide divina, de baptismo. *Stimulus conscientiae* ex probatioribus sanctorum et theologorum doctrinis pro rectitudine morum in via legis et salutis aeternae primae veritati regulae primariae morum humillime consecratus ib. 1696; Dilingae 1699 in 4., in quo probabilismum tuetur adversus *Crisin de probabilitate* Genuae 1694 editam a B. Bisso, de quo infra, sed eum tuetur in sensu Thyrsi Gonzalez; hinc non solum impugnat tutioristas, verum et Terillum aliosque probabilistas benigniores.

156. Plures s. Thomam commentariis illustrarunt. Vincentius Ferre O. Praed. Valentinus inter primi nominis theologos hoc tempore, in variis ac praecipuis suae provinciae studiis ut vocant generalibus sacram doctrinam professus, tum Romam a magistro ordinis vocatus, in collegio s. Thomae ad Minervam primarius regens est institutus, quo munere annis fere 18 functus magno auditorum fructu († 1682). Prodierunt ejus *tractatus theologici* t. 8 in f., scil. t. 1. in 1. p. qq. 1—14; t. 2. in qq. 15—26; t. 3. in qq. 27—105; t. 4. in 1, 2. qq. 1—19; t. 5. in qq. 19 (ab a. 5) — 83; t. 6. (posthumus) in qq. 109—113; accessit tr. de merito ad q. 144. Fr. Perez a Lerma O. Praed.; t. 7. et 8. in 2, 2. de fide, spe et caritate et vitiis oppositis jam antea prodierant Romae 1669 in f. Hoc opus theologicum admodum rarum a Thomistis plurimum aestimatur, ea maxime ratione, quod quidquid theologiae praesertim thomisticae in controversiam venire possit, plane apteque in eo dilucidetur. — Augustinus de Herrera S. J. ex oppido s. Stephani de Gormaz dioecesis oxomensis, diu in complutensi academia primariae cathedrae magister († 18. Dec. 1684), edidit tractatus *de scientia Dei* ad 1 p. q. 14, Compluti 1672 in 4; *de voluntate Dei* in 1. p. qq. 19—21, ib. 1673 in 4; *de praedestinatione sanctorum et improborum reprobatione* in 1. p. qq. 22—24, ib. 1671 in 4; *de altissimo Trinitatis mysterio* in 1. p. qq. 27—43, ib. 1674 in 4; *de angelis* in 1. p. qq. 50—65 et 106—114, ib. 1675 in 4. — Augustinus Laurenço (Laurentius) S. J. in Angliam missus, ut esset Catharinae reginae, filiae Joannis IV. a concionibus († 1695), edidit *syntagmata theologica* sive principales theologiae tr. t. 1. ad 1. p. d. Thomae, qui

[1]) Cf. Plazza Causa immac. concept. ss. Dei M. Mariae act. 5 a. 1 n. 44.

complectitur triplicem tr. 1. de Deo viso sive de visione beata; 2. de Deo praedestinatore sive de divina praedestinatione; 3. de Deo uno et trino sive de sacrosancto Trinitatis mysterio, Leodii Eburonum 1690 in f.; t. 2. ad 1, 2. d. Thomae, qui continet triplicem tr. 1. de conscientia, ubi probabilismum tuetur; 2. de merito, 3. de reviviscentia meritorum, ib. 1692. Edidit praeterea cursum philosophicum *de triplici ente*, logico, physico et metaphysico, ib. 1687 t. 3 in f. — In Scoto illustrando versati sunt: Hyacinthus Hernandez de la Torre O. S. Franc. Bilbelitanus († 23. Nov. 1695) editis *cursu integro artium* ad mentem doctoris subtilis, Caesaraugustae 1663—1665 t. 4 in 4., et *commentariis in 1. et 2. l. sententiarum* ad mentem Scoti t. 10 in 8. ib. 1685; 1689; et 1688 t. 2 in f. — et hujus sodalis Thomas Llamazares Pincianus editis tum *cursu philosophico* ad mentem doctoris subtilis, Lugduni 1670 in 4., tum *quaestionibus theologicis, scholasticis, dogmaticis ac moralibus* ad mentem doctoris subtilis, ib. 1679 in f. — Franciscus Diaz O. S. Fr. professor complutensis praeter *dialecticam* disputatam per quaestiones et articulos distinctam, Matriti 1694 in 4. reliquit *theoremata theologica* ex 1. l. sententiarum doctoris subtilis, Compluti 1666.

157. Collationem inter doctorem angelicum et doctorem subtilem instituit nominatissimus Franciscus a s. Augustino Macedo [1]) natus Coimbrae 1594, ab a. 1614—1642 e Soc. Jesu, superiorum dein permissu O. S. Franc. In hoc ordine sodales philosophiam atque theologiam docuit; »novoque spiritu ductus inter regularis observantiae professores velut inter ignes minores luna affulsit Romae, Paduae, Venetiis [1]).« In patria plurimum promovit partes domus brigantinae, cujus causam egit apud reges Angliae et Galliae. Romam profectus sibi adeo conciliavit gratiam Alexandri VII., ut hic eum constitueret theologiae polemicae in collegio de propaganda fide, et in Sapientia romana historiae ecclesiasticae professorem atque s. inquisitionis consultorem. Sed acriori vehementiorique indole praeditus gratia excidit, hinc Venetias se contulit, ubi per octo continuos dies publice disputavit de s. Scriptura deque ejus sensibus, versionibus, interpretatione, expositione; de romanorum pontificum serie, auctoritate, deque oecumenicis conciliis; de historia ecclesiastica ab Adamo usque ad sua tempora; de ss. patrum graecorum et latinorum aetate atque doctrina, ac praecipue de s. Augustino, cujus opera exponere atque defendere paratus erat; de tota philosophia ac theologia speculativa et morali ac illius scholis, praecipue scotica, thomistica, jesuitica; deque ss. canonibus et institutis ac libris juris civilis; de historia graeca, latina, barbara, itala praecipue ac veneta; de rhetorica; de poëtica ad mentem Aristotelis deque illius formis et versibus, poëtis praecipuis graecis, latinis, italis, hispanis, gallis et oblata quavis materia paratus erat, ex tempore illam versibus promere [2]). Cuilibet disputa-

[1]) Hujus frater Antonius M. S. J. (n. 1612; † 1695) una cum legato Joannis III. in Sveciam missus partes habuit in conversione reginae Christinae: a qua dein Romam mittitur, ut laboris socios adduceret. Verum ipse in Urbe manere cogitur, ubi viginti annis poenitentiarium apostolicum egit. Praeter alia scripsit *Lusitaniam infulatam et purpuratam* seu pontificibus et cardinalibus illustratam, Parisiis 1663 in 4; *divi tutelares orbis christiani*, opus singulare, in quo de sanctis regnorum, provinciarum, urbium maximarum patronis agitur, Olisipone 1687 in f. Quem l. Zacharias in bibl. rituali t. II c. 3 p. 236 Francisco tribuit.

[1]) Biblioth. franc. I, 362; Biogr. univ. XXXI, 34.

[2]) Magna cum facilitate carmina fundebat tantaque copia, ut in nota adjecta elencho suorum librorum, qui in calce

turo ponere et rogare quid vellet licitum erat (26. Sept. 1667 et sequentibus diebus). Has disputationes inscripsit *Leonis Marci rugitus literarios.* Disputavit autem tanta tamque stupenda ad omnia parata memoria tantaque cum pompa, ut miraculum fuerit non solum tunc ibi praesentibus, sed etiam posteris: disputationemque absolvit extemporarius ex theologo poeta factus carmine mille versuum addito epigrammate de laudibus Venetorum. Ex fama plausuque hujus disputationis ad cathedram philosophiae moralis patavinam a senatu provectus et civitate donatus est a. 1667, ejusque decreto epigramma illud ipsius iconi suppositum in marciana bibliotheca meruit oculis posterorum exponi, et ‚Monstrum etiam scientiarum' propterea est dictus. Decessit grandaevus Patavii 1. Maji 1681.

158. Auctoris nostri opera vere sunt multa et varia, acumine non destituta, sed deest accuratio et judicium criticum. Ipse eorum [1]) numerat 46, Niceron [2]) 69, bibliotheca lusitana 109 edita et 30 mss. Potiora sunt: *Collationes doctrinae s. Thomae et Scoti* (in tres priores ll. sententiarum) cum differentiis inter utrumque, textibus utriusque fideliter productis, sententiis subtiliter examinatis, commentariis interpretum Cajetani in primis et Lycheti diligenter excussis et aliarum scholarum pene omnium, praesertim jesuiticae Suario et Vasquio auctoribus, controversiis apte probatis [1]), Patavii 1671. 1673. 1680 t. 3 in f., opus admodum rarum, praesertim t. 3., in quo agit de incarnatione et immaculata Mariae V. conceptione; *scholae theologicae positivae* ad doctrinam catholicorum et confutationem haereticorum apertae, Romae 1664 in f., in quibus praeter alia disputat de Verbo Dei dicto et viso, de Spiritu s., de judicio veritatis fidei et morum in dubiis circa illam ortis (apud Rocaberti bibl. pont. XII, 221—28); de infallibili auctoritate romani pontificis (ib. 229—48), de Ecclesia Christi, de ejus monarchia et hierarchia, de traditionibus, de sacramentalibus et caeremoniis, de peccato et justificatione a peccato, de purgatorio, de continentia clericorum, de possibilitate et impossibilitate mandatorum Dei, de canonizatione, beatitudine, cultu et invocatione sanctorum, de communione sub utraque specie, de antichristo (ib. 249—55). *De clavibus Petri* ll. 4, Romae 1660 in f. (ex parte ib. t. XII, 113—37), in quorum 1. agit de clavi papalis dignitatis, potestatis et jurisdictionis; in 2. de clavi interpretationis ac intelligentiae s. paginae; in 3. de clavi fidei dogmaticae; in 4. de clavi sacramentorum in genere et in specie. Accedit diatriba *de Pauli cum Petro* quoad episcopatum romanum et clavium potestatem *nova aequalitate* recens inducta (ib. 138—64). *Controversiae selectae* contra haereticos et schismaticos, ib. 1663 in 12., scil. de purgatorio, de funere et sepultura, de possibilitate et impossibilitate mandatorum Dei, de canonizatione et beatificatione sanctorum, de communione sub utraque specie. *Assertor romanus* adversus calumnias he-

Myrothecii sui *moralis* reperitur, scribere potuerit: „Carmina quantum recolendo praeterita consequi possum, omnis generis, quae scripsi et ex tempore fudi, ea opinor centum et quinquaginta myriades posse conficere, hoc est, sesquimillionem versuum." Prodiit ejus *Myrothecium* ex documentis moralibus, Patavii 1675 in 4.

[1]) In indice a se confecto et subjecto suo *myrothecio.*

[2]) Mémoires t. 31, 317—333.

[1]) De his ait Scheeben, Handbuch der kath. Dogmatik l. 1 n. 1063: „Die collationes von dem portugiesischen Skotisten Fr. Macedo sind sehr einseitig und hartnäckig skotistisch." Nonnisi per errorem Ossinger in sua biblioth. augustiniana p. 87 has collationes adscribit cuidam Francisco a s. Augustino, qui fuerit Augustinianus.

terodoxorum, anglorum praesertim et scotorum in academiis oxoniensi, cantabrigiensi et aberdontensi, ib. 1667 in f., seu vindiciae romani pontificis sive pontificatus, in quo agit etiam de illius jure ad temporalem principatum etc. *Tessera romana auctoritatis pontificiae* adversus buccinam Thomae Angli et classicum heterodoxorum, Londini 1654 in 4.. (ib. XII, 164—220). S. Augustini doctrinam acriter propugnavit, quo in certamine, inquit Norisius in praef. ad vind. august., omnium recentiorum studia vicit tot pro ea in lucem libris emissis, ut *Scrutinium d. Augustini* de praedestinatione, gratia et libero arbitrio, Londini 1644 in 4; Parisiis 1648; Monasterii 1649; quod aliud est a l. inscripto *Cortina d. Augustini* de praedestinatione et gratia adytis in centum oracula reclusis, s. Gregorii M. et Bernardi responsis confirmata, Parisiis 1648; Monasterii 1640; 1649 in 4., quo in l. augustinianae doctrinae adeo studiosus est, ut in isagoge hac velut tessera in literariam palaestram descendat: »Ego augustinianus sum, augustinianissimus sum.« *Mens d. Augustini illustrata* de duplici adjutorio gratiae, Londini 1655 in 4. etc. Cum vero hisce in operibus propenderet in Jansenii opiniones, mox ac eae condemnatae fuere per Innocentium X., sententiam mutavit, defenditque Jansenium has propositiones sensu damnato docuisse in l. *Mens divinitus inspirata ss. papae Innocentio X.* super quinque propositionibus Corn. Jansenii, Londini 1655 in 4, quo tamen multis utitur sophismatibus violentis (cf. Scheeben Handb. l. VI n. 226). *Concentus euchologicus s. matris Ecclesiae in breviario et s. Augustini,* Venetiis 1668 in f., in quo erudito volumine harmoniam quoque exercitiorum s. Ignatii ac operum s. Augustini exhibet, qua occasione animadvertit: »Soleo idque expertus ac prudens dicere, haud facile inter sanctos reperiri alium Augustino cum doctrinae, quae a Deo est et mystica appellatur, tum institutae a se et aliis indictae vitae ratione quam Ignatium similiorem.« Quae quidem fusissime per 28 capita collatis ex utroque sententiis comprobat. *Commentationes duae ecclesiastico-polemicae,* altera pro s. Vincentio Lirinensi et Hilario Arelatensi, altera pro s. Augustino et patribus africanis, Veronae 1674 in 4. Prior displicuit Norisio, qui adversus eam edidit *Adventoriam Francisco Macedo* inscriptam, quam reperies in Patrol. lat. Migne 47, 538 ss. Ceterum amicitiae foedere jungebantur docti hi viri, ut patet ex hac ipsa adventoria aliisque Norisii testimoniis. Ita in vindiciis augustinianis c. 3 § 2 fatetur, Macedum sibi auctorem fuisse, ut tum historiam pelagianam tum suas vindicias augustinianas vulgaret. Hoc tamen non impedivit certamina literaria contentione animorum tanta inter eos gesta, ut s. inquisitio utrique silentium imposuerit. *Medulla historiae ecclesiasticae* emaculata, emedullata, vindicata, Patavii 1671 in f., alia ut dicitur editio l. supra laudati *Assertor romanus;* diatriba *de adventu s. Jacobi* in Hispaniam, Romae 1662; *Azymus eucharisticus* sive RR. P. Fr. Jo. Bona ab. generalis Cist. ex congr. fuliensium doctrina de usu fermentati in sacrificio missae per mille et amplius annos a latina Ecclesia observato... examinata, expensa, refutata, Ingolstadii (verius Patavii vel Venetiis) in 8., decreto 21. Jun. 1673 ‚donec corrigatur' proh. Illum correxit et edidit Veronae 1673 in 8; reperitur etiam in bibliotheca selecta *de ritu azymi et fermentati,* Bononiae 1750 t. 1. Eodem tempore edidit de hoc argumento *disquisitionem theologicam,* Veronae 1673 in 4. Auctoris sententiam confutavit Mabillon[1]). *Schema s. congregationis s. Officii romani* cum elogiis em. cardinalium et

[1]) Norisii judicium de hoc l. cf. in ejus ad Bona epistola, inter hujus epistolas p. 301. Cf. Zaccaria in biblioth. rit. II, 235 ed. rom. a. 1777.

corollarium de infallibili auctoritate romani pontificis in mysteriis fidei proponendis et ejusdem controversiis decidendis, Patavii 1676 in 4., opus mirae et singularis eruditionis[1]). Dure de hoc auctore, qui in elogio ipsi in monasterio aracoelitano posito dicitur ‚vir omniscius et memoria infallibilis' etc., judicat Zaccaria scribens: „Si par eruditioni judicium ac ratiocinandi vim nactus fuisset, inter doctiores suae aetatis viros censendus facile foret: sed quum illi nec satis acre ac limatum judicium nec prudens electio argumentorum, thraso literarius potius, quam literatus vir audiit." Et in nota subjecta: „Si nosses hominem, abstinuisses ab ejus censura. Satius est eum non curare, quam confutare, ita Bona in epistola qua Mabillonium hortatur, ut quae in Macedum scripserat, e sua dissertatione expungeret."

159. S. Anselmi theologiam excoluit praeter virum summum Josephum Saenz d'Aguirre O. S. Ben. cardinalem, de quo infra, alter sodalis Joannes Baptista Lardito pro Hispania et Anglia quondam generalis magister, doctor ac primarius theologiae professor in academia salmanticensi 3 voluminibus scholastico stilo conscriptis, quae prodierunt Salmanticae 1699. 1700 et 1703 in f. Prior t. inscribitur: *S. Anselmi . . . uterque l. cur Deus homo, necnon alius de incarnatione Verbi et fide Trinitatis scholiis et commentariis illustratus,* disputationibus scholasticis amplectens quidquid a d. Thoma 3. p. a q. 1—26 de Deo incarnato examinatur. Tomus 2. tr. *de summa Trinitate, de voluntate Dei ejusque visione beata* scholasticis disputationibus amplectens: qua occasione l. ejusdem doctoris de processione Spiritus s. illustrat. Tomus 3. tr. *de peccatis in communi et in particulari,* personali et originali hominum et angelorum ac tandem de gratia eorum abstersiva complectitur, illustratque l. de conceptu virginali et originali peccato. Doctrinam s. Anselmi et d. Thomae ubique inter sese convenire nititur ostendere, ut propterea in praefatione t. 1. dixerit: „Quae Augustinus tradidit, Anselmus non tam theologice scripsit, quam ascetice gustavit; utrumque includit Thomas." — Ne Henricus Gandavensis oblivioni traderetur, scripsit Franciscus Antonius de Zambrana Davalos O. SS. Trin., s. theologiae magister et regi catholico a concionibus, *commentaria in prologum sententiarum* mag. Henrici Gand. seu quaestiones disputatas de s. theologia ejusque locis et argumentis.

160. De singularibus argumentis e Soc. Jesu plures egerunt, ut Christophorus de Ortega ex oppido s. Clementis dioeceseos conchensis, qui philosophiam quinquennio, theologiam 20 annis professus est († 22. Jan. 1686 fere nonagenarius). Edidit controversiarum dogmaticarum scholasticarum t. 2 *de Deo uno,* in quibus etiam fuse quidquid hactenus pro scientia media vel adstruenda vel impugnanda a variis auctoribus tentatum est, radicitus examinatur ac de auctoris penu illustratur et augetur, Lugduni 1671 in f.; aliud (3.) volumen ib. 1664 in f. complectitur tr. duos de Trinitate necnon de incarnatione. T. 1. tamen prohibitus fuit 29. Jan. 1716. *Allegatio theologica* pro frequentissima Augustino, patribus, conciliis et Ecclesiae propositione *Deus assumpsit hominem,* Toleti 1657 in 4., quae displicuit Indici hispano. — Philippus de Aranda acutus theologus, eloquio disertus et in

[1]) Feller V, 426: „C'est une dissertation sur l'inquisition, où l'érudition et les singularités sont semées à pleines mains. L'auteur fait remonter l'origine de ce tribunal jusqu'au commencement du monde, idée qui, d'abord très-paradoxale, devient plus soutenable, quand on réfléchit que tout ce qui sert à réprimer l'erreur et le vice est une espèce d'inquisition."

scholastico pulvere athleta exercitatus ac plane dexter [1]), philosophiae et theologiae professor Caesaraugustae (n. 1642; † 3. Jun. 1695), typis dedit: In 1. p. *de Deo sciente, praedestinante et auxiliante* seu schola scientiae mediae ll. 13, triplici tractatu divisi, proposita et defensa, ib. 1693 in f., quibus universam scientiae mediae scholam plene complexus est, solide ac subtiliter expositis ac illustratis etiam iis, quae ad praedestinationem ac gratiam spectant. In l. 3. diligenter expendit auctor mentem Augustini circa naturam gratiae efficacis, ejusque verba difficilia non difficulter explicat procul ab omni praedeterminatione, qua voce illum ne aequivalenter quidem unquam usum esse multis contendit. Adjecit appendicem excursionem, cur secunda persona Trinitatis prae tertia Filius et illius processio generatio dicatur. *De divini Verbi incarnatione et redemptione generis humani,* ib. 1691; in 1. 2. s. Thomae ll. 12 *de homine moraliter et supernaturaliter operante,* seu moralis theologiae basis triplici tractatu fundata: de actibus humanis, de bonitate et malitia et de supernaturalitate, ib. 1694 in f. — Matthias Borull S. J. Valentinus (n. 1615; † 22. Apr. 1689), theologiae scholasticae a. 15 professor, disputavit *de essentia et attributis et visione Dei* (cum prooemialibus Theologiae), Lugduni 1664 in 4; *divina scientia futurorum contingentium praecipue media* contra novissimos impugnatores defensa, ib. 1656 in 4., scil. contra opus *de primatu divinae libertatis* ad sciendum et discernendum de contingentibus contra scientiam mediam, auctore H. de Vives (de quo cf. III[3], 925); *de voluntate Dei,* ib. 1661; *de Trinitate,* 1662 in 4. — Didacus de Avendaño S. J. Segoviensis, in regno peruano philosophiae et theologiae professor († 31. Aug. 1688), praeter alia reliquit *problematum theologicorum* t. 2. in f. scil. *de Deo uno* praecipuas difficultates circa illius exsistentiam, constitutionem, attributa, visionem, scientiam, voluntatem praedestinationemque complectens, cum dilucida nec trita explicatione et prolusione apologetica pro V. Deiparae immaculata conceptione, t. 1. Antwerpiae 1668; *de divina Tritinitate* cum splendido et votivo praeludio amphitheatri misericordiae; corollario ad immaculatum V. Deiparae spectante conceptum, in quo non peccasse in Adamo, nec debito origineae subjacuisse maculae multipliciter demonstratur, ad locum Ps. 88, 38, cum appendice ad alias conducente materias, in quibus aliquid de mysterio ss. Trinitatis occurrit et praesertim circa omnia N. L. sacramenta, t. 2. ib. 1668, opus rarum; *thesaurus indicus* sive generalis instructor pro regimine conscientiae in iis, quae ad Indias spectant, t. 5 in f. ib. 1668—75; *Cursus consummatus* seu recognitiones theologicae, expositivae, scholasticae et morales, ib. 1686 in f.; *Epithalamium Christi et s. sponsae* seu explanatio Ps. 44, in qua praecipua catholicae Ecclesiae elucidantur mysteria et multa ac varia pro sanctorum exornatione ac formatione morum expenduntur, Lugduni 1653 in f.; *In Amphitheatrum misericordiae* expositio Ps. 88, in qua magnorum mysteriorum lumina, illustriorum SS. elogia, theologici occursus et utilis pro moribus splendet apparatus, ib. 1666 in f. — Alius ab eo est Michael de Avendaño y Eztenaga S. J. Guipuzcoanus, theologiae scholasticae a. 12 professor († 7. Jan. 1686), qui tribus tomis in f. egit *de divina scientia, praedestinatione et de concordia scientiae et praedestinationis cum libertate,* in civitate Lassionensi vulgo San Sebastian 1674, quod tamen opus fuit prohibitum 6. Febr. 1685. — Carolus Felix de Echeverria S. J. Madritensis, theologiae moralis et dogmaticae professor (15. Aug. 1699), elucubravit

[1]) Mich. a s. Joseph III, 474; Sommervogel I, 501—3.

tractatum *de angelis*, Compluti 1697 in 4. — Petrus Oxea S. J. patria Trasmozensis in Aragonia a. 20 theologiae scholasticae professor, disputavit scholastice *de virtute fidei*, Caesaraugustae 1661 in 4; *de virtutibus spei et caritatis*, ib. 1662 in 4; tr. moralis *de virtutibus theologicis*, ib. 1670 in 4.

161. Franciscus Carasco O. Praed. gymnasii gregoriani Vallisoleti moderator et regens reliquit *dubia*, quae praecipue disceptari solent in theologia juxta communiorem Thomistarum doctrinam, Vallisoleti 1695 in 4; 1712 vol. saltem 5 haud spernenda. — Antonius Gonzalez de Rosende Pincianus reg. cler. min. professor theologiae complutensis, regius ecclesiastes et consultor seu qualificator theologus apud patres supremi negotiorum fidei senatus, edidit *disputationes theologicas* t. 3 in f., in quibus zelo bono, sed non maturo consilio, specioso titulo augustinianae doctrinae ductus opiniones jansenianas tradit. In horum t. 1 disputat de justitia originali; in 2. de peccato originali: in 3. de justitia gratuita, qui respondent tribus statibus, quos de facto natura humana subiit integritatis et medicinae [1]). Prodiit t. 1. Lugduni 1677. Utrum alii prodierint, nobis non est compertum. Ceterum opus fuit prohibitum 26. Jun. 1681 et 13. Nov. 1689. *Memorial per la Inmacolada concepcion de Nuestra Senora*, Matriti 1645; *Vida y Virtudes* del Ill. y Exc. S. D. Juan de Palafox y Mendoza, Obispo de Osma, ib. 1666 in f.; 1671 ed. aucta. — Fr. Galianus Spuche O. S. Hier. sodalitii sui praepositus generalis elaboravit controversiam dogmaticam *pro veritate, spiritu, perfectione legis gratiae* et aliis excellentiis illius privative datis et concessis in statu praesentis Ecclesiae ex plenitudine gratiae, ex meritis Christi praesentis et passi, et in adventu Spiritus s. confirmatis, contra assertores, quod in V. Testamento fuit verus status religiosus cum votis et consiliis cum spiritu legis gratiae substantialiter evangelicus et ejusdem rationis cum statu religioso christiano, Matriti 1696 in 4., contra quam scripsit Liberius a Jesu (cf. infra). — Melchior Fuster Valentinus, in academia valentina professor theologus, et sede valentina vavante vicarius capitularis, disputavit *de voluntate Dei*, Valentiae 1650 in 4.

162. De b. Maria V. scripserunt: Thomas Frances de Urrutigoyti O. Min. Caesaraugustanus [1]), vir apprime doctus et clarus theologus marianus († 1682), qui edidit *certamen scholasticum*, expositivum argumentum pro Deipara continens quae de instanti conceptionis possunt controverti, stilo

[1]) Franciscus Placet O. Praem. auctor alioquin ignotus (fl. c. 1672), reliquit opuscula huc spectantia singularia et admodum rara ex. gr. *La Corruption du grand et petit Monde.* Où il est montré, que toutes les creatures, qui composent l'Univers, sont corrompues par le pecché d'Adam etc., Parisiis 1668 ed. 2; *La Corruption des cieux* par le péché etc. 1672. *L'état des ames separées*, Paris 1670 etc. Cf. Goovaerts II, 49 s.

[1]) Habuit auctor noster alios duos fratres doctos, quorum unus, Michael Antonius F. de U. juris canonici erat doctor, caesaraugustanae urbis ecclesiae canonicus († 1670), edidit tr. *de ecclesiis cathedralibus* earumque privilegiis et praerogativis, in quo omnia, quae ad earum erectionem usque ad divinorum celebrationem habentur, Lugduni 1665 in f.; accedit tr. *de jurisdictione adjunctorum* Ludovici a Savaria, Venetiis 1698. Cf. Journal des Savans 1666 p. 553; *Juris utriusque resolutiones*, Lugduni 1669. — Alter Didacus Antonius juris doctor, turiasonensis decanus et canonicus, dein aliis obitis muneribus episcopus balbastrensis (1656), inde translatus Terulam, demum archiepiscopus turiasonensis († 7. April 1682). Reliquit plura opera, ut *Pastorale regularium* sive commentarius ad Breve Innocentii X. de episcoporum et regularium juribus 16. Maj. 1648 emanatum, Lugduni 1655 in f.: *de intrusione*, ib. 1661 in f. etc.

scholastico et positiva speculatione, Lugduni 1660 in f.; *certamen* ... complectens natalitium Virginis, praesentationem, desponsationem, anunciationem, visitationem et gravidationem, Barcinone 1670 in f.: *certamen* . . ., sacerrima arcana continens V. Deiparae partus, nitidissimae purificationis, venerandae fugae, reditus mariani, actorum Deiparae in Jesu juventute, dirissimi martyrii juxta crucem, gaudiique in Filii gloriis et magisterii Dei Genitricis in Ecclesia, ib. 1673 in f.; *certamen* . . . continens aeterni Filii matris felicissimam dormitionem, assumptionem et ejus sacras apparitiones, ib. 1675 in f., *Consultationes* (100) in re morali [1]), Tolosae 1682 in 4. — Sebastianus de Novaes S. J. Bracharensis, qui theologiam moralem novennio, sexennio scholasticam professus est († 28. Jan. 1692), opusculum elegans elaboravit: *Lilium inter spinas* sive conceptus Dei Genitricis incontaminatus, Conimbricae 1648 in 16. — Josephus a s. Theresia O. Carm. († 1697) tr. edidit *circa definibilitatem immaculatae conceptionis b. Virginis*, Giennii 1650.

163. Neque Hiberniae defuit insignis theologiae scholasticae cultor, scil. Bonaventura Baron O. S. Franc. Colonmeliensis nobili origine natus, ex sorore nepos Lucae Waddingi, frater Gualfridi, pro catholica fide in Hibernia martyris, theologiae lector, qui in bona senectute oculorum lumine orbatus decessit 1696. Innotuit pluribus operibus, ex quibus mentione digna: *Boethius absolutus* sive de consolatione philosophiae ll. 4, Romae 1653 in 12; *cursus philosophicus*, Coloniae 1660 t. 3 in f.; *annales Ord. ss. Trinitatis Redemptionis Captivorum* t. 1. (et unicus) primam centuriam complectens a. 1198—1297, Romae 1684 in f., opus rarissimum; *opuscula* prosa et metro t. 1. et 2. Lugduni 1669; t. 3. ib. 1671 in f.; t. 4. et 5 (ineditus), ea prohibita fuere 20. Jun. 1690. *Scotus per universam philosophiam, logicam, physicam et metaphysicam defensus*, Coloniae 1664 t. 3 in f.; t. 4. mscr. reperitur sed non integer Halae apud sodales in Tiroli. Doctor subtilis in materia *de Trinitate* contra adversantes defensus, Lugduni 1666 in f.; *de Deo uno* defensus, ib. 1670 in f.; *de angelis* defensus et quaestionum novitate amplificatus, Florentiae 1676 in f. opus rarum; *controversiae et stratagemata*, Lugduni 1656; *tractatus theologici*, ib. 1676 t. 3 in f. (secundum alios Parisiis 1676 t. 6). — Marcus Forstal O. S. Aug., regens studiorum Graecii, lector theologiae apud praemonstratenses zabrdovicenses in Moravia, in suae provinciae praesidem electus (1659), post reditum in patriam (1672) episcopus kildariensis [1]) factus est († 1683). Reliquit *Gratiae Dei enchiridion* ad sex ultimas qq. 1. 2. p. s. Thomae Pragae 1658 in 8.

[1]) Alia ejusdem opera cf. in Bibl. franc. III, 119.

[1]) De ejus pro fide exantlatis laboribus et passionibus cf. Bellesheim Geschichte der k. Kirche in Irland II, 626.

II. Theologia positiva et polemica.

164. Quo plures ex *Hispanis* theologiam scholasticam excoluerunt, eo pauciores huc referre possumus [1]). Franciscus de Sequeiros et Sotomajor O. Erem. s. Aug., theologiae pro-

[1]) Celebriores theologi, quos sub aliis disciplinis recensuimus et qui etiam in theologia positiva atque polemica excelluerunt, sunt Augustinus Reding (p. 332), Bern. Sannig O. Min. (p. 335), Franc. a s. Augustino Macedo O. Min. (p. 361) etc.

fessor Compluti e cathedra s. Thomae indeque ex primaria magistri sententiarum scripsit *Eurythimia pontificalis* adversus euroclydam cleri gallicani *de ecclesiastica potestate* declarationem simulque diss. super c. »Unam Sanctam«, utrum pontifex tamquam Christi vicarius omnibus et in omnibus sive temporalibus sive spiritualibus dominetur et praesit, Compluti 1683 in 4. — Joannes a s. Thoma Ord. Disc. ss. Trinit. Red. capt. ex Sarasa Navarrae oppido, praeter *prolegomena in Scripturam s., de restrictionibus mentalibus* cum vindiciis Leandri a ss. Sacramento et Th. Sanchez, disputavit *de infallibilitate summi pontificis independenter a concilio generali,* Salmanticae 1692. — In primis vero ad romani pontificis auctoritatem vindicandam illustrandamque maximam contulit operam Joannes Thomas de Rocaberti de Perelada O. Praed. nobili de stirpe natus a. circiter 1624 Pereladae in Catalonia. Sic literis emicuit inter aequales, ut in valentina academia per agones omnes scholasticos lauream consecutus et s. doctrinae cathedram, quam vocant perpetuam, adeptus sit. In comitiis generalibus Romae 1670 coactis magister ordinis electus est LVIII. A rege catholico Carolo II. ad valentinam sedem oblatus 1676, a summo pontifice Clemente X. acceptatus et inauguratus est. Imo rex ipsum semel ac iterum constituit regni valentini proregem ac gubernatorem et generalem Hispaniae inquisitorem († 13. Jun. 1699). Edidit l. apologeticum *de romani pontificis Honorii I. invicta in fide constantia,* Valentiae 1691 in f., qui est prodromus majoris operis *de romani pontificis auctoritate* t. 3 in f., in quorum 1. agit de auctoritate romani pontificis infallibili extra concilium et illibata rom. pontificis in fide constantia vindicatur, ib. 1691; in t. 2. Honorii I., Joannis XXII., Nicolai III. et Gregorii VII. invicta in fide constantia asseritur, ib. 1693; in 3. romani pontificis suprema potestas in temporalibus tam directiva quam coactiva propugnatur, ib. 1649. Quod opus Italis quidem et Hispanis acceptissimum, non placuit Gallis: supremi enim senatus parisiensis decreto 20. Dec. 1695 lato ceu molis indigestae opus, multis refertum propositionibus nulla probatione suffultis, contra sensum Ecclesiae catholicae [1]), traditiones sacras et ss. patrum ac theologorum doctrinam communem allatis et ad contumeliam gallici nominis dumtaxat ex professo compositis, confixum fuit, et prohibitum illius exemplaria in Galliam invehere, exponere vel retinere. Ut vero omnis generis arma suppeditaret pro vindicando romani pontificis primatu condidit *bibliothecam maximam pontificiam* [2]), in qua auctores melioris notae,

[1]) *Catholicae* i. e. gallicanae, seu potius theologorum illorum, qui declarationem cleri gallicani a. 1682 propugnantes Ecclesiam catholicam se repraesentare arbitrabantur.

[2]) Servato ordine auctorum alphabetico vulgantur in hac bibliotheca sequentium scriptorum (circa 120) lucubrationes: in t. I. Abr. Bzovii pontifex romanus; Abr. Echellensis de origine nominis papae necnon de illius proprietate; Ad. Tanner S. J. de summo pontifice — In t. II. Aeg. Columnae de renunciatione papae; Adolphi Schulkenii apologia pro Bellarmino de potestate rom. pontificis; Agobardi de comparatione utriusque regiminis; Al. Copi dialogus 1; Alb. Pighii hierarchiae ecclesiasticae l. 3. 4. 5; Alb. Pii dialogus de primatu d. Petri; Alex. a s. Elpidio tractatus de ecclesiastica potestate; Alex. a Turre de fulgenti radio etc. (ex parte); Alph. Alvarez Guerrero de ecclesiastico-divina potestate et unitate rom. Ecclesiae (ex parte): Alph. de Castro adv. haer. l. 12. — In t. III. Alph. Mendoza, an summum pontificem esse Romae sit de jure divino; Alv. Pelagii de planctu Ecclesiae l. 1; Ambr. Catharini excusatio disputationis contra Martinum (Lutherum); Amadei Chiroli de Raconisio disp. 3. et 4. ex luminibus fidei divinae; Andr. Duvallii de suprema R. P. potestate; Andr. Lao de summo pontifice; Ang. de Clavasio summa angelica (ex parte); Ang. Petriccae a Sonnino de appellationibus om-

qui hactenus pro sancta romana sede tum theologice tum canonice scripserunt, fere omnes continentur, Romae

---

nium ecclesiarum ad rom. s. Petri cathedram; turris David l. 2. 3.; de potestate apostolorum. — In t. IV. Annib. de Grassis († 1590) de jurisdictione univ. summi pontificis in temporalibus; Angeli Roccae commentarius de s. summi pontificis communione sacrosanctam missam solemniter celebrantis; s. Anselmi ll. 2 pro defensione Gregorii VII.; ex s. Antonini summa theologica tit. 22. de summo pontifice; Ant. Dianae de primatu solius Petri ac differentia inter ipsum et d. Paulum disceptationes apologeticae; ex Ant. Augustini epitome juris pontificii veteris tractatio de summo pontifice; Ant. Florebelli opus de auctoritate Ecclesiae; ex Ant. Paulutii jurisprudentia sacra de Ecclesia, summo pontifice ceterisque Ecclesiae dynastis et de comitiis ecclesiasticis, conciliis et synodis; Ant. Possevini S. J. tr. de summo pontifice; Ant. Sanctarelli S. J. tract. de potestate rom. pontificis in puniendis principibus haereticis; ex Aug. Barbosae op. de jure eccl. l. 1. de personis ecclesiasticis; Aug. de Bellis l. de absoluta d. Petri monarchia; ex Aug. Oregii summae theol. t. 2. c. 5. de hierarchia eccl.; Aug. Steuchi pro religione christiana l. 2. de unitate religionis christ., quae ex uno capite unaque sede romana pendeat; ex Ant. Perez pentateucho fidei l. 1. dubium 24. et ult. de Ecclesia; l. 2. d. 2—6. de conciliis; l. 5. de rom. pontifice. — In t. V. Balth. Nardi expunctiones et animadversiones locorum, qui in l. de papatu rom. ignoti auctoris depravantur, mutilantur et tam falso afferuntur, quam in l. p. reipublicae M. Ant. de Dominis; ex Bapt. Fragosi S. J. theologiae moralis t. 2. l. 1. de obligatione ss. pontificis; l. 2. de ejusdem potestate quoad indulgentias, l. 3. de illius potestate quoad dignitates eccl.; Barlami ep. gyracensis ep. de unione rom. Ecclesiae et processione Spiritus s.; ex Barth. Fumi Summa Armilla tit. Papa; ex Barth. Mastrii op. theologici ad mentem Scoti editi t. 4. qq. de summo pontifice; Bald. Junii O. Min. l. 3. de rom. pontifice et l. 4. de Ecclesia militante: Bernaldi constantiensis presb. apologeticus pro Gregorio VII. seu tractatus de sacramentis excommunicatorum juxta assertionem ss. PP.; ex Boetii Eponis l. 1. de jure sacro c. 3. 4; ex ejusdem de jurisdictione ecclesiasticorum temporali qq. 5; glossema in c. Constantinus;

1695—1699 v. 21 in f. In auctorum vero lucubrationibus, quas huic bibliothecae inseruit, nihil prorsus immuta-

---

de hierarchia eccl. vel uno capite Ecclesiae in terris aspectabili; de provocatione a ss. pontifice ad conc. generale. — In t. VI. Cataldini de Boncompagnis bononiensis ICti tr. solemnis et aureus de translatione s. conc. Basileae et potestate papae; Celsi Mancini Ravennatis, canonici reg. lat. de juribus principum ll. 2. 3. 4; Chr. Lupi diss. de antiquis ecclesiae gallic. ad sedem ap. appellationibus; de rom. appellatione Eutychetis, s. Flaviani et Theodoreti; dictatus s. Gregorii VII., diss. de rom. episcoporum consecratione; Christoph. Marcelli archiep. Corcyrae de haeresis pravitate et Lutheri perfidia l. 1; ex Coel. Sfondrati Gallia vindicata diss. 2. 3. 4.; s. Cypriani de unitate Eccl. — In t. VII. Car. Scribanii S. J. de controversiis fidei earumque judice c. 4; Caes. Petri Mich. Delphini Parmensis certissima et novissima decisio de proportione papae ad conc., et utroque ejusdem principatu; Const. Cajetani O. S. Ben. de singulari primatu s. Petri solius; ejusdem de rom. s. Petri domicilio et pontificatu concertatio; Cam. Campegii O. Pr. de primatu rom. pontificis contra M. Flaccium Illyricum; cathedrae apost. oecumenica auctoritas ex occasione 4 cleri gallic. propositionum a. 1682 editarum asserta et vindicata ab auctore (Aug. Reding) inexstinctae conc. trid. veritatis; Cypriani Beneti O. Pr. l. de prima orbis sede, concilio, ecclesiastica potestate et papae supremo insuperabilique dominio; Cuneri Petri verae ac germanae D. N. J. Chr. Ecclesiae designatio atque ejusdem per 14 proprietates ostensio. — In t. VIII. Didaci de Cea O. Min. Archielogia sacra principum ap. Petri et Pauli; Did. Nugni O. Pr. in 3. p. q. 20. de his, in quibus usus clavium exerceri potest; D. Petavii de hierarchia eccl. l. 1. c. 2. 10; l. 2. c. 7; l. 3. cc. 14. 15. 16; ex Dom. Bannez comm. in 2. 2. q. 1. a 10. dubitationes de rom. pontifice; e Dom. Gravinae praescriptionibus adv. haereses qq. 1—6 de infallibilitate rom. pontificis; ejusdem disceptatio specialis de Ecclesiae notis cui coetui conveniant; q. 2. controversiae 8 de causis conciliorum; apologeticus pro sacro deposito fidei cath. et apost. fideliter a rom. pontificibus custodito. — In t. IX. Dom. Jacobatii card. tr. de concilio ll. 3—10; Dom. Mariae Marchesii O. Pr. theologiae bipartitae t. 1. tr. 1. de capite visibili Eccl.

vit, nec opiniones antiquatas expunxit aut ad modernorum placita transformavit. Negari nequit hanc collectionem esse pretiosam ac copiosissimum pro vindicandis primatus juribus promptuarium. Curavit praeterea

---

disp. 1—4, necnon appendix ad tit. 3. disp. 2. de potestate non solum spirituali, sed etiam temporali rom. pont. in toto orbe cath. — In t. X. Dom. Segneri antiatis J. U. D. opus Dei admirabile seu de suprema dignitatis ac potestatis plenitudine s. Petro ejusque successoribus a Chr. D. concessa; Dom. Soto O. Pr. q. 2 de potestate eccl. et exemptione clericorum; e Dom. de s. Thoma O. Pr. manualis thomistici t. 4. controv. 237. de Ecclesia Christi et papa; e Dom. a ss. Trinitate O. Carm. bibliothecae theol. t. 3. sect. 3 c. 11. de Ecclesia rom.; s. 4. de ss. pontifice; s. 5. de ss. conciliis. — In t. XI. Eliae Astorini O. Carm. prodromus apolog. de potestate s. sedis apost.; Em. a Schelstrate varia opuscula; Eug. Lombardi seu Coel. Sfondrati regale sacerdotium rom. pontifici assertum; Franc. Vargas tr. de auctoritate P. M. et episcoporum jurisdictione. — In t. XII. Franc. Agricolae Lonensis tr. de primatu s. Petri Ap. et successorum ejus rom. pont.; Franc. a s. Augustino Macedo O. Min. diss. 1—4. de clavibus Petri; diatriba de Pauli cum Petro quoad episcopatum rom. et clavium ordinariam et pontificiam potestatem nova aequalitate recens inducta; de auctoritate papae qq. 5, de judicio veritatis fidei et morum in dubiis circa eam ortis schola 6., de infallibili auctoritate R. P. schola 7., de antichristo sch. 13; Fr. Peña l. de regno Christi; ex Fr. Suarez defensione fidei cath. et apost. adversus anglic. sectae errores l. 3. de ss. pontificis super temporales reges excellentia et potestate; l. 5. de antichristo; de ss. pontifice disp. 10; de conciliis d. 11. — In t. XIII. ex Gr. de Valentia S. J. comment. theolog. t. 3. q. 5. disp. 1. punct. 7. item qq. 6. 7., ejusdem analysis fidei; Gasp. Contareni card. de potestate pont. in usu clavium et compositionibus ep. 2 ad Paulum III., ejusdem de potestate pont., quod divinitus sit tradita commentariolus: Gennadii Scholarii patriarchae CP. de primatu papae l.; Henrici VIII. scriptum de primatu R. P. et de indulgentiis advers. Lutherum; Hier. Mutii tr. de rom. Ecclesia; e Jac. Simancae l. de institutionibus cath. tit. 45; Jac. Latomi de primatu Pont. adv. Lutherum; Joan. de Turrecremata card. Summae l. 2 de potestate papali; l. 3. de conciliis; ejusdem de ss. pontificis et generalis conc. potestate ad basilien-

---

sium oratorem in florent. synodo responsio viva voce exhibita. — In t. XIV. e J. B. Goneti cursu theologico tr. de fide disp. 3. de Ecclesia; d. 4. de ss. pontifice; Joan. Eckii ll. 3 de primatu Petri adv. Lutherum; Jo. Fabri ep. constantiensis opus de primatu Petri et Rom. P. adv. Lutherum; Jo. Matth. Cariophili archiep. iconiensis confutatio Nili de primatu papae; Jo. Fisher ep. roffensis convulsio calumniarum Ulr. Veleni, quibus Petrum nunquam Romae fuisse cavillatur; ejusdem confutationis errorum Lutheri circa d. Petri successores art. 25—29. — In t. XV. Laur. Brancati de Lauria card. in 3. Sent. disp. 5. de decretis Eccl.; d. 6. de objecto materiali fidei in qq. facti; d. 8. de proponente legitime res fidei; Laelii Jordani ep. acernensis l. de majoribus episc. causis ad Papam deferendis, et de rom. sedis origine atque auctoritate; Leon. Marii catholica hierarchiae eccl. assertio, in qua b. Petri et rom. sedis primatus contra haeresim et schisma M. Antonii defenditur; Leon. Coquaei Anti-Mornaeus seu confutatio mysterii iniquitatis seu historiae papatus Phil. Mornadi; Lud. Thomassini Or. diss. 20 in conc. — In t. XVI. M. Ant. Capelli O. S. Franc. disp. 2, quarum prior de ss. pontificatu b. Petri, posterior autem de successione episcopi rom. in eundem pontificatum ag. t; ejusdem l. adv. praetensum primatum eccl. regis Angliae; dissertatio de appellationibus ecclesiae afric. ad rom. sedem; Melch. Cani locorum theolog. ll. 4. 5. 6; Mich. de Aniñon caesaraugustani tr. de unitate ovilis et pastoris; M. Becani S. J. disp. de antichristo reformato; l. de republica eccles.; de primatu Petri, de primatu rom. pont.; de judice controversiarum. — In t. XVII. Nic. Coeffeteau pro s. monarchia Ecclesiae cath. ll. 4 oppositi Marci A. de Dominis libris de republica eccl. 1 et 4; Nic. Sanderi de clave David seu de regno Christi contra calumnias Accleri pro visibili Ecclesiae monarchia ll. 6; Onuphrii Panvinii de primatu Petri et ap. sedis potestate contra centuriarum auctores ll. 3. — In t. XVIII. Pauli Fabuloti romani disp. theol. de potestate papae super conc.; e Petri Labati O. Pr. cursus theolog. t. 4. q. de infallibilitate rom. pontificis in qq. fidei et ejusdem superioritate supra conc.; Petri a Soto O. Pr. assertio cath. fidei circa artic. confes-

editionem quorundam operum suorum sodalium.

165. Plures etiam in Italia de Ecclesia et romano pontifice docte disputarunt. — Antonius Guarnerius de Monte Regali O. Conv. pro commoditate et instructione tironum sui ordinis publici juris fecit opus inscriptum: *De Ecclesia militante,* capite et membris ejusdem tum in orbe terrarum dispersae, tum in conciliis congregatae, Romae 1649 in f.; *de Ecclesia purgante et triumphante,* ib. 1708 in f. — Nicolaus Maria Pallavicino S. J. Genuensis, in collegio romano theologiam annis 14 docuit et quinquennio ss. literas est interpretatus. Christina Sueciae regina eo usus est theologo, Innocentius XI. eum theologum dixit s. Poenitentiariae, episcoporum examinatorem et s. Officii qualificatorem, imo tanti fecit, ut de eo in cardinalem eligendo cogitaret (15. Dec. 1692). Opera potiora ejusdem sunt: *Difesa del Pontificato e della Chiesa Cattolica,* ove si dimostrano la Sovranità, l' Infallibilità, la Santità e altre sublimi doti del Principato apostolico; si rifiutano tutte le moderne eresie; si rende aperta l' empietà delle due scisme l' Orientale e l' Anglicana. Si convince direttamente la falsità di tutte le sette contrarie alla Religione Cattolica, Romae 1687 v. 3 in f., quod opus eleganter scriptum et admodum eruditum, forte nimis diffusum, armamentarii instar est, unde apologetae Ecclesiae cum fructu argumenta ab auctore undique diligenter collecta petant. *L' evidente merito della fede Cattolica ad essere creduta per vera,* in cui si dimostra la verità di quelli articoli, che sono il fondamento non solo della vera Religione, ma di qualunque Religione. Si rende per evidenza manifesto il merito che hanno ad essere con fermezza credute tutte le verità quantunque oscure che la Chiesa Cattolica c' insegna. Si rende aperta la conformità, che hanno con la diritta ragione tutti i Misteri più arcani de' quali ci è Maestra: quindi si deduce l' insusistenza di tutte le opposizioni, la falsità e l' empietà di tutte le sette contrarie, ib. 1689 in 4. *Le Grandezze*

---

sionis nomine ducis würtemberg. oblatae conc. tridentino d. 24. Jan. 1552, necnon defensio cath. confessionis et scholiorum adversus confessionem würtenberg. et ceteros lutheranos ac prolegomena Brentii; Petri a Monte ep. brixiensis tr. conciliorum generalium, in quo de primatu papae et majestate imperatoris agitur: Regin. Poli card. l. de summo pontifice, ejusdem ll. 4 pro ecclesiasticae unitatis detensione, l. de concilio; q. de baptismo Constantini; reformatio Angliae per 12 decreta; R. Bellarmini tr. de potestate summi pontificis in rebus temporalibus adv. Guil. Barclayum; ejusdem ll. 5 de R. P. — In t. XIX. Rud. Cupers ICti tr. de ss. universali Ecclesia, ejusque sacramentis, principatu, senatu, conciliis, magistratibus et ministris jure divino institutis; Silv. Prieratis O. Pr. ll. de irrefragabili veritate rom. Ecclesiae et R. P.; ejusdem l. de papa et ejus potestate; e Sixti Senensis O. Pr. bibliotheca s. annot. super Matth. 16, 18. 19; Stanisl. Hosii ep. de auctoritate pontificis in Ecclesia Christi et conciliis, ejusdem de conc. oecumenicis cc. 24—29; Th. Cajetani card. opusc. t. 1. tr. 1. et 2. de comparatione auctoritatis papae et conc. et 3. de R. P. institutione et auctoritate; s. Thomae Aq. quaedam de superioritate et potestate R. P. contra graecos; ejusdem 2. 2. q. 1. a. 10; Th. Campegii l. de auctoritate et potestate R. P. — In t. XX. Th. Stapletoni de magnitudine rom. Ecclesiae ll. 2; ejusdem controv. 3. capitalis de primario subjecto potestatis eccl.; controv. 6. capitalis de conciliis; art. 4. de primatu R. P. sect. 1; e Thomae Waldensis O. Carm. doctrinali antiquitatum cath. fidei t. 1. art. 1. cc. 1—7. et a. 3. cc. 29—53; e Vinc. Ferre O. Pr. tr. de virtutibus theolog. t. 1. q. 11—15. de rom. pontifice; Guil. Lindani de vera J. Chr. Ecclesia, ubinam locorum nunc tempestatis certo juxta ac infallibiliter invenienda diatriba analytica; e Zach. Boverii O. Cap. demonstrationum symbolorum verae et falsae religionis t. 2. demonstr. 3. de unitate capitis visibilis a Christo instituti; 4. de unitate doctrinae fidei; 5. d. successione visibili. — T. XXI. auctorum ac rerum omnium notabilium in hac bibliotheca contentarum indicem luculentum exhibet. De plerisque hisce auctoribus mentio fit in nostro Nomenclatore.

della Madre di Dio, opera . . . in cui si rifiutano le antiche e moderne Eresie contro la divina Maternità e le altre Doti della Vergine; si stabiliscono sopra la basi della Fede e della ragione le sue sublimi virtù e li privilegi concedutili da Dio. Si defende contro le calunnie dell'ignoranza e dell'empietà l'altissimo culto, con cui l'onora la Chiesa Cattolica Romana, ib. 1690 pp. 2 in 4; *Dell'eterna felicità* de' Giusti, Romae 1695 pp. 2; 1699 aliaque opera pia. — Ejus sodalis Hortensius Pallavicini[1]) S. J. Mediolanensis, philosophiae et theologiae professor (n. 8. Jun. 1607; † 10. Jun. 1691) sibi pariter selegit b. Mariam celebrandam, quod praestitit in opere *Magna Deiparae vita* encomiastice et historice descripta, adjectis ex ss. Scripturis, ss. patribus, scriptoribus ecclesiasticis et scholasticis doctoribus iis, quae eam maxime illustrant et celebrant p. 1 ab aeterna in Dei matrem electione usque ad divinum partum; p. altera, a divino partu ad triumphalem assumptionem et alia maxima tum in coelo tum in terris aeterna decora, Mediolani 1659 in 12., ex qua prodierunt decerpta *Elogia mariana,* Bambergae 1673 in 32. — Quibus addatur alius facundus et ingeniosus encomiastes, sed historicus minus criticus, Thomas Strozzi S. J. Neapolitanus (n. 1631; † 4. Apr. 1701), eloquens suo tempore concionator, cujus praeter alia sunt: *Controversia della Concezione della b. V. Maria descritta istoricamente,* Panormi 1700 v. 2 in f., ib. 1703: quondam prohibita forte ob nimis acres censuras in sodales O. Praed. prolatas. *L'uno Dio* ovvero la verità della religione christiana dimostrata con chiari argomenti a tutti gli increduli, ma singolarmente agli Ebrei in 10 orazioni, Neapoli 1692 in 4.

166. Unus vero e praecipuis hujus epochae theologis fuit Coelestinus Sfondrati O. S. Ben. et S. R. E. cardinalis dignissimus. Natus est Mediolani 1644 ex antiquissima Sfondratorum familia et in baptismate Aloisius appellatus, tenerosque annos in paterna domo sub optimis magistris transegit, ea jam tunc ingenii maturitate, ut universi de puero maxima quaeque praesagirent. Anno aetatis duodecimo a parentibus mittitur Rorschachium ad lacum Bodamicum, ubi patres benedictini sangallenses scholam aperuerant, ad literarum studia et germanicam linguam addiscendam. Ingenii acumine et solertia coaevos facile adaequavit, moribus vero ac indole ferventi generosaque inter cunctos emicuit. Ordinem s. Benedicti ingressus Coelestini nomen est sortitus. Vix annum aetatis 22. attigerat, cum jam ob ingenii eruditionisque praestantiam primo in ducali asceterio campidonensi theologiae, domi dein per plures annos philosophiae, theologiae ac juris canonici professor inaudiit, magister quoque novitiorum constitutus pietate ac morum decore multos praeclare imbuit. Percrebescente hoc modo doctrinae ejus fama salisburgensis academia illum expetiit, triplicique prius laurea doctorali, theologiae nimirum et juris utriusque redimitum in juris canonici cathedra collocavit a. 1679. Tanta initio statim viri hujus doctissimi ac modestissimi fama erat, tantusque discipulorum affluxus, ut aulae spatium licet peramplum capiendis auditoribus neutiquam sufficeret. Reversus est inde a. 1682 ad monasterium suique abbatis jussu diebus dominicis ac festis populum in rorschacensi sacello sacri sermonis pabulo et sacramentorum administratione pavit. Hoc humiliori munere defunctus a suo abbate vicarius generalis in spiritualibus constitutus cleri et populi amorem sibi feliciter conciliavit. Virtutum ejus fama Romam delata ab Innocentio XI. invitus licet ac nonnisi obedientia compulsus novariensis episcopus (1686) creatur. Mortuo interim principe ab-

[1]) Cf. de utroque Sommervogel VI, 115 ss.

bate sangallensi ipse in ejus locum subrogatus est 16. Apr. 1687, quocirca episcopatum, quem nondum adierat, dimisit. Talem vero se prudentia, justitia et gravitate exhibuit, ut nihil in eo desiderari posse videretur. Praeprimis vero pietate in pauperes et pupillos enituit, quorum penuriae subsidio vix non ad prodigalitatem largo consulebat (ad triginta enim aureorum millia eoque amplius triennio in illos impendit), aegrotis, moribundis ac ipsis etiam leprosis cuncta pietatis officia ipse omnibus omnia factus impendebat. In privata monasterii cellula dormiebat, ubi aliorum more ad matutinas laudes excitatus psallentium choro intererat, nec raro finitis matutinis, cum ceteri cubitum sese recepissent, iterato in ecclesiam descendit orationemque coram venerabili Sacramento ad lucis exortum usque produxit. Propter virtutis doctrinaeque insignia Innocentius XII. eum dignissimum censuit, quem a. 1695 sacra purpura exornaret. Sed vix sex menses Romae peregerat, cum in letalem incideret morbum. Laetus opperiebatur mortem: »Duae enim sunt causae, inquiebat, quare mors mihi grata accidat; prima est, quod ista mors eum in statum me ponat, in quo Deum amplius offendere non possum: et hanc gratiam Deum amplius non offendendi pluris aestimo, quam omnia bona spiritualia et temporalia, quae per omnem vitam facere potuissem. Altera est: quod cum Deo infinitis titulis obstrictus sim nihilque habeam, quo meam erga Deum gratitudinem profitear, hanc ipsam mortem eidem in signum supremi in me dominii offerre possim.« Obiit 4. Sept. 1696 a. aetatis 52. adeo pauper, ut pontificis expensis sepeliretur.

167. Licet autem tot aliis laboribus et muneribus esset distentus, plura plane egregia reliquit opera [1]), inter quae praecipua sunt: *Cursus philosophicus sangallensis* t. 3 in 4. typis monasterii s. Galli a. 1695; 1699; *disputatio de lege in praesumptione fundata* contra immoderatos opinionum moralium amatores (i. e. contra probabilismum), Salisburgi 1681; *regale sacerdotium romano pontifici assertum* et quatuor propositionibus explicatum sub nomine Eugenii Lombardi 1684 in 4., et typis monasterii s. Galli 1693, 1749 ed. 4, contra quatuor articulos declarationis cleri gallicani a. 1682, etiam ex parte in *Bibliotheca max. pont.* Rocaberti t. XI, 307—579. In praeludiis fuse agit de jure regaliae, quod secundum ipsum ex quatuor juribus conflatur, ex jure videlicet eligendi, jure investiendi, jure conferendi beneficia sede episcopali vacante ac tandem jure proventus fructusque, dum nova electio exspectatur, percipiendi: hinc de singulis fuse et docte historia duce disserit. Quatuor dein declarationis articulis totidem opponit propositiones. In 1. tuetur, pontifici romano in principes seculares eorumque provincias et regna competere jus aliquod et potestatem, non ordinariam et directam, sed indirectam, per quam, cum urget necessitas tuendae religionis, illos coercere, et nisi acquiescant monenti, etiam exarmare, ne noceant, regnisque privare possit. In 2. prop. tuetur pontificis romani potestatem omni concilio superiorem esse; subjicit tamen 7 casus, in quibus papae concilium praevalet, sed in horum nullo papa manens papa judicatur. In 3. probat summum pontificem res fidei extra concilium definientem e cathedra esse infallibilem; in 4. inquirit in limites auctoritatis pontificiae, neque enim ea est exlex. Hujus operis velut alter t.

[1]) Cf. plura de eo apud Ziegelbauer historiae rei liter. O. S. Ben. p. 3 c. 4 § 19; Argelati bibl. script. mediolan. v. 2 p. 1 p. 1358; Eggs purpurae doctae l. 6 § 100; Blötzer S. J. KL. XI², 235—37: Egger Jubiläums-Erinnerungen an Card. C. Sf. Fürstabt in St. Gallen, St. Gallen 1896.

est *Gallia vindicata,* in qua testimoniis exemplisque gallicanae praesertim ecclesiae, ea quae pro regalia et quatuor propositionibus a Ludov. Maimburgo aliisque producta sunt, refutantur, 1688 in 4; 1702 ed. aucta ex auctoris schedis, Mantuae cum additamentis 1711. In hoc opere inter alia etiam epistolae plurium reperiuntur episcoporum ad ss. pontificem datae, quibus se gravi metu adactos famosae declarationi subscripsisse fatentur. Disserit in illo praesertim adversus Maimbourg, qui in l. de privilegiis Ecclesiae romanae maximam operis partem impendit in destruendis praecipuis primatus fundamentis et stabiliendis quatuor cleri gallicani articulis. In 1. dissertatione agit de jure regaliae, ostendens quid hujus nomine veniat et quibus gradibus provecta fuerit. In diss. 2. ea refutantur, quae Maimburgus contra pontificis in reges potestatem et pro defendenda prima cleri gallicani prop. attulerat. Diss. 3. versatur circa prop. alteram cleri gallicani, quae pontificem concilio generali subjicit: quam cum Maimburgus exemplis Leonis, Vigilii, Honorii, Siricii et aliorum pontificum probare niteretur, auctor singula percurrit et refellit appellationesque tamquam ab abusu ad parlamenta factas pro merito damnat. In 4. et ultima iterum romani pontificis infallibilitatem tuetur [1]). Utrumque opus Gallicanis admodum displicuit. Diss. 2—4 recepit Rocaberti in suam bibl. VI, 729—901. *Innocentia vindicata,* typis monasterii s. Galli 1695 in f., quo in libro gravissimis argumentis ostendit, angelicum doctorem immaculatum Virginis conceptum non negasse, sed potius docuisse. Allatis Thomae pro immaculato conceptu effatis disertis vel aequivalentibus ex professo deinde probat, s. Thomae opera in quibusdam locis fuisse olim interpolata ac vitiata: explicat vero quo sensu s. Thomas affirmet, b. Virginem peccatum originale contraxisse. Possunt enim ejusmodi effata secundum Sfondrati sententiam satis bene explicari ex usu loquendi veterum de conceptione corporis deque debito contrahendi peccatum originale, a cujus tamen actuali infectione b. Virgo praeservata fuerit. Subjicit huic disputationi partem symbolicam, in qua exhibet emblemata 46 aeri incisa saepe admodum ingeniosa, quae singula, quod ex subjecta cuivis expositione constat, eo collimant, ut immaculatam conceptionem illustrent [1]). *Nepotismus theologice expensus* 1692 in 12.

168. Liber tamen omnium nominatissimus est *Nodus praedestinationis* ex ss. literis doctrinaque ss. Augustini et Thomae, quantum homini licet, dissolutus, Romae 1697 in 4., opus posthumum, in quo tuetur seriam Dei voluntatem salvandi homines omnes, hinc omnibus dari gratiam plene sufficientem ad operandam salutem: ut vero haec efficax quoque sit, pendere ab hominis cooperatione. Sequitur auctor in hoc l. Lessii doctrinam [2]). Vix autem praelo emerserat opus, theologi alias atque alias de eodem tulerunt censuras ac judicia extreme dissentanea. Mabillonio probatum non fuit; imo quinque praesules galli, Mauritius le Tellier archiepiscopus remensis, Ludov. Ant. de Noailles archiep. parisiensis, Jac. Benignus Bossuet, Guido de Seve ep. arelatensis et Henr. Feydan de Brou ep. ambianensis data ad Innocentium XII. d. 23. Febr. 1697 epistola [3]) librum summo pontifici tamquam gravibus scatentem erroribus maxime pelagia-

[1]) Cf. Acta erudit. lips. a. 1685 p. 376 ss.; Supplem. t. I, 118 ss.

[1]) Cf. Mich. a. s. Joseph IV, 159 ss.; acta erudit. lips. 1696 p. 283.

[2]) Hujus synopsim cf. in actis erudit. lips. 1697 p. 281—293.

[3]) Cf. prolixam denunciationis ep. in cont. H. E. Fleurii l. 212 § 34 ss. nec non Innocentii XII. responsum et ulteriores Jansenistarum motus contra eundem l.

nismi denunciarunt, eoque pronius, quod Sfondrati adeo strenue cleri gallicani declarationem impugnaverat. Tria vero praesertim notant, quod videatur 1. infantibus sine baptismo defunctis beatitudinem quandam naturalem tribuere; 2. admittere peccatum mere philosophicum contra censuram Alexandri VIII.; 3. rejicere praedestinationis notionem ab Augustino traditam. Nullam tamen damnationem vel censuram libri impetrarunt. Illum impugnavit Hennebel, qui edito scripto 40 propositiones exinde decerptas censuris notisque perstringi petit, cui tamen anonymus respondit l. inscripto: *Dispunctio notarum quadraginta*, quas scriptor anonymus em. card. Coel. Sfondrati l. cui titulus: *Nodus praedestinationis*, quantum homini licet dissolutus, inussit, Coloniae 1698; 1705. Hic anonymus, ut dicitur fuit cardinalis Gabrielli, qui annuente Innocente XII. libri Sfondrati in se suscepit vindicias. Praeter alia [1]) prodiit quoque contra praedestinationis nodum auctore (ut videtur, vel ex toto vel ex parte) Quesnello *Augustiniana Ecclesiae romanae doctrina* a card. Sfondrati nodo extricata per varios s. Augustini discipulos, Coloniae 1700. Benedictus Bacchini O. S. Ben. ad Sfondrati l. diss. sub nomine Barachiae Scutensis scripsit (quae tamen non videtur edita), in qua affirmat, quae minus theologica in hoc opere videntur, tentamina potius et adversaria esse eaque temere nimis ab aliis edita, multis adjectis, multis deletis et immutatis, Sfondrati prae aegritudine, qua exstinctus est ante finitam editionem, vix ea de re cogitante. Plura idcirco in eo opere esse, quae sibi contraria sint, alia imperfecta, nonnulla repetita adeoque non posse opus illud em. cardinali tribui [1]). Sed haec suspicionibus et praejudiciis potius, quam rationibus niti videntur.

169. Antonius Marinari O. Carm., natus Cryptaliis (Legrottaglie) prope Tarentum 10. Jan. 1605, pronepos illius, cujus mentionem fecimus III[3], 84. 264, a card. Franc. Barberini selectus vicarius generalis dioecesis ostiensis-veletrinae, Tagastae episcopus († 1689), theologus indolis admodum scholasticae, elucubravit diss. *de opinione probabili* sat implexam et obscuram, Romae 1666 in 8. et praesertim *verum Augustinum* adversus opus, cujus titulus est *Augustinus* Corn. Jansenii, Velitris 1669—1677 t. 3 in 4; disp. *de fide, spe et caritate*, Romae 1631 in 4. — Adversus protestantes disputavit Ignatius Fiume O. Praed. Siculus, s. theologiae magister et episcopus polinianensis († 1694), in *Schola veritatis* adversus mendacia Lutheri, Calvini et protestantium erecta, Neapoli 1675 ss. t. 4, quorum 1. agit de Deo deque Servatore N. J. Christo; 2. de Ecclesia et summo pontifice; 3. de verbo Dei scripto et tradito deque conciliis; de sacramentis in genere, tum de baptismo, confirmatione, eucharistia, sacrificio missae et communione sub utraque specie. — Ita etiam *romanam veritatem* contra haereticos (Messanae 1658 in 12.) propugnavit Raymundus de Puteo Messanensis, Parci princeps et episcopus estensis (n. 1619; † 30. Oct. 1694), qui alia quoque reliquit [2]), ut *silvam variarum quaestionum*, Romae 1667 in 12. — *De justificatione impii* disputavit Jo. Dominicus Nicolucci O. Pr. Meldulensis, Bononiae 1691 in 4. — Caesar Jo. Baptista de Comi-

[1]) Du Vancellius quoque, qui janseniana nomenclatura Wallonius vocabatur, ex eodem l. excerpta edidit atque demonstrare conatus est, potissimos textus ex ss. literis, patribus et praecipue d. Augustino minus integra fide fuisse allegatos. Sed vel ipse clerus gallicanus ejusmodi scripta reprobavit. Haec et alia continentur in animadversionibus in nodum praedestinationis, Coloniae 1707 in 4.

[1]) Cf. Ziegelbauer p. 4 c. 1 sect. 3 p. 116; et p. 2 c. 1 sect. 2. p. 103 s.

[2]) Mongitore II, 196.

tino S. J. Romanus († 14. Apr. 1686) scripsit *selectas de fide controversias*, Parisiis 1665 in 8., scil. de cultu et invocatione SS., de purgatorio, de verbo Dei, de Ecclesia, de eucharistiae sacramento et de sacrificio missae, de libertate etc. — Gabriel Filoramus O. Minim. theologiae lector, qui praecipuis ordinis muneribus est functus († 1689), auctor est operis: *Lapis Lydius* circa materiam de praescientia, praedestinatione et reprobatione, ubi Lutheri et Calvini haereses et Jansenii 5 prop. profligantur et absoluta s. pontificis in definiendis rebus fidei infallibilitas stabilitur, Messanae 1687 in f. — Contra Mohammedanos [1]) disseruit Ludovicus Marracci congr. cler. Matris Dei, Lucensis, Innocentio XI. olim a confessionibus (n. 1612; † 5. Febr. 1700). Linguae arabicae peritissimus 40 annos impendit editioni, versioni et refutationi Alcorani in op. *Alcorani textus universus* ex correctioribus arabum exemplaribus summa fide atque pulcherrimis characteribus descriptus eademque fide ac pari diligentia ex arabico idiomate in latinum translatus appositis unicuique capiti notis atque refutatione. His omnibus praemissus prodromus totum tomum priorem implens, Patavii 1698 v. 2 in f. Distribuitur opus in 2 pp. quarum altera prodromum ad refutationem Alcorani jam olim Romae 1691 excusum complectitur [2]), in quo vita Mahometis describitur agiturque de Alcorani nomine, auctore, idiomate, stilo, summa apud mahommedanos veneratione, et per 4 verae religionis notas sectae mahommedanae falsitas ostenditur christianaequae religionis veritas comprobatur. Altera p. inscribitur: *Refutatio Alcorani,* in qua ad mahommedanicae superstitionis radicem securis apponitur et Mahometus ipse gladio suo jugulatur. Ea ipsum textum arabicum ex optimis sistit codd. cum versione latina non plane literali [1]), sed ad paraphraseos quasi naturam accedente, et notis sive scholiis, quibus juxta arabum interpretum mentem obscuriora et praesertim quae ad historiam spectant dilucidantur, iisque subjuncta est refutatio. In praefatione sat ampla auctor quid ad opus ipsum impulerit, quodque inde commodum ad Ecclesiam redundare possit, pluribus exponit. Licet quidam nonnulla in hoc opere corrigant [2]), »negari tamen nullo modo potest, inquit Joan. Fabricius [3]), Ecclesiam pariter et orbem eruditum Marracio ob multos divulgando et versione notisque illustrando Alcorano impensos labores plurimum debere, ejusque nomen, dum linguis suus constat honos, fore immortale atque aeternum.« Opus est accuratum ac exquisita refertum eruditione, quam hausit ex ipsorum mahommedanorum libris alioquin sat raris et incognitis. Operam quoque suam conferre jussus est Marracci [4]) ad

---

[1]) Contra eosdem scripsit Jos. Martellinus *Triumphum catholicae fidei,* Neapoli 1681 in 4.

[2]) Conspectum habes in actis erud. lips. 1692 p. 329—337 et 371—382.

[1]) Hanc iterum recudit Christ. Reineccius Lipsiae 1721 in 8.

[2]) Ita Andr. Acoluthus in προσφωνήσει, quam specimini Alcorani quadrilinguis Berolini 1701 edito adjecit; Jo. Mich. Languis in dissert. de fabulis mahum. p. 75 etc.

[3]) In hist. bibl. fabr. p. 1 n. 41. Cf. Acta E. L. 1699 p. 248—56.

[4]) Ab eo distingui debent Hippolytus M. eius frater, de quo cf. supra p. 27; Ludovicus Marracci ejusdem ord., junior dictus, ejus cognatus († 1732) et cui multa opera ascetica (21) debemus, atque etiam *Onomasticon urbium ac locorum s. Scripturae* ex Hieronymo, Eusebio, Adrichomio et Bonfrerio in commodiorem ordinem redactum Lucae 1705 in 12. (sat rarum). Plura de nostro cf. in elogio praefixo ejusdem operi: *L'Ebreo preso per le buone,* overo discorsi familiari ed amichevoli fatti con i rabbini di Roma intorno al Messia, Romae 1701 in 4; Niceron t. XLI; Biogr. univ. XXVII, 254 s.; Sarteschi, de scriptoribus congr. cler. regul. Matris Dei, Romae 1754 in 4.

editionem arabicam ss. bibliorum, quae Romae prodiit 1671 v. 3 in f.

170. In Polonia praetermisso Samuele Leski S. J. († 10. Febr. 1687) magnam promeruit laudem Theophilus Rutka S. J. natus in palatinatu kievensi, qui pluribus in locis s. theologiam docuit, missionarium dein egit Constantinopoli, zeloque suo induxit Josephum Szumlanski episcopum leopolitanum, ut cum grege suo universo e schismate ad Ecclesiae unitatem rediret († 18. Maj. 1700). Praeter plura alia [1]) reliquit *defensionem s. orthodoxae orientalis Ecclesiae* contra haereticos processionem Spiritus s. a Filio negantes ex ss. patribus, potissimum graecis, deductam ac confessione praesentis ecclesiae roxolanae firmatam, Posnaniae 1678 in 4; Calissii 1682 in 12; etiam polonice Posnaniae 1678. Idem dogma propugnavit (polonice, Lublini 1689 in 4.) adversus duos libellos Joannicii Galatowski archimandritae jelicensis, atque confirmavit confessione ecclesiae orientalis e libris slavicis excerpta, ib. 1691 in 4; ex s. Augustino, latine Calissii 1690 in 4; polonice ib. 1692; *S. Cyrillus patriarcha alex. . . . Spiritus s. a Filio procedentis de coelo datus propugnator* et negantium Spiritus sancti a Filio processionem ante tempus et tamen in tempore acerrimus expugnator e suis monumentis ad vitam oculosque posterorum de Graecia excitatus, Lublini 1692 in 4; polonice ib. 1697; *Angelicus doctor d. Thomas Aq. expulsi ab ecclesia graeca Spiritus s. a Filio aeternaliter procedentis* ad eandem ecclesiam contra calumniatorem Jo. Galatowski restitutor et reductor, ib. 1694 in 4. — Joannes Franciscus Hacki [2]) S. J. Ruthenus (n. 27. Jan. 1637; † 9. Sept. 1696) composuit *Scrutinium veritatis,* quo in 1. p. (duodecim discursibus) inquiritur: an non universarum a romana Ecclesia atque inter se dissidentium hujus temporis religionum ex uno omnium principio nullitas manifesto sequatur; in 2. p. veritas fidei solius romanae catholicae stabilitur, typis mon. olivensis 1661—1671 t. 2 in 4; 1691. Hujus velut prodromus et epitome est *Scrutator veritatis,* 1680; in *Libella veritatis* ib. s. a. respondet variis scriptis *Scrutinio* veritatis oppositis. Pro majori hujus op. elucidatione edidit l. inscriptum: *Regia via* omnes dissentientes in religione neoevangelicos ad orthodoxam et salvificam christianae fidei veritatem perscrutandam, inveniendam et amplectendam manuducens, Gedani 1689. Cum Georg. Heidelberger S. J. fidem catholicam s. Jo. Chrysostomi auctoritate confirmasset, opposuit ei Jo. Frid. Mayer l. inscriptum *Chrysostomus lutheranus* Grimmae 1680. Hinc Hacki non siluit in op. *S. J. Chrysostomus . . .* rom. cath. veritatis oec. conc. trid. decretis firmatae assertor a lutheranismo *vindicatus,* Typis mon. oliv. 1683 in 4. — Poloni videntur etiam esse Bernardus Bogdanowitz O. Cist., cujus est Philosophia christiana dogm. veritatum *de creatione et recreatione hominis* ex libris s. Bernardi claraev. desumpta; accedit gratiarum actio pro redemptione generis humani, 33 orationes de s. Crucifixo in ecclesia s. Pauli Romae miraculis coruscante, Romae, 1697 in f. — Jo. Laurentius Czepanski O. Er. S. Aug., cujus exstat l. *Controversia orientalis et occidentalis Ecclesiae* de potestate ecclesiastica et inerrabili Ecclesiae regimine per secula historice descripta, Varsaviae 1699 in 4. — Malachiae Kramski S. J. exstant libelli

[1]) Cf. Sommervogel VII, 334—39; Brown, Biblioteka pisarzòw assystencyi polskiéj Towarzystwa Jezusowego p. 352.

[2]) Alius ab eo est Hacki O. Cist. Christinae reginae Sweciae a sacris, abbas Olivae (prope Danzig), vir eruditus, industrius, qui inter sodales studium literarum et morum plurimum promovit († 1703) edidit que l. *Maria Deipara semperque virgo,* et *Sermonum* t. 5. Cf. KL. IX², 814.

duo: *Veritas romanae Ecclesiae infallibilis,* Posnaniae 1699 in 8. et *Sacramentum altaris* omnibus orthodoxis venerationis causa adversus haereses expositum seu articulus fidei de hoc mysterio explicatus, Calisii 1715 in 8.

171. Calvinianos strenue impugnarunt in Hungaria Emericus Kis S. J. Tyrnaviensis († 25. Oct. 1683) novem libellis lingua hungarica conscriptis et absque auctoris nomine Cassoviae 1663—1667 et Tyrnaviae 1668 editis [1]), quibus novitatem praesertim sectae calvinianae probat. — Matthias Sámbár (al. Samsur) S. J. Petrowardinus [2]), diu in Moldavia et Walachia missionarius († 14. Febr. 1685), ad caedem quaesitus oneratusque calumniis, quas tamen Katona refellit [3]). — Martinus Albrichius Transilvanus patria Mediensis († 1694) plures quoque reliquit disputationes philosophicas et theologicas [4]). — Estoras de Galantas composuit *Speculum immaculatum,* quo demonstratur ex probatissimis auctoribus b. Mariam V. sine macula originali esse conceptam, Viennae 1698.— Joannes Otrembus praepositus zychlinensis auctor est operis *Vox clamantis in deserto* a lutheristis Ecclesiae catholicae paradiso seu fides et secta lutherana in quaestionem vocata, Cracoviae 1681, in quo 28 vocibus perstringit sectam Lutheri et ex hujus testimoniis probat primatum romanae ecclesiae.

[1]) Cf. Sommervogel IV, 1085.

[2]) Vitam vere apostolicam gravesque persecutiones, quas sustinuit, descriptas habes apud Nilles in Symb. ad ill. hist. eccl. or. 1, 130—34. Opera hungarice conscripta cf. apud Sommervogel VII, 497—502; sicut et scripta contra ipsum edita. Cf. etiam Roskovány rom. Pontifex VI, 572; X, 405; Horány, Memoriae hung. et provincialium scriptis notorum 3, 195.

[3]) Hist. crit. regum hung. 36. 75.

[4]) Cf. Horányi I, 78.

172. In Germania fidem catholicam adversus protestantes strenue tuebantur e societate Jesu: Aloysius Reichards (Richards) Znoymensis (n. 1614; † 16. Jul. 1681), qui libellis lingua germanica editis [1]) scripsit in primis adversus Kemnitium. — Godefridus Weyer ex Pfaffrath ducatus montensis pago n. 9. Aug. 1610, militum curae paterna vere caritate diu se dedit nullis mortis periculis deterritus, adeo ut per castra jactabatur „pulveris nitrati tolerantissimus pater» († 15. Nov. 1682). Collegit *Ephemerides* oder Kurze Jahr- und Taggeschichte vom Auf- und Untergang des Lutherischen ersten Evangelii und des Melanchtonis Augsb. Confession, darein eine helle Prob, dass D. M. Lutheri genandtes Evangelium und der Augsb. Conf. unbeständige Lehr die Verwüstung Teutschlands und so vieler Seelen ewigen Verderbens eintziger Ursprung gewesen, nebst vorgesetzter Namen-Taffel deren Chur- und Fürsten, Provintzen und Städten, welche sie abgedanket haben wider Jo. Sleidani Unwahrheiten, 1679 pp. 2, quas duplici scripto adversus acres impugnationes adversariorum tuetur; 1681; Monachii 1730. — Georgius Haidelberger SJ. Suevus, diu in ecclesia cathedrali augustana concionator (n. 9. Mart. 1621; † 31. Dec. 1683), scriptis impugnavit Lani, Hofmann, Frid. Mayer, Jo. Adam. Wendt, Gottf. Händeln [2]) etc. — Christophorus Ott SJ. Friburgi in Brisgovia natus c. 1612 († 4. Maji 1684) aggressus est Hopfer, Georg. Tremellium, Heidegger [3]) etc., speciatim hisce operibus: *Demonstratio catholicae veritatis* d. i. Klare Beweisung Catholischer Wahrheit allein aus dem 19. c. des h. Evangelisten Matthäi etc., Augustae 1660 in 4., Oeniponte 1677 in 12; *Ursachen über Ursachen, warum man soll Katholisch werden,* in

[1]) Cf. Sommervogel VI, 1613.

[2]) Ibid., V. 21—23; Veith bibl. august. X, 36 ss.

[3]) Sommervogel VI, 1—7.

der Form aufgesetzt, dass sie mögen genennet werden ein neues Handbüchlein der meisten dieser Zeit durch Deutschland schwebenden Glaubensstreitigkeiten, Augustae 1664 in 8; *Roma gloriosa* oder das Glorwürdige Rom in seinen (243) 244 Päpsten (usque ad Innocentium XI), in qua horum pontificum adversus protestantium calumnias apologiam exhibet, Oeniponti 1676 in f.; Dilingae 1686 in 4. et 1702. — Adam Burghaber SJ. patria Veldensis in Bavaria n. 1608, praelegit philosophiam sexennio, theologiam moralem biennio, polemicam de controversiis fidei septennio, scholasticam sexdecim annos († 14. Jun. 1687), reliquit plures disputationes et libellos[1]): *Angelorum natura*, proprietates ac diversi status, Lucernae 1650 in 12; *praedestinatio ac reprobatio divina*, ib. 1651 in 12; *immunitas b. V. Mariae* ab ipso etiam originalis labis contrahendae debito, ib. 1652 in 12; *discussio theologica adiaphoriae* seu controversiae, an quilibet in sua fide salvari possit, si praesertim potissimos christianae religionis articulos in symbolo apostolico contentos credat? Monachii 1655 in 4; *de legibus*, ib. 1659 in 12; *de justificatione*, ib. 1659; *de triplici baptismo*, ib. 1660 in 12; *de virtute justitiae*, Friburgi Brisgojae 1660 in 12; *de summo pontifice*, ib. 1660 in 12; *de Verbo incarnato*, ib. 1661 in 12; *de fide*, ib. 1662; *de sacramentis in communi*, ib. 1663 in 12; *de poenitentia*, ib. 1663 in 12; *de ss. eucharistia*, ib. 1664 in 12; *de actibus humanis*, ib. 1664 in 12; *de scientia et voluntate Dei*, ib. 1664; *Apologia irenici catholici* Thomae Henrici Bischoffen zu Chrysopolis, Monachii 1674 in 4. adversus Men. Hanneke etc.; *theologia polemica*, in qua doctrinae catholicorum doctorum asseruntur, defenduntur et errores haereticorum hujus temporis proponuntur ac refelluntur, Friburgi Helvetiorum 1678 in f.; Coloniae 1733 in 4; *tres centuriae selectorum casuum conscientiae*, Friburgi Brisgojae 1665 in 8; Coloniae 1670 in 8; 1677; 1751 etc. — Quibus adde Wencesl. Eicker (Ecker) SJ. Bohemum († 11. Maj. 1696) — Fridericum Pable SJ. Igloviensem († 18. Jun. 1699) — Emmanuelem Boje SJ. Pragensem († 24. Dec. 1700), qui theologiam universam s. Patris Augustini in compendium redactam et rationibus illustratam edidit Pragae 1675 in 4. — Josephum Franck SJ. Tirolensem, philosophiae et theologiae Ingolstadii professorem, electori a concionibus et confessionibus († 9. Oct. 1683).

173. In primis emicuit Jacobus Masen S. J. Dalensis n. 23. Mart. 1606, humaniorum literarum et poesis[1]) cultura insignis († 27. Sept. 1681), qui plura edidit opera[2]). Potiora sunt: *d. Augustinus controversiarum fidei* hujus temporis ex sola s. Scriptura juxta orthodoxae apostolicaeque catholicaeque Ecclesiae mentem *arbiter ac decisor optimus* cum refutatione Cocceji batavo-lugdunensis theologi, s. Scripturae interpretis, per oppositam d. Augustini interpretationem in praecipuis fidei articulis et provocatione ad solidam Augustino adversanti responsionem, Coloniae 1656 in 12; *mediata concordia protestantium cum catholicis* in una confessione fidei ex s. Scriptura desumpta p. 1, ib. 1661 in 8; 1662; p. 2., quae est augustanae confessionis inchoata reformatio ex scripto verbo Dei, 1661; 1662; p. 3. continens protestantium male reformatorum absolutam reformationem ex Scriptura s. et veteris orthodoxae Ecclesiae interpretatione ab ipsis protestantibus agnita

[1]) Cf. Sommervogel II, 387.

[1]) Cf. Biogr. univ. XXVII, 357; Allgem. deutsche Biogr. XX, 558.

[2]) Cf. Sommervogel V, 681—96; Hartzheim bibl. colon. p. 147: in primis Scheid Lebensbild des Jes. J. Masen 1898 Vereinsschr. der Görresges.

et recepta, ib. 1662; *conclusio de necessaria reductione protestantium ad catholicos,* si in una vera fide vivere ac mori velint 1. ex ipsis principiis ecclesiae protestantium; 2. ex manifesto defectu Scripturae s. in illorum fidei articulis, 1665. Plures e protestantibus hanc concordiam impugnarunt, ut Musaeus, Slaffius, Fritzius, Joannes Thomas seu Thomasius etc. Non diu autem post istud primum tentamen in lucem emisit novam *praxim orthodoxae fidei* intra octidui exercitationem sacram discernendae et amplectendae, ib. 1669 in 8; Lincii 1752; contra quam scripsit Sam. Bened. Carpzovius. Curavit quoque editionem *antiquitatum et annalium trevirensium* Christoph. Broweri, quibus adjecit alios tres libros (cf. III^3, 551 ss.); eosque in compendium plane accuratum redegit inscriptum *Epitome annalium trevirensium,* qua antiquae urbis et dioecesis treviricae in politico et ecclesiastico regimine exordia, progressus ac res bello ac pace administratae brevi claroque ordine digestae sunt cum aliis romani imperii gestis eidem conjunctis, Augustae Trevirorum 1676 in 8., cui subinde adnexum est *auctarium historiae* a polyhistore datum, quo ultimam treviricae urbis cladem (1673—1675) paucis exposuit. De ejus curis de *Metropoli ecclesiae treviricae* supra l. c. egimus. Vitam omnem auctor noster inter libros aut scribendos aut legendos negotiosissimo otio impendit, cujus rationem reddidit his verbis: »Multa legi, multa scripsi, sed lectionis et scriptionis perpetuae alium finem habui nunquam, quam ut temporis pretiosissimi particula nulla vacua elaberetur, quin Deo et proximo et propriae saluti cederet.«

174. Ex aliis ordinibus causam catholicam strenue egerunt; Coelestinus Durner OSB. in monasterio augustano († 1689). — Basilius Finkeneis OSB. in monasterio ad s. Lambertum in Stiria theologus insignis († 1693), qui praeter opera philosophica edidit: *Theologia controversistica* tribus controversiis universas fidei controversias comprehendens, quibus decisis decisae sunt omnes, sive certamina haereticocontroversistica pro fide et veritate fidei intellectum sic convincentia, ut quilibet veritatem verae Ecclesiae et fidei evidenter videre possit, et facili negotio compendioque venire ad agnitionem veritatis, Viennae 1693; *Theologia polemico-mystico, atheo-controversistica* tribus controversiis praecipuos atheorum errores comprehendens et refellens per oppositas veritates, quibus demonstratis sublatus sit atheismus, sive certamina atheo-theologica et theologico-mystica de exsistentia Dei, exsistentia angelorum et animae immortalitate, cum triplici paraenesi ad atheos in fine cujuslibet controversiae, Viennae 1693. *Theologia supernaturalis et naturalis* complectens selectas dissertationes ac rara problemata *de opere sex dierum* seu de mundo magno ac parvo, ib. 1694 in 12. — Ex ordine Minorum nominandus est Jacobus Alcket[1]), qui lingua germanica sat festive scripsit contra protestantes. — Ex ordine Capucinorum Carolus Hildesiensis, cujus est praeter alia *Valerianus Redivivus* i. e. elucidatio in regulam credendi P. Valeriani Magni Cap. (cf. III^3, 1001), Coloniae 1683. — Ex ordine Praed. Albertus Zenner Aquisgranensis ab omnigena eruditione scholastica, dogmatica, canonica et polemica laudatus († 8. Apr. 1698) s. Thomam adversus Dorschaeum defendit in opere[2]): *Armamentarium evangelico-thomisticum* pro praecipuis hoc tempore controversis articulis contra Jo. Georg. Dorschaei sinistre inscriptum: Thomas Aquinas doctor an-

[1]) Hartzheim p. 141.

[2]) Cf. Quetif II, 631; Veith bibl. august. XI, 52; Lauchert Allgem. d. Bi. XLV, 64.

gelicus exhibitus confessor veritatis evangelicae augustana confessione repetitae aliosque orthodoxae fidei impugnatores, pars prior Augustae V. 1665 in 4; an p. posterior prodierit nos latet. *Manuale compendium,* Constantiae 1667. *Methodus impugnandi et propugnandi* thomistarum philosophiam non minus utilis, quam facilis et brevis, Augustae V. 1664; *Dilucidatio regularum juris in sexto decretalium,* ib. 1664 in 12; cum *synopsi,* ib. 1664. *Theologia sacramentalis* speculativo-moralis, Constantiae 1668 etc. — Joannes Stalenus (Stalens) Calcarensis, pastor magno zelo praeditus et canonicus urbis resensis in Clivia, postea congr. Oratorii sodalis (n. 1595; † 8. Febr. 1681), vir vere doctus limatoque judicio praeditus, cujus jam supra meminimus (III[3], 1013), reliquit l. *Peregrinus ad loca sancta orthodoxus et pius demonstratus,* sive vindiciae ss. peregrinationum, processionum, invocationis sanctorum, cultus imaginum et miraculorum Ecclesiae, Coloniae 1639 in 8; 1643; *syntagma controversiarum fidei* t. 2 aliaque [1]). — Joannes Breving canonicus ad s. Bartholomaei Francofurti in primis Phil. Jac. Spener impugnavit [2]).

175. Quidam sectariorum relictis castris redierunt ad matrem Ecclesiam ejusque fidem pro viribus propugnarunt, e quibus mentione sunt digni [3])

[1]) Biogr. univ. XLV, 425.

[2]) Cf. plura ejusdem scripta apud Adelung I, 2250.

[3]) His addi debet Ernestus Hassiae Landgravius pronepos famosi Philippi, qui alioquin solicitissime in reformatorum secta fuit institutus fortemque protestantium in bello triginta annorum ducem egit. Post habita colloquia cum coryphaeis reformatae factionis Habercornio, Calixto et Crocio nullo modo in sua persuasione confirmatus, imo semper magis dubius pacem demum reperit in Ecclesia catholica, ad quam rediit 6. Jan. 1652 suaeque *conversionis ad fidem catholicam motiva* publici juris fecit Coloniae 1652 in

Andreas Fromm (Frommius) quondam praepositus lutheranus, post suam conversionem (1668) sacerdos, decanus Kamnicensis et canonicus litomiricensis, demum (1681) et canonicus strahoviensis O. Praem. († 1683). Suae conversionis rationem reddit in op.: *Andreä Frommen,* der h. Schrift Licentiaten, der Sr. Churf. Durchlaucht zu Brandenburg 10 J. als Consistorialrath gedient, auch die Prediger ordinirt, 15 J. Propst zu St. Peter in Cölln an der Spree und Inspector der Cölln. Diocesis und in's 8. J. im Gymnasium allda Theologus Lector, wie auch vor 17 J. im Königl. Gymnasi zu Stettin Prof. in philosophicis gewesen, *Wiederkehrung zur katholischen Kirche,* davon er die historiam und Motiven in Druck zu geben nöthig erachtet [1]), Pragae

4, quod opus est plane insignis fidei catholicae apologia; sicut et prolixa ejusdem *epistola peremptoria* ad Georg. Calixtum, cui subjungitur paraenesis votiva pro ejusdem anima Calixti, ne pereat schismate, ib. 1654 in 4., quam reperies germanice versam apud Raess VI, 467—89—98. Plures protestantes motiva illa impugnarunt ut Arndt, Conring, Dorsch, Titius, etiam e calvinianis gallis, in primis Drelincort, quibus solide respondet *Lettre du Prince Ernest* aux cinq ministres de Charenton . . . avec sa Replique sur la Response de Ch. Drelincourt, Leodii 1663. Decessit 12. Maji 1693. Cf. KL. IV, 829.

[1]) Cf. Raess VII, 333 ss., qui de hoc l., ex quo excerpta adducit, scribit: „Diese Schrift, überaus gründlich abgefasst, aber wegen der vielen in den Text eingeschaltenen Citate und langen Perioden und etwas schwerfälligen Sprache, ist zwar mit grossem Nutzen, aber eben wegen ihrer inneren Tiefe und äussern Form, nicht durchweg sehr angenehm zu lesen. Ganz besonders aber zeichnet sie sich durch genaue und zuverlässige Auszüge aus Luthers Werken aus. Die sehr wissenschaftlich gehaltene Schrift scheint viele Auflagen erlebt und günstige Aufnahme gefunden zu haben etc.“ Cf. et XIII, 283—346; Goovaerts Ecriv. . . de l'O. de Prém. 1, 281 s.; hist. pol. Blätter XCIV, 466—71, ubi ostenditur, eum non esse auctorem celebris vaticinii Lenini de fatis regum Borussiae; Müller Bonifacius Kalender,

1668; 1762 in 8; Coloniae 1669. — Celebrior est Nicolaus Steno seu Stenon (Niels Stensen), qui natus est Hafniae in Dania 1 (11) Jan. 1638 parentibus lutheranis, totumque se dedit anatomiae studio, in qua summam nominis celebritatem est consecutus ob inventa antea nondum comperta: hinc in statua ei Florentiae a. 1883 posita dicitur ‚Vir inter geologos et anatomicos praestantissimus'. Ex familiari consuetudine cum Bossueto, in quem Parisiis incidit, in viam salutis directus, sensim religionem catholicam aestimare coepit; in sua tamen persuasione commotus fuit occasione cultus populi fidelis erga ss. sacramentum exhibiti, et ex colloquiis cum P. Savignani S. J. demum agnovit fidei catholicae veritatem, quam etiam amplexus est 9. Dec. 1667. Hoc non contentus totum se Deo consecrare statuit sacris susceptis ordinibus (1675). Innocentius XI. eum dixit (1677) episcopum titiopolitanum constituitque vicarium apostolicum partium septentrionalium Europae. Non obstante zelo suo intrepido et apostolico graves ubique incurrit difficultates, nec tot retulit fructus, quot caritas ipsius sincerissima speraverat. Decessit post vitam, fatentibus vel ipsis protestantibus, vere sanctam atque abnegationi rigidae deditam 26. Nov. 1686. Plura reliquit (19) scripta[1]), inter quae sunt: *Epistola exponens methodum convincendi acatholicum* juxta s. Chrysostomum, Florentiae 1676 in 4; *scrutinium reformatorum*, ib. 1677 in 4; germanice Hannover 1678; l. qui magnum excitavit rumorem; *defensio et plenior elucidatio scrutinii reformatorum*, Hanoverae 1679 in 4; *de propria conversione* epistola, Florentiae 1677 in 4. (hujus versio apud Raess l. c. p. 293 ss.); *defensio et plenior elucidatio ep. de propria conversione*, Hanoverae 1680 in 4. etc. — Joannes Jacobus Rüegg n. 2. Febr. 1632 Kempteni in pago tigurino, per 34 annos pastor confessionis zwinglianae, demum a. 1676 ad Ecclesiam rediit et post reditum fidem catholicam praesertim de peccatoris justificatione et mediatione Christi strenue propugnavit († 20. Nov. 1693) pluribus (10) editis libris[1]), cujusmodi sunt: *disquisitio de forma justificationis:* accedit appendix *de motivis amplexandae fidei catholicae*, Lucernae 1687 in 8., germanice eodem a. in 4; *firmamentum veritatis ex 1. Tim. 3, 15.* D. i. Grund-Veste der Wahrheit oder fundamentalische Erklärung des streitigen Haupt-Articuls von der Kirch, ib. 1692; dissertatio specialis *de concupiscentia*, ib. 1680 in 4. (germanice); *legitima orthodoxiae romanocatholicae defensio*, Einsidlae 1681 etc. — Joannes Philippus Pfeiffer Nürnbergensis n. 19. Febr. 1645 studio philosophiae in primis et chronologiae se dedit. In academia regiomontana literas graecas et latinas magna sedulitate docuit. Anno 1689 adeptus est cathedram theologicam. Vitam duxit exemplarem, et quamvis in multis catholice sentiret, nondum fidei catholicae profitendae necessitatem agnovit. Multis insectationibus collegarum demum inductus fuit, ut suis renunciaret muneribus, et sic laqueis expeditus ope divinae gratiae pervenit ad plenam veritatis cognitionem, quam professus est 25. Jul. 1694, suaeque conversionis reddidit latine et germanice rationem[2]), sed jam decessit 15. Sept. 1695.

176. Ex *Anglis* theologis polemicis accensendi sunt: E. Lydeott magister

Berlin 1873 p. 2 ss.; 1874 p. 77 ss.; 1883 p. 139 ss.

[1]) Cf. Raess l. c. VII, 290 ss., in primis Plenkers S. J. der Däne Niels Stensen, Friburgi 1884; hist. pol. Blätter XCV, 629—35; Fabronius III, 1—67; Manni Vita del leteratissimo Mons. Stenone, Firenze 1775; Schmitt S. J. KL. 11², 757 ss.; Reusch allg. d. Bi. XXXVI, 51 ss.

[1]) Cf. Raess XIII, 95—114.

[2]) Cf. Raess VIII, 472—521; in primis Zeitschr. f. d. Gesch. Ermelands 1901 p. 631—82.

artium in universitate cantabrigensi, qui conversionis motiva proponit s. l. 1684. — Joan. Manners S. J., quem tamen nec Backer nec Sommervogel inter sodales SJ. recensent, Londinensis (n. 1609; † 1695) — Timotheus Nourse Glocestrensis, qui fidem catholicam est amplexus (1672; † 21. Jul. 1699) — Richardus Hodleston O. S. Ben. — Thomas Godden Londinensis, cujus verum nomen erat Tylden. Hic Cantabrigiae studiis operam dedit. Gratia divina illustratus veritatem fidei catholicae agnovit atque eandem etiam professus est. Hinc Olisiponem secessit absolutisque studiis philosophiam et theologiam docuit. Rediit in Angliam, quam iterum fidei causa relinquere est coactus: tamen sub Jacobo II. munere capellani et eleemosynarii reginae fungi est permissus († 1688). Doctrinae solidae specimen dedit in op. *Catholicks no Idolaters* or a full Refutation of Dr. Stillingfleet's unjust charge of Idolatry against the Church of Rome, Londini 1671 in 8; 1672; cui cum Stillingfleet respondere esset nisus, opposuit *A Just Discharge* to Dr. Stillingfleet's Unjust Charge of Idolatrie against the Church of Rome etc., Parisiis 1677 in 12. — Georgius Anselmus Touchet O. S. Ben. in exsilium ejectus omnibus familiae titulis et bonis privatus († probabiliter 1689) edidit *Hystorical Collections* out of several grave Protestant Historians concerning the Changes of Religion and the Strange Confusions following, s. l. 1674; With an Addition, London 1686; With an Appendix, Dublin 1758. — Guilelmus Collins O. Praed. natus quidem in Hibernia, sed parentibus anglis ter in Angliam rediit pro fide catholica, pro qua etiam pluribus annis carcere fuit detentus; demum in bona senectute quievit in pace Brugis 17. Nov. 1699. Scripsit *Missa Triumphans* or The Triumph of the Mass, wherein all the Sophisticall and Wily Arguments of Mr. de Rodon against that thrice ven. Sacrifice, in his funestuous Tract by him called *The Funeral of the Massare* fully, formally and clearly Answered etc. Lovanii 1675 in 12. — Joannes Keynes (al. Neoportum) S. J. Sommersetensis [1]), qui variis in academiis Hispaniae theologiam docuit et provinciae Angliae praefuit († 14. Maji 1697). — Joannes Warner S. J. Warwicensis, Jacobo II. a confessionibus et exsilii ipsius quoque particeps († 2. Nov. 1692), qui scripsit [2]) contra Stillingfleet, Morlei, Burnet etc.

177. *Hiberni* sunt Patricius Duffius O. Min., in academia lovaniensi primarius theologiae lector, generalis ordinis chronographus, episcopus clogheriensis, qui pro fide graves passus est calamitates [3]). Ejus est *theologia Bai-Janseniana,* Coloniae 1680 in f. — Petrus Manby, qui suae conversionis rationem reddidit (1687), unde impugnatus fuit a Guilelmo King [4]). — Richardus Archdekin (Arsdekin, Archdeacon) S. J. Kilkenniensis, qui annis quatuordecim professus est s. theologiam Lovanii et Antwerpiae († 31. Aug. 1693). Innotuit hic theologus opere primum inscripto: *Praecipuae controversiae fidei* ad facilem methodum redactae ac resolutiones theologicae ad omnia sacerdotis munia, praesertim in missionibus accommodatae cum apparatu ad doctrinam sacram, cui accessit Summa doctrinae christianae (Canisii) selectis exemplis elucidatae, Lovanii 1671 in 8: opus saepius dein auctum et recusum [5]) hoc titulo: *Theologia tripartita* sive resolutiones polemicae, speculativae, practicae controversiarum et quaestionum, quae hodie per omnia

---

[1]) Cf. Sommervogel IV, 1023; Gillow IV, 31 ss.

[2]) Cf. Sommervogel VIII, 992.

[3]) Cf. Bellesheim Gesch. der k. Kirche in Irl. II.

[4]) Cf. Rotermund IV, 538.

[5]) Cf. Sommervogel I, 515—21; Foppens II, 1066; Mich. a s. Joseph IV, 68.

usum praecipuum habent, Antwerpiae 1678 in 8; 1682 in 3 t. in 12. distincta. Editio octava, quam auctor curavit, ita se habet: *Theologia tripartita universa* complectens nunc bibliothecam perfectam viri ecclesiastici ordine sequenti: T. 1. controversiae heterodoxae ac scholasticae cum speciali notitia rerum modernarum ac chronologia totius monarchiae sacrae et secularis, pontificum, conciliorum etc., haeresum omnium ac propositionum damnatarum; mundi sex aetatum, quatuor illius partium etc. T. 2. p. 1. theologia speculativa brevi methodo integre comprehensa cum qq. novis indicatis et modernis pontificum decretis integre expressis; t. secundi p. 2. theologia practica universa, cum adjuncta in fine notitia juris canonici, civilis, philosophiae, fori ecclesiastici ac scriptorum in singulis catalogo. T. 3. apparatus practicus pro omni prorsus functione viri ecclesiastici per annum, tota catechesi, qualibet assistentia aegris et sanis, praxi meditationum, ritibus sacramentorum etc., Antwerpiae 1686 t. 3 in 4; Dilingae 1694 v. 3 in f. et saepe adhuc. Laudatur in hoc opere ordo, concisus et distinctus docendi modus, sed minus probantur aliquot responsa ad quosdam casus conscientiae: prob. 17. Mart. 1698 et 1. Oct. 1699 t. I. *donec corrigatur.* Et revera in editione Antwerpiae 1718 in 4., quae in titulo numeratur *ad minus decimatertia,* secundum typographi monitum varia emendata, restricta et omissa sunt. Omissum ex. gr. est quod antehac erat de peccato philosophico [1]). Ceterum in theologia morali censetur auctor gravis et probabilista.

178. In Belgio plurimum innotuit Bartholomaeus d'Astroy O. Min. ex vico Ciney ortus: nam concionandi facundia, controversiarum adversus haereticos elucidatione et obitis praecipui ordinis muneribus, lectoris, provincialis, custodis provinciae, commissarii generalis erat plane conspicuus. Per plures annos socius strenuus erat in lucta contra protestantes notissimi P. Hauzeur (p. 82) quem disputandi moderatione vicit († 1681). Ex ejus operibus mentione sunt digna: *Raisons très-fortes,* très-claires et très-pressantes fondées sur la pure parole de Dieu, tirées des actions incomparables de l'ill. Chr. de Cheffontaines contre les sacramentaires etc., Leodii 1646; 1649 in 12; *Traité des louanges et invocation de la très-sacré V. Marie* ou marques très-certaines pour discerner la vraie Eglise Catholique de la fausse prétendue reformée par cette invocation, ib. 1649 in 12., cum prolixo responso apologetico adversus impugnationem Joannis Nicolai, ib. 1650; *Directorium ad juvandos consolandosque infirmos* et potissimum moribundos; cui accedit appendix de haereticis extrema valetudine laborantibus ad fidem orthodoxam reducendis, ib. 1665; quod ex integro retractavit, plurimum auxit ediditque inscriptum *Paraclesis infirmorum,* ib. 1674, quod ceteris operibus auctoris nostri praefertur; *Apologia pro figura ss. Trinitatis* in tribus hostiis consecratis proposita minime improbanda, sed potius aliis omnibus praeferenda ex ss. conciliis, adjecto l. *Trihymnium* de ss. Trinitate auctore Fr. Piroulle, ib. 1659; *La Dispute de Mastrecht* par Lettres reciproques entre Fr. B. d'Astroy . . . et le S. J. de Hamer-stede Ministre de la prétendue Reformée, ib.

[1]) Ingens certamen literarium excitarunt eodem tempore suis disputationibus de peccato philosophico Franc. Musnier S. J. († 13. Febr. 1711; cf. Sommervogel V, 1469—73) et Alex. Maes S. J. Antverpiensis (n. 1649; † 15. Maj. 1710 (ib. 288). Illud damnavit Alexander VIII. 24. Aug. 1690. Ceterum hi duo non primi fuerunt qui illud defenderint: jam ante ortam societatem fuit illud defensum, et ipsa jam diu ante censuram pontificiam sat solemniter hanc opinionem reprobavit a. 1619. Cf. Viva in prop. damn.; KL. VIII, 434.

1662, l. non spernendus; *Armamentarium augustinianum* adversus haereses quadruplici methodo apparatum et instructum, ib. 1664 in 8., specimen theologiae polemicae ex operibus s. Augustini excerptum, aliaque scripta polemica occasione impugnationum adversariorum edita [1]). — Matthias Keul O. Min. recognovit auctumque edidit *thesaurum doctrinae christianae* quondam a Nicolao Turlot ecclesiae namurcensis vicario generali († 1651) concinnatum (Leodii 1631 in 4.), opus stilo admodum simplici ad populi captum conscriptum, Coloniae 1699 in 4. — Ejus sodalis Laurentius Vander Lepe (Leepe) Brugensis reliquit lingua patria duo opera magni olim facta [2]) et sat rara († 24. Sept. 1695). — Joannes Jacobi pariter O. Min. theologiae lector († 1695) eruditissime, quamvis stilo sat neglecto, causam catholicam egit in *Réponce catholique* à trois Lettres Hérétiques, laquelle servira d'instruction très salutaire aux Fidèles et de Bouclier très assecuré aux ceux qui demeurent ou conversent avec les Hugenots, pour se défendre contre toutes leurs fourberiers et objections fallacieuses généralement en matière de Foy et de Religion, Leodii 1683 in 8. constans tribus prolixis epistolis; *Quadruplique* ou Troisième Discours Apologétique pour la Doctrine du R. P. Marchant (cf. III[3], 1202) touchant l'obligation des Religieuses à dire l'Office Divin en particulier; pour la Jurisdiction du Souverain Pontife sur l'Eglise universelle etc., ib. 1686 adversus Ansillon parochum, postquam inter eos plures velitationes intercesserint [3]) etc. — Jacobus de Hayes S. J. Leodiensis, missionarius per Bohemiam et Germaniam inferiorem († 8. Apr. 1682). — Petrus a Matre Dei O. Carm., dictus prius Abraham Bertius [1]), n. 15. Martii 1610 Lugduni Batavorum, missionarius apud Batavos 30 annis († 1683) scripsit gallice modum convertendi haereticos, Parisiis 1650 in 8. et claram demonstrationem articulorum religionis catholicae adversus omnes sui seculi sectas, Antwerpiae 1671 in 8. — Alexander a s. Theresia (van der Berghe) O. Carm. Bruxellensis (n. 1639), diu Lovanii apud sodales philosophiae, exegesis et s. theologiae professor († 1686), edidit: *Hydra profanarum novitatum* sive descriptio historico-theologica causarum praecipuarum omnium haereseon et schismatum irrepentium unaque generalis earundem profanarum novitatum confutatio, cum requisitis praeludiis haereseos ac schismatis essentia, varia divisione ac gradibus, Coloniae 1684 in 8; *tempestas novaturiensis* singulas percellens novitates nunc grassantes, praesertim circa administrationem sacramenti eucharistiae, 1686 in 4., quem l. saepius carpit Henricus a s. Ignatio in sua *Ethica amoris*. *Clypeus religionis* adversus protestantes, in quo primatum praesertim romani pontificis tuetur, Coloniae 1679 t. 2 in 4. — Simon de Fierlant e patricio Silvaeducensium stemmate oriundus, laicus licet et publicis muneribus auctus, fuit enim primum Mechliniae magni consilii senator (1657), exinde supremi Belgarum ac Burgundionum senatus in Hispania consiliarius (1663), demum (1669) supremi Brabantiae consilii cancellarius († 15. Aug. 1686 a. aetatis 84): otium tamen nactus est ad tuenda conscriptis eruditis operibus adversus sectarios Ecclesiae dogmata [2]). Inter ea potiora sunt: *Speculum veritatis*, in quo cernitur catholicae doctrinae candida lux et haereticae fucus ac naevus, Coloniae 1668 in 4. Exhibet

---

[1]) Cf. Dirks pag. 274—84.

[2]) Cf. P. Bergmans Biogr. nat. XI, 863; Dirks p. 310.

[3]) Cf. Dirks pag. 309.

[1]) Cf. Foppens II, 991. De ejus patre Petro Bertius cf. supra III[3], 828.

[2]) Cf. Foppens II, 1099; Bibl. nat. de Belg. VII, 56.

in eo 1. haeresum catalogum ab Ecclesiae exordiis; 2. signa ad dignoscendos haereticos; 3. notas verae Ecclesiae, et 4. elenchum praecipuarum controversiarum cum haereticis. *Statera catholicae pietatis et haereticae invidiae,* in qua exhibentur primo romanae Ecclesiae sacrae caeremoniae, largitiones, ordinationes . . . secundo, haeretico a livore elatae insultationes et catholico a candore aeque repressae, ib. 1680 in 4; *Praecipua catholicos inter ac haereticos* super vera Christi religione ac fide antinomia seu *controversia,* ib. 1680 in 4; *Tres breves tractatus,* 1. de calviniano stigmate; 2. de M. Lutheri vita et morte; 3. complectitur epigrammata varia contra haereticos, ib. 1682 in 4. Duobus quoque libris impugnavit ‚stupendas novitates et infaustas novitates a P. Aeg. Gabrielis protusas', ib. 1682 et Leodii 1683, et alium edidit adversus eundem et Gum. Huygens et Mac. Havermans, Coloniae 1685 in 4. — Christianus Vermeulen seu Molina Ultrajectinus propter fidem strenue defensam moritur 1688 in exsilio. — Arnoldus Engel S. J. Ultrajectinus, qui tamen semper in Germania degisse videtur († 26. Apr. 1690), praeter alia catalogum collegit regum, ducum, principum, comitum etc., qui mahommetanam, gentilem et lutheranam sectam cum veteri romana immutarunt; sed utrum et ubi prodierit nos latet. — Cornelius Hazart S. J. Aldenardensis (n. 1617; † 25. Oct. 1690), concionator insignis, strenuus atque celeber fuit fidei catholicae pugil, ut quamplurimi (87) quos edidit libelli [1]) adversus Calvinianos et Jansenianos partim de controversiis fidei, partim historici lingua belgica stilo vivaci, eloquenti, populari, subinde tamen nonnihil neglecto scripti probant. Eadem lingua composuit utilem historiam propagationis fidei per orbem praesertim sec. 16. et 17., Antwerpiae 1667—71 t. 4 in f., germanice Viennae 1678. 1684 t. 1 et 2; 1701 t. 3; 1727 t. 4; Coloniae 1697 t. 5. interpretibus Adalr. Dirrhaimer S. J. († 1715) et Mathia Soutermans S. J. Antwerpensi († 25. Jul. 1699). — Alius concionator strenuus fuit ejus sodalis Franciscus l'Hermite Antwerpiensis († 7. Jan. 1690). — Lingua patria quaedam de controversiis opuscula edidit [1]) etiam Bonaventura Moors O. S. Aug.

179. Jansenianos vel horum fautores impugnarunt Dorotheus Loeffs (Louffius) S. J. patria Graviensis [2]) (n. 1603; † 17. Dec. 1685) et Philippus de Vos S. J. Antwerpiensis (n. 24. Sept. 1638; † 7. Oct. 1688), s. theologiae professor, qui plures theses publice defendendas proposuit [3]), in primis adversus van Vianen, Gummarum Huygens et Joan. Libertum Hennebel. — Nicolaus du Bois n. c. 1602 parentibus pauperibus duram duxit pueritiam, donec stipendium est adeptus, ut studiis, ad quae anhelabat, dare se posset. Ab archiduce Leopoldo promotus est ad cathedram s. Scripturae in academia lovaniensi (1654), pluribus dein auctus beneficiis († 16. Mart. 1696). Acer

[1]) Cf. prolixum catalogum ap. Sommervogel IV, 181—97. Plura in *Notice sur C. Hazart controversiste de la C. d. J.,* Audenaerde 1851 in 8. auctore Edm. Van de Straeten.

[1]) Cf. Ossinger p. 613.

[2]) Reliquit quoque *paraphrasim et theses sacras in epistolam d. Pauli ad Romanos,* Lovanii 1640 in f. Cf. Loise Biogr. nat. de Belg. XII, 309.

[3]) Cf. Sommervogel VIII, 908—17. Hoc eodem tempore Martinus Henricus de Swaen s. theologiae doctor in universitate lovaniensi plures proposuit theses, in quibus nititur adversus protestantes concilium tridentinum a semipelagianismi nota liberare, sed erronea plane via adscripsit eidem concilio sententiam de gratia ex se efficaci. Cf. Mémoires de Trévoux, 1705 Juillet p. 1186. Prodierunt eae cum nonnullis aliis collectae hoc titulo: *Opuscula eximii viri Mart. Henr. de Swaen* etc. Lovanii 1705 t. 2 in 12. Cf. Liv. de Meyer Hist. congr. de aux. l. 1 c. 24.

erat Jansenianorum adversarius, qui et ipsi libellis famosis eum sunt insecuti: strenue quoque stetit pro auctoritate et juribus sedis apostolicae, quae occasione declarationis cleri gallicani 1682 sex saltem scriptis vindicavit. Ex pluribus ejusdem libris[1]) potiores sunt: *Explicatio regularum utriusque juris* nova arte et facili methodo deducta, legum et canonum ac rerum judicatarum auctoritate confirmata, Lovanii 1653 in 12; 1684, opus suo tempore in pretio habitum; quaestiones *de auctoritate pontificia* in definiendis controversiis fidei et morum, juris et facti, ib. 1665 in 4; 1666; *Ad 45 prop. in praxi perniciosas* et nuper damnatas ac quasdam censuras tr. duo, ib. 1666, qui gravi controversiae cum rectore magnifico dedere occasionem; academicae lectiones *in actus apostolorum* et practicarum quaestionum resolutiones, ib. 1666 in 4. Scripsit contra monita salutaria b. V. M. sub nomine Fr. Ludoiscio Bona, Moguntiae 1674; Lincii 1715; contra Gillemans de Witte, notas in gallicam versionem N. T. montensem, Moguntiae 1679 et gallice Coloniae 1780 etc.

180. Antonius d'Aubermont O. Praed. scripsit *responsionem historico-theologicam* ad cleri gallicani de potestate ecclesiastica declarationem Parisiis 19. Mart. 1682 factam ex ss. pontificum decretis ac gestis exceptam (suppresso nomine), Coloniae Agrippinae 1683 in 8., cui adjecit mantissam celebrium in Belgio et Gallia scriptorum etc., huic declarationi cleri gallicani oppositam. Addita est diss. de immediata episcopalis et synodalis jurisdictionis origine, 1683 in 4. (absque loco et nomine typographi). Duplicem ob haec op. a card. Cibo recepit epistolam gratulatoriam, qua auctori testatur, pergratas fuisse summo pontifici Innocentio XI. has lucubrationes, et eum confirmat in proposito de s. sede bene merendi. Nobili stirpe prognatus a. 1612 ingressus est d'Aubermont ordinem s. Dominici juvenis 20 annorum. Absolutis Coloniae Ubiorum studiis post alias cathedras primarium in academia lovaniensi s. theologiae magisterium est adeptus (20. Oct. 1652). Interim etiam pluribus annis strenuum egit missionarium in Frisia praesertim et Leowardiae († 22. Nov. 1686 a. aetatis 74). Ejus praeterea sunt[1]): *Doctrina, quam de primatu, auctoritate ac infallibilitate rom. pontificis tradiderunt Lovanienses,* ubi doctorum lovaniensium sententiam propriis eorum verbis exprimit, Leodii 1682 in 4; *expunctio appendicis R. P. Papebrochii officium corporis Christi a s. Thoma de Aquino compositum denegantis,* Gandavi. — Joannes Neercassel Gorcomiensis n. est 1625, Lovanii philosophiae operam dedit, adolescens 20 a. (1645) ingressus est congr. Oratorii. Expleto probationis anno missus est Salmurium ad s. theologiae studium. E Gallia redux in seminario mechlinensi theologiam docuit a. 1652. Mox tamen missionibus addictus et a Jacobo de la Torre archiepiscopo ephesino et vicario apostolico per foederatas Belgii provincias in exsilium pulso majori parti dioecesis ultrajectinae praefectus fuit, et a. 1662 ab Alexandro VII. datus est coadjutor archiepiscopo philippensi Balduino Catzio vicario apostolico, cui anno sequenti successit titulo castoriensis episcopi. Magno zelo et studio vere pastorali curam gessit suae missionis, unde Romam profectus a. 1670 benigne exceptus est a Clemente X., ibique subscripsit Alexandri VII. formulario adversus jansenianam haeresim edito. Verum nimis arcta deinceps amicitia cum jansenismi propugnatoribus Arnaldo, Gerberonio et Quesnello conjunctus indigna obsequentia omnia ipsorum placita, judicia, stu-

[2]) Cf. Bibl. nat. de Belg. VI, 196—204.

[1]) Alia cf. apud Echard II, 709.

dia laudavit nominisque famam obscuravit († 6. Jun. 1686 a. aetatis 60). Ejus opera praecipua[1]) sunt: *De sanctorum et praecipue b. Mariae V. cultu* tractatus 5, Coloniae Allobrogorum 1675 in 8; Parisiis 1679 gallice; Posonii 1786 in 8. etc.; tractatus *de lectione Scripturarum*, in quo protestantium eas legendi praxis refellitur, catholicorum vero stabilitur; accedit diss. *de interprete Scripturarum*, Embricae 1677 in 8; gallice 1680, quam Arnaldi judicio subjecisse dicitur, qui etiam quaedam correxit. *Amor poenitens* seu de divini amoris ad poenitentiam necessitate et recto clavium usu, Embricae 1683 t. 2 in 12., cum appendice, in qua circa quorundam theologorum doctrinam de remissione peccatorum nonnullae difficultates proponuntur et demonstratur vera sententia d. Thomae Aq. de sacramento poenitentiae; 1685 editio, in qua nonnulla duriora mollivit; Venetiis 1771 v. 2 in 8., gallice 1740 t. 3 in 12., prohibitus *donec corrigatur* decr. 20. Jul. 1690. Librum hunc a. 1684 subjecit judicio A. Arnaldi, a quo monitus, ne in praefationis fine adjiceret »in Petri cathedra fidem esse indeficientem,« quod haec verba prae se ferrent pontificiae infallibilitatis confessionem, illa expunxit. Cum e Gallia Quesnellus profugus Bruxellas venisset, literis 9. Martii 1685 ad eundem datis, gavisum se scribit Neercasselius, quod „iniquitatem fugiens hollandis propinquior factus esset, cujus eruditio et doctrina ipsos certantes adjuvaret,« cui etiam ejusdem libri editionem alteram commendavit. In eo negat attritionis sufficientiam ad poenitentiae sacramentum[2]).

[1]) Cf. Foppens II, 701 ss.; Feller VI, 227; Biogr. univ. XXXI, 32; *Causa quesnelliana et historia ecclesiae ultrajectinae* Corn. Pauli Hoynk Van Papendrecht; van Slee allg. d. Bi. XXIII, 366; Batterel, qui in suis Mémoires III, 209—40 admodum encomiastice de eo scribit.

[2]) Plura de his operibus cf. apud Dupin XVIII, 137 ss. Alia ejusdem scripta circa quaestiones practicas illius temporis suaeque missionis cf. apud Schulte III, 703.

181. In *Gallia* theologiam positivam[1]) maxime coluit Ludovicus Thomassinus (Thomassin), vir stupendae plane eruditionis. Natus is est Aquis Sextiis 28. Aug. 1619 e familia antiquissimae nobilitatis[2]): e qua tamen nihil aliud fere sibi quasi jure hereditario vindicavit nisi morum probitatem et pietatem illius vere gentilitiam. Anno 14. vitae suae nondum completo congr. Oratorii sese adjunxit. Studiis absolutis philosophiam docuit Platoni admodum addictus: mox theologiae tradendae Samurii, dein Parisiis (1654—1668) admotus patrum conciliorumque lectioni totum se immersit felicissimo profectu, ut opera ejusdem probant: ex omnibus vero quae legebat, notatu digniora in scripta referebat, unde copiose opera sua irrigavit. Ordinatissimam duxit semper vitam. Studendi ardorem arborum cultura, qua delectabatur, temperavit. In conversatione cum aliis admodum erat modestus et affabilis. Fertur tamen eum sub-

[1]) Robertus Cameracensis O. Cap. concionator pro collegis in hoc munere diligentia sedula compilavit *Aurifodinam universalem scientiarum* divinarum atque humanarum ex fontibus aureis ss. patrum, conciliorum, doctorum necnon paganorum fere ducentorum tam in theologia quam in philosophia per sententias plusquam 80,000 sub titulis 700 ordine alphabetico distributam, Parisiis 1680 t. 2 in f., Coloniae 1700 t. 2; 1781 t. 3 in 1 v.; 1759; *Aurifodinam scientiarum divinarum* ex fontibus aureis utriusque T. erutarum per sententias plusquam 18,000 sub titulis 920 ordine alphabetico et in 20 ll. distributam, Insulis 1696. — Alius ab eo est Gaudentius Robertus O. Carm. Parmensis (1695), qui cum Bened. Bachinio *Il Giornale de' Letterati* scribere coepit 1686—90 et *Miscellanea italica* erudita t. 4 Parmae 1690—2 in 4. digessit. Ea non sunt argumenti theologici. Indicem habes in Zedler Universallex. XXXII, 61 ss.

[2]) Ejus avunculus Claudius Th. aliquamdiu sodalis Or. (1632—45), dein canonicus theologus forojuliensis edidisse legitur paraphrasim *in l. Tobiae* Parisiis 1643. Cf. Batterel III, 516.

inde adeo fuisse timidum ut post velum, ne auditores videret, praelectiones suas haberet. Ultimis vitae annis ita defecit, ut gradatim amiserit usum virium corporis et mentis, memoriae, membrorum, imo et linguae, vitamque studiis unice impensam laboribusque exhaustam 24. Dec. 1695 Parisiis explevit [1]) a. aetatis 76. Negari ipsi nequit immensa atque inexhausta eruditio, qua ad omne comprobandum assertum aptissima in promptu habet antiquitatis suffragia, quae tamen si sunt graeca, non adeo accurate exhibentur; sublimis est in concipiendo, clarus et nitidus in exponendo, eloquens in scribendo; sed haec ipsa verborum ubertas eum saepe abripit, ut nimis sit diffusus, in verborum selectu minus accuratus et sobrius, ut magis rhetorem, imo et poetam quam theologum agat [2]),

concinni ordinis non adeo sit tenax, et cum theologia scholastica non adeo delectaretur, accurationi et subtilitati minus studeat. Magna tamen utilitate ejus leguntur libri, ut traditionis cognoscantur thesauri opulenti, ut nobilissima de divinis operibus sensa hauriantur, ut doctrinae revelatae sublimitas et pulchritudo veluti sentiatur.

182. Haec ejusdem opera: *Dissertationum* (XX) *in concilia generalia et provincialia* t. 1 (et unicus) Parisiis 1667 in 4; Lucae 1728 in f.; Coloniae 1784, in Rocaberti bibl. XV, 382—739, quod opus eruditissimum et utilissimum admodum displicuit gallicanis, licet non penitus arriserit Romae. Inire enim nititur viam mediam: summam tribuens pontifici auctoritatem seposita tamen quaestione de ejus infallibilitate in questionibus fidei. Praepositus generalis Oratorii circa 36 paginas gallicanis maxime exosas jam mutilaverat: et parlamenti jussu suppressum fuit opus. Ad haec numina irata placanda aliam scripsit praefationem, in qua nonnulla eorum, quae dixerat vel probaverat, explicat, emollit, extenuat; sed ea est indigna tanto theologo, cum non eruditionem sed assentationem vel nimium metum redoleat. Opus ipsum non continuavit. Reliquit ms. *Remarques sur les conciles* avec des tables très-amples et des notes marginales v. 3 in f. *Mémoires sur la Grâce*, où l'on représente les sentiments de s. Augustin, de s.

[1]) Cf. plura de ipso apud Niceron III, 163 ss.; Journal des Savans 1696 t. 24 p. 186; Mansi in elogio praemisso primo *de veteri et nova Ecclesiae disciplina* volumini edit. lucensis 1728; Dupin XVIII, 187, qui amplum ejusdem operum conspectum exhibet; in primis Car. Thomassin in Katholik 1891. II, 97 ss. et seorsim Monachii 1892 et KL. XI, 1697—1700; Ingold Essai de Bibliogr. Orat. Parisiis 1880 p. 170—76; Batterell III, 477—515.

[2]) En quaedam specimina. Probans solius Dei esse reparare opus suum scil. hominem, ita concludit (de incarn. l. 1 c. 1 § 3): „Creatura omnis ejusmodi lutum est, ut divinae tantum manus patiens et sequax sit; alienae insolens et indocile. Artifex quoque manus non minus tenax est sui juris et ambitiose illud retentat, nec opus suum ab alio contrectari aut temerari facile patitur. Mira limi superbia, quae nisi omnipotenti arti subesse dedignetur.“ Num. 5: „Rerum conditio tirocinium dumtaxat fuit omnipotentiae divinae . . . At in Verbi incarnatione absolutissimum sui documentum exhibuit, tota erupit, omnia contra naturam molita est; nec naturae tantum creatae vim intulit, quod et ipsi familiare et sibi proclive foret; sed Deitatem ipsam concussit quodammodo intentata alias novitate.“ C. 2. n. 5: „Amor subimpudens solet esse, quid jus, quid ratio, quid modus jubeat parum auscultat . . . suam hanc procaciam excusat ipse, quia amor est; nec culpari quis potest, quod nimium amat. Ergo jubente amore, jus fasque fuit humanis ut se conspectibus videndum Deus sisteret.“ C. 6. n. 2: „Quoties ergo irasci, dolere, misereri, gaudere in ss. paginis dictitabatur Deus, toties corporabatur, sed umbratiliter tum, sed praelusorie et tentabundus . . . Inhumanari per haec peaeludia anticipate oportuit, ut hominem gestare prius (Deus) meditaretur et sese gradatim insueface-ret.“ Cf. l. 2. c. 1. n. 4. 5. 7; l. 3. c. 10. n. 6; c. 12. n. 12, 13; c. 17. n. 1, 2; c. 19. n. 17, 20; l. 8. c. 7. n. 2; l. 9. c. 10. n. 8 etc.

Thomas et de presque tous les Théologiens jusqu'au Concile de Trente et depuis le Conc. des plus célèbres docteurs des Universités d'Italie etc., Lovanii 1668 t. 3 in 12; Parisiis 1682 t. 2 in 4., opus auctum duplici appendice *de gratia* scil. *efficaci* et *de gratia sufficienti;* latine versum in t. 3. dogmatum. Nititur auctor mediam inire viam inter Thomistas praemotionis physicae patronos, et eos qui Molinae vestigia sectantur: ad hos tamen magis quam ad illos accedit. Rejecta enim praedeterminatione physica vim ineluctabilem gratiae victricis locat in multitudine, varietate, consonantia et conspiratione auxiliorum interiorum exteriorumque, quorum singula seorsim frustrari possunt, quin et frustrantur quandoque per libertatis humanae contumacem dissensum; at universa obstinatissimos quosque fatigant tandem, et multitudine, conspiratione, indefessa oppugnatione sua ad assensum intentum pertrahunt. Neque in hoc opere edendo satis felix fuit, imo periculum incurrit, ut illud supprimeretur sed ab auctoritate non competenti [1]). — Jam veniamus ad praecipuum ejusdem opus: *Ancienne et nouvelle discipline de l' Eglise touchant les Bénéfices et les Bénéficiers* [2]), Parisiis 1678-1679; 1679—1681 v. 3 in f.; 1725, ed. in meliorem ordinem redacta; Bar le Duc 1864—67 t. 7 in 4; Parisiis 1856 t. 2 in 4. in forma dictionarii; illud latine reddidit et melius disposuit, Parisiis 1688 t. 3 in f.; Lugduni 1706; Lucae 1728 cura cl. Mansi variis annotationibus locupletatum; Venetiis 1760; 1773 ed. cura P. Zachariae notis illustrata, Moguntiae 1787 t. 10 in 4. Opus hoc hortantibus Galliae episcopis, qui ipsum etiam annuo juvarunt subsidio, aggressus est: vastissima in eo resplendet eruditio, unde etiam praecipua derivavit Van Espen in suum jus ecclesiasticum universum [1]): plus illud continet quam promittat inscriptio: agit siquidem de omnibus prorsus ordinibus, dignitatibus, muneribus atque officiis ecclesiasticis, etiam de regularium conventibus et monasteriis, de eorum regulis et privilegiis; de omnis generis bonis ecclesiasticis, deque juribus et officiis praesulum Ecclesiae in iisdem dispensandis etc. Admodum placuit illud Innocentio XI., qui testatus est, ipsum magno sibi futurum adjumento ad Ecclesiae gubernationem. Imo cogitavit (1686) auctorem Romam vocare atque sacra purpura ornare, sed Galliae rex illius e regno discessum non permisit. Plures hoc opus in compendium redegerunt, ut Julianus Loriot congr. Orat. Lavallensis († 19. Febr. 1715), qui ea magis respicit quae spectant theologiam moralem [2]), Parisiis 1702 in 4;

[1]) Contra ipsum scripsit Arnaldus Remarque sur le premier t. des dogmes theolog. du P. Thomassin, où l'on decouvre plusieurs contradictions de ce père sur la matière de la grace, inter ipsius op. t. X.

[2]) Cf. de hoc opere Journal des Savans XV, 397 ss.; LXIII, 20; LXXX, 238.

[1]) Seine historische Erudition verdankt er vorzüglich dem Oratorianer L. Thomassin, der, obschon ihm der auch um die Quellen des canonischen Rechtes hochverdiente Bischof von Tarragon A. Agostino in seiner epitome juris pontificii veteris vorangegangen war, doch als der eigentliche Begründer einer historischen Bearbeitung des canonischen Rechtes anzusehen ist. Sein Werk . . . ist ein auch jedem neueren Schriftsteller dieses Faches völlig unentbehrliches Buch." Phillips, Kirchenl. IV, 169. ed. 1. Et vel ipse Schulte de eo judicat: Thomassin's Werk ist trotz mancher Mängel des Gebrauches von für das heutige Studium ungenügenden Quellen, der Benutzung von unächten u. s. w., das beste, welches überhaupt für die Geschichte d. Kirchenrechtes existiert, von keinem andern übertroffen, bis heute die Fundgrube für die meisten Arbeiten über die in ihm behandelten Gegenstände nach der historischen Seite gewesen. Nur bezüglich mancher Einzelheiten ist Neues erbracht, ergänzt, gebessert, im Ganzen steht das Werk als unübertroffen da.

[2]) Fuit Loriot strenuus missionarius, qui conciones publicae luci dedit 1695—1713 t. 18; *Psaumes de David,* (latine et

1838; Hericourt parlamenti advocatus [1]), ib. 1717 in 4; Benedictus Oberhauser O. S. Ben., cujus *Thomassinus abbreviatus* prodiit Salisburgi 1774. 1775 pp. 3 in 4. *Dogmata theologica*, Parisiis 1680—1689 v. 3 in f., quorum in primo disserit de incarnatione Verbi; in altero de Deo Deique proprietatibus. Quamvis vero de his copiosissime disserat secundum Petavii methodum, nullatenus eum describit vel aliis verbis eadem dicit, hoc ipso ostendens quam inexhausta sit haec materies. Tertius tomus complectitur prolegomena theologiae, tractatum de divina et ss. Trinitate; tr., quo proponitur compendiaria omnium de gratia controversiarum elucidatio (prius jam gallice edita, cf. supra); tr. (5.) cur in medio annorum sive in plenitudine temporum, non maturius, non tardius natura se nostra induerit Deus Verbum; Venetiis 1730 v. 3 in f., adjectae etiam sunt dissertationes in concilia; Parisiis cur. Ecalle 1864 ss. v. 7 in 4. *Traites historiques et dogmatiques* sur divers points de la discipline de l'Eglise et de la Morale chrétienne, scil. Traité *des Jeûnes* de l'Eglise divisé en 2 p., Parisiis 1680 in 8; 1685; 1693; 1700; Traité *des Fêtes* de l'Eglise, ib. 1683 in 8; 1685; 1697; latine cum Guyeto Venetiis 1729; Traité *de l'office divin* pour les Ecclésiastiques et Laïques, ib. 1686 in 8; 1692; 1693; Traité *de la Verité et du Mensonge, des Juremens et des Parjures* [2]) 1691 in 8; 1700; Traité *de l'Aumône ou du bon usage des biens temporels* tant pour les Ecclésiastiques que pour des Laïques, ib. 1695 in 4; Traité *du Négoce et de l'Usure*, ib. 1697, posthumum cura P. Car. Bordes [1]), Traité *de l'Unité de l'Eglise* et des moyens, que les Princes Chrétiens ont employé pour y faire rentrer ceux, qui en étoient separez, ib. 1686—88 t. 2 in 8., qui cura P. Bordes multum auctus prodiit adjecta 3. p. (docta et utili), inscriptus: *Traité dogmatique et historique des Edits et des autres moyens spirituels et temporels*, dont on s'est servi dans tous les temps, pour retablir et pour maintenir l'unité de l'Eglise Catholique avec un supplement, ib. 1704 t. 3 in 4., in quo opere eruditissimo totus in eo est Thomassinus, ut allatis antiquitatis monumentis ostendat, patres admodum detestatos esse omnes, qui unitatem Ecclesiae laederent rumperentque, eosdemque semper approbasse, quod principes edictis legumque rigore haereticos atque schismaticos ad reditum in Ecclesiam urgerent [2]). *La méthode d'étudier* et d'enseigner chretiennement et solidement *les lettres humaines*, Paris 1681. 1682 t. 3 in 8., quo in op. agit in ll. 3 de usu poëtarum antiquorum. Sainte-Marthe praepositus generalis Or. literis encyclicis scholarum magistros hortatur, ut sequantur auctoris praecepta. La Méthode .... *la Philosophie*, ib. 1685; ... *la grammaire*, ib. 1690; ... *les historiens profanes* [3]), ib. 1693 t. 2 in 8. Opus singulare magnae diligentiae sed parvi fructus est, *Glossarium universale hebraicum*, quo ad hebraicae linguae fontes linguae et dialecti pene

gallice) avec des reflexions sur chaque verset, ib. 1700 t. 3 in 12, opus editum a Quesnello; *Vitae sanctorum V. T.* piis cogitationibus illustratae complectentes historiam judicum, regum, Tobiae, Machabaeorum et ss. mulierum, ib. 1704 t. 2 in 8., ut videtur, gallice.

[1]) Cf. de hoc compendio Mémoires de Trévoux 1717 IV, 1592 ss. Ceterum cf. etiam Guadagninum de antiquarum paroeciarum origine diatriba in quaedam loca Thomassini de Ecclesiae disciplina, Brixinae 1782 in 8.

[2]) Cf. de hoc opere Journal des Sav. XIX, 215—224.

[1]) Hic patria Aurelianensis erat sodalis Oratorii et Thomassini discipulus, hinc á clero delectus est ad complenda et edenda opera, quae ille imperfecta reliquit. Obiit 23. Maj. 1706. Cf. Batterel III, 204—17.

[2]) Cf. Mém. de Trév. 1704 I, 349—366; II, 927—940; J. des Sav. XIV, 339; XXXII, 277—284.

[3]) Cf. Suppl. A. E. L. II, 518—525.

omnes revocantur, ib. 1697 in f.; hinc etymologiam vocum diversorum idiomatum investigans eas a radicibus hebraicis (per vim saepe) derivat. *Jugement du P. Thomassin* sur la dissertation de Jean Mabillon *de azymo et fermentato* (reperitur t. 1. operum Mabillonii).

183. Post Thomassinum magnam meret laudem propter solida jacta fundamenta theologiae positivae Dominicus a ss. Trinitate (Tandy) O. Carm. natus Niverni 4. Aug. 1616. Cum ingressus esset Carmelitarum excalceatorum ordinem, qui rigidam profitentur disciplinam, parentes ejus propterea parlamentum commoverunt, quod edito etiam decreto filium monasterio egredi coegit atque ad parentes reverti. Sed in proposito semel concepto firmus perseverans ordinem repetiit. Romam missus totum se s. theologiae, patrum et historiae ecclesiasticae studio immersit, simul tamen sollertia in gerendis negotiis emicuit, ut post varia munera honorifica eligeretur 3. Maj. 1659 in praepositum generalem sui ordinis: quo munere tam prudenter fungebatur, ut Alexander VII. eum constituerit commissarium apostolicum ad visitandas ordinis provincias promovendamque exactioris disciplinae observantiam. Triennio expleto in generalis dignitate confirmatus est [1]). Etiam Clemens X. honore et gratia sua eum est prosecutus († 7. Apr. 1687). Ejus est *Bibliotheca theologica* septem ll. distincta, in qua exacto ordine reponuntur cuncta ad completam s. doctrinae vel theologiae notitiam spectantia, tam secundum se, quam secundum diversa ejus munera deducendi conclusiones beneficio artis syllogisticae, unde scholastica vel argumentativa: ordinandi et explicandi locos theologicos, unde positiva et thetica et fundamentalis: defendendi sua principia adversus omnium infidelium genera, unde polemica: disponendi suas materias, unde methodica: utendi metaphoris, unde symbolica: provocandi vel dirigendi affectum in Deum, unde mystica, Romae v. 7 in f. 1665—1676. In t. 1. libro 1. agit de nomine, certitudine, dignitate, subjectis, dotibus s. doctrinae; l. 2. de utilitate theologiae scholasticae, de variis argumentorum generibus, de locis theologicis, de judice controversiarum, de variis notis et censuris propositionum; t. 2. l. 3. de verbo Dei scripto et tradito, qua occasione tractat etiam quaestiones isagogicas in s. Scripturam. T. 3. agit de Ecclesia et romano pontifice, cujus infallibilitatem exquisita eruditione plenissime ex traditionis monumentis probat; potiora recepit Rocaberti in suam bibl. pont. X, 215-577. Disserit deinde de conciliis deque patrum auctoritate. In t. 4. disserit de disciplinis ad s. doctrinam explicandam conducentibus a grammatica incipiens. In t. 5. p. 1 proponit modum propugnandi fidem, motiva credibilitatis, religionis apologiam adversus atheos aliosque ex ordine adversarios; in p. 2. refellit ex ordine haereticos orientis et occidentis. In t. 6. exponit methodum adhibendam in s. doctrina tractanda et qua usi sunt patres. In t. 7. exhibet theologiam symbolicam et mysticam. Patet vel ex ipso brevi conspectu opus hoc (rarum et carum) esse ditissimum repertorium pro ea s. disciplina, quae de locis theologicis inscribitur. Et revera de his erudite, plene, copiose, sed etiam nimis diffuse disserit, adeo ut hoc argumentum pro statu hujus scientiae suo tempore exhausisse dici possit. Disseruit etiam *de anno jubilaeo,* 1650 in 4.

183 a. Inter apologetas [1]) religionis christianae praeter alios, quos suis in-

[1]) Cf. Villiers bibliotheca carmelitana notis et criticis dissertationibus illustrata, cura et labore unius e carmelitis prov. Turoniae collecta, Aurelianis 1752.

[1]) Huc forte referri potest Simon Focher Divionensis (n. 1644; † 27. Apr

dicabimus locis, numerari debent: Gilbert de Choiseul du Plessis-Praslin, doctor parisiensis (1640), episcopus Convenarum (de Comminges) primum 1664, dein et Nerviorum (Tournay) (1670), qui ut in ejus epitaphio legimus, decessit Parisiis, attritus studiis, vigiliis, concionibus, peregrinationibus ex summo suorum amore exantlatis [1]) 31. Dec. 1689 a. episcopatus 45. Dolendum est, eum tot virtutum splendorem obfuscasse nimia familiaritate cum Jansenianorum factione; hinc saepius se a Jansenismi suspicione purgare debuit [2]). Approbaverat l. *Avis salutaires* de la bienh. V. M. In edenda quoque famosa declaratione gallicana a. 1682 magnam ostendit alacritatem, imo ultra progredi cogitabat nisi obstitisset Bossueti moderatio. Scripsit innumera opuscula et commentarios, quorum Desmons in biogr. infra cit. 183 numerat, inter quae *Mémoires touchant la religion* 1680 t. 3 in 12., 1681—82 ed. 2. t. 2; 1685 t. 2; in quibus aggreditur atheos, deistas, libertinos, protestantes; *le vray systeme de la religion chrestienne et catholique,* Lille 1689 in 12. Epistolam edidit prolixam *de potestate ecclesiastica,* Insulis 1688, quae inscribitur Steyaert doctori et professori theologiae in facultate lovaniensi, in qua hujus positiones *de pontifice romano,* Lovanii 1687 (adversus Aeg. de Witte) aggreditur et pontificis infallibilitatem impugnat. — Franciscus Diroys, doctor Sorbonae, canonicus abrincensis († 1601) edidit: *Preuves et préjugez pour la religion chrestienne et catholique* contre les fausses religions et l'atheisme [1]), Parisiis 1683 in 4; diss. *pro justificanda condemnatione,* qua s. sedes prop. Jansenii proscripsit, Coloniae 1705 in 4., etiam cum elucidatione augustinianae doctrinae *de divina gratia* Celsi Cerrii Jenae 1741; ipsius censetur esse utilis et succincta *Histoire ecclésiastique de chaque siècle,* quae reperitur in Mezerai *Histoire* de France. — Daniel Beguin S. J. theologiae professor Rotomagi (n. 14. Oct. 1608; † 19. Mart. 1696) disputavit *de veritate divinitatis Christi* per duodecim evidentia credibilitatis argumenta demonstratae, Parisiis 1680 in 8. — Carolus a s. Catharina O. Carm. theologiae professor († 1689) scripsit *Traité des propriétés de l'Ecri-*

1696), vir eruditus, qui plurimum laboravit in illustranda, tuenda, commendanda academicorum antiquorum philosophia, quod eam utilem religioni revelatae censuerit. Ita statim impugnavit Malebranche, ediditque Diss. *sur la recherche de la vérité* ou sur la philosophie des Académiciens, où l'on réfute les préjugés des Dogmatistes, Parisiis 1673 in 12. *De la sagesse des Anciens* où l'on fait voir, que les principales maximes de leur Morale ne sont pas contraires au Christianisme, ib. 1682; 1683 in 12; Dissertations *sur la philosophie des Académiciens* ll. 3, ib. 1692 in 12; 1693 ed. aucta p. 4. Adversarium nactus est Robertum de Gabetz O. S. Ben. cartesianum, qui mysterium eucharistiae secundum principia cartesiana explicare nisus est († 13. Mart. 1678); hinc plura opera apologetica adversus hujus scripta edidit. Cf. Adelung II, 1183. — Paulus Beurrier can. reg. et abbas s. Genovefae († 1696) auctor est operis: *Perpetuitas fidei* ab origine mundi ad haec usque tempora in lege naturali, mosaica et evangelica Parisiis 1672; gallice 1680. Alius est a Lud. Beurrier († 1645), de quo egimus III[3], 1136.

[1]) Integrum epitaphium cf. in Journal des Savans XVIII, 158.

[2]) Ludovicus XIV. ei negotium dedit, ut cum Jansenistis ageret, quo eos Ecclesiae conciliaret; sed hae collationes fructu caruerunt. Cf. cont. H. E. Fleurii l. 205 § 7 ss.; Desmons G. de Ch. évêque de Tournay, Tournay 1907; Feret IV, 140—52; Bulletin de Lit. eccl. 1908 p. 131—9; Jungmann KL. III, 170. Pro juribus tamen pontificis adversus ipsum stetit Henricus Wolthier, qui ei tr. dedicavit *de potestate ecclesiastica,* Gedani 1698; et jam antea examini subjecit *Pon-*

---

dus rationum in ep. Gilb. de Choiseul ep. torn. de potestate ecclesiastica, Nissae 1692.

[1]) Cf. de hoc opere, quod auctoris eruditionem, eloquentiam atque zelum probat, acta erudit lips. 1683 p. 364—368; Feret IV, 204—8.

ture en faveur des nouveaux convertis et de ceux qui aiment les ss. lettres, Pictavii 1689 in 8. — Felicianus a s. Magdalena O. Carm. Nannetensis († 28. Nov. 1685) edidit *defensionem divinae providentiae* juxta doctrinam d. Augustini et s. Thomae Ecclesiae catholicae luminum, Burdigalae 1657 t. 3 in 4. — Paulus Philippus de Chaumont membrum academiae gallicae (1684), lector Ludovici XIV., episcopus aquensis (1671), episcopali cura se exuit (1684), ut totus studiis vacaret († 1697). Adversus incredulos scripsit: *Reflexions sur le Christianisme enseigné dans l'Eglise Catholique,* tirées de diverses preuves que la raison fournit touchant la Religion Chretienne enseignée dans l'Eglise Catholique [1]), Parisiis 1693 t. 2 in 12. — Josephus de Voisin Burdigalensis, primum parlamento burdigalensi a consiliis, susceptis ordinibus sacris, Armando de Bourbon ab eleemosynis († 1685), primus edidit egregium Martini Raymundi O. Pr. (cf. II³, 400) opus inscriptum *Pugio fidei* adversus Judaeos, a Franc. Bosquet, postquam diu desideratum fuit, repertum, quod etiam doctis eruditisque notis illustravit, praemissis prolegomenis, in quibus insignem hujus l. plagiarium detegit Petrum scil. Galatinum (II³, 1231); hic enim quidquid in *catholicae veritatis arcanis* rabbinicae eruditionis ostentat, id totum ex Raymundi l. derivavit. Alia ejusdem opera sunt: *Theologia Judaeorum* sive opus, in quo christiana religio fuisse priusquam Christus veniret ex hebraeorum libris ostenditur, errores vero Judaeorum coarguuntur, 1647 in 4; liber *de lege divina secundum statum omnium temporum* ab Adamo in statu innocentiae, et post lapsum usque ad Noe, a Noe usque ad Abrahamum, ab Abrahamo usque ad Moysen, a Moyse usque ad Christum et regnante Christo, Parisiis 1650 in 8., quo in op. disserit etiam de lege scripta, de divisione legis, de translationibus s. Scripturae, de integritate textus hebraici. Liber *de jubilaeo secundum Hebraeorum et Christianorum doctrinam,* ib. 1655; 1678 in 8; *in Evangelium secundum Matthaeum* (seu in c. 1.) commentarius ex operibus d. Augustini collectus, ib. 1659 v. 2 in 8; disceptatio theologica orthodoxa *de ss. Trinitate* ib. 1647. Missale romanum gallice versum edidit 1660, quam tamen editionem Galliarum episcopi non solum in cleri gallicani comitiis eodem anno sub anathematis poena vendi ac legi prohibuerunt, sed etiam literis 12. Jan. 1661 ad Alexandrum VII. datis apostolica quoque sententia damnari curarunt. Alexander VII. revera damnationem 7. Febr. 1661 confirmavit, ne scil. abusibus via sterneretur atque sacra mysteria profanationi exponerentur. — Adversus Graecos schismaticos et Turcas, quorum plures quoque convertit ad veram fidem, clare et solide egit Michael Nau S. J. Parisiensis, diu inter illos missionarius (n. 1631; † 1683) in l.: *Ecclesiae romanae graecaeque vera effigies* ex variis tum recentibus, tum antiquis monumentis singulari fide expressa, Romanis Graecisque exhibita, quo intelligant admirabilem utriusque consensionem et in tanta matrum concordia nefas esse pugnare et odisse inter sese ingenti damno liberos. Accessit religio christiana contra Alcoranum per Alcoranum pacifice defensa ac probata, Lutetiae Parisiorum 1680 in 4., quam ultimam partem (adversus Turcas) auctam gallice quoque edidit ib. 1684 t. 2 in 12; 1685; 1687. *Voyage nouveau à la Terre Sainte* enrichi de plusieurs remarques particulières servant à l'intelligence de la Sainte Ecriture, ib. 1679 in 12; 1702; 1726; 1757.

184. Adversus protestantes, Calvinianos in primis, doctrinam catholi-

[1]) Cf. Journ. des Savans XXI, 253 ss.

cam[1]) propugnarunt Ludovicus Ferrand n. Tolonii 3. Oct. 1645, parlamenti parisiensis advocatus, etiam in rebus theologicis et linguis antiquis versatus († 11. Martii 1699), cujus inter alia exstant[2]): *Traité de l'Eglise* contre les Hérétiques et principalement contre les Calvinistes (Claudium in primis), Parisiis 1685; 1686 in 12., qui adeo probatus fuit clero gallicano, ut is annuam, quam illi statuerat, pensionem augeret[3]). *Réponse á l'Apologie pour la Réformation*, pour les Réformateurs et pour les Réformés, ib. 1685 in 12. adversus Jurieu, in quo tractatur de statu monastico, de viduis secularibus et religiosis: de secundis et ulterioribus nuptiis, de veri martyris qualitatibus, de caeremoniis ecclesiasticis, de s. Scriptura; de exstasibus et visionibus, de coelibatu clericorum et aliis quibusdam materiis ad religionem pertinentibus, opus a censoribus sorbonicis impense laudatum. *Réflexions sur la Religion chrétienne* contenant les prophéties de Jacob et de Daniel sur la venue du Messie avec quatre discours, le premier du Sénat des Juifs; le second des proselytes; le troisième des paraphrases chaldaïques; et le quatrième de l'année des Juifs, ib. 1679 v. 2 in 12; 1701, qui liber eruditis arrisit. Anonymus tamen quidem ei opposuit: *Observations critiques et curieuses* sur les Réflexions sur la Religion chrétienne, Tolosae 1692 in 12., cui alter anonymus respondit in Journal des Savans 1692. *Liber Psalmorum cum argumentis, paraphrasi et annotationibus*, Parisiis 1683 in 4., quem datis ad eum literis Innocentius XI. propter eruditionem et unctionem collaudavit. Opus quidem est elaboratissimum, nihil tamen continet speciali mentione dignum. Ejus praefatio prodiit sub titulo: *Dissertationes criticae* de hebraea lingua, Origene, Hieronymo, Scripturarum divinitate, Parisiis 1701 in 8. *Summa biblica* seu diss. prolegomenicae de s. Scriptura, ib. 1690 in 12. Distribuerat hanc Summam in 8 partes, sed praeter primam alia non prodiit: in eaque agit de iis argumentis, quae communiter in introductione ad s. Scripturam tractari solent. Collegerat laboriose praecipua, quae in conciliorum actis, pontificum constitutionibus patrumque operibus continentur, quae tamen collectio non prodiit. *De la connaissance de Dieu* avec des Remarques (editoris anonymi O.S.Ben.), ib. 1706 in 12; 1719, quae annotationes operis pretium multum augent:

[1]) De reconciliandis protestantibus cum catholicis cogitavit Jacobus Gaffarel n. 1601 in oppido Mannes in Provincia, praefectus bibliothecae card. Richelieu († 1681), quem in finem scripsisse videtur *quaestionem pacificam*, num religionis dissidia per philosophorum principia, per antiquos christianorum orientalium libros rituales et per propria haereticorum dogmata conciliari possint, Parisiis 1645 in 4., in quo praeter res valde utiles ideae quoque nonnullae sat singulares occurruut. Nullus forte adeo diligenter scrutatus est artem cabbalisticam et rabbinicam interpretandi Scripturas ut Gaffarel, qui in hoc genere eruditionis versatissimus fuit. Cf. Feller IV, 72. — Praetermittimus Caesarem Richard († 1692) notiorem ob plura alia scripta, quae huc non spectant (cf. Jöcher III, 1941), qui retractavit l. *Le Levain du Calvinisme* ou Comencement de l'heresie de Genéve faict par R. S. Jeanne de Jussie lors religieuse de S. Claire de Genéve et après sa sortie Abesse au Convent d'Anyssi, Camberii 1540; 1611, ediditque inscriptum: Relation de l'Apostasie de Genéve, Parisiis 1682 in 12.

[2]) Cf. Bi. un. XIV, 393; J. des Sav. XXXV, 578; Niceron I, 191—203; X. p. 1 p. 2—5; p. 2; Dupin XVIII, 250, qui de eo ita judicat: „M. Ferrand avoit beaucoup d'érudition, il savoit les langues et avoit lû l'antiquité. Il accable son Lecteur de citations rapportées assez confusément et sans beaucoup de choix. Il n'écrit pas d'une manière sublime, et n'est pas extrêmement fort dans le raisonnement.“ Feller III, 566; Act. E. L. 1685 p. 571: „Magnam patrum et antiquitatis ecclesiasticae notitiam, eloquentiam etiam insignem cum modestia junctam ex hoc etiam auctoris libro nemo non deprehendet.“

[3]) Cf. Journal des Savans XIII, 339—345, ubi magno encomio liber hic commendatur et tamquam invictus proponitur.

sunt enim utiles, eruditae, solidae, ingeniosae [1]). — Ivo parisiensis, prius advocatus, dein O. Cap., splendidum sui ordinis decus, totum se impendit studiis, quorum en fructus [2]): *Theologia naturalis* t. 4, quorum in 1. agit de Dei existentia et de creatione mundi; in 2. de immortalitate animae, de angelis et daemonibus; in 3. de perfectionibus divinis in particulari, de providentia Dei et justitia; in 4. de religione, quod religio christiana sit vera et de ejusdem mysteriis, Parisiis 1638 in f.: *Moralis christiana* t. 4, ib. 1638 in 4. In 1. agit de morali christiana universim et in particulari de officiis hominis in Deum; in 2. de directione vitae singularis; in 3. de vita publica, oeconomica et politica; in 4. de usu bonorum et malorum: ubi etiam agitur de gratia contra novatores. *Progressus divini amoris* t. 4, ib. 1644 in 8., scil. de divino amore nascente, patiente, operante et fruente; *de potestate romani pontificis* adversus Lutheranos, Calvinistas et alios haereticos, ib. 1643 t. 2 in 4; tr. *de indifferentia actuum humanorum,* ib. 1645 in 8; tr. *de necessitate,* in quo demonstratur ab omni necessitate morali expedita libertas. Quae omnia opinionibus non nihil singularibus referta prodierunt prius gallice, dein latine versa Parisiis 1675—1677. Decessisse videtur c. a. 1685. — Ipsius sodalis Gregorius Lugdunensis in suo *Catéchisme théologique,* orthodoxae fidei veritates conspicuis ac solidissimis argumentis firmat, Lugduni 1688 in 4; 1696. — Antonius Paulus le Gallois [1]) O. S. Ben. congr. s. Mauri Normannus (n. 1640; † 1695), insignis concionator, praeter alia reliquit *l' Abrégé des controverses* agitées entre les Catholiques et les Protestans, Cadomi 1684 in 4; 1685 in 12. — Honoratus Chaurand S. J. concionator strenuus († 19. Nov. 1697) protestantium confessiones in rem suam convertit editis *Passages de controverse* tirez des livres les plus authentiques de la Religion pretendue reformée leüs et vérifiez en chaire etc., Dieppae s. a.; Cadomi 1671. — Claudius Bendier Sorbonae doctor et canonicus s. Quintini († 1697 vel 1698) scripsit *L' Hérésie de Calvin destruite par* sept preuves invincibles, 1685; *La defense des principales prerogatives* de la ville et de l'eglise royale de s. Quentin en Vermandois etc. Saint-Quentin 1671 in 4. Huic accessit: *La vie du tres illustre martyr S. Quentin* apotre et patron du Vermandois (a. 382) avec ce qui s'est fait de plus notable apres sa mort, ib. 1673. — Stephanus Bertal SJ. († 18. Mart. 1694) reliquit *Discours choisis* (20) sur plusieurs matières importantes de la Foy et des Moeurs, Lugduni 1687 in 4., quorum 15 prodierunt in Migne Orateurs sacrés (1854) 38, 9—430.

185. Pro fide catholica strenue steterunt etiam plures ex his, qui relicto errore eam palam postea sunt professi. Ita A. Vigne diu praeco calvinianus Gratianopoli, sed opera praesertim B. Lamy ad fidem catholicam conversus (17. Dec. 1684), praeter alia clare solideque scripsit [2]) *Apologie pour l' Eglise*

[1]) Cf. Mémoires de Trévoux 1707 t. 1 p. 229—247.

[2]) Cf. Bern. a Bononia p. 162. Secundum alios obiit 1678 a. aetatis 85; quod etiam legimus in Biogr. univ. LI, 551. Ipsi etiam tribuitur *Astrologiae nova methodus Francisci Allaei,* arabis christiani, Rhedonis 1654—55 pp. 3 in f., opus Nanneti igni addictum propter vaticinia singularia relate ad varia Europae regna turbarum causas, quae in aliis edit. propterea omissa fuere.

[1]) Alius ab eo est Joannes Gallois secretarius academiae scientiarum († 1707), qui *Journal des savants* a Dionysio de Sallo († 1669) coeptum (cf. Feller VII, 407) continuavit. Carpunt in eo nimiam indulgentiam in laudandis libris, censura rigidiori dignis. Cf. Feller IV, 91. Ipsius forte est *Traité des plus belles Bibliothèques,* Pariis 1680. 1685 in 12.

[2]) Cf. Raess VIII, 282—326.

catholique, où l'on justifie sa Croyance, son Culte et son Gouvernement par les principes mêmes des Protestants, Parisiis 1686 in 12. — Paulus Pelisson-Fontanier Biterris natus a. 1624, in literis humanioribus egregie erat versatus atque adeo excultus, ut licet juvenis 28 annorum inter academiae gallicae membra reciperetur. Cum familiari uteretur consuetudine Fouquetii, qui curae aerarii praerat, eique esset a secretis, hujus quoque calamitatis, qua regia gratia penitus excidit et ad perpetuos carceres est damnatus, particeps factus est et in carcerem conjectus. Hic otium nactus totum se dedit studio Scripturae, ss. patrum et conciliorum operumque theologicorum. Post quatuor annos libertate donatus (1666) regiam adeo promeruit gratiam, ut praeceptor daretur Delphino. Postquam amplexus est fidem catholicam (1670), suscepit etiam subdiaconatus ordinem († 7. Febr. 1693). Ex ejus operibus huc spectant [1]): *Réflexions sur les différends de la Religion* avec les preuves de la Tradition ecclésiastique par divers Traductions des ss. Pères sur chaque point contesté, Parisiis 1686 t. 2 in 12; 1687; 1689 ed. 4. aucta, adjecit enim t. 3., in quo solide refellit Jurieu; etiam in Migne Démonstr. evang. III, 827—1035; *de la tolérance des Religions,* Lettres de M. de Leibnitz et Réponses de M. Pelisson [2]), ib. 1692 in 12; *Traité de l' Eucharistie,* ib. 1694 in 12., quibus in operibus laudantur soliditas, stili nitor, disputationis calor absque acerbitate et jucunda elegantia, quae lectorem delectat. — Theologum irenicum egit Alexander d'Yse Congr. Orat., quondam praeco calvinianus, in l. rarissimo [1]): *Propositions et moyens* pour parvenir à la réunion des deux Religions en France, 1678. — Martinus Grosteste de Mahis (n. 22. Dec. 1649) aurelianensis canonicus (sed tantum diaconus), ex calviniano praecone (1687) strenuus catholicae veritatis assertor est effectus († 16. Oct. 1694). Calvinistas acriter exagitavit quaestione, cur sese ab unitate Ecclesiae segregarint? quam ob rem librum vulgavit *Considérations sur le schisme des protestants,* 1684; quas fusius evolvens iterum proposuit in opere: *La vérité de la religion catholique* prouvée par l'Ecriture sainte et la Tradition [2]), Parisiis 1696 t. 2 in 12; 1713 t. 3 in 12. (ed. aucta a Geoffroy † 1715); *Lettre à une personne de la Religion prétendue réformée,* où la Présence réelle du Corps de J. C. dans l'Eucharistie est prouvée par la s. Ecriture, 1684 in 8. — Josephus Arbussy (Albusy) insignis, ingeniosus et irenicus theologus (n. 1624; conversus 1666; † 27. Apr. 1694), reliquit opus a Bossueto

---

[1]) Plura de ipso ejusque operibus cf. apud Niceron t. X. p. 1 pag. 103—110; p. 2 p. 108—110; Dupin XVIII, 240—247; Journal des Savans XXI, 282—298; Feller VI, 453; Raess VIII, 1—41; acta erudit. lips. 1689 p. 564; 1692 p. 241; Supplem. 1, 609; Pelisson, Etude sur sa Vie et ses Oeuvres, suivie d'une correspondance inédite du même, auctore F. L. Marcou, Parisiis 1859.

[2]) Hoc opus admodum commendatur in Journal des Savans XX, 284—301; 303—311, ubi praeter eruditionem tria in eo laudantur: „Une Meditation profonde de ce qu'il traite, ne prenant presque jamais rien d'autrui, sans y ajoûter du sien, et au moins un nouveau poids et un nouveau jour; de sorte que comme dit Ms. de Leibnitz, on y faisait toûjours profit, tantost en apprenant quelque chose, tantost en se sentant touché des bonnes choses qu'on savoit déjà. Un choix judicieux des argumens dont il se sert ... Enfin on trouve dans les écrits de M. Pelisson ce que les anciens maîtres de l'éloquence ont appellé *jucunditatem quandam inaffectatam:* Je ne sais quel agrément naturel et non recherché qui égaye tout ce qu'il écrit, et dispose par la joye à la persuasion; d'où vient qu'un des meilleurs esprits de la Cour a dit souvent, que les épines les plus seches fleurissoient entre ses mains etc."

[1]) Cf. Raess VIII, 119.

[2]) Cf. Journal des Sav. XXIV, 745—50; Dupin XVIII, 301; praesertim Raess VIII, 209—231.

laudatum et approbatum [1]) *Déclaration* contenante les moyens de réunir les Protestantes dans l'Eglise catholique, Paris 1671 in 8.

186. De eucharistia hac epocha plures egregie plane disputarunt. Ita Paulus Bruzeau, qui inter praestantiores Ecclesiae catholicae apologetas sec. 17. numeratur, in opere: *La Foi de l' Eglise catholique sur l' Eucharistie,* 1684. Ejus praeterea sunt: *La Défense de la foi de l'Eglise* sur les principaux points de controverse, 1682; *Répose à l' écrit d' un ministre* sur plusieurs points de controverse sur l'invocation de la Vierge et des Saints etc. et sur la nullité des raisons pour sa séparation d' avec l' Eglise romaine, Parisiis 1678. Ei quoque tribuitur opus celebre: *Conférence du diable avec Luther* 1673; 1740. — Basilius Suessionensis O. Cap., in Anglia missionarius apostolicus, de eucharistia agit hisce in libris: *Défense invincible de la vérité orthodoxe de la présence réelle de J. C. en l' Eucharistie,* où elle est prouvée par près de trois-cents argumens, dont toutes les majeures sont prises de l' Ecriture, Parisiis 1676 in 8., 1677 (ed. 3.); *Défense invincible de l' Eucharistie et du s. Sacrifice de la Messe* tous deux clairement expliqués, ib. 1682 in 8. (ed. forte alia auctior prioris libri); *les Rapports admirables de l' institution de la s. Eucharistie avec les six Jours de la création du Monde,* ib. 1686 in 8. Alia quoque opera polemica reliquit [2]), ut *La Religion demonstrée* et la fausseté de nouveaux sectes detruite avec la condamnation des novateurs par leur propre bouche, ib. 1676; *La véritable décision de toutes les controverses* par la résolution d' une seule question: Quel doit être le juge des controverses, ib. 1685; *fundamentum immobile doctrinae christianae,* ubi septem sacramenta clare probantur per V. et N. Testamentum, gallice, ib. 1687 in 8. — Le Maire canonicus bellovacensis collegit *Recueil des Ss. Pères* des 8 premiers siècles touchant la Transsubstantiation, l' Adoration et le Sacrifice de l' Eucharistie, Parisiis 1686 in 12; *Défense de la foy catholique* et de sa perpétuité touchant l' eucharistie contre Claude, ib. 1670. — Carolus Bouquin O. Pr. in Septimania Tarasci ad Rhodanum natus, s. theologiae professor († 14. Febr. 1698 a. aetatis 76), auctor est operis: *Solis Aquinatis splendores* circa sacrosanctum eucharistiae mysterium aliaque christianae religionis arcana h. e. commentarius in prosam seu canticum d. Thomae doctoris ang. *Lauda Sion Salvatorem:* ubi s. Thomae mens in mirabili opere velut latitans aperitur, ss. corporis Christi in eucharistia praesentia propugnatur, majestas illustratur, virtus ostenditur etc. Exstant quoque praeter alia hujus auctoris *sermones apologetici,* quibus sanctae, catholicae atque romanae Ecclesiae fides contra novatores defenditur ac propugnatur, Lutheranorumque et Calvinistarum dogmata exploduntur etc. — Joannes Adam S. J. Lemovicensis (n. 1608; † 12. Maj. 1684) insignis concionator, strenuus Calvinistarum et Jansenianorum adversarius, scripsit: *Le Triomphe de la très-sainte Eucharistie,* où la présence réelle du Corps et du Sang de J. Chr. dans cet adorable Sacrament est prouvée etc. contre le ministre Claude, Gedani 1671 in 8; Parisiis 1672: *Octave de controverse sur le s. Sacrament de l' Autel,* où les paroles du Testament de J. C. sont prises en figure par les Protestans et en vérité par les Catholiques, Burdigalae 1675 in 8; et praeter alia [1]) *Calvin defait* par soy-mesme et par les armes de s. Augustin, qu' il avait injustement usurpées sur les matières de la grâce, de la liberté et de

[1]) Cf. Raess VII, 541—528.
[2]) Cf. Bern. a Bononia p. 38.

[1]) Cf. Sommervogel I, 43; Bauer KL. I, 212.

la prédestination, Parisiis 1650; 1689 in 8; qui tamen l., quatenus respicit Augustinum, minime arrisit celebri Norisio, ut liquet ex ejus vindiciis augustinianis. *Le Tombeau du Jansénisme* ou le nouveau party destruit par s. Augustin et la Bulle du Pape Innocent X., ib. 1654 in 4. — Joannes Leonardus de Fenis S. J. Tullensis († 27. Jan. 1688) Claudium aggressus est in l. *Traité de la présence réelle du corps de J. C. dans l' Eucharistie,* Tutelae 1683 in 12. Scripsit praeterea: *Controverses familières* où les erreurs de la religion prétendue réformée sont réfutées par l'Ecriture, les conciles et les Pères, divisés en 3 p. 1. Qu'ils n'ont point de Règle de Foi; 2. qu'ils sont hors de l'Église; 3. de la Transubstantiation, de la Primauté de s. Pierre et de la Visibilité de l'Église, Parisiis 1683 in 12; 1686 (ed. 4,); *nouvelle méthode pour instruire les nouveaux convertis,* et pour convertir ceux qui restent encore dans le schisme, suite des controverses familières, Burdigalae 1685; Parisiis 1686 in 12; *Traité de la foy,* où l'on établit la divinité de J. C. et la vérité de l'Église romaine, Tutelae 1683 in 12. — Nicolaus Gastineau Parisiis 1620 natus, regi a consiliis et ab eleemosynis parochus aliquamdiu anetensis in dioecesi meldensi († 17. Jun. 1686), reliquit *Lettres de controverse* adversus Claudium solide conscriptas rarasque t. 3, in quorum primo impugnat Claudii l. *Défense de la Réformation;* alios duos inscripsit: *La grande controverse de la présence réelle de J. C. en l' eucharistie.* Auctor Launoyi familiaris erat atque factioni portus regii addictus.

187. Hac occasione praetermittere non licet opus de hoc eodem argumento omnium celeberrimum, doctissimum certe atque utilissimum, cujus tamen auctores praecipui inter theologos catholicos numerari non merent utpote jansenianae factionis capita vel fautores [1]). Inscribitur illud *Perpétuité de la foi de l' Eglise catholique sur l' Eucharistie:* cujus operis haec exstitit occasio. Scripserat nonnemo (P. Nicole) doctam de s. eucharistia praefationem officio de ss. Sacramento, cujus editio (a de Maitre) parabatur, praemittendam: quae tamen edita non fuit, minus congruum enim videbatur, libello precum immiscere controversias. Ejus tamen exemplar ms. incidit in manus Claudii famosi eo tempore inter Calvinianos ministri, qui huic praefationi licet ineditae opposuit responsum, quod magni fecerunt suae sectae homines atque idcirco illud (non quidem typis sed transcriptis exemplaribus) admodum divulgarunt. Hinc cogitatum de refutando hoc responso non quidem typis, sed tantum exemplaribus mss. Cum vero typographus quidam ejusmodi exemplar nactus ac typis admodum mendose edere esset aggressus: coacti sunt praefationis et refutationis auctores i. e. Petrus Nicole et Antonius Arnaldus (cui debetur pars polemica adversus Claudium) genuinam ejus curare editionem, quae prodiit hoc titulo: *Traité sur l' Eucharistie,* où l'on fait voir la perpétuité de la foi de l'Église catholique touchant ce mystère en montrant qu'il ne s'y est fait aucune innovation depuis les Apôtres, ou la Perpétuité de la foi de l'Eglise touchant l'Eucharistie, Parisiis 1664 in 12., quae solet dici *la petite Perpétuité,* ut distingueretur a majori opere, de quo mox. Placuit opus catholicis [2]), hinc

[1]) Excipimus Eusebium Renaudot, qui quamvis familiariter versaretur cum aliquot hujus sectae ducibus et membris, spiritu schismatico abreptus non est. De ipso infra agemus.

[2]) Ipse Claudius in praef. responsi, quod illi opposuit, fatetur „qu'il aurait été difficile d'y rien ajouter; qu'il était écrit d'une manière belle, nette, élégante; et que s'il ne s'agissait que de la subtilité de l'esprit, et des grâces du langage, on ne pouvait nier, sans injustice, que ce livre n'eût quelque chose de surprenant."

anno 1762 editio jam quinta prodiit. In priori parte argumento generali seu praescriptionis plane invicte probatur fides catholica de reali Christi in eucharistia praesentia: in altera respondetur exceptionibus Claudii. Hic non tacuit, sed opposuit *Réponse* aux deux traités intitulés: La Perpétuité de la foi de l'Église catholique touchant l'Eucharistie etc. 1665 in 4., quod inter triennium septies prodiit. Propter tantam hujus responsi penes adversarios fidei catholicae diffusionem atque famam opus jam grandius aggressi sunt Nicolius et Arnaldus inscriptum: *La Perpétuité de la foi de l'Église catholique touchant l'Eucharistie*, cujus t. 1. prodiit Parisiis 1669 in 4., in quo prolixe methodus prius proposita ad stabiliendum dogma catholicum de reali Christi in encharistia praesentia evolvitur, firmatur, vindicatur: consensus ecclesiae graecae aliarumque sectarum orientis luculentissime comprobatur, omnis mutationis in hoc dogmate umbra a medio aevo excluditur. Tomus 2. prodiit 1672, in quo dogma catholicum probatur ex divinis literis atque ex doctrina patrum sex priorum seculorum, quae simul defenditur ab adversariorum exceptionibus. Tomus 3. (1674) explicat testimonia patrum difficiliora, quibus abuti solebant Calviniani: atque in fine (l. 8.) novis maximeque authenticis documentis probatur consensus ecclesiae graecae aliarumque sectarum orientis cum Ecclesia romana in dogmata de reali praesentia atque de transsubstantiatione [1]). Primo hujus operis tomo opposuit Claudius *Réponse au livre de M. Arnauld* intitulé la Perpétuité de la foi etc. 1670 v. 3 in 4: cui tertio responso occurrit Arnaldus cum Nicole l. *Réponse générale au nouveau livre de M. Claude*, Parisiis 1671 (vel 1672) in 12. Renaudot deinceps adjecit magno huic operi alia duo volumina 1711 et 1713 in 4., in quibus ea, quae praecedentibus tomis de fide Orientis circa eucharistiam dicta fuerant, latius explicat, novis documentis illustrat et tuetur, atque ejusdem Orientis fidem circa reliqua Ecclesiae catholicae sacramenta aliaque doctrinae capita exponit. In hisce fusius evolvit, quae brevius attigerat in op. *Défense de la Perpétuité de la foi* contre les calomnies du livre intitulé: Monuments authentiques de la Religion des Grecs et de la fausseté de plusieurs confessions de foi des chrétiens orientaux produites dans la Perpétuité de la foi auctore Joanne Aymone sacerdote apostata (Hagae Comitis 1708), Parisiis 1709, quam apologiam nonnulli hujus operis magni tomum sextum computant [1]). Prodiit integrum opus etiam Parisiis 1781—82 t. 6 in 7 v. in 4. et cura Migne 1841 t. 4, in cujus ed. t. 4. alia opuscula huc spectantia Sanmarthani et P. Scheffmacher continentur. Negari nequit opus hoc excellere apta disputandi methodo, invicta persuadendi vi, sana hermeneutica in explicandis sive Scripturae sive patruum effatis, quibus adversarii abutuntur, monumentorum copia ex Oriente; displicet tamen, patrum effata plerumque nonnisi gallice versa adduci, nec loca, unde eruta sunt, satis accurate indicari.

[1]) Hoc idem argumentum fuse et docte tractavit Anselmus Paris, canonicus regularis ad s. Genovevam, Campanus (n. 1631; † 2. Martii 1683) in opere: *La créance de l'église grecque touchant la transsubstantion*, défendue contre la réponse du ministre Claude au livre de M. Arnauld, Parisiis 1672; 1674 t. 2 in 12; etiam in t. 4. ed. Migne Perpétuité de la foi, Parisiis 1841. Ipsius quoque est diss. *de l. Bertrami de Eucharistia*, quem ipse adscribit Joan. Scoto Erigenae, in quo tamen deceptus est, ut postmodum compertum fuit. Cf. Dupin XVIII, 218 et Journal des Savans XI, 79, ubi ejus diligentia, doctrina et pietas laudantur; Biogr. univ. LXXVI.

[1]) Cf. de hoc opere Werner Geschichte der apol. und pol. Literatur der christl. Theologie III, 214 ss.; IV, 683 ss. et Journal des Savans XLIV, 379—400.

188. Jam de praecipuis operis auctoribus agamus, cum etiam aliis operibus innotuerint. Non ingredimur quaestionem, quid in hoc op. Arnaldo, quid Nicolio sit tribuendum, cum de hoc haud levis sit controversia. Antonius Arnaldus a sociis jansenianae partis *Magni* nomine salutatus, natus est 8. Febr. 1612 filius vicesimus [1]) patris sui. Insignibus plane ingenii donis praeditus, incidit quod dolendum in manus Sancyrani, quo dein duce et moderatore, quoadusque is vixerit, est usus. Relicto juris studio se addixit theologiae, atque doctor (1641) creatus post mortem card. Richelieu, qui se opposuerat, in Sorbonae gremium fuit receptus (1642). Post Sancyrani obitum (1643), ipse factus est jansenianae partis velut moderator. Propter duas epistolas in favorem Liencurii ducis, qui libri Jansenii egerat patronum, editas Sorbona ejectus est cum 60 aliis doctoribus a. 1656. In solitudinem Portus regii se recepit, ubi sagacissima sua dexteritate clanculum causam jansenianam plurimum promovit. Post sic dictam pacem (fucatam) Clementis IX. redire et palam prodire permissus est; non diu tamen, nam de concitatis novis tumultibus accusatus apud regem, iterum tenebras quaesivit, mox in Belgium secessit (1679), inde vero denuo expulsus, Leodii aliquamdiu delituit suisque dumtaxat notus, calamum suum contra Jesuitas, Labbe, Raynaldum, P. Malebranchium, R. Simonem, Steyaertium [2]), Jurieu aliosque, plerumque in jansenistarum causa, quorum velut dux, os et advocatus erat, indefesse exercuit, unde ejus vita jugis erat militia literaria († inter 8. et 9. Aug. 1694 a. aetatis 82.). Negari non potest, Arnaldum Dei beneficio praeclaris admodum dotibus fuisse exornatum: eloquentia, ingenii acie, eruditione ac perspicuitate stili eminuisse, versatum fuisse in antiquitatis monumentis; judicii tamen pertinacia, nimia sui ipsius aestimatione, indeque enata superbia ingenti maculam suo nomini inussit. Ad 145 libri ei tribuuntur, qui collecti prodiere Parisiis 1775—1783 t. 48, et in quinque distribui possunt classes, quarum prima complectitur libros spectantes ad literas humaniores et philosophiam. — Altera complectitur ll. contra Malebranche, ut *Réflexions philosophiques et théologiques sur le Traité de la nature et de la grâce*, auctore Malebranche, Coloniae 1685. 1686 t. 3 in 12., contra quem stilo satis acerbo scripsit etiam: *Des vraies et des fausses idées* contre ce qu' enseigne l' auteur de la Recherche de la verité [1]). Huc spectant dein tot libelli in causa Jansenii editi, quorum plures sunt prohibiti. Suam de gratia doctrinam ex d. Augustini operibus hausisse gloriabatur, palamque defenderat coram Galliae episcopis 4 vel 5 annis, antequam in publicum prodiret Jansenii liber, propositionem: „Defuit Petro tentato gratia, sine qua nihil poterat [2]).“ Amplectitur et errorem de duobus Ecclesiae capitibus Petro et Paulo (cf. p. 71 a.) — In tertia classe continentur scripta contra Calvinianos, inter quae eminet Perpetuitas fidei, de

[1]) Frater natu major erat Robert Arnauld d' Andilly, qui annos natus 55 relicta aula in Portus regii solitudinem secessit, quae tunc portus exstitit multorum sectae spiritu infectorum. Plurima opera et vitas sanctorum gallice vertit. † 1674 a. aetatis 85. Cf. Feller I, 267. De nostro aliisque nominatissimae hujus familiae membris cf. Jungmann KL. I², 1401 ss.; Feret IV, 249—78. Quanti eum fecerint ipsius asseclae cf. in Fleurii H. E. contin. l. 211 § 77.

[2]) Cf. circa hanc controversiam cum Steyaerto A. E. L. 1692 p. 62—66; 129—135.

[1]) Cf. de libris ad hanc controversiam spectantibus A. E. L. 1685 p. 309; 416; 1686 p. 183—191; 1687 p. 235—242; 336—345.

[2]) Cf. Mich. a s. Joseph I, 324 ss.; Dict des livres jansen. I, 262—276: Reusch Index II, § 51 p. 446 ss.

qua egimus; ad haec etiam spectant opera a Bossueto multum commendata: *Renversement de la Morale de J. C. par les erreurs des calvinistes* touchant la justification, 1672 in 4°; *l'impiété de la morale des calvinistes* pleinement découverte par le livre de M. Bruguier, 1675 etc.; quibus adde tr. posthumum *Nécessité de la foi en J. Christ,* qui cum nonnullis additionibus receptus est a Migne in Démonstr. évang. III, 150—456. — Ad quartam classem revocari possunt libri, quos scripsit contra praetensam morum laxitatem, inter quos eminet liber famosus *de la fréquente communion* ou les sentimens des Pères, des Papes et des Concils généraux touchant l'usage des Sacremens de Pénitence et d'Eucharistie [1]), Parisiis 1643; 1644 ed. jam 5; latine 1647 et deinceps saepe. Hujus libri insigni hypocrisi conscripti, unde plures (20) episcopi et viginti Sorbonae doctores decepti illum approbarunt, scopus est, ostendere, modulo suo allegatis patrum, pontificum et conciliorum de usu sacramentorum poenitentiae et euchasistiae sententiis, abusum confessariorum in consulendo frequenti communionis usu. Hinc plurimum contulit, ut revera sacramentorum per Galliam frequentia imminueretur. Petavius Arnaldi doctrinam refutavit, qua refutatione ille supra modum irritatus non tam cogitavit, qua ratione impugnatori solide ac modeste responderet, quam quonam modo posset de universa societate Jesu poenas sumere. Hinc pessimum furiosi hominis consilium de compilandis et in unum corpus 6 v. in f. redigendis omnibus iis, qui adversus jesuitas editi unquam fuerant, scriptis [1]). Et revera edidit *Morale pratique de Jésuites* t. 8, et plures alios libellos famosos. Reprobarunt librum de frequenti communione etiam Yves O. Cap., Raconis, Habert; damnarunt Claudius d'Achey archiepiscopus bisuntinus aliique, et Alexander VIII. damnavit plures quae eo continentur propositiones 20. Dec. 1690. — Ad quintam denique classem spectant, qui versantur circa sacram Scripturam: hi fere omnes eo collimant, ut tueantur versionem gallicam N. T. montensem (p. 460) tectoque nomine in lucem prodierunt [2]). Concinnavit et *Historiam et concordiam evangelicam,* Paris 1653, quam dein gallice vertit, ib. 1669.

189. Petrus Nicole Carnotensis n. 13. Oct. 1625 patrem habuit magistrum in addiscenda lingua latina et graeca, quam puer adeo calluit, ut vix 14 annos natus omnes legerit classicos, quos in bibliotheca patris sat bene instructa repererat. Lectionis erat infinitae; vix liber reperiebatur, quem non legisset. Parisiis philosophiae, dein et theologiae operam dedit, simul tamen in famoso Portu regio (Port royal) pueros literas humaniores docuit. Familiari admodum consuetudine A. Arnaldi utebatur, quem in componendis libris multum juvit; librum famosum *les Lettres provinciales* latine vertit atque annotationibus textu pejoribus et dissertationibus auxit sub nomine Guil. Wendrock, Coloniae 1658; 1665 (ed. 4.). Arnaldum fugitivum in Belgium comitatus est. Rediit tamen 1683 in Galliam multumque in edendis libris occupatus fuit († 16. Nov. 1695). Sacros ordines nunquam recepit, tonsura tantum fuit initiatus. Dolendum est, eum ingenio et ingenti eruditione, qua certe

[1]) De controversia quam excitavit ille liber cf. Feret III, 136, ss.; 349—360. Joannes Bourgeois jansenista († 1687) Romam missus l. defensionem suscepit effecitque ne damnaretur. De aliis Arnaldi libris noxiis atque doctrinis erroneis cf. Dictionnaire des livres jansénistes 1, 74; 95, 107, 367, 380; 2, 330, 371, 414; 3, 150, 235, 299.

[1]) Cf. Le Long in bibl. sacra, et Dictionnaire des livres jansén. 1, 365.

[2]) Cf. Heurtebize in Dict. bibl. ed. Vigouroux 1, 1018.

praeditus fuerat, non semper pro Ecclesiae bono esse usum, sed saepe contra eandem abusum. Innumera (c. 88) reliquit opera [1]), quorum plura una cum Arnaldo, Natali de Lalane [2]) aliisque factionis jansenianae sociis composuit; multa sub ementitis nominibus (Pauli Irenaei, Wendrock, Profuturi etc.) edidit. Nonnulla indicabimus, quae ad tuendam fidem catholicam contra Calvinianos exaravit, praetermissis iis, quae pro secta janseniana scripsit. *Préjugés legitimes contre les calvinistes,* Parisiis 1671 in 12., ed. aucta additionibus contra Claudium, Bruxellis 1683, opus a Bossueto commendatum [3]); cui opposuit ille: *La Défense de la Réformation* contre le Livre intitulé: Préjugés etc., Amstelodami 1683 in 12. (ed. 3.). Sed vicissim Nicole (secundum alios Arnaldus) respondit l. *la Défense de l' Eglise* contre le livre de M. Claude intitulé: *la Défense* etc. Coloniae 1689 in 12: in quo tamen l. non semel romano pontifici non solum infallibilitatem, sed et alias praerogativas abjudicat et primatum ad jus primae sedis restringere videtur. *Essais de Morale,* Parisiis 1671—1678 t. 4 in 12., quae edidit sub variis nominibus; 1681 (ed. 3.), quod opus multum lectitatum, additionibus prodiit auctum 13 v. in 12. Parisiis 1723; t. 14. hujus collectionis continetur ejus vita auctore Goujet. Demum collectio ad 25 t. (ib. 1781) excrevit [4]). *Les prétendus Réformez convaincus de schisme* pour servir de réponse tant à un Ecrit intitulé: *Considérations* sur les lettres circulaires de l'Assemblée du Clergé de France de l'année 1682, qu'à un livre intitulé: *Défense* de la Réformation etc. par M. Claude, ib. 1684 in 12; *De l' unité de l' Eglise* ou réfutation du nouveau système de M. Jurieu, ib. 1687 in 12. et saepius. Systema Jurieu est, omnes sectas, dummodo articulos religionis christianae fundamentales non rejiciant, unam constituere Ecclesiam catholicam. Opus Nicolii magni faciendum est, invicte enim aggreditur protestantes; sed ea identidem interserit, quae factioni jansenianae seu appellantium a papa ad concilium favent. *Réfutation des principales erreurs des Quiétistes* contenues dans les livres censurés par l'ordonnance de Mons. l'Archevêque de Paris du 16. Dec. 1694; ib. 1695 in 12; *Instructions théologiques et morales* sur les sacraments, in forma dialogi, Parisiis v. 2 in 12; *sur le symbole,* ib. 1706 v. 2 in 12; *sur l' oraison dominicale,* la salutation angelique, la sainte messe et les autres prières de l'église, ib. 1706 in 12; *sur le premier commandement du Decalogue* où il est traité de la foi, de l'espérance et de la charité, ib. 1709 v. 2 in 12. Morte praeventus non potuit de reliquis praeceptis disserere, neque secundis curis has retractare instructiones. Constituunt eae quandam theologiam catecheticam in forma dialogi, in qua laudem sane merent ordo idearum, distinctio, accuratio, disserendi vis [1]): sed latent etiam in ea errores non parvi momenti. *Traité de la grâce générale,* 1715 t. 2 in 12., in quo tr. collecta habentur quaecunque de gratia Nicolius scripsit. In eo, si substantiam spectes, Nicolius non dissentit a Jansenio, sed hujus doctrinam eo verborum lenocinio et ad

[1]) Cf. Niceron XXIX, 285—333; Rotermund V, 682—87; librorum, quos contra calvinianos scripsit, prolixum conspectum exhibet Dupin XVIII, 110—131. Flosz KL. IX², 341; Pfender Realenc. 14³, 34-36.

[2]) De Lalane cf. supra p. 74 annot.

[3]) Cf. Werner IV, 674 ss.; Act. erud. lips. 1683, 438.

[4]) Cf. errores et naevos, quos complectitur in Dictionnaire des livres jansénistes 2, 68—92. Cf. etiam 1, 364; 473; 2, 158; 252 et l' *L' Esprit de M. Nicole.*

[1]) Cf. de his instructionibus Mém. de Trév. 1707 t. 1 p. 189—216, t. 4 p. 1881—1892; 1712 t. 3 p. 1741—1763; 1984—2002, quae plura in iis laudant; de erroribus cf. Dictionnaire des Livres jansénistes 2, 344—353.

fallendum composito proponit, ut iis, qui minus attente ipsum legant, fucum faciat, quasi Jansenii doctrinam mollierit emendaveritque [1]). *Traité de l'Usure,* ib. 1720 in 12. Sed errores jansenianos adeo imbiberat [2]), ut vix de aliqua re scribere potuerit, quin liber illos saperet [3]). Nullus tamen liber comparet sub ipsius nomine in librorum prohibitorum indice.

190. Cum hac periodo factio janseniana audacia cresceret, nec paucos doctos callidosque numeraret asseclas

---

[1]) Cf. judicium praepositi generalis O. Cist. de hoc tr. in Mém. de Trév. 1712 t. 3 p. 1763—80; d'Argentré comment. de praed. p. 194 s. Longe mitius judicatur de eo in Dictionnaire cit. 4, 130, ubi legimus: „Au reste quoique M. Nicole se soit ici ouvertement déclaré contre le système de M. Arnauld sur la Grâce, et quoiqu'il se soit fort rapproché de la Doctrine de l'Eglise, il ne s'est pas néanmoins expliqué d'une manière assez catholique etc." Hujus tr. compendium prodiit inscriptum jam Coloniae 1700: *Système de M. Nicole touchant la grâce universelle.*

[2]) Fichant, sacerdos curiosopitanus, exhibet in Mém. de Trév. 1732 t. 2 p. 1032—1068 catalogum centum prop. erronearum, quas ex Nicolii libris de theologia practica (t. 22) collegerat.

[3]) Jansenii erroribus inhaeserunt etiam Joannes Richard Parisiensis (n. 1615, † 1686), theologiae baccalaureus, qui parochus erat. Noluit formularium Alexandri VII. subscribere, hinc in carcerem fuit conjectus. Scripsit: *L'Agneau pascal* ou Explication des cérémonies que les Juifs observent dans la manducation de l'agneau de Pâques, appliquées dans uns sens spirituel à la manducation de l'agneau divin dans l'Eucharistie 1686 in 8; *Aphorismes de controverse: notae in censuram hungaricam* (archiep. strigoniensis) *quatuor propositionum cleri gallicani a. 1682,* Coloniae 1683; *Sentimens d'Erasme de Roterdam conformes à ceux de l'Eglise catholique* sur tous les points controversez, Coloniae 1688 in 12., quo l. scopum suum non omnino assequitur nimisque benigne de Erasmo censet. Distingui hic debet a Joan. Richard Virodunensi, qui licet advocatus, totus in elaborandis edendisque concionibus occupatus fuit. Ita concinnavit *La science universelle de la chaire* ou dictionnaire moral dans lequel on trouvera par ordre alphabétique ce que les Pères grecs et latins, les interprètes de l'Ecriture s. et les théologiens et prédicateurs ont dit de plus curieux sur la morale, Parisiis 1704 († 24. Febr. 1719). — Toussaint Guy Desmares Oratorii diu sodalis (n. 1602; † 1687) a factione janseniana Romam delegatus fuit ad tuendam Jansenii causam. Reliquit plura scripta polemica pro sua secta (plerumque absque suo nomine edita) et *necrologium Portus regii* 1723 in 4. Ejus elogium exaggeratum habes apud Batterel Memoires dom. pour servir à l'Hist. de l'Orat. 1, 412—79. — Obstinate Romam pariter missus ab a. 1645—53 pro causa Jansenii stetit Ludovicus Gorin de Saint-Amour doctor sorbonicus et (1644) rector universitatis († 15. Nov. 1687) — Claudius de Sainte Martha monialibus Portus regii a confessionibus Parisiensis n. 1620; † 11. Oct. 1690), de quo cf. KL. 10, 1543. — Andreas Martin ex Oratorii congregatione († 1695) collegit *Philosophiam christianam* ex operibus s. Augustini, Salmurii et Parisiis 1667 et 1671; ejus theses, quas typis edidit, cum Salmurii theologiam profiteretur, rarae sunt. Cf. Feller V, 590; Batterel III, 518—529. — Mathurinus Quéras n. 1. Aug. 1614 parentibus humilis conditionis Parisiis factus est theologiae doctor et receptus in Sorbonam, a qua tamen exclusus fuit, quod jansenianae factioni addictus noluerit subscribere censurae in Arnaldum latae. A Gondrin archiepiscopo senonensi factus est seminarii praeses, imo et receptus inter vicarios generales. Vitam alioquin duxit rigidam, beneficam, exemplarem († 9. Apr. 1695). Praeter alia reliquit prolixum opus (suppresso nomine): *Eclaircissement* de cette célèbre et importante question: Si le conc. de Trente a décidé ou déclaré que l'attrition conçue par la seule crainte des peines de l'enfer et sans aucun amour de Dieu soit une disposition suffisant pour recevoir la remission des péchés et la grâce de la justification au sacrament de pénitence, Parisiis 1683 in 8. Cf. Bi. un. 78, 224. — De Matthaeo Feydeau Parisino, socio et doctore sorbonico (1616—94) cf. Feret IV, 430—37. Auctor est *Catechisme de la grace,* infecti erroribus Jansenii, Paris 1650 in 32. — Joannes Deslyons doctor Sorbonae erat, ab ea tamen exclusus fuit quod censuram in Arnaldum latam noluerit subscribere. Factus est canonicus theologalis et decanus sylvanectensis (Senlis † 26. Mart. 1700). Cf. de eo Feret IV, 394—404.

et patronos, mirum esse non debet, si et plures e catholicis strenue illos impugnaverint. Ita Carolus Josephus Tricassinus (quia Trecis natus) O. Cap. inter praestantissima sui ordinis lumina numerandus. Sepositis enim aliis quaestionibus ingenium et industriam huic uni impendit, ut Augustini sententiam de gratia et praedestinatione, quam janseniani adeo obscurarunt, assequeretur et explicaret, quo in studio admodum fuit felix: ut testantur ejus opera [1]), quae in illustrando Augustino unice versantur. *De praedestinatione hominum ad gloriam* disputatio theologica, in qua clare demonstratur, praedestinationem illam factam esse post praevisa merita, Parisiis 1669 in 4; 1673; *supplementum augustinianum* ad illustrandam et confirmandam praedictae praedestinationis non gratuitae, sed post praevisa merita factae veritatem, ib. 1673; *de indifferenti lapsi hominis arbitrio sub gratia et concupiscentia* secundum d. Augustinum: in quo tractantur et explicantur multae phrases augustinianae, ex. gr. quid sit ‚agi a Deo, trahi a Deo; ex nolentibus volentes fieri,' et alia multa difficilia de gratia, de libertate, de peccato ac de veris et genuinis erroribus, qui fuerunt contra gratiam, omnia ex eodem Augustino, ib. 1673 in 4; *de necessaria ad salutem gratia omnibus et singulis data* secundum Augustinum, ubi tam in genere quam in specie ostenditur, dari gratiam vere sufficientem omnibus et singulis hominibus, et multa producuntur singularia et arcana Augustini principia, ex quorum plena cognitione pendet perfecta totius illius doctrinae praesertim quoad gratiam intelligentia, ib. 1673 in 4; *de natura peccati originalis* secundum mentem Augustini, ubi clare demonstratur, hoc peccatum non esse concupiscentiam, aut merum poenae reatum, ut quidam falso putaverunt censuisse Augustinum, ib. 1677 in 4; *de causa bonorum operum* secundum mentem d. Augustini, quo in tr. praecipue de bonitate spei vitae aeternae et timore gehennae disseritur, ib. 1677 in 4; *Supplementum ad tr. de causa bonorum operum,* ubi agitur de sufficientia attritionis concepta ex metu gehennae cum sacramento poenitentiae secundum mentem d. Augustini et concilii tridentini, ib. 1679 in 4; *commentarius brevis et continuus in libros d. Augustini contra Pelagianos,* ib. 1680: *in l. de gratia et libero arbitrio* et *in l. de correptione et gratia,* ib. 1680; *in ll. contra Semipelagianos* i. e. in ll. de praedestinatione sanctorum et dono perseverantiae, ib. 1681 in 8; in l. d. Augustini contra Pelagium et Coelestium *de gratia Christi,* Moguntiae 1687 in 8. In hisce commentariis Tricassinus hoc potissimum demonstrare conatur, Pelagianos ab Augustino propterea haereseos fuisse insimulatos, quod nullam gratiam Dei admitterent in voluntate necessariam; non vero ob id, quod gratiam docerent esse indifferentem h. e. talem, cui possit voluntas humana seu obtemperare seu resistere. *Gratia efficax a se ipsa refutata ex libris s. Augustini* [1]), Moguntiae 1687 in 8. Praeter haec edidit quaedam de iisdem argumentis gallice. Ita vertit ll. s. doctoris de gratia et libero arbitrio deque correptione et gratia adjecitque versioni reflexiones et applicationes necessarias; totam quoque s. Augustini de gratia et libero arbitrio doctrinam exposuit, Parisiis 1678; scripsit et l., in quo nititur probare, Cartesii philosophiam esse contra fidem. Ceterum hujus praestantissimi theologi opera admodum sunt rara. Dicuntur enim ab adversariis fuisse coempta ignique tradita, quod illis respondere non possent.

191. Historiam controversiarum cum Jansenianis [2]) exhibet Hilarius du Mas

[1]) Bern. a Bononia p. 60.

[1]) Cf. act. erud. lips. Suppl. 1, 128—133.

[2]) Joannes Filleau juris professor et

doctor sorbonicus in *Histoire des cinq propositions de Jansénius*[1]) depuis 1640 jusque 1669, Leodii 1699 in 12; multum aucta Trivultii 1702 t. 3 in 12., cum ejusdem *apologia*, Leodii 1701 in 12. — Marcus Antonius Foix S. J. theologiae professor (n. 1. Mart. 1627; † 14. Maj. 1687) dedit *Response aux derniers chicanes des Jansenistes*, laquelle fait voir que tout ce qu'ils ont écrit depuis un an pour montrer qu'on ne peut pas les obliger à signer le Formulaire, chaque manifestement la raison, les sentiments des anciens Pères et la pratique constante de l'Eglise, Tolosae 1664 in 4. — In primis vero jansenismi historiam illustravit Renatus Rapin S. J. Turonensis n. 3. Nov. 1621, a literis humanioribus suo tempore celebratissimus[1]), poeta insignis, eruditione plane singulari instructus († 27. Oct. 1687). Ex plurimis ejus operibus huc referri possunt: *Histoire du Jansénisme* depuis son origine jusqu'en 1644, Parisiis 1861 in 8., opus pro hac historia summi momenti, posthumum editum cura Domenech missionarii apostolici, canonici honorarii montepesulani, qui tamen illud, quod dolendum, retractando mutilavit et plurimis mendis foedavit; *Mémoires du P. R. Rapin* sur l'Eglise et la Société, la Cour, la Ville et le Jansénisme 1644—69, ib. 1865 t. 3 in 8., cura Leonis Aubineau; *de nova doctrina* diss. seu Evangelium jansenistarum, ib. 1656; *Les artifices des heretiques*, ib. 1681, quae est versio sed libera op. P. Estrix *de fraudibus haereticorum; La comparaison de Platon et d'Aristote* avec les Sentimens des Peres sur leur doctrine et quelques reflexions chrestiennes, ib. 1671 in 8; *L'Esprit du christianisme*, Paris 1672 etc. — Contra Jansenianos strenue disseruit quoque Gaston Chamillard Sorbonae professor († 1690), cujus praeterea est l. *de corona, tonsura et habitu clericorum*, cui accessit multiplicum rationum auctoritas cum responsionibus ad oppositiones in contrarium proponi solitas[2]), Parisiis 1659 in 8.

192. Famosa cleri gallicani declaratio a. 1682 edita multis disputationibus et operibus occasionem dedit. Plurium jam mentionem fecimus[3]). Ex Gallis haud incelebris est Antonius Charlas sacerdos conserantinus vere doctus, pius et modestus, vicarius generalis Steph. Caulet episcopi pamien-

Pictavii regii advocatus (n. 1600; † 1682) in l. *Relation juridique de ce qui s'est passé à Poitiers touchant la nouvelle doctrine des jansénistes*, Pictavii 1654 in 8., c. 2. narrat factum de inito a septem jansenistarum ducibus consilio evertendi religionem christianam stabiliendique deismum, quam conjurationem deinde auctor anonymus (Henr. Michael Sauvage S. J. † 1791) ex factis veram fuisse comprobare nititur in nominatissimo opere: *La Réalité du projet de Bourgfontaine*, Parisiis 1755 v. 2 in 12; ib. 1787 v. 2 in 8., liber saepius editus variasque in linguas versus, etiam latine: *Veritas consilii Burgofonte initi*, Augustae 1764. Cf. Feller III, 590. Sommervogel VII, 611 ss.; Bauer KL. II, 1166 s. Negari nequit, auctorem illum anonymum ingeniose et solerter ostendere omnes eventus posteriores ita adamussim contigisse, ac si praecessisset ejusmodi deliberatum consilium ac proinde ex suppositione ejusmodi consilii optime explicari posteriores eventus. Verum haec mira factorum conspiratio non videtur sufficere ad probandum ipsum consilii habiti factum. Illud esse fictum post accuratam archivorum et monumentorum investigationem statuitur in Hoore Rapport sur les travaux du Séminaire d'histoire ecclésiastique pendant l'année 1890—91, Lovanii 1891. Cf. et Reusch in Beitr. zur Gesch. des Jesuitenordens, München 1894 p. 120—68. Ejusdem auctoris est *Traité des droits*, prérogatives et prééminence de églises cathédrales dans les conciles provinciaux, Parisiis 1628.

[1]) Prolixam epitomen exhibent acta erud. lips. 1700 p. 214—223.

[1]) Cf. Sommervogel VI, 1443—58.

[2]) Cf. Feret IV, 356—60.

[3]) Contra eam scripserunt Fr. de Sequeiros, Rocaberti, Reding, Sfondrati, Jo. d'Aubermont, de quibus jam egimus. Infra mentio recurret d'Aguirre, Sfondrati etc.

sis (n. 88), cum quo intrepide restitit potestati regiae in causa regaliae, adeo ut ad evadendum carcerem Romam confugerit, ubi et 7. Apr. 1698 decessit. Scripsit primum tr. *de libertatibus ecclesiae gallicanae* in 4., in quo primario intendit impugnare tantum tribunalium civilium abusus sub praetextu tuendae libertatis ecclesiae gallicanae [1]); sed opus hoc secundis curis retractavit et auxit solide et nitide ostendens pontificis jura laedi famosa illa declaratione. Agit etiam in eo adversus Richer, Dupuy, de Marca, Fevret et Launoy. Prodiit jam hoc titulo: *Tr. de libertatibus ecclesiae gallicanae* continens amplam discussionem declarationis factae ab archiepiscopis et episcopis Parisiis mandato regio congregatis 1682, Leodii 1684; (1689); Romae 1720 v. 3 in 4. ed. locupletior et emendatior, cui adjecta fuit auctoris vita, quae vita ab inquisitione 4. Jun. 1721 fuit prohibita. Reperitur etiam in hac ed. ejusdem *de concilio* oecumenico diss. ad confirmanda ea, quae dixerat in ipso tr. circa auctoritatem synodi basileensis. *Causa regaliae* penitus explicata adversus diss. Natalis Alexandri de jure regaliae, Leodii 1685 in 4; *De la Puissance de l' eglise* ou réponse au traité historique de M. Maimbourg *de l' établissement et des prérogatives de l' église de Rome* et de ses evesques, s. l. 1687; *Primatus jurisdictionis R. Pontificis assertus* seu responsio ad diss. L. E. Dupin *de primatu R. P.,* quae est 4. inter ejus de antiqua Ecclesiae disciplina diss., Coloniae 1700, opus posthumum, cujus occasione Roskovány Rom. Pont. III, 1013 scribit: »Auctor Ecclesiae romanae vindex integerrimus atque a pluribus gloriosis vindiciis notus, in hoc quoque opere penitus prostravit suum adversarium.« Reperitur etiam in t. 3. tr. *de libertatibus* etc. ed. romanae 1720. Contra probabilismum scripsit disp. theologicam *de opinionum delectu* in quaestionibus moralibus, in qua celeberrima de probabilitate disceptatio dilucide explicatur et argumentis tractatur solidis atque ad omnium captum accommodatis, statuuntur regulae in dijudicandis controversiis de casibus conscientiae ut vocant sequendae, Romae 1695 in 4. In ea tutiorismum quendam tuetur.

193. Specialis controversia agitata fuit inter nonnullos theologos Gallos de assumptione b. Mariae V. secundum corpus in coelum, cujus haec fuit occasio. In ecclesia parisiensi legebantur in festo assumptionis b. Mariae V. haec Usuardi ex martyrologio verba: »XVIII. Kal. Septembris. Dormitio s. Dei Genitricis Mariae, cujus sacratissimum corpus, etsi non inveniatur super terram, tamen pia mater Ecclesia ejus venerabilem memoriam sic festivam agit, ut pro conditione carnis eam migrasse non dubitet: quo autem venerabile illud Spiritus s. templum nutu et consilio divino occultatum sit, plus elegit sobrietas Ecclesiae cum pietate nescire, quam aliquid frivolum et apocryphum inde tenendo docere.« Jam vero haec retenta fuere usque ad a. 1540 vel 1549, quo tempore illis substituta est aliqua homilia. Cum a. 1668 capitulum statueret pro exemplari martyrologii usu jam detrito adhibere exemplar novum transcriptum, deliberatum quoque fuit, num Usuardi verba essent restituenda, quae revera reposita fuere. Hujus consilii apologiam texit Claudius Joly in diss. *de verbis Usuardi relatis in martyrologio parisiensi de Assumptione b. Mariae V.,* Senonis 1669 in 12. et in *epistola apologetica* ad cardinales Retzium et Bullonium pro Usuardi verbis de Assumptione b. Mariae V. et conclusione capituli parisiensis, Rothomagi 1670 in 11. Verum decretum illud displicuit duobus canonicis, Jacobo Gaudino, doctori sorbonnico et officiali parisiensi († 18. Jul. 1695 a.

[1]) Cf. Feller II, 467; Journal des Sav. LXXVII, 520.

aetatis 83) et Nicolao Ladvocato Billialdo († 1681), quorum ille edidit l. inscriptum: *Assumptio corporea b. Mariae V. vindicata* contra Cl. Joly diss., Parisiis 1670 in 12., qui in hac quaestione cum utilitate consuli poterit: alter vero scripsit *vindicias parthenicas de vera assumptione corporea b. Mariae* V. adversus diss. Cl. Joly, ib. 1670 in 12. Utrique respondit Joly in l.: *Traditio antiqua ecclesiarum Franciae de verbis Usuardi ad festum assumptionis b. Mariae V. vindicata* adversus J. Gaudinum cum responsione ad vindicias parthenicas N. Ladvocati Billialdi, Senonis 1672 in 12. Jolium juvit Launojus in judicio de *controversia super exscribendo parisiensis ecclesiae martyrologio exorta,* Lauduni 1671 in 8., cui opposuit Ladvocatus *repetitas vindicias pro assumptione corporali b. Mariae V.* seu confutationem libelli J. Launoji de eadem controversia [1]), Parisiis 1672 in 8. Ceterum Claudius Joly plura alia opera [2]) reliquit. Natus est Parisiis 2. Febr. 1607. In prima juventute juris studio incubuit, advocatum etiam egit, sed relicto hoc vitae statu sacrae militiae se dedit, ac mox canonicatu in ecclesia parisiensi donatus est (1631). In frequentando choro ad exemplum erat exactus et diligens. Hunc quondam mane adiens in fossam cecidit, hinc in letalem incidit morbum, cui succubuit 15. Jan. 1700 a. aetatis 93. Ex ejus operibus [1]) haec praecipua videntur: *De reformandis horis canonicis* ac rite constituendis clericorum muneribus consultatio, cui accessit libellus de origine, usu ac mutatione officii divini (sub nomine J. Stella) 1643; 1644 in 8; 1676 in 12., editio, in qua auctor nonnulla correxit. *Traité de la Restitution des Grands* avec une Lettre touchant quelques points de la Morale chrétienne, 1665; 1680 in 12., opus in hoc argumento admodum utile. *Des Ecoles episcopales et ecclésiastiques* pour le droit des Chantres, Chanceliers et Ecolastres des Eglises Cathédrales de France et particulièrement du Chantre de l'Eglise de Paris sur les Ecoles, qui lui sont commises, Parisiis 1678 in 12. — Dignus mentione quoque est Petrus Courcier S. J. Trecensis († 5. Jan. 1692 annos natos 84) propter singularem plane eruditionem, quae elucet in opere (raro) inscripto *Negotium seculorum Maria* sive rerum ad matrem Dei spectantium chronologica epitome ab a. mundi primo ad a. Christi 1660, Divione 1662 in f., agit enim in eo de festis, miraculis, ecclesiis b. Mariae V., deque viris omnis ordinis, qui sua in Deiparam devotione inclaruerunt.

[1]) Cf Bibliogr. crit. III, 124; 1, 534, quae de Billialdo censet, eum bonae causae non egisse optimum patronum. Huic controversiae se immiscuit Jac. Boileau, ut infra dicemus.

[2]) De his Feller V. 6 pronunciat: „Presque tous les ouvrages de ce pieux chanoine sont curieux et peu connus;“ Dupin XVIII, 94: „Il joignit agréablement l'Ecclésiastique au Profane, l'Histoire au Droit et à la Théologie. Il avoit un stile mâle, un peu dur, sans affectation et sans ornement.“ Cf. plura de eo in *Cl. Joly praecentoris ac canonici necnon officialis parisiensis laudatione* auctore Ludv. le Gendre canonico parisiensi, Parisiis 1700 in 8., cujus epitomen exhibet Journal des Savans XXVIII, 106.

[1]) Cf. Niceron IX, 116—127; X, p. 1, p. 188—190; p. 2 p. 272.

III. Disciplinae ad ss. literas spectantes.

194. Fatendum est hac periodo ss. literas non fuisse multum excultas, cum vix unus alterve reperiatur, cujus cum commendatione ad posteros derivatum

fuerit inter exegetas nomen [1]). Prae ceteris videntur *Galli* s. Scripturae studio incubuisse: aliarum nationum pauciores invenimus interpretes. Nicolaus Talon [2]) S. J. Molinensis, natione Gallus (n. 1605; † 1691) scripsit *l'Histoire sainte*, Parisiis 1640—1654 t. 4 in 4; 1665 t. 2 in f. et saepius, versa etiam in linguam anglicam et italam; *L'Histoire sainte du N. T.*, ib. 1669 v. 2 in f., quae minus arrisit lectoribus, hinc alia editio non prodiit. Edidit quoque *opera s. Francisci Salesii*, adjecta ipsius *vita* (quam jam ante ediderat Parisiis 1640 in 8.), Parisiis 1641; 1647 v. 2 in f.; 1650 in 4; 1661; *Les Peintures chrétiennes*, ib. 1647 cum 200 imaginibus. — Paulus Graviset Metensis ex calvinista catholicus († 1700) edidit *compendium historiae Josephi*, seu potius considerationes et notas in historiam V. et N. T. per modum dialogi (gallice), Parisiis 1696. 1697 v. 4. — Claudius Lancelot (vulgo Le Sieur de Trigny) O. S. Ben. exhibuit *chronologiam sacram*, in qua certae quaedam annorum numerandorum formae explicantur, mundi aetates demonstrantur, Christi mors ac nativitas examinantur et antiqua historia ab Orbe condito ad eversam Jerusalem deducitur una cum synopsi scriptorum V. et N. T., cui additae sunt tabellae de monetis et mensuris antiquorum, quae adjecta est editioni s. Scripturae, quae prodiit Parisiis ap. Vitré 1662; et Scripturae gallice versae Leodii 1671. 1672. Ea est succincta, nitida, utilis, maxima ex parte desumpta ex Usserii annalibus. Hujus chronologiae conspectum exhibent tabulae chronologiae sacrae, quae passim adjectae sunt editionibus s. Scripturae in Gallia. Natus est Cl. Lancelot Parisiis c. 1616. A prima juventute incidit in manus famosi Sancyrani, quocum diu versatus est in Portu regio, ubi et pueros in literis humanioribus instituit [1]). Soluta hac jansenistarum schola post aliquot annos ordinem s. Benedicti est ingressus illo in monasterio, cujus abbas erat famosus Barcos (cf. supra pag. 70 annot.). Nunquam voluit ordines subdiaconatu majores suscipere rigidamque semper duxit vitam († 15. Apr. 1695). — Notitiam s. Scripturae exhibet Arnaldus Milhet congr. doctrinae christ. praepositus generalis, Tolosae 1687; 1691 t. 3 in 12., in quibus de librorum sacrorum genuinitate, antiquitate, necessitate, integritate, inspiratione, canone, versionibus, interpretatione etc. disserit, proinde introductionem in s. Scripturam exhibet [2]). — Franciscus Lud. Lalouette [3]) Laudunensis, theologiae

[1]) Joannes Bissel S. J. n. 1601 in oppido Sueviae Babenhausen philosophiae et theologiae polemicae professor († 9. Mart. 1682) pluribus operibus fuit clarus. Ejus est *Palaestinae seu terrae sanctae topothesia* secundum regiones ac tribus expressa, Ambergae 1659 in 8; Dilingae 1679 in 8; *Illustrium ab o. c. ruinarum* decas I-IV, Ambergae 1656—65; Dilingae 1669 dec. I—III, t. 8, opus eruditum. Cf. Sommervogel I, 1513—1517. — Joachimus a s. Maria O. Carm., in seculo Franciscus Garbicellus dictus, Mediolanensis, vir vere religiosus (n. 4. Nov. 1625; † 21. Nov. 1697), praeter alia edidit *de interpretatione ss. vocum ex divinis literis*, Mediolani 1685 t. 1. in f. et unicus (ex 22 qui exstabant msc.), qui complectitur literas A et B et concinnatus est ex doctrinis ss. patrum sententiisque doctorum ad intelligenda s. Scripturae arcana. Hic alius esse videtur a Joachimo a Jesu Maria O. Carm., cujus tr. *resolutionum miscellanearum* ex ss. canonibus et s. Thomae doctrina prodiit Lovanii 1696.

[2]) Alius ab eo est Jac. Talon Parisiensis, prius card. de la Valette a secretis, dein Oratorii sodalis († 22. Febr. 1671). Cf. Batterel Mémoires II, 40—58.

[1]) Hinc edidit plura opera ad grammaticam spectantia. Cf. Niceron XXXV, 239—254; Dupin XVIII, 183; Dictionnaire des livres jansénistes III, 32.

[2]) Cf. Journ. des Sav. XIX, 326—35.

[3]) Alius est ab Ambrosio Lalouette Parisiensi, theologiae baccalaureo, olim congr. Orat. presbytero, dein s. Opportunae canonico, cujus exstat *historia versio-*

doctor parisiensis († 1697), composuit *Hierolexicon* sive dictionarium variorum s. Scripturae sensuum, Parisiis 1694 in 8. — Leopoldus Fuess S. J. Brunswicensis († 28. Oct. 1697) collegit Biblische Geschichten sammt sinnesreichster Auslegung, Dillingen 1684; 1688; 1698; 1718 etc. Ejus quoque est *Maria Rosa mystica* seu ejus excellentia exposita in 30 sermonibus, Augustae 1701 t. 2 in 4.

195. In universam Scripturam commentarios vel annotationes scripserunt: Laurentius a s. Francisca Romana O. S. Aug. Romanus, cujus exstat *sacrum theatrum bibliorum,* in quo exponuntur commentaria literalia et moralia, necnon 60 dubia sacra in quolibet capitulo et omnia per ss. patrum doctrinam confirmata, Romae 1690 v. 3 in f. — Benedictus Laugeois O. Cap. Parisiensis [1]), qui edidit *L' Explication littérale et françoise de toute la Bible* selon la methode que N. S. a enseignée a ses Apôtres, Parisiis 1675—1682 t. 2 in 4; latine sub hoc titulo: *Scientia universalis s. Scripturae* etc., ib. 1685 v. 3 in 4., cujus praecipuus scopus est ostendere miram harmoniam inter V. ac N. T. ut inter typum et veritatem illo praesignificatam [2]). — In primis vero huc spectat Lud. Isaac le Maistre [3]) de Saci (nomen anagrammaticum pro nomine Isac, quod in baptismo accepit). Natus is est Parisiis 29. Martii 1613. Jam a prima juventuta conjunctissime vixit cum A. Arnaldo avunculo suo et Sancyrano. Sacerdos ordinatus a. aetatis suae 37. pater spiritualis constitutus est Portus regii, cui et totum patrimonium suum dono dederat. Inde tamen secedere fuit coactus, quod addictus esset sectae jansenianae, imo mox etiam in carcerem conjectus (1666.). Hic vertendi s. Scripturam consilium coepit, cui et post liberationem (1668) per totum reliquum vitae incubuit († 4. Jan. 1684). Auctor est praecipuus famosae versionis gallicae N. T., quae *montensis* dicitur, quod licet Amstelodami impressa, nomen urbis Montium in titulo 1667 prae se ferret. Ad hanc versionem factionis jansenianae capita operam suam contulerunt; primarii tamen operis auctores sunt Antonius le Maistre († 1658; cf. III[3], 1171 a.), a quo quatuor Evangelia gallice translata sunt, et Isaacus noster. Exprobratur huic versioni [1]), quod dissentiat a vulgata, accedat vero ad versionem Calvinistarum genevensem et aliquot testimonia in favorem sectae corrumpat. Ea saepe fuit edita magnasque turbas excitavit, prohibita siquidem fuit a Clemente IX. (20. Apr. 1668), Innocentio XI. (19. Sept. 1679) et a pluribus episcopis: Arnaldus vero et Nicolius pluribus editis libellis eam pro viribus defendere nisi sunt: alii vero eam impugnarunt ut Maximinus Aquensis O. Cap. in *Reflexions sur les Vérités evangeliques* contre les passages, que les Traducteurs de Mons ont corrumpu dans le N. T., Trevoltii 1681 in 4. Praecipuum vero opus nostri exegetae (quod la Fosse, de quo mox, et Carolus Huré absolverunt) fuit: *La Sainte Bible,* en Latin et en François avec des explications du sens

num gallicarum s. Scripturae (gallice), Parisiis 1692 in 12.

[1]) Bernardus a Bononia in bibl. Script. O. Cap. attribuit ei etiam l.: *Spiritus V. et N. T.*; verum opus simile scil. *mens V. et N. T.* sive introductio ad notitiam librorum s. Scripturae (gallice), Parisiis 1626 in 12, tribuit le Long in bibl. s. Natali Laugeois presbytero, domus Spiritus s. commendatori.

[2]) Cf. Journal des Savans X, 156.

[3]) Cf. Biogr. univ. XXIX, 455.

[1]) Dictionnaire IV, 45—52; op. *Observations sur la nouvelle Défense de la Version Françoise du N. T.* imprimée a Mons, Rothomagi 1684 in 8., cujus conspectum exhibent acta erud. lips. 1686 p. 201—205; Backer Bibl. des Ecrivains de la C. d. J. 1, 185 ss.: Rich. Simon Histoire critique des Versions du N. T. c. 37 ss., qui fuse de ea disserit; Fleurii cont. H. E. t. LXIII § 94.

littéral et du sens spirituel, Parisiis 1682—1706 v. 32 in 8. Haec omnium manibus terebatur, hinc saepius (absque annotationibus et cum illis) et quavis vice retractata fuit recusa, ut Bruxellis 1705—30 v. 40; Nemausii 1781 t. 25 etc., prima tamen editio omnium est optima propter nitorem et accurationem [1]), sed et illa aestimatur, quae prodiit ib. 1789—1804 v. 12 in 8. Duos ille sensus complexus est literalem scil. et moralem seu spiritualem; in elucidatione vero sensus spiritualis potissimum laborat, hinc aedificationem magis spectat, difficultates leviori brachio attingit, et originales textus ac varias interpretum opiniones ad calculum non revocat: gratiam ex se victricem tuetur, et quamvis ea a versione montensi distet, non tamen prorsus pura est ab omni faece janseniana. Adjecit Beaubrun prolegomena et dissertationes breves quidem, sed graves aeque ac perspicuas [2]). *Les Psaumes de David* gallice versi secundum textum hebraicum et vulgatam cum annotationibus, Parisiis 1696 v. 3 in 12. *Histoire du V. et du N. T.* avec des explications tirées des ss. Pères pour régler les moeurs dans toutes sortes de conditions [3]), par le S. Royaumont (i. e. Saci), Parisiis 1669 in 4; 1681; 1687. Opus absolverunt du Fossé et Huré. — A Saci non est sejungendus quem jam nominavimus Petrus Thomas du Fossé, Rothomagensis, clericus sine ordine et beneficio († 1698), nam ejus in s. Scripturam labores continuavit in plures libros V. T., quos ipse jam verterat, et in evangelia. Annotationes in reliquos N. T. libros adjicere non potuit morte praeventus. Hoc praestitit Carolus Huré († 1718), de quo alias. Insuper scripsit [1]) (tecto nomine) *vitas Tertulliani et Origenis* (Parisiis 1675 in 8.), *Thomae Cantuariensis* (ib. 1674), *Sanctorum* mensis Januarii et Februarii 1685. 1687 v. 2 in 4; et cum Saci: *La vie de Barth. des Martyrs* O. S. Dom. . . . tiré de son histoire par Louis de Grénade ejusdem o. avec son esprit et ses sentiments, Parisiis 1664.

196. Petrus Paulus Ponticelli utriusque juris doctor et Castrinovi archipresbyter collegit ex primariis Ecclesiae doctoribus *Reflexiones literales in quinque ll. Moysi,* Lucae 1689 in 4. — Idem praestitit ex s. Thoma Innocentius Pencini O. Pr. in op. singulari titulo inscripto: *Nova veteris legis mystico-sacra Galaxia Scripturae* in coelo angelici praeceptoris Ecclesiaeque doctoris d. Thomae Aq. phoebeo signata excursu, cingulo pressa lacteo, gemmeis instrata stellis h. e. luculenta commentaria in Genesim, Exodum, Leviticum, Numeros, Deuteronomium, in quibus potissima, quae ubivis dispersit altae sapientiae sporades decuriatim in coactas phalanges candicant et collucent, literalis, moralis, allegoricus, anagogicus micant sensus: controversarum quaestionum coit lumen etc., Venetiis 1670 in f. Venetus fuit ori-

[1]) Cf. De Bure, Bibliographie instructive, Théologie n. 59 ss.

[2]) Cf. Calmet bibl. sacr. ed. Aug. Vindel. a. 1738 p. 27 et 170. Feller animadvertit V, 467: „La Bible de Saci ne doit être lue qu'avec précaution: l'auteur attaché au parti de Jansénius y laisse percer quelquefois sa doctrine en interprétant à sa manière les passages de l'Ecriture qui peuvent y avoir rapport.“ Cf. Mémoires de Trévoux 1710 III, 2099—2122, ubi et quaedam loca minus bene versa et quaedam explicationes duriores indicantur. Cf. etiam ib. 1708 IV, 1753.

[3]) Nonnulli hoc opus adscribunt Nicolao Fontaine ejus in carcere socio. De eodem ita judicat Feller l. c.: „Cet ouvrage beaucoup répandu est sèchement écrit, d'une narration froide et parasite, quelquefois indiscrète et peu assortie à l'âge pour lequel il fut fait. Quoique les erreurs du party n'y soient pas prodiguées, elles ne laissent pas de se montrer dans l'occasion.“ Cf. Dictionnaire des livres jansén. II, 223—229.

[1]) Cf. Dictionnaire I, 182—191 et III, 80. Plura de ipso cf. Biogr. univ. XV, 314.

gine Pencini, in publicum academiae patavinae metaphysices professorem in via d. Thomae delectus a senatu veneto 15. Jan. 1644, annos tum ille natus ad summum 23, quam cathedram ea cum laude rexit, ut ad rectorum academiae commendationem a. 1646 auctum etiam et duplicatum ei fuerit honorarium, annisque 14 solidis ingenti discipulorum concursu et plausu auditus in ea fuerit. Angelicam s. doctoris summam adeo memoria tenebat, ut quemvis locum ab eo exigeres, mox ipsissimis verbis redderet. Studio patavino praefuit primarius regens: celebriora Italiae pulpita per quadragesimam magna sui nominis fama implevit († 1689 vel 1690). Alia ejusdem opera sunt [1]): *Nova evangelicae legis mystico-sacra galaxia* etc., h. e. commentaria in Matthaeum, Marcum, Lucam et Joannem (sed videntur tantum prodiisse in duos priores), Venetiis 1678—1685 t. 2 in f.; *commentarius in cantica canticorum* sub nomine d. Thomae Aq. ab eo e ms. cod. primum typis editus, Lugduni 1652, et iterum cum commentario in Pentateuchum supra laudato. Pencini hunc commentarium genuinum judicat. *Della elezione canonica, pratica, morale et parenetica,* Venetiis 1664 in 4; *Il paragone dogmatico* overo la pietra del tocco veritiera, che fa distinguere la fede cristiana sincera dalla superstizione, ib. 1682 in 8., quo in opere speciatim agit de existentia Dei, animae humanae immortalitate, s. Scripturae auctoritate, valore et veritate, s. Trinitate, sacramento altaris, Ecclesia Dei ejusque auctoritate, primatu pontificis maximi, erroribus Graecorum et Mohamedanorum, conversione infidelium ad s. fidem et conservatione fidei. — *In Genesim quaestiones curiosas, historicas et morales* ss. patrum doctissimorumque interpretum verbis explicatas (gallice) scripsit Antonius Masson O. Minimorum, Picardus, theologiae professor († 1700), Parisiis 1685—1688 v. 3 in 12., in quibus in primis disserit de iis, quae ad diluvium, Noë et Abrahamum spectant. — In *Hexaemeron* librum in sex partes distributum conscripsit Josephus de Tamayo S. J. Hispalensis (Lugduni 1663 in f.) concionatoribus ut videtur destinatum. Docuit Tamayo theologiam moralem annis 12, missionarii munus annis octo obivit. Navigans in Italiam et captus a Mauris durissimam apud illos servivit servitutem, sed christianis concaptivis Algerii et Tituani admodum proficuam; nam in domo consulis gallici erexit oratorium, in quo sacramenta dispensabat et ad constantiam in fide opportunis adhortationibus omnes animavit. Cum pestis eo tempore Tituani serperet, ipse solus in excipiendis morientium confessionibus, ministrandis ultimis Ecclesiae praesidiis et humandis mortuorum cadaveribus praesto fuit († 27. Mart. 1685).

197. Job juxta sensum moralem exposuit (Neapoli 1658) Jos. Le Tellier O. Carth. prior rotomagensis († 1693). — Angelus de Angelis O. Min. Feltriensis (1694) auctor est operis: *Lux desiderata* ad intelligendos psalmos et cantica, Venetiis 1684. — *Explication* ou Paraphrase des Psaumes excerpsit ex ss. patribus et interpretibus, Parisiis 1675 in 4; 1676, Antonius Josephus Mege O. S. Ben. congr. s. Mauri, claromontanus († 15. Apr. 1691), quam religiosis commendat Mabillon [1]). Ad faciliorem autem psalmorum intelligentiam praemisit *vitam regis David.* — In *Psalmos* commentatus quoque est (gallice) Parisiis 1686 Nicolaus Coquelin, doctor sorbonnicus et ecclesiae parisiensis cancella-

[1]) Cf. Echard II, 726.

[1]) De studiis monach. p. 2 c. 2. § 2. Cf. de ejus dissert. *de virginitate* praemissa versioni ll. s. Ambrosii *de virginitate,* Parisiis 1689 Dupin XVIII, 208.

rius (n. 1640; † 1693). Ejus est et *Le Manuel d'Epictete* avec des reflexions tirées de l'Evangile, ib. 1686, quo in l. ostendit praecellentiam sapientiae christianae prae humana [1]). — *Canticum canticorum* interpretati sunt Franciscus Aurat, Lugduni 1689; 1693 in 8., gallice — Armandus de Gerard canonicus sarlatensis († 1697), Parisiis 1690 in 8., gallice. — et Joannes Hamon Normannus, n. 1618. Caesare Burgensi (Cherbourg), professione medicus, qui dein in Portum regium secessit, ibique 30 annis commoratus est totus factioni jansenianae addictus, cujus hypocrisin plurimis libellis [2]) tueri promoverique sategit († 1687). Ex his huc spectat: *Explication du Cantique des Cantiques,* revue et corrigée par M. Nicole, Parisiis 1709 v. 4 in 12. — *Praelectiones in Jonam* Genuae 1649. 1650 dedit Angelicus Aprosio OSA. vintimiliensis in archaeologia profana et sacra bene versatus († 1681). — In eundem prophetam exstant *commentarii* Franc. Salinas S. J. Navarri (1607—1689), Lugduni 1652—55 t. 2 in f. — Praetermisso Jul. Gat. Morillon OSB. († 1694) — Jo. Paulus Oliva S. J. Genuensis n. 4. Oct. 1600, eloquens orator et demum religiosissimus societatis Jesu praepositus generalis († 26. Nov. 1681), praeter conciones reliquit *commentarios in s. Scripturam,* Lugduni 1677—79 t. 6 in f., scil. in selecta Scripturae loca ethicas commentationes, praesertim in Genesim, canticum canticorum, in Esdram, et stromata seu diss. super evangeliis quadragesimae etc.; Coloniae 1744 in f. ed. accuratior et emendatior [1]). — Cui addimus sodalem Petrum Olivier Pictaviensem, s. Scripturae interpretem († 28. Febr. 1684), cujus sunt *Remarques catholiques* sur les passages du N. T. qu'on a coûtume d'employer dans les controverses, p. 1. contenant les remarques sur les quatre Evangiles et les Actes des Apôtres pour l'instruction des nouveaux convertis, Pictavii 1683 in 12; aliae pp. non prodierunt.

198. Michael de Marolles, a loco nativitatis (Villeloin) in provincia turonensi *abbas villalupensis* nuncupatus († 1681), N. T. gallice transtulit juxta Desiderii Erasmi versionem latinam Parisiis 1649 in 8. etc., de qua versione scribit Rich. Simon [2]): „Plurima in ejus versione reperiuntur vitia, quae hic frustra indicarentur: sat est in universum asserere Michaelem de Marolles dotibus, quae optimo ss. literarum interpreti sunt necessariae, fuisse omnino destitutum.“ Versio ejus gallica V. T. cum notis Isaaci la Peyrère, qui systematis praeadamitarum fuit auctor, suppressa fuit, quod plurimis erroribus scateret. Ea imprimebatur Parisiis 1671, et jam pervenerat ad Levitici c. 23. Pleraque exemplaria flammis tradita fuere. — Matthias Steyer S. J. Pragensis (n. 13. Febr. 1603; † 7. Sept. 1692) strenuus missionarius versionem bohemicam N. T., quam rogatu archiepiscopi pragensis coeperat ejus sodalis Georgius Constanz (Konstantius † 24. Mart. 1673), absolvit ediditque Pragae 1677 in f. — Suitbertus Moeden Moguntinus, quem Le Long Lutheranum dicit, Carthusianus fuit († 1705) collegitque *Florile-*

[1]) Cf. Feret IV, 417—23.

[2]) Hos libellos dicit Feller IV, 350 „fort recherchés du parti, et où il y a des maximes étrangement propres à obstiner les esprits dans la rébellion contre l'Eglise, en faisant regarder comme méritoire et profitable la privation des sacraments et d'autres peines décernées contre ceux qui réfusent d'écouter la mère commune des fidèles.“ Cf. Dictionnaire des livres jansénistes IV, 157.

[1]) Cf. Pfülf S. J. in KL. 9^2, 817; Sommervogel V, 1884—92.

[2]) Histoire crit. des Versions du N. T. c. 31. Plura de hoc auctore alioquin laborioso et erudito cf. apud Feller, V, 574; Le Long I, 331 ed. paris. 1723; Saxium Onomast. literarii V, 22.

gium evangelicum seu commentarium in monotessaron quatuor evangeliorum ex patribus veteribus et recentioribus (c. 45) ordine chronologico cum tetrastichis et figuris aeneis, Francofurti 1697 in f. — *Harmoniam evangelicam* seu evangelicae totius historiae tractatum unum e quatuor evangelistis et ad unum textum redactum composuit Protasius Henriet O. S. Franc. Gallus annotationibusque literalibus et moralibus auxit, Parisiis 1660 in 4; 1665; opus autem divisit in tot partes, quot sunt in Apocalypsi sigilla i. e. septem, totidemque in capita quot sunt psalmi i. e. 150, quae idea operis est plane singularis († 1688). — Evangelia [1]) ipsa interpretati sunt: Joannes de Sylveira O. Carm. Olisiponensis († 1687 a. aetatis 95. religionis 80.), cujus *opera omnia* prodierunt Lugduni 1697 — 1725 et Venetiis 1748—54 t. 10 in f., quorum 6 sunt in Evangeliorum textum, unus in acta apostolorum, duo in apocalypsim, unus complectitur haec opuscula: 1. de libris canonicis, eorum sensibus, auctoribus, versionibus; 2. est ex multis et variis consultationibus et casibus saepe occurrentibus per aliquas resolutiones dispositum ac digestum; 3. praeclara parentis Eliae praeeminentia; 4. immaculata conceptio ss. ac purissimae V. Mariae absque ulla labe peccati originalis, in quo sacro mysterio ostenditur abundantissime resplendere omnia, quae ad fidei definitionem requiruntur (Lugduni 1675 in f.). Hujus auctoris commentaria diligenter compilata utilia sunt divini verbi concionatoribus, quos optime erudiunt atque ditant non solum pulcherrimis, verum etiam solidis ac patrum doctrina confirmatis sensibus et sententiis. — Caspar Navarro O. Carm. Valentinus, in patria academia primarius sacrae scientiae professor, reliquit *narrationem evangelicam* Matthaei ordinem sequentem, gesta Christi Domini Salvatoris a prima incarnationis luce usque ad gloriam ascensionis attingentem, nova methodo per synopsim capitum et divisionem partium literam exponentem et quaestiones cum corollariis more scholastico dissolventem t. 2, quorum 1. (usque ad c. 14) Biterris in Gallia 1681 prodiit. — Matthias Honcamp ad gradus b. Mariae moguntiensis canonicus [1]) scripsit *expositionem mysticam et moralem Evangelii s. Matthaei*, Moguntiae 1690; *s. Scripturae et ss. patrum apologiam*, ib. 1688; 1690 in 8. adversus R. Simon criticam V. T. et Joan. Clerici l. inscriptum *judicia quorundam theologorum Hollandiae*; et hujus apologiae *justificationem* adversus Clerici censuram, ib. 1712 in 8. — Franciscus Zidron de Azevedo S. J. vallisoletanus († 18. Febr. 1687) reliquit commentarios literales et morales *in Matthaeum*, seu potius in quatuor evangelistas. Accessit tr. appendix de pulchritudine V. et Matris Mariae, Lugduni 1670 in f. — In solum *primum caput Evangelii s. Joannis* commentarium edidit Romae 1656 Thomas Elias Adrizzonus O. Praed., Ligur, patria Tabiensis, in gymnasio viennensi Austriae ss. literarum publicus interpres, qui inde Pragam translatus primariam s. Thomae cathedram pluribus annis moderatus est († 1682). In illo commentario scholastice inquirit in profundiora fidei nostrae mysteria atque subtiliter de iisdem disserit. — Caesar Vichard ab abbatia ei commendata

[1]) De quibusdam locis disseruit Caesar d'Arcons Vivariensis advocatus et physicus insignis († 1681), cujus tres exstant *dissertationes* (gallice, Bruxellis 1680 in 4), in quarum 1. agit de controversia inter ss. Petrum et Paulum Deo permittente nata, Gal. 2, 11; in 2. de loco, in quo Christus Petrum constituit suum vicarium generalem Joan. 21; 3. est in difficilia evangelistarum loca, quae neque inter se neque cum patrum veterum traditione de temporali J. Christi genealogia convenire videntur. Cogitaverat et magnum et singulare opus in Apocalypsin, cujus tantum prospectus prodiit Parisiis 1658.

[1]) Cf. Falk Bibelst. in Mainz pag. 238 ss.

de Saint-Réal dictus, Sabaudus, notior ab operibus historiae profanae imaginatione vivaci conscriptis († 1692), auctor est op. *Vie de J. Christ,* Parisiis 1689, quae non caret pretio; *Relation de l' apostasie de Genève,* alia ed. op. *Levain du calvinisme* Joannae de Jussie feminae religiosae s. Clarae; Discours *sur l' usage de l' histoire.* Opera ejus collecta prodierunt Parisiis 1754 t. 3 in 4. et 6 in 12; 1757 t. 8 in 12.

199. *De forma Christi* [1]), Parisiis 1649 in 8; Rostochii 1660, disputavit Franciscus Vavasseur S. J. Paraedinensis (Paray-le-Monial), dignus Petavii discipulus, per 35 annos in collegio claromontano Parisiis s. Scripturae interpres (n. 8. Dec. 1605; † 16. Dec. 1681), quo in l. duplicem cavet opinionem, et eorum, qui cum Rigaltio putent Christum fuisse deformem, et eorum, qui formositatem ejus nimis extollant. Maximam tamen hic auctor nominis famam est consecutus a literatura classica, in qua adeo eminebat, ut aequales forte omnes superaret [2]). Ita ex. gr. legimus in Journal des Savans 22. Febr. 1683: „Fr. Vavassor, cujus jacturam eruditi omnes acerbissime indoluerunt, unus est singularium horum hominum, de quorum scriptis nihil deperdi posteritatis interest. Citra omnem exaggerationem dici potest, eum si alius quisquam hoc seculo et in tota Europa omnes linguae latinae modos et argutias optime calluisse. Imo nonnulli profiteri non dubitarunt, neminem forsan ab Augusti seculo illam purius et elegantius esse locutum. De veterum et recentiorum auctorum genio perspicacissime dijudicabat. Mente sana, judicio solido, accuratione incomprehensibili, veritatis amore inusitato summaque ad laborandum contentione commendabilis erat. Testimonium, quo critices ejus bonitatem limatumque ejus ingenium ornat D. Petavius epist. suarum l. 5 ep. 34. 36. 37., elogio integro aequivalens est.“ Prodierunt ejus *opera omnia* antehac edita theologica et philologica collecta [1]) cura Clerici, Amstelodami 1709 in f., e quibus huc etiam referri possunt praeter l. *C. Jansenius suspectus* Parisiis 1650 in 8; *Jobus brevi commentario et metaphrasi poëtica illustratus,* Parisiis 1638 in 12. et 1679 ed. in 8., emendatior; Francofurti 1654, quae methaphrasis singularem habet laudem: sensum enim literalem sectatur diligenter, elegantia stili lectorem tenet et velut splendidis quibusdam ductibus res maxime obscuras velut aliud agens egregie illustrat. *Commentarius in Oseam prophetam* (seorsim non editus); *Theurgicon* sive de miraculis Christi ll. 4, Parisiis 1644 in 4; 1645 in 12., carmen versibus heroicis compositum. Inter orationes, quas de variis argumentis habuit, lectu dignissima est decima p. 240: *Quid Scripturae interpretes scholastica juvet?* — Franciscus Petronius a. s. Anna O. Min. str. obs. Agrigentinus (n. 1643; † 24. Oct. 1697) penes sodales philosophiae et theologiae professor typis dedit l. inscriptum: *Arbor decora et fulgida genealogiae ss. Joachim et Annae davidicae stirpis* gemino virente stipite Nathan et Salomonis exornata, quinque efferens parentum Christi ramos totidem aetatibus incarnationem praecedentibus respondentes, Drepani 1686 t. 2 in f.

[1]) De hac eodem tempore disseruit Petrus Pijart O. Minim. Belga in ass. *de singulari Chr. J. D. N. Salvatoris pulchritudine,* Parisiis 1651 in 12; 1661.

[2]) Cf. Niceron XXVII, 132; Sommervogel VIII, 499—508; Kneller KL.[2] XII, 633; auctores a Saxio citatos IV, 425; Journal des Savans XLVI, 393—398.

[1]) Cf. Bibl. choisie pour servir de suite à la Biblioth. universelle par Jean le Clerc XIX, 438—445, ubi praeter alia elogia legimus: „Il y a mille choses à apprendre dans ses ouvrages, que l' on ne trouve pas ailleurs de cette manière.“ AEL. 1711 pag. 481.

200. Himbert Sorbonae doctor et archidiaconus senonensis dedit *Eclaircissemens pour l'intelligence du sens litteral* des Epitres de s. Paul et autres Livres du N. T., Parisiis 1690 in 12. — Carolus Rapine O. Min. Noviodunensis [1]), s. theologiae lector exposuit (gallice) *epistolam s. Pauli ad Romanos,* Parisiis 1632 in 8; *ad Timotheum, Titum et Philemonem,* ib. 1632; *ad Hebraeos,* ib. 1636; *Psaltes purpuratus* J. Christus in 50 prioribus Psalmis davidicis patiens et psallens, Parisiis 1639 in 8; *annales ecclésiastiques du diocèse de Chalons* en Champagne, ib. 1636 in 8., opus rarum; *nucleus philosophiae Scoti,* ib. 1625 in 8. — *Explication litéraire* et morale de l'epître de S. Paul aux Romains, Parisiis 1695; 1702 in 12. est Nicolai Le Tourneux Rotomagensis factioni Portus regii penitus addicti, plurium libellorum sectae labe infectorum [2]) auctoris, qui etiam breviarium gallice vertit, quae tamen versio ad tempus interdicta fuit ab Harlaeo archiepiscopo parisiensi 1688 († 28. Nov. 1686 a. aetatis 46). — Italice eandem epistolam (Venetiis 1664) exposuit Petrus de Vecchia O. S. Ben. Venetus [1]), montis casinensis abbas, melphitensis demum episcopus, post duplicem translationem († 7. Jun. 1695), cujus alia quoque exstant scripta, ut ex. gr. tr. *de Ecclesia militante et triumphante,* Bononiae 1680 (ed. 2.); *manuale praelatorum,* Venetiis 1684 in 4. — Serre, quondam pastor calvinianus charentonensis, typis dedit: *Exposition du chapitre IX. de l'épître de s. Paul aux Romains,* où l'on répond à toutes les objections des Protestans, tirées des Epitres et des Prédications de s. Paul rapportées dans les Actes des Apôtres, contre la bonté de Dieu et l'amour de J. C. pour tous les hommes, pour l'instruction des nouveaux catholiques, Parisiis 1698 in 8. Edidit alia quoque opuscula polemica adversus Calvinianos, inter quae etiam: *De l'autorité de s. Augustin touchant la matière de la grâce* [2]), ib. 1703 in 8. — Antonius Nicolaus du Bois [3]) O. Praed. Parisiensis († 1697) edidit *catholicam b. Judae epistolam* ad sensum literae ordinate explicatam et ad rectam christiani hominis institutionem veterum patrum et novorum explanatorum face breviter illustratam, Parisiis 1644 in 8. Ejus quoque est *Defensio b. V. Mariae* et piorum cultorum illius contra lib. intitulatum: Monita salutaria b. V. Mariae etc., Herbipoli 1675. — Super epistolam s. Jacobi edidit Franciscus Duneau S. J. Gallus, praepositi Soc. J. theologus (n. 1599;

[1]) Eum obiisse ante a. 1698 omnia suadent: hinc error typographicus esse videtur apud le Long, ubi hic annus legitur. Alius est a Pasquale Rapine O. Min. ejus cognato, cujus exstat *Le Christianisme naissant* dans la gentilité, Parisiis 1655 t. 3 in 4; *le Christianisme florissant* dans la primitive Eglise, ib. 1663 in 8. etc. Cf. Feller VII, 199. — *Annotationes et paraphrasim in ep. s. Pauli ad Corinthios et Hebraeos* edidit etiam praeter alia Obadiah Walker Anglus, Oxonii 1675, sed ante suum ad Ecclesiam reditum (a. 1688). Cf. plura de eo Biogr. univers. L, 87.

[2]) Prae se ferunt hi libelli pietatis speciem, hinc admodum diffusi, ita ex. gr. ejus *vita Jesu Christi* (gallice) prodiit Bruxellis 1716 jam tricesima vice. De iis scribit Feller VIII, 235: „Presque tous ces livres se ressentent des opinions d'un parti opposé aux décisions solennelles de l'Eglise, auquel Le Tourneux était résolu de tout sacrifier. On y trouve même d'autres erreurs, plus ou moins clairement énoncées. La manière dont il parle de la prière de J. C. dans le jardin, a répandu des doutes sur ses sentiments à l'égard de la divinité du Sauveur des hommes." Cf. Dictionnaire des livres jansénistes I, 63—70; II, 205; III, 307; Jungmann KL. VII², 1857—59.

[1]) Cf. Biogr. univ. LXXXV, 229; Ziegelbauer passim. t. IV.

[2]) Cf. Mém. de Trév. 1704 III, 1566—1577; Jour. des Savans XXXII, 487—492.

[3]) Alius est a Philippo Goibaud Du Bois Pictaviensi († 1. Jul. 1694), cujus exstant *discours sur les preuves des miracles de Moïse;* discours *sur les pensées de Ms. Pascal* etc. Cf. de nostro Batterel Mémoires III, 246—51.

† 26. Jul. 1684) *Discorsi theologici e morali,* Romae 1682 in 4; necnon Ignatius de Zuleta S. J. Hispalensis, regi a confessionibus († 13. Maj. 1685) Lugduni 1668, Antwerpiae 1672; 1702. — Daniel Herveus Nannetensis congr. Oratorii († 1694) elaboravit *apocalypsis b. Joannis ap. explanationem historicam* [1]), Lugduni 1684 in 4., in qua non tam prodere in apertum mysteria, quae hoc libro continentur, quod temerarium esse arbitrabatur, quam revelationibus hisce (usque ad medium c. 20) studet accommodare quaecunque Ecclesiae in persecutione contigisse in historiis qua sacris qua profanis narrantur, quod ingeniose exsequitur. — Antilogias universae s. Scripturae componere nisus est Emmanuel Fernandez de Santa Cruz Palentinus [2]), s. theologiae doctor, abulensis ecclesiae magistralis ut vocant sive a concionibus sacris canonicus, chiapensis, deinde guadalaxarensis, tandemque angelopolitanae ecclesiae in occidentali India (Pueblos de los Angeles) episcopus († 1699). Tomus 1., qui complectitur Genesim et Exodum, prodiit Segoviae 1671 in f., Lugduni 1681 inscriptus *conciliatio Genesis et Exodi locorum*, qui apparentem continent antinomiam; 2. ib. 1677 complectitur reliquos tres Moysis libros; 3. ib. 1689 pertingit usque ad 2. l. Regum. — Mich. Pexenfelder S. J. († 23. Febr. 1685) collegit *Florum biblicum* et historicum concionatorem t. 2, quorum 1. exhibet narrationes ex historia sacra V. T., Sulzbaci 1680; 1704 ed. 4. — Andreas Spanner S. J. Moravus (n. 16. Nov. 1639; † 24. Febr. 1694) collegit in concionatorum utilitatem *Polyantheam sacram* ex universae s. Scripturae utriusque T. figuris, symbolis, testimoniis necnon e selectis patrum aliorumque auctorum sententiis . . . de virtutibus et vitiis pro concionibus adornandis, Augustae V. 1702 t. 2 in f.; 1710; 1739; Nissae 1749 et.

201. Nec praetermittendus est Julius a s. Anastasia Bartolozzi O. Cist. congr. s. Bernardi reformatae Celanici in Abrutiis 1. Apr. 1613 natus, per 36 annos linguae hebraicae professor et abbas s. Sebastiani ad catacumbas († 19. Oct. 1687). Edidit siquidem *bibliothecam magnam rabbinicam de scriptoribus et scriptis hebraicis* (secundum ordinem alphabeti), hebraice et latine Romae 1675. 1678. 1683 v. 3 in f., quibus ejus discipulus et sodalis Carolus Josephus Imbonati ex ejus scriptis (sed ex propriis auctum) quartum adjecit, Romae 1683. Opus quidem admodum rarum et diligens [1]), sed non ea qua par est crisi elaboratum, fundamentum est bibliothecae auctore Wolfio aliorumque operum similium. Inseruit illi etiam dissertationes plurimas de variis antiquitatis ecclesiasticae, judaicae praesertim, argumentis, in quibus etiam ex fontibus ipsis rabbinicis plura ad confirmandam religionem christianam eruit. Ansam huic operi dederat R. Juda Jona seu Joannes Bapt. Jona ex Judaeo Christianus, auctoris in rabbinicis doctissimus magister et vaticana in bibliotheca ab a. 1650 usque ad d. 26. Maji 1668, quo vivere desiit, socius, hebraicae linguae in romano archigymnasio et in collegio de Propaganda fide lector, librorum hebraicorum in bibliotheca vaticana scriptor, orientalium linguarum, Judaeorum at-

[1]) Cf. acta erud. lips. a. 1685 p. 95—100; Biogr. univ. XX, 309.

[2]) Ejus vita' auctore Emmanuele de Torres prodiit Matriti 1722. Alius est ab eo Em. Fernandez S. J. Lusitanus († 10. Jun. 1693), cujus est *Alma instruida* na Doutrina e Vida Christãa, cujus prodierunt t. 3 (ex 5) in f. Olisipone 1688—1699.

[1]) Cf. Cinelli, Bibliotheca volante, Scanzia VIII, p. 75; act. erud. lips. 1686 p. 588—600 et Suppl. II, 297—303. Plura de eo cf. apud Mazzuchelli II, 468; Biogr. univ. III, 461; Saxium IV, 594; Kaulen KL. I², 2060.

que Aethiopum apud s. Sedem interpres et catechumenorum instructor, cujus doctrinam omnemque animi vitaeque conditionem praedicat auctor III, 48 ss. Hic scribere inceperat catalogum omnium auctorum hebraeorum, temporum serie servata, facto initio ab Abrahamo patriarcha usque ad seculum XVII. Sed morte praeventus illum absolvere non potuit. Hujus catalogi aliqua folia auctori communicaverat, quae ipsum impulerunt, ut bibliothecam hanc rabbinicam scriberet, stilo tamen prorsus diverso. Jonas enim recensuit auctores secundum tempus, quo floruerant, unde dicendus potius fuisset iste liber chronologia auctorum hebraeorum: de ipsis auctoribus praeter nudum nomen, cognomen et patriam nullam aliam notitiam attulerat, contentus si solum nomen aut titulum libri indicasset, nihil de ipsius argumento referens. A qua magistri methodo longius abiit Bartoloccius Christianorum usibus magis inserviens. Sed rabbinorum numerum admodum auxit, recensens in hac bibliotheca prophetas, Christianos judaicae originis, philosophos, medicos, doctores etiam christianos, Mahommedanos, apostatas, gentiles, dummodo umbram quandam rabbinicam induerint, ut Avicennam, Hippocratem, Averroen, Eucliden, Archimedem, Aristotelem, Aesopum, Boëthium, imo et Thomam Aquinatem. Neque contentus est libraria tantum judaeorum monumenta et doctrinae vestigia, operum editiones et versiones vel mss. exhibere, sed et morum formam animique et studii imaginem sistere studet; in refutandis tamen Judaeorum naeniis et somniis nimis prolixus est. Hinc de hoc opere scribunt acta eruditorum lipsiensium [1]: „Admirabilis industriae et magnae utilitatis opus est, quo cl. Bartholoccius inter illustres philologos, quibus Roma hodie inclaruit, de philologia se optime meritum abunde demonstravit. Amplissimum enim pandit thesaurum scriptorum, qui antiquissimam judaeorum in toto orbe fidem, mores ritusque olim sacratissimos vel ab illis servatos vel variis artibus hodie interpolatos uberrime describant. Fecit cl. auctor quod philologo et in Judaeorum monumentis versatissimo doctore christiano dignum. Praeterquam quod paucis datum sit in recondita rabbinorum penetralia profundius descendere, vix uni alterive par contingit ansa locupletissimam farraginem librorum judaicorum editorum ac mss., qui in vaticana [1]) et illustribus bibliothecis aliis Romae visuntur, distinctius contemplandi et curatius praeclaro Bartoloccii exemplo excutiendi.« Imbonatus complementi instar adjecit [2]) t. 5. seu *bibliothecam latino-hebraicam* sive de scriptoribus latinis, qui ex diversis nationibus contra Judaeos vel de re hebraica utcumque scripsere, additis observationibus criticis et philologico-historicis, quibus quae circa patriam, aetatem, vitae institutum mortemque auctorum consideranda veniunt, expenduntur. Coronidis loco adventus Messiae a Judaeorum blasphemiis ac haereticorum calumniis vindicatur, Scripturarum, patrum, conciliorum rabbinorumque suffragiis obsignatus; quae appendix geminas dissertationes (amplissimas) theologico-historico-dogmaticas complectitur, quarum in una Messiam in lege promissum advenisse V. T. et rabbinorum calculis demonstratur: in altera omnes ferme haereses contra divinitatem et humanitatem Christi Domini referuntur et refelluntur ex hebraico,

[1]) Suppl. II, 297: cf. Olivieri in Dict. de la Bible ed. Vigouroux I, 1474.

[1]) Ex card. Quirini epist. decad. 2. ep. 9. colligimus, Bartoloccium composuisse catalogum mss. hebraicorum, quae in bibliotheca vaticana asservantur. Continetur ille v. 3 in f. atque in dicta bibliotheca ejus saltem tempore asservabatur.

[2]) Cf. Argellati t. 1 p. 2 pag. 737; Biogr. univ. XXI, 202.

graeco latinoque codice auctoritatibus depromptis. Praemittitur chronotaxis totius s. Scripturae, qua statuitur natale Christi Domini anno ab O. c. 4000, Romae 1694 in f., unde totum opus complectitur 5 v. Adjecit Imbonati quoque supplementum *de mensuris et monetis Hebraeorum* ad tr. Franc. Carriere, Romae 1692 in f., si fides le Long: illud tamen ignoravit diligentissimus Argellati. Plures diss. ex Bartolocii op. recepit Ugolinus in suum thesaurum.

IV. Patrologia.

202. Incipit jam gloriosa ea periodus, quae in ss. patrum operibus e tenebris eruendis, secundum regulas sanae criticae discernendis, emaculandis ac omnigenae eruditionis apparatu illustrandis plurimum de Ecclesia, de s. theologia, de ipsis ss. patribus meruit. Immortalia enim sunt merita Joan. Garnerii, Lucae D'Achery, Cotelier, Possini etc. Omnes autem, si unum alterumque excipias eosque nullius fere famae [1]), *Galli* fuere. De patrum apostolicorum operibus sollicitus fuit Joannes Baptista Cotelerius (Cotelier) Nemausii natus 1627 patre calviniano, qui tamen fidem catholicam est amplexus (1628). Cum ejus nutrix peste correpta obiisset, nulla alia infantem contagii timore ad ubera admittere voluit, hinc caprae mammam sugere cogebatur, unde forte valetudinem infirmam, qua semper fuit affectus, traxisse videtur. Puer adhuc linguas callebat hebraicam, graecam et latinam adeo bene, ut nondum natus annos quatuordecim in comitiis cleri gallicani (1641) quemlibet s. Scripturae textum ex hebraico vel graeco verteret reddita omnium dificultatum grammaticarum ratione, unde omnes in sui rapuit admirationem, patrique aucta fuit pensio, ut tam bonae spei puerum diligenter posset instituere. Absoluto theologiae studio baccalaureus creatur (1647) et adolescens 21 annorum inter Sorbonae socios recipitur (1648), sacris tamen ordinibus non fuit initiatus. Magni factus est a cardinali Richelieu, Sirmondo, Petavio universoque clero gallicano, qui annuam ei assignavit pensionem, quo studiis vacare posset. Codices graecos bibliothecae regiae jussu Colberti lustravit atque recensuit, quo in labore quinque insudavit annos († 12. Aug. 1686 a. aetatis 58). Inter eruditissimos sui temporis viros numerandus est tantamque eruditionem mira modestia morumque candore condiebat [1]). Haec sunt opera quae edidit: *SS. patrum, qui temporibus apostolicis floruerunt*, Barnabae, Clementis, Hermae, Ignatii, Polycarpi opera edita et non edita, vera et supposita, graece et latine cum notis, Parisiis 1672 v. 2 in f.; ed. admodum rara; aucta notis aliorum virorum doctorum, qui in singulos patres memoratos scripserunt, ut Hug. Menardi, Usserii, Vossii, etc., Antwerpiae 1698 t. 2 in f. cura Joan. Clerici; Amstelodami 1724 t. 1 in f. ed. insignis et locupletior [2]). Notae sunt vere eruditae jureque a quibuslibet idoneis

[1]) Cf. Schoenemann biblioth. hist. lit. PP. lat. I, 314.

[1]) Plura de eo cf. apud Hefele KL. II², 1157; Niceron IV, 234—249; in encomio Baluzii praemisso editioni antwerpiensi patrum apostolicorum; Journal des Savans XIV, 406; XXVII, 114; Dupin XVIII, 186; Acta erud. lips. 1699 p. 1—5; Biogr. univ. X, 64.

[2]) Journal des Sav. LXXVI, 41.

censoribus laudatae, in quibus nonnisi de iis disserit, de quibus alii nondum scripserunt. „Illud tamen, addit Nourry[1]), eruditi desiderant, ut a proposito auctoris sui textu minus saepe ille digressus fuisset, nec suis tam facile indulsisset conjecturis.“ Fructum suae diligentiae in lustrandis mss. bibliothecae regiae et colbertinae exhibuit t. 3 inscriptis: *Ecclesiae graecae monumenta*, graece et latine, Parisiis 1677. 1681. 1686, quibus ex ejus schedis quartum adjecere maurini[2]) inscriptum *Analecta graeca* seu varia opuscula graeca hactenus nondum edita 1688 in 4. Collectio haec varia est atque multiplex, qua exegetica, canonica, juridica, liturgica, ascetica, ethica, historica, chronologica, geographica, dogmatica, polemica una cum homiliis, quaestionibus, symbolis, dissertationibus, epistolis, scholiis, carminibus, actis martyrum, vitis sanctorum, elogiis, fragmentis ceterisque cujusque generis scriptis continentur[3]), plura vero selectissimis, criticis praesertim, annotationibus illustrata sunt. *Homiliae quatuor in Psalmos et interpretatio prophetiae Danielis* graece et latine, 1661 in 4., quas putat esse Chrysostomi, aliis tamen propter stili diversitatem dissentientibus.

[1]) Diss. de ep. s. Ignatii p. 3 c. 2 § 2.

[2]) Fuerunt hi Maurini Ant. Pouget, Bern. Montfaucon et Jacobus Lopinus, qui multa quoque Athanasii latina fecit, quae habentur in ed. s. Athanasii, quam curavit Montfaucon, cui in hac editione socius destinatus erat. Montfaucon in praefationis fine ita de eo scribit: „Ingemui ablatum mihi symmystam meum D. J. Lopinum, quocum initio hujusce editionis dabamus operas mutuas. Is vix dum ad mediam 1. t. partem deveneramus, cum praematura morte abreptus (1693) mihi summo dolori fuit, vir latine et graece probe, hebraice μετρίως eruditus, in philosophicis apprime versatus, comitate et modestia jucundus sodalibus.“

[3]) Cf. Acta erud. lips. 1682 p. 135—138; 1687 p. 381—383, ubi catalogus eorum exhibetur, quae t. 2. et 3. continentur.

203. Plura veterum opera e tenebris eruit Lucas D'Achery (Dacherius, Acherius) O. S. Ben. Sancti Quintini in Picardia a. 1609 natus. Licet vero a juventute infirma semper uteretur valetudine, indefessa tamen diligentia totus studiis, pietatis et vitae religiosae exercitiis incubuit, ut in virtute ac scientia vere excelleret omnibusque esset admirationi, hinc non solum viri docti sed et pii ejus exquirebant consilium. Et quamvis nullo unquam alio fungeretur quam bibliothecarii munere in monasterio parisiensi s. Germani a Pratis (de Prés), post Menardum ipse praecipuus fuit auctor et fautor illius spiritus et fervoris literarii, qui maurinam congregationem hoc tempore animavit et cui s. theologia, patrologia in primis, tot opera debet. Ipse selegit meliores spei tirones, ac eos velut manu ducebat in notitiam mss., historiae literariae, antiquitatis cognitionem: ad studium excitabat, ac in eo quacunque poterat ope juvabat. Bibliothecam cui praeerat selectissimis codicibus et libris augebat, ejusque usum aptis catalogis quam commodissimum reddebat. Diuturnis morbis laboribusque fractus demum decessit 29. Apr. 1685 a. aetatis 76 ab omnibus, etiam Alexandro VII. et Clemente X. maximi factus[1]). Praecipua quae edidit sunt: *Spicilegium veterum aliquot scriptorum*, qui in Galliae bibliothecis, maxime Benedictinorum, latuerant, Parisiis 1655—1677 v. 13 in 4., editio rara[2]); t. 1. 1665; 2. 1681; t. 3. bibliophilis plane incompertus (1687) demum repertus fuit in bibliotheca bruxellensi. Cum vero in ea scripta sine ullo ordine ex-

[1]) Cf. Seback KL. III², 1309; Niceron XXI, 331—338; Biogr. univ. I, 141; Journal des Savans XIII, 508; Dupin XVIII, 144; Feller I, 24; Tassin etc., qui accurate recenset quae singulis spicilegii tomis continentur; Mémoires de Trévoux 1685 ad diem 26. Nov. et elogium conscriptum a Maugendre, Ambiani 1775.

[2]) Cf. Journal des Sav. LXXV, 99—118; XCIII, 141.

hibeantur, novam ed. curavit Franciscus de la Barre († 1738), in qua scriptorum opera omissis [1]) quibusdam ad quendam ordinem secundum materias et annos rediguntur, Parisiis 1723 v. 3 in f., quae ed. minus correcta est priori, licet in titulo legatur »accuratior priori et infinitis prope mendis ad fidem mss. codd. expurgata.« Occurrunt in hac celeberrima collectione eruditorum maximo applausu excepta veterum auctorum opera v. g. s. Isidori Hisp. l. de ordine creaturarum ad Braulium ep.; sermo s. Theodori Studitae de s. Bartholomaeo Ap., s. Anselmi archiep. cantuariensis tr. asceticus; Petri Cellensis [2]) tr. de disciplina claustrali, Jonae ep. aurelianensis opusculum de institutione regia; s. Petri Chrysologi sermones 5 de oratione dominica; vitae sanctorum, chronica, epistolae, acta conciliorum ac conventuum ecclesiasticorum, praesertim vetera acta ad concilium pisanum pertinentia, diplomata, instrumenta, tabularia etc. »Multum laudat, scribit card. Bona in ep. 10. Sept. a. 1663 ad auctorem, summus pontifex (Alexander VII.) *Spicilegium* tuum, dixitque sibi prae omnibus placere virorum illustrium epistolas, et ea, quae pertinent ad historiam et ad antiquam Ecclesiae disciplinam: nam haec, inquit, singularia sunt et historia epistolaris omnium certissima est. Tum subdidit: Utiliorem praestare operam reipublicae literariae, qui eruendis e situ bibliothecarum veterum lucubrationibus incumbunt, quam qui novos cudunt libros: libri enim novi, si quid boni continent, ab antiquis mutuari solent. Hoc est judicium de studiis, quod ab ore SS. D. N. acceptum tibi sincere repraesento nihil addens, nihil minuens.« Fatendum tamen est opuscula quaedam non esse genuina, sed ab Hier. Vignier (cf. III[3], 1096) conficta, quae Dacherius bona fide recepit. Hujus collectionis quasi continuatio sunt *Vetera analecta* sive collectio veterum aliquot operum et opusculorum ex editione et cum notis Joan. Mabillon, Parisiis 1723 in f. *Barnabae epistola catholica* graece et latine cum notis et observationibus Hugonis Menardi, qui morte praepeditus eam edere non potuerat (cf. III[3], 1148), Parisiis 1645 in 4; *b. Lanfranci cantuariensis archiepiscopi opera omnia:* vita et epistolae notis et observationibus accuratis doctisque illustratae, ib. 1648 in f.; Venetiis 1745; *Asceticorum vulgo spiritualium opusculorum*, quae inter patrum opera reperiuntur, indiculus, christianae pietatis cultoribus ab asceta benedictino digestus (jussu praepositi generalis), 1648 in 4; 1671 cura sodalis Jacobi Remi († 1703) ed. auctior, in qua tamen nonnulla opuscula laude minus digna commendantur; *ven. Guibberti ab. b. Mariae de Novigento opera omnia* (nunc primum edita), cum appendice, quae plura alia veterum scripta complectitur, ut ex. gr. Hugonis rothomagensis archiepiscopi ll. tres dogmatum christianae fidei contra haereticos sui temporis, ib. 1651 in f. Denique ipse incepit colligere *Acta sanctorum O. S. Bened.*, quorum v. 9 in f. prodierunt Parisiis 1468—1701, quae complectuntur sex secula ab a. Christi 500—1100, quo in labore eum strenue juvit

[1]) De singulari omissione ex t. V. pag. 105—52 disserunt Analecta boll. XVII (1899), 43—50.

[2]) Petri abbatis Cellensis primum, deinde s. Remigii apud Remos ac demum episcopi carnotensis *opera omnia* edidit Parisiis 1671 in 4. Renatus Ambrosius Janvier O. S. Ben. ortus in dioecesis cenomanensis vico Sanctae Osannae nuncupato († 1682). Cum egregie calleret linguam hebraicam, edidit *commentarios R. Davidis Kimchi* in Psalmos Davidis regis et prophetae ex hebraeo latine redditos, Parisiis 1666 in 4. Quia vero Kimchius operi suo non pauca contra religionem christianam ex more rabbinorum intexuerat, ea Janvier omittenda duxit ceu parum ad psalmorum intelligentiam facientia. Cf. Ziegelbauer IV, 14. 665. 686; Feller IV, 579; Tassin, Histoire litt. de la congr. de Saint-Maure.

Mabillon: acta suppeditavit Dacherius: praefationes, annotationes, illustrationes etc. sunt Mabillonii.

204. Cum pleraque scripta, quae Dacherius in suo exhibet spicilegio, ad medium magis spectent aevum, praetermittere hic non possumus virum diffusissimae lectionis stupendaeque doctrinae, qui ad illustranda mediae aetatis scripta plurimum contulit, Carolum scil. du Fresne (latine Fraxinetus) Dominum du Cange Ambiani 18. Dec. 1610 natum. Absoluto juris studio receptus est inter advocatos parlamenti parisiensis (11. Aug. 1631), verum mox causis forensibus dimissis in patriam rediit, totusque librorum omnis generis, praesertim historiae sacrae et profanae studio se dedit. Ab anno 1645 munus quaestoris apud Ambianos obivit. Peste grassante Ambiani 1668 magno suo commodo et literarum profectu Parisios secessit, ubi ad mortem usque (23. Oct. 1688) remansit. Stupendam ejus eruditionem commendabat sentiendi loquendique modestia [1]). Praecipua ejusdem opera sunt: *Glossarium ad scriptores mediae et infimae latinitatis,* in quo latina vocabula novatae significationis aut usus rarioris, barbara et exotica explicantur, notationes et originationes reteguntur, complures aevi medii ritus et mores, legum, consuetudinum, municipalium et jurisprudentiae recentioris formulae et obsoletae voces, utriusque ordinis ecclesiastici et laici dignitates et officia et quamplurima alia observatione digna recensentur, enucleantur, illustrantur, Parisiis 1678 t. 3 in f., opus infinitae lectionis, admirabilis diligentiae, magnae utilitatis, est enim quasi oceanus omnium glossariorum minorum et particularium. In praefatione, quae merito celebratur, diligenter disserit de variis lexicis et glossariis, quae usque ad renatas literas obtinuere [1]). Post praefationem catalogum exhibet quinque circiter millium auctorum mediae et infimae latinitatis cum brevibus notitiis biographicis et literariis. Ad comprobandas variarum vocum significationes ad 140,000 testimonia scriptorum adducit: quandoque integras inserit dissertationes, inter quas ea eminet, quae est de numismatibus imperatorum graecorum. Mirum autem videri non debet, si in tanta vocum explicandarum multitudine non semper omnium criticorum votis ex asse satisfacere videatur. Hoc enim superat unius hominis laborem, praesertim quando defuerunt tot criticae subsidia, quibus modo abundamus. Prodiit etiam Francofurti ad Moenum 1681 editio aucta; 1710; Parisiis 1733—1736 ed. locupletior et auctior opera et studio monachorum (Dantine et Carpentier) O. S. Ben. e congr. s. Mauri, t. 6 in f.; Basileae 1762 t. 3 in f. Supplementa adjecit [2]) Carpenterius O. S. Ben. Parisiis 1766 t. 4 in f.; cum

[1]) Cf. Niceron VIII, 69; X, p. 1 pag. 178; Baluze in Vita praemissa editioni Chronici paschalis; Dupin XVIII, 141; Journal des Savans XVI, 581—589; quod CLI, 192—213 et 394—420 catalogum admodum prolixum exhibet operum et dissertationum ejusdem ineditarum; Biogr. univ. VII, 14, ubi de eo legimus: „On trouve réunis dans ses ouvrages les charactères d'un historien consommè, d'un geographe exact, d'un jurisconsulte profond, d'un généalogiste éclairé, d'un antiquaire savant et pleinement versé dans la connaissance des médailles et des inscriptions. Il savait presque toutes les langues, possédait à fond les belles lettres, et avait puisé dans un nombre infini de manuscrits et de pièces originales, des connaissances sur les moeurs et sur les usages des siècles les plus obscurs. Les savantes préfaces de ses glossaires font encore preuve d'un génie philosophique, et sont, en leur genre ce qu'on peut lire de meilleur pour le fond et pour le style."

[1]) Cf. Jo. Fabricius in hist. bibl. fabricianae III, 275 ss.; Journal des Savans VI, 342—347; 382—389.

[2]) De Carpenterii opere cf. Klotz, acta literaria 4, 379—390.

his et additamentis Adelungii et aliorum cura G. A. L. Henschel, Parisiis 1840—1850 t. 7 in 4. Adelung epitomen ex glossario et Carpenterii supplementis exhibuit Halae 1772—1784 t. 6. Hujus op. velut supplementum est: L. Diefenbach *Glossarium latino-germanicum* med. et inf. latinitatis, Francofurti 1857. Novis totum opus digessit curis Leop. Favre Niorte 1883—88 t. X, qui in illud Glossarium gallicum, quod ante ib. ediderat 1879. 1880., recepit. *Glossarium ad scriptores mediae et infimae graecitatis:* accedit appendix ad glossarium mediae et infimae latinitatis una cum brevi etymologico linguae gallicae ex utroque glossario, Parisiis 1668 v. 2 in f., opus pariter exquisitum. *Histoire de l' Empire de Constantinople sous les Empereurs françois,* Parisiis 1657 in f., divisa in 2 pp., quarum 1. exhibet l' Histoire de la Conquête de Constantinople par les François et les Venetiens en 1204 écrite par Geoffroi de Villehardouin en son vieil langage, cum versione, glossario, continuatione; *Histoire de s. Louis Roi de France* écrite par le Sire de Joinville et enrichie de nouvelles observations et dissertations Historiques et de plusieurs autres pièces concernant ce Regne, tirées des Mss., ib. 1668 in f.; *Joan. Cinnami historiarum de rebus gestis a Joanne et Manuele Comnenis ll. 6* graece et latine cum notis historicis et philologicis, ut et in Nicephori Bryennii et Annae Comnenae historiam: accedit Pauli Silentiarii descriptio s. Sophiae, graece et latine cum ejus uberiore commentario, ib. 1670 in f. (inter scriptores byzantinos); *historia byzantina duplici commentario illustrata,* quorum prior familias ac stemmata imperatorum CP. cum eorundem auctorum numismatibus et aliquot iconibus, praeterea familias dalmaticas et turcicas complectitur: alter descriptionem urbis CP. qualis exstitit sub imperatoribus christianis, ib. 1680 in f.; *Joan. Zonarae annales ab exordio mundi ad mortem Alexii Comneni,* graece et latine, ib. 1686 v. 2 in f.; *Chronicon paschale* a mundo condito ad Heraclii imp. a. 20., opus hactenus fastorum siculorum nomine laudatum, deinde chronicae temporum epitomes, ac denique chronici alexandrini lemmate vulgatum: nunc tandem auctius et emendatius prodiit cum nova latina versione et notis chronicis et historicis. Du Cangii morte interveniente curavit editionem Baluzius, ib. 1688 in f. Praecedunt notas selecta quaedam ad illustrationem chronici paschalis spectantia, quorum nonnulla Petavius in doctrina temporum et Uranologio, nonnulla Bucherius in doctrina temporum, nonnulla Dodwellus in appendice ad dissertationes cyprianicas vulgavit, nonnulla ex codd. ms. nunc primum prodeunt [1]). Reliquit etiam annotationes ad historiam byzantinam Nicephori Gregorii, quae reperiuntur in editione Boivini a 1702. *Illyricum vetus et novum* sive historia regnorum Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae, Bosniae, Serviae atque Bulgariae locupletissimis accessionibus aucta atque a primis temporibus usque ad nostram continuata aetatem, Posoniae 1746, quod quidem opus [2]) non ex integro est auctoris nostri, praecipuam enim partem in eo componendo habuit comes Joseph Keglevich de Buzin, qui in operis commendationem tanti viri praefixit nomen, cujus laboribus et suppetiis est usus [3]).

205. De scriptoribus historiae byzantinae pariter bene meruit Petrus Poussines (Possinus) S. J. Natus est Possinus Laurani, quod est oppi-

[1]) Cf. de hac editione deque fatis hujus chronici et de conjecturis eruditorum circa illud act. erud. lips. suppl. I, 437.

[2]) Ejus epitomen exhibet Journ. des Sav. CL., 411—35; 461—80; CLI, 49—71.

[3]) Cf. Hardoin Essai sur la vie et sur les ouvrages de Du Cange, Paris 1849; Seback KL. 3³, 2104.

dum dioecesis narbonensis 28. Oct. 1609. Societatem Jesu ingressus est 7. Jul. 1624. Cum Parisiis moraretur, speciali diligentia in omni eruditione una cum fratribus Valesiis, Garnerio et Vavasseur instituebatur a magno Petavio. Rhetoricam professus est in collegio tolosano, cum in literis humanioribus, latinis praesertim et graecis plane emineret: inde post quinquennium ss. literas est interpretatus. Anno 1654 Romam vocatus est a praeposito generali historiam Soc. J. a Sacchini coeptam continuaturus (p. V. t. prior prodiit Romae 1661.). Annos 19 ibidem in collegio romano s. Scripturae egit interpretem: ibique etiam juvenem abbatem Albani, qui postea summus pontifex fuit sub nomine Clementis XI., in lingua graeca instituit. Editoribus actorum SS. ultra ducentas suppeditavit vitas, SS. praesertim graecorum, qui jam in oblivionem abierant; tresque ejus epistolae de chronologia vitae J. Christi a P. Papebrochio receptae fuere in Propylaeum ad acta SS. mensis Maji. P. Labbeo acta vel decreta plus quam triginta conciliorum et etiam plura decreta concilii nicaeni ex mss. arabicis misit. Circa annum 1682 in Galliam rediit finem impositurus laboribus literariis opere singularis vastaeque eruditionis: *Occursus prophetiae et historiae* in mysteriis vitae, mortis et resurrectionis Christi, sed morte praeventus 2. Febr. 1686 a. aetatis 77. consilium suum exsequi non potuit. Epistolarum commercium cum viris eruditis omnis regionis, a quibus etiam consulebatur, frequens habuit [1]). Haec potiora ejusdem opera [2]): *S. Patris nostri Nili opera quaedam* nondum edita, Parisiis 1639 in 4; 1659 in 4; *S. P. N. Nili epistolae,* in quibus controversiarum hodie flagrantium luculenta exstant praejudicia, nunc primum editae, graece et latine, ib. 1657; 1658 in 4: in Patrol. graecae Migne t. 79; *symbolarum in Matthaeum* t. prior exhibens catenam graecorum patrum unius et viginti nunc primum editam, latina interpretatione et scholiis illustratam: adjectus est l. *de concordia evangelistarum in genealogia Christi,* Tolosae 1646 in f.; t. alter, quo continetur catena patrum graecorum 30, collectore Niceta ep. Serrarum (cf. I[3], 1004), interprete Balt. Corderio [1]), ib. 1647 in f.; *Catena graecorum patrum in Evangelium secundum Marcum,* ib. 1673; ed. melior cur. Cramer Oxonii 1844. I, 261—447; adjecit sub titulo *Spicilegii* commentarium ad loca selecta quatuor Evangeliorum: accesserunt collationes graeci contextus omnium librorum N. T. cum 22 codd. antiquis mss., Romae 1673 in 4; *spicilegium* cum aliorum notis etc. edidit iterum Jo. Alb. Fabricius sub titulo *observationes selectae in N. T.,* Hamburgi 1712 in 8. *S. P. N. Methodii Ep. et M. convivium decem virginum,* nunc primum editum et latinitate donatum, Parisiis 1657 in f.; Migne PG. III. S. P. N. Theophylacti archiep. Bulgariae *institutio regia* ad Porphyrogenitum Constantinum, ib. 1651 in 4; Annae Comnenae Porphyrogenitae Caesarissae *Alexias,* sive de rebus ab Alexio imperatore vel ejus tempore gestis ll. 15 nunc primum editi, latina interpretatione et glossario illustrati, accesserunt praefationes ac notae Dav. Hoeschelii augustani (ex ed. a. 1610), ib. 1651 in f.; Nicephori Caesaris Bryennii *commentarii de rebus byzantinis,* ib. 1661 in f.; Georgii Pachymeris *Michael Palaeologus* sive historia rerum a Mich.

[1]) Cf. Mémoires de Trévoux 1750 IV, 2536—2554; Biogr. univ. XXXV, 586.

[2]) Sommervogel VI, 1123—34.

[1]) Cf. de hac catena Rich. Simon Histoire critique des principaux Commentateurs du N. T. c. 30., ubi advertit Possinum utique ex defectu melioris ms. textum graecum minus correctum exhibere. Et revera ipse Possinus fatetur se divinando saepe lectiones determinasse.

Paelaeologo ante imperium et in imperio gestarum, nunc primum edita: accesserunt ejusdem observationum ll. 3 et appendix: specimen sapientiae Indorum veterum, Romae 1666 in f.; Georgii Pachymeris *Andronicus Palaeologus* sive historia rerum ab Andronico seniore in imperio gestarum usque ad a. aetatis ejus 49., accesserunt ejusdem observationum ll. 3., scil. 1. glossarium, 2. notae; 3. chronologicus [1]), ib. 1669 in f.; *collationes isidorianae*, quibus s. Isidori Pelusiotae ep. omnes hactenus editae cum multis antiquis mss. codd. comparantur et inde circiter bis mille locis supplentur aut emendantur, Romae 1670 in 8; annotationes in ep. recepit Migne in PG. t. 78; *thesaurus asceticus* sive syntagma opusculorum 18 a graecis olim patribus de re ascetica scriptorum [2]), nunc primum editorum, Tolosae 1684 in 4; par dissertationum *de Assuero Estheris, Dario Medo Danielis et Zacharia Barachiae*, ib. 1683. 1684 in 12. In priori octo mutuo infestas refert opiniones et singularum patronos recenset. Ex his eam ipse eligit ut veriorem, quae cum Esthere conjugio sociat Cyaxarem Astyagis filium et heredem, ultimum Medorum regem, Cyri avunculum, socerum et decessorem. Huic uni juxta Possinum aetas, qualitas, nomen, conditiones ac notae omnes plenissime suffragantur in nuptias Estheris. In altera ea Possino sententia placuit, quae 70 Danielis hebdomadas inchoandas decernit ab a. 20. regni Artaxerxis Longimani. In ea plura quidem exactissime et eruditissime expendit, nonnulla tamen, quae cum valde obscura sint, nimium confidenter urget [1]). *Apocalypsis enarratio*, Tolosae 1685 in 4; *de vita et morte P. Ign. Azevedii* et sociorum e S. J. ll. IV, Romae 1679; edidit et *epistolas* s. Fr. Xaverii ll. 4, Antverpiae 1657; l. 5. ib. s. a., Romae 1667 ll. 7. Praetermittimus minora quaedam veterum scripta, quae e tenebris eruit, sicut et opusculum inscriptum: *Vincentia victus* sive confutatio l. cui titulus est: Fr. Petri de Vincentia O. Pr. opusculum de veritate conceptionis bb. V. Mariae, Montalbani 1650 in 12; Panormi 1660. *Historia controversiarum*, quae inter quosdam e s. Praedic. ordine et Soc. Jesu agitatae sunt ab a. 1548—1612 ll. 6 explicata, in pluribus msc. exstat.

206. Alii in edendis singularium patrum operibus specialem adhibuere diligentiam. Talis est Joannes Garnerius [2]) S. J. Parisinus n. 11. Nov. 1612, philosophiae decennio, theologiae per 20 annos professor († 26 Oct. 1681), vir severioribus et amoenioribus disciplinis egregie excultus, in antiquitate ecclesiastica admodum versatus, atque in casibus quoque conscientiae adeo expertus, ut oraculi instar undique consuleretur, ejusque responsa summa fiducia atque reverentia exciperentur [3]). Praecipua opera, quae edidit sunt: *Marii Mercatoris Augustino aequalis opera quaecunque exstant*, (primum edita) Parisiis 1673 in f. partes duae, quarum prior complectitur Mercatoris opera contra Pelagianos et 7 doctissimas easque, si formam spectes, classicas diss. scil. 1. de primis auctoribus et praecipuis defensoribus haeresis, quae a Pelagio nomen accepit; 2. de synodis

[1]) Cf. Journal des Savans II, 595—601; sed. cf. Mauritii David advocati divionensis (n. 1614; † 11. Nov. 1679) *animadversiones in observationes chronologicas Possini ad Pachymerem*, Divione 1679; qui l. est rarissimus.

[2]) Ea recensentur in actis erud. lips. 1685 p. 488—491.

[1]) Cf. Mich. a s. Joseph III, 506.

[2]) Distinguendus a Juliano Garnerio O. S. B. Ben., operum s. Basilii editore, de quo alias. Cf. de Joanne Biogr. univ. XVI, 485.

[3]) Cf. Journal des Savans XXII, 177; Dupin VIII, 197.

habitis in causa Pelagianorum; 3. de constitutionibus imperatorum in eadem causa ab a. 418—430; 4. de subscriptione in causa Pelagianorum; 5. de libellis fidei scriptis ab auctoribus et praecipuis defensoribus haeresis pelagianae; 6. de iis, quae scripta sunt a defensoribus fidei catholicae adversus haeresim pelagianam ante obitum s. Augustini; 7. de ortu et incrementis haeresis pelagianae seu potius coelestianae. Tanti porro fecit card. Norisius has Garnerii lucubrationes, etsi in omnibus ei non assentiatur, ut scripserit ad Magliabeccum [1]): »Hoc tamen te monitum velim, ne feliciori aliis in scriptis Garnerii eruditioni quidpiam per me detractum putes; illum enim tanti facio, ut si ejusdem de rebus pelagianis commentaria historiam, quam de eadem haeresi hoc anno patavinis typis excusam emisi, praevenissent, mea statim scripta (quod sincere affirmo ac sancte juro) in angulum omnino projecissem.« In secunda p. post eruditissimam de Nestorianismo ab a. 428—433 praefationem historicam sequuntur Mercatoris opera, quae spectant Nestorium, et duas diss. scil. de haeresi et libris Nestorii, et de synodis in causa nestoriana habitis a tempore motarum turbarum ab a. 429 ad pacem ecclesiis redditam a. 433. Quamvis apparatus historicus magni ab eruditis fiat, tamen quod ipsam Mercatoris lectionem attinet, ut et aliorum quorundam, quae ipse interseruit, opusculorum, necnon quod singula ista opuscula ex suo unius arbitrio dilaceravit magis quam disposuit, tantum abfuit, ut aliorum assensum consequeretur, ut potius a doctissimo quoque in hoc genere viro gravem vituperationem subierit [2]). *B. Theodoreti ep. Cyri op. t. quintus* (ed. Sirmondi) nunc primum in lucem editus cur. Hardouin, qui et Garnerii vitam praemisit, Parisiis 1684 in f. Complectitur quinque de Theodoreto diss. vere eruditas, scil. 1. de ejus vita; 2. de libris Theodoreti; 3. de fide Theodoreti; 4. de quinta synodo generali; 5. de Theodoreti et orientalium causa [1]). Sed iniquioris plane animi fuit in Theodoretum, cujus famam plus aequo denigrare conatur, quod merito viris eruditis displicuit. *Liber diurnus romanorum pontificum* ex antiquissimo cod. ms. nunc primum editus, ib. 1680 in 4; Viennae 1762; adjectae sunt 3 diss.: 1. de indiculo scribendae epistolae; 2. de ordinatione summi pontificis, in qua § 6. agit *de Honorio*, quem ab errore immunem censet; 3. de usu pallii (etiam in op. Zachariae *Disciplina populi Dei* III, 205—15). Juliani eclanensis ep. *libellus fidei* missus ad sedem apostolicam in causa Pelagianorum nunc primum editus cum notis et tribus diss. historicis, Parisiis 1648 in 8., etiam inter opera M. Mercatoris; Liberati archidiaconi ecclesiae carthaginiensis *breviarium causae Nestorianorum et Eutychianorum* emendatum; a plurimis, quibus ante scatebat, mendis repurgatum, et notis et dissertatione de V. synodo illustratum, ib. 1675, etiam in Gallandii bibl. veterum PP. t. 12; *regulae fidei catholicae de gratia Dei per J. Christum*, Biturigibus 1655 in 4; tr. *de officiis confessoris* erga singula poenitentium genera, Parisiis 1688. 1689 in 12; 1733; Argentorati 1718; *systema bibliothecae collegii parisiensis S. J.*, Parisiis 1678 in 4., admodum utile ad ordinandam bibliothecam, recusum in J. D. Koeleri *sylloge* aliquot scriptorum de bene ordinanda et ornanda bibliotheca, Francofurti 1728.

---

[1]) Norisii op. 3, 1176.

[2]) Cf. Schoenemann in notitia historico-liter. in M. Merc. in Biblioth. hist. litt. PP. lat. t. 2; Tillemont Mémoir. eccl. graecae III, 602.

[1]) Cf. Acta erud. lips. 1685 p. 47—56.

207. Garnerii sodalis Petrus Franciscus Chifflet[1]) Bisuntinus (n. 1592; † 5. Oct. 1682), aliquamdiu s. Scripturae interpres, quem inter eruditissimos societatis Jesu scriptores post Petavium et Sirmondum laudare solebat Norisius in ep. ad Magliabeccum, edidit praeter alia[2]): *Fulgentii Ferrandi diaconi carthaginiensis ecclesiae opera* junctis Fulgentii et Cresconii africanorum episcoporum opusculis relativis Divione 1649 in 4., quae aut primum protulit aut emendavit notisque illustravit. *Scriptorum veterum de fidé catholica quinque opuscula:* 1. Alcuini confessio fidei suae; 2. ex libris 10 s. Fulgentii fragmenta 39; 3. ex l. s. Fulgentii de incarnatione Christi insignia 13 fragmenta; 4. Rabani Mauri l. adversus Judaeos[1]); 5. anonymi de Berengarii haeresiarchae damnatione commentariolus, ib. 1656 in 4; *s. Bernardi Claraevallensis abbatis genus illustre assertum.* Accedunt Odonis de Diogilo, Joannis eremitae, Herberti Turrium Sardiniae archiep. aliorumquae aliquot scriptorum opuscula duodecimi post Christum seculi historiam ecclesiasticam spectantia, Parisiis 1660 in 4; inseruit quoque diss. sui nepotis Pauli Ferdinandi Chifleti O. S. Bern., quae jam prodierat Bruxellis 1643, hoc titulo: *De pernobili et militari genere s. Bernardi* epistolica observatio. *Paulinus illustratus* sive appendix ad opera et res gestas s. Paulini nolensis ep., Divione 1662 in 4; *Victoris vitensis et Vigilii tapsensis provinciae bizacenae episcoporum opera*, ib. 1664 in 4. cum vindiciis et notis; *Bedae presbyteri et Fredegarii scholastici concordia* ad senioris Dagoberti definiendam monarchiae periodum et ad primae totius regum Francorum stirpis chronologiam stabiliendam in 2 pp. divisa, quarum prior continet historiam ecclesiasticam gentis Anglorum cum notis ad eandem historiam et dissertationem de auctore hujus historiae; posterior dissertationem de annis Dagoberti Francorum regis eo nomine primi, Parisiis 1681 in 4., in qua rejicitur sententia Hadr. Valesii de morte Dagoberti I. a. 638. Opposuit Valesius: *Observationis de annis Dagoberti Fran-*

[1]) Plures alii ex eadem familia scriptis suis innotuerunt. Ita Laurentius Ch. secundum carnem et spiritum frater, ingressus est enim etiam Soc. Jesu († 9. Jul. 1658), edidit plura opera ascetica. Cf. Sommervogel II, 1132—39. — Horum cognati fuere Julius Ch. theologiae doctor et vicarius generalis archiepiscopi bisuntini († 1678), cujus est *Breviarium historicum ordinis Velleris aurei* (cujus erat cancellarius), Antwerpiae 1652 in 4. — et hujus frater Joannes canonicus tornacensis, Philippo IV. a concionibus († 27. Nov. 1666), cujus exstat sagax *judicium de fabula Joannae papissae*, ib. 1636 in 4. — Horum pater Jo. Jacobus Ch. Philippi IV. medicus, eques auratus, vir erat admodum eruditus, de cujus operibus (quae non sunt theologici argumenti) scribit Feller II, 551: Ses livres sont pleins de recherches, et si, en les écrivant, il avait secoué certains préjugés, et s'était attaché à un arrangement méthodique, ils auraient encore plus de réputation qu'ils n'ont. In l. *de ampulla rhemensi*, Antwerpiae 1651 in f. historiam de illa ut spuriam rejicit; in alio vero *de linteis sepulcralibus Christi*, ib. 1624, genuinitatem sudarii, quod Vesontione servatur, tuetur. Decessit a. 1660. Cf. Foppens II, 610. — Ejus frater Philippus ecclesiae bisuntinae canonicus et archiepiscopi vicarius generalis pollebat magna antiquitatis cum sacrae tum profanae cognitione; totius rei nummariae et gemmarum priscarum vivens velut erat thesaurus († 1657; secundum Foppens II, 1027 post a. 1663). Reliquit praefationem et notas (eruditas) *in concilii tridentini canones et decreta*, Antwerpiae 1640 in 12. et alibi; *Histoire du prieuré de N. Dame de Bellefontaine*, ib. 1631, latine versa ab ejus amico Henrico Dupuis (Ericio Puteano). — Denique Claudius Ch. pariter Bisuntinus professor erat juris in academia dolensi († 15. Nov. 1580), et reliquit plura opera juridica et historica. Cf. Kl. III, 141 s.

[2]) Cf. Sommervogel II, 1125—32.

[1]) Verum hanc epistolam non esse Rabani, sed Amolonis lugdunensis ep. probat recentior quidam scriptor in appendice ad Joan. Dallaei dissert. *de auctore confessionis Alcuini.*

corum regis adversus P. F. Chiffletii diss. *defensio*, Parisiis 1684; *Dissertationes tres:* 1. de uno Dionysio primum Areopagita et ep. atheniensi, tum deinde Parisiorum apostolo et martyre; 2. de loco et tempore conversionis Constantini M. ad fidem christianam; 3. de s. Martini turonensis ep. temporum ratione, Parisiis 1676 in 12; *Opuscula quatuor:* 1. de Dionysii aetate totaque chronologia, quo et suis parisiensibus confirmatur Areopagita et huic sui libri vindicantur; 2. de una sancta Syra seu Syria virgine; 3. origo prima comitum valentiniensium ex pictaviensibus; 4. excerpta singularia ex collectaneis de vita et gestis s. Bernardi claraevall. abbatis, auctore Gaufrido ab. quondam illi ab epistolis. Accessit appendix de concilio niumagensi a. 821, ib. 1679 in 8; *Histoire de l'Abbaye royale et de la ville de Tournus* avec les Preuves, enrichie de plusieurs pièces très rares etc., Divione 1664 in 4., opus rarum, quod magni aestimatur. Plures quoque vitas et acta sanctorum suppeditavit Bollandistis, alia Labbeo, D'Acherio, Baluzio etc.

208. Jacobus du Frische OSB. e congr. s. Mauri natus Sagii 1641 († 1693) concinnavit cum Nicolao le Nourry novam eamque praestantissimam [1]) ed. *operum omnium s. Ambrosii* ep. mediolanensis ad mss. codd. vaticanos, gallicanos, belgicos etc. necnon ad veteres editiones exactam addita s. doctoris vita, quae prodiit Parisiis 1686. 1690 v. 2 in f. Ea recusa fuit Venetiis 1740—1751 v. 4 in f.; 1748—1755; 1781—1782 v. 8 in 4; Parisiis 1836 t. 4 in 8. et in Patrol. cursu accurante Migne 1845; Mediolani 1875. De ea ita scribit Caveus [2]): »Egregiam hanc editionem commendant chartae puritas et typorum pulchritudo; librorum ordo rite dispositus; materiae et temporis ratio accurata habita; libri genuini a spuriis critico acumine discreti; complures codd. mss. inter se et cum aliis collati, neque sine horum auctoritate quidquam in textum admissum; praeclara editorum fides, integritas et diligentia; tractatuum in capita divisio capitumque summaria collecta, praemissa cuivis tractatui admonitio, qua de libri veritate, occasione, argumento, tempore aliisque judicant; praeter notas, quae ad calcem paginae adhiberi solent, ut de variis utilissimisque indicibus nihil dicam.« Scripsit quoque *s. Augustini vitam* cum Hugone Vaillant, quae reperitur in ed. maurina op. hujus s. doctoris. — Joannes Garet OSB. ex eadem congr. natus apud Portum Gratiae in dioecesi rotomagensi († 1694) edidit *Magni Aurelii Cassiodori senatoris opera omnia* in 2 t. distributa ad fidem mss. codd. emendata et aucta, notis et observationibus illustrata, quibus praemittitur illius vita (auctore le Nourry) cum diss. de ejus monachatu, Rotomagi 1679 in f., ed. praestans [1]), sed non completa, postmodum enim repertae sunt in archiviis veronensibus *Cassiodori complexiones in epistolas, acta apostolorum et apocalypsim,* quas edidit Maffejus, ut infra dicemus. Venetiis 1729 t. 2 in f.; in Migne PL. 69. 70. — Petrus de Goussanville (Gussanvillaeus † 1683) edidit *Petri Blessensis* bathoniensis in Anglia archidiaconi *opera,* Parisiis 1667 et 1675; opera s. *Gregorii M.* v. 3 in f., quae editio sua aetate non caruit laude. In annotationibus omnia disciplinarum genera, artes omnes delibantur coacervatis tum ex sacris, tum ex profanis, ex graecis et latinis scriptoribus in-

[1]) Cf. acta erud. lips. 1688 p. 64; et suppl. II, 209.

[2]) In hist. liter. Eccl. sec. IV. p. 168, Genevae 1705. Cf. etiam Pez, biblioth. benedictino-mauriana I, 62—71; Biogr. univ. XVI, 74; Tassin etc.

[1]) Cf. Biogr. univ. XVI, 471; Tassin, Journ. des Savans 10. Jul. 1679; suppl. ad nova acta lips. I, 1—7.

numeris fere testimoniis. — Emericus Bigot Rothomagensis, vir vere eruditus [1]), qui libenter alios eruditos consilio et opera juvabat (n. 1626; † 18. Dec. 1689), edidit Palladii episcopi helenopolitani *de vita s. J. Chrysostomi* dialogum (primum graece): accedunt homilia s. Joannis Chrysostomi in laudem Diodori tarsensis ep., acta Tarachi, Probi et Andronici, Parisiis 1680 in 4. Edidit quoque libellum *de octo vitiosis cogitationibus* ad Anatolium, quem tribuit Evagrio Pontico; eum habes Migne PG. XL, 1271—78.

209. Godefridus Hermant Bellovacensis n. 6. Febr. 1617, Sorbonae domus prior 1644, universitatis parisiensis rector 1647—48; doctor s. theologiae et sacerdos 1650, canonicus et professor bellovacensis, versatus erat in historia ecclesiastica et antiqua Ecclesiae disciplina, cujus rigidiorem observantiam affectavit non sine Jansenismi suspicione. In Jesuitas non bene affectus iterum atque iterum stilum acuit, et ne parisinae academiae patres incorporarentur, multum diuque lingua et calamo laboravit. Arnaldi partes nimio ardore sectatus [2]) malam sui existimationem apud plerosque generavit, et ob eam causam a Sorbona exclusus, etiam canonicatu ad tempus privatus, nec in capitulo ecclesiae suae locum habere permissus est, nisi rebus compositis sub Clemente IX. a. 1668 († 11. Jul. 1690). Scripsit Hermantius [1]) stilo nobili, sed forte nimis verboso, planeque erudite *la Vie de s. Jean Chrysostôme* ll. XII (sub nomine Menart), Parisiis 1664 in 4; 1666 in 8; 1669; Lugduni (1665); 1683 pp. 2 in 8; *la Vie de s. Athanase,* Parisiis 1671 pp. 2 ll. XII in 4; 1672. In ea plurium aliorum patrum attingit vitas. *La Vie de s. Basile et de s. Gregoire de Nazianze,* ib. 1674 pp. 2 in 4; 1679; *la Vie de s. Ambroise,* ib. 1678 in 4; in quibus non solum tantorum praesulum gesta describit, verum et eorum scripta diligenter, nec sine bono critices gustu expendit. Ex his Hermantii lucubrationibus non pauca ad historiam ecclesiasticam sec. 4. pertinentia suae ad Baronium criticae inseruit Ant. Pagius t. praesertim primo; non tamen omnia ab illo tradita absque delectu probat. Prodiit Parisiis 1693 in f. opus Hermantii posthumum: *Clavis ecclesiasticae disciplinae* seu index universalis totius juris ecclesiastici, opera et studio Petri Auger. Scriptio est plane imperfecta, quam ad proprium tantum usum, non ut ederetur, composuit, et ab editore improbis notis satis maculata; in qua reperitur summa quaedam conciliorum: nam ejus ope levi negotio inveniri possunt, quae de praecipuis materiis ecclesiasticis concilia generalia et provincialia suis canonibus sanxerunt, necnon pontifices vel imperatores rescriptis et edictis statuerunt [2]). Ita

[1]) Cf. Niceron VIII, 86—90; p. 1 pag. 178—180; Dupin XVIII, 209. Ab J. G. Graevio (in praef. ad lectiones hesiodeas p. 18.) dicitur „decus suae Galliae, qui natus est ornandis literis illorumque conatibus, qui in arte aliqua egregia illustranda elaborant."

[2]) Ita ex. gr. edidit: *Apologie pour M. Arnauld* contre un libelle publié par les Jésuites intitulé: *Remarques judicieuses* sur le Livre de la fréquente Communion, Parisiis 1644; 1648 in 4. „Ce livre, irquit Dictionnaire des livres jansén. I. 91, est l'éloge d'Arnauld, de sa famille, de Saint Cyran, de Duhamel, de Petrus Aurelius, du Livre de la fréquente Communion, de Jansénius et de sa Doctrine. C'est au contraire une Satyre perpétuelle de ceux qui ont attaqué les erreurs pernicieuses dé ces quatre Novateurs."

[1]) Cf. plura de eo deque ejus libris apud Baillet Vie G. Hermant, Paris 1717; Jungmann KL. V, 1837; Feret IV, 227—48, qui diligenter recenset ejus opera edita et inedita; Niceron III, 195; Michael a s. Jos. II, 395; Biogr. univ. XX, 260; Dupin XVIII, 185; Journ. des Sav. LXII, 572. In bibliis polyglottis parisiensibus editionem textus graeci ipse curavit.

[2]) Cf. Journal des Savans XXI, 409.

etiam ex ejus schedis cur. Mugnet prodiit l. posthumus: *Tradition de l' Eglise sur le silence chrétien et monastique* contre l' intempérance de la langue et les paroles inutiles en géneral et en particulier et contre la trop grande fréquentation des Parloirs des Religieuses, ib. 1697 in 4. Nostra demum aetate prodiit ingens ejus *Histoire du jansénisme* inscripta *Mémoires* de G. H. sur l' histoire ecclesiastique du XVIIe siècle (1630—63) cur. A. Gastier Paris (1907) t. jam quatuor, et nondum finis. Eam gravi crisi subjicit P. Bliard in Etudes CXIV (1908), 637—64) eique maxime exprobrat studium partium.

210. Praeter *Gallos*[1]) laude digni sunt: Bernardus Borghi O. Praed. Azuli oppido Marchiae Tarvisinae natus, a quo multa in commodum rei literariae sperabantur, nisi eum mors immatura abripuisset 23. Aug. 1697 a. aetatis 36. Edidit et recognovit *opera s. Fulgentii ruspensis episcopi* adjecta vita eleganti stilo conscripta, Venetiis 1694 in 4. — Franciscus Sparaverius nobilis veronensis in latinis graecisque auctoribus erat apprime versatus, politiorumque literarum ac eruditionis cultor eximius, de quo plura Scipio Maffejus prodidit p. 2. Veronae illustratae. Postquam nonnulla lucubravit summa cum laude, postrema aetate novam s. Zenonis editionem meditabatur, in quam plures annotationes paraverat. At morte praeventus a. 1697 opus imperfectum reliquit. Veronensis autem editionis ordinem secutus commentarium produxit ad medium usque sermonem *de aedificatione domus Dei,* post quem tres alii supra decem sermones ea in editione supersunt sine ullo commentario, quem tamen parasse etsi descriptus non fuerit, vel saltem animo praecepisse indicant annotationes aliquae, in quibus ad observationes in eosdem quoque postremos sermones lectorem remittit. Hisce autem in annotationibus et corruptiora quaedam loca tentavit emendare, et difficiliores quasdam sententias explicare naviter et erudite studuit. Sparaverii commentarium propter eruditionem et pretium ipsius in suam editionem receperunt Ballerinii, et etiam Migne, Patrol. lat. XI, 535 ss. — *De canonibus apostolorum* diss. historicam, chronologicam et dogmaticam edidit Ant. Constantinus a Castrovillare O. Minimorum s. Franc. de Paula, Romae 1697 in 4., in qua nititur probare, 50 priores apostolicae esse traditionis eosque a Clemente romano fuisse collectos ac in posteriorum gratiam literis mandatos[1]). — Franciscus Salcedon O. S. Ben. typis mandavit *opera Petri Comestoris,* Matriti 1699.

[1]) Quibus adde De Moissy, qui edidit *La Méthode dont les Pères se sont servis en traitant des Mystères,* Parisiis 1683 in 4.

[1]) Cf. Act. erud. lips. 1697 p. 523—29.

V. Historia ecclesiastica.

211. Historia ecclesiastica, quae periodo praecedenti florere admodum coeperat, hac quoque aetate plane insignes cultores numerat, inter quos tres praesertim eminent, Antonius Pagi, Carolus le Cointe et Sebastianus le Nain de Tillemont. Verum eos primum indicemus, qui quaestiones praeliminares tractarunt[1]). Ii sunt pauci, nec

[1]) Thomas Mazza O. Praed. Foroliviensis, fidei inquisitor variis in civitatibus, demum in Urbe commissarius generalis, in quietistarum causa adhibitus, qui et Molinosii abjurationem suscepit et dam-

magnae celebritatis. Joannes Ludovicus Ambianensis O. Cap. composuit l. inscriptum: *Atlas temporum* in 4 ll., Parisiis 1685. Primus l. nuncupatur periodus ludovica ex astrorum consideratione et dat chronologiae principia cum omnibus cyclis et annorum characteribus usque ad Christi adventum; 2. inscribitur chronologiae nova methodus calendario ecclesiastico astronomisque regulis sustentata, ubi per cyclos atque per festa mobilia praeterita et futura secernitur a ceteris vera chronologia; 3. est chronologia sacra, quae omnes V. T. solvit controversias, ubi tamen et generalis et specialis, et sacra et profana in suis tabulis chronologia exhibetur; 4. dicitur chronologia nova ex textibus canonicis deducta, ubi explicatur computatio annorum omnium seculorum per sabbata, sabbaticas hebdomadas et jubilaeos, donec christianorum dominica sabbato judaico succedat. Composuit praeterea *epitomen historiarum omnium* a Christo nato ad a. 1680 cum omnibus characteribus usque ad consummationem seculi, Parisiis 1685 in f. — Secundum Alex. a s. Joanne de Cruce [1]) edidit etiam Martialis a Conceptione O. Carm. († 1695) *opus chronologicum* omnium seculorum, dialogum duplicem *de annis ab orbe condito*, diss. chronologicam *de historiae Judith et Esther tempore*, et diss. *de Caino juniore*. — De Geographia ecclesiastica meruerunt Augustinus Lubin et De Commanville, quorum hic collegit *Histoire de tous les Archevêchés et Evêchés de l'univers* par Tables Géographiques et Chronologiques [1]), Parisiis 1700 in 8; ille vero plura ad hoc argumentum spectantia opera reliquit, ut *martyrologium romanum* geographicis tabulis et notis historicis illustratum, Parisiis 1661 in 4. Chartae geographicae sunt tredecim manu auctoris in aes insculptae, et post quamlibet chartam loca in ea contenta serie alphabetica posita cum eruditis annotationibus; *tabulae sacrae geographicae* sive notitia antiqua, medii temporis et nova nominum utriusque T. ad geographiam pertinentium, ib. 1670 in 4. et 12., necnon in bibliis latinis ed. Vitré, ib. 1666 et 1691 in 4; *tabulae in annales usserianos* et observationes geographicae, ib. 1673 in f. et in recentioribus editionibus annalium Usserii; *Orbis augustinianus sive conventuum O. Erem. s. Aug. chronographica et topographica descriptio*, ib. 1659 in 4; 1671; 1672; *Suite de la Clef du grand Pouillé des Bénéfices de France* i. e. continuatio clavis magni registri beneficiorum Galliae continens abbatias cum anno fundationis et nomine fundatorum ac situ earum, ib. 1671 in 4., latine scripta, quamvis titulus praefixus sit gallicus, in qua P. Lubin secutus est auctorem *de la Clef du grand Pouillé*, cujus haec continuatio t. 2. quodam modo efficit; primus ab alio compositus episcopatus Galliae exhibebet [2]). *Italia ecclesiastica* in suas 20

---

nationis sententiam pronunciavit († 1688), nisus est sodalis sui Jo. Nannii (cf. II[3], 1136) tueri fidem in *Apologia* pro eo edita Veronae 1673, quam dein recepit in opus *I Goti illustrati* o vera Istoria de' Goti antichi, ib. 1679. Cf. Echard II, 718. — Placidus Porcheron OSB. congr. s. Mauri († 1694) ex cod. mscr. eruit Anonymi Ravennatis, qui circa sec. VII. vixit, *de geographia ll. V*, eosque notis illustravit Parisiis 1688; *Maximes pour l'éducation* d'un jeune seigneur avec les instructions de l'empereur Basile pour Léon son fils, et l'abrégé de la vie de ces deux princes, ib. 1690. Primas habuit partes in concinando catalogo codd. mscr. Bibliothecae regiae parisiensis.

[1]) Contin. H. E. Fleurii l. 212 § 15.

[1]) Cf. Journal des Savans XXVIII, 200 Biogr. univ. IX, 355.

[2]) Similis argumenti sunt etiam opera sequentia: *Pouillé général contenant les bénéfices de l'Archevêché de Sens* et des diocèses de Troyes, Auxerre et Nevers, avec les Abbayes, Prieurez, Doyennez etc., Parisiis 1648 in 4; *Pouillé général* contenant les bénéfices de l'Archevêché de Tours et des diocèses d'Angers, Dol, Mans, Nantes, Rennes, s. Brieuc, s. Malo, s. Pol de Leon,

distincta provincias, sive Italiae ecclesiae cum exstantes tum excisae, Romae 1691 in f.; *abbatiarum Italiae brevis notitia* [1]), quarum tam excisarum quam exstantium titulus, ordo, dioecesis, fundatio, mutationes, situs etc. exactius exprimuntur, ib. 1693. Natus est Aug. Lubin Parisiis 29. Jan. 1624 et adolescens 15 annorum ordinem amplexus s. Augustini. Mox sublimioribus studiis imbutus theses theologicas a. 1646 praesente clero gallicano, qui tunc Parisiis conventum celebrabat, propugnavit. Cum se praesertim historiae sacrae studiis daret, advertit quantum ad hujus pleniorem intelligentiam geographiae accurata notitia conducat: quare sibi hanc eruditionis partem exornandam ratus, coepit omne tempus, quod obedientia reliquum faciebat, penitiori rerum geographicarum cognitioni tribuere, ea felicitate, ut haud multo post et regii in patria et generalis in ordine geographi titulum meruerit. Viri docti aut etiam bibliopolae, dum majus aliquod opus typis parabant, P. Lubinum passim conveniebant, ut hoc notis suis vel indicibus geographicis illustraret, quod ipse lubens praestitit. Manus quoque ipse applicuit scalpro, mappas et chartas geographicas a se delineatas nitide et accurate in aes incidendo. Praecipuis sui ordinis muneribus functus est magna prudentiae et suavitatis commendatione [2]). Decessit Parisiis 7. Martii 1695 a. aetatis 71.

Treguier, Vannes etc., avec les Abbayes etc. ib. 1648 in 4. Praeterea Backer (II, 553) duo similia opera adscribit Labbeo, quae eodem anno et loco prodierunt, sed tituli differunt, unum titulum magis generalem prae se fert, alterum de aliis agit dioecesibus.

[1]) Cf. Acta erud. lips. 1694 p. 126.

[2]) Plura de eo deque ejus operibus cf. apud Oss inger in biblioth. augustiniana; Niceron XXXI, 148; Dupin XVIII, 105, Biogr. univ. XXV, 329; Feller V, 389, qui de eo dicit: „Ses livres ne sont pas écrits avec agrément, mais les recherches en sont utiles;“ Journal des Savans XXIII, 220.

212. Plures de universalis Ecclesiae historia solliciti fuere. Prius aliquot attingemus, quorum minor est nominis fama. Petrus Gautruche (Galtruchius, hinc ab aliis Gaultruche dictus) S. J. Aurelianensis, vir diffusae eruditionis, mathematicus insignis, diu hujus facultatis, dein philosophiae et theologiae professor (n. 1602; † 30. Maji 1681), concinnavit *Histoire sainte* avec l'explication des points controversés de la religion chrétienne, Cadomi 1666 in 12., saepissime edita [1]); prodiit enim Parisiis 1679 editio jam 12. v. 4 in 12; 1702 in v. 4 ed. 15. Edidit insuper: *Historia novorum dogmatum* cum idea universae theologiae scholasticae per theses digestae, Cadomi 1673; *Institutio totius philosophiae* cum introductione ad varias facultates, ib. 1653 t. 4 in 12. etc. — Antonius Bonaventura le Grand O. Min. Duacensis, philosophiae et theologiae professor in academia duacena, diu per Angliam missionarius († 26. Jul. 1669), impense deditus erat philosophiae cartesianae, quam ad methodum scholasticam redegit pluribusque libris defendit, ex quibus tamen ejus *institutio philosophiae* secundum principia R. Descartes, Londini 1672, 1678; 1680; 1683; Norimbergae 1702 etc. et *apologia pro R. Descartes,* ib. 1679; 1682; Norimbergae 1681 prohibiti fuere 13. Maj. 1709 et 24. Apr. 1719. Alia ejusdem opera [2]) sunt: *Historia sacra ab o. c. ad Constantinum M. deducta,* Londini 1685 in 8; opus bonum, sed rarum. *Concordia fidei et rationis,* seu diss. de accidentibus eucharisticis, Duaci 1711, in quibus singularem de transsubstantiatione sententiam tuetur, quam dein Billuart impugnavit. *Historia haeresiarcharum* a Christo nato ad nostra tempora; accedit series omnium pro-

[1]) Cf. Sommervogel III, 1286—93; Biogr. univ. XVI, 605.

[2]) Cf. Biogr. univ. LXXI, 292; Dirks 313; Weinand KL. VII², 1635; Van Arenbergh Biogr. nat. XI, 700 ss.

positionum a modernis pontificibus damnatarum, Duaci 1702; 1724; 1729; *Les Charactères de l' Homme sans passions* selon les sentiments de Sénèque, La Haye 1662; Paris 1663; 1682; *L' Epicure spirituel* ou l' Empire de la volupté sur les vertus, Douai 1669, *Methodus compendiosa,* qua recte investigatur et certo invenitur fides christiana, Parisiis 1674, l. Romam delatus, sed non prohibitus etc. — David Lenfant O. Praed. Parisinus († 31. Maji 1688 a. aetatis 85), scripsit *Histoire générale de tous les siècles de la nouvelle loi,* laquelle enseigne ce qui est arrivé de plus notable dans l' Eglise et dans le monde tous les jours de l' année depuis la naissance de J. C. jusque à présent, Parisiis 1680 t. 3 in 12; 1684 t. 6 in 12. Alia hujus auctoris opera sunt: *Concordantiae augustinianae* sive collectio omnium sententiarum, quae sparsim reperiuntur in omnibus s. Augustini opp. ad instar concordantiarum s. Scripturae, ib. 1656. 1665 t. 2 in f.; *Biblia augustiniana* sive collectio et explicatio omnium locorum s. Scripturae, quae sparsim reperiuntur in omnibus s. Augustini operibus ordine biblico, ib. 1661 t. 2 in f.; *S. Bernardi ab. biblia* sive collectio etc. 1655 in 4; *S. Thomae Aq. biblia* sive collectio etc., 1657 t. 3 in 4, quae tamen V. tantum complectuntur T., tribus aliis voluminibus paraverat N. T. edendum. — Joan. Dominicus Maurus elaboravit *Istoria sacra* tratta dal Martirologio romano, Annali del Card. Baronio ed altri Scrittori ecclesiastici, nella quale si discorre di molti Servi di Dio, Romae 1682. 1683 in 4. — Jo. Dominicus Musanti (Musanzio) S. J. Taurinensis († 1694) accendit *facem chronologicam* ad omnigenam historiam sacram et profanam ab o. c. ad a. Christi 1690 (ad. a. 1692), saepius editam, quam continuarunt sodales G. Szerdahelyi (de quo infra) ad a. 1702: Dominicus Centi († 12. Febr. 1751) ad a. 1706; Ant. Casini ad a. 1728; et jubente Benedicto XIV. Jo. B. Faure ad a. 1752, Romae 1750 ed. 3; 1751 etc., qua usus est Laur. Berti tacito auctoris nomine pro suo Breviario hist. ecclesiasticae.

213. Jam ad eos veniamus, qui speciali mentione sunt digni. Horum primus est Antonius Pagi O. Min. Conv., qui humili in Galliae Provincia loco, quem Rognis vocant, natus (31. Martii 1624), magnos in literis elegantioribus ac disciplinis difficilioribus, chronologia scil. et historia, progressus fecit., et quamquam per sacrorum tractationem et provinciarum administrationem (quater enim praepositus provincialis fuit) multum a suis studiis avocaretur, historiae tamen culturae quantum supererat temporis sollicite impendere perrexit, ac praesertim in defectibus, quos penes alios historicos observavit, emendandis adlaboravit. Hinc ei nata accurata et erudita *dissertatio hypatica* seu de consulibus caesareis, Lugduni 1682 in 4., et diss. *de die et anno mortis s. Martini ep. turonensis,* et *Critica historico-chronologica in annales Baronii:* quamvis haec duo postrema scripta non perfecta ab eo sint et expolita, sed curae et diligentiae Francisci Pagi relicta, qui non magis de patruo suo, quam de orbe erudito praeclarissime meritus est, et quidquid rerum atque ornamenti deerat impigre fideliterque addidit. Antonius Pagi primum quidem non est aggressus Baronium, sed Spondani epitomen; admonitus autem ab amicis et fautoribus, ut ipsos collustraret annales, morem iis gerere decrevit, cui labori 30 a. insudavit eique immortuus est [1]) 5. Jun. 1699 (sec. aliquos 1695),

---

[1]) Plura de ipso cf. in appar. ad Baron. p. XVII; apud Niceron I, 178; X. p. 1 pag. 13; Feller VI, 371, qui consentientibus aliis, ita de ejus critica scribit: „On y voit un savant profond, un critique sage, un écrivain d' un esprit net et solide, un homme doux et modéré. Cette critique

postquam totum laborem secundis curis retractaverat. Prodiit ejus *Critica historico-theologica in universos annales ecclesiasticos em. et rev. Caesaris Card. Baronii,* in qua rerum narratio defenditur, illustratur, suppletur; ordo temporum corrigitur, innovatur et periodo graeco-romana nunc primum concinnata munitur . . . Accedunt catalogi decem veterum summorum pontificum hactenus inediti, t. 4 in f. Parisiis 1689 t. 1., Antwerpiae (proprie Genevae) 1705 reliqui 3 t.; 1727, et una cum Baronii annalibus. Licet hos maximi fecerit, tamen non inutile duxit, eos illustrare atque supplere, facta novis argumentis uberius confirmare, chronotaxin vero multoties emendare, praecipue postquam complura veterum monumenta e latebris tandem prodiere, quae Baronius necdum suo tempore vidit [1]); hinc ingens utilitas et pretium ex hoc labore in annales redundat. Magno plausu excepta haec critica fuit non solum a catholicis, sed et a protestantibus [2]). Verumtamen familiarem scriptoribus criticis etiam praestantissimis sortem adeo devitare non potuit Pagius, ut etiam multoties sive in historia ipsa sive in chronologia tam a vero, quam a verisimilitudine desciverit, et subinde immemor sibimetipsi contradixisse sit visus, id quod lectoribus magis attentis et vel solam Pagii criticam vel una cum antwerpiensibus sanctorum actis rite collatam inspicientibus persaepe sub oculos cadet [3]). Alia Pagii opera sunt: *D. Antonii Paduani O. Min. sermones* hactenus inediti de sanctis et diversis; accedunt vindiciae regularum coss. caesareorum, Avenione 1685 in 8. Statuerat Pagius plures regulas ad determinandum imperatorum consulatum in sua diss. hypatica, quae tamen non omnibus arriserunt: plura contra illas excepit Norisius in sua epistola consulari; ad haec modo respondet Pagius in hisce vindiciis, sicut etiam in dissertatione gallica *de consulatibus* imperatorum [1]). Ceterum Norisius tanti fecit Pagium, ut ei tamquam amicorum eruditissimo dedicaret suam editionem fastorum consularium et diss. de numismate Herodis Antipae.

214. Alter haud infimi pretii est Joannes Cabassutius Aquisextiensis 1604 natus, qui adolescens 21 a. in congr. Oratorii D. Jesu admissus est (1626). Silentii et secessus amantissimus totum se studiis dedit. Callebat linguas orientales; in scientia morali et canonica peritissimus oraculi instar undique consulebatur; ad casus vero propositos conscientiae aliasque difficultates distincte, solide, prudenter modesteque respondebat. Cardinalis Grimaldi maximi eum fecit, in conscientiae moderatorem elegit, Romam secum duxit semperque apud se habere voluit († 25. Sept. 1685 octogenario major). Vir erat singularis humilitatis et abnegationis, virtutis consummatae integerrimaeque vitae; omnis otii osor, sed admodum promptus ad abrumpenda studia in aliorum, etiamsi essent abjectae conditionis, utilitatem [2]). Multos haereticos suis concionibus ad veram reduxit fidem. Edidit utilem et suc-

---

est d'une utilité infinie; elle va jusqu'à l'an 1198, ou finit Baronius;" Andre VII, 733; KL, VIII, 42; Dupin XVIII, 197; Biogr. un. XXXII, 368.

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1711 p. 1512—1539; 1903—1931; a. 1712 p. 273—291.

[2]) Cf. Fabricium in hist. bibl. fabric. V. 254; Clericum in Biblioth. univ. t. XV; bibl. choisie VIII, 258—327; A. E. L. 1690 p. 369—381; 1706 p. 110—113; 337—348; 533—38.

[3]) Plura, quae emendari possunt ex hac collatione, recenset Schüz in commentario critico de scriptis et scriptoribus historicis p. 321. Juverit etiam Pagii *criticam* in multis quaestionibus contulisse cum doctissimis adnotationibus et disquisitionibus Cennii ad cod. carolinum. Cf. etiam Mich. a s. Jos. 1, 273.

[1]) Ea habetur in Journal des Savans 1688 mense Novembris.

[2]) Cf. Dupin XVIII, 140; Feller II, 278; Mich. a s. Joseph III, 45; Biogr. univ. VI, 437; Batterel III, 396—412.

cinctam *notitiam ecclesiasticam* historiarum, conciliorum et canonum invicem collatorum veterumque juxta ac recentiorum Ecclesiae rituum ab ipsis Ecclesiae incunabulis ad nostra usque tempora secundum cujusque seculi seriem accurate digestam, primum Lugduni 1668; 1670; dein retractata et aucta hoc titulo 1680 in f. ed. mendis infecta; 1685 ed. diligenter recognita et aucta; 1725 in f.; Monachii 1756; Parisiis 1838 v. 3 in 8; Tornaci 1851 etc. Hujus *epitome* prodiit Lovanii 1776 in 8., dissertationes vero ad ritualem disciplinam spectantes recepit Zacharias in editionem *disciplinae populi Dei* a Claudio Fleury ex scriptoribus sacris et profanis collectae et ab ipso latine redditae, Venetiis 1782. Utilius forte est aliud ejusdem opus inscriptum: *Theoria et praxis juris canonici* ad forum tam sacramentale quam contentiosum tum ecclesiasticum tum seculare, saepissime edita ut Lugduni 1675 in 4; 1678; 1685; 1691 et 1698, quae duae editiones aliis et copia et stilo praestant; Rothomagi 1703 (ed. ceteris mendosior); Lugduni 1738 cura Giberti, qui annotationes adjecit, sed doctrinae et menti auctoris non semper consentaneas. Opus est non tam theoreticum quam potius practicum, in quo juris communis et gallici ratio habetur. Secundum S. Alph. de Liguori in re morali auctor est perdoctus, imo inter auctores classicos referendus [1]), quamvis fuerit probabiliorista.

215. Jam accedimus ad tertium omnium celeberrimum Ludovicum Sebastianum Le Nain de Tillemont [2]). Natus est Le Nain parentibus nobilibus 30. Nov. Parisiis 1637; de Tillemont, sub quo nomine eruditis innotuit, se appellavit a villa paterna, in qua plures vitae suae annos commoratus est. A parentibus traditus est puer 9 vel 10 annorum instituendus viris illis, qui Portum Regium incolebant, eruditis quidem certe, sed spiritu janseniano infectis. Ex his prae ceteris Nicole et de Sacy curam de Tillemontii institutione in se susceperunt. In primis historia delectabatur, sed non contentus nosse facta, sagaci judicio fontes rimabatur, totque propterea movit quaestiones, quas magistris suis proponebat, ut non sine timore illas audiret Nicole, veritus ne eas satis posset solvere. Lectitabat etiam Estii commentaria in libros sententiarum, sed prasertim opera ss. patrum, et vix 18 annos natus diligenter colligebat ex illis quaecunque reperiret de apostolis deque apostolicis viris, quae secundum Usserii methodum in annalibus sacris servatam in ordinem redigebat, quod consilium ex magistrorum suorum sententia ad sequentia quoque secula extendebat; hinc copiosam collegit materiam ad illustranda priora sex Ecclesiae secula. Cum vel a magistris propter hanc eruditionem juvenis magni fieret, prae modestia decrevit nemini explicare qauestiones historicas sibi propositas, ut omnis vanitatis occasionem removeret: multumque propterea egit De Sacy, ut eum meliora edoceret. Absoluto seminario secessit per aliquot

---

[1]) In praef. op. Moralis p. IX. Cf. supra III[3], 346 a.

[2]) Cf. de eo Mich. Tronchay: *Vie de M. Lenain de Tillemont,* Nanceji 1706; Coloniae 1711 absque auctoris nomine; hujus epitomen exhibet Hefele Tüb. Qtlschr. 1841 p. 243 ss.: idem in Beiträge zur Kirchengeschichte, Archäologie und Liturgik II, 100—120 et KL. XI[2], 1740—43; Niceron XV, 308; Dupin XVIII, 258—271. Ejus frater Petrus ingressus est trappistarum ordinem, in quo excelluit in primis humilitate et spiritu poenitentiae († 1713 a. aetatis 73). Praeter ascetica scripsit: *Essai de l'histoire de l'ordre de Citeaux* v. 9 in 12, de quo Feller VI, 211 censet: Le style en est simple et négligé, mais touchant. Les faits y sont mal choisis et le flambeau de la critique n'a pas éclairé cette histoire, qu'on doit plutôt regarder comme un livre édifiant que comme un ouvrage profond. Cf. Biogr. univ. XXIV, 75; Journal des Sav. LVIII, 161.

annos in domum canonici Hermant (cf. p. 497), quocum familiariter conversatus est. Anno nonnisi 1672 urgente eodem De Sacy subdiaconus et post quadriennium 1676 ordinatus est presbyter, seque recepit in Portum regium, quo dissoluto in paternam secessit (1679) villam prope Parisios, ubi remansit usque ad ultimum vitae annum. Hic duxit vitam fere eremiticam atque ordinatissimam totus studio pietatisque exercitiis deditus. Diem dominicam fere totam in ecclesia transigebat, atque domi domesticis evangelium diei exponebat. A multis laudatur propter modestiam animique candorem, unde etiam pacem amabat; et licet intimis amicitiae vinculis jungeretur cum ducibus factionis jansenianae, quo penes haud paucos non immerito nominis sui claritatem obscuravit [1]), non legitur tamen se palam illorum controversiis et turbis immiscuisse. Pauperes libenter eleemosyna juvabat, se dure tractabat, pedes itinera instituebat, consilio et opera amicos, quantum poterat, juvabat. Laboribus demum fractus Parisiis 10. Jan. 1698 mortem oppetiit.

216. Haec sunt ejus opera: *Histoire des empereurs et autres princes* qui ont régné dans les six premiers siècles de l'Eglise: des persécutions qu'ils ont faites contre les Chrétiens, de leurs guerres contre les Juifs; des écrivains profanes et des personnes illustres de leur temps, justifiés par les citations des auteurs originaux, avec des notes, Parisiis 1690 t. 1. absque auctoris nomine; 1691 t. 2; 1692 t. 3; 1697 t. 4; 1701 t. 5. et 1738 t. 6. Pertingit usque ad sec. VI. scil. usque ad Anastasium imperatorem. Minus correcta et completa est editio, quae prodiit Bruxellis 1707—1739 v. 16 in 12. — Longe majoris pretii sunt *Mémoires pour servir à l'Histoire ecclésiastique* des six premiers siècles justifiées par les citations des auteurs originaux [1]): avec une chronologie et des notes, Parisiis 1693 t. 1. in 4. absque auctoris nomine; 1694 t. 2. cum prolixa diss. epistolari ad P. Lamy de ultima coena paschali Domini et de duplici captivitate s. Jo. Baptistae; 1695 t. 3; 1696 t. 4. Alia 12 volumina reliquit mss., quae prodierunt 1698—1712. Pervenit usque ad a. 513. Hae memoriae magno consensu ab eruditis aestimantur [2]), nam ex documentis originalibus

[1]) Feller VI, 211 advertit: „Si aux vertus dont elle (vita a Mich. Tronchay scripta) présente le tableau, on pouvait ajouter la soumission aux décrets de l'Eglise, l'éloge de ce savant homme serait complet.“ Et parum antea: „Quoique l'esprit de parti dont il était animé ne se montre pas à découvert dans cet ouvrage (Mémoires etc.), des lecteurs attentifs en découvrent ça et là quelques allures.“ Cf. etiam infra Schüz. Certe etiam illud non placet, quod in *Calendario janseniano* locum non infimum sit consecutus. Cf. infra annot. p. 513.

[1]) Cf. plura de hoc op. apud auctores citatos, et in Journal des Sav. 21, 300—309; 24, 142; 25, 38; 27, 18 et 467; 28, 491; 31, 158; 32, 444; 44, 370; 45, 181; A. E. L. 1695 p. 249—263; 1704 p. 121—131; suppl. III, 88—96; 241—253; 294—300; 433—443; 473—483 et fuse in Mém. de Trév. 1703 p. 1521; 1707 p. 440; 601; 2049; 1708 p. 1200; 1709 p. 1; 1710 p. 559; 1711 p. 1121; 1713 p. 1010; Knöpfler KL. VII², 566.

[2]) Hefele l. c. p. 110: „Ueber den Werth der Tillemontischen Mémoires ist in der gelehrten Welt nur eine Stimme, und nur ein einziger Pseudonym ist mir bekannt, der denselben zu läugnen wagte.“ Est autem hic Faydit de Riom, qui sub nomine anagrammatico Datyfi de Romi edidit *Mémoires contre les Mémoires* de M. Tillemont, quarum paucae prodierunt Toulouse 1695; necnon *Eclaircissement* sur la doctrine et l'histoire ecclésiastique des deux premiers siècles Maestricht 1695, sed haec scripta nihil detraxerunt pretii Tillemontii operi. Montfaucon in praef. op. s. Joan. Chrysostomi: „Certe accuratione ille ac diligentia nemini concedit: omnia in medium affert, singula discutit, nihil omittit eorum, quae ad rem, de qua agitur, explorandam conferunt, a praejudicata opinione mirum quantum sit alienus. In judicio tamen ferendo non

haustae, imo sagaci diligentia concinnatae sunt, paucis tantum verbis pro sententiarum connexione vel animadversionibus ab auctore adjectis, quae scrupulose uncinis includuntur, quo a fontium verbis distinguantur. Subjiciuntur notae criticae, accuratae, doctae, in quibus auctor fusius, sed pacate et distincte de variis argumentis disserit, quae in textu tantum attigerat. Stilus quibusdam videtur nimis jejunus, aridus et omni ornatu rhetorico carens: etiam dispositionem, qua facta recensentur, carpunt, vellent enim illa ad annales redacta: sed haud immerito alii methodum a Tillemontio servatam laudant, secundum quam ejus historia plurimis constat biographiis et monographiis. Ceterum singulis tomis subjicitur chronologia factorum, quae in eo tomo tractantur. Mox prodiit secunda editio Parisiis 1700—1713 t. 16 in 4. Duae editiones prodierunt Bruxellis 1732, sed utraque imperfecta, nam alia complectitur in 10 v. in 4. tantum 10 t. priores, alia in 24 v. in 12. solum 8 priores tomos operis Tillemontii; Venetiis 1732. Praeterea multum adjuvit Tillemontius alios in edendis operibus, ut Filleau de la Chaise († 1693) in rara vita s. Ludovici, Parisiis 1688 t. 2 in 4; Hermant in scribendis vitis ss. Athanasii, Basilii etc. (cf. supra p. 498), Du Fossé in scribendis vitis s. Cypriani et Tertulliani (p. 462), Petrum Lambert in ed. gallica operum s. Cypriani, cui praemissa est hujus sancti vita; editores maurinos in adornanda vita s. Augustini. Manuscripta, quae reliquit, in monasterium s. Germani de Pratis perlata fuerunt adjectis precibus, ut praepositus generalis congr. s. Mauri Petrum Coustantium ea prosequi juberet. At hic postquam ea per aliquot dies excussit, perlustravit atque examinavit, tanta tamque recondita eruditione referta esse perspexit, ut qua erat modestia, iis prosequendis calamum addicere recusarit [1]).

217. His addatur Ludovicus Maimbourg, suo tempore nominatissimus, auctoritate tamen iis longe inferior, qui historiam magnorum quorundam eventuum descripsit ad universalem Ecclesiae historiam spectantium. Natus est

semper pari felicitate procedit, sed tunc etiam ob diligentiam utilis vel iis, qui adversam tuentur opinionem.“ Hinc antea dixerat: „In hisce monitis (ad opera s. Jo. Chrystostomi) non infrequenter a Tillemontii sententia deflectimus... non pauca sunt, in quibus eum a vero aberrasse credimus.“ Mich. a s. Joseph IV, 431 post splendidum elogium, notat: „Nihilominus eorum, qui cum pietate et sobrietate sapiunt, judicio nonnihil audacior ipsius critica est parumque legitimus et exactus regularum, quas ipse sibi praescripsit, usus.“ Quod fusius exsequitur Schüz in *commentatiuncula critica de Tillemontii monumentis ecclesiasticis* (in commentario critico de scriptis et scriptoribus historicis), ubi ex ordine statuit allatisque factis probare nititur: 1. Tillemontius sui saepe oblitus et regulis assertisque suis contrarius; 2. auctoribus non raro tribuit ea, quae ipsi minime dixerunt; ipse vicissim auctores infideliter refert et corrumpit; 3. scriptores etiam gravissimos et fide dignos testes saepe temere carpit aut aspernatur et praepostere refutat; 4. acta sanctorum saepe levissimis ex causis repudiat: imo de rebus et documentis nec examinatis confidentissime judicat; 5. absque solida ratione antiquissimas traditiones oppugnat atque convellit; 6. in dignoscendis veterum scriptis genuinis aut spuriis non satis exercitatus aut in examinandis incurius; 7. tam in sanctos et laudatissimos praesules, quam in rom. pontifices injurius; 8. adversus romanae sedis praecellentiam, auctoritatem atque primatum scriptor malignus; 9. adversus rom. catholicaeque Ecclesiae identitatem erronearum propositionum ac distinctionum patronus ac theologaster semicatholicus vel jansenianus.“ Ceterum ipse Benedictus XIV. in celebri ep. ad inquisitorem Hispaniae 31. Jul. 1748 testatur, Tillemontii opera delata fuisse ad sedem apostolicam proscribenda. „Accusat res, inquit, ex eis multa deprompserunt censura digna. Pontifex autem (Clemens XI.) silentium imposuit ratus, multa mala ex ejus prohibitione esse derivatura.“

[1]) Cf. Ziegelbauer II, 368.

Nancaei a. 1610 nobilibus parentibus. Annos natus 16 Soc. Jesu ingressus est, in qua prius rhetoricam docuit, dein diu plurimis in civitatibus magno cum plausu, sed haud imitanda libertate, concionatorem egit. Postea historiae ecclesiasticae studio totum se impendit pari libertate pontificum, principum aliorumque mores carpens. Fervente regaliae causa audacius adversus pontificem gallicanos praesules libertatesque gallicanas defendit, quare ex Innocentii XI. jussu e Societate Jesu fuit dimissus (1682). Mandati exsecutionem potuisset utique impedire, si sincere voluisset: noluit tamen, ne majores societati molestias crearet, et ut majori adhuc zelo, ardore ac libertate regis beneplacito, ut ipsemet fatebatur, deserviret. Pingui stipendio a rege donatus, reliquum vitae transegit in abbatia ad s. Victorem. Die 13. Aug. Parisiis apoplexi correptus, dum historiam schismatis ecclesiae anglicanae concinnaret, vitam finivit a. 1686. Plurima reliquit opera. — Praetermissis concionibus aliisque minoris momenti [1]) potiora sunt; *Histoire de l' Arianisme* depuis sa naissance jusqu'à sa fin, avec l' origine et le progrès de l'hérésie des Sociniens, Parisiis 1673 in 4; 1682 v. 3 in 12; *histoire de l' Hérésie des Iconoclastes* et de la Translation de l'Empire aux François, ib. 1674 in 4; 1675 v. 2 in 12; *histoire du schisme des Grecs* depuis l'an 834 jusqu'en 1453, ib. 1671 in 4; 1678 in 8; *histoire des Croisades* pour la délivrance de la Terre Sainte, ib. 1675 v. 2 in 4; 1682 v. 4 in 12., praecipuum inter ejus opera; *histoire de la décadence de l' empire* depuis Charlemagne et des différends des Empereurs avec les Papes au sujet des investitures et de l' indépendance depuis la mort de Charlemagne en 814 jusqu'en 1356, ib. 1676 in 4; 1681 v. 2 in 12. (in indice cum sequenti decr. 23. Maji 1680); *histoire du grand schisme d' Occident* ou des Antipapes, depuis 1378 jusqu'en 1429, ib. 1678 in 4; 1681 v. 2 in 12; *histoire du Lutheranisme,* ib. 1680 in 4; 1681 v. 2 in 12. (in indice decr. 12. Dec. 1680); *histoire du Calvinisme,* ib. 1682 in 4; et iterum in 12; adversus quam scripserunt Joannes le Roux (suppresso nomine) et Bayle; *histoire de la Ligue,* ib. 1683 v. 2 in 12; *traité historique de l' établissement et des prérogatives de l' église de Rome et de ses Evêques,* ib. 1685 in 4. (prohib. brevi speciali 4. Jun. 1685). Contra hunc l. scripserunt Schelstrate (cf. infra) et Sfondrati (supra p. 387), qui inter alia de eo statuit [1]): „Scripsit Maimburgius calamo catholicis aeque ac Calvinistis infesto mediam quandam viam inter utrosque molitus, quo effecit, ut odia ab utrisque mereretur; constabat enim eum non veritati, sed regi scribere . . . Sed demus hoc animi gratitudini in Galliae regem: laudes pretio reddidit; illud saltem nulla aetas ignoscet, quod singulis fere paginis tantoque compulsu verborum fidem, veritatem candoremque professus, nihil minus tamen, quam haec omnia cordi habuit, quoties occasio fuit causam suam promovendi nulla veritatis cura; exempla passim occurrunt . . . Pauca libabo, ut ex fimbria pannum agnoscas" etc. Prodierunt opera Maimburgii hactenus recensita simul sub titulo: *Les histoires du sieur Maimbourg,* ib. 1686 t. 12 in 4. *Histoire du Pontificat de s. Leon le Grand,* ib. 1687 in 4; *histoire du Pontificat de s. Gregoire le Grand,* ib. 1686 in 4. (proh. speciali brevi Innocentii XI. 26. Febr. 1687). Opera haec scripta sunt stilo admodum florido, amoeno atque vivaci [2]): exxaggerationibus delectatur, adeo

[1]) Cf. Backer II, 999.

[1]) In praef. ad Galliam vindic. Aliorum in eundem sensum effata cf. apud. Schüz comment. crit. p. 273 ss. Cf. etiam Mich. a. s. Joseph II, 239.

[2]) Bayle de operibus ejus historicis scribit: „Il y répand beaucoup d'agré-

ut narrationis sinceritas haud semel in discrimen vocetur, ac dubia excitentur contra scriptoris fidem: plura tamen ex illius scriptis erudita sunt scituque digna complectuntur. Initio ejus opera magna lectitabantur aviditate, hinc saepe fuere edita, temporis tamen lapsu minoris facta sunt. Acer etiam Jansenianorum erat adversarius, quorum versionem montensem (p. 460) impugnavit. Reliquit quoque opuscula ad revocandos ad unitatem catholicam protestantes, quae simul prodierunt hoc titulo: *Trois traités de controverse* pour ramener les protestants et toutes les societés chretiennes à la créance catholique, Parisiis 1682 in 12.

218. Praeter Maimbourg gesta romanorum pontificum literis consignarunt: Joannes de Baños et Velasquez, qui Historiae pontificali (cf. III[3], 824) adjecit p. VI. h. e. res gestas sub Urbano VIII. ab a. 1623—44, Matriti 1678 in f. († 1682). — Antonius Foresti S. J. Carpensis († 25. Aug. 1692), qui auctor est operis praegrandis, quod inscripsit *Mappamondo Istorico* cioè ordinata narrazione dei quatro Sommi Imperii del Mondo da Nino primo Imperatore degli Assirii sino al regnante Leopoldo Austriaco, e della monarchia di Christo da s. Pietro primo Papa sino a' nostri dì, con le imprese più illustri dell'istoria antica e moderna, cujus prodierunt Parmae 1690—94 t. 4 in 6 v. in 4; Venetiis 1710. De illo complendo et continuando plures cogitarunt, inter quos Ap. Zeno, cujus sunt t. 4, atque ita auctum et continuatum prodiit 1737 t. 15 in 4; Venetiis 1745; germanice versum Augustae auctore Georgio Schlüter 1716 t. 3 in f.; 1725 t. 6 in f.; 1748. Huc spectat tertius illius t., qui et seorsim prodiit inscriptus: *Le vite dei RR. Pontefici* da s. Pietro sino ad Alessandro VIII. . . . con le persecuzioni della Chiesa, Antipapi, Scismi, Eresiarchi, Concilii Generali e personaggi insigni insorti a difender e propagar esta Chiesa, Venetiis 1694 p. 1; 1710 p. 2 cum supplemento. Ejusdem auctoris sunt: *Il Sentiero alla Sapienza* mostrata a' Giovani studenti Parma 1689 in 4; et *La strada al santuario* mostrata a' cherici, che aspirano al Sacerdozio, Mutinae (1694) opus posthumum, saepius editum. — Romanorum pontificum vitas et gesta synoptice refert Guilelmus de Burry Bruxellensis (n. 1618; † 1700), in antiquitate ecclesiastica haud parum versatus [1]), in *romanorum pontificum brevi notitia*, Mechliniae 1675; Patavii 1726; 1747; 1753; Augustae V. 1734; Bassani 1779 etc., cui adjecit utile ex Macri Hierolexico *onomasticon* (cf. supra p. 154) vocum obscuriorum, quae in missali, breviario, martyrologio continentur. — *Historiam pontificum a Martino V. ad Innocentium XI.* per numismata descripsit (Lutetiae 1679 in f.) Claudius Molinetus (Du Molinet) O. S. Aug. canonicus s. Genovefae, cabillonensis (1620—1687) historicus et archaeologus admodum doctus [2]). Edidit praeterea *Stephani tornacensis episcopi* († 1203) *epistolas*, Lutetiae Parisiorum 1682 in 8., quas doctis annotationibus illustravit; Historiam *de fatis literarum romanarum* ex nummis concinnavit ib. Posthumum prodiit *Le Cabinet de la Bibliothèque de S. Geneviève*, ib. 1692 in f. — *Cardinalium historiam* a Leo-

ments, plusieurs traits vifs et quantité d'instructions incidentes; il y a peu d'historiens, même parmi ceux qui écrivent mieux que lui, qui ont plus de savoir, qui aient l'adresse d'attacher le lecteur comme il le fait." Cf. Feller V, 456; Dupin XVIII, 238; J. des Sav. V, 155; VI, 301; XIV, 87; A. E. L. 1685 p. 216—227; 1686 p. 343—356; 1687 p. 610—617; suppl. I, 30—36.

[1]) Cf. Biogr. univ. VI, 35; Biogr. nat. de Belg. III, 155.

[2]) Cf. Feller II, 588; Biogr. univ. XII, 226, et ejus elogium in Journal des Savans XV, 36.

ne XI. digessit et composuit [1]) Antonius Aubery t. 5 a. 1642. Decessit 24. Jan. 1695 a. aetatis 78.

219. Variarum haeresum origines et fata praeter Maimbourg exponunt: Joannes Klein S. J. Silesius (n. 4. Jun. 1638; † 14. Apr. 1685), qui secundis curis retractavit versionem libri Florimundi Raemond *de origine haeresum* (cf. t. III[3]. 567) ab Aegidio Albertino adornatam (Monachii 1614 in 4. incomplete) eamque edidit Glogoviae 1676 v. 2 in f. — Antonius Varillas Gallus n. Guereti a. 1624, historicus diligens († 9. Jun. 1696), praeter historiam regum Galliae ab a. 1423—1589, Parisiis 1683—1694 v. 15 in 4. aliaque [2]) scripsit *Histoire des Révolutions* arrivés en Europe en matière de Religion (ab a. 1374—1590), Parisiis 1686 — 1690 v. 6 in 4; et 1687—1690 v. 12 in 12. Ex 95 ll. quos cogitaverat, 30 tantum prodierunt. Magno zelo pro fide catholica opus hoc est aggressus, sed quia illam fere ex memoria eorum, quae legerat, scripsit, assidua enim librorum lectione ad coecitatem fere est redactus, mirum esse non debet, si scateat erroribus historicis in assignandis annis, in allegationibus, si nomina persaepe sint mutilata, facta minus accurate vel etiam falso relata: quae tamen errata nonnulli exaggerant [3]). Plures hanc historiam impugnarunt, ut de Larroque, Burnet, cui respondit Varillas, Parisiis 1687 in 8; Amstelodami, 1687 in 12., Brunsmann, Puffendorf, Seckendorf etc.; *Histoire du Wicleffianisme* ou de la doctrine de Wicleff, J. Hus, et Jerome de Prague; avec celle des guerres de Bohème, Lugduni 1682 t. 2 in 1 v. — Petrus Soulier Vivariensis fervidus concionator (n. c. 1640), praeter alia [1]) reliquit *Histoire du Calvinisme* contenant sa naissance, son progrès, sa décadence et sa fin en France, Parisiis 1686 in 4., in qua plura documenta utilia ad hujus sectae historiam illustrandam reperiuntur. *Histoire des édits de pacification, et des moyens* que les prétendus Réformez ont employés pour les obtenir; contenant ce qui s'est passé de plus remarquable depuis la naissance du Calvinisme jusqu'à présent, ib. 1682. — Comparationem inter haeresim Albigensium et Calvinismum instituit De la Valette in l.: *Parallèle de l' Hérésie des Albigeois et de celle du Calvinisme* [2]), Parisiis 1686.

220. Joannes Ludovicus a s. Joseph O. Carm. Excalc. Audomarensis († 1690) descripsit (gallice) *praelia militantis Ecclesiae,* Duaci 1679 in 4., quo in opere brevem sed nervosam texuit omnium conciliorum generalium historiam, quid in illis gestum, quid circa fidem statutum, qui errores proscripti, locum, tempus, pontifices, imperatores, sub quibus celebrata sunt, recensens. — Felix Buy (Bhui, Buhy) O. Carm. Lugdunensis (n. 1637; †1687) edidit *L' Histoire en abrégé des 4 conciles généraux,* Parisiis 1676 t. 3 in 12; 1699, quam nonnulli laudant. Hic primus propositiones cleri gallicani publice defendit 4. Dec. 1681, unde in se arcessivit pontificias censuras. — Joannes Stoz S. J. Suevus († 10. Apr. 1696) succinctam relationem historicam *de gestis in sacrosancto generali concilio tridentino,* quae afferet magnum

---

[1]) Cf. Dupin XVIII, 140.

[2]) Cf. Niceron V, pag. 61 ss., t. X, p. 2 pag. 149 ss.

[3]) Cf. Feller VII, 308, qui praeterea addit: „Lorsque cet ouvrage parut, on y trouva beaucoup de fautes. Ménage ayant rencontré l'auteur, lui dit: „Vous avez donné une Histoire des hérésies plein d'hérésies." Cela n'empêche pas que ce ne soit essentiellement un bon ouvrage; on y reconnaît le savant aussi bien que l'écrivain religieux et foncièrement catholique." Agunt de hoc opere Act. erud. lips. 1686 p. 506—516; 1687 p. 455—464; 492—500; 1691 p. 25—36.

[1]) Cf. A. E. L. supplem. I, 268—278.

[2]) Cf. A. E. L. 1688 p. 226.

ad ejusdem conc. intelligentiam lumen, majorem ad observantiam stimulum, maximum ad praxin in utroque foro commodum ex variis auctoribus, potissimum ex authenticis documentis ab em. card. Sfortia Pallavicino productis concinnavit [1]), Dilingae 1695 in 4. — Andreas Chevillier († 8. Apr. 1700) doctor sorbonicus et bibliothecae Sorbonae praefectus reliquit in synodum chalcedonensem diss. *de formulis fidei subscribendis,* Parisiis 1664 in 4; *Le grand Canon de l' église Grècque* composé par s. André de Jerusalem archev. de Candie, qui contient une des plus belles prières de l' Office grec avec le Canon du pécheur qui a recours à la s. Vierge, version paraphrasée sur le Grec avec quelques notes, Parisiis 1699. *L' origine de l' imprimerie de Paris,* 1694, opus admodum eruditum [2]).

221. Conciliorum acta in primis illustravit Christianus Lupus (Wolf) O. Erem. s. Aug. n. 12. Jun. 1621 Ipris in Flandria [3]). Erat jam in puero praeter docilitatem ingenii incredibilis memoria, ut non solum celeriter arriperet quae tradebantur, sed et quae accepisset, firmissime sepiret, et mirus morum splendor. Jugum Domini ab adolescentia portans 15. aetatis a. augustinianae familiae adscribi voluit. Vix exacto cum felici exitu studiorum curriculo, in coloniensi coenobio philosophiae adolescentulus institutus est lector: qua occasione gratiam sibi conciliavit Fabii Chigii tunc ad Rhenum legati apostolici, postmodum Alexandri VII., qui magni deinde illum semper fecit. Inde vocatus est Lovanium ad primam theologiae cathedram sui ordinis moderandam. Indefessum erat studium: cum auctorem legeret, non obiter tantum illum pervolvebat, sed si quid notatu dignum occurreret, excerpebat atque in adversariis adnotabat, ex quibus postea electa faciebat. Ita cum Romae esset, ultra 20 praegrandes et quidem minutissime scriptos electorum codices penes se habebat; hinc belle de eo dicit Foppens, eum instar *lupi* rapacis sacratae doctrinae praedam undique rapuisse et in prodigiosae memoriae ventrem recondidisse. Hac ergo animi contentione in 15 horarum spatium omni propemodum die in arcaniora altioris studii vada viritim impensa et expensa ad illud ecclesiasticae et profanae eruditionis culmen pervenit, ut de quacunque re proposita et quidem ex tempore, tanta cum exemplorum tum argumentorum copia disputaret, omnemque solveret nodum, ut in admirationem sui auditores converteret. Aliquamdiu Duaci theologiam professus, Lovanium revocatus est, ad promerendam lauream doctoralem. Verum tunc jam Jansenii doctrina turbas moverat, atque nonnulli apud legatum pontificium Lupum insimularunt Jansenismi, qui delationi credens, ne Lupus lauream consequeretur, severe interdixit. Ipse Lupus rem patienter tulit, sed amici ejus Phil. Vicecomitem ordinis tum praepositum generalem per literas rogarunt, ut pontifici maximo Lupi erga sedem apostolicam obsequium testaretur, atque ut doctoratus insignibus ornari posset, ab eo veniam impetraret: quae facile obtenta fuit, hinc magna solemnitate doctor inauguratus est 4. Febr. 1653. Verum novae ortae sunt turbae adversus Lupum, adeo ut agente internuncio Alexander VII. praeposito generali in mandatis dederit, Lupum ad Urbem suo nomine vocandi (1655). Hic bene exceptus est a pontifice sibique mox cardinalium et virorum eruditorum fa-

[1]) De ejus fratre Matthaeo, cujus *tribunal poenitentiae* auctum edidit, supra egimus.

[2]) Cf. Feret IV, 380—85.

[3]) Plura de eo cf. in *vita* a Josepho Sabatini praemissa edit. operum omnium; Ossinger, bibl. augustin.; Niceron VII, 204—211; t. X, p. 2 pag. 236; Biogr. univ. XXV, 439; Dupin XVIII; Revista august. 1884 II, 333 ss.; Werner allg. d. Bi. 19, 651.

vorem et amorem conciliavit: praesertim familiari amicitia junctus est cum Hen. Norisio, qui ex ejus in primis colloquiis ad amplectenda historiae ecclesiasticae studia incensus est, et Luca Holstenio, qui tanti ejus eruditionem fecit, ut dicere soleret, in ecclesiastica praesertim historia neminem a se Lupo peritiorem haberi. Dum Romae degeret, ipse pontifex et Franc. card. Barberini, magnus ingeniorum fautor, sumptus singulo quoque mense pro ejus sustentatione suppeditabant. Lovanium reversus a. 1660 ardentius coepit historiam ecclesiasticam, sacros canones et decreta synodorum generalium scholiis et notis doctissimis illustrare pluresque libros typis evulgare. Anno 1676 omnium votis invitus et reluctans regendae provinciae praepositus est, quo in munere prodesse potius omnibus quam praeesse cupiebat. Oblatam sibi a Clemente IX. sacristiae pontificiae curam et episcopatus tagastensis dignitatem, ut fama est, religiose et humiliter recusavit, necnon et cathedram in romana Sapientia, uti et ampliores honores, quos magnus Hetruriae dux, modo studia sua illi addiceret, sponte detulerat: cui pingue stipendium per Norisium offerenti respondit Lupus: »Pauper sum, pauper vixi, pauper mori volo.« Post haec Romam s. 1677 profectus est unacum Mart. Steyartio, Franc. van Vianen ac Petro Lamberto le Drou doctoribus lovaniensibus, ut nomine facultatis damnationem plurium propositionum in praxi perniciosarum impetraret. Voti compotes effecti damnatisque per Innocentium XI. propositionibus 65 die 2. Martii a. 1679 sub finem istius anni in Belgium reversi sunt. Interea in locum demortui Gerardi van Werm regii publicique professoris sufficitur a Belgii gubernatore favore prosus singulari, cum visum antea non fuerit, cathedram hanc doctori regulari esse concessam. Nonnulli quidem hanc promotionem impedire nitebantur eum tamquam turbarum incensorem et Jansenianismi fautorem incusantes, sed incassum. Eam diu non tenuit, nam senio laboribusque confectus in letalem incidit morbum. Per quatuor et amplius menses lectulo doloris affixus, nullas pene alias voces emisit quam »Laus Deo; utinam sponsus hac nocte veniat; cupio dissolvi et esse cum Christo. O divina gratia! usquequo? o divina clementia! usquequo? O Deus meus, bonorum meorum non eges, veni Domine.« Nec verbum impatientiae ex ore ejus erupit. Nunc sibi praelegi mandans de poenitentia psalmos; nunc viva sibi voce recitare ferventissimas ad Deum, Dei matrem ac omnes sanctos precationes, omnes ad poenitentiam vitaeque integritatem et verbo et opere instituens. Ipso autem die, quo mortalitatem exuit, monitus a medico supremam illi horam imminere, *laus Deo* infracto animo respondit. Cumque medicum ipse interrogasset, quantum temporis vitae sibi adhuc superesset, et ille respondisset, ultra duodecimam meridianam non esse supervicturum, iterum *laus Deo* laetus exclamavit. Superiorem accersiri petiit, quem ut venisse vidit, ad eum conversus: »Ego, inquit, R. P., contra Deum et proximum in multis me deliquisse certe scio, homo enim sum et vitiis mortalitatis nequaquam expers: proinde quidquid peccavi sive in te, sive in sodales meos, per viscera Christi Domini etiam atque etiam vos omnes ut dimittatis rogo. Praeterea si quid alienum a caritate mihi de caritate scribenti forte excidit, ab iis, qui se laesos cogitant, veniam deprecor. Denique illud abs te peto, pater amantissime, nempe ubi e mortali isto carcere exsolutus fuero, ut mortalitatis hoc exuvium sepeliri facias inter fratres laicos, quorum meritis divina clementia me indignum dignetur adjungere. Cum e campanili signum salutationis angelicae de more daretur eaque a circum-

stantibus ter recitata esset, clara ipse voce *Amen* ad singula respondit, atque in iis placidissime animam efflavit 10. Jul. 1681 a aetatis 70. Hoc sibi posuit vivus epitaphium:

Heres peccati, natura filius irae
Hic jaceo, dignus nomine reque Lupus.

Indignus, non re sed solum nomine doctor,
Verbis non factis me docuisse fleo.

Perdocuisse alios et non docuisse seipsum
Quid juvat? O mundi fumus, inane nihil!

Agne Deus, Patris doctrina, Redemptio mundi
Nunc tibi prostratum commiserare reum.

Et latro et meretrix gratis tua regna subintrant;
Gratia peccatis fiat et ista meis.

222. Lupi *opera* cur. Thoma Filippini collecta prodierunt Venetiis t. 12 in f. 1724—1729, quorum 6 priores complectuntur praecipuum ejusdem opus: *Synodorum generalium et provincialium statuta et canones* cum notis et historicis dissertationibus, t. 1. et 2. Lovanii 1665 in 4; t. 3—6 Bruxellis 1673 in 4., quod opus historia conciliorum et introductio quaedam in eorundem canones immensae eruditionis ecclesiasticae est repertorium, cujus tanta est copia, ut vix non obruat lectorem, et hinc etiam ipse non valuit ad minutiora quaedam attendere [1]). Data occasione prolixas doctasque inserit dissertationes, ut de diaconissis; utrum de valore consecrationis episcopalis sit assistentia trium episcoporum (negative respondet), de confirmatione, utrum valide ab haereticis conferatur (affirmative respondet); simul vero primatum atque jura romani pontificis ex conciliis valide docteque comprobat [2]). T. 7. complectitur *ad ephesinum concilium variorum patrum epistolas* ex ms. cassinensis bibliothecae cod. desumptas, item ex vaticanae biblioth. ms. commonitorium Coelestini papae, titulos decretorum Hilarii papae, neapolitanum concilium, epistolas Anacleti antipapae nunc primum in lucem editas, cum scholiis et notis ad epistolas et acta conc. ephesini et chalcedonensis (Lovanii 1682 t. 2 in 4). T. 8. continetur *divinum ac immobile s. Petri* apostolorum principis circa omnium sub coelo fidelium ad romanam ejus cathedram appellationes adversus profanas hodie vocum novitates *assertum privilegium*, Moguntiae 1681 in 4; apud Rocaberti VI, 83—436. Occasionem huic operi praebuit P. Quesnellus, qui Leonis M. opera edidit adjectis notis et dissertationibus. Cum enim is in causa Hilarii Arelatensis discutienda Leonem M. nimio sedis suae amplificandae studio contra canones et synodorum provincialium jura praevaricatum, potestatem insuper romani episcopi suburbicariis limitibus circumscriptam, et non modo a gallicanis synodis ante Hilarii tempora nullas omnino appellationes ad romanae ecclesiae tribunal delatas, verum etiam afrorum et orientalium patrum ecclesiastica judicia appellationis jure nunquam a romanis episcopis retractata fuisse asserat, Lupus adversus illum calamum distrinxit, et appellationes romanae sedis non esse privilegium ipsi a concilio sardicensi, ut Quesnello visum fuerat, collatum, sed jus divinitus concessum et perpetuae Ecclesiae usu roboratum magna eruditi-

[1]) Cf. Garnerium in praef. historiae nestorian. in p. 2. op. Marii Merc. et i diss. 2. habita in causa Nestorii.

[2]) Cf. Journal des Sav. I, 458.

tione comprobat quinque diss., quarum 1. de ecclesiae gallicanae, 2. de africanae, 3. de Eutychetis, 4. de Flaviani, 5. de Theodoreti ad sedem romanam provocationibus tractat. Agit etiam in hoc opere contra P. de Marca, Boileau et Gerbais. Contra Lupum scripsit Dupin *de antiqua Ecclesiae disciplina* diss. 2 p. 95 ss. Tomus 9. exhibet l. Tertulliani *de praescriptionibus contra haereticos* scholiis (prolixis et eruditis) illustratum, Bruxellis 1675 in 4. T. 10. continet *epistolas et vitam d. Thomae M.* et archiep. cant., necnon epistolas Alexandri III., Galliae regis Ludovici VII., Angliae regis Henrici II. aliarumque plurium sublimium ex utroque foro personarum concernentes sacerdotii et imperii concordiam in lucem productas ex ms. vaticano, ib. 1682 in 4., opus rarum. Duo reliqui tomi continent *opuscula posthuma* (9), quae cura et opera sodalis Guillelmi Winants ib. jam prodierant 1690 in 4; inter haec continentur diss. de antiquitate et legitimo usu sententiae probabilis; de antiqua disciplina militiae christianae; canones circa jus regularium praedicandi verbum Dei (contra Steyart); de ss. sacramenti expositione et in processionibus cum sacris reliquiis delatione (Leodii 1681); de germano ac avito sensu ss. patrum, universae Ecclesiae et praesertim tridentinae synodi circa christianam contritionem et attritionem (Lovanii 1666 in 12), cum ep. familiari ad Henr. Norisium, qua Lupus quibusdam ad nonnulla suae de christiana contritione diss. capita haesitantibus respondet. His 12 t. adjici debet tamquam 13. ille qui prodiit Bononiae 1742 inscriptus: *Privilegium apostolicae sedis* quoad evocationes ac appellationes germanicas, anglicas, belgicas [1]). Apud Rocaberti VI, 437—650 reperitur ejus l. *Dictatus s. Gregorii P. VII.;* et 651—84 diss. *An rom. pontifex possit* omnibus sub coelis ecclesiis consecrare aut consecrandos jubere episcopos. Omnium operum Lupi propria est solida eruditio, sed „clarissimus auctor majorem sibi peperisset laudem, si comptius dicendi genus sequens expeditiore ordine processisset majorique arte sua scripta, quae magna eruditione sunt referta, limasset [1])."

223. Hispaniae concilia collegit Josephus Saenz de Aguirre O. S. Ben. Lucronensis, natione Hispanus (n. 24. Martii 1630). Abbas assumptus est bis s. Vincentii in civitate Salmanticae; annos 15 ibidem studiorum egit praefectum: inde ad salmanticensem cathedram evocatus theologiam primo speculativam, tum s. Scripturam explanavit magni ac eruditi theologi famam ex eo assecutus. Hinc praesidens generalis hispanae congregationis s. Ben. creatus est. Opere suo de cathedra Petri favorem ac gratiam Innocentii XI. adeo sibi conciliavit, ut die 2. Sept. 1686 inter presbyteros cardinales adlegi meruerit. Gliscente Romae quietistarum haeresi Innocentio XI. cum aliis quibusdam purpura et eruditione conspicuis viris (incitante eos Paulo Segneri S. J.) auctor fuit inquirendi in foedissimos Mich. Ludovici Molinos errores eosque damnandi († 16. Aug. 1699). Haec ejusdem sunt opera [2]): *Collectio maxima conciliorum omnium Hispaniae et novi orbis* epistolarumque decretalium, necnon plurium monumentorum ad illa spectantium, Romae 1693. 1694. t. 4 in f. Praemiserat *notitiam conciliorum Hispaniae atque*

[1]) Cf. Acta erud. lips. 1750 p. 675—88.

[1]) Ant. de Simeonibus in op. de r. pont. judiciaria potestate, Romae 1717.

[2]) Cf. Ziegelbauer p. 3 c. 4 § 20; Niceron III, 219; Dupin XVIII, 248; Eggs purpurae doctae l. 6 n. 99; J. d. Sav. XXI, 536—544; Saxius V, 140; Bossuet alterius alioquin ab eo sententiae de eo scribit (apud Feller I, 65): „Le cardinal d'Aguirre est la lumière de l'Eglise, le modèle des moeurs, l'exemple de la pieté."

novi orbis, epistolarum decretalium et aliorum monumentorum sacrae antiquitatis ad ipsam spectantium magna ex parte ineditorum, Salmanticae 1686 in 8., quae indicis vicem praestat et solos ferme titulorum cortices offert[1]). A norma tamen, quam in ea adumbraverat, in ipsa collectione nonnihil recessit. Prolixum praemittit apparatum in tres divisum partes, in quarum priori 9 diss. praefatio Isidori in suam canonum et conciliorum collectionem illustratur: Isidoro hisp. Isidori Mercatoris collectionem decretalium rom. pontificum (quas genuinas censet) tribuit; de canonum collectionibus isidoriana antiquioribus agit: de canonibus apostolorum, excussis in utramque partem argumentis, disceptat; de numero canonum concilii nicaeni, de judiciis provincialium synodorum contra P. de Marca, de conciliis Hispaniae prioribus tribus seculis a Jacobi ap. discipulis congregatis disserit. Altera pars tota est in vindicandis et illustrandis summorum pontificum isidorianae collectionis ad Hispanos epistolis, quas una exhibet; tertia vero pars ea, quae spectant ordinem in conciliis Hispaniae servatum, viam item regiam et exhortationem ad regem, quae tria in collectionibus conciliorum tum mss. tum excusis praemitti solent, exhibet atque illustrat. In 2. quoque t. plures sunt eruditae diss., nullae vero in t. 3. (in quo tantum notae paucae) et 4. Exhibet autem conciliorum acta usque ad a. 1604. Prodiit iterum cura Jos. Catalani cum novis additionibus, Romae 1753 t. 6 in f., ed. minus correcta. Haec collectio est pretiosa, sed minus critica. — *Ludi salmanticenses* sive theologia florulenta, Salmanticae 1688 in f. Constat ea dissertationibus, quas pro more, antequam acciperet lauream (1666), praemiserat. Porro in eo l. nil. invenies eorum, quae ad subtilitatem scholasticam spectant, sed deprehendes solum amoenas et floridas diss. sacra et profana eruditione refertas circa ss. angelos praesertim tutelares, et genios sive daemones ipsorum antistrophos[1]). *Philosophia novo-antiqua, rationalis,* physica et metaphysica, quaecunque in scholis tractari solent ad mentem Aristotelis et d. Thomae adversus recentes utriusque impugnatores, Salmanticae t. 3 in f. 1671. 1672 et 1675, quod opus commentarius est in varios Aristotelis libros. *Philosophia morum* sive ll. 10 Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum commentariis illustrati[2]), ib. 1675 in f.; *de virtutibus et vitiis morum* sive disputationes variae in philosophiam moralem ab Aristotele traditam, ib. 1677 in f.; Romae 1697 ed. auctior et emendatior. *S. Anselmi archiepiscopi cantuariensis theologia* commentariis et disputationibus tum dogmaticis tum scholasticis illustrata, in quibus subtilitas theologiae scholasticae conjungitur cum eruditione sacra eruta ex Scriptura, conciliis et patribus contra atheos, ethnicos, judaeos, haereticos et schismaticos, ut propterea totum opus pen-

[1]) Cf. A. E. L. 1688 p. 71. De ipsa vero collectione fuse agitur 1696 p. 120—131; 164—174; 214—217; et ex his Mich. a s. Joseph I, 143 ss.

[1]) Ita ipse auctor in scriptorum suorum syllabo apud Ziegelbauer III, 421. Ib. plura in illo libro reprehendit, ut quod minus graviter, quam oporteret, nonnulla scripserit; quod viventes quosdam nimis laudaverit, saepe fidem detulerit pseudohistoricis et plane confictis sub nomine Dextri, Maximi, Luitprandi etc.; quod plura menda irrepserint in textum graecum etc. Hunc vero syllabum ita absolvit: „Haec sunt, christiane lector, de quibus te monere visum. Rogo autem, ut lapsus et errata, quae invenires, benigne corrigas aut patienter feras; et hanc vigiliarum mercedem reddas tum superstiti tum vita functo, ut me nimis peccatorem orationibus tuis Deo commendes."

[2]) „In iis 4 t., inquit Ziegelbauer l. c., displicent mihi nonnullae aliquorum laudes justo majores et quarum aliquae fortassis jure notari possint velut adulatoriae."

tateuchus fidei appellari possit, Salmanticae 1678—1681 v. 3 in f.; Romae 1688—90 ed. auctior, sed nonnihil mendosa. Duo priora continent commentarium in Monologium s. Anselmi, sed tantum usque ad c. 66., reliqua commentarii pars non prodiit. Cum vero s. Anselmus in Monologio de Deo uno et trino disserat, hinc commentarius insignem atque eruditum exhibet de hoc argumento tractatum. Tomus tertius est de natura hominis pura et lapsa, praesertim adversus janseniana dogmata et eorum reliquias. In ed. 2. est hic tr. longe auctior et ex judicio auctoris (quoad opiniones nonnullas) accurate limatus [1]). — *Defensio cathedrae s. Petri* adversus declarationem cleri gallicani editam a. 1682 die 19. Mart., Salmanticae 1683 in f., de qua ipse ita scribit: „Nullum hactenus volumen ita festinanter a me scriptum et praelo datum fuit ac praedictum, neque ratione adeo urgenti ad deproperandam editionem: ut proinde si qua in eo peccavi, mihi facilius condonentur. Cum enim declaratio prodiisset inclinante Martio, et quoddam illius exemplar casu Salmanticam pervenisset mense Julii aut circiter, vix legi illam, cum visa mihi fuerit alienissima a sensu antiquitatis christianae et nominatim vener. ecclesiae gallicanae, cujus nomine illa proferebatur. Coepi itaque statim evolvere sacra monumenta pontificum, conciliorum, patrum et historicorum, praesertim Galliae ipsius per secula singula, nulli parcens labori ac sex fere mensium spatio librum illum scripsi et totidem aliis Salmanticae palam edidi.“ Ipse praeterea amici sui Nic. Antonii posthumum opus *bibliothecam hispanam veterem* 2 t., quorum prior scriptores ab Octaviani Augusti imperio usque ad a. Christi 1000, posterior reliquos ad a. usque Chr. 1500 comprehendit, brevibus notis ad marginem adjectis illustravit, ac typis Romae edi curavit 1696 in f. Duae quoque ipsius diss. eruditae de conc. tolet. III. can. 11. 12. et de poenitentia clericorum secundum antiquam praxim [1]) reperiuntur in *doctrina de administrando sacramento poenitentiae* collectis tum emin. cardinalium, tum illustr. episcoporum dissertationibus et decretis, Rotomagi 1704 in 8.

224. Plura opera historica reliquit Aegidius Lacarry Vuitanus in dioecesi castrensi (n. 1605; † 21. Jul. 1684), quibus de historia bene meruit [2]). Huc spectant: *Historia romana* a Julio Caesare ad Constantinum M. per numismata et marmora antiqua testata et illustrata cum prolusione apologetica de re antiquaria nummaria, Claromontii 1671 in 4; *Historia Galliarum* sub praefectis Praetorii Galliarum, ib. 1672; *Epitome historiae regum Franciae* a Pharamundo usque ad a. 1632 ex D. Petavio (de doctrina temporum) excerpta, ib. 1672; *Historia christiana* imperatorum, consulum et praefectorum praetorio Orientis, Italiae, Illirici et Galliarum. Notitia magistratuum et provinciarum imperii utriusque, ib. 1675 in 4. etc. — Plus adhuc res politicas attingit Victorinius (Victorius) Siri O. S. Ben., sed gyrovagus, Parmensis, abbas titularis (n. 2. Nov. 1608). Dictus est historiographus regius et regi Galliae a consiliis donatusque stipendio. Coepit edere *Il Mercurio* ovvero Historia de' correnti tempi (ab a. 1641), Venetiis (Casale) 1644; Genevae 1646, opus quod non caret pretio ob plurima monumenta originalia, acta, epistolas et instructiones principum et ministrorum regiorum; studet tamen

[1]) Si fides Bibliothèque générale des Ecrivains de l' ordre de s Bénoît, Bouillon 1777 II, 417 eodem hoc fere tempore Jos. Porta O. S. Ben. casinensis prior (1690) *theologiam scholasticam* secundum principia s. Anselmi edidit.

[1]) Cf. Journal des Savans 33, 78 ss.
[2]) Cf. Sommervogel IV. 1340.

partibus Galliae, cujus stipendio fruebatur [1]): neque stilo adeo grato est conscriptum, cum sit potius compilatio monumentorum. Tomum 1. alii 14 secuti sunt partim Venetiis, partim Lugduni, Casali, Parisiis, Florentiae. Ne vero priores anni vacarent, collegit octo ejusdem molis t. inscriptos *Memorie recondite* dal a. 1601 sino al a. 1640, 1676—79; utrumque opus est admodum rarum. Alia (33) reliquit opera edita et inedita († 6 Oct. 1685).

225. De historia ecclesiastica particulari integrarum gentium [2]) plures solliciti fuere, inter quos excellit Carolus Lecointe congr. Orat. Trecensis n. 8. Febr. 1611. [3]) Diligenter incubuit studio in primis geographiae, chronologiae et historiae, praesertim patriae: magnam quoque adeptus est peritiam in re diplomatica, hinc multum juvit Galliae legatum, cum ageretur de pace westphalica, cujus actis interfuit tamquam capellanus uxoris legati galli [4]). Quapropter a cardinali Mazarin stipendio sat pingui donatus fuit: postmodum etiam a rege et ejusdem ministro Colbert propter insignem eruditionem. Haec ipsi promeruit gratiam et amicitiam virorum doctissimorum Dacherii, Mabillonii, Henschenii, Baluzii, card. Bona etc., atque etiam virorum e prima nobilitate vel summae auctoritatis, imo et Ludovici XIV. atque Alexandri VII. In conversatione admodum erat affabilis, comis, urbanus; quoscunque poterat juvabat consilio et libris, quibus indigebant: diem integrum orationi et studio dicabat († 19. Jan. 1681 a. aetatis 70). Scripsit *annales ecclesiasticos francorum* [1]) ab a. 417—845, Pasisiis 1665—1683 t. 8 in f. Idcirco autem incepit ab initio monarchiae gallicae, quod cognovisset Fr. Bosquet (cf. supra p. 182) opus moliri de origine ecclesiae gallicanae. Hi annales secundum Baronii methodum conscripti opus sunt immensae eruditionis, industriae diligentiaeque: complectuntur enim quam plurima antiquitatis monumenta ut conciliorum acta, diplomata, vitas, epistolas etc., omniaque expendit auctor sagaci plane solidoque judicio critico: hinc factum quoque est, ut subinde ab aliorum virorum eruditorum sententia discederet, unde ortae sunt controversiae cum Dacherio, Mabillonio, Chifflet, quas magna dignitate tractavit. Eo ipso vero, quod hi annales contexti fere sint ex documentis vel controversiis criticis, scriptionis forma minus est elegans, aequabilis et grata. — Eodem hoc tempore Joannes de Freine canonicus claromontanus scripsit *l' origine des églises de France* prouvée par la succession de ses évêques avec la vie de s. Austremoine premier

---

[1]) Hinc Feller VIII, 52: Il aimait mieux l'argent que la vérité. Cf. Affò Mem. degli scrittori parmeg. V, 205—232. Alius ab eo est Joan. Siri, cui tribuitur *Scuola de confessori* e cathedra de SS. Tommasi ed Antonino t. 5.

[2]) Huc forte referri potest opus, quod Romae 1695 in f. edidit Blasius Terzi di Lauria inscriptum: *Siria sacra,* Descrittione istorico-geografica, cronologico-topografica delle chiese patriarcali Antiochia e Gerusalemme, Primazie, metropoli, suffragani, collegi, abbazie e monasteri; notizie di concilii, ordini equestri e di tutte le nazioni cristiane orientali con due trattati delle Patriarchali di Alessandria e di Constantinopoli, dei primati di Cartagine e di Etiopia.

[3]) Cf. plura de ipso in *elogio* praemisso t. VIII. annalium ipsius; Niceron IV, 269; Dupin XVIII, 182; J. des Sav. IX, 70; Biogr. univ. IX, 194; Batterel Mém. III, 176—89.

[4]) Hujus itineris sagax reliquit diarium, quod tamen mansit ineditum.

[1]) Cf. acta erud. lips. 1685 p. 338. Alii aliud horum annalium initium assignant, quod le Cointe priores 261 annos paucis expediat propter monumentorum defectum, quae nonnisi a Clodovei temporibus abundare incipiunt. Ultimus t. prodiit cura Gerardi Du Bois. In t. 2. reperitur exacta crisis ll. 6 priorum historiae s. Gregorii Turonensis.

apôtre et primat des Aquitaines, Parisiis 1698 in 8. Adversus hunc l. Bernardus Labenazie edidit: *Défense de l'Antiquité des Eglises de France,* 1696 in 12; ejusque etiam est *de tempore, quo primum praedicatum fuerit Evangelium in Galliis.*— Simon Gueulette O. S. Ben. († 1699), qui scripsit *Méthode pour apprendre l'histoire de l'Eglise,* Parisiis 1693 v. 3 in 12., tomo 3. complectitur *Histoire de l'Eglise gallicane;* prodiit etiam seorsim 1699. Prodierunt haec opera absque auctoris nomine, solum signata litera D., qua incipit nomen ipsius matris Desmay[1]). — Renatus Ouvrard canonicus turonensis admodum eruditus (n. c. 1620; † 1694) scripsit *Défense* de l'ancienne tradition des Eglises de France sur la mission des premiers prédicateurs évangéliques dans les Gaules du temps des Apostres ou de leurs disciples immédiats, Parisiis 1678.

226. Gabriel Bucelinus[2]) (Buzlin) O. S. Ben. in monasterio weingartensi, n. ad Pontem Castrum (Diessenhofen) 27—29. Dec. a. 1599, prior Feldkirchensis a. 30; vir vastae lectionis et eruditionis († 9. Junii 1681), praecipuus sui ordinis per Germaniam historiographus, plurium operum[3]) est auctor. Ex his nonnulla referri possunt ad historiam ecclesiasticam Germaniae illustrandam: *Germania sacra,* in qua regni amplissimi et potentissimi sacri principes, archiepiscopi, abbates etc. designantur, monasteriorum item praecipuorum catalogus texitur, Augustae V. 1655 pp. 3 in f., non confundenda cum op. sequenti: *Germaniae topochrono-stemmatographia sacra et profana,* in qua germanae nobilitatis eminentia commendatur, et tabulis variis stemmatographicis contra receptissimam multorum opinionem ex vetustissimis monumentis familiarum praecipuarum origines docentur et generationes deducuntur, Augustae Vindelicorum 1655 t. 1 in f.; 1662 t. 2; Francofurti 1672 t. 3. et 4. Ulmae 1678 in f.; *Constantia rhenana .... sacra et profana,* Francofurti 1667 pp. 3; *Rhaetia etrusca, romana, gallica, germanica .... sacra et profana topo-chrono-stemmatographica,* Augusta V. 1661; 1666; 1676 in 4; *Nucleus historiae universalis* tum sacrae tum profanae, Ulmae 1650. 1654. 1659, pp. 3 in 12; cum auctario Augustae V. 1658 etc., receptus a Bened. Schmier in *apparatum ad theologiam scholastico-polemico-practicam,* et ab a. 1650, quo Bucelinus desinit, ad a. 1735 deductus, opus eruditis perutile, maxime illis, qui antiquas chartas, instrumenta, bullas et diplomata excutiunt. *Annales benedictini,* quibus potiora monachorum ejusdem ord. fata et merita ad compendium referuntur, Augustae V. 1656 pp. 2 in f.; *Urbis romanae consules* et fasti triumphales ab o. c. ad 764, Augustae V. 1658 in 12; *Aquila imperii benedictina,* cujus ordinatissima pennarum serie monachorum O. S. P. N. Benedicti de imperio universo... merita obiter ac distincte et graphice adumbrantur Venetiis 1651 in 4. *Menologium benedictinum* sanctorum, beatorum et illustrium ejusdem ord. virorum elogiis illustratum, Veldkirchii 1655 in f., opus rarum, cum *supplemento,* quod edidit Rob. Schindele bibliothecarius monasterii weingartensis 1673 in f.; *chronologia benedictino-mariana* seu O. Ben. irremissum sec. XII tantae V. et Matris colendae studium, Campoduni 1671 in 4. *Benedic-*

---

[1]) Cf. Biogr. univ. XIX, 37.

[2]) Alius a Joanne Buzelin S. J. de quo agimus III[3], 828; a Joanne Bucelleni S. J. brixiensi († 15. Nov. 1669) insigni asceta (cf. Sommervogel II, 312—16), et ab Octavio Buccellení S. J. carniola († 16. Maj. 1752).

[3]) Numerantur circa 57 opera edita et inedita, de quibus passim Ziegelbauer t. IV; Bergmann der Genealog G. G. Bucelin Viennae 1861; Wolfsgruber KL. II, 1387; in primis Lindner Studien und Mittheil. aus dem Benedictiner-Orden VII, 84 ss.

tus redivivus seu Benedictini ordinis vigor immarcescibilis ab 1500 usque ad haec tempora, Veldkirchii 1679 in f., quem l. fere e memoria oculis jam captus dictavit. *Chronologiae benedictinae compendium*, Augustae V. 1679 in f. *De romani imperii sanctitate*, potestate, nobilitate Francofurti 1680 etc. Viro diligentissimo gratiae sunt habendae, quod si non omnium primus, saltem inter primos Germaniam ecclesiasticam suis scriptis illustraverit, licet a sodalibus non pro merito fuerit adjutus. Ex eruditorum vero judicio non raro magis velox quam felix aut verax in scriptionibus suis fuit Bucelinus, multa scil. praepropera fide admittens absque legitimo monumentorum examine, absque testium synchronorum delectu, nobilium tabulis commentitiis sive traditiunculis sive recentiorum conjecturis sive suo criterio plus aeque innixus. — Caspar Lang Tugiensis, decanus Frauenfeldae in Turgovia († c. 1691), reliquit *historisch-theologischer Grundriss* der alt u. jeweiligen christlichen Welt bey Abbildung der alten und heutigen Christlich-Catholischen Helvetia u. sonderbahr des alten christlichen Zürichs, Einsidlae 1692 t. 2 in f., opus posthumum oppositum *historiae ecclesiasticae* Jo. Henrici Hottinger Calviniani († 1667). Hinc hujus filius Joannes Jacobus H. (1735) contra illud conscripsit helvetische Kirchen-Geschichten, Zurigi 1698—1729 t. 5 in 4. Ejusdem forte Lang sunt: *Erklärung des wundersamben Geheimnuss der wesentlichen Gegenwart des Leibs und Bluts Christi im h. Nachtmahl*, J. J. Aberli protest. Pfarrer entgegengesetzt, Einsidlae 1675; *Guldener Lichtputzer* zu jener Ampel, die eyteln Butzen, mit welchen J. Müller das Licht dieser Ampel zu verfinstern sich bemühet, zu dämpfen, Tugii 1677.

227. Aloysius Bohuslaus Balbinus S. J. Reginohradecensis (n. 1621, † 29. Nov. 1688) pluribus operibus meruit de Bohemia, praesertim per *miscellanea historica regni Bohemiae* v. 10 in f. Pragae 1679—1687, cujus t. 4. est *hagiographicus* seu Bohemia sancta continens sanctos et beatos Bohemiae, Moraviae, Silesiae, Lusatiae; t. 5. *parochialis et sacerdotalis*, in 2 divisus partes, quarum prior parochias omnes veteris Bohemiae per decem archidiaconatus recitat; pars altera sacerdotia vulgo capellanias . . . adducit et notis historicis illustrat; t. 6. *archiepiscopalis* etc. Prodierat jam *epitome historica rerum bohemicarum*, ib. 1677 in f. *Vita ven. Arnesti* (vulgo Ernesti) primi archiepiscopi pragensis . . . ex iis, quae de eo scriptor coaevus collegit, aliisque vetustissimis ac fide dignis monumentis: additae sunt accuratissimae notae, quibus eorum temporum totiusque regni Bohemiae historia multum illustratur, Pragae 1664 in 4; *vita b. Jo. Nepomuceni M.*, Augustae 1725 in 4; aucta ex actis processuum, ib. 1730; *vita ven. P. Nic. Lancicii e SJ.* compendiosius scripta a Cas. Wijuk Kojalowicz S. J. revisa . . . et aucta, Pragae 1690 in 8. Opus posthumum est *Bohemia docta* edita notisque illustrata a Raph. Ungar[1]) († 1807, de quo t. seq.) canonico praemonstratensi, Pragae 1776-1780 pp. 3 in 8., quibus P. Dobrowski adjecit *corrigenda*, ib. 1779 in 8; opus integrum 4 pp. est admodum rarum. Balbini ingens erat studendi ardor: hinc totam fere Bohemiam peragravit; vetusta monumenta attente contemplatus est, bibliothecas et urbium procerumque tabularia excussit, tantamque undique veterum memoriarum, diplomatum atque historicae supellectilis conquisivit vim, ut praeter numerosa, quae typis edidit, volumina, ingentem rerum istius modi reliquerit apparatum. Nec minor erat probitatis

[1]) Cf. bibl. eccl. frib. IV, 185—96, ubi splendidum Balbini elogium reperies: in primis A. Rejzek P. Boh. Balbin T. J., Pragae 1908, qui diligentissime ejus vitam

ac religionis cultus. Ut ingenio erat miti, aperto ac simplici, ita modestissime de se sentiebat, alios summa comitate affabilitateque tractabat, quo factum est, ut omnium sibi amorem et studium conciliaret [1]). Quaecunque Balbinus de regno Bohemiae literis commendavit magna, sunt accuratione conscripta, hinc qui cognoscendae antiquioris historiae hujus regni studio flagrat is fere solo Balbino legendo sitim suam explere poterit. — Gregorius de Argaiz O. S. Ben. Lucronio Castelle veteris urbe (Logrono) oriundus († 1683), vir fabularum si quisquam alius amantissimus et auctorum suppositorum ex simplicitate patronus studiosus, coacervavit inepta plurima figmenta in operoso 8 v. opere, cui magnificum praefixit titulum: *Poblacion Eclesiastica de Espana* y noticia de sus primeras honras hallada en los escritos de s. Gregorio Obispo de Granada y en el Chronicon de Hauberto monge de S. Benito y continuada en los escritos y Chronicon de Hauberto Hispalense, Matriti 1667 ss. in f. *Annales* quoque *ordinis s. Benedicti* continuavit fabellisque complevit, ib. 1675 v. 2 in f. aliaque plura edidit insanabili praeditus pruritu scripturiendi mira ac rara, undecunque ea accepisset [2]).

228. Alii solliciti fuere de historia ecclesiarum particularium. De Jacobo Masenio S. J. († 1681), qui Broweri antiquitates trevirenses edidit, jam egimus III[3], 551 et supra pag. 398. — Ferdinando de Fürstenberg debemus opus plane insigne i. e. *Monumenta paderbornensia* ex historia romana, francica, saxonica eruta et notis illustrata, Paderbornae 1669; Amstelodami 1672 (ed. splendida); Lipsiae 1713; Lemgoviae 1714 ed. 4. Porro natus est Ferdinandus ex illustrissima familia 21. Oct. 1626. A Fabio Chigi nuncio apostolico Coloniae, qui postmodum pontifex est electus dictusque Alexander VII., Romam fuit invitatus, ubi diligenter archivia lustravit, ab eoque subinde pro negotiis in Germaniam est missus. A capitulo paderbornensi electus est in episcopum 20. Apr. 1661, et 1678 factus etiam episcopus monasteriensis. Magna sollicitudine rexit suam ecclesiam, institutionem populi, scholas artesque fovit, viros doctos liberaliter juvit et ad opera edenda excitavit, missiones promovit ac ditissime fundavit. Decessit [1]) 26. Jun. 1683.— Godefridus Ferd. Buckisch, Silesius, consilarius caesareus, qui fidem amplexus est catholicam Viennae 1676, collegit *Schlesische Religionsakten* t. 7 in f., quorum tantum *Prolegomena* schlesischer Kirchengeschichte 1685 prodierunt: sed saepe descripta fuere et magni fiunt pro historia Silesiae [2]). Ejus quoque sunt *Observationes* historico-politicae in instrumentum pacis osnabrugensis, Viennae 1696. Obiisse videtur c. a. 1700. — Matthias Lubomierz Treter edidit opus cognominis Thomae Treter, qui floruit exeunte seculo XVI., *de episcopatu et episcopis ecclesiae warmiensis,* Cracoviae 1685 in f. — *Historiam salisburgensem* h. e. vitas episcoporum et archiepiscoporum salisburgensium necnon abbatum monasterii s. Petri descripsit ab a. 582

(bohemice) narrat et scripta edita (32) et inedita (41) recenset.

[1]) Plura cf. in Stanisl. Wydra *Leben Boh. A. Balbinus,* Pragae 1788; in diss. praevia de ejus vita in *Bohemia docta* p. 2. pag. 8—32, ubi cujusdam de ipso elogium legitur: „Bohuslaus Balbinus, musarum mansuetiorum delicium, alter Bohemiae Plinius, in se uno dedit patriae Livium, gymnasiis Quintilianum, regibus et nobilitati Suetonium, Mariae et divis Bohemiae Florum."

[2]) Cf. Nic. Antonium I, 542; Ziegelbauer II, 376; IV, 352.

[1]) Cf. Meurer KL. IV, 2086; Richter F. v. Fürstenberg Bildungsgang und lit. Thätigkeit in Zeitschr. f. vaterl. Gesch. und Altertumskunde (Westphalen) 1898 LVI, 2, 38—72; Nordhoff allg. d. Biogr. VI, 702—9.

[2]) Cf. Raess VIII, 115—18; Karker KL. II, 1398; allg. d. Biogr. III, 495.

Josephus Mezger O. S. Ben., sed pervenit tantum ad finem l. 4. (a. 1555) morte praeventus († 26. Oct. 1683): reliquam operis partem ad finem (ad a. 1687) perduxerunt 1692 germani fratres Franciscus et Paulus Metzger, doctissimi pariter monachi ad s. Petrum, de quibus infra. Natus est Josephus (Willibaldus in baptismo dictus) Eichstadii 5. Sept. 1635; et post suum in ordinem s. Benedicti ingressum docuit in universitate salisburgensi philosophiam 1662, controversias fidei 1665, jus canonicum 1667 et simul exegesim; a. 1673 electus est in priorem: munere procancellarii functus est ab a. 1674 ad mortem usque. »Exemplar erat viri religiosi omni laude a posteris celebrandi, monasterii fulcrum, et tam virtutibus, quam moribus, doctrina et historia insignis professor ac prior.« Scripsit praeter philosophica et juridica *Lapis mysticus et cornu parvulum Danielis* c. 2 34 s. i. e. de Christo . . . et antichristo diss., Salisburgi 1677; 1682 in 12; *Panacaea juris* sive remedium universale restitutionis in integrum utroque jure receptissimum 1673 in 8; *institutiones in s. Scripturam* sive principia, regulae et institutiones de modo rite intelligendi et interpretandi s. Scripturam, ib. 1680 in 12; *assertio antiquitatis Ecclesiae metropolitanae salisburgensis* et monasterii s. Petri O. S. Ben. seu dissertatio historico-chronica de tempore adventus s. Ruperti primi episcopi salisburgensis et abbatis s. Petri et fundationis per eum factae, ib. 1682 in f., quam recepit in historiam salisburgensem [1]).

229. Joannes Lindeborn Daventriensis, parochus ultrajectensis et provicarius episcopatus daventriensis († 5. Aug. 1696), scripsit accuratam historiam seu *notitiam episcopatus daventriensis,* Coloniae 1670 in 12, etiam in *Batavia sacra* ed. van Heusen. Reliquit praeterea tr. *de efficacia sacrificiorum,* quae obtulit lex divino-mosaica, Antwerpiae 1677 in 12; *notas catecheticas* in baptismatis, poenitentiae, extremae unctionis, ordinis et matrimonii sacramenta, Coloniae 1675; 1684 v. 5 in 12; *Jesus sub Pontio Pilato passus* sive ea passionis dominicae pars, in qua de actis in praetorio Pilati, secundum literam explicata et moralibus documentis augmentata, Coloniae 1689 in 12; *Jesus mortuus,* ib. 1690 in 12; *Jesus sepultus,* ib. 1684 in 12. — Alexander de Wiltheim S. J. Luxemburgensis [1]) de patria historia bene meritus, archaeologus insignis, auctor admodum laboriosus (n. 4. Oct. 1604; † 15. Aug. 1684), inter primos fuisse videtur, qui scientiam diplomaticam excoluerit, atque Papebrochio, apud quem maximae erat auctoritatis, occasionem dederit concipiendi aliquid de re diplomatica. Edidit *Diptychon leodiense* ex consulari factum episcopale et in illud commentarius, Leodii 1659 in f.; cum *appendice,* ib. 1660; *ad Diptycha leodiensia antehac* (ab ipso) *edita annotationes* juxta Leibnitium eruditissimae, ib. 1677 in f.; opus rarum, receptum in thesaurum veterum diptychorum collectum ab Ant. Francisco Gori, Florentiae 1759. *Catalogus abbatum coenobii munsteriensis,* Treviris 1664 in f. Ex aliis scriptis notatu digna propter eruditionem archaeologicam est *de phiala reliquiarum s. Agathae V. et M.* dissertatio, Augustae Trevirorum 1656 in 4. Curis Aug. Neyen Luxemburgi 1842 prodiit de-

[1]) Cf. Lindner Profeßbuch der Benediktiner-Abtei St. Peter in Salzburg, Salzburg 1906 pag. 56—63.

[1]) Plura de ipso deque ejus operibus editis (8) et ineditis (31) cf. apud Neyen Biogr. luxemb. II, 247; Biogr. univ. L, 609; Feller VIII, 427; Müller, Programme de l' Athénée de Luxemburg 1838 p. 14—21; Duhr in Ztschr. f. k. Theol. XIII (1889), 68 s.; Sommervogel VIII, 1145—50; Lauchert allg. d. Biogr. XLIII, 317.

mum admodum eruditum opus: *Luciliburgensia* sive Luxemburgum romanum in quo innumera de Romanorum moribus, institutis, ritibus proferuntur ex ultra 300 monumentis totidemque inscriptionibus etc.

230. Joannes Michael Wanslebius edidit *Histoire de l'Eglise d'Alexandrie*[1]) fondée par s. Marc que nous appellons celle des Jacobites-Coptes d'Egypte, écrite au Caire même en 1672 et 1673, Parisiis 1677 in 12. Natus est Wansleben Erfordiae 1. Nov. 1635 parentibus lutheranis. Studiorum causa a. 1654 Regiomontem missus triennium philosophiae et theologiae lutheranae operam dedit. Ut vero illi erat linguarum praesertim orientalium addiscendarum innatus amor et ingenita facilitas, Jobo Ludolfo adhaesit, ac in ejus amicitiam adlectus brevi etiam linguam sibi comparavit aethiopicam. Hinc cum Ludolphus de Lexico aethiopico ejusdemque linguae grammatica in Anglia edendis cogitaret, curam hanc Wanslebio commisit, qui Londinum pergens Edmundo Castello junctus est, quem in edendo lexico heptaglotto haud parum juvit. Ab Ernesto Saxoniae duce Gothae principe in Aegyptum et Aethiopiam missus est (1663), qui regiones illas et populorum ac cleri exploraret dogmata et ritus, consensionemque illorum aut dissensionem cum protestantium ac romanae Ecclesiae fide, moribus atque usibus testis oculatus annotaret. Praestitit hoc toto anno 1664, inde rediens in Italiam appulit, Romamque progessus divina collustrante gratia fidem catholicam est amplexus 1665 et O. Praed. ingressus. Post aliquot annos (1670) Parisios profectus, a Colberto pingui donatur stipendio atque iterum in Aegyptum mittitur (1671) majorem et accuratiorem rerum hujus regionis cognitionem accepturus, et codices quos posset alicujus momenti collecturus in bibliothecam regiam inferendos: quam revera ditavit codd. 217 arabicis et copticis (secundum alios 334). Parisios redux (1676) gestorum rationem ministro regio reddidit, cui non satisfecit, hinc ab eo fuit neglectus. Ordinem, quem professus est, bis reliquit, ac decessit vicarius ruralis ad Fontembellaqueum (1681) non parum dolens, labores suos contemni, nec in editionem operum aethiopicorum, quae praelo parata habebat erudita plane et ad illustrandam ecclesiam ethiopicam utilia, sumptus necessarios suppeditari.

231. *Annalium protometropolitanae messanensis ecclesiae* t. 1. collegit Carolus Morabitus Messanensis († c. 1688) Messanae 1669 in f. — Petrus Joffredus[1]) sacerdos niciensis (n. 1629; † 1692) in lucem emisit l.: *Nicaea civitas sacris monumentis illustrata*, opus in quo praeter antiquitatum notitiam sanctorum et sanctitate illustrium, qui inibi nati sunt, gesta describuntur notationibusque illustrantur episcoporum cemelio-nicensium, necnon abbatum monasterii s. Pontii successiones aliaque ecclesiastica decora recensentur, Taurini 1658 in f.; etiam in *Thes. histor. Ital.* ed. Burmann. Opus excellit eruditione, judicio critico et stilo. — De ecclesia mediolanensi tres meruerunt: Placidus Pucinelli O. S. Ben. († 1685), cujus praeter alia, quae ad historiam sui ordinis spectant, exstat: *Il Zodiaco della Chiesa Mediolanese* continente le Vite dei primi dodeci Santi Arcivescovi suoi Pastori, Mediolani 1650 in 4. — Petrus Paulus Bosca († 1699) et Eustachius a s. Ubaldo O. S. Aug. antea Alexander Cacciator dictus, Mediolanensis, theologiae professor († 1700) in diss. *de metropoli mediolanensi*, in qua ejus origo et antiquae praesertim amplitudo ac

[1]) Cf. Journal des Savans VI, 116; Quetif, II, 663; Feller VIII, 408.

[1]) Cf. Biogr. univ. XVII, 402.

dignitas aliaque plura ad historiam ecclesiasticam spectantia illustrantur, Mediolani 1699 in 4., cum erudita praefatione A. Muratorii. Idem auctor praeter alia [1]) vulgavit *de benedictione* opus eruditum, ib. 1695 in 4., cui subjectae sunt duae disquisitiones, altera de hymni *Te Deum* auctoribus, altera de cantu a d. Ambrosio in mediolanensem ecclesiam inducto; *de praecipuis juris et justitiae partibus* scil. restitutione et contractibus, ib. 1681. — Marcus Antonius Guerrini collegit *synopsim rerum et temporum ecclesiae bergomensis,* Bergomi 1696 in 4; 1734. — Irenaeus a Cruce O. Carm. scripsit: *Historia antica e moderna, sacra e profana della città di Trieste,* in qua recensentur multa arcana antiquitatis, praerogativae nobilium, gesta hominum illustrium, privilegia civitatis, varietas eruditionis, inscriptiones, mausolea, successus, mutatio rituum et divinorum usque ad a. 1698, Venetiis 1698 in f., opus rarum singulari accuratione nec minori diligentia elaboratum [2]).

232. In *Gallia* [3]) Vincentius Sablon scripsit *Histoire de l' Eglise de Chartres,* Parisiis 1677 in 12; 1707; 1714; 1715. — Joannes Scholasticus Pitton († 1690) concinnavit *Annales de la sainte église d' Aix,* Lugduni 1668 in 4. — Aegidius du Port Arelatensis quondam congr. Orat. (1649—1660), juris utriusque doctor et protonotarius apostolicus († 21. Dec. 1691) reliquit *Histoire de l' Eglise d' Arles* tirée des meilleurs auteurs anciens et modernes [1]), Parisiis 1690 in 12. — Claudius Perry S. J. primum advocatus, dein relicto foro vitam clericalem iniit factusque est canonicus cabillonensis, sed ut societatem Jésu posset ingredi, canonicatu se abdicavit (1628 † 1. Febr. 1685). Composuit *Histoire Civile et Ecclesiastique,* ancienne et moderne de la ville et cité *de Chalon sur Saone;* enrichie des choses qui appartiennent à son Dioceze et regardent l'etenduë du Ressort de son Baillage et quelques particularitez de la Province, Cabillone 1659 in f. — Franciscus Marchetit Massiliensis, aliquamdiu Oratorii sodalis († 1688), narrat *la vie de messire J. B. Gault* evêque de Marseille († 1643, de quo cf. supra III, 794 a.), Paris 1650; *Explication et usage* des coutumes des Marseillais t. 1. contenant les coutumes sacrées, Marseille 1683 in forma dialogi. Num alii prodierint tomi nos latet. — De ecclesia rotomagensi meruit Jo. Franciscus de Pommeraye OSB. congr. maur. Rotomagensis n. 1617, vir vere doctus et studio deditus († 1687), in pluribus operibus: *Histoire des Archevêques de Rouen,* Rotomagi 1667 in f. cum pluribus epistolis rom. pontificum, regum Galliae et Angliae, ducum Normanniae etc.; *Histoire de l' Eglise Cathédrale de Rouen,* ib. 1686 in 4; *s. rotomagensis ecclesiae concilia* et synodalia decreta, cum brevi rotomagensium praesulum notitia, quam collectionem Jo. Ang. Godinus inchoaverat et doctissimis notis (sed tantum usque ad concilium Juliobonense a. 1080 instruxerat), ib. 1677 in 4; *Histoire de l' abbaye royale de s. Ouen de Rouen* ll. 5; ensemble celles

[1]) Cf. Ossinger p. 916; Argelati I, 2, 254, quem cf. ib. p. 474 ss. de Jo. B. Corneo protonotario apostolico et archivi archiepiscopalis custode († 1690), qui industria indefessa collegerat t. XXXII (ineditos), in quibus multa continentur ad mediolanensem spectantia ecclesiam.

[2]) Cf. Act. erud. lips. supplem. III, 307—311; Rotermund IV, 1572.

[3]) Cf. Journal des Savans XVIII, 314. Batterel III, 308—311. Concinnavit etiam *L' art de prêcher,* Paris 1673. 1684.

[1]) Ad praecedentem periodum spectat Martinus Marteau a s. Gratiano O. Carm. Turonensis († 11. Jul. 1666), cujus est *Abrégé du Paradis de la Touraine,* qui comprend dans une brève Chronologie les Archevêques de la Ville de Tours particulièrement la vie de S. Martin, Paris 1661.

des abbayes de s. Catherine-du-Mont et de s. Amand de Rouen, ib. 1662 in f.; Paris 1663—64. — De ecclesia lemovicensi sollicitus fuit Bonaventura a s. Amabili O. Carm. theresianae reformationis Burdigalensis, qui in sanctitatis odore decessit 5. Dec. 1691. Scripsit gallice *vitam s. Martialis* sive assertio apostolatus s. Martialis et aliorum adversus hujus temporis censores, Claromonti 1676 t. 1. in f.; t. 2. Lemovicis 1683; t. 3. ib. 1685. In 1. disserit de s. Martialis, discipuli s. Petri, aetate deque aliis apostolorum discipulis, per quos fides propagata fuit per Galliam, Angliam, Hispaniam, Germaniam; qua occasione lapsus historicos et Severi Sulpitii et Gregorii Turonensis repraesentat. In 2. de s. Martialis agit vita, virtutibus etc., epistolis, quas genuinas censet. Tomus 3. recenset gesta ecclesiastica et civilia superioris et inferioris Lemovicini a sec. 1. usque ad a. 1682, lemovicenses et tudelenses episcopos eorumque gesta etc. Opus quod criticis nostrae aetatis non arridebit. — *Historiam ecclesiae parisiensis* narravit stilo nobili et puro Gerardus du Bois congr. Orat. Aurelianensis n. 1629, quem magni fecit Carolus le Cointe ac idcirco Francisco du Harlay archiepiscopo parisiensi prae ceteris commendavit, cum hic virum industrium postulasset, qui suae ecclesiae conscriberet historiam. Eam porro descripsit magna eruditione et sagaci judicio critico usque ad a. 1108, Parisiis 1690 in f.; t. 2. posthumus prodiit nonnisi 1710 cura praesertim PP. de la Ripe et Desmolets, atque pertingit usque ad a. 1364. Defuncto Carolo le Cointe curavit du Bois editionem t. 8. annalium ecclesiasticorum ipsius [1]). Diuturnis morbis afflictus decessit 15. Jul. a. 1696. — De *initio ecclesiae forojuliensis* (Frejus) diss. chronologicam, criticam, profano-sacram edidit Aquis Sextiis 1680 in 4. Josephus Antelmi Forojuliensis (n. 25. Jul. 1648; † 21. Jun. 1697), episcopi pamiensis vicarius generalis[1]), vir vere doctus. Accesserunt huic diss. 1. praesulum forojuliensium nomenclatura chronologica; 2. diatriba de ecclesia rejensi et de monasterio lirinensi, in qua egit tantum de illius ecclesiae fundatione et antiquitate: historia vero, de qua conscribenda cogitaverat, nunquam prodiit. Praeter alia opera reliquit: *De veris operibus ss. patrum Leonis M. et Prosperi aquitani diss. criticae* (9), quibus capitula de gratia Dei, epistolam ad Demetriadem, necnon duos de vocatione omnium gentium ll. Leoni nuper (a Quesnello) adscriptos abjudicat et Prospero postliminio restituit [2]), Parisiis 1689 in 4. In his plura alia opera sive s. Leonis, sive s. Prosperi, sive aliorum critice expendit. Responsioni, quam opposuit *Quesnellus* (Journal des Savans 8. et 15. Ang. 1689) duabus epistolis (gallice) occurrit, Parisiis 1690 in 4. *Nova de symbolo athanasiano disquisitio*, ib. 1693 in 8., in qua hoc symbolum adversus Quesnellum, qui Vigilio tapsensi illud tribuerat, vindicat Vincentio lirinensi [3]); *de aetate s. Martini Tur.* necnon de s. Briccio successore, Paris 1693 in 8. — Denique huc referri potest Petrus Jos. Cantel S. J. Gallus, propter eruditionem selectus ad continuandum Petavii opus de dogmatibus theologicis, sed studii ardore et contentione praematura

[1]) Cf. Niceron V, 151; Dupin XVIII, 253; A. E. L. Batterel Mémoires IV, 114—119. 253; suppl. 3, 114—128.

[1]) Cf. Niceron V, 145; Dupin XVIII, 271. Biogr. univ. II, 243 et vitam a Carolo Leontio Octav. Antelmi episcopo grassensi († 1752) praemissam operi posthumo, quod inscribitur: *Assertio pro unico s. Eucherio lugdunensi episcopo:* accedit concilium regiense sub Rostagno metropol. aquensi a. 1285 habitum, Parisiis 1726 in 4.

[2]) Fuse de his. diss. agunt M. a s. Joseph I, 242; acta erud. lips. suppl. I, 431 et Schoenemann Bibl. hist. lit. patrum latin. t. II, Prosper § 2.

[3]) Cf. acta erudit. lips. 1695 p. 412.

morte abreptus est (n. 1645; † 1684). Praeter alia [1]) reliquit *metropolitanarum urbium historiam civilem et ecclesiasticam*, in qua romanae sedis dignitas et imperatorum ac regum maxime Francorum in eam merita explicantur, Parisiis 1684 t. 1. (et unicus) in 4; Dividitur hic tomus in partes tres: in earum 1. agit de vocibus, quae spectant ad imperii administrationem; de pallio et cruce archiepiscoporum; de vicariis et legatis rom. pontificis; de synodis provincialibus et oecumenicis; de ratione subscribendi et considendi in conciliis. In 2. p. agit de inscriptionibus et clausulis, quae rom. pontificum epistolis et praemitti et subjungi solent; de provinciis et urbibus ditionis pontificiae; de provinciis sedi romanae olim vectigalibus; de electione rom. pontificis, de cardinalibus, de provincia romani metropolitani. In 3. p. disserit de Neapoli, Capua, Bario, Sicilia, Sardinia etc.

233. Varia argumenta historiae ecclesiasticae dissertationibus illustrarunt [2]): Joseph Perez O. S. Ben., sacrarum linguarum in academia salmanticensi professor († 1697), in *diss. ecclesiasticis*, in quibus pleraque ad historiam ecclesiasticam et politicam Hispaniae remque diplomaticam spectantia accurate discutiuntur, Salmanticae 1688 in 4; maxima tamen scriptionis pars s. Benedictum et Benedictinos spectat [3]). — Angelus de Nuce (della Noce, prius Josephus dictus) O. S. Ben. Neapolitanus, n. 1600 Massae Lubrensis, quae est civitas episcopalis prope Surrentum, in romana Sapientia 23 annis philosophiae atque theologiae professor, abbas casinensis, demum (1671) archiepiscopus rossanensis, quo munere tamen se abdicavit (1675), ut Romae totum se studiis dare posset († 8. Jul. 1691). Ab Innocentio XI. inter viros doctos adlectus fuit ad refellendas quatuor propositiones cleri gallicani. Tanta vi doctrinaque Ecclesiae partes asseruit, ut omnium judicio ejus concertatio et brevior et validior sit habita: ea asservata fuit ms. apud Casinates [1]). Ejus amicitia expetita semperque culta fuit a doctissimis cardinalibus de Lugo, Sfortia Pallavicino et D'Aguirre. Edidit *chronica s. Monasterii cassinensis* auctore Leone cardinali, episcopo ostiensi, et continuatore Petro diacono ejusdem coenobii monachis ex mss. codd. cura et fide, notis illustrata. Parisiis 1668 in f.; Mediolani 1724; etiam ap. Muratori, *Scriptores rerum ital.* IV, 153 ss. In notis erudite de pluribus ad historiam ecclesiasticam spectantibus disputat.

234. Prae ceteris tamen mentione dignus est Emmanuel Schelstrate (Scheelstrate) Antwerpiensis, ab Innocentio XI. Romam vocatus atque bibliothecae vaticanae custos factus (n. 1649: † 6. Apr. 1692), vir admodum eruditus, in antiquitate ecclesiastica versatissimus, jurium primatus strenuus vindex. Haec ejusdem opera [2]): *Antiquitas illustrata circa concilia generalia et provincialia*, decreta et gesta pontificum et praecipua totius historiae ecclesiasticae capita, Antwerpiae 1678 in 4., adversus Launoji de primatu errores. Quod opus secundis curis augendum et in plures (6) tomos divi-

[1]) Cf. Sommervogel II, 690; Journ. des Sav. 1684 p. 161—63; 171—73.

[2]) Huc forte referri possent Antonius Ghuyset S. J. Bruxellensis († 1687), qui lingua flandrica scripsit vitas Juliani apostatae et Theodosii I. imp., Ypris 1685 in 8, — Sainte Garde, cujus *Histoire des héresies*, et des héretiques, qui ont troublé l'Eglise depuis la naissance de J. C. prodiit Parisiis 1697 in 4.

[3]) Cf. A. E. L. suppl. II, 201—209.

[1]) Cf. Ziegelbauer III, 409, ubi vita ejus habetur; Tiraboschi t. VIII l. 2 c. 1 n. 23; Jo. Marius Crescimbeni inter vitas illustrium Arcadiae academicorum Romae 1708 in 4; Braumüller KL. IX, 556.

[2]) Cf. Niceron XXI, 264; Dupin XVII, 232; Biogr. univ. XLI, 105.

dendum duxit, ut primum conciliorum et pontificum decreta in opere *synodico* elucidaret; deinde sacramentaria, nec non canonum poenitentialium et ordinationum libros in opere *rituali* examinaret; tum martyrologia et patrum scripta in opere *de sanctorum actis* et scriptoribus ecclesiasticis expenderet, et denique difficiliora historiae ecclesiasticae capita speciali quodam opere complecteretur. Operibus autem istis opus chronographicum et geographicum praemittere ipsi placuit. Sed prodierunt tantum *Antiquitas Ecclesiae diss., monumentis ac notis illustrata* t. 1. continens opus chronologicum a Caesaris imperio usque ad Justiniani obitum, Romae 1692 in f.; t. 2. posthumus continet: *Opus geographico-hierarchicum de institutione ecclesiarum per orbem universum* a Christo ac apostolis, apostolorum principe Petro ejusque successoribus rom. pontificibus facta, in quo episcopalium et metropolitanarum totius orbis ecclesiarum, trium exarchalium et quinque patriarchalium sedium ac romanae in primis cathedrae institutio, jura et privilegia dilucide explicantur, provinciarum, dioecesium orientalium et occidentalium notitiae a primae nascentis Ecclesiae exordiis usque ad haec ferme tempora ex mss. codd. pro magna parte nunc primum erutae dissertationibus, appendice et monumentis geographicis illustrantur, ib. 1697 in f. Prior t. complectitur diss. de chronotaxi vitae Christi, de chronotaxi rom. pontificum, de antiquis rom. pontificum catalogis et de libri pontificalis auctore et praestantia, et appendicem, quae varia antiquitatis monumenta nunc primum vel correctiora edita notisque illustrata continet. In altero disserit de locis, ubi Christus et apostoli fidem praedicarunt; de apostolorum auctoritate; de ecclesia, in qua Petrus suam cathedram instituerit deque aliis, quae in ipsa t. inscriptione recensentur. In appendice antiquas imperii et Ecclesiae et in hac patriarchatuum, metropoleon et episcopatuum orbis catholici notitias ex variis mss. codd. tum graecis tum latinis maximam partem nunc primum editas comprehendit [1]). *Ecclesia africana sub primate carthaginensi,* Parisiis (i. e. Antwerpiae) 1679 in 4., in quo l. ostendit, ecclesiam africanam agnovisse romani episcopi primatum. *Sacrum antiochenum concilium* pro Arianorum conciliabulo passim habitum, nunc vero primum ex omni antiquitate auctoritati suae restitutum, Antwerpiae 1681 in 4., quo in opere nomina episcoporum cum actis synodicis ex editis et mss. codd. eruuntur, tota synodi a. 341 in Orientis metropoli habitae historia contra recentiorum opinionem illustratur, quin etiam occasione 25 canonum ibidem constitutorum exponuntur prisca episcoporum jura cum metropolium orbis notitia, antiqui christianorum ritus cum orientalis ecclesiae disciplina, praecipua demum fidei mysteria, et inter illa confessio auricularis a Christo ad haec usque tempora per Orientis universi, Aegypti, Africae, Italiae et Angliae regiones posteritati tradita. Additur pro coronide de schismatico eutychianorum conventiculo Antiochiae post veram ibi synodum celebrato diss. historica [2]). Cum a. 1682 clerus gallicanus ex sess. 4. et 5. concilii constantiensis auctoritatem conciliorum generalium pontificis romani decretis anteferendam probare niteretur, Schelstrate ut pontificum supra concilia auctoritatem vindicaret, haud spernendam illorum esse sententiam contendit, qui decreta ista constantiensia indubitatae auctoritatis esse negent aut justo valore ac robore destitui asserant, in op.: *Acta constantiensis conc. ad expositionem decretorum ejus sess. 4. et 5. facientia,* nunc primum ex codd. mss. in

---

[1]) Cf. Acta erud. lips. 1693 p. 195—205; 1698 p. 322—329; Journal des Savans XXVI, 303 ss.

[2]) Cf. Acta erud. lips. 1682 p. 4.

lucem eruta et diss. illustrata, Antwerpiae 1683 in 4., cui opposuit Arnauld *Eclaircissemens* sur l'autorité des concils généraux et des papes ou explication du vrai sens de trois decrets des sessions 4. et 5. du Conc. de Constance etc. s. l. 1711; et Ludov. Maimbourg *Traité historique de l'établissement et des prérogatives de l'église de Rome* (cf. p. 516): sed mox impiger Schelstrate huic respondit tr. *de sensu et auctoritate decretorum conc. constantiensis sess. 4. et 5.* circa potestatem eclesiasticam editorum cum actis et gestis ad illa spectantibus et ex mss. italicis, germanicis et gallicis nunc primum in lucem erutis [1]), Romae 1688 in 4. (apud Rocaberti XI, 126—201). Adversus eandem declarationem cleri gallicani scripsit *de lugendis actis cleri gallicani congregati a. 1682* diss., 1740 ed. 2. admodum rara et ad mss. auctoris expressa; quae reperitur etiam in tr. Laurentii Fr. Xav. Veith *de primatu et infallibilitate romani pontificis,* Mechliniae 1824 in 12; segmenta exhibet Rocaberti ib. p. 201—307. *De disciplina arcani* contra disp. Ernesti Tentzelii (Witembergae 1683) diss. apologetica, in qua agitur de disciplina primitivae Ecclesiae in occultandis praecipuis catholicae religionis mysteriis, ostenditurque quo tempore coeperit, circa quae et pro quibus observata fuerit etc., pro solvendis quam pluribus quaestionibus circa fidei dogmata ab haereticis praeterito seculo motis et circa disciplinam ac historiam ecclesiasticam hoc tempore controversis, ib. 1685 in 4; diss. *de auctoritate patriarchali et metropolica* adversus ea, quae scripsit Ed. Stillingfleet decanus londinensis in l. de originibus britannicis, Romae 1687 in 4., in qua ostendit romani episcopi patriarchatum se extendisse ad universam Ecclesiam occidentalem seu latinam, multumque disputat de britannicae ecclesiae originibus [1]). *Acta orientalis Ecclesiae* contra Lutheri haeresim monumentis, notis ac diss. illustrata una cum epistola Christiani Ranzovii adversus Lutheranorum errores, Romae 1739 t. 2 in 1 v. in f., opus rarum et carum, in quo exstant etiam diss. de indulgentiis, de communione sub unica specie, de missis privatis, de jejuniis et delectu ciborum.

235. De iis, quae ad historiam *ordinum religiosorum* spectant, scripserunt [2]): Ludovicus Bulteau (Bultellus) Rotomagensis (n. 1625), regi Galliae a secretis, qui aulae dein (1661) mundoque valedicens congr. s. Mauri est ingressus [3]), in qua sola tonsura contentus inter eos, quos *commissos* [4]) vocant, magno humilitatis exemplo Deo servire decrevit. Ast receptus in familiam praeter morem legesque congregationis a vilioribus muniis abstractus

[1]) De his duobus operibus agitur in actis erud. lips. 1683 p. 501; et 1686 p. 307 ss.; de sequenti ib. 1685 p. 541—547, et Journal des Savans XXI, 186—193.

[1]) Cf. acta erud. lips. 1688 p. 31—35.

[2]) B. Giustiniani collegit *Historie chronologiche* dell'origine degli ordini militari e di tutte le religioni cavalleresche insino ad ora istituite nel mondo, Venetiis 1692 (fr. 45). — Andreas Carmagnola Provincialis (n. 9. 1619; † 15. Dec. 1688) insignis concionator, qui in Oratorio primaria obierat munera, a patribus congreg. jussus est colligere *Recueil des statuts* de la congr. de l'Orat. (edita in 18 congr.), quod prodiit Parisiis t. 2 (p. a. 1684).

[3]) Cf. Tassin, Niceron XI p. 212; t. XX p. 30; Ziegelbauer passim t. 4; Pez bibliothecae benedictino-maurinae I, 58; Dupin XVIII, 249; Biogr. univ. VI, 262; Feller II, 250. Ejus frater Carolus († 20. Maj. 1710 a. aetatis 84) edidit *annales francicos* ex Gregorio turonensi (ab a. 458—591), qui dicuntur etiam *annales Bultellani,* Parisiis 1699 in f.

[4]) Commissi, quos alii *oblatos* dicunt, in congr. s. Mauri certum hominum genus sunt, quod retenta veste seculari, nullo voto solemni tenetur, sed pacto quodam civili se in congregatione perstiturum spondet, ceterum servilibus coenobii ministeriis ac coenobitarum obsequiis addictum. Admittebantur autem ejusmodi candidati post exactum novitiatus biennium.

in studia literarum incumbere permissus est. Quae gratia insignia quaedam monumenta peperit, in quibus eruditi omnes acquieverunt, si unum excipias Bultellum, qui omnia sua nihili aestimari, occultari, negligi volebat († 21. Apr. 1693). Praeter alia edidit: *Essai de l' histoire monastique d' Orient,* Parisiis 1678 in 8. l. accuratus et exactus, minus tamen notus; *Abrégé de l' histoire de l' Ordre de S. Bénoît,* où il est parlé des Saints, des hommes illustres, de la fondation et des principaux événemens des monastères, ib. 1684 t. 2 in 4; 1694; quae historia rara pertingit usque ad sec. X; t. 3. (quem auctor ipse maximi fecit) et initium 4. asservatur in bibliotheca nationali parisiensi. *La Défense des Sentiments de Lactance sur le sujet de l' usure,* ib. 1670 contra Gallaeum Calvinianum [1]); 1671; 1677; aliud quoque opus de usura edidit gallice inscriptum *Le Faux Dépot.* Réfutation de quelques erreurs populaires touchant l' usure, Lugduni 1674 in 12; sub inscriptione *Traité de l' usure,* Parisiis 1720; *Cura clericalis* t. 3 in 12. (ib. 1670) saepius prodiit, atque a Mabillonio commendatur in suis studiis monasticis. — Pariter Claudius Delle O. Praed. († 14. Oct. 1699) scripsit [2]) *Histoire ou Antiquitez de l' état monastique et religieux,* Parisiis 1699 t. 4 in 3 v. in 12., quae quamvis minus critica, non omni caret pretio propter eruditionem. — Ad historiam O. Carm. illustrandam multa collegit Jac. Meilendank ord. sodalis, Germanus († 1682), quibus usus est Phil. de Lorenzi in Beiträge zur Gesch. der triererischen Pfarreien, Trier 1887. — Aloysius Torelli O. S. Aug. ordinis historiographus plane insignis († 14. Jan. 1686) collegit *Secoli Agostiniani* overo historia generale del s. ordine eremitico del gran Dottore di s. chiesa s. Agostino... diviso in 13. sec., Bononiae 1659—86 t. 8 in f., opus valde rarum (m. 160). Prius jam ediderat: *Ristretto delle vite* degli huomini e delle donne illustri in santità e altri famosi soggetti per rara et singolar bontà insigni e venerabili dell' ord. agostiniano diviso in sei centurie, ib. 1647 in 4. — Raymundus Chapponel d' Antescourt can. reg. O. S. Aug. ad s. Genovefam et prior s. Eligii († 1700) edidit *Histoire des chanoines,* Parisiis 1699 in 12., seu indagationes historico-criticae de ordine canonico [1]). Alia auctoris nostri opera sunt: *Traité de l' usage de célébrer le service divin* dans l' église en langue non vulgaire et de l' esprit dans lequel il faut lire l' Ecriture sainte, Parisiis 1687 in 12; *Examen des vies intérieurs* 1709 in 12. adversus quietistarum errores. — Libertus de Pape O. Praem. Lovaniensis n. 13. Jun. 1619, abbas parcensis (a. natus 29) et vicarius generalis ordinis per Brabantiam et Frisiam, pietatis sincerae zelo et observantiae regularis studio insignis [2]), illustre ordinis ornamentum († 7. Jul. 1682) dedit *summaria chronologica* insignis ecclesiae parcensis sitae prope muros urbis lovaniensis ex archivio dictae ecclesiae in ordinem redacta variisque diplomatibus illustrata, Lovanii 1662, quae Ant. Sanderus suae *chorographiae Brabantiae sacrae* ed. 2. I, 157—283 inseruit; supplementum adjecit Hier. de Waersegghere ejusdem ecclesiae abbas a. 1726. — Arsenius Sulger OSB. Friburgi in Brisgoja natus (in baptismo Georgius Philippus dictus) sollerter collegit *Annales imperialis monasterii zwifaltensis* (in Suevia), sed morbo articulari laborans, verus Hermannus contractus, opus elimare non potuit, sed morte ante contabuit (17. Nov. 1691). Opus curarunt

[1]) Cf. Journal des Sav. 1672 p. 11.

[2]) Cf. acta erud. lips. a. 1700 p. 64—77; Biogr. univ. XI, 11.

[1]) Cf. act. erud. lips. suppl. III, 355—379; operis crisin edidit Car. Lud. Hugo O. Praem. Luxemburgi 1700.

[2]) Goovaerts Ecrivains II, 13 ss.

et continuarunt prior et conventus. Prodiit Augustae V. 1698 p. 1. et 2. Laudatur a veracitate [1]). — Leo Le Vasseur O. Cart. († 16. Nov. 1693) collegit *Ephemerides Cartusianorum,* quae speciem prae se ferunt Menologii, exhibet enim vitas vel notitias sodalium illustrium usque ad medium sec. XVII., Monstrolii 1890—92 t. 4 in 4. cura monachorum illius monasterii.

236. Historiam ordinis seraphici vel universalis vel specialis plures descripserunt. Huc spectant Franciscus Haroldus O. Min. Hibernus, Limericensis, Pragae, Viennae et Romae s. theologiae professor ac in romano collegio s. Isidori lector necnon totius ordinis chronographus († 1685), qui dedit *epitomen annalium O. Min.* Lucae Waddingi (1208—1540), Romae 1662 t. 2 (m. 70), cujus t. 1. praemisit Waddingi vitam. — Dominicus Gubernatis a Sospittello O. Min. chronologus totius O. Min. († 1690) maxima industria summoque labore ex Waddingo, ex instrumentis authenticis ordinis et ex variis auctoribus concinnavit opus vere egregium: *Orbis seraphicus* seu Historia de tribus ordinibus a seraphico patriarcha s. Fransisco institutis deque eorum progressibus et honoribus per quatuor mundi partes, Romae 1682—89 t. 5 in f. Operis consilium delineat in *idea orbis seraphici,* ib. 1688. Cogitaverat scil. illud tres in partes et circiter t. 35 dividere [2]). P. I. ipse quinque elaboravit t. (rarissimos m. 450), quorum 1. agit de fundatione, fine, ministris generalibus, regulis et reformationibus ordinis; 2. de diversis familiis trium ordinum; 3. et 4. exhibent decreta capitulorum generalium, constitutiones sedis ap. circa ordinem; 5. est primus tertiae p. scil. *de missionibus ordinis antiquis* ad finem usque sec. XV. Operis continuatio variis fuit sodalibus concredita, sed nonnisi a. 1742 prodiit auctore Sigismundo Cavalli t. 1. p. 2. (seu 6.), qui agit de singularibus provinciis, scil. de bavarica et quinque austriacis; duo alii t. videntur periisse; demum t. 2. p. 3. concinnatus ab Antonio Maria de Turre describit eas missiones sec. XVI. et XVII., quae subsunt congregationi de propaganda fide. Perierunt incendio tres ll. posteriores, prodiit tamen cura PP. Marcellini a Civetia et Theophili Dominichelli Ad aquas claras (Quaracchi) 1887 in f. — Fortunatus a Sospitello ejusdem ordinis auctor est op.: *Antiquioritas franciscana* ad libram historicae veritatis examinata, Lugduni 1685. — Casimirus Biernacki O. Min. Conv. a Calissia elaboravit *Speculum Minorum,* seu primigeniae religionis O. Min. Conv. aetas, ministri generales, filialium propaginum exortus, occasus, reditus; provinciae Sarmatiae et vicariae Russiae descriptio, Cracoviae 1688. — Balthasar de Medina O. Min. s. theologiae lector et provinciae suae chronologus scripsit hispanice *Mexicanae provinciae s. Didaci chronica,* Mexici 1682 t. 2 in f., quibus inseruit centuriam scriptorum strictioris observantiae discalceatorum. — Alphonsus Torres (a Turribus) O. Min. edidit *Chronica provinciae granatensis O. S. Francisci,* Matriti 1683 in f. — Angelicus Mediolanensis O. S. Fr. Ref. praepositus provincialis († 1692) in lucem emisit *Historia cronologica* della provincia di Syria e terra santa, di Gerusalemme, dove il Salvatore operò le meraviglie della redentione del mondo e dove sparse il suo sangue preciosissimo, con li felici progressi fatti in quella dalla religione serafica del S. Francesco cominciando dall' anno 1219, tradotto dal spagnolo, Venetiis 1694. Operis hispani (1684) auctor fuit sodalis Joannes de Calahorra reg. obs. provinciae burgensis, lector generalis et terrae s. discretus.

[1]) Cf. Holzherr Studien u. Mitth. aus dem Ben. O. VIII (1887), 205 ss.

[2]) Cf. Jeiler Lit. Rundschau 1887 c. 368.

— Antonius de Truxillo O. S. Fr. strict. Obs. Discal. hispanus praeter alia scripsit p. 2. *chronicorum provinciae s. Gabrielis,* Matriti 1693 in f.; *s. Marcus propugnatus,* ib. 1690 in 4. — Josephus Matritensis O. Cap. theologiae lector et minister provincialis, ob praecellentem concionandi facundiam selectus qui Carolo II. et Philippo V. esset a concionibus, *Annalium FF. Min. Cap.* P. Marcellini de Pise (cf. III[3], 701) t. 3. in hispanum convertit idioma cum nonnullis additionibus rerum gestarum provinciae Castellae, Matriti 1690. 1691 t. 2 in f.

237. *Missionum* historiam praeter hos narrat in primis Daniel Bartoli S. J. Ferrariensis n. 12. Febr. 1608, qui dum diu concupitas missiones adire per obedientiam non potuerit, apostolicum per Italiam operarium egit illarumque historiam floridissimo, sed nimis diffuso descripsit stilo († 12. Jan. 1685). Huc spectant: *Dell' Istoria della Compagnia di Giesù, l' Asia* p. 1., Romae 1653 in f.; et saepe alibi; Placentiae 1819—21 t. 8 in 8; *il Giappone* p. 2. Romae 1660 t. 2 in f.; *Missione al gran Mogor del P. Ridolfo Aquaviva* della C. d. G., sua vita e morte e di altri quattro Compagni uccisi in odio della fede in Salsete in Goa, ib. 1663 in 12; Dell' Istoria della Comp. d. G., *l' Inghilterra,* ib. 1667 in f.; *l' Italia,* ib. 1673 in f.; *Della vita e dell' Istituto di s. Ignazio,* Romae 1650 in f.; Brixiae 1838 t. 5 in 8; Taurini 1844 etc.; *Vita di s. Francesco Saverio,* ib. 1869 t. 2 in 8; *della Vita del P. Vincenzo Caraffa* settimo Generale della C. d. G., Romae 1651 in 4; *della Vita* e miracoli del b. Stanislao Kostka, ib. 1671 in 4. etc.; *della Vita di Rob. Card. Bellarmino,* ib. 1678 in 4; *della Vita di s. Franc. Borgia,* ib. 1681 in 4; *Esame della Risposta* ad una Scrittura, il cui titolo è: Che Orazione sia quella che chiamano di quiete, Parma 1832 in 16; *degli uomini e de' fatti della C. d. Giesù* memorie istoriche, Taurini 1847—56 t. 5 in 8 opus posthumum. Opera ejus[1]) quae laudantur ob stilum classicum et rerum ubertatem, prodierunt Taurini 1825—56 t. 38 etc. Plura versa fuere in varias linguas, etiam in latinam interprete P. Janin († 1672), quae tamen versio minus est nitida. — Joannis Foresi S. J. Lugani n. 13. Dec. 1624, philosophiae et theologiae professoris († 3. Apr. 1682), est historica relatio *de ortu et progressu fidei orthodoxae in regno chinensi* per missionarios Soc. J. ab. a. 1581—1669, collecta ex libris eorundem patrum S. J., Ratisbonae 1672 ed. altera et aucta (prior prodiit Viennae 1665). — Praetermitti non debent Philippus Couplet S. J. mechlinensis n. 1628 unus ex celebrioribus sinologis sui temporis, qui plura scripsit lingua sinensi. Naufragio periit, dum a. 1692 in suam rediret missionem. Ei debemus *Catalogum PP. Soc. J.,* qui post obitum s. Francisci X. ab a. 1581—1681 in imperio Sinarum J. Chr. fidem propugnarunt (Parisiis 1686); *Confucius Sinarum philosophus* sive scientia sinensis latine exposita, cum tabulis chronologicis, ib. 1687; opus aestimatum et rarum — Ludovicus Buglio SJ. Siculus, qui a. 45 transegit in sinensi imperio, in aula magnae erat auctoritatis et in literatura sinensi admodum versatus († 7. Oct. 1692). Multa opera (c. 20) reliquit in lingua sinensi, quam perfecte callebat. — Joannes Dominicus Gabiani S. J. Niciensis, missionarius in imperio sinensi etiam propter fidem diu carcere detentus († 1696), *incrementa ecclesiae sinicae* a Tartaris oppugnatae accurata et contestata narratione exhibet, Viennae 1667; 1673 in 4. — Multa quae spectant historiam missionis sinensis leguntur in operibus Dominici Ferdinandi Navarette vulgo Fernandez O. Praed. Hispani, in civitate Peñafiel Castellae veteris nati. Evangelii apud Sinas praesertim propagandi zelo ardens totum se huic de-

[1]) Sommervogel 1, 965—85.

dit consilio. Manilae primariam rexit theologiae cathedram, dein infidelium et novorum christianorum institutioni incubuit. Ex insulis philippinis dein transiit in imperium sinense atque missionis praefectus est constitutus. Orta tempestate in exsilium est pulsus. In Hispaniam rediit atque Romam se contulit, ut de missionibus referret. A Carolo II. Hispaniae rege designatus est archiepiscopus insulae Hispaniolae seu S. Domingo (1677): quo in munere egregium se exhibuit pastorem († 1689). Magnum concinnavit opus: *Tratados historicos,* politicos, ethicos y religiosos de la monarchia de China, Matriti 1676—79 t. 2 in f., in quo disserit etiam de Confucio aliisque sectis, ac dein de controversiis inter missionarios exortis [1]). Etsi vero in pluribus dissenserit a missionariis Soc. Jesu, eos tamen, dum Hispaniolae degeret, paterne fovit et juvit. — Joannes Crasset S. J. Dieppensis ob libros asceticos notissimus (n. 3. Jan. 1618; † 4. Jun. 1692) scripsit *Histoire de l' Eglise du Japon,* Parisiis 1689 t. 2 in 4, quam magna ex parte derivavit ex historia P. Solier S. J. (cf. III^3, 835), quam et ab a. 1624 continuavit ad a. 1658, Paris 1715. Ejus quoque est Dissertation *sur les oracles des Sibylles,* ib. 1678 in 8; 1684 ed. aucta *d' une reponse* à la critique de Markius. — Jo. Philippus de Marini S. J. praepositus provincialis missionum in Japonia († 1682) scripsit *Delle missioni* dei Padri della Comp. di G. nella Provincia di Giappone e particolarmente di quella di Tunkino ll. 5, Romae 1663; Venetiis 1665 t. 2 in 12. — De hac disserit et Jos. Tissanier S. J. Agensis (n. 1618, † 24. Dec. 1688) in *Relation du voyage depuis la France jusq'au royaume de Tunquin,* Parisiis 1663 — Emmanuel Ferreyra (Ferreiro) S. J. Olisiponensis († 1699) reliquit *Noticias sumarias das persequições da missaõ de Conchinchina* principiada e continuada pelos Padres de la Comp. de J., Olisipone 1700 in f. Converterat ibidem missionarius noster circa 20,000 idololatras atque in carcerem propter fidem fuit conjectus. — Balthasar de Santa Cruz O. Praed., qui cum 30 sodalibus a. 1666 profectus est in Philippinas insulas primamque rexit in universitate manilensi cathedram, narrat *Historia de la provincia del s. Rosario* de Filippinas, Japon y China del sagrado orden de Praed. t. 2, quae complectitur historiam ab a. 1637—76, Caesaraugustae (Zaragoça) 1693, opus rarissimum (m. 120). — Josephus a s. Maria [1]), in seculo Hieronymus ex comitibus de Sebastianis, ortus Caprarolae a. 1620, sodalis ord. Carm. Excalc., theologiae lector fuit aliquamdiu in Germania, inde revocatus in suam provinciam romanam. Ab Alexandro VII. missus est in Malabariam ad christianos s. Thomae, qui a fide defecerant, reconciliandos. Rebus bene compositis Romam rediit, sed secundo illuc pergere jussus est creatus episcopus hieropolitanus, ut catholicae fidei ibidem succurreret. Capto a Batavis Coccino discedere compulsus est. Hinc a pontifice visitator apostolicus ad insulas archipelagi delegatus est. Post reditum dictus est primum episcopus bisignanensis, dein translatus ad Typhernatem sedem (Città di Castello), ubi pie obiit 15. Oct. 1689. Edidit praeter ascetica italice *Expeditionem primam* ad Indias orientales, Romae 1666; *secundam,* ib. 1672; *visitationem* ecclesiarum archipelagi, ib. 1687.

238. Andreas Boromaeus Theat. Mediolanensis missionis in Iberia praefectus, recusatis infulis, barbarorum

[1]) Fuse de hujus op. argumento scribit Echard II, 720 ss.

[1]) Alius Joseph a s. Maria sodalis, Baeticus († 1694) reliquit praeter inedita *Theatrum morale,* quod alio nomine dicitur excusum, et *conciones,* Augustae V. 1732.

saluti annis pluribus unice addictus († 1682) scripsit *Relazione della Georgia,* Mingrellia et Missioni de' PP. Teatini in quelle parti, quae exstat in op. Barth. Ferro *Istoria delle Missioni* de' Chier. reg., Romae 1704 in f. — Claudius Dablon S. J. Dieppensis (n. 1618; † 20. Sept. 1697) diu missionarius in regionibus canadensibus inde misit *Relation* de ce qui s'est passé de plus remarquable aux Missions des Pères de la comp. de J. en la Nouvelle France les années 1670 et 1671, Parisiis 1672 in 8; 1671 et 1672, ib. 1673; 1672 et 1673, La Nouvelle York 1861; 1673—79, ib. 1860; duae priores reperiuntur etiam in *Relation des Jésuites* contenant ce qui s'est passé de plus remarquable dans les Missions des PP. de la C. d. J. dans la Nouvelle France, Quebec 1858 t. 4: posteriores (1672—8) duae in *Relations inédites,* quas in lucem protraxerunt PP. Felix Martin et Demontézon, Parisiis 1861. — Ejus modi *relations* [1]) de ce qui s'est passé (ab a. 1650—70) en la Mission de PP. de la C. de J. au pays de la Nouvelle France literis dedit ejus sodalis Franc. Jos. Mercier strenuus missionarius († 1690) octo distinctis fasc., Parisiis 1654—70. — De hac missione cf. et Christ. Le Clerc [2]) O. Min. († 1695) in suo op. *Etablissement de la foi* dans la Nouvelle France, Paris, 1691 t. 2 in 12. — Fortunatus Alamandinus [3]) O. Cap., Bononiensis († 1692) edidit politiori stilo quam ejus sodalis P. Antonius Cavatius a Montecuculo († 1638) composuerat: *Istoria delle Missioni d' Angola,* del Congo e d'altri Regni dell' Africa e nell' Indie con i costumi di quei Paesi, Bononiae 1687; Mediolani 1690 in 4. — Josephus Besson S. J. Carpentoratensis, missionarius per Orientem (n. 1610; † 17. Mart. 1691) reliquit *La Syrie Sainte* ou la Mission de Jesus et des Peres de la Comp. de J. en Syrie, Parisiis 1660 pp. 2 in 8; 1862 cura P. Carayon. In Civiltà Cattolica 1876 t. XII, 541—56 exhibentur specimina ex ejusdem tr. mscr. de fide et cultu orientalium circa immaculatam b. Mariae V. conceptionem. — Franc. de Florencia S. J. Floridanus, Mexici philosophiae et theologiae professor (n. 1619; † 29. Jun. 1695), descripsit *Historia* de la Provincia de la Comp. d. J. de Nueva España dividida en ocho libros, Mexici 1694 in f. (m. 400). Partes 2. et 3. quas promiserat non prodierunt. — Nicolaus du Toict (ab Hispanis dictus de Techo) S. J. Insulensis n. 28. Nov. 1611, in Paraguaria missionarius et hujus missionis praepositus provincialis († 20. Aug. 1685), descripsit *Historiam provinciae Paraguariae S. J.* Leodi 1673 in f. — Joannes Melendez O. Praed. Peruanus natione, Limensis patria varia ordinis munera obiit, munere etiam functus est visitatoris ecclesiarum et episcopatuum Civitatis regum metropolitanae et aliarum († 1690). Has tamen inter occupationes non leves animum applicuit scribendae historiae provinciae suae in op. *Tesoros verdaderos de las Indias* in la Historia de la gran provincia de s. Juan Bautista del Peru de el orden de Pred., Romae 1681 t. 3 in f., opus rarum.

239. Ad *archaeologiam christianam* [1]) nonnihil contulerunt Simon Boussac

---

[1]) Cf. Sommervogel V, 968.

[2]) Cf. Bi. nat. de Belg. XI, 579.

[3]) Alius ab eo est L. Augustinus Alemand Gratianopolitanus advocatus, cujus exstat *Histoire monastique d' Irland,* Parisiis 1690 in 12. Natus is est a. 1653 parentibus calvinianis, sed ad Ecclesiam catholicam rediit 1671; decessit c. 1735.

[1]) Ad archaeologiam potius profanam spectant Petri Berthaldi (Berthault) congr. Orat. opera, inter quae l. singularis *de Ara* Nannetis 1636. 1651 ed. 3; etiam in t. VI. thes. antiq. roman. Uetrecht 1697, in quem magna diligentia congessit quidquid de hoc argumento apud auctores repererat profanos. Fuerat Berthault admodum cultus in literis humanioribus et

in opere inscripto *noctes theologicae* seu dissertationes, ex quibus sublimes alias scientias theologicae ancillari colligere sit, ipsamque illis praelucere, Parisiis 1697 in 8., in quo praeter alia quaedam ad hanc disciplinam et ad ritus ecclesiasticos spectantia continentur[1]). — Cornelius Margarinus O. S. Ben. Romanus (n. 1605; † 1681), abbas titularis e congr. casinensi, cui magno eruditorum consensu[2]) tribuuntur *Inscriptiones antiquae basilicae monasterii et horti s. Pauli de Urbe* ad viam ostiensem, Romae 1654 in f., opus magno labore et eximia diligentia confectum, antiquissima epitaphia tum christianorum tum ethnicorum et obsoletos propemodum characteres dilucide atque enucleate exhibens. Auctor erat a reconditae antiquitatis studiis celeber, ab eruditis et principibus viris magno in honore habitus: in veteribus monumentis nocturna diurnaque manu pervestigandis diligens; lucubrandi fervidum studium ad extremam usque senectam perduxit[3]). Collegit quoque *bullarium casinense* seu constitutiones ss. pontificum, principum, ss. congregationum etc. pro congr. casinensi, Venetiis 1650 t. 1; Tuderti t. 2. in f. — Pariter Josephus Malatesta Garuffius, Ariminensi urbi a bibliotheca, historicus et archaeologus, inscriptiones veteres collegit in op. *Lucerna lapidaria*[4]), quae titulos, monumenta, epitaphia, inscriptiones ac sepulcra tum gentilium tum Christianorum via Flaminia et Arimini scrutatur, Arimini 1691, 1692 in 4., recognita a Sigeberto Haverkamp et inserta *thesauro Italiae* t. VII. p. 2. Ejusdem etiam est: *Italia academica* o sia le Academie aperte nella città Italiane raccolte e descritte, Rimini 1688. *Ephemerides literarias* scribere coepit, quarum nonnisi tres fasc. prodierunt inscripti *Il Genio de Letterati,* colle notizie più scelte e peregrine de' libri moderni e con altre abbondanti ed erudite curiosità a varie Scienze ed Arti appartinenti, Forli 1709 in 4. — Raphael Fabretti Urbinas (n. 1619; † 19. Jan. 1700) juvenis a. 18 jam legis doctor, Alexandro VIII. a secretis et sub Innocentio XII. praefectus archivi in arce s. Michaelis archangeli, basilicae vaticanae canonicus, in antiquitatis historiis et monumentis versatus, necnon criticus sagax, plura post se reliquit suae eruditionis monumenta, quae quidem magna ex parte ad archaeologiam profanam spectant, sed huc referre possumus ejus *inscriptionum antiquarum,* quae in aedibus paternis asservantur, *explicationem et additamentum,* Romae 1699 in f., quae verus est antiquitatis thesaurus[1]). — In primis vero hic nominandus est Jo. Justinus Ciampini origine Valtelinus Romae tamen n. 13. Apr. 1633 († 12. Jul. 1698), magister brevium gratiae, majoris praesidentiae abbreviator, necnon utriusque signaturae referendarius, fundator academiae pro historia ecclesiastica (1671)

concinnavit praeter alia *Epitomen* rerum a Gallis bello gestarum quam inscripsit *Florus Gallicus.* Ea saepe admodum prodiit, Parisiis 1647 in 12. ed. 5. Decessit canonicus et archidiaconus carnotensis 19. Oct. 1681. Cf. Batterel Mémoires dom. pour servir à l' Hist. de l'Orat. II, 226—34.

[1]) Cf. J. des Savans XXVI, 254—59.

[2]) Cf. Saxius in Onomastico V, 10.

[3]) Cf. Ziegelbauer IV, 690, qui p. 353 insignis operis archaeologici mentionem facit, quod ms. reliquit; Bibliothecae benedictino-casinensis I, 140.

[4]) Cf. Acta erud. lips. 1693 p. 347—353, ubi alia hujus auctoris opera indicantur.

[1]) Cf. Act. er. lips. 1699 p. 337. Mém. de Trév. 1701 mensis Jul. p. 49—62; et mensis Sept. 16—32, ubi plura de hoc opere deque auctore, qui impense propter eruditionem laudatur: et revera a viris doctissimis omnis regionis meruit laudari. Ita Rossi, Roma sotterranea t. 1. praef. c. 10. de eo scribit: „Insigne era la perizia di lui nella profana e nella sacra antichità, e l' epigrafia a lui deve l' essere stata quasi ridotta a forma di scienza." Cf. de eo in primis Bibl. pic. IV, 58; Fabronius VI, 168—230; Saxius Onomast. lit. V, 278 ss. Niceron IV, 373 ss.

et (1679) academiae scientiarum sub protectione Christinae reginae Sueciae, cujus eruditionis archaeologicae et historicae plura exstant monumenta [1]), e quibus mentione digna: *Vetera monumenta,* in quibus praecipue musiva opera, sacrarum profanarumque aedium structura ac nonnulli antiqui ritus diss. iconibusque (138) illustrantur, Romae 1690—1693 v. 2 in f.; 1747 t. 3 (l. 110), quae ed. complectitur alia ejusdem opera: Conjecturae *de perpetuo azymorum usu* in Ecclesia latina vel saltem romana, qua occasione vox *Fermenti* in Melchiadis et Siricii decretis ac in ep. Innocentii I. aliique veteres ecclesiastici ritus declarantur, Romae 1688 in 4. adversus Sirmondi sententiam [2]); *Examen libri pontificalis* sive vitarum rom. pontificum, quae sub nomine Anastasii bibliothecarii circumferuntur, cum catalogo s. romanae Ecclesiae bibliothecariorum juxta chronologicum ordinem, ib. 1688 in 4., in quo contendit, has vitas diversorum esse auctorum, Anastasio ipsi tribuendas esse tantum quinque pontificum vitas [3]). *Parergon ad examen l. pontificalis* sive ep. Pii II. ad Carolum VII. regem Franciae ab haereticis depravata et a launojana calumnia vindicata, ib. 1688 in 4; Sacro-historica disquisitio *de duobus emblematibus,* quae in cimelio em. et rr. D. Casp. card. Carpinei asservantur, in quorum altero praecipue disceptatur, an duo Philippi imperatores fuerint christiani [4]), ib. 1691 in 4; diss. historica *an pontifex rom.* baculo pastorali utatur, 1690 in 4; *de sacris aedificiis a Constantino M. constructis* synopsis historica [5]), ib. 1693 in f. (m. 60); *de s. rom. Ecclesiae Vicecancellario* illiusque munere, auctoritate et potestate deque officialibus cancellariae apostolicae aliisque ab eodem dependentibus, Romae 1696 in 4; *Explicatio duorum sarcophagorum* sacrum baptismatis ritum indicantium, ib. 1697 in 4 etc. Cum Francisco Nazzari Bergomensi condidit *Giornale dei Letterati,* quo eruditionis et artis criticae promovit studium. Versatus etiam erat in physica et astronomia. Selecta ejusdem op. edidit Giannini t. 3 Romae 1747. — Saturninus ab omnibus Sanctis in seculo dictus Franc. Chassac O. Carm. Tolosanus († 9. Jan. 1689) scripsit gallice *Antiqua Roma* ab Evangelii praedicatione sanctificata seu monumenta praecipua in honorem Dei cum tabulis aere incisis, Lugduni 1665 in 8; *Nova Roma* seu descriptiones basilicarum, templorum, ecclesiarum, devotionis locorum etc., ib. 1665; *de vero et falso* (ut vocant) *interesse,* Tutelae 1678, in quo ostendit, quam futilia sint eorum fundamenta, qui veram usuram palliare nituntur.

240. Inter *hagiographos* doctrina celebritatisque fama vere excellit Godefridus Henschenius (Henschen) [1]) natus 21. Jan. 1600 in oppido Venray (non Venrad) in Geldria. Magistrum in rhetorica habuit Joan. Bollandum, qua finita Societatem Jesu est ingressus 21. Nov. 1619. Magno exarsit zelo ad missiones in Septemtrionis provinciis, atque suae illuc coepit dirigere studia, ut quam aptissimum se faceret reducendis heterodoxis. Aliis vero studiis applicatus non desiit in sodalibus ubicunque poterat similem excitare zelum, et eos, qui illuc dirigebantur, consilio auxilioque juvare. Socius additus fuit (1635) Bollando (cf. p. 231) in Sanc-

[1]) Cf. Fabronius VI, 236—80; Niceron IV, 193; vita auctore Sanctorio praemissa ed. romanae a. 1747 op. omnium hujus auctoris; Tiraboschi t. VIII, 2 c. 1 n. 13; Saxius op. c. V, 364; Binder KL. III², 360.

[2]) Cf. acta er. lips. 1688 p. 658—661.

[3]) Cf. de hoc et de op. sequenti acta er. lips. suppl. I, 167—172.

[4]) Cf. acta er. lips. suppl. II, 93—98.

[5]) Cf. J. des Sav. XXVI, 146—52.

[1]) Cf. ejus vita scripta a Papebrochio in fronte t. 7. mensis Maj.; Biogr. nat. de Belgique IX, 224—33; A. E. L. 1688 p. 3—13; 1689 p. 57—62. Holzwarth KL. V², 1718.

torum actis edendis, coepitque jam in diem 7. Januarii suam conferre symbolam [1]) exorsus a s. Witekindi, Westphalorum ducis, vita ex variis auctoribus colligenda. Tanta vero erat Henschenii modestia, ut nomen suum praefigi operibus communibus nollet: satis sibi esse dictitans, si sanctis probaret quem consecraverat iis laborem suum. Magni eum fecit Bollandus, qui ejus sequens consilia plura eorum, quae jam elaboraverat, retractavit, ipsumque opus majori apparatu critico atque eruditionis copia est agressus. Ad colligenda nova sanctorum acta Romam missus fuit cum Papebrochio, altero Bollandi socio, unde ditissima messi collecta rediit exeunte a. 1661. Octogenarius, imo jam paralysi tactus a studiis non cessavit semperque utiliter laboravit († 11. Sept. 1681). Memoria pollebat excellenti, hinc fiebat, ut domesticis fere omnibus pro indice bibliothecario esset. Contulit suam operam ad acta sanctorum mensium Januarii, Februarii, Martii, Aprilis et ad sex tomos mensis Maji, proinde ad t. 18. Scripsit quoque exegesin historicam *de episcopatu tungrensi ac trajectensi*, Antwerpiae 1653 in 4. et in actis mensis Maji t. 7; *diatribam in catalogos veteres rom. pontificum*, quae exstat in fronte t. 1. act. Aprilis; *de tribus Dagobertis* Francorum regibus diatribam, in qua horum regum ac successorum genus, tempus, acta indicantur: Dagoberto II. s. Sigeberti filio regnum austrasianum vindicatur, et chronologia ex conciliis et episcoporum gestis illustratur, Antwerpiae 1655 in 4., quam apologetica diss. vindicavit adversus Hadr. de Valois; *notitiam brevem* Italiae, Hispaniae, Galliae, Belgiae, Germaniae, et quasdam alias diss., quae sparsae exstant in SS. actis.

241. Henschenio subjungimus Jo. Gamans S. J. geldrensem n. Nienariae in Ubiis 1606, qui dum in castris militibus curam spiritualem impenderet et variis in civitatibus versaretur occasione utens bibliothecas lustrabat vitasque colligebat, quae in Actis SS. prodirent. Hinc Bollandus gratus de eo testatur: „Plurima in Germania, Bohemia et Belgio descripsit, ingentem mihi suppeditavit thesaurum ac quasdam vitas ipsemet pro egregia sua eruditione examinavit illustravitque". Cogitavit novam conciliorum moguntinorum ed., ut illustraret Metropolim moguntinam, pro qua collegerat schedarum copiam t. saltem 12 comprehensam, quibus plures viri eruditi usi sunt. Ipse Leibnitius datis literis ad Ernestum comitem Hassiae-Rheinfels solicitum se ostendit, ne tantus thesaurus periret [1]). Obiit 25. Nov. 1684. — Aegidius Rambeck (Ranbeck) O. S. Ben. scyrensis Monachii n. 25. Jan. 1608, juris canonici in academia salisburgensi (1643—51) professor, aliquamdiu vicarius generalis episcopi chiemsis († 11. Oct. 1692), composuit *Kalendarium annale* benedictinum per menses et dies sanctis ejusd. ord. inscriptum, Augustae V. 1675 t. 4 in f. cum 366 incisionibus, opus rarum et carum. Plura quoque reliquit opera de jure canonico [2]), inter quae sunt *Panoplia immunitatis et libertatis ecclesiasticae*, qua se clerici aliaeque missae in sortem Domini personae defendere se possint contra quotidianos laicorum incursus ac violentias, Augustae V. 1666 in 4., opus juridica

[1]) Cf. Bollandum in praef. generali c. 4 § 1. Hoc vero est Papebrochii judicium de utroque (in Henschenii vita § 2 n. 11): „Elegantia cultioris latinitatis superare forsitan Bollandum dixeris, sed praerogativam acrioris ingenii firmiorisque judicii dubites utri concedere debeas."

[1]) Cf. Falk Katholik 1878 II, 300—308, qui de eo scribit: Wäre seine Sammlung im Druck erschienen, so besäße Mainz seit zwei Jahrhunderten eine Geschichtsdarstellung so großartig, als sie sich nur denken läßt; Duhr Zeitschr. f. k. Theol. XIII (1889), 88; Sommervogel III, 1148.

[2]) Cf. Rotermund VI, 1297; Schulte allg. d. Biogr. 27, 202.

doctrina refertum et in romana etiam Rota laudibus celebratum, quo hoc privilegium strenue tuetur, *Asylon fori ecclesiastici*, ib. 1651 in 4. etc. — Fridericus Steill O. Praed. Bingii n. uberioris in theologicis eruditionis cupidus varias Europae scholas lustravit, non solum germanas, sed etiam italas et hispanas: simulque bibliothecas scrutabatur, archiva revolvebat, monumenta antiqua excutiebat pro ordinis historia illustranda. Laborum fructus exhibuit primum germanice describens vitas sanctorum, beatorum et aliorum utriusque sexus ord. s. P. Dominici pietate virtutibusque illustrium per singulos anni dies distributas, Coloniae 1676 in 4; dein uberius retractatas in op. *Ephemerides dominicanosacrae* h. e. paradisus spirans odorem sanctitatis et virtutis refertus floribus sanctorum ex ord. Praed., qui in omnibus mundi partibus floruerunt, et historiis authenticis, monumentis et aliis curiositatibus plenus, Dilingae 1692 t. 2 in 4. — Eodem fere tempore ejus sodalis Dominicus Maria Marchese, de quo infra redibit sermo, collegit *Il sacro Diario Domenicano* diviso in t. 6 in f., che contengono le vite de' Santi, Beati e venerabili dell' ord. dei Predicatori, Neapoli 1668—79. — Steph. Thomas Soueges O. Praed. Aquitanus in vico Stafort natus 29. Mart. 1633, philosophiae, dein theologiae lector et novitiorum magister, historiae sui sodalitii illustrandae totum se dedit laudandaque sedulitate per 20 annos monumenta collegit, quamvis forte non semper satis critico usus sit judicio. Fructum suae diligentiae atque sollertiae exhibuit in op. *L' Année Dominicaine* ou les vies des saints, des bienheureux, des martirs et des autres personnes illustres ou recommandables par leur piété de l' un et de l' autre sexe de l'ordre de FF. Prech. avec un martirologe. Septem menses elaboravit t. 11 Ambiani 1678—1696; adjecit elenchos pontificum, cardinalium etc. ex ordine assumptorum. Opere nondum completo decessit 19. Jan. 1698. Mensis Septembris p. 1. adjecit sodalis Carolus a s. Vincentio († 4. Jun. 1709) minus felici successu, Ambiani 1702 in 4; alteram p. Jacobus Lafon seu potius D. de Vienne presbyter tertii ordinis s. Dominici absolvit ediditque ib. 1710 in 4., sicut et mensem Octobris ib. 1712. Utrum alii menses prodierint nos latet. — Balthasar a Messana O. Min. Siculus († 1695) in compendium redegit Arturi a Monasterio (cf. III[3], 1122) *Martyrologium franciscanum,* in quo sancti, beati aliique servi Dei, martyres, pontifices, confessores ac virgines, qui tum vitae sanctitate tum miraculorum gloria in universo ordine s. P. Francisci toto orbe terrarum cunctis usque nunc seculis claruere, necnon utriusque sexus tam secularium quam regularium tertiariorum recensentur, Venetiis 1668 in 4; 1679. — Etiam Benedictus Mazzara Sulmonensis collegit *Leggendario* Venetiis 1676—89 t. 4, in quo agit de sanctis et illustribus Franciscanis. — Franciscus Giry O. Minim. Gallus († 20. Nov. 1688) scripsit *Vie des Saints,* Paris 1876 t. 4 in 12. ed. 8. — Romualdus a s. Maria O. S. Aug. edidit *Flaviam Papiam sacram,* Ticini regii 1699 in f., quo opere continentur breves eorum sanctorum historiae, qui Ticini quiescunt. — Francisci Carrera S. J. natione Siculi, patria siclensis (n. 1627; † 17. Febr. 1683) est *Pantheon siculum* sive sanctorum siculorum elogia, Genuae 1679 in 4. — Joachim Sailer O. S. Ben., abbas fischingensis [1]) reliquit

[1]) Hoc sibi composuit epitaphium:
Hic situm est corpus Joachimi abbatis,
Electi a. 1672 die 9. Septembris.
Vivere et peccare desiit
Anno 1688
Die 4. Februarii.
Vivant in aeternum Jesus, Maria, Joseph;
Recordentur infimi mancipii sui
Sub hoc lapide resurrectionem expec-
[tantis.

Turgoviam sanctam (germanice) seu vitas sanctorum, qui in Turgovia vel primam lucem aspexerunt vel aetatem egerunt. — Venantius Simius O. Vallumbr. collegit *Catalogum Sanctorum* et virorum illustrium, qui veluti mystici flores effloruerunt in Valle Umbrosa, Romae 1693 in 4. — Matthias Tanner S. J. Plsnensis, Bohemus n. 28. Febr. 1630, universitatis pragensis rector et provinciae bohemicae praepositus († 8. Febr. 1692) praeter alia concinnavit opus inscriptum *Societas Jesu usque ad sanguinis et vitae profusionem militans* . . . sive vita et mors eorum, qui ex Soc. J. in causa fidei et virtutis propugnatae violenta morte toto orbe sublati sunt, Pragae 1675 in f. cum iconibus; *Societas Jesu apostolorum imitatrix* sive gesta praeclara et virtutes eorum, qui e Soc. J. in procuranda salute animarum . . . per totum orbem terrarum speciali zelo desudarunt, ib. 1694 p. 1. opus posthumum. — Joannes Tanner Matthiae frater, professor theologiae Olomucii et academiae olomucensis cancellarius (n. 17. Aug. 1623; † 4. Nov. 1694), praeter alia biographica P. Chanowsky S. J. († 1646) opus *Vestigium Bohemiae piae* (cf. III [3], 1142) notis illustravit et auxit Pragae 1659. Reliquit et opera msc., quae omnia ad historiae patriae notitiam multum faciunt, et Bohemiam exteris commendabilem reddunt.

242. De *historia literaria* jam plures insigniter meruere. Huc spectant: Nicolaus Toppi Theate (Chieti) oriundus natus c. 1603. Neapoli studiis operam dedit atque diligenter archiva lustrans archivarii munus promeruit († 1681). Collegit *Biblioteca neapolitana* ed apparato degli huomini illustri in lettere di Napoli e del regno, delle famiglie, terre, città e religioni dalle loro origini, Neapoli 1678 in f., nomenclator est aridus et imperfectus. Dolendum, auctorem sprevisse suppetias, quas celeberrimus Magliabecchi ipsi obtulerat. Franc. Nicodemi edidit *Addizione* alla Bibliotheca neap. di Nic. Toppi, Neapoli 1683 in f. — Longe majoris meriti et eruditionis [1]) sunt opera Nicolai Antonii Hispalensis ord. s. Jac. equitis, patriae ecclesiae canonici, regiorum negotiorum in Urbe et romana curia procuratoris generalis et consiliarii regii (n. 28. Jul. 1617; † 13. Sept. 1684), de cujus *bibliotheca hispana vetere* supra p. 531 egimus. Condidit quoque *bibliothecam hispanam novam* sive hispanorum scriptorum qui ab a. 1500 ad 1672 floruere notitiam, Romae 1672; quam cum priore opere (auctam ad a. 1684) ediderunt Fr. Per. Bayer, A. Sanchez et A. Pellizer, Matriti 1788 t. 4 in f. — Eam continuavit R. de Castro in Biblioteca española, Madrid 1781 — 86 t. 2. — Joannes Franchini O. Conv. Mutinensis, procurator generalis ordinis, collegit *Bibliosofia e memorie letterarie* di Scrittori Francescani conventuali, che hanno scritto dopo l'anno 1585, Mutinae 1693 in 4., opus valde rarum. — Dionysius a Genua O. Cap. vir insigniter laboriosus († 1695) magna industria collegit *Bibliothecam scriptorum* O. Min. s. Franc. Capuccinorum, Genuae 1680 in f.; 1691; *statum religionis franciscanae Min. Conv.* expressum numero provinciarum et conventuum a. 1682; accedit ejusdem diss. de antiquitate rel. franciscanae conventualibus adjudicata, Romae, 1682 in 4. — Andreas Rovetta O. Praed. Brixianus, praepositus provinciae et generalis fidei inquisitor veronensis, auctor est op.: *Bibliotheca chronologica* illustrium virorum provinciae Lombardiae s. ord. Praed.,

Viator!
In hoc sepulcro latet sepulcrum dealbatum,
Plenum ossibus mortuorum
Et omni spurcitia (Matth. 23, 27).
Miserere et ora, ut
In sanguine Agni
Vere dealbetur.

[1]) Cf. Mich. a s. Joseph III, 357.

qui ab ordine condito ad haec usque tempora in orthodoxae fidei defensionem, in apostolicae sedis exaltationem, in haereticorum depressionem inque Christi fidelium utilitatem respective calamum acuere, Bononiae 1691, quod opus, inquit Quetif II, 728, non ea qua par erat diligentia elaboratum fuisse merito potiores dolent. — In primis vero laude dignus est Jacobus Quetif pariter O. Praed. Parisiensis, vir laboriosissimus, in pervolvendis bibliothecarum libris editis et mss. diligentissimus († 1698 a. aetatis 78), qui inchoavit opus plane insigne: *Scriptores Ord. Praedicatorum recensiti* etc., quod absolvit Jac. Echard, de quo alias. Edidit praeterea: R. A. P. Hieron. de Medicis a Camerino O. Praed. (cf. III³, 654) *formalem explicationem Summae theologiae d. Thomae Aq.*, Parisiis 1657 v. 5 in f.; *vitam R. P. Fr. Hier. Savonarolae Ferrariensis O. Pr.* auctore ill. D. Joan. Franc. Pico Mirandulae Concordiaeque principe notis accuratam, . . adjecto ceu mantissa revelationum ejus F. Hieronymi compendio, additionibus insuper, actis, diplomatibus, epistolis scriptorumque monumentis auctam et illustratam t. 2, quorum 1. vitam cum notis et stemmatibus, alter additiones et acta exhibet, ib. 1674 in 12. Adjecit t. 3., qui continet *Hier. Savonarolae epistolas spirituales et mysticas* etc. — Raphael Badius O. P. Florentinus, theologiae magister in universitate florentina (fl. 1695) vir antiquitatum etruscarum curiosus indagator, collegit *Constitutiones et decreta* s. florentinae universitatis theologorum una cum illius primaeva origine ac illustrium virorum, qui ex illa frequenter prodierunt enarratione, Florentiae 1683; *Discorso* utilissimo esortativo alla riverenza e divozione dell'acqua benedetta, ib. 1680.

VI. Theologia practica.

243. Tres summi pontifices hac periodo decesserunt, quorum primus fuit Innocentius XI. Benedictus Odescalchi antea dictus, patria Comensis n. 16. Maji 1611. Post bene obita plura munera creatus est cardinalis (1645) ab Innocentio X. et demum plaudente populo electus in pontificem 21. Sept. 1676. Insignis plane erat et apostolicus pontifex. Propositiones 65 ex laxiorum moralistarum operibus excerptas reprobavit 2. Mart. 1679; alias 68 propositiones pravas Mich. de Molinos quietistarum ducis damnavit 20. Nov. 1687; jus asyli, quod cum magno justitiae publicae detrimento sibi Romae vindicabant legati exterorum principum, non obstante Ludovici XIV. ira et contradictione, fortiter sustulit, eidem praepotenti regi jus regaliae ultra fas extendenti imperterrite restitit, famosam declarationem gallicanam a. 1682 cassavit, quam plures ex episcopis regimini serviliter obsequentibus postea etiam retractarunt. Rigidum procedendi modum regis illius in Hugenottas minime probavit. Principes catholicos interim ad bellum in Turcas incitavit, quem in finem quaqua versus Caesari inprimis, Venetis, Polonis copiosissima misit pecuniarum subsidia. De reformatione morum solicitissimus erat, hinc nepotismum a curia longe ablegavit, cardinales ad restringendum nimium luxum induxit, parsimoniae in ipsa aula studuit, clericos de servanda modestia morumque honestate serio monuit, feminarum indecentem vestitum severe prohibuit, frequentem promovit edito decreto communionem. Erga pauperes erat quam maxime liberalis, ut jam cardinalis a pontifice diceretur ‚pater pauperum'. Plurimis molestiis, assiduis curis, senio pressus in-

cidit gravem morbum. Identidem ingeminavit ‚Domine auge dolorem, adauge patientiam'. Piissime obiit 10. Aug. 1689 ingenti omnium luctu. Adeo sancte semper vixerat, ut coepta fuerit sub Clemente XI. beatificationis ejusdem causa [1]). Ejusdem *bullae* continentur in Bullario magno ed. Luxemb. VII, 1 s.; X, 212 s.: XI, 189 s.; ed. taurin. XIX, 1 s.; *epistolas* ad principes edidit Berthier Romae 1891—1895 t. 2.—Innocentio XI. successit 6. Oct 1689 Petrus Octoboni Venetus, qui dici voluit Alexander VIII. Juvenis tanto profectu studiis operam dedit ut a. natus 17 utriusque juris et theologiae lauream Patavii sit adeptus. In gerendis negotiis miram dexteritatem, facilitatem atque ingenii aciem prodebat, hinc viam sibi paravit ad altiora munera. Annum jam 81. agebat, cum eligeretur in pontificem. Non diu tenuit sedem apostolicam, mortem enim oppetiit 1. Febr. 1691. Et ipse const. 4. Aug. 1690 damnavit declarationem gallicanam, Jansenianis fortiter restitit, hinc reprobavit plurimas erroneas prop. 14. Aug. et 7. Dec. 1690; confirmavit Pii V. et Gregorii XIII. constitutiones, quibus damnantur prop. 79 Baji, iterum prohibuit Jansenii l., cui titulus *Augustinus*. Patriam suam copiosis juvit subsidiis in pugna contra Turcas; bibliothecam vaticanam auxit aquisita bibliotheca Christinae reginae, quae locuples erat pretiosis codicibus. — Hunc excepit 13. Jul. 1691 in pontificatu post conclave fere semestre Innocentius XII. e nobilissima Pignatelli familia Neapoli 13. Martii 1615 ortus. Nuncius ad varias aulas missus creatus est ab Innocentio XI. cardinalis, quem in regenda ecclesia imitandum sibi proposuit. Nepotismum eliminavit edita hac de re bulla [1]), quam rigide ipse servavit, beneficentissimus vero erat in pauperes, quos suos appellavit nepotes eorumque quingentos aluit. Parsimoniae studuit; justitiae ministris ne quid acciperent districte mandavit. Nonnisi dignis contulit ecclesiasticas dignitates omni alia etiam sanguinis ratione posthabita. Securitati publicae admodum turbatae severitate legum prospexit. Controversiam inter Bossuet et Fenelon super amore erga Deum purissimo diremit damnatis 12. Mart. 1699 prop. 23. Galliae episcopos, qui declarationi gallicanae a. 1682 adhaeserant, ad ejus retractationem adegit [2]). Obiit pontifex annis gravis 27. Sept. 1700. Ejus *bullae* prodierunt [3]) seorsim Romae 1697, et in Bull. magno ed. luxemb. VII, 119 s.; XII, 71 s.; ed. taur. XX, 168 ss.

244. Fervor ille, quem in excolenda promovendaque theologia *practica* quaquaversus et secundum omnes, in quas dispesci potest, disciplinas in praecedenti periodo merito laudavimus, nullatenus restinctus est. Benedictus Archimbaud congr. Orat. Lugdunensis, variis in locis philosophiae, dein theologiae professor (n. 11. Jul. 1643; † 25. Aug. 1688), reliquit [4]) *Abrégé historique du droit canon.*, contenant des remarques sur le décret de Gratien avec des dissertations sur les plus importantes matières de la discipline et de la morale chretienne, Lugduni 1689. — *Introductionem ad jus canonicum*

[1]) Cf. Matthias Jos. Lippi: *Vita di papa Innocenzio XI.*, quam edidit auctam P. G. Berthier O. Praed. Romae 1889. Lippi hujus pontificis erat aequalis suumque opus complevit 1695 ex documentis archivi vaticiani; Bonamici de vita et rebus gestis Innocentii XI., Romae 1776; germanice Frankfurt und Leipzig 1791; Joan. Albrizzi Vita di Innocenzo XI ll. 3, Romae 1695; *Epistolae* ad pontifices ab eo collectae prodierunt Romae 1891; G. Colombo Notizie biographiche e lettere di P. Innocenzo XI, Torino 1878; Brischar KL. VI²: 753—8.

[1]) Eam habes in Alex. a s. Jo. de Cruce continuat. H. E. Fleurii l. 211 § 24.

[2]) Cf. acta hoc de negotio in eadem cont. H. E. Fleurii l. 211 § 33 ss.

[3]) Cf. Brischar KL. VI², 758 s.

[4]) Cf. Batterel III, 417—22.

(utilém) publici juris dedit Hunoldus Plettenberg S. J. Hildesii 1692 in 8; et *notitiam congregationum et tribunalium curiae romanae,* ib. 1693, quae est epitome op. *relatio curiae romanae* J. B. de Luca, de quo mox. — Raymundus Nidi O. Praed. Insuber, Soncinas patria, praeter alia[1]) scripsit commentaria perpetua in titulum *de regulis juris Sexti decretalium,* Ticini regii 1679 t. 2 inf.; *Lucerna inquisitorum* pro absolutione ab haeresi credentiali, 1664; Papiae 1695. — Jus canonicum vel integrum vel majori ex parte dilucidarunt in *Italia* Antonius Pauluzzi (Paolucci) Venetus, juris caesarei, mox pontificii antecessor primarius, canonicus patavinus, s. palatii apostolici causarum auditor, cujus exstat *jurisprudentia sacra* pp. 3, Romae 1682 et 1688 v. 2 in f., partim etiam in Roccaberti Bibl. pont. IV, 253—453. Pars 1. agit de magistratibus, qui Ecclesiam regunt, hinc de summo pontifice, de ceteris hierarchicis gradibus, de conciliis. — Jo. Bapt. Neri a Petra sancta O. Minim., qui *commentarium* scripsit *in 2. l. institutionum juris canonici,* quas olim ediderat Joan. Paulus Lancellotti (cf. III[3], 335), Florentiae 1683; in 1. librum, ib. 1686 in 4. Subjecit variis titulis per modum appendicis diversarum conscientiae quaestionum resolutiones, quas nempe in contextu ipso ob excursum prolixiorem pertractare minus congruum reputavit[2]); Quaestiones selectae ac dilucidatae ex 3. p. ang. doctoris et quoad fieri potest ad ejus mentem *de incarnatione*, ib. 1688 in 4.

245. Omnem fere juris materiam excussit discussitque Jo. Bapt. de Luca inter principes hujus seculi jurisconsultos numerandus. »Alter aetatis suae Cujacius recte ille existimatur, minor quidem eruditione atque in academica palaestra et in cathedra, sed in foro et in praxi valde utilior; in methodo tamen, qua philosophico solidoque ratiocinio cuncta disponit ac dirigit, certe par. Vivens ab obtrectatoribus suis vexatus fuit, et modo etiam ab iis, qui allegationibus et falsa sapientiae imagine delectantur, traducitur, quod sit in allegandis doctoribus nimis parcus nimisque ingenii sui fidens videatur; sed homo sapiens, qui semper a forensibus rabulis et legulejis abstinuerat, bene noverat has allegationes ad ostentationem congeri atque expiscari, non vero ex necessitate, ideoque onerosam hanc doctorum faraginem neglexit, sed ex penetralibus jurisprudentiae veritatem propositionum indagabat, saepe distinguendo, legali ratione philosophando, aequivoca detegendo[1]).« Natus is est Venusii humilibus quidem, honestis tamen parentibus a. 1614. Neapoli impensam jurisprudentiae navit operam. Ad valetudinem reparandam et medicorum consilio in patriam remeare coactus est. Ibi viribus recreatus, quum mors evenerit episcopi venusini, unanimi illorum canonicorum vicarius capitularis annos vix 29 natus electus est. Biennio elapso Romam venit (1645), ibique advocati munus obire coepit magna celebritatis fama. Postquam diu vitam in studiis attrivit, sacris initiari voluit. Verum sibi vivere non est permissus, siquidem Innocentius XI., ne tantus vir curiae deesset romanae, auditoris primum, mox etiam supplicum libellorum secretarii munere eum decoravit, imo et cardinalem creavit (1681): et quia insigni excellebat doctrina, prudentia morumque integritate plane irreprehensibili, graviora pontificatus negotia semper cum ipso communicavit. Sed emerita dignitate non diu eum frui licuit, laboribus enim curisque confectus decessit 5. Febr. 1683. Ejus opera sunt magni momenti pro cogni-

[1]) Cf. Quetif II, 696.
[2]) Cf. Acta erud. lips. 1687 p. 251.

[1]) Cf. Guarnacci, vitae et res gestae pontificum et S. R. E. cardinalium 1, 164.

tione curiae romanae ejusque praxis et collecta prodierunt hoc titulo: *Theatrum veritatis et justitiae* sive decisivi discursus per materias seu titulos distincti et ad veritatem editi in forensibus controversiis canonicis et civilibus, in quibus in Urbe advocatus pro una partium scripsit vel consultus respondit, Romae 1671 ss. v. 15 in f., quibus adjecta sunt supplementa v. 4 et (auctore Nicolao Falconio jurisconsulto spoletano) index generalis rerum notabilium v. 2, editio optima; Coloniae 1689 t. 7 in f.; Venetiis 1690 t. 21 in 17 v. in f.; 1698; 1707; 1759; Lugduni 1697 t. 18 in v. 14 in f. Mantissa seu *Sacrae rotae romanae decisiones* et ss. pontificum constitutiones recentissimae et selectissimae theatrum veritatis et justitiae . . . amplectentes, confirmantes, laudantes Venetiis 1707; 1726 v. 4 in f.; *il Dottor volgare,* Romae 1679 v. 9 in 4., quod est veluti op. suorum summa et compendium juris civilis et canonici, dignum tanti viri judicio et inexhausta ipsius legali eruditione. *Il cardinale della S. R. Chiesa pratico* [1]). Romae 1680 in 4; *Il vescovo pratico,* ib. 1676 in 4,, qui tr. continet varios discursus familiares circa officium episcoporum et aliorum praelatorum et circa bonum regimen ecclesiarum [2]). *Animadversiones* sive antilogiae in Steph. Gratiani disceptationes forenses, Neapoli 1679; Genuae 1702 t. 2 in f.; in primis vero mentione digna *Relatio curiae romanae,* in qua omnium congregationum, tribunalium aliarumque jurisdictionum status ac praxis describitur, Coloniae 1683 in 4. etc.

246. In *Germania* Cornelius Andreas Artner concinnavit succinctum admodum *Nucleum juris canonici* in nuce complectens universum jus canonicum ad seriem ll. 5 decretalium Gregorii IX. . . . cui ad calcem accessere usus protestantium ad methodum Carpzovii, Brunnemanni et Strykii concinnati in omnes et singulos tit. 5 ll. decr., quid in foro protestantium tam in curiis quam in theologia e jure canonico receptum sit, perspicue edocentes, Coloniae 1700. — Franciscus Leo, episcopus Thelesinus, *thesaurum fori ecclesiastici,* in quo divitiae totius juris canonici continentur, collegit, Coloniae 1682 in 4. — Ita etiam Wenceslaus Steiger S. J. Moravus, theologiae, juris canonici et exegesis in academia pragensi professor (n. 11. Jun. 1618; † 17. Nov. 1692), collegit *repertorium juris canonici* ipsa corporis juris medulla h. e. personarum, rerum, casuum, controversiarum, litium, causarum propositionibus, resolutionibus, decisionibus refertum, Norimbergae 1713 in f. „Videas hic, inquiunt A. E. L. a. 1713 p. 388, universum jus canonicum in forulos suos sive locos, ut vocant, communes distributum: quod ita exsecutus est auctor, ut nec industriam nec judicium in eo desideres. Nam et singula sub specialibus maxime et convenientibus titulis collecta, et verba utique decreti et decretalium servata, ut opellam perquam utilem iis futuram auguremur, qui in quavis materia pontificii juris sancita uno velut obtutu inspicere satagunt.“ — Joannes Rudawski Warsaviensis, canonicus olomucensis († 1690) pariter concinnavit *Repertorium juris civilis et pontificii* ad usum et praxim forensem quotidianam accommodatum, Viennae 1660. — Joannes Christophorus Schambogen

[1]) Decius Azzolini Firmanus n. 11. Apr. 1623 in Ecclesiae negotiis gerendis diu exercitus creatus cardinalis ab Innocentio X. (1654) et a Clemente IX. in secretarium status adhibitus († 1689), reliquit *Aphorismos politicos* quae in conclavi observanda habeat cardinalis pontificium axioma ambiens, ed. ab Henning Osnabrück 1691. Ejus commercium epistolare cum Christina Sueciae regina, quae eum magni fecit et a literis habere voluit, prodiit cur. Bildt in Christine de Suède *Lettres inédites,* Pariis 1899.

[2]) Cf. Mich. a s. Joseph III, 226.

Glacensis, Caesari a consiliis et juris in academia pragensi interpres clarus, rector magnificus a. 1687 et 1692, 30 annorum quibus docuit spatio 10,179 numeravit auditores, inter quos ultra 316 comites, 411 barones, 375 equites, ultra 300 sacerdotes (n. 1636; † 5. Martii 1696). Praeter plurimas diss. canonico-civiles, Pragae 1686 — 91, *dis- et concordantiam canonum et legum* ib. 1683 in 12. aperit, aliaque scripsit, inter quae *commentarium in 5 ll. decretalium,* Pragae 1699 in 4; *lectiones in institutiones et in jus canonicum,* ib. 1683 et 1701 in 4. — E *Gallia* Franciscus de Roye (Roya) Andegavus, in academia patria juris antecessor (24. Jan. 1686), scripsit *institutiones juris canonici* in 3 ll. (methodice et nitide) digestas, ad ecclesiarum gallicarum statum accommodatas, eruditione haud vulgari refertas, Parisiis 1681 in 12., non semel recusas, etiam in Germania a protestantibus, quae quondam fuere (modo non amplius sunt) prohibitae 2. Sept. 1727; *de juribus honorificis* in Ecclesia ll. 2, Andegavi 1667; l. *de missis dominicis*, eorum officio et potestate, ubi multa ad ecclesiasticam et forensem disciplinam ib. 1672; ad. tit. *de jure patronatus* l. 3. decret., Andegavi 1667; Nanneti 1743 in 4; Neapoli 1763; *de vita, haeresi, poenitentia Berengarii* andegavensis archidiaconi; accedit locus Josephi de Jesu Christo vindicatus, Andegavi 1656; nititur autem probare adversus Baronium, Berengarium errores suos serio abjurasse [1]). — Petrus Hallaeus (Halley) Bajocensis (n. 8. Sept. 1611) in literis humanioribus praecellens, quas tanto cum plausu professus est, ut ter uno anno auditorium suum mutare debuerit utpote nimis angustum ad tantam discipulorum frequentiam capiendam. Docuit dein jus canonicum (a. 1654) tantaque valuit auctoritate, ut facultatem juridicam restaurasse dici possit († 27. Dec. 1689). Haec potiora ejusdem opera [1]): *Institutionum canonicarum* ll. 4, opus ad praesentem ecclesiae gallicanae usum accommodatum, Parisiis 1685 in 12., erudite nitideque conscriptum; dissertationes *de censuris ecclesiasticis* et breves aliquot animadversiones in excerpta quaedam ex tractatibus Joan. Davezan de excommunicatione, Pariis 1659 in 4.

247. Joannes Doujat (Doviatius, Doviat) Tolosae 1609 natus, parlamenti tolosani advocatus et academiae gallicae membrum (1650), in universitate parisiensi juris canonici professor (1651; † 27. Oct. 1688), plura reliquit opera [2]), quae ad jus canonicum referuntur, inter quae praecipua sunt: *Praenotionum canonicarum ll. 5,* quibus sacri juris principia et adminicula enucleantur [3]), Parisiis 1687 in 4; Venetiis 1717; 1762, ed. mendosae; opus

[1]) Cf. Biogr. univ. XXXIX, 199.

[1]) Cf. Niceron III, 236; Journal des Savans XVIII, 34—38.

[2]) Cf. plura apud ipsum in praenotionum canon. l. 5 c. 9 in fine; Niceron XVI, 401—410; Biogr. univ. XI, 616; J. des Savans 1689 ad d. 21. Febr.

[3]) Cf. Act. erud. lips. suppl. I, 20. Schulte III, 609 de eo op. ita censet: Obgleich das Werk eine Menge von zum Theil in jener Zeit allgemeinen Irrthümern und Ungenauigkeiten enthält, für die Literaturgeschichte des Mittelalters bei dem Mangel eigener und fremder Quellenstudien vor ihm wenig brauchbar ist, auch bezüglich der neueren Zeit vielfach sehr magere Notizen giebt und selten auch nur annähernde Vollständigkeit hinsichtlich der Schriften eines Verfassers liefert, viele Dinge enthält, welche mit dem canonischen Recht nichts zu thun haben: so muss man dasselbe doch im Ganzen und im Hinblick auf die Zeit als eine ausgezeichnete Leistung erklären. Es ist das erste Werk, das in wissenschaftlichem Geiste, mit Verständnis, Geschmack und Urtheil eine wirklich allseitige Einführung in unser Studium giebt. Das Civilrecht hat bis dahin kein solches Werk aufzuweisen. Doujat hat das Muster geliefert und den Anspruch erworben, in der Geschichte der Literatur einen Ehrenplatz einzunehmen.

tironibus utile, in quo auctor disserit de libris canonicis et apocryphis, de praecipuis s. Scripturae versionibus et interpretibus, de conciliis in genere et in particulari, de ss. patrum aetate et scriptis, de collectionibus canonum graecis et latinis, de juris canonici partibus et ejusdem interpretibus etc.; *historiae juris pontificii synopsis,* ib. 1670 in 12. (etiam in sua edit. *institutionum P. Lancelotti); Histoire du Droit Canonique* avec l'explication des lieux, qui ont donné le nom aux Conciles et les surnoms aux Auteurs Ecclésiastiques et une chronologie canonique, ib. 1675 in 12; *specimen juris canonici apud Gallos usu recepti* complectens [1]) pragmaticas sanctiones, concordata, indultorum genera varia, legatorum pontificiorum mandata, summam juris regaliae, notitiam episcopatuum et abbatiarum Galliae et alia ejusdem argumenti, ib. 1671 in 12., ed. 2. a priori diversa aliis ejusdem materiae tr. et opusculis constans, ib. 1674 v. 2 in 12; Fr. Florentii (cf. III[3], 1160) *opera canonica et juridica;* accedunt Nic. Januarii tr. *de officio archidiaconi* et Jo. Tournet *de absolutione ad cautelam,* ib. 1679 v. 2 in 4; *institutiones juris canonici* a J. P. Lancelotto Perusino conscriptae; adjectae sunt notae uberes, ib. 1670; 1685 v. 2 in 12. Id in primis Doujatius egit, ut in notis synodi tridentinae sanctiones suis locis insereret, rerum dein ecclesiasticarum origines indicaret ac denique ecclesiae gallicanae instituta peculiaria suppleret. Curae etiam ipsi fuit, loca juris canonici, ex quibus ceu fontibus scriptum suum hausit Lancelottus, in margine ubivis allegata, cum mendis antea scaterent, suae integritati restituere. Appendicis tandem loco diversa subjunxit, quae ad commodius addiscendum jus canonicum facere poterant: nimirum brevem ejus juris historiam, rubricas decretalium, adjuncta per modum tabellae sequentium collectionum concordia; porro notarum et abbreviationum utriusque juris explicationem, regulas juris ex VI. Decretalium: seriem, aetatem pontificum romanorum necnon conciliorum omnium; indicem patrum graecorum et latinorum chronologicum ac tandem regulas cancellariae apostolicae, adeo ut certe eo tempore hic liber studiosae juventuti admodum fuerit accommodatus. Pars altera complectitur indicem episcopatuum, abbatiarum etc., quae dein prodiit seorsim inscripta: *La Clef du grand pouillé de France* Parisiis 1671 in 12. (cf. supra pag. 502). *Martini bracarensis ep. collectio canonum orientalium* eruditissime illustrata (in *bibliotheca juris canonici veteris* Voelli et Justelli, de qua cf. supra p. 251). *De eucharistia, pace spirituali sanctisque nuptiis christianorum,* 1660. Ceterum Doujat vir erat non juris solum consultissimus atque eruditus, sed insigni modestia, animi candore et abstinentia laudabilis, callebatque praeter linguas latinam, graecam et hebraicam, etiam anglicam, hispanam, italicam et turcicam.

248. Quaestiones speciales e jure canonico tractarunt in *Gallia* praeter Claudium Horry protonotarium apostolicum, cujus exstant *Traité de la jurisdiction ecclésiastiques,* 1673 t. 2 in 4; *de la Compétence des Jurisdictions* ecclésiastiques, Parisiis 1703 t. 2 in 4. et alia [1]) — Petrum Biarnoy de Merville, advocatum parlamenti rotomagensis — Franc. Pérard Castel Normannus († 1687), qui erudite scripsit [2]): *Questions notables sur les matières bénéficiales,* Parisiis 1689 v. 2 in f.; Remarques sur les *Définitions du droit canonique,* ib. 1700 in f. (cum annotationibus Du Noyer); *Règles de la*

[1]) Cf. acta erudit. lips. 1685 p. 469.

[1]) Cf. Adelung II, 2151.

[2]) Cf. Journal des Sav. LXI, 113; Feller VI, 459.

Cancellerie romaine, 1685 in f. — Franciscus Pinsson bituricensis advocatus (n. 5. Aug. 1612; † 10. Oct. 1691), oraculi instar in materia beneficiaria suo tempore habitus [1]), cujus praecipua opera sunt: Antonii Bengei (Bengy, Biturici) in alma Biturigum academia antecessoris († 1616) et Fr. Pinssonii parisiensis advocati ejusdem ex filia nepotis *tr. de beneficiis ecclesiasticis* ex definitione desumptus ad usum fori gallici et libertatum ecclesiae gallicanae accommodatus, Parisiis 1654 in f., eruditus, non satis methodicus; *s. Ludovici Franciae regis pragmatica sanctio* et in eam historica praefatio et commentarius, ib. 1663 in 4; *Caroli VII. Francorum regis pragmatica sanctio* cum glossis D. Cosmae Guymier Parisini, supremae Galliarum curiae senatoris et inquisitionum praesidis, et additionibus Philippi Probi (Prudhomme) Biturici ad pragmaticae sanctionis et concordatorum dissidia componenda: accedunt historia originis pragmaticae sanctionis et concordatorum Bononiae initorum inter Leonem X. et regem Franciscum I. a. 1516 et annotationes marginales et veterum instrumentorum supplementa, ib. 1666 in f.; *Manuale juris pontificii, caesarei et gallici* compactum ex annotationibus Molinaei ad jus pontificium sive canonicum, adversariis Gabrielis du Pineau senatoris andegavensis ad molinaeanas annotationes animadversionibusque ejusdem Pinssonii ad utrumque, in quibus jus quotidianum et forense exhibetur ex libertatum ecclesiae gallicanae uberiori penu, constitutionum regiarum tum antiquiorum, tum recentiorum inexhausto fonte et superiorum Galliae tribunalium decretorio stilo, in t. 4. operum Molinaei, quorum editionem ipse ex parte curavit, et seorsim ib. 1681; *dissertation historique de la Régale* pour savoir si elle peut et doit être étendue sur les Abbayes, ib. 1676 in f.; *Traité singulier des Régales* [1]) ou des droits du Roi sur les bénéfices ecclésiastiques, ib. 1688 t. 2 in 4; 1740, „Ouvrage rempli, inquit Feller, de savantes recherches et enrichi d'un grand nombre d'Actes originaux qui sont d'une grande utilité pour l'étude du droit.« Etiam acta erud. lips. suppl. I, 569—574 scribunt: „Opus hoc viri ut satis apparet, juris canonici et civilis peritissimi et in foro diu exercitati . . . inter ea referri debet, quae cum thesauris sive

[1]) Cf. Feller VII, 9; Niceron XXII, 19—24: Biogr. univ. XXXIV, 479; Rotermund VI, 240; Doujat praenot. canon. 1. 5. c. 9.

[1]) De hac materia scripserunt etiam Franciscus (Roland) de la Mothe-Le-Vayer de Boutigny († 1685), sed non bene; nimium enim relaxat regiam in res ecclesiasticas auctoritatem: unde suis scriptis haud parum nocuit. Cf. Feller VI, 176; Schulte III, 616. — Caspar Audoul Provincialis, parlamenti parisiensis advocatus († 1691), cujus est Traité *de l'origine de la régale* et des causes de son établissement, Parisiis 1708 in 4., in quo jus regaliae regiamque auctoritatem in negotia ecclesiastica nimium extendit, et can. 22 dist. LXIII genuinitatem tuetur adversus Baronium, Bellarminum aliosque scriptores: quare liber proscriptus fuit Brevi Clementis XI. d. 18. Jan. 1710. Cf. Feller I, 316; Reusch Index 563. — Auctoritatem regiam in negotiis ecclesiasticis pariter nimium extendit Ismael Boulliau (Bouilliaud, Bullialdus), qui juvenis 21 a. ad Ecclesiam catholicam rediit. Longas instituit peregrinationes, cum viris doctis conversatus est, magnum eruditionis sibi comparavit thesaurum. Insignis in primis erat mathematicus et astronomus, qui utinam theologum non egisset: quae enim hac in materia scripsit, probari nequeunt. Edidit graece et latine cum notis Mich. Ducae historiam byzantinam (1342—1462), Parisiis 1649 in f.; Diatribam *de s. Benigno,* 1657 etc. († 25. Nov. 1694). Cf. Räss V, 238; Schanz KL. II², 1155. — Qua occasione mentio fieri potest Petri Walsh (Valesius) O. S. Fr. str. Obs., qui in quaestione de juramento fidelitatis regi Angliae praestando minus bene se gessit: sed ante mortem (1688) scripta sua sedis apostolicae judicio subjecit quaeque minus probabantur, retractavit. Cf. Reusch II, 336.

pretiosarum et rararum rerum apothecis comparari solent. Congessit enim auctor multo labore magnum constitutionum et diplomatum pontificiorum et regiorum, tum monumentorum actorumque aliorum in tribunalibus regiis numerum, quibus tractatus suos confirmavit; additis etiam insignibus annotationibus ad intellectum et applicationem documentorum quae produxit, apprime utilibus. Stilo quoque utitur plano et gravi . . . Quapropter volumina haec tot singulares parumque hucusque cognitas res exhibentia in magno pretio haberi et in bibliothecis illustrioribus reponi merentur.« *Notes sommaires* sur les Indults accordés au roi et à d'autres par Alexandre VII. et Clement IX. avec une préface historique et des notes, ib. 1673 t. 2 in 12; scripsit etiam annotationes ad opus du Bois *Maximes du droit canonique,* ib. 1678; 1684 t. 2 in 12. — Carolus Emmanuel Borjon[1]) advocatus († 4. Maj. 1691), qui ad synopsim redegit t. 6 actorum cleri gallicani, quae collegerat Joan. le Gentil (1675) ediditque epitomen hoc titulo inscriptam: *Abrégé des actes titres et mémoires concernant les affaires du clergé de France* et tout ce qui s'est fait contra les hérétiques depuis le règne de S. Louis, Parisiis 1680; 1696 in 4. *Compilation du droit romain, du droit français et du droit canon.* In t. 1. agit des dignités ecclésiastiques, où il est traité du pape, des patriarches, des cardinaux; t. 2. des offices ecclésiastiques, où il est traité des légats, vicelégats et des nonces; t. 3. des matières ecclésiastiques, où il est traité de l'institution des droits, des biens, des privilèges; t. 4. des matières bénéficiales, où il est traité des bénéfices, de la nomination, de l'institution, Parisiis 1678 in 12., prohibitum 24. Apr. 1690; 30. Apr. 1697. — Laurentius Dript O. S. Ben. Venlonae n. 1633, in sua abbatia gladbacensi et Corbejae theologiam docuit et ab episcopo paderbornensi adscitus est in vicarium generalem († 27. Apr. 1686). Reliquit praeter alia *speculum archidiaconale* sive praxis officii et visitationis archidiaconalis in gratiam vicariorum generalium, archidiaconorum aliorumque visitatorum synodalium et curam animarum habentium, Neuhusii 1676; *Stateram et examen* l. cui titulus *Monita salutaria b. V.* ad suos cultores indiscretos (cf. supra p. 51), Coloniae 1675 in 8.

249. De duobus tamen accuratius est agendum, quorum prior Ant. Dadinus Alteserra (Ant. de Hautesere Castellarius de Salvaison) Cadurci nobili genere natus jurisprudentiam in academia tolosana docuit. Scriptis suis de utraque jurisprudentia deque historia gallica revera optime est meritus († 1682 a. aetatis 80). Quae ad nostrum institutum spectant, in primis haec sunt[1]): *Ecclesiasticae jurisdictionis vindiciae* adversus Caroli Fevreti († 1661) et aliorum tr. *de abusu,* Parisiis 1703 in 4; 1707; 1713; quas scripsit hortante clero gallicano[2]), liber magna refertus eruditione, qui tamen gallicanis non omnino arrisit. *Dissertationum juris canonici ll. 4,* quorum duo priores de adjutoribus episcoporum agunt, duo posteriores de sacris censibus, 1653 in 4; earundem l. 5. et 6. de parochiis deque officio et potestate parochi, 1654 in 4; *de fictionibus juris* tr. V, Parisiis 1659; tr. VI. et VII. ib. 1679; omnes VII Halae 1769; *Innocentius III. P. M.* seu commenta-

[1]) Cf. Biogr. univ. LIX, 20; Schulte III, 623.

[1]) Cf. Feller IV, 372, qui de eo scribit: „Peu d'hommes ont possédé le droit canon, la discipline de l'Eglise et les libertés gallicanes plus à fond que lui. et ont enseigné avec autant de méthode.“ Biogr. univ. XIX, 498.

[2]) Cf. acta erud. lips. 1703 p. 521—525; Mém. de Trévoux 1703 t. 1 p. 270; J. des Savans XXXI, 321—337.

rius perpetuus (eruditissimus) in singulas decretales hujus pontificis, Lutetiae 1666 in f.; *in ll. Clementinarum commentarii* (succincti et perspicui), ib. 1680 in 4; Halae 1782; *Asceticon* sive originum rei monasticae ll. 10, 1674 in 4; recensuit C. F. Glück, Halae 1782 in 8; *notae et observationes* in 10 ll. historiae Francorum Gregorii Tur. et supplementum Fredegarii, Tolosae 1679 in 4; eruditissimae *annotationes in Anastasium de vitis rom. pontificum,* Parisiis 1680 in 4; *notae et observationes in 12 ll. epist. s. Gregorii M.,* quae reconditam in auctore juris utriusque peritiam arguunt [1]), Tolosae 1669 in 4; *Opera omnia* prodierunt cura et studio Mich. Marotta Neapoli 1777—1780 v. 11 in t. 16 in 4. — Alter est Joannes Gerbais in oppido Rupois dioecesis rhemensis n. 1629, doctor sorbonicus (1661), et regius professor eloquentiae (1662), etiam universitatis rector († 14. Apr. 1699), fervidus gallicanus, qui selectus fuit a Galliae clero ad colligendas typisque vulgandas *cleri gallicani ordinationes circa regulares* conditas primum in comitiis generalibus a. 1625, renovatas et promulgatas in comitiis a. 1645 (cum commentario antea inedito Fr. Hallier), Parisiis 1665 in 4. Hinc annuo stipendio auctus plura alia composuit opera [2]). Ab ejusdem cleri antistitibus id etiam negotii ei datum est, ut tr. de causis majoribus, quas vocant, conscriberet, et in primis, quid juris apud Gallos in hac controversia obtinere debeat, explicaret. Quare per integrum quinquennium ex monumentis ecclesiasticis collegit et collecta in ordinem redegit, quae ad hoc argumentum facere visa sunt, ac tandem a. 1670 opus illud gallicanis antistitibus ad generalia comitia Lutetiae congregatis, obtulit. Oblatam diss. Fr. Harlaeus rotomagensis tum episcopus legit ceterisque episcopis commendavit, qui tamen Gerbasii tractatum interim non edendum, sed in tabulariis cleri gallicani reponendum censuerunt. Auctor vero regem adiit, cujus diplomate munitus opus in publicam lucem Parisiis 1679 emisit inscripsitque: *Diss. de causis majoribus* ad caput concordatorum de causis, cum appendice quatuor monumentorum, quibus ecclesiae gallicanae libertas in retinenda antiqua episcopalium judiciorum forma confirmatur. Ea vero sunt: Epistola Caroli Calvi ad Hadrianum pont. de causa Hincmari laudunensis; 2. rescriptum concilii duziacensis de eodem negotio; 3. ep. Caroli Calvi ad Joannem VIII. de judiciis ac appellationibus episcoporum, et 4. apologia concilii remensis a Gerberto conscripta [1]). Sed ea diss. damnata fuit ab Innocentio XI. brevi 18. Dec. 1680 tamquam continens schismaticam, de haeresi suspectam atque sedi apostolicae injuriosam doctrinam. Hinc auctor jussu cleri gallicani quaedam immutare debuit; atque ita immutata prodiit Lugduni 1685; Parisiis 1691 in 4. *Traité pacifique du pouvoir de l' Eglise et des princes sur les empêchemens du mariage* avec la pratique des empêchemens, qui subsistent aujourdhui, Parisiis 1690 in 4., 1696, in quo mediam inire tentat viam inter Launojum et Galesium (cf. supra p. 223) tam Ecclesiae quam principibus vindicans jus

[1]) Hae notae et *Asceticon* ab aliis (cf. Schulte III, 603) tribuuntur ejus fratri juniori Flavio Francisco Alteserra professori juris Pictavii et quaesitori generali causarum criminalium († 1670), cujus sunt *Notae et animadversiones* ad indiculos ecclesiasticorum canonum Fulg. Ferrandi et Cresconii Afri, Augustoriti Pictonum 1630 in 4; in Meermanni *thes.* I, 133—238, ubi et notae Fr. Chiffleti S. J. additae sunt; Exercitatio ad tit. decr. Gregorii IX. *de aetate, qualitate et ordine praeficiendorum,* Parisiis 1635 in 4; et in Meermanni *thes. novi* VII, 825—38. Cf. de utroque Adelung I, 853 s.; Laurin KL. I², 638.

[2]) Cf. plura de ipso apud Niceron XIV, 130 ss.; Biogr. univ. XVII, 177 ss.; Feller IV, 150; Dupin XVIII, 201—207; Feret IV, 362—68.

[1]) Cf. A. E. L. Supplem. 1, 57—61.

statuendi impedimenta dirimentia [1]). *Traité du celèbre Panorme* touchant le concile de Basle mis en français, ib. 1697 in quo tuetur concilium esse super pontificem, proh. ab. inquisitione 10. Julii 1697.

250. E *belgis* Joannes Ansillon parochus leodiensis disseruit *de simonia* et munerum ac retributionum gratificatione in re beneficiaria, Leodii 1677 in 8., ubi etiam agitur de honestate clericorum. — In *Hispania* [2]) Didacus de la Fuente (a Fonte) Hurtado S. J. Toletanus, philosophiae et diu Salmanticae theologiae professor (n. 1615; † 30. Apr. 1688), disseruit *de potestate episcopi circa excommunicationem canonicorum* absque adjunctis et effectibus appellationis in foro interno, Caesaraugustae 1654 in f.; *de solemnitatibus juris requisitis ad alienationem rei ecclesiasticae litigiosae non possessae,* Matriti 1672 in f.; *an in tractationibus litium locum habeat laesio enormis vel enormissima,* ib. 1672; *Theologia reformata,* qua plures enodantur morales difficultates ex mente SS. D. N. Innocentii Papae XI., Hispali 1689 in f., (Venetiis) 1701 in 4. Plures in ea reperiuntur diss. egregriae. — Ex *Italis* mentione digni sunt Jo. Bapt. Spada cardinalis, insignis plane jurisconsultus († 5. Febr. 1683), qui legales responsiones plurimas edidisse legitur. — Vincentius di Justi obl. *de dispensationibus matrimonialibus,* Lucae 1691; 1776; Venetiis 1739 in f., opus utile et eruditum — Christophorus Bravi Bergomas († 1690) — Jo. Franciscus de Leonis O. Cap. a Carpo, juris canonici professor, qui collegit *flores decretalium regularium,* seu brevem compilationem eorum omnium, quae quoquomodo ex libris decretalium ad statum regularem deduci possunt, Mantuae 1699 in f.; *enucleatio totius theologiae* ex fundamentis s. Bonaventurae, s. Thomae et Joan. Scoti, Venetiis 1685. Ipsius quoque esse videtur: *Thesaurus fori ecclesiastici* continens divitias totius juris canonici, Coloniae 1682 in 4. — Vincentius a Castrofranco O. Min., ante Sanctes Taccini nuncupatus, lector s. Scripturae in cathedrali cenetensi († 20. Jan. 1698), evulgavit *declarationem regularum juris canonici in Sexto* utrique foro inservientem et pro resolutione multorum casuum conscientiae accommodatam, Coloniae 1693 in 12. — Franciscus Albizzi (Albici) Caesenas [1]), n. 3. Oct. 1593, propter eruditionem et prudentiam insignem et post laudabiliter obita munera perhonorifica ab Innocentio X. cardinalis (1654) creatus († 5. Oct. 1684). Ipse dicitur elaborasse bullam, qua Jansenii propositiones damnatae fuere. Docta reliquit opera: *De inconstantia in jure admittenda vel non,* Amstelodami 1683 in f.; *de inconstantia in judiciis* tr.; in quo agitur, quando judicibus liceat inconstantibus esse in judiciis proferendis; additis s. Rotae romanae decisionibus, Romae 1698 in f.; *de jurisdictione,* quam habent S. R. E. cardinales in ecclesiis suorum titulorum, ib. 1668 in 4. In re morali dicitur probabilista gravis. — Salvator Marchesi [2]) cler. reg. theat., Messanensis († 1688; secundum Mongitore 1689) — Hieronimus Rocca [3]) Catacii in Calabria natus, Aenariae (Ischia) episcopus († 1691), cujus *disputationes juris selectae* cum decisionibus super eis prolatis exstant Neapoli 1686 in f.;

[1]) Cf. A. E. L. Suppl. 1, 625—634; J. des Sav. XIX, 89—97; 24, 384—390.

[2]) Aeg. de Castejon Agredae in Castilia natus, ord. alcantarensis eques, consilii castiliensis membrum collegit *Alphabetum juridicum,* canonicum, civile, theoricum, practicum, morale atque politicum cum allegationibus in singulis materiis classicorum doctorum, Matriti 1678 t. 2 in f.; Lugduni 1683; 1720.

[1]) Cf. Eggs, Purp. doctae 1, 6 § 59; Mazzuchelli 1, 341; Goepfert KL. I, 442.

[2]) Cf. Vezzosi II, 36: Mongitore II, 206.

[3]) Cf. Ughelli Italia sacra VI, 237.

Genevae 1697. — Andreas Bertoni Ferrariensis, canonicus theologus et protonotarius apostolicus (n. 1621; † 20. Nov. 1698), cujus exstat tr. posthumus *de negligentiis et omissionibus,* Ferrariae 1704 in f. — Sanctorus Oliva Catanensis, cathedralis ecclesiae canonicus, qui in terraemotu gravi, quo 11. Jan. 1693 Catana eversa est, aedium prolapsu oppressus decessit [1]). — Josephus Pilaja Messanensis, juris utriusque doctor et juris pontificii in academia patria professor († c. 1690), edidit *institutionum decisiones pontificias* ex corpore juris canonici extractas ll. 4, Messanae 1664 — 1669 v. 2 in f., et Thomas Rosa Cavensis a sede s. Angeli (1662) translatus (1679) ad episcopatum polycastrensem († 7. Oct. 1695), qui clara methodo et stilo perspicuo tr. composuit *de exsecutoribus literarum apostolicarum* tam gratiae quam justitiae, cui accedunt additiones ad quaelibet capita seorsum alias impressa, Romae 1676 in f.; Venetiis 1697; 1736 in f.: et tr. *de exsecutoribus literarum remissoralium* in ordine ad processus pro sanctorum canonizatione, una cum praxi, qua omnia suis locis apprime accommodantur, atque insuper nonnullae decisiones s. Rotae romanae [2]) in materia beneficiaria inseruntur, Venetiis 1697 in f. Auctor praecipuos in scribendo duces habuit Conradum Pyrrhum [3]) in *praxi dispensationum apost.* et Theodorum Ameyden (III[3], 1164) *de stilo Datariae.* Quod attinet literis pro beatificandis et canonizandis potissimum secutus est Felicem Cantelorum et Car. Felicem de Matha, s. Severi antistitem († 1701), qui non solum de requisitis ad canonizationem copiosissime post Troilum Malvetium, Jac. Castellanum, Lucam Castellinum, Angelum de Rocca, ipsum Cantelorum et Fortunatum Scacchum egit, sed et fere omnia ad securam hac in re praxim diligentissime annotavit [1]) in tr. novissimo *de canonizatione sanctorum,* Romae 1678 in f. Scripsit Rosa [2]) praeterea *de vera residentia episcoporum* opus episcopis bene praeesse volentibus necessarium, Neapoli 1679 in f.; *de recta distributione reddituum beneficiorum* ecclesiarum secularium, praesertim episcopatuum, ib. 1682 in f. — Ex *Germanis* [3]) huc spectant Joseph Bernardus Gletle iuris civilis Salisburgi professor († 26. Jul. 1696). — Franc. Carolus de Obersulz parochus abacensis ob *thesaurum theologicum, juridico-canonicum,* Viennae 1668, qui complectitur casuum acervum. — Robert Kolb O. Cist. qui auctor est operis: *Aquila Certans* pro immunitate et exemptione ecclesiarum, monasteriorum et status ecclesiastici a potestate seculari, Francofurti 1687 in f. — *E Polonis* huc referri potest Samuel Fermankowic († 1692), cujus est Quae-

[1]) Cf. Mongitore 2, 208.

[2]) Angelus Celsus Romanus nobilis, n. 1618 cardinalis renunciatus ab Alexandro VII. (1664, † 6. Febr. 1682), edidit quoque *decisiones s. Rotae Romanae* cum argumentis et summariis, Romae 1673 in f. Cf. Eggs Purp. docta l. VI n. 76. — Etiam Alex. Benincasa, Perusinus, canonicus et Rotae assessor, rector Sapientiae romanae († 1694) collegit 394 *Decisiones,* quas Mich. Angelus frater Romae edidit 1714 in f. Cf. Vermiglioli 1, 200.

[3]) Hic patria erat Calaber, protonotarius apostolicus et canonicus neapolitanus, cujus opus cit. (doctum) prodiit Venetiis 1656; 1735; Coloniae 1672. 1716. Scripsit quoque *de praxi beneficiaria,* Neapoli 1636. Coloniae 1679. Obiit 1686.

[1]) Cf. Arisius Cremona literata III, 35. Ejus praeterea sunt *de consistorialibus causis* cum additione, Neapoli 1695 in f.; super paragr. 3. const. Nicolai V., quae concordatorum Germaniae nuncupatur *enchiridion* sive Directorium in electionibus, postulationibus ac coadjutoriis rite et methodice procedendi, Hildesii 1693 in 4.

[2]) Cf. Ughelli VI, 835; VII, 568; Mich. a s. Jos. IV, 420.

[3]) Cf. Sattler Collectaneen. Bl. zur Gesch. der Univ. Salzburg p. 188.

stio juridica *de potestate capituli sede vacante,* Cracoviae 1680.

251. Theologiam *moralem* integram vel magna ex parte excoluerunt plures, e quibus praecipui videntur: Ex *Italis*[1]) Raphael Bonherba O. S. Aug., patria Argirensis vel ut modo vocant e civitate s. Philippi († 5. Apr. 1681), qui praeter *disputationes totius philosophiae* per 4. tr. distributas, in quibus omnes philosophicae inter d. Thomam et Scotum controversiae principaliter cum doctrina Aegidii Columnae illustrantur, Panormi 1645; 1671 in 4; pars. II, ib.; *problemata sacra* in Ev. per singulas Quadragesimae dominicas et ferias feliciter resoluta, Moguntiae 1670 pp. 2 in 4., quae etiam italice prodierant: composuit *viridarium* in plures pp. divisum, in quibus per plura quodlibeta florescit theologia moralis, 1671—1674 t. 2 in 4., deest p. 3. de jure et justitia. — Carolus Casalicchius S. J. patria e s. Angelo in Campania, grassante lue pestifera Neapoli devovit se ultro infectorum ministerio, unusque ipse remansit e sociis superstes atque universae fere civitati in nosocomium propemodum redactae praesens adfuit († 19. Apr. 1700). Praeter plura opera ascetica, resolutiones morales selectorum casuum conscientiae, Neapoli 1686 in f., reliquit opus inscriptum: *Tuta conscientia* seu theologia moralis, in qua quid possit vel non possit fieri tuta conscientia in quibusdam selectissimis et frequentius accidentibus conscientiae casibus dilucide et breviter statuitur ac decernitur juxta doctrinam et auctoritatem (ut plurimum) primae classis doctorum, necnon (in multis) juxta sanctiones et decreta summorum pontificum et s. em. cardinalium congregationis ad ostendenda confessariis et poenitentibus secura pascua innoxiarum doctrinarum et minime adhuc prohibitarum, necnon ad eos ab illis praecipue avertendos, quae ultimis hisce temporibus SS. D. N. Innocentius XI. et Alexander VII. suis ovibus interdixerunt, Neapoli 1681 in f., Venetiis 1682 in 12., prohibita tamen d. cor. 22. Jun. 1682. — Petrus Martyr Petrucci[1]) Viterbiensis O. Praed. scripsit *lucernam moralis* aquinatici solis illustratam splendoribus seu generalia totius moralis doctrinae praecepta juxta mentem angelici Ecclesiae doctoris d. Thomae Aq., Romae 1698 in 4., quo in l. probabilismum acriter impugnat. — Hieronymus Franceschi (Franciscus, Francaeselius) O. Min. Conv. n. 1607 Benalbii, nobili oppido dioecesis lucensis, praeter alia reliquit *Theologiam moralem,* Florentiae 1677—80 pp. 2 in 4. — Ejus sodalis Jacobus Garzi Ravennas, minister provincialis et definitor perpetuus († 1698), dedit *compendium* totius theologiae moralis, Ravennae 1686; Brunae 1706. — Bonaventura Bontempius O. Min. Conv. († 1700), Umber, excerpsit *fasciculum florum moralium* ex nobili viridario ju-

[1]) Gervasius a s. Elia O. Carm., in seculo dictus Carolus Benedictus Bizozero, Mediolanensis (n. 21. Oct. 1623; † 17. Jul. 1696) scripsit *Il falso ed il vero,* Bononiae 1680; 1684—86 t. in 12., opus philosophia morali plenum.

[1]) Alius ab eo est Petrus Matthaeus Petrucci congr. Or. n. Aesi (Jesi) 1636. Creatus est episcopus sedis patriae (1681), imo et cardinalis (1686). Vir erat ascesi admodum deditus, sed nimia familiaritate cum Molinos gravium errorum in re mystica fautore hujus suxit errores, Molinos patrocinium in se suscepit. Sed causa nota in Molinos, et ipse, etsi cardinalis, delatus fuit. Prop. 54 ex ejus scriptis extractae damnatae fuere ut „falsae, male sonantes, temerariae, scandalosae, periculosae“ etc., quas revocare et retractare debuit, quod et praestitit (1687), et octo ejusdem ll. a s. inquisitione 5. Febr. 1688 prohibiti fuere. Remissus est ad sedem suam, sed Romam revocatus sedi suae renunciavit (1696) decessitque 5. Jul. 1701. Cf. Acta authentica hac de re apud Hilgers Der Index der verb. Bücher Freiburg 1904 p. 563—573; Morgott KL. IX², 1855 ss.; Reusch II, 610 ff.

ris utriusque praesertim pontificii seniorumque doctrina t. 1. Romae 1688 in f.; alter t. non prodiit. — De Antonio Cotonio tertii O. S. Franc., qui Dianae *resolutiones morales* in summam redegit, locuti sumus III[3], 1192. Magni nominis fuit suo tempore theologus [1]), qui adhuc clericus philosophiam ac theologiam sodales docuit Romae, metaphysicam per a. 18 in academia patavina († 14. Maji 1682 a. aetatis 69). Ejus praeterea sunt: *Controversiarum celebrium ad statum et mores christianae reipublice pertinentium* ll. 10, t. prior 5 ll. complectens de legibus, de sacramentis et sacrificiis, de clericis, de religiosis, de laicis, Venetiis in 1661 in f. Alterum tomum reliquit manuscriptum.

252. *Germanus* fuit Jacobus Illsung S. J. n. Halae in Tiroli, per novennium theologiae moralis professor in academia ingolstadiensi, universitatis dilinganae cancellarius († 19. Sept. 1695), qui edidit opus inscriptum: *Arbor scientiae boni et mali* sive theologia practica universa de bono et malo morali in viridario academico universitatis dilinganae juxta decreta ss. pontificum Alexandri VII., Innocentii XI. et Alexandri VIII. a prohibitarum 141 propositionum suis ubique locis singillatim relatarum noxiis fructicibus putata et culta, Dillingae 1693 in f.; Venetiis 1700, quo in opere probabilismum sequitur. In laudum compendio, quo a facultate ingolstadiensi theologica exornatus fuit, haec inter alia legimus [2]): „Pulchro conjugio religiosam simplicitatem prudentiae ita sociavit, ut suis ex aequo venerabilis et carus esset... Dubites tamen scholasticis disciplinis, an ne ascesi, cujus scientissimus erat, melior fuerit. Mortuus est tandem, cum non tam editis in lucem libris, quam singulari morum innocentia et eximia vitae sanctimonia nomen suum immortalitati consecrasset, Ingolstadii a. 1695 d. 19. Sept., dignus non mori, nisi coelo longe fuisset dignissimus.“ — In Belgio *Theologiam moralem* t. 5 comprehensam Antwerpiae 1702 reliquit Leonardus van Roy O. S. Aug. theologiae lector in monasterio can. reg. s. Aug. s. Elisabethae et viridis vallis († 7. Oct. 1699). — Florentinus de Cocq Antverpiensis O. Praem. († 2. Jul. 1683) regens collegii norbertini antwerpiensis compendiose collegit *principia theologiae moralis et speculativae* ex s. Scriptura, conciliis, ss. patribus, maxime s. Augustino et aliis probatis auctoribus, Coloniae 1682 v. 3 in 8; 1689 v. 4. Edidit quoque *de jure, justitia et annexis* tr. quatuor theologico-canonice expositos, Bruxellis 1687 in 4., ibidem 1708; quo in opere erudito generaliora e theologiae et juris communis principiis asserta juri in Belgio servato ac praxi gallicae accommodat [1]). *Conversio vera et apostolica*, in qua tota justificationis oeconomia ex admirabili conversione ap. Pauli exhibetur et ss. Ecclesiae patrum ac doctorum placitis theologice confirmatur, Leodii 1685 in 12.

253. E *Gallis* huc spectant: Joan. Baptista Taberna S. J. (Taverne) ab Insulis (Lille), caritatis victima, dum Duaci lues pestifera grasssaretur (n. 1622; † 1686), cujus *synopsis theologiae practicae* complectens et explicans principia generalia ad resolvendos conscientiae casus scitu necessaria, Duaci 1698 v. 3 in 8., saepius recusa fuit propter concinnam brevitatem, claritatem et soliditatem, nonobstante censura Guidonis de Seves de Rochechouart, episcopi atrebatensis (1703), qui prop. 13 ea contentas reprobat. — Lu-

[1]) Cf. Mongitore 1, 61; Sbaralea Supplem. ad Script. pag. 74.

[2]) Cf. Mederer, ann. ac. ingolst. III, 33.

[1]) Cf. A. E. L. 1688 p. 270; Bibl. nat. de Belg. IV, 890; Goovaerts 1, 127 s.

dovicus Bancel O. Praed. Valentinus, qui inter suos sodales sic eminuit, ut studiorum cursu peracto mox ad philosophiam nondum sacerdos, tum et aetatis a. 24. ad theologiam profitendam Avenione fuerit admotus. Vir fuit ingenio acri, memoria facillima, qui lectiones suas nunquam ex scripto sed ingenio tenus et ore dictavit, in theologia morali auctor est gravis et probabilista († 22. Dec. 1685). Edidit *brevem universae theologiae tam moralis quam scholasticae cursum* juxta inconcussa tutissimaque doctoris angelici d. Thomae dogmata, Avenione 1684—1692 t. 7 in 12. Dum ederetur t. 3. mortuus est auctor, hinc ex ejus scriptis editionem absolvit Jos. Patin, qui quasdam Bancelli opiniones a communi thomistarum sententia recedentes excusare et emollire conatur, vel resecavit, ut ex. gr. hanc, quae in ejus schedis reperiebatur: „Conclusio. Probabile est, quod parvuli, qui baptizari non possunt, salvantur in fide parentum, ita ut in supplementum baptismi fluminis prosit eis baptismus flaminis. Item est communis opinio doctorum, parvulos, qui non poterant circumcidi, fuisse salvatos in fide parentum, non excludendo etiam eos, qui in utero materno moriebantur: et idem etiam nunc dicendum est de omnibus parvulis sive jam natis sive nondum natis, quod nempe si antequam moriantur, baptizari non possunt, non sunt tamen sine remedio salutis, quia salvari possunt in fide parentum.[1]" *Moralis d. Thomae* ... ex omnibus ipsius operibus ita exacte deprompta, ut censeri possit opus novum ... in eo nedum casus conscientiae resolvuntur, sed omnia etiam, quae ad mores spectant, mirum in modum explicantur: adjecta sunt variis in locis decreta ss. pontificum, quibus juxta doctrinam s. doctoris plures opiniones morales damnatae fuerunt: accedit quoque opusculum de castitate etc., Avenione 1677 t. 2 in 4. Inchoaverat Franc. Ghetius (cf. III[3], 889) lexicon alphabeticum: illud retractavit auxitque Bancel; saepius dein prodiit ut Venetiis 1723; 1757; 1780.

[1]) Cf. Echard 2, 705.

253a. Multum innotuit[1]) Ludovicus Abelly n. 1604, vicarius generalis bajonensis, parochus parisiensis, demum episcopus Segodunensis (Rodez). Verum vix triennio expleto munere pastorali se abdixit (1666) seque abdidit Parisiis in domum s. Lazari tamquam in solitudinem. Vir erat piissimus, ut opera ejus ascetica testantur, acer Jansenianorum, Sancyrani in primis, adversarius, contra quos tuetur s. Vincentium a Paulo in vita ipsius magna unctione (gallice) conscripta, Parisiis 1664 († 4. Oct. 1691). Haec potiora opera: *medulla theologica* ex sacris Scripturis, conciliorum pontificumque et ss. patrum ac doctorum placitis expressa, Parisiis 1651; 1687 v. 2 in 12., et saepius etiam alibi; Augustae 1754; Venetiis 1757 cura J. B. Faure; Ratisbonae 1839 in 8.; quae se simplicitate et candore, soliditate et utilitate commendat. Secundum s. Alphonsum in re morali est Abelly auctor gravis et probabilista, imo classicus. *Défense de la Hiérarchie de l'E-*

[1]) Michael Bourdaille doctor sorbonicus, vicarius generalis et canonicus rupellensis († 26. Martii 1694) composuit l. inscriptum: *Théologie morale de S. Augustin:* où le précepte de l'amour de Dieu est traité à fond et les autres maximes de l'Evangile se trouvent expliquées et démonstrées, Parisiis 1686 in 12., opus certe non commendandum (cf. Dictionnaire des livres jansénistes 4, 92—99). Clerus gallicanus in suis comitiis a. 1700 duas ex illa proscripsit propositiones. Aliud ejusdem opus est: *Théologie morale de l'Evangile,* comprise dans les huit béatitudes et dans les commandements d'aimer Dieu et le prochain, Parisiis 1691 in 12. Ejus praeter alia sunt: *De la part que Dieu a dans la conduite des hommes* in t. 2. operis Nicolii Traité de la grâce générale. *Explication* du cantique des cantiques, Paris 1689. Cf. Feret IV, 423—49.

glise et de l'Autorité légitime de N. S. le Pape et des Evêques contre la doctrine pernicieuse d'un libelle anonyme . . . avec quelques réflexions sur la rélation des Délibérations de la dernière Assemblée gén. du Clergé de France touchant la Constitution de N. S. le Pape Innocent X., Parisiis 1659 in 4. *Episcopalis sollicitudinis enchiridion* ex plurimorum Ecclesiae catholicae antistitum . . . praesertim d. Car. Borromaei . . . praxi accurate collectum . . . cum appendice de iis, quae ad Vicarii generalis et Officialis munus pertinent, 1668 in 4; *De l'obéissance et soumission due au Pape* en ce qui regarde les choses de la Foi, ib. sine anno cura ab. Chermel; Bruxellis 1732 in 12; *Traité des Hérésies* contenant les Causes des Hérésies, les moeurs et artifices des anciens Hérétiques etc. avec les antidotes et remèdes, que l'Eglise a employez contre la contagion de l'Hérésie, ensemble le dénombrement des Hérésies jusqu'au Siècle present, Parisiis 1661 in 4. *Enchiridion sollicitudinis sacerdotalis,* Parisiis 1669; Vesontione 1837. Adversus famosum libellum *Monita salutaria b. V. Mariae* ad cultores suos indiscretos scripsit *Sentimens de ss. Pères touchant les excellences et les prérogatives de la très-sainte Vierge,* Parisiis 1674., cui operi opposuit Gerberon *Lettre à M. Abelly* . . . touchant son Livre de l'excellence etc. *Défense de l'honneur de la tréssainte Mèr de Dieu* contre les ennemis de son immaculée conception, Rotomagi 1695 ed. 2. *La vie du Vinc. de Paul,* supra laudata juxta aliquos est potius Franc. Fournier sodalis congr. miss. († 4. Apr. 1677). — Rigidior est in theologia morali Bon de Merbes (Merbesius) Mondiderensis, aliquandiu Oratorii sodalis († 2. Aug. 1684 a. aetatis 86), qui composuit stilo nitido quidem sed affectato *Summam christianam* e sacris literis, ss. patrum monumentis, conciliorum oraculis, ss. denique pontificum decretis, Parisiis 1683 v. 2 in f.; Venetiis 1770 v. 2 in f.; Taurini 1770—1771 t. 4 in 4., in qua laxam sentiendi rationem nimium cavere studens videtur subinde accedere ad doctrinam Baji, Jansenii et Quesnelli [1]). T. 3. mansit ineditus.

254. E *Lusitania* huc referri potest Benedictus Pereyra S. J., Borbensis, qui 20 annis theologiam partim Eborae, partim Olisipone professus est († 4. Febr. 1681). Praeter alia reliquit *promptuarium theologicum morale* secundum jus commune et lusitanum seu alio nomine explicatius *Summam* ex universa theologia morali continentem 50 tr., Olisipone 1671—1676 v. 2 in f.; Eborae 1705—1707; *elucidarium s. theologiae moralis* et juris utriusque exponens universum idioma i. e. proprietatem sermonis theologici, canonici et civilis, Olisipone 1668 in f.; Venetiis 1678; *promptuarium juridicum,* quod scil. in promptu exhibet quaerentibus omnes resolutiones circa universum jus pontificium, imperiale ac regium, secundum quod in tribunalibus Lusitaniae causae decidi solent, ib. 1664 in f.; Eborae 1690. — Specialem mentionem meret Joannes Caramuel y Lobkowicz [2]). Natus is est Laurentio Caramuele nobili Luxemburgensi et Catharina Frissaea, Lobkowicziae domus propagine, Matriti 23. Maji 1606. A prima pueritia mathematicae studio exarsit, et nondum latine sciens de planetarum motibus theses ex Jo. Sacrobusti sphaera propugnavit, annumque decimum agens tabulas astronomicas de motibus planetarum typis edidit. Intra unius anni cursum grammaticam, rhetoricam et poeticam absolvit, atque in hac ita dexter evasit, ut una hora versuum

[1]) Cf. Feller VI, 28.

[2]) Plura de eo cf. apud Tadisi Memorie della vita di Mons. G. Caramuel, Venetiis 1760; Nic. Antonium I, 666; Biogr. univ. VII, 109: Foppens II. 601; deutsche Biogr. III, 778—81; Werner Geschichte der k. Theologie p. 56 ss.

centena funderet. Linguas quoque orientales, sinensem in primis, callebat. Compluti puer novem annorum philosophiae aristotelicae operam dedit tanto successu, ut e septuaginta duobus baccalaurei titulo donandis primus nominari meruerit a. aetatis 12. Philosophiae studio absoluto a. natus 17 O. Cist. est ingressus. Compluti per triennium sodales theologiam docuit, mox melrosensis abbas et generalis per Angliam, Scotiam et Hiberniam vicarius dictus Lovanium mittitur ad eandem scientiam profitendam ibique philosophiae et theologiae lauream promeruit (1638). Cum Liberto Fromond, ecclesiae s. Petri decano, de tute amplexanda opinionum probabilitate disputavit, et Jansenii l. *Augustinus* per eos dies publicatum aut primus aut e primis unus notavit eumque jure id prae se nomen ferre constanter negavit. A Philippo IV. ad s. Disibodi, vulgo dissemburgensem, abbatiam in Palatinatu promotus nil antiquius habuit, quam ut perpurgaret monasterii ditionem haeresum ibi radicatis seminibus. Hinc notus et commendatus Ans. Casimiro de Wambold moguntino praesuli in episcopum suffraganeum ascitus est. Mutatis vero in Palatinatu rebus exsulem vocavit ad se Ferdinandus III., eumque non solum praefecit duobus Benedictinorum monasteriis viennensi et pragensi, quod sine aliqua professionis mutatione pervicit Caramuel fieri posse ac saepe factum esse, sed et annua largaque pensione liberaliter donavit. Ab Ernesto card. de Harrach pragensi praesule assumptus est in vicarium generalem. Praga interim a Suecis obsessa (1648) ductor ecclesiasticorum Caramuel fortissime adimplevit militis ac ducis partes, adeo ut Caesar remuneraturus liberatae urbis auctores, aureis torquibus Rudolphum Coloredum Tridentinum, Innocentium de Comitibus Romanum, armorum praefectos, cumque iis Caramuelem ornaverit. Pace restituta de reducendis deviis a fide sollicitus fuit [1]), quorum plusquam triginta milia cum Ecclesia reconciliavit. Inde Romam accitus ab Alexandro VII. ut rationem redderet suae doctrinae (1655), dictus est episcopus campaniensis (1657), dein vero ob aëris inclementiam translatus (1673) ad sedem vigevanensem in Insubria. Postremis vitae annis coecitatem assiduis studiis vigiliisque contraxit: mentis tamen vires ferme usque ad mortem manserunt integrae, ut plura interim dictaret ab amanuensibus excipienda. Laboribus tandem fractus morti succubuit 8. Sept. 1682. Vir erat certe eruditus, a nonnemine phoenix eruditorum sui aevi dictus, qui 24 linguas calluisse dicitur, portentosi ingenii et per omnes omnino disciplinas exercitati [2]), cujus experimenta literario orbi dedit plurimis libris [3]), in quibus encyclopaediam absolvisse visus est. Minus tamen laudandus ob nimiam in rebus ad ethicam christianam pertinentibus sentiendi libertatem et ob laxas

---

[1]) Cf. honorificas literas card. de Harrach ad Caramuelem sub initium ejus *Theologiae praeterintentionalis.*

[2]) Prodiit tamen l. *Anticaramuel* inscriptus, nomine Humani Erdemanni, cujus hoc de scriptore judicium est: „Caramuel, inquit, habet ingenium ut octo, eloquentiam ut quinque, judicium ut duo.“ Quam censuram justam appellat auctor (Muratori) l.: *Reflexionum super bono gustu artium et scientiarum* italice editi Venetiis 1723 p. 2. pag. 181, de suoque adjungit, Caramuelem ex illis fuisse rari ingenii viris, qui magni sunt in rebus exiguis, exigui in rebus magnis. Quod potissimum confirmat ex l. a Caramuele *Leptotatos* h. e. subtilissimus inscripto in quo auctor ineptire ac nugari ipsi plane videtur. In *Critica* quoque *philosophica* ea, inquit censor, ore eructavit, quae vix mente concepit.

[3]) Cf. eorum nonnulla in Bibliogr. crit. 3, 47, et catalogum, quem ipse composuit adnexum *theologiae morali fundamentali*, qui tamen complectitur opera tam edita quam nondum edita, imo et ea, de quibus cogitaverat tantum, ut ea quondam scriberet; Niceron 29, 259 ss.; Pacquot in suis Mémoires pour servir à l'histoire litteraire des Pays-Bas praeter mss. recenset 262.

quas probavit opiniones: unde a s. Alphonso princeps laxistarum appellatur. Auctor esse dicitur propos. 24. et 25. ab Alexandro VII., et 48. et 49. ab Innocentio XI. damnatarum, asseruitque »non inde Ecclesia infelix, quod doctores opinantur passim, sed inde felicior, quod facilius et benignius suos possit ad lauream empyream promovere. — Si jam sunt probabiles (opiniones), quae antea non erant, jam non peccant homines, cum antea peccarent, cum probabile omne a peccato excuset [1]).« Quo fervore studiis jugiter incubuerit, licet tot munera obiverit variasque regiones peragraverit, inde patet, quod de se scribere potuerit [2]): »A prima pueritia praeter legere et scribere nihil ago. Sive in via sim, sive in lecto, semper meditor quae sim dicturus. Quotidie ingenium 14 horis exerceo etc.«

255. Plurima Caramuelis sunt opera (scripsit 77 v. in f.), sed jam oblivioni penitus tradita. Ipse secundum argumentorum diversitatem ea in novem distribuit classes, atque revocat ad grammaticam [3]), metricam, stenographiam, philosophiam, mathematicam [4]), jus civile, historiam profanam et ad varias artes, quae manu excercentur. Quae ad hanc classem spectant constituunt cursum chirosophicum, quem distinguit in chirologiam, chirographiam, chirorhetoricam, chirodialecticam, chiroarithmeticam, chirometriam, chiromusicam, chirochronicam, chiromanticam, chiromnemonicam [1]). In hisce suis libris magna jactantia promittit nova, stupenda, inaudita: carpit methodum in variis disciplinis antea servatum. Ad theologiam praeter alia referri possunt ex gr. opera, quae spectant ad *philosophiam moralem*, in qua agit de orthographia morali, de grammatica morali, de grammatica sacramentali, de re nummaria etc. Quare de hac ultima agat, hanc reddit rationem: »Ut viam aperiam disputationibus de redemptione, satisfactione, merito, praemio et poena in cursu theologico instituendis, quarum omnium solutio a rei nummariae cognitione penitiore dependet.« *Kabbalae theologicae excidium,* sive contra kabbalistas rabbinos, qui ne unum quidem de Deo verbum in ss. bibliis contineri somniarunt, una cum commentario angelici doctoris contra gentes, quem Jos. Ciantes (p. 116) hebraicum ex latino dedit, 1656 in f. *Theologia dubia,* in qua cuncta atheistarum et libertinorum dubia collegit, propter quam accusatus, Romam venire jussus est: suam tamen orthodoxiam strenue defendit. *Leptotatos* latine subtilissimus: demonstrat enim, non solum ethnicos priscae aetatis philosophos, sed et christianos graecae et latinae Ecclesiae patres, ubi proprias volebant ideas et conceptus exprimere, haesisse omnino nec potuisse voto suo satis facere terminorum defectu. Ut jam huic generali morbo opportunam medicinam exhibeat, dialectum metaphysicam exhibet, Viglevani 1681 in f. *Bernardus triumphans,* in quo de Petri Abaelardi et Gilberti Porretani doctrina disserit, et multas quaestiones difficiles et obscuras expendit, Lovanii 1639 in

[1]) Cf. Müller, theologiae mor. l. 1 t. 3 § 78.

[2]) In ep. dedicatoria in *theol. morali fundamentali* t. 1 p. 12.

[3]) Cujusmodi est *grammatica audax*, pro juvandis grammaticis, qui ad scholam transeunt philosophicam, docens exempla hujus artis ex grammaticis mutuare, Francofurti 1651 in f., apud auctorem tamen quadruplo auctior.

[4]) Ad haec spectat ejus *mathematica audax,* Lovanii 1642 in 4. (bis eodem anno), quae graviores difficultates, quae in logica, physica et theologia et praecipue de gratia et libero arbitrio controvertuntur, sola regula et circino dilucidantur.

[1]) Hujus cursus scopum et fructum hisce expressit versibus:

Ne possis docto librum splendore ca-
[rere,
Sit tibi chirosopho bibliotheca manus.
Haec tamen opera chirosophica non videntur omnia prodiisse.

4; *theologia moralis* ad prima eaque clarissima principia reducta, Lovanii 1641; 1643; 1645 in f.; *theologia moralis fundamentalis,* Francofurti 1651 in 4., Romae 1656 in f. ed. emendata; Lugduni 1657 multum aucta, quae demum excrevit ad 4 v. in f., ac prodiit inscripta *Theologia moralis fundamentalis, decalogica, canonica, civilis, praeterintentionalis, sacramentalis, regularis, militaris,* ib. 1686. Liber 1. disserit de principiis universalibus; 2. de Decalogo; 3. de sacramentis; 4. continet dialexim de non certitudine. Contra hujus operis doctrinam scripsit Ludovicus Crespi et Borja (cf. III³, 932) *quaestiones selectas morales,* in quibus novae aliquae doctrinae R. P. Caramuelis confutantur, aliquot dissolvuntur, disparitates pro multis casibus assignantur, Lugduni 1658 in 4. Pro Caramuele tamen scripsit Franc. Verde († 1706) *theologiae fundamentalis Caramuelis positiones selectas* novitatis, singularitatis et improbabilitatis frustra appellatas a Ludovico Crespino episcopo placentino, nunc esse antiquas, probabiles et securas demonstratas, Lugduni 1662 in f., quod opus tamen prohibitum fuit 28. Jul. 1664. *Theologia intentionalis* de reali, morali et virtuali; de angelico et humano proprietatis et jurisdictionis dominio, Lugduni 1664 in f.; *theologia praeterintentionalis* de effectibus, qui licet certo futuri praenoscantur, nihilominus praeter aut etiam contra voluntatem evenire adeoque homini non posse imputari dicuntur, ib. 1664 in f.; *theologia regularis* h. e. in ss. Basilii, Augustini, Benedicti, Francisci etc. regulas commentarius, Francofurti 1646 in 4; Venetiis 1651; *hierarchia ecclesiastica* de summi pontificis, patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum, sacerdotum, diaconorum, hypodiaconorum, clericorumque inferionum ordinum electione, promotione, necessitate et honestate, Pragae 1653 in f.; *Haplotes de restrictionibus mentalibus disputans,* Lugduni 1672 in 4; *theologia rationalis* sive in auream s. Thomae Summam meditationes et observationes philosophico-scholasticae, Francofurti 1654 t. 2 in 1 v., opus sat rarum; *Trismegistus theologicus* latine ter maximus, accessit crites, judex arbiter, Viglevani 1679 v. 4 in f.; *Apologema pro antiquissima et universalissima doctrina de probabilitate* contra singularem Prosperi Fagnani opinationem (in tract. *de opinione probabili* in suo op. de jure canonico cf. pag. 254), Lugduni 1663 in 4., prohibitum tamen decr. 15. Jan. 1664: hac enim in controversia laxarum propositionum patronum egit. Contra ipsum scripsit Jul. Mercorus, ut diximus pag. 288.

256. Caramueli subjicimus ejus censorem Joannem Cardenas S. J. Hispalensem (n. c. 1613; † 6. Jun. 1684), in re morali, si s. Alphonso credimus, auctorem classicum, probabilismi solidum defensorem, cujus sunt: *Crisis theologica* bipartita sive disputationes selectae ex theologia morali, in quibus pro votis ill. D. D. Joan. Caramuelis utque operi ejus interrogatorio respondeatur, quam plurimae ejus opiniones et argumentationes ad praefatam crisin vocantur, Lugduni 1670 in f.; pars 3. Hispali 1680; Venetiis 1700: 1710, in qua agit contra calumnias cujusdam neotherici (Jac. a s. Dominico O. Praed. in *compendiaria theologiae moralis explicatione,* de quo cf. infra) et methodum tradit discernendi opiniones probabiles ab improbabilibus. De hoc opere ita judicat collegium cordubense S. J. in censura praefixa: »Sincere profitemur, opus hoc omnibus numeris absolutum, expostulationibus et votis doctissimi Caramuelis ipsiusque ingenio et acumini respondere, communique et publico doctorum plausu et subsellio excipiendum etc.« *Crisis theologica,* in qua plures selectae difficultates ex morali theologia ad lydium veritatis lapidem revocantur, ex regula mo-

rum posita a ss. D. N. Innocentio XI. in diplomate damnante 65 propositiones, Hispali 1687; Coloniae 1690; Venetiis 1693 in f., Coloniae 1702 in f. opus posthumum, etiam prioris operis editionibus adjecta. Illud in compendium redegit Jo. Kugler († 1721), de quo infra. *Geminum sidus mariani diadematis* sive duplex disputatio de infinita dignitate Matris Dei atque de ejus gratia habituali infinita simpliciter, Hispali 1660 in 4; Lugduni 1673 in 8.

257. Cum jam attigimus quaestiones de *probabilismo*[1]), qui hac aetate acriter agitabantur, quosdam nominabimus, qui prae ceteris innotuerunt. In primis huc pertinet Matthaeus de Moya n. in oppido Moral dioecesis toletanae c. a. 1611. Philosophiam docuit et amplius 20 annis theologiam Compluti, Murciae et Matriti in collegio imperiali, reginae erat a confessionibus († 23. Febr. 1684). Magnas turbas excitavit l. inscripto: *Amadei Guimenii Lomarensis opusculum* adversus quorundam expostulationes contra nonnullas Jesuitarum opiniones morales. Panormi 1657; Valentiae 1664; Matriti, Lugduni. A nonnullis sed falso credebatur hic liber Theophili Raynaudi. Controversiae haec fuit origo[1]): Prodiit in Hispania et etiam Lovanii 1626, ficto nomine Gregorii de Esclapes l., cui titulus: *Manifesto a los fieles de Christo de las Doctrinas perversas* que enseñan, defienden y practican universalemente los Jesuitas. Huic respondet liber hispanus Joannis del Aguila (quem Antonius et Sommervogel ipsum M. Moya esse putant, alii quendam ex ordine S. Francisci) inscriptus nomine sub hoc titulo: *Ladre me el perro y no me muerda,* in quo auctoribus antiquis, praecipue dominicanis, opiniones tribuuntur illae, quas moderni quidam solent jesuitis exprobrare. Aquilamexcepit mox adversarius dominicanus quidam, qui se vocari Franciscum de Pietate voluit scripto opere, cujus titulus: *Theatro Jesuitico,* apologetico Discurso con saludables y seguras doctrinas necessarias á los Principes y Señores de la tierra, 1654 in 4. Aquilae illi modo suppetias fert M. Moya opere citato, in quo ostendit, propositiones jesuitis exprobratas vel falso illis tribui, vel revera jam apud celebriores s. Thomae discipulos reperiri: sed nullum de his propositionibus judicium (in prioribus editionibus) profert[2]). Cum hoc opus innotuit in Gallia, Sorbona a. 1665 gravissimam de illo protulit censuram, quae eodem a. prodiit Parisiis hoc titulo: *Censura s. facultatis theologicae parisiensis* in l., cui titulus: Amad. Guimenii *opusculum theologiae moralis* lata die 3. Febr. 1665: quod censurae subjectum fuit etiam ob assertam romani pontificis infalli-

[1]) Huc spectant quoque nonnulli ex iis, quorum jam supra mentionem fecimus. Contra probabilismum steterunt Jo. Bapt. Gonet O. Praed. (p. 317), Adam. Ehrenreich S. J., Coel. Sfrondrati (p. 383), Petrucci (p. 598); Th. Muniessa p. 359; Bonnet p. 618; Barrientos etc. (cf. p. 617); Bernardinus Ciaffoni de s. Elpidio O. Min. Conv. († 1684), cujus exstat posthuma *Apologia in favore de ss. padri* contra quei che nelle materie morali fanno dei medesimi poca stima, molto necessaria per un'infallibile regolamento delle coscienze confuse fra le ambiguità de'moderni probabilisti, Bassani 1696, Avenione 1698, proh. 14. Sept. 1701 (cf. Reusch Index II, 511), cui opposuit J. B. de Benedictis S. J. sub nomine Fr. de Bonis *La Scimia del Montalto* (i. e. Pascal) cioè un l. intitolato *Apologia* . . . convinta di falsità, Graecii 1698 in 12., quondam prohibitum. Probabilismum professi sunt Augustinus Laurenco S. J. (p. 360) et Illsung (p. 299); Segneri, Esparsa (p. 358), Fabri; mediam viam inire nisus est Augustinus ab Angelis congr. Somaschae (p. 357).

[1]) Cf. J. de Sav. 12. Apr. 1666 p. 390 ss.; Backer II, 1390; Nicol. Antonius II, 116; continuatio H. E. Fleuri l. 205 § 29 ss.; Reusch Index II, 499; Feret III, 365—71.

[2]) Hoc opus rursus impugnavit Vinc. Baronius, de quo supra egimus p. 281.

bilitatem. Alexander VII. tamen brevi 25. Junii ejusdem anni censuram cassavit; parlamentum vero parisiense pro suo pruritu se immiscendi quaestionibus theologicis eam approbavit. Tamen Alexander VII. opus P. Moya decreto 10. Apr. 1666 prohibuit; iterum illud damnavit s. congregatio inquisitionis 1675 flammisque addixit Innocentius XI. bulla [1]) d. 16. Sept. 1680. Hinc Moya in tertia sui operis editione judicium reprobationis propositionibus male sonantibus apposuit easque ipse refutavit. Aliud ejusdem opus est: *Selectae quaestiones ex praecipuis theologiae tractatibus,* de opinione probabili, de religione, de poenitentia, de aliis sacramentis, de censuris et ex aliis miscellaneae, Matriti 1670 in f.; ib. 1678 v. 2 in f. (ed. 3) cum appendice ad qq. selectiores t. 1. (qui primum prodiit Coloniae 1702 v. 2 in 4.), pariter decr. 26. Febr. 1704 prohibitum. Fatendum est nostrum auctorem nimis esse benignum in suis sententiis et hinc velut unum ex antesignanis laxiorum moralistarum merito haberi.

258. Probabilismum vindicavit Honoratus Fabri (Lefèvre) S. J. patria Sebusianus in dioecesi bellicensi (n. 5. Apr. 1607), nonnullis libris, quorum unus inscribitur *Pithanophilus* seu dialogus vel opusculum de opinione probabili, in quo proxima morum regula scil. conscientia ad sua principia reducitur, Romae 1659 in 8., contra quem scripsit Stephanus Gradius patritius ragusinus bibliothecae vaticanae praefectus († 1683) disp. *de opinione probabili,* Romae 1678 in 4; Mechliniae 1679 in 8. Jam opus aggressus est majus, cui titulus *apologeticus doctrinae moralis Soc. Jesu,* in quo variis tr. diversorum auctorum opuscula confutantur, Lugduni 1670 in f. In hoc fuse dial. 11 de opinione probabili disserit et accusationes, criminationes, calumnias hoc in argumento in societatem Jesu conjectas strenue diluit atque refellit; agit autem contra Aug. de Angelis congr. Som., Vinc. Baro O. Praed., Ant. Marinarium O. Carm., Prosp. Fagnani aliosque: continentur quoque hoc opere aliorum opuscula et dissertationes ut Mart. de Esparza Artieda, praesertim vero Max. le Dent [1]) S. J. *de attritione* ex metu gehennae ejusque cum sacramento poenitentiae sufficientia juxta mentem s. concilii tridentini adversus Christiani Lupi diss. dogmaticam et quaestionem quodlibeticam Franc. Farvacques O. Erem. s. Aug. (pag. 88). Prodiit iterum Coloniae Agrippinae auctum, prohibitum fuit 20. Jan. 1672. Propter hoc opus Romae in carcerem fuit conjectus, sed mox inde liberatus cura in primis card. Albizzi et Leop. de Medici. Erat Honoratus Fabri vir laboriosissimus et in omni disciplinarum genere, praesertim in mathematicis et physicis versatus, controversiarum et disputationum amans. Philosophiam docuit Lugduni octennio, sexennio mathesim magno discipulorum concursu. Romam vocatus munus poenitentiarii pontificii in basilica vaticana per annos 28 obiit († 1688). Ex plurimis ejusdem ope-

[1]) Hujus bullae apologiam scripsit Gerberon sub ficto nomine Oger Liban Erberg; ea inscribitur: *La défense des Censures du Pape Innocent XI.* et de la Sorbonne contre les Apologistes de la Morale des Jésuites soutenue par le P. Moya etc., Coloniae 1690 in 12., de quo l. cf. A. E. L. 1690 p. 313. Alios ll. de hac controversia cf. apud Backer l. c.

[1]) Maximilianus le Dent S. J. patria Winocibergensis, gente Flander (n. 1619) professus est Lovanii theologiam scholasticam septennio, et moralem triennio († 1688). Edidit hanc diss. Lovanii 1667 in 4. et ejus defensionem adversus ep. familiarem Ch. Lupi, Mechliniae 1668; et xenium theologicum P. Fr. Farvacques, ib. 1669, cum responsione ad ejusdem apologiam, 1669 in 4. Cf. Backer 1, 1561, qui refert plura scripta, quae occasione hujus controversiae prodierunt. Proposuit quoque plurimas theses publice propugnandas, quas cf. apud Sommervogel II, 1928 ss.

ribus[1]) huc adhuc referri possunt: *Una fides unius Ecclesiae romanae* contra indifferentes hujus seculi 3 ll. facili methodo asserta, Dilingae 1657; *Summula theologica,* in qua quaestiones omnes alicujus momenti, quae a scholasticis agitari solent, breviter discutiuntur ac definiuntur, Lugduni 1669 in 4. In ea theologiam tradit principiis innixam longo tramite distantibus ab aristotelicis (sc. cartesianis). *Euphiander* seu vir ingeniosus, opusculum omnibus omnigenae literaturae candidatis non prorsus inutile, in quo scil. brevissime et clarissime adolescentis ingeniosi partes ac dotes tum corporis tum animi describuntur, officia explanantur et omnes ac singulae disciplinae, quas ille sibi comparare debet, recensentur, Lugduni 1669 in 12., alias quoque editum. *Corolla virginea* opusculum, in quo nova methodo quid de controversia immaculatae conceptionis V. Deiparae censendum sit, Panormi 1655 etc. Tribuuntur ipsi quoque responsiones ad literas provinciales.

259. Andreas Mendo S. J. natione Hispanus, Lucroniensis (n. 1608), concionator regius et censor seu qualificator inquisitionis in Hispania († 11. Maji 1684), praeter alia[2]) edidit *stateram opinionum benignarum* in controversiis moralibus circa sacramenta ac praecepta decalogi et Ecclesiae cum tr. miscellaneo appendice ad bullam Cruciatae (in quam prolixam ediderat dilucidationem Matriti 1651 in 8), Lugduni 1666 in f.; *epitome opinionum moralium* tum earum, quae certae sunt, tum quae certo probabiles et in praxi tuto teneri possunt, cum discursu circa opiniones probabiles et appendice casuum valde notabilium, Lugduni 1674 in 8; Venetiis 1676; 1689 in 8. De eo scribit Ballerini[1]), Mendo ex iis esse, »quorum nomen vix alias inter allegationes apparet, quam ubi anomala quaedam opinio producitur.« — Probabilismum expugnare nisi sunt Genesius de Barrientos O. Praed. aliquamdiu regius concionator, dein missionarius in insulis philippinis, in l. *Expugnacion de el probabilismo,* in insula manilensi 1685 in 4. Decessit auctor a. 1694 vel 1695 episcopus titularis trojanus et archiepiscopo manilensi suffraganeus. — Hyac. Perpera congr. Orat. Pedemontanus, sodalitii sui praepositus († 14. Jul. 1700) in opere inscripto: *Fundamenta, axiomata theologorum, dogmata recentiorum, deductiones ex istis generales ac particulares determinationes sanae doctrinae moralis* etc., Venetiis 1686 in 4., in cujus p. 3. ostendit, non quamlibet probabilitatem sufficere, ut quis prudenter operetur, sed probabilitatem certo probabilem requiri et concurrentibus probabilitatibus eligendam esse probabiliorem, et non solum probabiliorem, sed et tutiorem[2]). Edidit quoque *theologicam lucernam,* Genuae 1697 in 4; *Satanas transfiguratus* confessariis necessarie reclamandus, ib. 1690 in 4. — Aegidius Gabrielis tertii ord. s. Franc. de poenitentia vulgo Beggardorum Hacourtensis, per annos 32 philosophiae lector († 1697). Ejus *specimina moralis christianae et moralis diabolicae in praxi* Lovanii 1675 proscripta fuit decr. 27. Sept. 1679. Ratio proscriptionis legitur in *dictionnaire des Livres jansénistes* II, 65 et IV, 12: »Cet ouvrage contient le Bajanisme et le Jansénisme le plus grossier (quod priori loco adductis verbis ostenditur) . . . L'Inquisition d'Espagne par un Décret du 28. Août (1681) condamna ce Livre »comme contenant de Propositions hérétiques du M. Bajus et des

[1]) Cf. Backer 1, 1776: Sommervogel III, 511—21; Döllinger-Reusch Gesch. der Moralstreitigk. 1, 45.

[2]) Cf. Sommervogel V, 892—97.

[1]) In annot. ad Gury comp. theol. mor. t. 1. n. 414.

[2]) Cf. Act. erud. lips. Suppl. I, 200.

propositions Jansénistes, sentant l'hérésie, schismatiques, erronées, fausses, téméraires, scandaleuses, mal sonantes, injurieuses à N. S. J. C., aux Conciles et aux ss. Pères.« Auctor Romam fuit vocatus ob alia etiam ut videtur accusationis capita ibique novam atque emendatam curavit ed. inscriptam: *Specimina moralia* 1680, sed et haec, sicut et versio gallica: *Les Essais de la Théologie Morale* a Gerberon confecta 1682 damnata fuit in quocunque impressionis loco et in quacunque lingua a congregatione s. Officii decr. 2. Sept. 1683.

260. Plurimi vero quaestiones et argumenta singularia e theologia morali tractarunt. Ita in *Gallia* Eustachius a Conceptione O. Carm. proposuit *jus primi principii theologiae positivae, canonicae, ecclesiasticae et moralis,* per quod quidquid praecipuum et difficile in iis scientiis occurrere potest, facili ac clara methodo explicatur, Avenione 1697 in 4. — Serge in opere *Dogmes orthodoxes* ou Sentimens de Théologie morale selon l'Ecriture sainte, la Tradition, la doctrine des Pères, les oracles des Conciles, la discipline de l'Eglise et les decrets des souverains Pontifs, Parisiis 1700 in 12; in quo rigidioris videtur esse sententiae[1]). — Antonius Bonnet S. J. Lemovicensis († 1. Maj. 1700) proponit[2]) quaestionem moralem, *an ignorantia invincibilis licitum reddat usum opinionis minus probabilis in concursu probabilioris et tutioris,* Posnaniae (Tolosae) 1697 in 8. sub nomine Natalis Beton, in qua probabiliorismum tuetur. Disseruit *de timore poenitente* seu de sufficientia attritionis in sacramento poenitentiae sine amore initiali[3]), Tolosae 1694 in 8; Passavii 1724; Augustae Vindelicorum 1757 in 12., etiam in *thesauro Zachariae* 1, 431—70; *de cultu religioso* diss. quinque (scil. de cultu religioso eucharistiae, crucis et imaginum J. Christi, sanctorum, eorumque imaginum et reliquiarum), in quibus Ecclesia romana ab idololatriae crimine vindicatur, Tolosae 1691 in 8; prius gallice ib. 1688 in 8; haec simul prodierunt ib. 1701 in 4. inscripta R. P. Ant. Bonnet S. J. *opuscula.* — Tr. *de usura et foenore,* item de usuraria trium contractuum pravitate scripsit[1]) Jacobus Gaitte, s. facultatis parisiensis doctor et canonicus lucionensis, Parisiis 1688 in 4. — Ceterum jam antea Jacobus de Fieux[2]) episcopus dignissimus tullensis († 1687) disseruerat *sur l' Usure,* 1679; 1703 ed. cur. de Bissy ejus successore. — Petrus de Floriot, monialibus Portus regii a confessionibus († 1691 a. aetatis 87) reliquit *Traité de la Messe de Paroisse,* Parisiis 1691 in 8; *Morale chrétienne* rapportée aux Instructions que J. Christ nous a données dans l'Oraison Dominicale, Rothomagi 1672 in 4. (ed. jam 5), quod opus damnavit cardinalis Tencin archiepiscopus embroicensis 1. Maji 1742 tamquam complectens plures errores damnatos in Luthero, Calvino, Bajo, Jansenio et in Quesnello. — Tiburtius Navarro O. S. Franc. dedit *manuductionem ad praxim exsecutionis literarum s. poenitentiariae* una cum modo scribendi et recurrendi ad s. poenitentiariam in casibus s. sedi reservatis, praesertim occultis, Romae 1688 in 8; Tyrnaviae 1738. — Claudius Frère S. J., qui tamen vitam suam in Germania trans-

[1]) Cf. J. des Sav. XXIX, 230.

[2]) Cf. ejus elogium in Mém. de Trévoux 1703 t. 3 p. 2144—2147.

[3]) Etiam Bartholomaeus Ricci O. S. Aug. neapolitanus, theologiae magister suique ordinis pro Italia assistens, disseruit *de sufficientia attritionis* ad justificationem in sacramentis baptismi et poenitentiae, 1690; 1706. Forte ipsius etiam est: *De actibus humanis* eorumque differentiis et proprietatibus ll. 3 cum elucubratione contra usum probabilitatum. Neapoli 1683, nisi sit ejus sodalis Matthaei Ricci.

[1]) Cf. J. des Savans XVII, 38—43.

[2]) Cf. Feller III, 586; Feret V, 134.

egit Dilingae theologiae professor et universitatis cancellarius (n. 1627; † 6. Jan. 1690), reliquit praeter assertiones scholasticas *de Deo* Dilingae 1669; *de visione Dei* 1670 etc., Centuriam distinctionum *de poenitentiae virtute et sacramento,* ib. 1667 in 4; quaestiones theologicas *de sacramento matrimonii,* ib. 1667; 1668; *de actibus humanis,* Dilingae 1679.

261. In *Belgio* Joannes Pollenter S. J. Antwerpiensis, Lovanii theologiae professor (n. 14. Jan. 1637; † 22. Martii 1695) ostendit *sexaginta quinque propositiones* nuper a SS. D. N. Innocentio XI. proscriptas a Soc. Jesu theologis diu ante SS. Domini decretum consensu communissimo rejectas, Lovanii 1689 in 4. Statuit plurimas theses publice defendendas. — Bartholomaeus Pasmann, philosophiae, dein theologiae Falconii professor, collegii attrebatensis praeses (n. 1640; † 25. Aug. 1690), statuit theses theologicas de variis argumentis, ut *de choreis et tripudiis,* Lovanii 1686; *de usu et abusu frequentandi popinas,* ib. 1690 etc. — Ign. Diertins S. J. notus asceta, Germaniae assistens († 4. Nov. 1700), edidit l. *de peccatis ignorantiae* sive quaestionem theologicam, an insuperabilis ignoratio juris naturae liberet a peccato, distributam in 3 pp., Coloniae 1681 in 8. sub nomine Christiani Alethini R. S. J. T. — *De simonia* et speciatim de praetextibus, quibus illa velari et excusari solet, disseruit B. Moreau canonicus ad s. Crucem leodiensis[1]), Leodii 1689 in 8. — *De ordine amoris* tr. triplicem scripsit Franciscus van Vianen Bruxellensis (n. 1615; † 1693) doctor lovaniensis, praeses collegii Hadriani VI. et unus deputatorum, quos academia lovaniensis ad urgendam propositionum laxarum damnationem Romam misit. — Fulgentius Notau (Noteau, Nottau) Montensis, O. Min. s. theologiae lector edidit tr. *de sacramento poenitentiae* ad mentem Jo. Duns Scoti omnibus tum confessariis tum poenitentibus perutilem pp. 2, Montibus 1697.

262. In *Bohemia* Joannes Maria Sbogar cler. reg. congr. s. Pauli Salcanensis elaboravit *theologiam radicalem,* in qua fundamentaliter veritas propugnatur contra omnes propositiones olim ab aliquibus auctoribus temere doctas, ab Alexandro VII., Innocentio XI. et Alexando VIII. proscriptas ac ordine alphabetico in 162 tr. selectissimis casibus adornatis, serio examinatas et discussas, Neopragae 1698 in f., 1708; 1725. — In *Germania* Gregorius Kimpfler[1]) O. S. Ben. juris pontificii in universitate salisburgensi professor (1653—1658), abbas dein per 35 annos schyrensis († 1693), praeter alia edidit: *Confoederatio inter jus canonicum et civile* ex c. 1. de novi operis nunciatione, Salisburgi 1654 in 4; disp. *de sponsalibus et matrimonio* ex l. 4. Decretalium, ib. 1655 in 4; *tr. theologico-moralis in decem decalogi et quinque Ecclesiae praecepta* per sesquicentum casus elucubratus, Ratisbonae 1733 pp. 2 in 8., opus posthumum. — Hujus sodalis Desiderius Schapperger e seonensi in Bavaria monasterio, atque in munere docendi Salisburgi collega, professus enim est ibidem philosophiam 1656, theologiam moralem 1659—1665, ac dein scholasticam († 1698), inter alia scripsit *speculum theologicum* circa varia praeceptorum genera selectis et perutilibus quaestionibus illustratum, Salisburgi 1663 in 12; *florilegium* ex

[1]) Cf. A. E. L. suppl. II, 26—33.

[1]) Alius a Ruperto Kimpfler, qui fuit pariter O. S. Ben., juris canonici in academia salisburgensi professor et abbas glunicensis (Gleink) in Austria (1678—1708). Edidit disp. juridicam *de consuetudine ejusdemque praecipuis in utroque jure et foro effectibus,* Salisburgi 1675.

universa theologia, ib. 1673 in 4; *amara dulcis* h. e. poenitentia theologicis illustrata controversiis, ib. 1672 in 8. — Tertius sodalis et collega fuit Gregorius Dietl O. S. Ben. († 1690) Prunvenigensis (prope Ratisbonam), qui praeter tr. *de legibus,* Ratisbonae 1699 in 12; *de horis canonicis* [1]), ib. 1670; *clavem tripartitam speculativo-moralem* seu tr. de fine, beatitudine et actibus humanis, ib. 1671 in 4., reliquit l. inscriptum *Ariadne theologica* seu tr. de vitiis et peccatis ib. 1672 in 4; *sacrum conscientiae directorium* h. e. tr. de conscientia speculative et practice institutum, ib. 1670 in 4; *pharmacopeam sacramentalem* h. e. tr. de sacramentis in genere et in specie, ib. 1674 in 4. — Controversias *de justitia et jure privatorum universo* nova et theoretica methodo in 10 tr. et t. 4 digessit (Ingolstadii 1671—1672 in f.) duobusque t. *de jurisprudentia judiciaria* auxit (ib. 1674 in f.) Christophorus Haunold S. J., cui facultas theologica ingolstadiensis hoc elogium in auditorio posuit[2]): »Chr. Haunoldus S. J. Altenthannensis, Bojus, non tam a natalium claritate, quae etiamnum adolescentem inter nobiles aulae monacensis ephebos adlegerat, quam scientiarum fama, quam postmodum qua ore qua calamo ab erudito sibi orbe comparavit, in paucis memorandus. Sex annis philosophiam, quindecim theologiam partim in friburgo-brisgoica, partim in ingolstadiana academia tradidit ea cum ingenii profunditate, maturitate judicii docendique claritate, ut merito inter summos sui temporis doctores sit computatus. Loquuntur viri praestantiam complura in lucem edita librorum monumenta, quae cum subinde per octennium praefectum studiorum ageret, cum ex universa theologia potissimum, tum etiam de jure et justitia mira facilitate doctissime elucubravit. Obiit Ingolstadii meritorum et dierum plenus a. 1688 22. Jun. aetatis 79.« Alia ejusdem opera sunt: *Theologiae speculativae* scholasticis praelectionibus et exercitiis accommodatae ll. 4 partibus Summae d. Thomae respondentes, quibus selecta recentiorum theologorum placita ad praecipuas difficultates expediendas assumpta controvertuntur, Ingolstadii 1670 in f., 1678; *Institutionum theologicarum ll. 4.,* ib. 1659 in 8. — *De jure et justitia* (Graecii 1666 in 8) disserit Georgius Puettner S. J. Purstallensis, gente Austriacus, professor atque in academia graecensi cancellarius (n. 1619, † 1686).

263. In *Italia* Carolus de Baccis O. S. Ben. Aretinus (n. 25. Apr. 1625), diu Florentiae s. theologiae lector, qui cum aliis sodalibus c. 1670 in Poloniam missus ibidem congregationem casinensem induxit († 1683), disseruit *de principiis universae theologiae moralis* seu de actibus humanis, Florentiae 1667 in f., quod opus magni facit Mabillonius in bibliotheca ecclesiastica ad calcem l. de studiis monasticis. Disserit in eo de conscientia, de voluntario et involuntario ac ejus effectibus, de actione humana et ejus circumstantiis, necnon de una specie ipsius h. e. de bonitate morali fere omnes praecipuas controversias tractans[1]). — Josephus Maria Requesens S. J. ex nobilissimis Cosyrae vulgo Pantellariae principibus ortus a. 1612, excellens plane in theologia evasit, quam etiam diu magna nominis celebritate docuit († 10. Jan. 1690). Scripsit *selectarum disputationum in 1, 2. p. d. Thomae ll. 4,* Panormi 1659 in f. cum additione, Romae 1675 in 12; brevem disputationem theologicam *de honestate contritionis et attritionis* earumque sufficientia ad remissionem culpae in sacra-

[1]) Hunc tamen l. Ziegelbauer IV, 274 tribuit Gregorio Dreher, quem priorem dicit prifflingensem, III, 576 priorem monasterii prunvenigensis.

[2]) Cf. Mederer annales ingolst. III; 66.

[1]) Cf. Bibl. benedictino-cas. p. 110.

mento vel extra sacramentum poenitentiae, ib. 1679 in 4; *opuscula theologica* (10), ib. 1684 in 4., in quibus disserit de statu parvulorum decedentium cum solo originali, de contritione et attritione, de potentia obedientiali, de visione beata et substantia supernaturali, de concursu luminis gloriae et divinae essentiae ad visionem beatificam, de infinitate Dei et rerum creatarum, de potentia hominis viatoris ad merendum et demerendum, de effectibus peccati originalis, de praedestinatione seu electione hominum ad gloriam, de justitia Dei. — Sebastianus de Conti (a Comitibus) S. J. Pistoriensis[1]), rhetoricae, philosophiae et theologiae moralis professor († 20. Jan. 1696) publicae luci dedit suas praelectiones ac disceptationes *de morali theologia* habitas in metropolitana senensi, Senis 1667 in 24; praelectiones *de praeceptis communionis, confessionis et jejunii,* Perusiae 1683 in 24. — Laurentius Maria Pisani[2]) O. Praed. Mylae Siciliae municipio 13. Apr. 1650 natus († 30. Maji 1690), praeter alia[3]) reliquit opus inscriptum: *Gedeonis gladius* propositiones a. SS. D. N. Innocentio XI. damnatas angelici doctoris ope penitus profligans radicitusque evellens, opus . . . ubi verus sensus, in quo praedictae propositiones damnantur, explanatur variique conscientiae casus resolvuntur: addita appendice circa observationes supra easdem propositiones edita a Raym. Lumbier O. Carm. (p. 358), in qua nonnullae controversiae iterum dirimuntur, Panormi 1683 in 4; Venetiis 1704. — Dominicus Maria Marchese sub celebri magistro Petro Godoy (supra pag. 7) Salmanticae theologiam audivit magno profectu, ut hinc ad suos redux ad docendos alios fuerit adhibitus. Vir fuit disciplinae regularis tenax, orationi addictus et hominis interioris curam gerens atque ad anteriora semper extendens seipsum. A rege Carolo II. praesentatus est ad sedem Puteolanam et ab Innocentio XI. confirmatus (1688): Ecclesiam suam optimis legibus ornare studuit, synodos regulariter coëgit, visitationem suae dioecesis quotannis obivit, verbo et exemplo gregem suum sollicite pavit († 11. Febr. 1692). Scripsit praeter ascetica (cf. supra p. 571) etiam theologiam bipartitam in dogmaticam et moralem, Neapoli 1685 t. 2 in f.; in priori (dogmatico) agit de supremo legislatore et capite Ecclesiae romanae (etiam in Rocaberti bibl. IX, 623—829); in altero (morali) de legibus. — Jos. Fozi (Fotius, Photius) SJ. Calaber (n. 1606; † 3. Apr. 1692) praeter ascetica et biographias describit: *Il sacerdote savio* et zelante assistente a moribondi, Romae 1683 in 12.

264. Singulare opus condidit Joannes Chrysostomus Filippini cler. reg. ord. theat. Veronensis scil. *de privilegiis ignorantiae,* Mantuae 1688; 1696 in f. ed. 2, quorum recenset tantum 234. Opus ad s. indicis congregationem delatum a prohibitione vel censura immune abiit. Disquirit autem in eo, quando quibusve in casibus per ignorantiam a peccato quis excusetur, necnon a censuris, a poenis ecclesiasticis aut a gravamine alio spirituali vel temporali (causa ejusdem) liberetur. — Ex plurimis operibus, quae reliquit alter sodalis Josephus Maria Mara-

---

[1]) Ejus forte frater vel cognatus fuit Odo de Conti S. J. († 1677) cujus exstat *Summa* quadripartita qq. philiosophicarum, Romae 1634 t. 4.

[2]) Alius a Francisco Maria P. ejus forte fratre, qui post obita munera in curia honorifica a. 1712 rejectis curis seculi honoribusque clericali militiae nomen dedit. Edidit plura opera ad jus etiam canonicum spectantia, et *columnam nubis* humanas dirigentem actiones in viam salutis contra nonnullas moralistarum opiniones, Panormi 1697 in 4. Cf. Mongitore 226 et append. p. 40.

[3]) Cf. Quetif II, 727.

viglia Mediolanensis[1]) n. 1617, philosophiae professor Patavii, ordinis sui praepositus generalis (1665) et episcopus novariensis (1667; † 18. Sept. 1684), huc forte referri potest *Pseudomantia veterum et recentiorum explosa* sive de fide divinationibus non adhibenda tr. absolutissimus ad tollendam falsae divinationis superstitionem[2]) cum animadversionibus philosophicis, astrologicis, theologicis, Venetiis 1662 t. 2 in f. — Tertius ejusdem instituti Angelus Pistacchi Castelli Neapolitanus († 1681) pariter praepositus generalis, Jos. M. Maraviglia praedecessor electus a. 1662 (postquam jam vitam religiosam ab a. 1609 esset professus), edidit tr. *de superstitione reorumque judicio* 2 pp. complectentem; in 1. singulares superstitionis species ex suis principiis ac ss. pontificum sacrorumque canonum auctoritate et communi theologorum doctrina sedulo pertractantur: in altera administrorum s. Officii requisita, privilegia et jurisdictio, mos item procedendi in causis ad s. inquisitionis tribunal deductis ac spectantibus usque ad sententiam ejusque exsecutionem inclusive dilucide explicantur, Neapoli 1678 in f.; tr. *de votis quibuscunque* secularium regulariumque ac de illorum transgressionibus, Neapoli t. 2 in f.; *tr. de juramento ac perjurio,* ib. 1678 in f. — Quartus ex eodem sodalitio fuit Clemens la Ficarra, Panormitanus, primum advocatus, insignis dein religiosus († 1683), qui in forma dialogi disputavit *de fama,* Romae 1671 p. 1. (et unica) in f., in qua in genere tantum de ea disserit. — Gregorius Rossignoli Novariensis cl. reg. congr. s. Pauli *theoremata theologico-juridica de restitutione* collegit[1]), Mediolani 1688. — De hoc eodem argumento egit tr. sex in 3 t. distributis Emmanuel Pereira S. J. Arrudensis, Lusitanus, Olisipone in regali collegio M. Antonii s. theologiae moralis primarius professor, deinde in academia eborensi s. theologiae primarius lector, cancellarius et academiae rector († 14. Dec. 1683), Olisipone 1724 v. 2 in f., opus posthumum cura sodalis Greg. Barreto (n. 4. Aug. 1669; † 14. Jan. 1729), qui voluit t. 3. addere, sed opere non complevit. — *De causis piis* in genere et in specie disserit ll. 13 Franciscus Amostazo, Lugduni 1698—1700 v. 2 in f.; 1732. — Denique Ludovicus Nogueira S. J. Lusitanus theologiae moralis professor († 30. Jun. 1696), praeter *bullae cruciatae expositionem* prolixam Coloniae Agrippinae 1691; Antwerpiae 1716 et 1733, edidit *quaestiones singulares, experimentales et practicas* per 4 disputationes distributas, scil. 1. de sacramentis, 2. de missis, capellaniis et legatis; 3. de censuris, irregularitatibus et simoniis; 4. de restitutione et justitia, Conimbricae 1698 in. f.; Venetiis 1702; 1711.

265. Ex his plerique theologiam moralem ita tractarunt, ut merito inter *theologiae pastoralis* cultores referri possint et debeant; tamen de hac praeterea nonnulli alii solliciti fuere. Ita *Polonus* Joannes Casimirus comes Denhof Warsaviae n. 6. Jun. 1649, legatus Sobiesky regis ad aulam pontificiam, cardinalis (1686) et episcopus caesenas (20. Jun. 1697), cujus est egregia *instructio pastoralis* italice conscripta de poenitentia (1696 Gallice

[1]) Cf. Vezzosi II, 31. Scripsit etiam l., cui titulus: *Leges prudentiae episcopalis,* Augustae Taurinorum 1678 in 4.

[2]) Ad veras revelationes dignoscendas a falsis scripsit Franciscus Maria Philamarinus O. Cap. Neapolitanus († 7. Martii 1683) *de divinis revelationibus* tr. duos, in quorum primo in genere prophetias, oracula, inspirationes, instinctus, somnia, visiones et alia hujusmodi examinat et exponit; in altero revelationes quasdam sibi propositas expendit atque reprobat, Neapoli 1675 in 4., opus rarum.

[1]) Cf. Acta erud. lips. supplem. I, 267.

(Deft 1698) et latine versa (Lovanii 1701) prodiit; *Raggionamenti agli ecclesiastici* adattissimi a far loro comprendere la dignità del loro stato e a dimostrare le obligazioni, Florentiae 1740. — Adalbertus Tylkowski S. J. († 14. Jan. 1695) Polonus, qui quam plurima reliquit opera polemica, philosophica, ascetica[1]) etc. — Wencesl. Czerwenka Turnoviensis, Praelatus Plsnensis, canonicus litomericensis (fl. 1694) praeter alia reliquit *Manuale parochorum,* Pragae 1674. — Franciscus Nuñez[2]) de Cepeda S. J. Toletanus († 19. Sept. 1690) in opere inscripto: *Idea de el buen Pastor* copiada por los ss. Doctores representada em empresas sacras con avisos espirituales, morales, politicos, y economicos para el govierno de un Principe Ecclesiastico, Legione 1682 in 4., saepe alibi, quod et in alias linguas versum fuit. — Jacobus a Corella (Coreglia) O. Cap. zelantissimus concionator seraphico imbutus spiritu (n. 1657; † 1699) in *Summa de la Theologia moral* su materia, los tratados mas principales de casos de Conciencia, Matriti v. 3 in f. saepius edita; cui adjecit ejus sodalis Franciscus Joseph a Citruniga philosophiae et theologiae lector († 1730) t. 4. Matriti 1704, et 5. ib. 1721 pariter saepius editi; et in *Practica de el confessionario* cum explicatione propositionum ab Alexandro VII. et Innocentio XI. damnatarum (hispanice), (proh. 12. Aug. 1710), qui liber vigesies quater impressus est Matriti et alibi, ita Pampelonae 1742 in f.; latine interprete Franc. Maria Gradiscano, Veronae 1723 in 4; italice interprete Petro Franc. a Novocomo O. Cap. († 1735) Genuae 1705; Parmae 1708 ed. 3.

266. Ex *Italis* prae ceteris laudem meret Paulus Segneri[1]) S. J. patria Antias in Latio (n. 22. Martii 1624), Sfortia Pallavicini dignus discipulus. Excellens plane erat orator atque missionarius per annos 27 strenuus, licet ex morbo surdaster († 9. Dec. 1694). Ejus opera et opuscula[2]) saepissime seorsim atque in plures linguas versa, dein etiam collecta (cum ejusdem vita auctore Josepho Massei Venetiis 1717 in 12.) prodiere Venetiis 1712; 1716; 1733; 1742; 1758; 1773 t. 4; Parmae 1716; 1720 v. 3 in f.; Neapoli 1854 v. 4 in 8 etc. Ejus *conciones quadragesimales* tricies saltem prodierunt. Ex hisce operibus mentione digna praecipue sunt: *Il christiano istruito nella sua legge,* raggionamenti morali, Florentiae 1686 v. 3 in 4 etc.; *Il parroco istruito,* opera in cui si dimostra a qualsisia Curato novello il debito che lo strigne e la via da tenersi nell'adempirlo, ib. 1692 in 12. etc. *Lettere (3) sulla materia del probabile*[3]), Coloniae 1703. 1732 in 12. sub nomine Massimo degli Afflitti. *Il Confessore istruito,* Brixiae 1672 in 12; *il penitente istruito,* Bononiae 1669 in 12; *l' Incredulo senza scusa,* opera dove si mostra che non può non conoscere quale sia la vera Religione, chi vuol

[1]) Cf. Sommervogel VIII, 286—296, qui eorum 59 recenset.

[2]) Alius ab eo est Ant. Nunez de Miranda SJ. Mexicanus, theologiae professor et provinciae praepositus († 17. Febr. 1695), cujus opuscula ascetica (30) recenset Sommervogel V, 1844—50.

[1]) Senior dictus, ut distingueretur a suo ex fratre nepote Paulo Segneri juniore, qui celeberrimus quoque fuit missionarius († 1713). Cf. junioris op. apud Sommervogel VII, 1089—93, ea sunt conciones, ascetica etc.; posthuma prodierunt t. 4 a. 1795. De utroque cf. Jos. Mariani Parthenii *commentarii et elogia,* Romae 1855 (ed. P. Boero) p. 11—46; Fabronius XV, 1—15.

[2]) Cf. Sommervogel VII, 1050—89.

[3]) Cf. de partibus, quas Segneri habuit in controversia de probabilismo in Societate Jesu tempore Thyrsi Gonzalez (de quo infra), Döllinger-Reusch Gesch. der Moralstreitigk. 1, 158 ss. Ipse primus fuit, qui Th. Gonzalez opus impugnaverit.

conoscerla, Venetiis 1690 in 4; *Manna dell' Anima,* Mediolani 1673—83 t. 4 in 12. Adversus Michaelis de Molinos[1]) errores nonnulla etiam reliquit scripta, ut *concordia tra la Fatica e la Quiete nell' Orazione* espressa ad un Religioso in Risposta, Florentiae 1680 in 12; quem l. impugnavit Petrucci (de quo cf. supra p. 598). Hinc scripsit *Lettera di risposta,* Venetiis 1681. Illa, *Concordia* scil. ad breve tempus fuit prohibita, prodiit correcta Romae 1691. Lettera vero usque ad novum Indicem Leonis XIII. fuit in Indice[2]) etc. — Joannes Carolus Antonelli Velitrensis, philosophiae, theologiae et juris doctor, episcopus ferentinus († 1694), scripsit praeter alia[3]) tr. bonum et clarum *de regimine ecclesiae episcopalis* in 8 ll. distributum, ubi omnia, quae ad forum ecclesiasticum praecipue spectant, exacte ac dilucide pertractantur, Velitris 1650; Venetiis 1672; 1705; 1723. Alia ejusdem opera sunt: Tr. *de juribus et oneribus clericorum,* in quo utriusque juris controversiae singulariter dilucidantur, Romae 1699; Venetiis 1716 in 4; *de tempore legali,* Romae 1660 in f.; Venetiis 1670; 1692; *de loco legali,* Velitris 1671 in f.; Venetiis 1687; 1707 in 4. — Plura bona et utilia continentur in *Scritti inediti* celeberrimi b. Gregorii Barbarigo (n. 25. Sept. 1625; † 18. Jun. 1694) cardinalis (1660) et episcopi patavini, quae cur. Uccelli demum Parmae 1877 prodierunt. Praesul erat piissimus, admodum sollicitus de reformatione morum deque institutione solida cleri, qui pro viribus aemulatus est s. Car. Borromaeum[1]).

267. *Galli* erant Carolus Ludovicus de Lantages Trecensis n. 1616, ab Olier in congr. s. Sulpicii (1643) receptus, qui aliquot rexit clericorum seminaria († 1. Apr. 1694). Praeter vitas piarum feminarum composuit *Catechisme de la Foy et des Moeurs* chrétiennes, Clermont 1679 pp. 2 in 12; Puy 1845; Parisis 1851; 1869; 1887 etc. *Instructions ecclésiastiques,* où l'on tâche de faire connoître l'essence, la dignité et la sainteté du Clergé, absque auctoris nomine[2]), Puy 1692; 1693 etc. — Jacobus Tyran (Tiran) S. J., poenitentiarius ad s. Petrum Romae († 26. Jan. 1694) collegit *Alphabetum pastorale* sive selecta concionum argumenta[3]), Lugduni 1679 t. 8 in 12; 1683; Coloniae 1711; *Missionarius* seu vir apostolicus in suis excursionibus spiritualibus, Lugduni 1682. 1694 t. 3; Augustae Taur. 1883 t. 3 in 8. Disputaverat de tribus contractibus, Lugduni 1677; sed interventu P. de la Chaise Societatis praepositus generalis ed. suppressam voluit et regis mandato omnia quotquot haberi poterant exemplaria igni fuerunt tradita[4]). — Ludovicus Tronson congr. s. Sulp. Parisiensis (n. 17. Jan. 1622) regi ab eleemosynis, seminarii s. Sulpicii director, Olerii successor et virtutum ejus aemulator magnae erat existimationis apud viros clarissimos sui aevi. De eo

[1]) Michael de Molinos patria Aragonus n. 21. Dec. 1640 initio inclaruit sanctitatis fama magnique factus est a viris piis et nobilibus et undique consultus. Eas tamen gradatim tradidit de ascesi opiniones, quibus vera pietas christiana inficiebatur et subvertebatur, ut congregatio inquisitionis in ejus errores demum inquireret, eum damnaret et Innocentius XI. prop. 68 edita constitutione 20. Nov. 1681 reprobaret. Poenitens obiit Molinos in carcere 1696. Cf. Allgayer KL. VIII², 1750—7.

[2]) Cf. Hilgers der Index p. 140 et in append. p. 551—63.

[3]) Cf. Mazzuchelli I, 851. Ughelli I, 852.

[1]) Cf. Schlösser KL. 1, 1983 s.

[2]) Cf. Bertrand Bibliothèque Sulpic. I, 91—103; Faillon Vie de M. de Lantages, Paris 1830.

[3]) Huic operi affinis est *Bibliotheca occulta concionum* Paulini a s. Joseph O. S. Aug. Excalc., qui ex Breviario Missalique romano eam italice concinnavit ac Romae edidit 1700 in 8.

[4]) Cf. Sommervogel VIII, 298.

scripsit[1]) Fénelon ad Clementem XI.: »Is certe disciplinae studio ac peritia, prudentia ac pietate, sagacitate denique in explorandis hominum ingeniis, nulli, ni fallor, impar fuit«. Obiit[2]) 26. Febr. 1700 a. aetatis 79. Inter alia ejusdem opuscula sunt: *Forma cleri* secundum exemplar, quod Ecclesiae sanctisque patribus a Christo D. summo sacerdote monstratum est, Parisiis 1669 pp. 3 in 12; Lugduni 1682; cum 4 aliis pp. Parisiis 1727; 1739; Avenione 1770; 1774; Venetiis 1774—76 t. 7; Agriae 1777; Parisiis 1824 t. 3 in 8; *Examens particuliers* sur divers sujets propres aux ecclésiastiques et à toutes les personnes qui veulent s'avancer dans la perfection, Lugduni 1690 t. 2 in 12 absque auctoris nomine; 1691 et saepe alias et alibi; Paris 1821; 1893 etc., etiam in alias linguas versa vel parum immutata pro varietate personarum, ita Parisiis 1713; 1824 etc.; *Manuel du séminariste,* Paris 1823. Ejus opera collecta cum antea ineditis prodierunt cur. Migne Paris 1857 t. 2 in 8. — Henricus de Barillon episcopus luxoniensis († 6. Maj. 1699) scripsit[3]) stilo ad vulgi captum accommodato *Conférences ecclésiastiques* t. 16, quorum 6 explicant epistolas s. Pauli, 2 agunt de praeceptis Dei, reliqui de sacramentis, Parisiis 1680—1704 in 12. — Jacobus Estienne Cabillonensis theologiae lector in seminario bisuntino, dein sodalis Oratorii († 27. Maj. 1698) bonum *catechismum* saepe editum concinnavit. — *Belga* erat Henricus Scaille Dionantinus, ad s. Petrum Lovanii decanus et majoris collegii theologorum praeses, magna ex parte s. Carolum Borromaeum ducem sequens exposuit obligationem ac *modum administrandi sacramenta tempore pestis,* Lovanii 1704 in 12.

268. *Germani* erant Christophorus Schenk S. J. Viennensis (n. 26. Oct. 1626; † 4. Oct. 1691), cujus est *Necessaria ad salutem scientia,* partim necessitate medii, partim necessitate praecepti dilatata variis discursibus, Crembsii 1689 p. 1; Moguntiae 1691 p. 2 in 4. — Georgius Biegeisen S. J. Alsata edidit l. inscriptum *Mons myrrhae* seu brevis instructio de sacramento poenitentiae, Coloniae 1660; Dilingae 1678 ed. auctior, germanice Coloniae 1691; 1693 etc. — Prae primis tamen mentione dignus est Tobias Lohner S. J. Neo-oettinganus (n. 1619; † 26. Maj. 1696), plurium operum auctor, quorum potiora sunt:[1]) Instructio practica *de ss. Missae sacrificio* juxta ritum s. romanae Ecclesiae offerendo una cum rubricis ejusdem missae brevibus notis illustratis, Dilingae 1670 in 12; *de officio divino* juxta ritum breviarii romani recitando, ib. 1679 in 12 etc.; *de conversatione apostolica* a curatoribus animarum pie et fructuose instituenda, ib. 1678; instructio quarta *pastorum,* ib. 1678 in 8; *de confessionibus rite et fructuose excipiendis,* ib. 1677; *institutiones quintuplicis theologiae* positivae videlicet, asceticae, polemicae, speculativae et moralis complectens una cum appendice methodum compendiariam reformationis ecclesiasticae a conc. tridentino factae continente, ib. 1679 in 8; *de munere concionandi,* exhortandi, catechizandi, ib. 1682; *institutiones theologiae mysticae,* ib. 1680 in 8; *de sacerdotii origine et praestantia,* ib. 1681 in 8; *succincta doctrinarum asceticarum Summa,* 1685 in 8; *armamentarium* seu panoplia spiritualis, 1688 in 8., quae instructiones seorsim saepe prodierunt, collectae ib. 1726 t. 11; 1739—49 v. 12 in 8. Saepe quoque pro-

[1]) Oeuvres compl. de Fénelon ed. Versailles Corresp. III, 104.

[2]) Fuse et accurate de eo disserit Bertrand op. cit. I, 123—155. Grandet Les saints Prêtres français du XVII siècle, Deuxième série p. 305—333.

[3]) Cf. Journ. des Sav. XXX, 85.

[1]) Cf. Sommervogel.

diit ejus instructissima *bibliotheca manualis concionatoria,* 1681 t. 4 in f. — In concionatoribus instituendis meruit et Nicolaus de Hauteville Alvernus, doctor sorbonicus (l. 1681), a Carolo Aug. de Sales episcopo genevensi electus canonicus, qui s. Thomae doctrinae valde erat addictus. Hinc fere per modum commentarii scripsit (in 1. p.) *la Theologie angelique ou l'idée du parfait prédicateur,* Lugduni 1657; La Theologie ang. ou *l'idée du parfait docteur,* ib. 1658; la Th. ang. ou *la parfaite idée de l'homme sage,* 1661 t. 3 in 4; *l'Art de bien discourir* ou la methode aysée pour inventer, former, établir et multiplier un solide discours dans la chaire et le barreau, Parisiis 1666; *Histoire royale,* in qua agit de perfectionibus divinis, de distinctione ss. Scripturarum earumque versionibus, de Genesi, opificio sex dierum etc., cum praeludiis, in quibus disserit de antiquis philosophis, ib. 1666. 1667; *L'art de prêcher,* ib. 1683. Plura opera scripsit de s. Francisco Salesio, ib. 1672 in 8., aliaque, quae recenset Feret IV, 194—204. — Christophorus Tachon OSB. e congr. s. Mauri († 1693) disserit *de la sainteté et des devoirs* d'un prédicateur évang. avec l'art de bien prêcher, Parisiis 1685.

269. *Casus conscientiae* collegerunt et solverunt Josephus Drescher O. S. Ben. e monasterio ad s. Lambertum, theologiae moralis in academia salisburgensi professor 1669—1677, († 1698), Salisburgi 1675. — Ludov. a Conceptione O. SS. Trin. de Red. Capt. Lusitanus, pluribus annis Compluti theologiae lector, a sanctitate et humilitate[1]) illustris, propter singulare suum in daemones dominium »malignorum triumphator et hostium humani generis debellator fortissimus« dictus († 1681) in opere inscripto: *Examen veritatis theologiae moralis* per singulares casus et quaestiones, Matriti 1655; 1666; 1676 v. 3 in f. — Hadr. Augustinus de Bussy de Lamet doctor sorbonicus (1650), Saint-Beuve familiaris et in solvendis casibus socius[1]) († 1691), cujus casus prodierunt 1714 in 8; secundis curis inscripti: *Dictionnaire des cas de conscience par De Lamet et Fromageau,* Parisiis 1733 v. 2 in f, et iterum cum casibus Jo. Pontas, Basileae 1741 v. 5 in f. — Ant. Maria Piccolomini cler. reg. theat. neapolitanus, edidit *dubia moralia selecta* (50) reflexe elucubrata, Neapoli 1700 in 8. — Mentione dignus hic est Michael Boudewyns Antwerpiensis, medicinae et philosophiae doctor, anatomiae et chirurgiae professor († 29. Oct. 1681), qui nova sed docta methodo theologiam medice seu medicinam theologice pertractavit edito ad normam Summae d. Thomae opere cum theologis et confessariis, tum medicis perutili, cui titulus: *Ventilabrum medico-theologicum,* quo omnes casus tum medicos cum aegros aliosque concernentes eventilantur, et quod ss. patribus conformius, scholasticis probabilius et in conscientia tutius est, decernitur, Antwerpiae 1666 in 4. — Petrus de Tressan de La Vergne n. 1618 fidem amplexus est catholicam (1638). Aliquamdiu versatus est apud Pavillon episcopum electensem (Aleth), Jansenistarum fautorem; in exsilium vero pulsus est quod partem habuerit in edendo malo opere *Théologie morale* des Jésuites. Redire permissus periit aquis submersus 5. Apr. 1684. Concinnavit *Examen général* de tous les états et conditions, et des péchés qu'on y peut commettre, 1670 t. 2 in 12 sub nomine Saint-Germain; *Relation nouvelle* et exacte d'un Voyage en la Terre Sainte ou Description de l'état present des lieux, où se sont passées les prin-

[1]) Cf. Bibliogr. crit. III, 237.

[1]) Cf. plura de hoc viro vere pio et misericordi in Bibl. univ. XXIII, 283.

cipales actions de la vie de J. Christ[1]), Paris 1688.

270. De sacris *ritibus* disseruit[2]) Franc. Maria Maggio O. Theat. Panormitanus, diu in Oriente, Georgia praesertim, missionarius († 12. Jun. 1686), in op. *de sacris caeremoniis* obiri solitis in Dei templis ac monasteriis, praesertim circa salutationem angelicam, domus Dei decorem et ecclesiasticam honestatem disquisitiones rituales, morales, asceticas et ut plurimum novas, Panormi 1654 in f.; *de sacris caeremoniis* . . . praesertim in divino officio et choro disquisitiones etc., ib. 1666. — Huc referri potest Joan. Deslyons Gallus, doctor sorbonicus et decanus, theologus capituli silvanectensis (Senlis), vir in antiquitate admodum versatus[3]), Arnaldo nimis addictus, ut supra pag. 448 a. diximus et etiam nonnihil singularis (n. 1615; † 1700), qui scriptis suis aliquot antiquitatis mores vel consuetudines illustravit. Edidit quoque *Défense de la véritable dévotion envers la s. Vierge*, 1651 in 4.

271. Inter *concionatores* excellit Antonius Vieira Olisipone 6. Febr. 1608 natus, Bahiae in Brasilia societatem Jesu ingressus. Aliquamdiu missionarium inter incolas egit, quorum et causam in se susceptit patronus adversus injustas Europaeorum vexationes in aula regia valide et potenter adeo, ut ab illis ‚magni patris' nomine salutaretur. Apud Joannem IV. Lusitaniae regem magna fruebatur gratia, adeo ut rex ejus uteretur consilio et opera in negotiis status, imo cogitaret de eo recipiendo in ministrorum regni consessum deque promovendo in sedem episcopalem, nisi viri insigniter religiosi obstitisset modestia. Post reditum in missiones gravissima est in eum mota tempestas ab eis, qui Indos tyrannice vexabant. In vincula conjectus cum sodalibus et in Europam fuit deportatus et vel ipsa inquisitio in eum fuit commota. Sopitis turbis Romae degit (1669—75) magni aestimatus a Clemente X., ab Oliva praeposito Soc. Jesu generali, a Christina Sueciae regina. Senex 73 a. in Brasiliam iterum rediit, et octogenarius missionibus praefuit praepositus provincialis. Decessit magnus hic vir, Indorum apostolus et jurium eorum intrepidus assertor fere nonagenarius 18. Jul. 1697. Magnam nominis assecutus est famam propter suam in dicendo eloquentiam, ita ut diceretur ‚Bossuetus Lusitaniae'. Plures ejusdem *sermones* collecti[1]) prodierunt Olisipone 1679—1694 pp. 8; sermones *de b. Maria V.,* ib, 1686—1699 pp. 12; *opera* posthuma, ib. 1710. 1748 t. 2. In varias quoque linguas versae fuere ejus conciones, germanice cur. Fr. Jos. Schermer, Regensburg 1846—63 et Kaulen Paderborn 1856. — Hunc excipiunt alii minoris famae. Philippus Kiselius S. J. Fuldensis, qui a. 30 verbum Dei annunciavit Moguntiae, Spirae et Wirceburgi (n. 15. Mart. 1609; † 23. Aug. 1681). Prodierunt ejus conciones inscripti: *Nili mystici* ex paradiso voluptatis sive verbi divini septemplici alveo effluentis t. 7 cum quadruplici auctario, Bambergae 1666—79 t. XI. — Claudius

[1]) Cf. Journal des Sav. 1688 p. 204; Feller 8, 329.

[2]) Cf. Mongitore I, 219; Biogr. un. XXVI, 125. Ejus frater secundum carnem et spiritum Hieronymus (n. 13. Sept. 1625; † 12 Aug. 1691) edidit Allegationes *de irregularitate* pro Franc Catalano, Matriti 1680 in f. Cf. Mongitore I, 280; Vezzosi II, 23.

[3]) Cf. Feller III, 261.

[1]) Cf. Sommervogel VIII, 653—87; Études LXXVII (1898), 368 ss.: 520 ss.; Pfülf KL. XII², 930 ss., qui de eo scribit: „Seine Fehler, nämlich Häufen von Schriftstellen und oft gekünstelte, allzu subtile Schriftauslegung werden reichlich aufgewogen durch die Klarheit und Volkstümlichkeit der Sprache, durch die lebhafte Communication und das hinreissende Feuer der Darstellung."

Texier S. J. Gallus, qui annis 30 concionatorem egit († 24. Apr. 1687), cujus *sermones* et opera ascetica collecta prodierunt Avenione 1845 t. 9 in 12; Lugduni 1847 t. 9 in 12; sermones selecti habentur in Migne collection .... des Orateurs sacrés VI, 747—1170; VII, 1—368; germanice versi prodierunt Ratisbonae 1871 t. 10 in 8. — Franciscus Heffner O. Praem. in Cella Dei superiori (Oberzell) dioecesis moguntinae, cujus *concionator extemporalis* saepius prodiit[1]), Nürnberg 1691; Sulzbach 1691 t. 2; ibidem 1693; Nürnberg 1710; 1720 etc. — Joseph Maria a Jesu O. Carm. taurinensis coenobii prior († 9. Jul. 1695), qui adeo versatus erat in d. Thomae operibus, ut omnia pene memoriter complecteretur. Hinc exhibuit *Silvam doctrinarum* ex S. Thoma A., Theresia aliorumque pp., sententiis ornatam ac distributam per singulas dominicas totius anni, Taurini 1690 in 4; *discursus praedicabiles* in evangelia quadragesimae ex d. Thoma A., ib. 1681. Ejus quoque est *Aureola* priorum Carmelitarum Disc. et aliorum, ib. 1673. — Franciscus Wespin S. J. Namurcensis concionator per Belgium (n. 11. Dec. 1634; † 27. Mai. 1695) reliquit *Morale Evangélique* pour tous les Dimanches de l'année, Leodii 1688 t. 2 in 8; 1690; 1692. — Franc. Jos. a Busmanshausen ex illustri baronum de Roth stipite mundi blanditiis et fortunae valedicens factus est humilis s. Francisci discipulus inter Capuccinos atque vitae evangelicae exemplum († 19. Nov. 1697). Reliquit plures concionum cyclos. — Petrus Le Chartier Normannus cum tribus fratribus ingressus est Oratorium, e quo tamen post a. 30 discessit (1682). In concionatorum utilitatem composuit *Dictionnaire apostolique* plein de desseins etc., 1685. 1693, quod tamen non complevit. — Jo. Baptista Le Vray can. reg. prior in canonia melodunensi edidit *Homelies* ou explication litterale et morale des evangiles de tous les dimanches de l'année . . . avec les resolutions de cas de conscience les plus difficiles et les moins connus, Paris 1681; 1697.

272. Inter praestantiores hujus periodo *ascetas* referri possunt: Antonius de Fonseca Soares (Ant. das Chagas in ordine dictus) O. Min. Lusitanus n. 25. Jun. 1621, qui post militiam et liberiorem vitam lectione operum Ludovici de Granada conversus ordinem s. Francisci est ingressus, in quo vitam duxit vere piam et eximie religiosam atque sanctissime obiit († 20. Oct. 1682). Laudantur ejus opera a stilo classico atque solida ascesi, quorum tamen plura manserunt inedita[1]). — Ven. Claudius de la Colombière S. J. Gallus (n. 2. Febr. 1641; † 15. Febr. 1682), b. Mariae Marg. Alacocque confessarius et apostolus pro dilatando cultu ss. cordis Jesu[2]), cujus opera ascetica, inter quae *Lettres spirituelles,* prodierunt Avenione 1832 t. 7. Ob vitam ejus piissimam instituta est jam beatificationis ipsius causa. — Benedictus Bovio O. Praed. Feltrensis (fl. 1683) multorum libellorum asceticorum auctor[3]). — Epiphanius Loüis (Louyse) O. Praem. Nanciensis, abbas stivagiensis (Etival), congregationis suae procurator et per Lotharingiam vicarius generalis, qui ter Romam profectus negotia reformationis suae congregationis promovit. Vir erat omnibus numeris absolutus[4]), in theologia mystica admodum versatus († 23. Sept. 1682), cujus specimina reliquit: *La*

[1]) Cf. Goovaerts I, 364—6.

[1]) Cf. Brück KL. IV 1596; Godinho Vida de Freire A. das Chagas, Olisipone 1687. 1728.

[2]) Cf. Hattler, Lebensb. dss ehrw. Cl. de la Colombière Freiburg 1903, ubi exhibet ejus *diarium asceticum* admodum utile et unctione plenum. De ejus operibus asceticis cf. Sommervogel II, 1311.

[3]) Cf. Echard II, 697.

[4]) Cf. Goovaerts 1, 537 ss.

nature immolée par la grace ou la pratique de la mort mystique, Paris 1674 in 8; *La vie sacrifiée* et anéantie des Novices, ib. 1674; *Conferences mystiques* sur le recueillement de l'Ame pour arriver à la Contemplation etc., ib. 1674—75; *Lettres spirituelles*, ib. 1688 in 12. — Jacobus Planat (Planenatus) congr. s. Sulp. strenuus [1]) per Galliam missionarius († 1684), cujus sunt *Schola Christi*, Biteris 1656 t. 4 in 16; *Regula cleri* seu magisterium clerici, ib. 1656 in 16; utrumque Parisiis 1791—93 t. 6 in 12; *Hymnodia ecclestiastica* complectens hymnos 326, Claromonte 1679. — Carolus Myleman O. Praed. Gandavensis (n. 1608; † 12. Aug. 1688), qui lingua patria plurima edidit opuscula tacito suo nomine [2]). — Mich. Boutauld S. J. († 12. Maj. 1689), cujus sunt [3]) *Les conseils de la sagesse* ou le recueil des Maximes de Salomon les plus necessaires à l'homme pour se conduire sagement, Paris 1678 in 12. saepissime editum, etiam ib. 1863, et in varias linguas versum; *Le Théologien dans les conversations* avec les sages et les grands du monde ib. 1683; 1853; *Méthode pour converser avec Dieu*, ib. 1684 in 16; 1880, utrumque saepisme editum. — Vincentius Huby S. J. Brito, vir vere apostolicus, qui plurimum promovit jugem ss. sacramenti eucharistiae adorationem (n. 15. Mart. 1608; † 22. Mart. 1693), cujus *Oeuvres spirituelles* saepissime prodierunt [1]), Parisiis 1755 in 12; 1766 cur. Baudrand, qui ipsum textum in plurimis locis retractavit; 1789; 1863 etc. — Antonius Boissie S. J. Gallus (n. 1. Jan. 1623; † 26. Apr. 1691), inter cujus scripta ascetica [2]) praesertim laudatur *Le Saint Evangile de J. Christ* expliqué, Lugduni 1683—84 t. 4 in 12., saepe editum, ib. 1864 t. 3 in 12., in alias linguas versum, etiam germanice interprete Zorell 1893. — Claudius Martin O. S. Ben. in congr. maur. († 1696), quem sodales in congr. praepositum eligere cogitarunt, nisi obstitisset vetitum regium. Aulae enim regiae invisus erat, quod strenue vindicaverit congregationis privilegia adversus illius usurpationes [3]). — Benignus Joly († 1694) insignis asceta et pii canonici laudabile exemplar, ob plurima misericordiae opera pater pauperum dictus [4]).

[1]) Cf. Bertrand Biblioth. Sulpicienne I, 72—83.

[2]) Cf. Leon. Willems in Biogr. nat. de Belg. XV, 390—3.

[3]) Cf. Sommervogel II, 45—51.

[1]) Sommervogel IV, 499 ss. eorum circa 50 recenset.

[2]) Cf. Sommervogel I, 1603—6.

[3]) Franciscus de Clugny e nobilissima natus familia 4. Sept. 1637, puer 14 a. ingressus est congr. Or. (1651), in qua juxta Batterel III, 463 ss. piam, rigidam atque laboribus apostolicis deditam vitam duxit. Mortem contraxit ex nimio obsequio infirmis morbo contagioso infectis impenso 29. Oct. 1694. Reliquit plura opuscula ascetica suppresso nomine, e quibus *La dévotion des pécheurs* par un pécheur Lugduni 1685 in 12; 1689; 1701 et *L'oraison des pécheurs* par un pécheur, Divione 1689; Lugduni 1701 proh. fuere 15. Jan. 1714. Cf. Colonia Bibl. janséniste pag. 284; Ingold Essai p. 35.

[4]) Cf. Beaugendre OSB. La Vie de messire B. Joly prêtre, chanoine et instituteur des Religieuses hospitalières de Dijon, Paris 1700.

III.

Theologi annorum 1701—1720.

I. Theologia scholastica.

273. Negari nequit theologiam *scholasticam* seculo 17. ad finem vergente, multo vero magis seculo 18., haud parum defecisse ab illo splendore et perfectione, quam sec. 16. in primis iterum attigerat; hinc merito Gener in hac disciplina si quis alius versatus in sua scholastices historia scribit [1]): »Nostrum VII. scholasticum aevum ab anno Christi 1701 usque modo (scribebat autem c. a. 1765) parum scholae theologiae felix faustumque fuit. Hoc quippe seculum alioqui omnigena eruditione, severiori criterio, stilo eleganti nitidissimaque methodo excultissimum, cum nonnisi amoenioribus juxta ac facilioribus scientiis delectetur, perdifficilem subtilemque scholasticen et ejusdem cultores ubique ferme jam minimi pendit ac vix non omnino despicit.« Quae non sunt ita intelligenda, ac si desint, qui secundum hanc methodum theologiam tractaverint; plurimos enim reperiemus: sed multis, si non plerisque, deest illa disserendi soliditas et gravitas, illa speculationis profunditas conceptuumque nobilitas, quam in auctoribus sec. 13. et 16. classicis admiramur. Vel enim theologi hujus seculi leviter obiterque nimis gravissimas attingunt questiones, vel contra ad fastidium usque se immergunt subtilitatibus spinosis sine magno fructu.

274. Et quidem in *Germania* magis quam alias theologia scholastica [1]) ex-

[1]) Theologiae dogmatico-scholasticae t. 1 Prodromi 1 c. 1 n. 36.

[1]) Burchardus Lingen S. J. Zwollis n. 1662, Aristotelis interpres et theologiae professor Coloniae († 20. Febr. 1713) *Medullam tripartitae philosophiae* veteris ac novae edidit Coloniae 1699 in 8; 1705 in 12. — Disputationes philosophicas varii argumenti reliquit Petrus Zendron SJ. Tridentinus († 14. Apr. 1703). — Jo. Henr. Wiber philosophiae magister statuit *philosophiae principia antiperipateticae* contra principia philosophiae peripateticae stabilita fortissimis argumentis, novis et veteribus cum solutione argumentorum peripateticorum et nova explicatione praecipuarum difficultatum, quae occurrunt in philosophia, Ratisbonae 1701. Cf. Lauchert allg. d. Biogr. 42, 303. — Coelestinus Romoser de Romosegg O. S. Ben. in abbatia admontensi, philosophiae professor et rector universitatis salisburgensis, dein parochus groebmingensis († 8. Aug. 1720)

culta fuit. Bono exemplo praeivere *ordinis s. Benedicti* sodales, qui hac aetate admodum florentem reddiderunt academiam salisburgensem, quam moderabantur et scientiae splendore illustrabant. Hic docebat praeter alios Benedictus Pettschacher e s. Lamberto in Styria, qui juvenis ita animum studiis applicuit, ut a professore suo in publica thesium defensione eam laudem audire meruerit: „Hic vir dignus est, qui mox cathedram docturus ascendat.“ Et eam revera conscendit Salisburgi, ubi theologiam scholasticam docuit (1667—1673). Omnium suffragiis postulatus est rector magnificus (1673—1681). Magna auctoritate fruebatur apud ordinis praelatos Austriae, Bavariae, Sueviae et Helvetiae. Decessit hic vir doctrina juxta ac virtute eximius ipso Parasceves die a. 1701. Plures edidit tr. theologicos, *de incarnatione,* Salisburgi 1673 in 8; *de sacramentis in genere* et de baptismo et confirmatione et eucharistia in specie, 1675; *de restitutione* 1676 in 8; *de Deo uno et trino,* Graecii 1698 etc. Propter claritatem et doctrinae soliditatem academia salisburgensis sodali Odoni Guetrath id operis imposuit, ut nostri auctoris tractatus editos et ineditos colligeret, et si qua deessent suppleret: hinc prodiit *theologia universa speculativo-practica,* Salisburgi 1743 v. 3 in f. — Hanc praecellit *theologia scholastica* secundum viam et doctrinam s. Thomae, Augustae Vindelicorum 1695 t. 4; 1719 t. 4 in 3 v. in f., quam composuit Paulus Mezger[1]) Eichstaettensis n. 23. Nov. 1637, qui vitam religiosam professus est Salisburgi in monasterio s. Petri. Philosophiam docuit ibidem in academia 1668—1670, theologiam speculativam 1673—1688, polemicam 1683—1700. A morte fratris sui Josephi 1683 procancellarium egit usque ad obitum († 12. Apr. 1702). Ipsius theologiae cursus minor quidem est eo, quem elaboraverat Reding (p. 332), sed majori concinnitate, integritate, ordine et claritate se commendat, adeo ut praestantissimus inter omnes censeri debeat, quos unquam sodales benedictini in Germania protulerint[1]). Praeter theses et disputationes philosophicas et theologicas plurimas reliquit etiam *sacram historiam de gentis hebraicae ortu,* progressu, bene et male gestis ab Abrahamo et c. 11. Genesis usque ad ultimum regem et captivitatem babylonicam, in sensu tam literali quam spirituali succincte expositam et annotationibus moralibus excultam, Augustae V. et Dilingae 1700 in f., Augustae 1715, in qua plures quaestiones attingit, quae sensum spectant spiritualem seu mysticum, atque concionatoribus concionum argumenta suppeditare intendit. „Methodus ubique regnat exquisita, inquit Calmet[2]), et quicunque ad ejus

reliquit opera philosophica. Cf. Wichner Gesch. d. Ben. Stiftes Admont IV, 351.

[1]) De fratre Josepho Mezger egimus p. 541, cujus *historiam salisburgensem* ipse absolvit cum altero fratre Francisco (n. 25. Oct. 1632) statura quidem pusillo, animo vere magno, monacho pariter petrensi et in academia salisburgensi collega, qui alias atque alias tradidit disciplinas et interpretatus est ss. literas (1681—88). Obiit magister novitiorum et clericorum director, postquam magno spiritus fervore octiduana exercitia peregisset 11. Dec. 1701. Reliquit scripta philosophica, ascetica, casum theologicum *de conscientia erronea et dubia,* Salisburgensi 1688. De his tribus fratribus scribit Mabillon, qui eos viderat in suo itinere germanico, in *analectis* (Parisiis 1723 p. 12): „Animae quales neque candidiores terra tulit.“ Cf. de iisdem Lindner Profeßbuch der Benedictiner-Abtei St. Peter in Salzb. Salzburg 1906 p. 53—58; 65—68. Mittermüller Stud. und Mittheil. V, 1, 135—137.

[1]) Cf. historisch-politische Blätter 1873 v. LXXII, 496.

[2]) In biblioth. sacra. Cf. Mémoires de Trévoux 1702 Febr. 122—136., ubi tamen advertitur: „Il seroit à souhaiter qu'il eût lû les ouvrages critiques qu'on a fait de nôs jours, son livre en seroit beaucoup plus curieux, peut être qu'on y trouveroit de quoy décider la plus part des questi-

lectionem se conferent, operis suscepti eos certe non poenitebit, ac sacram historiam discent perquam facillime.« In theologia morali strenue tuetur probabilismum. — Tertius qui reliquit fere integram *theologiam dogmatico-scholasticam* in 10 tract., Salisburgi 1696—1702 in 4., fuit Carolus Schrenk[1]) de Notzing (n. 24. Nov. 1659), philosophiae (1688), dein theologiae dogmaticae professor (1694), demum (1702) monasterii s. Petri abbas † 30. Jul. 1704).

275. Aliquot tractatus typis mandarunt Gregorius Wibmperger OSB. e monasterio cremifanensi n. 1640, qui in academia salisburgensi professus est philosophiam 1669, theologiam polemicam 1672 et scholasticam 1673; ipsique academiae praefuit rector magnificus ab a. 1681 ad mortem usque 20. Jul. 1705[2]). Ipse cum duobus fratribus Jos. et Paulo Mezger plurimum contulit ad splendorem academiae salisburgensis. — Marianus Lendelmayer OSB. Linciensis[3]), prius philosophiae 1693 et theologiae speculativae 1696 professor, universitatis procancellarius, 1702 abbas admontensis († 17. Mart. 1707). — Maurus Lichtenheim e monasterio s. Lamberti[4]), philosophiae 1673, theologiae morulis 1680, speculativae 1681 et polemicae 1689 professor († 23. Mart. 1709). — Coelestinus Pley e monasterio seittenstettensi, philosophiae 1691, theologiae polemicae 1700, moralis 1702, speculativae 1703 usque ad a. 1710 professor[1]) inter cujus opera sunt etiam *theoremata theologiae angelicae benedictino-thomisticae*, Salisburgi 1707 in f.; *Basis universae theologiae* i. e. fides divina 1707—1799 pp. 2. — Joannes Baptista Hemm, Salisburgi philosophiae professor et abbas ad S. Emmeranum Ratisbonae (1694; † 14. September 1719), plures reliquit disputationes theologicas *de visione Dei*, Ratisbonae 1676 in 4; *de incarnatione*, Stadtamhof 1678 in 8; *de ss. Trinitate*, Pedeponti 1677 in 12; *de scientia Dei*, Ratisbonae 1682 in 4; *de voluntate Dei*, Pedeponti 1688 in 12; *de vitiis et peccatis*, Ratisbonae 1683 in 8. — Quibus addi debent alii quidam benedictini Felix Egger e domo s. Petri Constantiae (Peterhausen) Rorschachii natus 1659 († 1720), auctor l. inscripti: *Pietas benedictina erga b. V. Mariam* exhibens triumphum immaculatae ex principiis philosophicis adornatum, Campidonae 1698. — Aemilianus Schaumburger in monasterio s. Lamberti prior. — Romualdus Freher Etalensis, qui edidit Augustae V. 1719 opus inscriptum: *Fides divina* in suis principiis intrinsecis et extrinsecis examinata.

276. Praeter Benedictinos ex *augustiniana* familia huc spectant Nicol. Gircken Eyberdinganus, s. theologiae doctor et professor in universitate coloniensi, provinciae praepositus († 1. Jul. 1717), qui composuit *Summam Summae theologiae scholasticae* juxta tuta et inconcussa dogmata ss. Augustini et Thomae 4 tomulis comprehensam, Coloniae 1704; 1716; 1719; 1734; 1736 in 12. — Joannes Schweitzer Juliacensis, pariter in coloniensi academia professor et facultatis theologicae decanus, ter suae provinciae praepositus († 23. Jan. 1708

ons qu'il propose et quelques autres encore dont il ne parle point.«

[1]) Cf. Lindner op. cit. p. 86—88.

[2]) Cf. Mittermüller l. c. V, 1, 139 ss.; Kobolt l. c., qui recenset ejusdem scripta, quibus magnam theologiae partem illustrat.

[3]) Cf. historiam universit. salisb. p. 246 et 385. Reliquit tractatus de variis theologiae argumentis, in quibus strenuum se probat thomistam.

[4]) Ibid. l, 2 c 7 n. 346, ubi praeter philosophica opera, septem ejusdem tractatus theologici recensentur.

[1]) Ibid. n. 266.

a. aetatis 85), aliquot diss. est auctor, ex. gr. *de sufficientia et necessitate poenitentiae,* Coloniae 1678; *de radice intolerabilium scandalosarum propositionum* ab Alexandro VII. et Innocentio XI. damnatarum ad mentem s. P. Augustini, Coloniae 1679 in 8; *de essentia et effectibus praedestinationis et reprobationis* adultorum et infantium sine baptismi sacramento morientium ad mentem Augustini, ib. 1681; *de incertitudine sententiae probabilisticae* et periculo dictaminis practici, ib. 1682 in 8; *de statu innocentiae,* de primorum hominum lapsu et poenis inde derivatis, ib. 1682 in 8; *justae querelae de responsione benigna,* 1682 in 8 etc. — Columbanus Humpl Wolfertshusanus OSA. († 2. Maj. 1708) scripsit praeter alia tr. *de fide, spe et caritate,* Ingolstadii 1677 in 4. — et Augustinus Höfler OSA. Monacensis, bis suae provinciae praepositus († 28. Sept. 1713), *controversias ex universa theologia scholastica* discussit, Monachii 1688 in 4; *microcosmus* seu qq. de causis hominum, ib. 1684; *Sapientia et providentia Dei* in gubernanda republica humana ad mentem s. Augustini, s. Prosperi Aq., ib. 1685 in f. — Ex ordine *Minorum* mentione in primis dignus est Franciscus Henno, qui elaboravit succincte et nitide *theologiam dogmaticam et scholasticam,* opus principiis thomisticis et scotisticis quamtum licuit accommodatum, complectensque casus omnes obvios ex firmis Scripturae, conciliorum canonum et ss. patrum sententiis resolutos, Duaci 1706—1713 v. 8 in 12; 1718, 1720; Coloniae 1718 v. 2 in f.; Venetiis 1719 v. 2 in f.; 1768 v. 9 in 18. etc. — Cui adde Wolterum Schopen O. Conv. Juliacensem, in conventu wratislaviensi studiorum regentem ac ss. canonum professorem, demum episcopum makariensem et suffraganeum wratislaviensem († 1717), qui praeter *philosophiam,* Nissae 1696, *theologiam* ad mentem Scoti 4 t. comprehensam edidit, Nissae 1698; »in multis tamen, inquit Vincentius von Berg [1]), exorbitat tam a scotistarum, quam etiam a d. Thomae sententia velut auctor singularis.« — G. Mahler Min. theologiae doctor et professor, guardianus succincte elucidavit *Theologiam Scoti* in 4 ll. sententiarum, Tugii 1702; *Sacramenta legis gratiae* ad mentem Duns Scoti exposita, Constantiae 1678. — Ex ord. Capuccinorum laudandus est Gervasius Brisaciensis, Alsata, ter suae provinciae praepositus et commissarius generalis pro Belgio († 1717), qui praeter cursum philosophicum typis commisit *cursum theologicum,* in quo omnes materiae theologicae tam speculativae quam practicae, imo et controversisticae cum varietate sententiarum continentur, Solidori 1687—90; 1732 t. 6 in 3 v. in 8; Coloniae 1698; 1706; 1716 in 12. — Ex O. Praem. quatuor occurrunt: Nicolaus Dirig canoniae gradicensis (Hradisch) Nissensis n. 1657, philosophiae, dein theologiae, demum juris canonici professor († 1708), qui eleganter et nervose universae theologiae praecipuas ad mentem doctoris angelici complexus est quaestiones. — Hieronymus Frid. Kichler canoniae strahovensi Hildesiensis, notarius apostolicus († 2. Maj. 1715) resolvit quaestiones theologicas *de homine prout elevatus est ad beatitudinem per actus proprios obtinendam,* pp. 2, Pragae 1707. 1708; *de homine prout lapsus est a fine beatitudinis* per propriam malitiam sive *de peccatis,* ib. 1709. — Hyac. Hecht ex canonia teplensi, qui disputavit *de jure et justitia* ad 2. 2. q. 59, Pragae 1734. — Hugo Wollauf canoniae wiltinensis Tirolensis, theologiae lector († 14. Apr. 1719) disseruit *de Deo uno et trino,* de beatitudine et angelis, de incarnatione et gratia, Augustae 1709; *de regula externa actuum humanorum,* 1702. — Franc. Speer O. Cist. in seminario pragensi

[1]) In ratiocinio juventutis franciscanae p. 311. Cf. Harzheim, bibl. col. p. 322.

professor edidit 1702 tr. *de Deo uno et trino, de incarnatione.*

277. E *societate Jesu* plures scriptores numerantur, scil. Petrus Kirsch trevirensis (n. 6. Jan. 1638; † 3. Jul. 1721), qui praemotionem physicam impugnavit in libello *Deus movens ex mente s. Thomae* absque praedeterminatione physica, Coloniae 1708 in 12; pars altera ad intelligendum divinae motionis modum necessaria, in qua natura motus, actionis et passionis, actionis cum motu et sine motu, actionis transeuntis et immanentis, tum in genere tum in specie intellectionis et volitionis ex mente s. Thomae explicatur, ac inter multiplices auctoris *Funiculi* (Placidi Erkens O. S. Ben. Coloniae 1713 in 12) errores modus divinae motionis absque praedeterminatione physica stabilitur et argumenta ex d. Thoma petita dissolvuntur[1]), s. d. in 12; Confluentiae 1711. — Joan. Hader SJ. Palatinus philosophiae et theologiae professor († 1701). — Franciscus Woelker[2]) S. J. Pragensis (n. 4. Oct. 1654; † 2. Sept. 1714), philosophiae et theologiae professor, reliquit praeter alia tr. *de Deo et angelis,* Pragae 1705 in 8; *de justitia et incarnatione,* ib. 1707 in f.; *epitomen theologicam* seu quaestiones ac resolutiones ex universa theologia selectas, praecipue de fide, spe et caritate, jure et justitia, incarnatione, Pragae 1702 in f.; *analecta theologicae epitomes* seu qq. ex universa theologia selectarum appendix de sacramentis in communi et de baptismo, confirmatione, eucharistia et poenitentiae tum virtute tum sacramento, ib. 1704 in f.; *analecta* . . . de fine ultimo hominis, actibus humanis, virtutibus, vitiis, gratia et merito, ib. 1708 in f.; *legitimi probabilismi vindicias* seu fundamentum theologiae moralis Scripturae, patrum, pontificum, theologorum et rationis amussi examinatum, ib. 1707 in f. — Matthaeus Drattenberger S. J. natus Brunopoli in Tiroli, professor theologiae moralis Ingolstadii et scholasticae in academia dilingana, cujus etiam fuit cancellarius († 27. Sept. 1711), reliquit plures (10) disputationes philosophicas et theologicas et *regulam liciti et illiciti* examinatam. Dilingae 1699 in 8. — Georgius Goepfert S. J. Bischofsheimensis (n. 8. Sept. 1635; † 14. Dec. 1704), diu philosophiae et theologiae professor Heiligenstadii, Wirceburgi et Bambergae. — Ferdinandus Waldhauser S. J. Iglaviensis (n. 28. Dec. 1641; † 27. Jun. 1707) theologiae et exegesis professor *theologiam universam* brevi et succincta methodo in 50 conclusiones resolutam, Olomucii 1681 in f., et iterum fusioribus thesibus, etiam controversisticis et scripturisticis explicatam, Glacii 1681 in f. typis dedit. — Franz Rechlinger S. J. Augustanus (n. 11. Nov. 1652; † 12. Febr. 1716) praeter alias disputationes philosophicas et theologicas edidit disp. *de scientia Dei,* Dilingae 1701. — His adde Melchiorem Eustachium a s. Ant. Leinker O. Schol. piar., natum Hornae in Austria a. 1648,

[1]) Contra hunc libellum Sebast. Knippenberg O. P. († 31. Maj. 1733) calamum strinxit, Coloniae 1708 in 12. Cf. supra p. 338. Praemotionem physicam cum scientia media conciliare nititur Augustinus Erath in *conciliatione praedeterminationis physicae* seu decreti divini intrinsece efficacis cum scientia media directiva decreti divini intrinsece efficacis, Augustae V. 1689. Aliud ejusdem opus est *philosophia s. Augustini,* Dilingae 1678. Natus est Erath Buchloae oppido Sueviae prope Augustam 28. Febr. 1648, fuitque canonicus regularis O. S. Aug., doctor et professor s. theologiae in aliquot monasteriis, protonotarius apostolicus (1680) et comes palatinus, atque post alia munera decessit abbas canoniae Wettenhausen 5. Sept. 1719. Cf. Werner allgem. d. Biogr. 6, 183; Biogr. univ. XIII, 235.

[2]) Hujus forte frater fuit Joannes Woelker S. J. Pragensis n. 22. Febr. 1657., † 20. Maji 1723, cujus inter alia exstat *amussis vitae humanae* seu saluberrima morum scientia tergemina dissertatione exposita, Olomucii 1698 in 8.

qui sodales docuit philosophiam et theologiam († 1705) ediditque *coronam stellarum duodecim* seu illustrium duodecim tr. theologicorum synopsim, 1699 in 12. — In *Hungaria* Georgius Berzeviczi (n. 25. Jul. 1657; † 12. Dec. 1708) tr. edidit *de Deo uno et trino,* Tyrnaviae 1701 in 8; tr. in 3. p. d. Thomae *de augustissimo incarnati Verbi mysterio,* ib. 1701 in 8.

278. Ex *Hibernis* hoc tempore floruerunt Christophorus O'Connell et Christophorus French uterque O. Pr., quorum hic Romae apud s. Sixtum Scripturae interpres, Lovanii in Hibernorum collegio studii regens generalis erat. Hic publicavit *theses theologicas* de scientia, voluntate, providentia, praedestinatione et gratia Dei cum justa refutatione appendicis Jo. Baptistae van der Woestine S. J. (philosophiae, dein theologiae professoris Lovanii, † 6. Febr. 1710) et depulsione querelae publice excitatae per Liv. de Meyer S. J., Lovanii 1703 in 4. Eae gravi censura notatae fuere a facultate lovaniensi et Romae 11. Mart. 1704 in Indicem relatae. — In *Belgio* [1]) Franciscus Maria Bruxellensis O. Cap. nomine familiae Caesens dictus († 1713) edidit *Theologiam capuccinoseraphicam, scholasticam et moralem,* Gandavi 1705 t. 3 in 4., quae est succincta et practica; *synopsim apocalyptice cantatricem eventuum praecipuorum Ecclesiae* cum propugnaculo auctoritatis pontificiae adversus persecutiones et haereses sive panopliam theologiae capuccino-seraphicae, ib. 1710 in 4., operis prioris veluti supplementum et apologia, cujus tantum t. primus prodiit. — Jacobus Boudart Binchiensis, canonicus insulensis († 2. Nov. 1702) concinnavit *Manuale theologicum,* in quo ex ss. literis et ss. patribus, praesertim s. Augustino et Thoma, breviter et solide traduntur quae theologicae sunt considerationis sive ea ad theoriam sive ad moralem pertineant, Insulis 1681 t. 3 in 12; 1710 t. 2 in 4. ed. 4; Lovanii t. 6 in 12., cujus compendium est *catechismus theologicus,* Lovanii 1702 t. 2 in 12; 1728. — Fulgentius Schautheet O. S. Aug. († 1701) praeter philosophiam seu *controversias philosophicas* inter scholasticorum principes d. Thomam, Scotum et Gregorium Ariminensem, Antwerpiae 1660, luci publicae dedit *primam partem theologiae ad difficiliores quaestiones contractam,* Bruxellis 1700. — Acri controversiae occasionem praebuit Nicolaus Rayé S. J. Bruxellensis (n. 7. Febr. 1660; † 14. Sept. 1715), diu Lovanii theologiae dogmaticae professor, cum in suis thesibus theologicis Lovanii 18. Jul. 1713 propugnatis tueretur, Christo non fuisse datum rigorosum moriendi mandatum. Has aggressi sunt P. Joan. Libens O. S. Aug. et Didacus a s. Augustino O. Carm. Hinc plures theses ultro citroque editae fuere [1]) hoc et sequenti anno, donec mors P. Nicolai Rayé controversiae finem imposuerit. — In primis vero pro doctrina thomistica in certamen descendit Hieronymus Henneguier O. Praed. Audomarifani 1633 natus. Studia philosophica et theologica Duaci persolvit easdemque disciplinas ibidem docuit primarius regens 1669—72. Cameracum missus est (1672) qui scholas theologicas primus institueret regeretque. Varia etiam munera in ordine cum laude obivit exemplum se praebens innocentiae et omnis virtutis († 13. Martii 1712 a. aetatis 79, religionis 62). Huc spectat opus inscriptum: *Vanitas triumphorum,* quos ab auctoritate adversus praedeterminationes

[1]) Natalis a s. Philippo O. Carm. theol. lector edidi *Stateram justam* in cujus gemina lance praedestinati et reprobi quoad numerum appenduntur, Mons 1703, pro qua, cum non omnibus probaretur, scripsit *Remontrances respectueuses* et justificatives au S. Siège, Bruxellis 1705.

[1]) Cf. Sommervogel VI, 1510—17.

physicas pro scientia media erigere nititur Germanus Philalethes Eupistinus, auctore amico Philalethi consentaneo, Duaci 1670 in 12. Nomen autem suum consulto reticuit Henneguier, quia Philalethes ille Eupistinus larvatus vir erat ill. D. de Brias archiepiscopi cammeracensis frater germanus, qui factus carmelita dictus est Carolus a b Assumptione. Hic quidem prius defenderat scientiam mediam, sed Hieronymi nostri rationibus permotus sententiam mutavit (cf. supra p. 325). *Ad Liberium Gratianum* (Liv. de Meyer) super diss. prima ipsius de mente conc. tridentini circa gratiam physice praedeterminantem *epistolae quatuor;* diss. theologica *de absolutione sacramentali percipienda et impertienda* ad sacrosancti conc. tridentini necnon scholarum Angeli sensum expressa, Audomari 1682 in 8. Scripsit etiam contra monita salutaria (p. 51) *cultus b. V. Mariae* vindicatus, ib. 1674 in 12; 1675 ed. aucta. — Jo. Lacman tornacensis philosophiae doctor et professor, praeses collegii archiepiscopalis mechlinensis, archidiaconus mechlinensis († 19. Sept. 1704) auctor est diss. *concertatio triplex* de mente s. Thomae A. circa obligationem referendi omnes actus in Deum, Mechliniae 1687; Lovanii 1703; inter opuscula theologorum lovaniensium ed. ib. 1703. — De Carolo Peeters O. Praed. (1703) cf. III, 793 a.

279. In *Gallia* nomen celebre adeptus est Claudius Frassen. Natus is est Perronae a. 1620; ingressus ord. Min. 1636. A prima juventute non minus virtutis quam scientiae studio se dedit. Vehemens in eo tuendae virginitatis desiderium exstitit, quam Deiparae enixis precibus vovere diebus singulis solebat. Tanto in Deum exarsit amore, ut nullum fere periculum, nullum vitae discrimen diceret esse, cujus declinandi causa aliquam sibi oblatam exercendae caritatis opportunitatem omitteret. Omnibus promptissime consilio praesto erat, et si poterat etiam stipe egenis. Propter egregias animi dotes peracceptus fuit Ludovico XIV, ejusque conjugi Mariae Theresiae. Excelluit enim insigni prudentiá, inflexibili amore recti, morum candore, modestia, qua omnem fugiebat honorem, animi constantia et serenitate, qua nulla calamitate turbabatur. Hinc cum annum ageret 83 (vel 86) et apoplexia tactus utroque captus esset oculo, nullum turbati animi dedit signum, sed s. Scripturae verbis respondebat iis, qui eum in tanta afflictione solabantur: et quamvis vix incedere posset, confratri alicui et baculo innixus corpus fere emortuum laboriose in Ecclesiam trahebat, ibique quamdiu poterat sacrum dicebat excipiebatque confessiones. Cum nonnemo misericordia motus eum a tanto fervore retinere vellet, provocabat ad milites, qui nec graviter vulnerati locum deserunt, honori sibi ducens si mori posset ad aram. Ultimo jam morbo affectus piissime se ad mortem paravit; veniam ab omnibus petiit, si quem offendisset; quotidie adhuc conabatur cum sodali recitare breviarium adjecto parvo officio b. Mariae V., quod nunquam intermisit, imo ipsa die mortis primo mane recitavit horas illius officii minores, ne antequam illas absolvisset mors eum invaderet. Ita demum omnibus relinquens praeclara virtutum exempla obdormivit in Domino 26. Febr. 1711 anno aetatis 91, religionis 74. Magna fuerat auctoritate non solum penes suos, qui saepius ipsum ad munera honorata elegerant (quae tamen quantum poterat modeste defugiebat), sed etiam penes exteros, nobiles atque principes. Sorbonae doctor creatus est a. 1662 ac per triginta circiter annos theologiam docuit[1]). Insignia plane opera reliquit, scil. *cursum philosophiae* seu philosophiam aca-

[1]) Plura cf. de ipso in elogio, quod exstat in Mémoire de Trévoux 1712 p. 104—115; Biogr. univ. XV. 535; Feret V, 194—203.

demicam ad mentem subtilis doctoris, cujus fidelis ac ingeniosus interpres communiter a suis judicatur; Parisiis 1678 v. 4 in 4. (ed. 3); Tolosae 1686; Venetiis 1767 v. 4 in 4; *Scotum academicum* seu universa doctoris subtilis theologica dogmata, Parisiis 1672—1677 t. 4 in f.; Romae 1721. 1722 t. 12 in 4; Venetiis 1744 v. 12 in 4; Romae 1900—2 t. 12 ed. nova juxta correctiones annotationesque ipsius auctoris in bibliotheca nationali parisiensi asservatas. Opus hoc in Scotistarum schola praecipuum est, eruditum et clarum, modo etiam admodum carum, in quo doctoris subtilis doctrinam selectissimis patrum effatis firmat et sagaciter illustrat, necnon explanatione graviorum controversiarum, quae in scholis agitari solent, ditat et ampliat, ut eodem tempore theologum subtilitate, concionatorem facundia, et ecclesiasticae historiae studiosum omni delectatione reficiat et illustret. Post splendidum scholae Duns Scoti elogium praemittit copiosum satisque accuratum indicem haereticorum, qui veritates catholicas et theologicas seculo quovis impugnarunt, nec illis praetermissis, qui ante Christi Domini adventum verae religioni se opposuerant. *Disquisitiones biblicae* notis et additionibus illustratae, t. 1. Parisiis 1682 in 4; 1695; 1711 auctae; t. 2. seu *disquisitiones in Pentateuchum*, Rothomagi 1705 in 4; Lucae 1764 v. 2 in f. additionibus criticis, historicis et chronologicis illustratae, Venetiis 1781 v. 2 in f., in qua tamen ed. mutata fuit nonnihil operis dispositio. Agit in t. priori de Scripturae divinae origine, antiquitate et excellentia, variisque linguis et scribendi arte et inventoribus ejus; de variis s. Scripturae editionibus et versionibus orientalibus et occidentalibus, de variis ss. librorum canonibus, eorumque integritate, auctoritate, auctoribus, deque s. Scripturae obscuritate et variis sensibus. Occasione data Al. Natalem acriter impugnat, ut infra dicemus. In ultima operis parte praecipui textus biblici specie tenus pugnantes conciliantur, nullamque in libris sacris dissonantiam esse probatur. Haec pars multum aucta rejecta est in edit. veneta in t. 2. Opus hoc utile ex Huetii in primis eruditione est locupletatum: stilus purus et perspicuus. In altero t. commentarium exhibet Pentateuchi, in quo quatuor in primis prae oculis habet: Locorum obscurorum sensum literalem determinare: hinc singulos libri textus non commentatur; locos, qui sibi adversari videntur, ad harmoniam revocare; quaestiones chronologicas et genealogicas discutere atque mysteria sub literae cortice latentia eruere [1]). Utrumque opus, seculo praecedenti saltem, exquisitum erat magnique fiebat. »Sane dici non potest, inquiunt acta Er. lips. [2]), quanta voluptate animus legentis in perlustratione hujus operis perfundatur, cum eruditissima rerum varietas, quas auctor ex scriptis tum veterum tum recentiorum collegit, necnon elegantior stilus omne taedium nullo negotio abstergant, adeo ut optimo jure cum Paschasio Ratberto dicere possit, ea, quae hic proponuntur, multorum quidem esse eruditissimorum, quos antiquior tulit aetas et firmavit auctoritas veritatis: sed proprio commendatam stilo novitatem facere, ut haec ipsa tamquam sua sibi vindicare possit.« Editioni venetae praeter alia prolixa adjecta est apologia pro vulgata bibliorum versione.

280. Huic adjungi meret Bartholomaeus Durand O. Min. Antipolensis († 1720), cujus sunt *Clypeus scotisticae theologiae* contra novos ejus impugnatores, Massiliae 1685 v. 5 in 12; 1700 v. 5 in 16; Venetiis 1709; 1746 v. 5

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1706, IV, 1685—1696; A. E. L. 1682 p. 345; Feret V, 194—203.

[2]) A. 1706 p. 380.

in 12; *fides vindicata ll. 4,* in quibus historice, chronologice ac critice referuntur selectissimisque s. Scripturae, conciliorum et patrum oraculis refutantur haereses, Avenione 1709 in f.; Venetiis 1726; *dissertationes ecclesiasticae* pro foro tam sacramentali quam contentioso, seu opus morale ad normam universi juris canonici exactum, ib. 1703 in 4; opus ex variis casuistis utiliter et non sine delectu compilatum [1]). — Sebastianus Du Pasquier O. Min. Conv. pariter edidit tum *Summam philosophiae scholasticae et scotisticae,* Lugduni 1692 t. 4 in 8; Patavii 1718; 1732 v. 4 in 12; tum *Summam theologiae scotisticae*, Camberii 1698; 1708 t. 8 in 8; Patavii 1706 v. 8 in 12; 1719—1720 t. 8 in 16; 1743; *l' attrition suffisante* pour la rémission des péchés dans le sacrament de Pénitence, 1687 v. 2 in 4. — *Cursum theologiae scholastico-positivae* aggressus est Franciscus Maria Assermet O. S. Franc. doctor parisiensis, cujus prodierunt *de Deo uno et trino* Parisiis 1723 t. 2 in 8; tr. scholastico-positivus *de divina gratia* ad mentem Ecclesiae, in quo 1. expenduntur ac refelluntur Bajanorum, Jansenianorum et aliorum novo-augustinianorum dogmata; 2. vindicatur const. Clementis XI. Unigenitus: 3. confutatur expostulatio P. Quesnelli adversus const. Unigenitus ejusque explicationem a praesulibus gallicanis traditam, ib. 1715 t. 2 in 8.

281. Philosophiam et theologiam non absque laude excoluit Joannes Baptista Duhamel [2]) (Du Hamel) natus 1623 Viriae in Normannia. In juventute mathematicis et physicis admodum delectabatur studiis, quorum fructum anno 1642 opere insigni edito exhibuit. Decem et novem annos natus Oratorii congregationem est ingressus (1643), obtenta vero parochia eam reliquit 1653. Non obstante munere pastorali indefessa diligentia incubuit studiis: sed post decennium (1663) eo se abdicavit. Colberto auctor exstitit instituendae scientiarum academio (1666), cui diu (usque ad a. 1697) a secretis fuit. Non solum propter insignem scientiam vastamque eruditionem, sed etiam propter eximiam virtutis culturam magna floruit auctoritate penes Ecclesiae praesules. Studiis semper deditus decessit non tam morbo quam senio confectus 6. Aug. 1706 anno aetatis 83. Haec potiora ejusdem opera [1]): *Philosophia moralis christiana,* Andegavi 1652 in 8., quae complectitur tres diss. 1. de rectitudine et pravitate actuum humanorum; 2. de libero arbitrio; 3. de concursu divino juxta principia ss. Augustini et Thomae; edita a discipulo inscio magistro; *de consensu veteris et novae philosophiae* ubi Platonis, Aristotelis, Epicuri, Cartesii aliorumque placita de principiis rerum excutiuntur et de principiis chymicis [2]) etc., Parisiis 1663 in 4; Oxonii

[1]) Cf. J. des Sav. XXXVI, 138—46.

[2]) Alius a Bardon Duhamel quondam S. J., dein advocato, qui edidit opus haud inutile: *Traité sur la manière de lire les auteurs avec utilité,* Parisiis 1748—51 v. 3 in f.

[1]) Cf. Niceron, Mém. I, 265—274; Biogr. univ, XII, 183; J. des Sav. XXXV, 395—406; Ingold Essai de Bibliogr. orat. p. 41 Mém. de Trév. 1706 II. 618 ss.; Batterel Mém. III, 142—54.

[2]) Non sine encomio ipsius meminit Brucker in hist. crit. philosophiae IV, 760 ed. Lipsiae 1743, qui inter alia de eo scribit; „Nihil enim erat, quod vel antiquitas commendaret, vel ingenio placeret, vel per omnem artium et disciplinarum circulum culturam prae se ferret, nihil ex omni literatura antiquum et novum, quod non accurate perspiceret, et ex quo animi divitias non augeret. Usus autem bibliothecarum praestantissimarum auxilio et amicitia cum viris summis inita, adeo excelluit, ut inter summa Galliae ornamenta referretur: praecipue cum praeter disciplinarum praestantissimarum notitiam prorsus singularem morum eum candor et amicitiae fides redderet jucundissimum, quo nomine vehementer eum laudavit

1669; Rothomagi 1669; 1675; *de mente humana* ll. 4, Parisiis 1672; 1677; de corpore animato ll. 4, ib. 1673 in 12; *philosophia vetus et nova ad* usum scholae accommodata, Parisiis 1678 pp. 6 in 12; 1681 aucta pp. 6 in 12; 1687 ed. 4; 1700; Norimbergae 1684 t. 2 in 4; Venetiis 1730 etc. Editio parisiensis a. 1705 hunc prae se fert titulum: *Philosophia universalis* sive commentarius in universum Aristotelis philosophiam ad usum scholarum comparatam t. 5 in 12. Haec philosophia late diffusa per Galliae scholas, impense laudatur ab aequalibus, ob judicii sagacitatem, qua cum veteris philosophiae placitis conciliaverit plures recentiorum sententias et inventa. Opera ejus philosophica (excepta *philosophia vetere et nova*) et astronomica collecta prodierunt Norimbergae 1681 t. 2 in 4; 1687 t. 4 in 12. *Theologia speculatrix et practica* juxta ss. patrum dogmata pertractata et ad usum scholae accommodata, Parisiis 1690—91 t. 7 in 8; Venetiis 1734 v. 2 in f., stilo nitido, eleganti et puro conscripta [1]), in qua methodum scholasticam cum positiva conjungit et ordinem fere sequitur Summae s. Thomae. Hujus operis confecit *Summarium* [2]), Parisiis 1694 v. 5 in 12. *Institutiones biblicae* seu Scripturae sacrae prolegomena una cum selectis annotationibus in Pentateuchum sine textu, ib. 1698 t. 2 in 12., in quibus disserit de Scriptura in se spectata ejusdem auctoritate, integritate, inspiratione; de textus hebraici antiquitate et auctoritate, de versionibus cum graecis ac potissimum LXX seniorum, tum latinis ac de Vulgata in primis, de multiplici s. Scripturae sensu et variis illius expositionibus: denique e chronologia et geographia ea, quae ad intelligentiam s. Scripturae faciunt, adducuntur [1]). *Annotationes selectae* in difficiliora Scripturae loca t. 2., qui continent annotationes in ll. historicos V. T. et in l. Job, ib. 1699; *l. Psalmorum* cum selectis annotationibus, Rothomagi 1701; *Salomonis ll. 3*, Proverbia, Ecclesiastes et canticum canticorum; item l. Sapientiae et Ecclesiasticus cum selectis annotationibus, ib. 1703 in 12; demum conjunctim cum reliquis, quibus annotationes adjecit, hac inscriptione: *Biblia sacra vulgatae editionis* una cum selectis annotationibus ex optimis quibusque interpretibus excerptis, prolegomenis, novis tabulis chronologicis [2]), historicis et geographicis, Parisiis 1705—6 t. 2 in f., Lovanii 1740;

Petrus Dan. Huetius (de rebus ad eum pertinentibus IV, 88) ... Nec negamus eum et eleganter et perspicue scripsisse, pugnas verborum multas sustulisse, observationibus recentiorum veterum placita mire illustravisse, et ita haud inutiliter operam locavisse suam. Ast fatendum quoque est, nimium pacis et concordiae inter veteres et recentiores studium virum optimum haud raro in praeceps egisse, ut mentem veterum philosophorum everteret, et saniores haud raro sensus illis tribueret, quam systematum patitur connexio etc."

[1]) Constans haec laus ei tribuitur, quod elegantissime scripserit latine suaque aetate vix parem habuerit in stili puritate et nitore.

[2]) *Manuale theologicum* sive theologiam dogmaticam et historicam vulgavit ad usum Seminariorum etiam Franciscus Perrin S. J. Rutenis natus, theologiae professor in academia tolosana et argentoratensi († 14. Dec. 1716), Tolosae 1710 t. 2 in 12., Parisiis 1714, cujus brevitatem et concinnitatem laudant Mém. de Trévoux 1711 I, 453—59; cf. etiam J. des Savans XLVIII, 621: LIX, 401. — Qua occasione mentio etiam fieri potest Griffon presbyteri e congr. doctrinae christianae, qui composuit *Abrégé de la théologie de s. Thomas* contenue dans sa Somme, avec la résolution des principales difficultés, Parisiis 1707; 1711 v. 2 in 12. Cf. J. des Savans XXXIX, 435.

[1]) Cf. Rich. Simon, qui non sine laude de hoc disserit opere Bibl. crit. III c. 38.

[2]) Hae tabulae chronologicae sunt epitome systematis chronologiae, cui componendo P. Tournemine annos 18 impendit. Cf. de illis Mém. de Trév. 1706 II, 807—822.

Matriti 1767; Bassani et Venetiis 1774 t. 2 in f. Annotationes a Rich. Simon et Calmeto non magni fiunt, ab aliis vero propter brevitatem, perspicuitatem, utilitatem admodum commendantur[1]). Mentione digna est et ejus *regiae scientiarum academiae historia*[2]), in qua praeter ipsius academiae originem et progressus variasque dissertationes et observationes per 34 a. factas quamplurima experimenta et inventa cum physica tum mathematica in certum ordinem redacta exhibentur, Parisiis 1698; 1701 ed. 2. ll. 5. et 6. aucta.

282. *Summae angelicae s. Thomae Aq. compendium resolutorium* (rarum et carum). Lugduni 1680 t. 4 in 12; Parisiis 1682 t. 5 composuit Alexander Piny O. Praed. in comitatu niciensi natus, vir et eruditionis et disciplinae regularis laude admodum commendandus[3]), Dei gloriae animarumque salutis studiosus, quam etiam innumeris opusculis et foliolis volantibus asceticis promovere nitebatur († 20. Jan. 1709). Rarior forte adhuc est ejus *cursus philosophicus thomisticus* ad mentem d. Thomae, Coloniae 1693 t. 3 in 2 v., ubi conclusiones singulae ex principiis tribus expositis deductae syllogistice et reductae, Lugduni 1670 t. 5 in 12. *Quaestiones* agitatas inter *Thomistas et Molinistas* modo resolutas scholastico rythmicis versibus decantavit, Lugduni 1666 in 12. — Alius ejusdem ordinis sodalis Jacobus Casimirus Guerinois Cenomanensis Lavalli a. 1640 natus, Burdigalae theologiae professor († 24. Sept. 1703) edidit *clypeum philosophiae thomisticae*[1]) contra veteres ac novos ejus impugnatores, in quo veterum philosophorum dogmata adversus Cartesii aliorumque modernorum inventa stabiliuntur, Tolosae 1703 t. 4 in 8; Venetiis 1710 t. 7 in 12; 1729.

283. Duplex vero controversia pluribus libris occasionem praebuit[2]): alia *de praemotione physica*, alia *de speciebus eucharisticis*. Illam (cf. p. 652) propugnavit Jacobus a. s. Dominico O. Praed. Lingonensis n. 1617, Car. Maison quondam dictus, philosophiae, dein theologiae Lingonis professor, congregationis in provincia Franciae vicarius et commissarius generalis, vir disciplinae regularis apprime tenax, confessionibus audiendis assiduus, qui quidquid a chori noctu diuque sequela continua reliquum erat, legendo scribendoque insumebat († 28. Jul. 1704 a. aetatis 88). Praeter plura alia, praesertim ascetica[3]), haec ex ejus calamo prodierunt: *Nova Cassiopeae stella* an-

---

[1]) Cf. Feller IV, 348; Dupin XVIII, 299, qui ita judicat: „Il y apporte les différences du Texte Hebreu, y explique en peu de mots le sens des endroits difficiles qui pourroient arrêter un Lecteur médiocrement savant; y cite les explications des Pères et des nouveaux Interprètes, éclaircit les difficultés qui peuvent venir tant des choses que des termes, ou de la construction. En un mot il y rend les Livres sacrés intelligibles à tous ceux qui peuvent entendre le Latin. Elles sont écrites avec la pureté de stile, la netteté, la clarté et la justesse ordinaire de l'Auteur." Mém. de Trév. 1706 II, 618—629; ubi inter alia legimus: „Il a parfaitement rempli son titre, il a recueilli, digéré, épuré ce qu'il a trouvé de plus raisonnable dans les meilleurs Commentateurs. On connait par ses autres Ouvrages son talent pour abréger, et son goût pour le choix des Auteurs qu'il abrége. Ainsi le public peut s'assurer d'avoir dans le volume, dont nous parlons, un chef d'oeuvre d'impression, et le précis de ce qui a paru de meilleur sur l'Ecriture Sainte." Quibus consentit J. des Sav. XXVII, 3—10; XXX, 230; XXXI, 501; XXXIV, 280—288.

[2]) Cf. Journ. des Sav. XXX. 375—83.

[3]) Cf. hist. polit. Blätter LXIX, 730.

[1]) Cf. J. des Sav. XXXVI, 109—121.

[2]) Theses de universa theologia deque variis ejusdem tr. constituit Petrus Flavet S. J. Altissiodorensis (n. 29. Sept. 1642; † 15. Jul. 1718) Rothomagi et Argentorati diu theologiae professor et hujus academiae etiam cancellarius. Cf. Sommervogel III, 770 ss.

[3]) Cf. Echard II, 764; Biogr. univ. XL. 524.

tiquum praedeterminationis thomisticae negotium, originem, progressum ac necessitatem illustrans, qua praecipuis hujus temporis disputationibus sopitis juxta ss. patrum, ss. pontificum, conciliorum oecumenicorum placita ipsa libertatis creatae indifferentia tam facile demonstratur quam aperte traducitur à R. P. Petro a. s. Joseph (cf. III³, p. 996) Fuliensi in l., cui haec speciosa frons est ab ipso immeritissime praefixa: *Defensio s. Thomae* doctoris ang. adversus physicae praedeterminationis propugnatores etc., Lingonis 1667 in f.; Parisiis 1676; 1679 in 12; Rothomagi 1695 in 12. (sed titulo nonnihil immutato); et alio titulo iterum Parisiis; *securiores semitae moralis theologiae* seu tr. de divinis et humanis legibus, aeterna ac ceteris ab ea derivatis, Lingonis 1669 in 12; Parisiis 1679 in 12; diss. thomistica *de opinionum delectu apprime necessaria*, ib. 1679 in 12; diss. theol. *pro doctrina s. Thomae* quantum ad concursum primae causae secundis necessarium, Parisiis 1679; *compendiaria theologiae moralis explicatio* ad sensum ss. patrum Augustini, Leonis P., Gregorii M., doctoris angelici ac aliorum, praesertim circa doctrinam de sententia probabili (qua occasione probabilismum impugnat). Accedit praevius Dei in omnes causas secundas influxus a d. Thoma et s. Augustino etiam in statu innocentiae assertus (altera ed. Cassiopeae), Parisiis 1676 in 4; *Eclaircissemens apologétiques de la morale chrétienne* touchant le choix des opinions qu'on peut suivre en conscience conformément à l'écriture sainte, à s. Augustin, à s. Thomas, à s. Antonin etc.. ib. 1680 in 12.

284. Majori adhuc doctrinae apparatu pro praemotione physica stetit ejus sodalis Antoninus (antea Antonius dictus) Massoulié Tolosanus n. 28. Oct. 1632, qui acris ingenii adolescens literisque humanioribus egregie instructus, vix annum 14. aetatis egressus cum germano natu majore Joanne 21. Apr. 1647 habitum ordinis Praedicatorum induit. Virtutum et eruditionis laude plurimum emicuit, vir non doctrinae solum scholasticae sed et linguarum, graecae hebraicaeque peritus in primis, quas et prompte loquebatur. Rabbinum famosum, synagogae in Tuscia fulcrum et columnam, ad veram fidem convertit; unde tantam sibi conciliavit apud magnum ducem gratiam, ut hic eum episcopatu donare voluerit, quem tamen constanter recusavit. Theologiam pluribus annis legit apud suos, variisque muneribus ordinis primariis, invitus quidem, fungi coactus est. Romam accitus a magistro generali ordinis (a. 1687), in partem laborum ac regiminis seu socius pro Galliis assumptus est: atque a romanis pontificibus Innocentio XI., Alexandro VIII., Innocentio XII. et Clemente XI. inter theologos illarum congregationum selectus fuit, quae institutae fuere ad ferendam sententiam de quietistarum erroribus, de peccato philosophico, de praecepto amoris Dei, de sinensium ritibus. In Urbe etiam s. Thomae Summam ad literam publice exposuit magna in auditorum frequentia († 23. Jan. 1706). Praecipuum ejus opus inscribitur: *D. Thomas sui interpres* de divina motione et libertate creata t. 1; de divina motione in ordine supernaturali seu de divinis auxiliis, Romae 1692 t. 2. in f.; 1707. 1709 (m. 60), quo in opere praemotionem physicam undique illustrare et confirmare nititur, atque demonstrare, eam non esse Bannesii inventum, sed genuinam s. Thomae doctrinam: ostendit etiam, quantum sit discriminis inter genuinos Thomistas et Jansenii asseclas [1]). In suo argumento est uber atque subtilis, in conatibus pius, in stilo, proprietate et

[1]) Cf. A. E. L. Supplem. IV, 267: Mém. de Trév. 1712 III, 1536—1569; Dupin XVIII, 301—313; Bibliogr. crit. XXVII, 432.

elegantia bene temperatus, gravitate et modestia non vulgaris. Verumtamen videtur hic auctor jam mente praetulisse conceptum atque praefixum, quod ex s. Thoma erat eliciturus: hinc germanam ejus mentem, licet forte nemo alius prae ipso intensius s. doctoris opera volutarit, non ubivis est assecutus: sed verbis vim inferens, cogit eum dicere, quae ipsius nullatenus videntur esse [1]). Contra quietistas scripsit *Traité de la véritable oraison*, où les erreurs des Quiétistes sont réfutées et les maximes des saints sur la vie intérieure sont expliquées selon les principes de S. Thomas, Parisiis 1699 in 12; *Traité de l'amour de Dieu,* ou la nature, la pureté et la perfection de la charité sont expliquées selon les principes des Pères, surtout de s. Thomas [2]), ib. 1703 in 12. Ejus quoque sunt *Méditations de s. Thomas* sur les trois vies purgative, illuminative et unitive pour les exercices de dix jours avec la pratique des méditations du même s. Thomas ou Traité des vertus, Tolosae 1678 in 12. et saepius deinceps, Parisiis 1852.

285. Quod alteram controversiam de eucharistia et speciatim de *speciebus eucharisticis* ex recentiorum philosophorum placitis obortam spectat [3]), versati in ea sunt: Jacobus Salier O. Minim. theologiae professor († 20. Aug. 1707 a. aetatis 92) in *historia scholastica de speciebus eucharisticis,* Lugduni 1687 t. 1., Parisiis 1689; Divione 1692 et 1704, t. 2. et 3. in 4. et hujus sodalis Joan. Saguens [1]) insignis theologiae professor, discipulus Maignani (cf. p. 172), cujus principia philosophica prae ceteris idonea existimat ad universas res theologicas illustrandas et ad componendas omnes, quas circa illas schola excitat, controversias. Hinc edidit *philosophiam Maignani scholasticam,* Tolosae 1703 t. 4 in 4; Coloniae 1718 t. 1 in 4. (sed prohib. decr. 7. Jun. 1707); *Atomismum demonstratum et vindicatum* ab impugnationibus philosophico-theologicis Rev. P. Francisci Palanco ejusdem ord., Tolosae 1715 in 4; *opuscula varia,* ut accidentia profligata, species instauratae [2]) sive de speciebus panis et vini post consecrationem eucharistiae dumtaxat manentibus (quod jam prodierat Mediolani 1700 absque nomine auctoris); *systema gratia philosophico-theologicum,* in quo omnis vera gratia tum actualis tum habitualis explanatur: accessit appendix, in qua exponitur, quid rei physicae sint virtutes infusae, gratiae gratis datae, fructus Spiritus sancti ac characteres sacramentales, Coloniae 1721 v. 2 in 4 jam prius editum Mediolani 1701; proh. 26. Jan. 1706. *De perfectionibus divi-*

---

[1]) Cf. Mich. a s. Joseph I, 270. Hinc in cens. facultatis theol. duac. a. 1622 (proh. d. c. 1628) dicitur ‚spurius Thomista'.

[2]) Prolixam recensionem habes in Mém. de Trév. 1704 t. 1. p. 268—289), quae hac censura absolvitur: „On ne peut s'empêcher de faire justice au zèle qui anime l'Auteur contre les erreurs des Quiétistes. Il fait paroitre pour eux une aversion qui ne peut être assez louée; mais en voulant s'éloigner des nouvelles erreurs, il prend, ce semble, une route un peu écartée etc."

[3]) Petrus Cally (Cailly) philosophiae professor in academia cadomensi, qui primus in Gallia Cartesii professus est philosophiam, unde a pluribus fuit impugnatus, edidit *Durand commenté* ou l'accord de la philosophiae avec la théologie touchant la transsubstantiation de l'eucharistie Coloniae 1700 in 12., in qua Durandi tuetur sententiam et pro transsubstantiatione *transformationem* tantum in eucharistia admittit manente panis materia. Episcopus bajocensis hanc damnavit opinionem, eamque auctor humilis in concione coram suis parochianis retractavit, atque pro viribus quotquot poterat delere curavit operis sui exemplaria. Edidit quoque Boëthii opus *de consolatione philosophiae* ad usum Delphini prolixo instructum commentario, et *universae philosophiae institutiones,* Cadomi 1695 t. 4 in 4. Decessit a. 1709. Cf. Feller II, 298; Werner, der h. Thomas v. A. III, 555.

[1]) Cf. Werner l. c. 546 ss., 568 ss., 692.

[2]) Cf. Mém. de Trév. 1702 Sept. p. 51—60.

nis opus theologico-positivo-scholasticum, ib. 1718 v. 2 in 4. — Ex *Hispanis* addimus his tertium ex eodem ordine Emmanuelem Naxera philosophum et theologum, ut inquit Michael a s. Joseph [1]), »vere magnum, qui edidit Tolosae a. 1720 opus in suo genere satis absolutum, cui nomen imposuit: *Maignanus redivivus* sive de vera quidditate accidentium manentium in eucharistia juxta novo-antiquam Maignani doctrinam.« In eo auctor nititur sive ex philosophiae sive ex theologiae principiis conciliare systema atomisticum, quod Maignanus operose excoluit, cum dogmate de s. eucharistia. Porro dividitur opus in tres partes. Prima pars sex absolvitur prolegomenis, tribus nempe physicis et tribus theologicis. Agit scil. auctor de natura accidentium, de quidditate specierum, nominatim specierum manentium in eucharistia: negat autem species eucharisticas esse accidentia entitativa secundum Aristotelis theoriam, sed contendit esse actiones objectivas, quae ante consecrationem erant a pane et vino velut a principio effectivo simul et subjectivo denominationis, post consecrationem vero esse a Deo etc. Disputat dein de subjecto significato per pronomen *hoc,* de Berengarii confessione deque constitutione sacramenti secundum patrum doctrinam. Post jacta in prolegomenis operis fundamenta accedit auctor ad alteram operis partem eamque disputativam vocat et in duas satis prolixas disputationes dividit, quarum prima agit de accidentibus eucharisticis in communi, ubi sex diversa philosophorum systemata distinguit; altera de mutationibus sensibilibus circa hostias consecratas accidentibus, ubi discutit an sit de fide, quod maneat post consecrationem aliquid accidentale, atque praeter alia respondet, non esse de fide neque directe, neque indirecte nec per se nec per accidens, quod illud accidentale, quod manet post consecrationem, sit quantitas, qualitas aliave entitas aristotelica. In tertia operis parte duplex continetur apologia. In altera auctor respondet argumentis, quae proposuit Palanco in suis dialogis: in altera conatur solvere objectiones, quas proposuit Lessaca. Accedit quaestio principalis apologetica, qua inquiritur, an sententia Maignani juste inuratur aliqua censura. Verum postquam auctor noster per 20 annos summis conatibus pro Maignani sententia pugnaverat, eandem demum retractavit ejusque retractationem hispanica lingua vulgavit D. Joannes Vazquez de Cortes, hispalensis medicus, Hispali 1737 in 4. Sed etiam in propugnanda minus probabili causa se praestitit theologum scholasticum perinsignem [1]).

286. Jam de ejus sodali, sed adversario in hac controversia, agamus scil. de Francisco Palanco, qui natus est in oppido prope Matritum Campo Real nuncupato. Vir erat et doctrinae fama clarus et religiosis moribus ornatissimus, qui in ordine Minimorum velut novum theologiae sidus satis singulariter refulsit. S. Thomae Aq. doctrinae addictissimus fuit, eam tamen minime interpretatus est ad gustum recentiorum Thomistarum, qui propterea ejus placita minus probavere. In expendendis scholae societatis Jesu doctrinis minime fuit accuratus, nec tam felix quam vehemens in eis expugnandis. Hinc satis incaute scripsit, quod postea retractare debuit. Scripsit *cursum phi-*

[1]) Bibliogr. crit. III, 335, ubi fuse de hoc opere ib. disserit. Alius est ab Em. Naxera S. J., de quo supra egimus p. 141.

[1]) Pro hac recentiorum opinione de accidentibus eucharisticis stetit et Fructuosus Scheidsach OSB. conv. Seeon, professor Salisburgi 1714—16 in op. pseudonymo Christophorus del Giudice Onesensis Tr. *de accidentibus absolutis* sive ss. eucharistiae sacramentum, Paderborna 1718; sed ejus in cathedra successor opposuit *Animadversiones* contra philosophiam atomisticam, ib. 1720.

losophicum juxta miram s. Thomae doctrinam digestum, partim Salmanticae a. 1695, partim Matriti 1696 et 1697; accessit t. 4. scil. dialogus physico-theologicus contra philosophiae novatores sive Thomista contra atomistas, ib. 1714, ubi auctor aliquantulum praeceps visus est in ferendis censuris contra opiniones antiperipateticas, quas non satis cognitas habebat, contra quem l. scripsit Joannes Saguens, ut supra vidimus. Reliquit praeterea *opera theologica* ad mentem s. Thomae v. 10 Matriti 1706—1731 in f. (m. 200), scil. de Deo uno, de peccabilitate et impeccabilitate creaturae intellectualis, de divino Verbo incarnato, de fide [1]), spe et caritate, de providentia Dei concordata cum humana libertate et sanctitate divina (Salmanticae 1692; Matriti 1749), in quo tr. scientiam mediam reprobat, neque tamen praedeterminationes physicas amplectitur; de conscientia humana (Salmanticae 1664), in quo tr. probabiliorismum sectatur. Decessit Palanco episcopus jaccensis 1. Oct. 1720. — Cum vero de iis agimus, qui de eucharistia scripserint, addemus his Gabrielem Henao S. J. Vallisoletanum, qui eruditissimis sui aevi theologis accensetur. Docuit philosophiam, dein theologiam dogmaticam et moralem Oveti et Vallisoleti, demum ss. literas est interpretatus. Nonagenarius adhuc cathedram moderabatur (n. 1612; † 1704). Haec potiora ejus opera [2]): *De eucharistiae sacramento venerabili atque ss.* tractatio theologica scholaris diffusa et moralis concisior juxta methodum angelici doctoris d. Thomae Aq. 3. p. Summae theol. a q. 73—82, Lugduni 1655 in f.; *de missae sacrificio divino atque tremendo* tractatio theologica scholastica, moralis, expositiva et canonica, Salmanticae 1658. 1659. 1661 t. 3 in f.; *scientia media historice propugnata* seu ventilabrum repurgans veras a falsis novellis narrationibus circa disputationes celeberrimas de ea scientia, Lugduni 1655 in f., Salmanticae 1665 ed. multum aucta cum Parergis 39 pro defensione sive Soc. Jesu, sive auctoris in aliis suis libris et quibusdam quaestionibus selectis de sacrificio missae praetermissis; Dilingae 1687 in 4; *scientia media theologice defensa*, pars prima, quae continet probationes scientiae mediae, Lugduni 1674 in f.; p. secunda continens responsiones ad argumenta contra eandem scientiam a novis ejus impugnatoribus efformata, ib. 1676 in f.; *empyreologia* seu philosophia christiana de empyreo coelo, ib. 1652 in f., in qua omnes quaestiones, quae de coelo institui possunt a philosopho christiano, expendit discutitque.

287. Ex iis, qui de singularibus argumentis disputarunt, mentione adhuc sunt digni: Joannes Montalvanus O. Praed. episcopus placentinus, dein accitanus († 1720), cujus exstant rarae *disp.* in 1. p. Summae s. Thomae, Salmanticae 1729—31 t. 4 in f. — Eandem partem *tractationibus* posthumis illustravit Josephus de Aguilar [1]) S. J. Limensis, philosophiae et theologiae professor Argentopoli et Limae (n. 7. Aug. 1652; † 20. Febr. 1708), Cordubae 1731 t. 5 in 4. Ejus quoque est *cursus philosophicus* [2]), Hispali 1701

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1702 t. 3 mensis Nov. et. Dec. p. 163—168.

[2]) Cf. Sommervogel IV, 265—69; prae primis Jos. Ign. de Arana S. J. († 1696) Notitia biogr.-bibliogr. in Averiguaciones 1894, IX—XLVII et t. V—VII.

[1]) Alius est a Francisco Ant. de A., cujus sunt: *Defensorium* seu correctorium corruptorii operum d. Thomae, et *quaestiones disputatae* de esse et essentia, mensura cognitioneque angelorum, Cordubae 1701 in f.; commentarius b. Aegidii Col. Romani Er. O. S. Aug. *in 1. l. sententiarum*, ib. 1699 in f.

[2]) Alius sodalis in alma s. Jacobi regni chilensis universitate philosophiae et theologiae quondam primarius professor Michael Viñas Catalanus († 14. Apr. 1718) composuit *philosophiam scholasticam*, Ge-

t. 3 in f. — Emmanuel a Conceptione O. SS. Trinit., qui natale solum habuit in oppido de Villafranca Navarraei regni [1]). A parentibus pietate conspicuis ad virtutem efformatus optimaque a natura indole ad honestiora quaeque compositus, facile respuit mundi illecebras atque veras expetivit delicias. Religiosus non tam veste quam moribus factus adeo in scientia profecit, ut eam postea magno omnium plausu in cathedra Salmanticae tradiderit († 1701). Magni suo tempore aestimabantur quae in philosophia ac theologia elaboravit. Integrum philosophiae cursum, quem *Trinitarium* nuncupare voluit, in 3 t. digessit et praelo commisit Salmanticae 1681—1603. Eminet in eo singularis quaedam subtilitas cum perspicuitate magna conjuncta: quapropter nobiles aeademiae illum addiscendum tradere solebant tironibus. E theologia tr. quosdam selegit, quos compendiosa brevitate dilucidaret. Ex quibus in lucem dedit primum *de inscrutabili scientia Dei* ad. q. 14. p. 1. s. Thomae, Bajonae 1698 in 12, secundum *de voluntate Dei,* ib. 1699; tertium *de ineffabili mysterio Trinitatis,* Pampelonae 1700. Sed etiam in theologia morali praestans erat. Et initio quidem avunculi sui Leandri a ss. Sacramento (cf. III[3], 1188) opera moralia in compendium redegit ac Salmanticae 1677 t. 2 in 8 evulgavit. Quia vero Leander in exponendis decalogi praeceptis nonnisi ad quartum pervenit, ipse nonum volumen avunculi operibus addidit, in eoque eodem ordine ac methodo simili, licet fusiori aliquantulum stilo, de spectantibus ad quintum praeceptum plenissime disseruit. Prodiit tomus iste cum additionibus ad tr. de poenitentia, de quo mox, et miscellaneis quaestionibus, Avenione 1692 in f. Nec multo post omnium novem voluminum confecit Summam, quam sub hac inscriptione publicavit: *Summa novem partium Leandri a ss. Sacramento,* adjecta explicatione 110 prop. a ss. pontificibus Alexandro VII. et Innocentio XI. damnatarum; pro complemento tandem adjecta est decima pars Summae, in qua explicantur quinque postrema decalogi praecepta, Pampelonae 1696 in f. Exstat ejusdem auctoris tr. *de poenitentia* accurata atque scholastica methodo concinnatus, Pampelonae 1687. — Emmanuel Navarro congr. benedictinae hispano-anglae quondam generalis magister et in salmanticensi academia laureatus doctor ac primarius theologiae professor, scripsit insignem tr. *de sacrosancto Trinitatis mysterio* controversiis dogmaticis atque scholasticis absolutum, ubi omnia, quae ad mysterii dogmata spectant, ex antiquis et recentibus historiae ecclesiasticae monumentis (nec prorsus sine crisi recognitis) collecta inveniuntur, haereticorum errores fidem Trinitatis quoquomodo impugnantes chronologice recensentur: concilia, in quibus damnati fuere, collustrantur, Salmanticae 1701 in f.; prolegomena *de angelis,* ib. 1708., in quibus copiose ac plane erudite disserit de cognitione spirituum, quam habuerunt philosophi ethnici, atque ex illorum sectarum ac dogmatum collustratione nova quadam cogitatione conatur demonstrare, ethnicos nunquam angelos designavisse, neque notionibus, nominibus et errante sua religione circa daemones, genios, heroas, lares, penates, lemures et larvas voluisse angelos velut ipsorum suspicionem saltem habentes indicare, quibus animum dumtaxat humanum pro diversis statibus et vitae meritis significarunt [1]). *De virtutibus theologicis* fide, spe et caritate,

nuae 1709 t. 3 in f. — Et cum jam philosophorum mentionem facimus, addere licet Emmanuelem a s. Bonaventura O. Carm. Burgensem, theologiae professorem, cujus supersunt *disputationes dialecticae*, Pampilonae 1710 in 4.

[1]) Cf. Mich. a s. Joseph II, 16.

[1]) Cf. Mich. a s. Joseph II, 218. Cf. de sequenti controversia ib. II, 390 et infra.

ib. 1706 in f. Scripsit quoque pro bulla *Unigenitus* adversus l. anonymum Matriti 1719. Cum vero in hoc opere dissentiret a sententia card. Norisii de infidelium virtutibus, ipsum aggressus est Norisii vindex, Petrus Manso, multa probra et scommata in eum congerens in l. *Responsiones ad capitula quarundam objectionum* mansuetarum spectantium ad controversiam de virtutibus infidelium inter theologos et quesnellistas: cui respondit auctor noster strenue, sed etiam nonnihil acerbe in opere, quod prodiit Matriti v. 2 in 12.

288. Hieronymus de Sousa O. S. Franc. († 20. Febr. 1711) reliquit *scalam theologicam,* per quam ascendit creatura de non esse ad esse et descendit a Deo in mundum, cum tr. de praedestinatione ac etiam futurorum contingentium polysophia, Matriti 1706 in f.; quae seorsim jam prodierat Parisiis 1680 in 4. Scoti sententiam circa illud theologicum quaesitum, an si Spiritus s. a Filio non procederet, ab eo distingueretur, pro viribus nititur tueri in opusculo, de cujus occasione ita scribit cujus mox meminimus Emmanuel Navarro [1]): „Ex instituto occurrit (exceptionibus), satis ac me judice nervose Fr. Hieron. de Sousa Franciscanus in libello de eo assumpto edito Neapoli a 1679, cui titulus *interrupti certaminis instauratio;* prodiit enim in lucem l. iste occasione cujusdam publicae disputationis, in qua arguens pro nostra sententia eo telo invectus, lite incomposita et non expectata solutione, e congressu abscessit, sponsione tamen facta adducendi loca conc. florentini, Gregorii Nysseni et Bessarionis, quibus innixum ostentabat suum argumentum: quibus non adductis, ne ideo sibi arguens victoriam decantasset, publica ac satis probabilis argumenti satisfactio et solutio, auctoritatibus hinc inde allegatis et perpensis in praefato l. luci data fuit.« — Joannes Bernique O. S. Franc. praelo dedit tr. theologicum *de divina scientia ad creaturas terminata* juxta mentem Mariani subtilisque Jo. Duns Scoti, Compluti 1705 in 4. — Isidorus de Torres O. SS. Trin., complutensis doctor et publicus theologiae professor, auctor fuit theologiae selectae *de peccato et gratia,* Compluti 1707 in 4. — *Salmanticas lecturas,* in quibus praecipuae frequentioresque thomisticae scholae controversiae prompte ac perspicue enodantur [1]), prelo commisit (Salmanticae 1701 v. 2 in f.) Joan. Bolivar O. Praed., qui primariam in academia salmantina cathedram egregie sustinuit illustravitque magna per universam Hispaniam sui nominis fama. Disserit in t. 1. tr. sex de visione, scientia, voluntate et providentia Dei, de ratione hanc conciliandi cum nostra voluntate, deque voluntario et involuntario; in 2. t. de bonitate et malitia actionum, de gratia Dei, de justificatione, de spe, deque gratia Christi ejusque impeccabilitate. — Franciscus Garau S. J. (n. 1640; † 10. Jul. 1701) reliquit *Deiparae elucidatae* ex utriusque theologiae ac sacrae paginae luminibus ad splendorem, p. priorem, in qua nonnulla ad scholasticam trutinam adducuntur, quaedam ventilantur ad honores, plurima pro concionibus panegyricis congeruntur, Barcinone 1686 in f. Altera p. non prodiit.

289. Integrum *cursum theologicum* reliquerunt Joan. Baptista Gormaz S. J., Romae et in pluribus Hispaniae academiis professor theologiae (n. 1650; † 9. Mart., 1708), Augustae V. 1707 v. 2 in f., qui prolixa eximii Suarez commentaria nititur ad theologiam scholis magis accommodatam haud in-

[1]) De ss. Trinitatis mysterio disp. 6 dub. 1 § 9 n. 367.

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1702 I 187, ubi vocatur Volibar, ejusque opus dicitur posthumum. Juxta Echard vixit auctor saltem ad. a. 1710.

feliciter contrahere [1]). — Nicolaus de Olea S. J. Limanus, theologiae professor (n. 12. Sept. 1635; † 27. Mart. 1705) edidit *theologiam scholasticam,* Limae 1694 t. 4; *Summam* tripartitam *philosophiae scholasticae* ib. 1694. — Joannes ab Annunciatione O. Carm. in seculo dictus Jo. Llanes Campomanes, Ovetensis, congr. hispanicae quondam praepositus generalis, eximiae famae theologus, cujus velocitatem calami, doctrinae profunditatem ac perspicuitatem mirati sunt aequales, et qui, quod fere inauditum est, pro cunctis quae scripsit nunquam fecit adversaria, *cursum philosophicum collegii complutensis* (t. III[3], 918) ad formam clariorem redegit t. 4 in 4., quibus adjecit quintum de coelo et meteoris et 3 disp. de individuatione materiae, de essentia, subsistentia et existentia; metaphysicam vero, cujus praecipuas quaestiones variis in partibus hujus cursus tractaverat, continuata serie et data opera non elaboravit. Quod tamen majoris est momenti, celeberrimum cursum theologicum salmanticensem ab. Ant. a Matre Dei (cf. ib.) inchoatum condigne continuavit adjectis t. 5. p. 1. *de gratia habituali; p. 2. de gratia actuali,* justificatione et merito; t. 6. p. 1. *de fide* et *spe;* p. 2. *de caritate* et *statu religioso* (1687); t. 7 et 8. de *incarnatione* (1691); t. 9. *de sacramentis* in communi et eucharistia; t. 10. *de poenitentia* copiose admodum; sed cursum ad finem perducere non potuit morte praepeditus († 1701). Eum adjecta t. ultimi parte altera, sicut et *cursum* salmanticensium *moralem* (Matriti 1717—24 t. 6 in f.) absolvit Ildeph. ab Angelis. — Antonius Perez O. S. Franc. vir. egregie doctus et sermone scholasticus († 15. Jul. 1710) vulgavit *controversias super 1. l. sententiarum juxta* Duns Scoti mentem, Caesaraugustae 1700 v. 2 in f., necnon apologeticum inscriptum *Astraea theologica* stateras et dispondia Jo. Perez Lopez convocans ad crisim ib. 1703 in 4. — In eundem *1. l. sententiarum* ad mentem doctoris subtilis commentaria emisit Emmanuel Perez de Quiroga ejusdem ord. Vallisoletanus, vir ob doctrinae praestantiam merito commendabilis, Segoviae 1704. 1705 et 1708 v. 3 in f.; *in l. 2. sententiarum,* Vallisoleti 1715 v. 2; *in l. 3. sententiarum,* Vallisoleti 1709 et 1714 v. 3 in f.; *quaestiones selectas theologicas* ad mentem Joan. Duns Scoti, Vallisoleti 1716 in f., quae opera sunt sat rara. His addantur: *Bellum de sanguine Christi,* ib. 1721 in 4; ejus in calce exstat appendix, in qua examinantur responsiones et objectiones cujusdem recentioris contra Scoti doctrinam circa adaequatam rationem distinguendi Spiritum s. a Filio; varia argumenta theologica, ib. 1721 in 4; *domestica bella philosophica,* ib. 1721 in 4; *vera axiomatum explicatio,* ib. 1723 in 4. — Tertius ex eadem familia [1]), qui versatus fuit in interpretandis sententiarum libris, est Ant. Castel Bilbilitanus, vir ingenio clarus et in quaestionibus et dubiis solvendis subtilis et promptus († 15. Febr. 1717). Prodiit ejus *brevis expositio* ad 4 P. Lombardii ll. sedulo et lepide concinnata, Matriti 1756 v. 5 in 4; prodierat jam Caesaraugustae 1698—1703 v. 5 in 4: ad t. ultimi calcem reperitur ejus expositio seu parergon de sacros. oecumenico trid. concilio accuratissime locupletata, ut aptius quaestiones universae in concursum promovendis in ipsum excitari valeant pro literariis exercitiis; *athenaeum minoriticum* novum et vetus scholarum subtilis, seraphicae et nominalium non-

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1710, II, 1191-1204.

[1]) Joannes a Nativitate O. S. Franc. Villacastinensis († 1705) una cum sodali Joanne a Trinitate Salmanticensi, s. theologiae lectore ad mentem ejusdem subtilis et mariani doctoris elaboravit *cursum* integrum *philosophiae,* Segobiae 1717—1713 t. 5 in 8.

nullas exambiens quaestiones, ib. 1697 in 4. *Francilogium sacrum,* opus anachronologicum historico - positivum, Christum D. et seraphicum P. N. S. Franciscum ab ortu ad occasum velut specular micrologicum harmonice deflectens et archonice exaltans, Caesaraugustae 1713 in f.

290. In *Italia* Car. Franciscus de Varisio, quod oppidum erat in ducatu mediolanensi, pariter O. S. Franc. in illustrando Scoto versatus est[1]) edito *promptuario scotico,* quod exhibet, quidquid in 4 sententiarum ll. et quodlibeto doctoris subtilis continetur, suos in titulos ordine alphabetico digestum, Venetiis 1690 pp. 2 in 1 v. in f. Inchoaverat illud Stephanus de Galvia sed in meliorem ordinem redegit illud atque absolvit auctor noster. Fuit is insigniter versatus in Scoti doctrina; ipsum opus est sat rarum et carum. Inter primos ipse Molinos errores persensit. Episcopatum ameliensem in Umbria humilitate constanter respuit sua contentus sorte. Maximi factus est Romae, praesertim a Clemente XI., qui eo defuncto (1718) mandavit, ut ei exsequiae persolverentur eo more quo cardinalibus[1]). — Ludovicus a Murano O. Min. Calaber theologiae lector edidit *Gladius utraque parte acutus* sive Scotus dogmaticus, in quo agitantur omnes quaestiones contra errores haereticorum super 4 ll. sententiarum, Patavii 1700 in f., cujus prodiit tantum t. 1. in 1. l. — Stanislaus a Placentia ostendit d. Augustini et Scoti *de gratia Christi* consensum, Venetiis 1718 t. 2 in 4., opus est rarum. — *Cursum philosophicum* (valde rarum) juxta mentem Jo. Baconii, Romae 1700—4 ll. 5 in v. 8 in 12., et *quaestiones theologico-morales* in 4. l. sententiarum Joannis Baconii reliquit Elisaeus a Garcia O. Carm. — *Cursum* vero *theologicum* (admodum rarum) secundum mentem ac germanam doctrinam ejusdem Joan. Baconii Jos. Zagaglia O. Carm. magister generalis († 1711), Ferrariae et Parmae 1671—1706 v. 7 in f., in quorum 1. agit de natura theologiae; in 2. de praedicatis quidditativis Dei et ejus attributis; in 3. de cognoscibilitate intuitiva ac aliis attributis; in 4. de Deo praedestinante et reprobante, de Deo uno et trino et operante ad extra in universi productione; in 5. de Deo quoad ejus nobiliores effectus ad extra, angelos scil. et primos parentes; in 6. de profundo incarnationis mysterio; in 7. seu in supplemento disserit de voluntate humana, ultimo fine, beatitudine naturali et supernaturali ac beatitudine corporum post diem judicii. — Ejus sodalis Franc. Hier. Aymo a s. Clemente Taurinensis (n. 21. Oct. 1625; † 13. Jun. 1705) concinnavit *philosophiam baconicam,* Taurini 1668

[1]) Plures philosophiae ac theologiae tr. juxta Scoti mentem reliquit mss. Angelus Titonus Panormitanus tertii ord. s. Franc., ex quibus opera fratris Ferdinandi prodiit *clypeus distinctionis scoticae sive formalis,* opus posthumum, Panormis 1712 in 4. Angelus noster admodum juvenis sodales Romae philosophiam docuit, theologiam Panormi, maximaeque auctoritatis apud suos fuit († 27. Apr. 1710), de quo plura cf. apud Mongitore bibl. sic. append. 1 pag. 2. — Praeterea inter philosophos referri possunt Prosper Berselli Mutinensis, cujus exstat *Vindicatae philosophiae examen rationale,* in quo philosophandi praejudicia expenduntur, Venetiis 1704 t. 4 in 12. — Antonius Forti (Fortis) S. J. Calatahieronensis n. 8. Jun. 1651, philosophiae et theologiae professor († 22. Oct. 1707), cujus est: *Philosophia negativa,* seu disp. philosophicae in 5. ll. divisae, quorum 1. summulae; 2. logica; 3. physicae pars prior; 4. physicae pars posterior, 5. metaphysica: quibus probari contenditur, philosophiam pure humanam sibi relictam in argumenta negativa passim resolvi, Panormi 1717 in 4. — Leonardus Cinnamo S. J. Panormus philosophiae et theologiae professor edidit et *cursum philosophicum,* Panormi 1702 t. 3 in 12; et *Microscopium aristotelicum* sive cursum philosophicum juxta Aristotelis principia, ib. 1715 in f.

[1]) Cf. Argellati II, p. 1 p. 1570.

in f., quam capitulum generale ordinis admodum laudavit (1666); *philosophiam fundamentalem,* in qua assignat et proponit fundamenta omnium scientiarum rationalium, realium, moralium ad modum syntaxis artis mirabilis R. Lulli, sed utrum et ubi prodierit nobis non est compertum.

291. Georgius Soggia O. Serv. b. M. V. e Sardinia Turritanus seu Sacerensis, vir ingenio solers, Pisis primum in universitate juvenis sacram theologiam explicabat: Romae dein per a. 30 Henrici Gandavensis doctrinam sodalibus exposuit atque publici juris fecit editis ll. uti sunt: *In prol. sententiarum Henrici a Gand. qq. disputatae* de s. theologia ejusque locis et argumentis, ubi de auctoritate et infallibilitate summi pontificis et conciliorum, de s. Scriptura et ejus sensibus deque censuris propositionum ei oppositarum, Romae 1691 in f., opus sat rarum; *in 4 l. sententiarum qq. disputatae,* scil. de Deo, de angelis, de praedestinatione sanctorum, de Christo, Saceri 1697 v. 2 in f.; *opuscula tria theologica,* de sacrosancta Trinitate, de generatione Verbi divini et de processione Spiritus sancti (videntur Romae 1689 prodiisse). Propter eximiam doctrinam aliasque animi dotes a. 1678 electus est in priorem generalem sui ordinis, et a. 1681 ab Hispaniarum rege in episcopum bosaniensem ac tandem in archiepiscopum turritanum, sed morte praeventus est (19. Nov. 1701) antequam cathedram adiret. — Ejusdem Henrici Gand. doctrinam illustravit, propugnavit et pene e sepulcro redivivam per scholas ordinis diffudit Calixtus Maria Lodigerius O. Serv. b. M. V. Urbevetanus. Theologiae magistrum egit in praecipuis Italiae studiis, Romae per 24 c. annos in collegio Henrici regentis officio functus est, et in totius ordinis priorem generalem electus, demum a Clemente XI. dictus episcopus politianus († 4. Mart. 1710). Reliquit *disp. theologicarum* t. 1. de Deo uno ejusque proprietatibus, de visione Dei, de divina scientia juxta genuinam Henrici de Gand. mentem, Romae 1698; t. 2. et 3. prodierunt cura sodalis Ben. Aug. Canali, de quo infra, Lucae 1718. 1724. — Cursum philosophicum secundum Henrici Gand. principia concinnavit Ang. Maria Ventura, Mantuanus, Lodigerii sodalis et dignus discipulus, quem Clemens XI. vicarium apostolicum totius ordinis generalem dixit (1716). — *Summam* totius *theologiae Aegidii Columnae* tomulis quinque exhibuit [1]) Augustinus Arpe O. S. Aug., Bononiae 1701 et Genuae 1704. — Fusius vero magnaeque doctrinae commendatione ejus sodalis Frid. Nicolaus Gavardi Mediolanensis, inter Aegidii interpretes facile princeps, a summo pontifice Romae designatus s. Scripturae interpres ejusque scholae restaurator. Suam cathedram 25 annis moderatus est († 12. Jun. 1715). Prodiit ejus *theologia exantiquata* juxta orthodoxam s. P. Augustini doctrinam ab Aeg. Columna doctore fundatissimo expositam additis qq. nostro tempore exortis t. 6 in f., et quidem 1—4. Neapoli 1683—1690; t. 5. Romae 1692; opus rarum; *theologia scholastica Aegidio-augustiniana* sex t. in f. nunc in gratiam studentium compendiata et in 19 tr. a Benigno Sichrowsky ejusd. ord. († 1737) distributa, Romae 1706. v. 8. in 4; Norimbergae 1716; *philosophia vindicata* ab erroribus philosophorum gentilium juxta doctrinam s. Augustini et b. Aeg. Columnae, ib. 1701 in f. (m. 60), et iterum v. 4 in 8. — Benedictus Heuschen sodalis *compendium philosophiae* ex ipsius opp. concinnavit Coloniae 1748. Quaestiones quatuor (ex opere majori supra citato) *de hierarchia Ecclesiae militantis,* Neapoli 1690 in 8, — S. Thomam [2]) inter-

[1]) Ipsius quoque est *Giornale de Santi e Beati Agostiniani,* Genuae 1712 t. 2 in 12.

[2]) Joannes Benedictus Perazzo O.

pretatus est Joan. Claudius Puteobonellus (Pozzobonelli) cler. reg. O. S. Pauli seu Barnabitarum († 1718) editis *qq. selectis* in 1. p. d. Thomae, Mediolani 1703 in f.; in 1, 2., ib. 1705; in 2, 2., ib. 1707; in 3. p.. ib. 1708; *Moralia de sacramentis in genere et de eucharistia,* ib. 1710 in f.: *de sacramento poenitentiae,* 1714 in f. — Primam tantum p. *disp. theologicis* illustravit Paulus Maria Canninus O. Praed. de Nicaea praestans sui aevi theologus († 1716) Romae 1709, 1713, 1717 v. 3 in f. Edidit quoque *cursum philosophico-metaphysicum* ad mentem d. Thomae, t. 1. Bononiae 1692; t. 2. Mediolani et Placentiae 1692; t. 3. Placentiae 1693 in f., opus rarum admodum et carum.

292. *Theologiam speculativam universam* dogmaticam et moralem t. 8 Monachii 1700—1712 in f. prolixe admodum et erudite digessit Cajetanus Felix Verano cler. reg. theat. Nicaeensis, operosissimus scriptor atque in omni fere disciplina theologica versatus[1]). Continet vero hoc opus ejus doctrinam, quam 24 annis tradidit Bononiae, Romae et Monachii, ubi ultra 30 annos magno in honore apud principem electorem commoratus est († 19. Sept. 1713 a. aetatis 65). Hujus veluti complementum est *theologia polemica* seu vindiciae Ecclesiae catholico-romanae, cujus praerogativae, munia, leges, dogmata, ritus asseruntur et propugnantur contra judaeos, schismaticos, haereticos, atheos etc., opus posthumum cura sodalis Caj. Khuen Augustae V. 1719 t. 3 in f. editum. Alia ejusdem opera sunt: *Juris canonici universi commentarius paratitlaris* seu dilucida explicatio nova methodo exhibita omnium pontificalium decretalium, quae continentur in 5 ll. Gregorii IX. et aliarum Bonifacii VIII. in Sexto ac const. recentiorum pontificum in Septimo, Clementinarum Clementis V., extravagantium Joannis XXII. et communium: explicaturque quid jure novo per decreta conciliorum, praésertim tridentini, statuitur. Cuilibet titulo praetexitur summarium exegeticum omnium capitum, quae in eodem continentur cum praecipuis glossae doctrinis: et in calce adjiciuntur plures selectae qq. pertinentes ad materiam ejusdem tituli. Opus digestum in 5 t. juxta 5 ll. Decretalium, ib. 1703—1708 in f. In his tribus op. strenue et erudite romani pontificis tuetur infallibilitatem profitens, „se amplecti rationabilem, prudentem ac vere theologicam probabilitatem consonam pontificiis decretis veraeque sapientiae legibus.“ *Philosophia universa speculativa peripatetica* principiis ac formalitatibus metaphysicis disputata, Monachii 1684—1689 t. 4 in f. *Pantheon argutae elocutionis et omnigenae eruditionis* selectiori exstructum Atticismo, omnia politioris literaturae complectens genera, quibus eloquentia, praesertim concionatoria, enitescit etc., Messanae 1670 primum ed., admodum auctum Augustae et Francofurti 1684; 1712 v. 2 in f., de quo A. E. L. censent[1]): „Ceterum non possumus quin hoc Verani opus multa ac varia doctrina exornatum sacrae pariter ac profanae eloquentiae studiosis ceu pulcherrimarum rerum compendium commendemus.“ *De humanis affectibus ciendis et coercendis,* opus 3 t. digestum, moribus corrigendis, vitiis amovendis, virtutibus promovendis,

Praed. venetus auctor est operis *Thomisticus Ecclesiastes* h. e. s. Thomae Aq. E. D. selectorum sacromoralium sententiarum promptuarium, quas in sacris ejus codicibus sparsim depromptas ad communem utilitatem alphabetica serie colligit et ex divina dumtaxat Scriptura eademque angelica doctrina pro viribus explanat . . . opus totius fere thomisticae veritatis compendium exhibens studiosis omnibus proficuum, sacris praeconibus necessarium, Ferrariae 1792 t. 1; Venetiis 1700. 1701 t. 2. et 3. in f.

[1]) Cf. Vezzosi II, 462—470.

[1]) Anno 1712 p. 289—96.

pietati fovendae, amoliendae impietati accommodatum, Monachii 1710 v. 3 in f.

293. *Breviarium universae theologiae* speculativae, dogmaticae et moralis in In VI pp. distributum juxta principia scholae Scotistarum composuit Ant. Gavelli O. Min. minister provincialis et saepius definitor († 1712), Bononiae 1691—92 t. 4. — Cursum theologicum inchoavit Antonius Maria Sieripepoli S. J. Drepanitanus, philosophiae, dein theologiae scholasticae Panormi et Messanae professor († 24. Mart. 1712); sed videntur tantum prodiisse *de visione Dei* p. 1., Panormi 1700; *de voluntate Dei* p. 2., ib. 1703 in 8; *de angelis* p. 3. ib. 1707 in 12. Ejus quoque sunt *Corollaria moralia,* quibus ea, quae pertinent ad sacramenta, praesertim poenitentiae, per illationes ex principiis theologicis communiter receptis, breviter, ordinate et clare traduntur, Panormi 1698; Venetiis 1700 in 12. — *De angelis disp. theologicas* edidit Placentiae 1703 Paulus Casati S. J. Placentinus (n. 1617; † 22. Dec. 1707), qui plurimum contulit ad Christinae Suecorum reginae conversionem, ac plura opera de mathesi et physica reliquit: hinc quandam sua aetate nominis celebritatem meruit[1]). — *De paternitate s. Joseph* disseruit Franc. Octavius de Orestis O. Praed. inquisitor primum ariminensis, dein faventinus († 1705). Prodiit l. 1693 et 1701 absque loco et typographi nomine. — De sacramentis disputarunt Ant. Maria Castelli O. Serv. B. M. V. Mantuanus, sui ordinis praepositus generalis († 16. Apr. 1716), in op. theologico *de sacramentis in specie* — et Raphael Jacobatius O. Pr. Venetus in op. *doctrina dogmatica de sacramentis,* Venetiis 1711 in f. — Opus vero in suo genere plane classicum, sed rarissimum, reliquit Jo. Antonius Sessa O S. Franc., theologus celeberrimus, ab urbe patria Panormitanus dictus (n. 1640). Romae in ordinis coenobio lector constitutus philosophiam primum, inde scholasticam theologiam per a. quindecim magna doctrinae opinione docuit. Septennio pontificia jura explanavit inter tredecim lectores adlectus, quos Romae summus pontifex instituit, ut sacrorum canonum doctrinam parochis ac confessariis tum secularibus tum regularibus traderent. In dogmatica scientia et ecclesiastica eruditione versatissimus persaepe ejus consilium in difficillimis quaestionibus implexisque rebus innumeri expetiere. In suo ordine variisque in congregationibus muneribus honorificis est functus atque cum aliis doctissimis theologis designatus est, ut propositiones in Quesnelli libris contentas examinaret. Studii fructus fuit: *Scrutinium doctrinarum qualificandis assertionibus, thesibus atque libris conducentium,* exemplis propositionum a conciliis oecumenicis vel ab apostolica sede reprobatarum ditatum, ac plerisque miscellaneis resolutionibus dogmatico-moralibus ad uberiorum censurarum theologicarum notitiam collimantium refertum, Romae 1709 in f., in quo docte et erudite disputat de censuris doctrinalibus, quibus a sede apostolica et conciliis doctrinae fidei catholicae contrariae notari solent.

294. Denique huc referri potest Joan. Baptista de Benedictis S. J. (n. 1622; † 15. Maj. 1706), cujus celebre nomen in philosophia peripatetica. Edidit enim *philosophiam peripateticam* t. 5 (sed t. 5. non prodiit) comprehensam, Neapoli 1688—1692 t. 4 in 12; Venetiis 1723; 1749; Valentiae 1766 v. 4 in 8; *Letere apologetiche* (5)

[1]) Cf. Sommervogel II, 799; Feller II, 370; Niceron 1, 169 et Mém. de Trév. 1708 III, 1453—1460, ubi legitur ejusdem elogium, quod hisce absolvitur verbis: „Enfin le P. Casati a été un modelle que se doivent proposer tous les vrais Philosophes.“

in defesa della Teologia scholastica e Filosofia peripatetica sub nomine Benedetto Aletino, Neapoli 1694 in 12; quae scriptae sunt adversus Cartesii philosophiam, ejusque patronos, inter quos nominabantur eo tempore Neapoli Leonardus da Capua, Thomas Cornelio, Franciscus d'Andrea etc. Prima prodiit cum nonnullis additionibus sub titulo: *Difesa della scholastica Teologia,* Romae 1703 in 12; pro tertia scripsit apologiam, ib. 1705 in 8. Pluribus hae epistolae displicuerunt, praesertim eae, quae spectant philosophiam peripateticam, hinc illas impugnarunt: nominatim tres priores seorsim impugnavit Constantinus Grimaldi advocatus neapolitanus, vir alioquin eruditione profana, nobilitate et dignitate clarus († 1750 a. aetatis 84) responsionemque retractavit et auxit in op.: *Discussioni Istoriche, Teologiche e Filosofiche,* Lucae 1725 pp. 3 in 4. Relatus fuit hic liber (cum responso triplici ad 3 epistolas) initio in classem primam librorum prohibitorum, potenti tamen intercessione et ob auctoris editam retractationem factum est, ut decr. 23. Sept. 1726 p. 1. et 2. simpliciter tantum prohiberetur. Ejus est quoque *Dissertazione in cui s' investiga, quoli sieno l' operazioni, che dipendono dalla Magia diabolica,* e quali quelle, che derivano dalla Magia artificiale e naturale, e quale cautela si ha da usare nella malagevolezza di discernerle, Romae 1751 in 4., diss. sagaci judicio conscripta [1]). De alia auctoris nostri controversia cum B. Ciaffoni cf. supra p. 611 a.

[1]) Plura de Grimaldo ejusque operibus (13) ineditis cf. in Zaccaria Storia Letteraria d'Italia IV, 176–85.

II. Theologia positiva et polemica.

295. Ingens eorum est numerus, qui in theologia *positiva,* praesertim quatenus simul est *polemica,* versati sunt. Ut ab ea regione incipiamus, in qua theologiae scholasticae conspectum absolvimus, occurrit nobis insignis plane theologus, minus forte notus, Liberius a Jesu O. Carm. Natus est Bellintiachi in agro novariensi 14. Febr. 1646 et in baptismate dictus Stephanus. Post suum in ordinem ingressum (1670) octennium impendit studio philosophiae et theologiae, ac deinde Romae in seminario ordinis ad s. Pancratium per 36 ferme annos fidei explicuit controversias. Ab Innocentio XII. constitutus est in collegio de propaganda fide studiorum praefectus. Cellae infixus ac pluteo nunquam exibat claustris, nisi vel caritas eum urgeret vel munus suum in academiis obeundum evocaret. Succiduam quamque horam insumebat aeditui instar in cura nitoris ecclesiae et perpolitione subselliorum odei. Saepe testabatur ipse, in re theologica se ad sanguinem desudare. Nulla tamen studia unquam obstiterunt, quominus interesset choro, plerumque insomnis et cibo modico refectus. Dum morbo extremo langueret, rogabat fratres, ut sibi legerent aliquid ex libris piis, quibus alere spiritum consueverat: veniam quoque de offensis saepius petiit. Nemo unquam ipsum vidit moestum aut iratum, tametsi Deo placuerit ipsum in adversis probare fortius. Displicuit enim in t. 1. sui operis congregationi s. Officii responsio data objectioni Vedrosii haeretici controv. 4., scil., »jansenianos cum omni humilitate se subjicere rom. pontifici in damnatione quinque propositionum Jansenii prouti sonant et secundum quaestionem juris, sed au-

diri postulare in quaestione facti: an scil. illae propositiones inveniantur in l. Jansenii et an in eo sensu eas intellexerit Jansenius. At vero in quaestionibus facti apostolicam sedem non esse judicem infallibilem.« Ideoque opus suspensum fuit *donec corrigeretur;* correctum prodiit cum humili auctoris protestatione pag. 192 subjecta, Romae 1710. Eo vivente prodierunt: *Controversiae dogmaticae* adversus haereses utriusque orbis occidentalis et orientalis t. 1. de Ecclesia militante et de praetenso primatu anglicano [1]), Romae 1710 in f. *Foedus timoris et amoris Dei* in ministerio sacramentalis reconciliationis hominis ad Deum scholastico-dogmatice propugnatum, opus praeambulum ad controversias polemicas de sacramento poenitentiae adversus sectarios ib. 1713 in f., in quo fuse disserit de attritione ejusque sufficientia ad sacramentum poenitentiae deque contritione [2]). Dum vero controversiarum cogitaret continuationem morte corripitur 29. Jan. 1719 a. aetatis 73: ex ejus tamen scriptis Jo. Franc. a s. Maria Magdalena, stilo subinde in melius immutato, 7 vol. in f. edidit, scil. 1 de Spiritu s., de purgatorio et suffragiis, de statu animarum et corporum; 2. de Christo Domino; in quo t. reperitur apologia epistolarum Clementis I. usque ad Siricum adversus Blondellum aliosque criticos; 3—6. agunt de sacramentis; 7. tutatur consilia evangelica contra recentiores haereticos. Subjecta est huic tomo p. 538—682 apologia pro statu religioso in V.T. quoad substantiam scripta adversus Franc. Galiani Spuchae (cf. p. 372), Mediolani 1743—1754. Constituunt haec volumina maximum forte qui prostat cursum theologiae polemicae, neque tamen quaestiones omnes controversas complectuntur. — Emmanuel Sanz S. J. natione quidem Hispanus, qui tamen in Sicilia degebat († 1719), auctor est op.: *Scholasticus armatus* contra omnes fidei hostes, tr. theologicus de fide in 3 pp. divisus: 1. de revelatae christianae legis innegabili certitudine; 2. de falsis sectis, quarum errores singillatim rejiciuntur; 3. de qq. speculativis, in quibus per sua principia tota fidei substantia penitus declaratur, Venetiis 1715 in 4; *Breve Tr.,* nel quale con ragioni demostrative, si convincono manifesti i Turchi, senza che in guisa veruna possano negarlo esser falsa la legge di Maometto e vera solamente quella di Christo, Cataniae 1691.

296. Judaeos ad fidem veram inducere nititur Jo. Petrus Pinamonti S.J. Pistoriensis (n. 1632; † 25. Jun. 1703) fidelis in laboribus apostolicis Pauli Segneri socius, in op. *la Sinagoga disingannata,* via facile a mostrare a qualunque Ebreo la falsità della sua Setta, e la verità della religione cristiana, Romae 1694 in 12; Venetiis 1754 in 12. Majorem tamen nominis claritudinem promeruit Pinamonti operibus asceticis plane egregiis [1]), saepissime editis quae solidae pietatis documentis sunt referta. Ea passim collecta prodierunt, Parmae 1706 in f.; 1711; 1718 praemissa copiosiore ejusdem vita; Venetiis 1735; 1751; 1762; Loreto 1850—51 t. 8 in 16 etc. Inter ea specialem laudem merent: *Esercitii spirituali* di s. Ignazio proposti alle persone seeolari, che bramano con questo santo ritiramento di eleggere ò di migliorare il loro stato, Bononiae 1697 in 12. etc. *Lo specchio che non inganna* ovvero la teoria e la pratica della cognizione di sè stesso, Taurini 1829 in 18; 1835 etc.; *la croce allegerita,*

[1]) Cf. acta E. L. a. 1710 p. 398.

[2]) De hac quaestione exstat F. J. Ponce-Vaca O. Carm. Controversia theologico-dogmatica in tridentini conc. caput *de contritione,* aliis capitibus et canonibus elucidata, Romae 1705 in 4.

[1]) Cf. Sommervogel VI, 763—92.

Mutinae 1699 etc.; *il sacro Cuore di Maria*, ib. 1846; *la Causa de' Ricchi* ovvero il debito ed il frutto della limosina trattata ai medesimi Ricchi, Neapoli 1856; *la Vocazione vittoriosa* in cui si dimostrano gli assalti fatti alla gioventù chiamata da Dio alla Religione e l'arte di ributtarli, Vigevani 1845; *il Direttore* ò vero metodo da potersi tenere per ben regolare le anime nella via della perfezione cavato dalla dottrina de' Santi e da Maestri della medesima perfezione, Monzae 1836 t. 2 in 16; *Exorcista rite edoctus* seu accurata methodus omne maleficiorum genus probe ac prudenter curandi, Lucae 1690: Venetiis 1717 etc. — Adversus Judaeos disputavit etiam Petrus Thomas Pugliesse (Puglisius) O. Carm. in suo *lapide angulari historico-theologico* ad confrigendam eorum perfidiam. Ejus quoque est *historico-theologicus l. bipartitus:* supremum Christi sacerdotium, institutionem ejus vicarii, potestatem ligandi atque solvendi eidem collatam et non interruptam hereditariam permanentiam successorum ejusdem complectens; opus ex principiis theologicis, ss. oec. conciliis, epistolis decretalibus ac ss. tum graecorum tum latinorum auctoritatibus contra Lutherum, Calvinum ceterosque haereticos protestantes dilucide ac tute elucubratum, Neapoli 1700, quo in opere romani pontificis infallibilitatem tuetur, eique etiam potestatis temporalis plenitudinem super omnia bona temporalia ex concessione Christi asserit potestatemque in imperatores ac reges adeo, ut eosdem in casu iniquitatis possit deponere eorumve regna aliis tradere; haereticorum quoque objectiones refellit. Recensuit insuper antiquae *cantabriensis provinciae O.Carm. exordia et progressus*, conventuum origines, imagines miraculosas hominesque, Neapoli 1696 in 12. opus rarum.

297. Carolus Franciscus Mangonius O. Montis Oliveti Mediolanensis, abbas (n. 3. Jun. 1658; † 7. Martii 1715), proposuit *motiva 50* ad praeferendam et praeeligendam ex omnibus christianam religionem catholico-romanam haereticis ut convertantur, catholicis ut confirmentur, Papiae 1713, de quo l. Marianus Armellini censet [1]): »Opusculum vere aureum, ea sermonis puritate et elegantia, ea doctrinae soliditate ac rationum robore, ea denique evidentia digestum, ut angli haeretici tamquam errorum suum debellatorem acerrimum, obdurati nihilominus ac pervicaces, Londini flammis eum devoverint, illud immortali luce dignissimum vel inviti confitentes.« — Motiva suae conversionis proposuit Joachim Frid. Minutoli, origine Lucensis, sed Genevae, quo familia ejus religionis calvinianae causa transmigrarat (1555) natus et ministerio sectae destinatus, in l. *Motifs de la conversion du noble Jo. Frid. Minutoli,* Docteur en droits en l'Université de Valence, Proposant de l'Academie de Genève etc., avec les charactères de 40 Ministres de la même Académie, desquels sont tirés les susdits Motifs de Conversion. Mutinae 1714, qui l. magnum excitavit rumorem propter notitias ad hos 40 ministros spectantes, hinc altera prodiit editio Friburgi in Helvetia 1720 t. 2 in 12., in qua hi ministri tantum literis initialibus nominum ipsorum designantur [2]). — Adversus gentiles, hebraeos et sectarios statuit 23 propositiones Romae 1683 in 12. Antonius Celestris tertii ord. s. Franc. († 19. Mart. 1706).

298. Edita a clero gallicano 1682 famosa declaratione, qua primatus romani pontificis jura laeduntur vel negantur, mirum esse non debet, si plures in Italia theologi [3]) de iis tuendis

[1]) In bibl. bened. p. 42 in app.

[2]) Cf. Raess Die Convertiten IX, 235—267.

[3]) Huc referri potest etiam Savus Mellinius, Romanus, a Clemente X. in His-

vindicandisque solliciti fuere. Ita Petrus Elias Astorini O. Carm. n. 5. Jan. 1651 Albedonae in provincia Consentina, in prodromo apologetico *de potestate s. sedis apostolicae,* Senis 1693, etiam apud Rocaberti XI, 1—27. Auctor tamen noster alia quoque causa inductus fuit ad illum scribendum, sicut etiam ut disputaret *de vera Ecclesia J. Christi* contra Lutheranos et Calvinianos ll. 3. Neapoli 1700 in 4. Fuit nimirum vivacis admodum ingenii sciendique avidissimi, studioque illectus recentioris philosophiae, quam etiam diffundere nitebatur, aristotelicam plane aversabatur: linguarum quoque orientalium notitiam sibi comparavit magnamque eruditionis supellectilem. Hinc a pluribus novator est habitus, imo vel in magiae suspicionem venit. Quapropter fuga sibi consulendum imprudenter putavit. Veste ergo sacra deposita, dein et fide catholica abjecta, in partes Helvetiae secessit: inde in Germaniam et Bataviam migrans mathesim Groningae docuit, ubi et medicinae doctor est creatus (1686). Cognita vero theologorum protestantium discordia ad Ecclesiam rediit, summaque caritate a suis receptus (1689) concionatoris munere functus est (1690) librumque illum scripsit sincerae conversionis tesseram. In academia senensi mathesim, dein philosophiam tradidit. Demum vitam sat agitatam Consentiae 4. Apr. 1703 finiit [1]). In opere *de vera Ecclesia* mirari licet non modo romani oris elegantiam ac nitorem, verum etiam multiplicem et exoticam, literarum praesertim ss., eruditionem, et quod caput est, ratiocinationes firmissimas atque invictas, et causae quam tractat omnino pares. — Josephus Amendola edidit tr. *de potestate praelatorum,* in quo disputat de Ecclesia et summo pontifice, de auctoritate papae circa Ecclesiae sacramenta, de infallibilitate decretorum romani pontificis, Neapoli 1705 in 4. — Bartholomaeus Ferro O. Theat. Comaclensis, qui praeclariores sui ordinis praefecturas gessit († 15. Jun. 1706 a. religionis 56), scripsit *La Luce evangelica esposta all' incredulità de' Novatori* tratta dal fonte della grazia, Secolo primo di Christo, in cui si vede l'infallibilità della chiesa romana, l'autorità di Pietro et lo stabilimento de' suoi successori, Venetiis 1699 v. 2 in f.; *Istoria delle missioni de' Clerici Teatini* con la descrizione de' regni, fede, riti e costumi delle genti, Romae 1704. 1705 in f., in quibus agit de missionibus per Georgiam et Indiam orientalem. T. 3. de missionibus per Armeniam morte interveniente absolvere non potuit. — Joannes Bapt. Gabrielli O. Cist. natus est ex nobilissimis sed tenuis fortunae parentibus 1. Oct. 1653 Tiferni (Caprarola). Nondum emenso 15. aetatis anno praecocis ingenii maturitatem ostendit. Inter suos per 20 a. philosophiam et theologiam polemicam docuit. Licet vero nil amplius in votis haberet, quam ut tranquillam in ordine vitam sibi et literis deditam ageret, meritorum suffragio, etsi invitus, suprema sui ordinis munia visitator, postea procurator generalis, ac demum supremus congregationis praepositus seu abbas generalis obire coactus est. Innocentius XI. eidem episcopatum obtulit, quem tamen aliasque sibi vix non obtrusas dignitates modesto constantique recusabat animo. Ab Innocentio XII. s. inquisitionis qualificator ac collegii de propaganda fide praefectus studiorum renunciatus est. Moderabatur tum quandam in praefato collegio disputationem, dum nuncius adventat de obtenta purpura, quam idem pontifex urgente Sfondrato cardinale nihil minus ominanti contulit (1697): ipse vero perinde

---

paniam nuncius delegatus et ab Innocentio cardinalis creatus († 1701), cujus *diss.* adversus hanc declarationem card. De Aguirre in suum recepit opus inscriptum *Defensio cathedrae s. Petri* etc.

[1]) Cf. Mazzuchelli I. p. 2 p. 1194; Zavaroni bibl. calabrae p. 172.

ac si illum ea res non respiceret, nihil animo turbatus, sed omnino tranquillus inter suas theses sedulam nec interruptam disputando navabat operam et disputationem prosequendam iterum atque iterum praecipiebat, donec gratulantium virorum concursus disputationi imponeret finem. Sex congregationibus adscriptus totum se Ecclesiae obsequio consecravit († 17. Sept. 1711 a. natus 57). Erudite impugnavit Fenelonii doctrinam; edidit de *romano pontifice et de Ecclesia asserta dogmatica*, ad mentem d. Bernardi, 1686 in f.; *promptuarium assertionum historicarum, criticarum, dogmaticarum* ex s. Scripturae, historiae ecclesiasticae, summorum pontificum, conciliorum et sanctorum patrum opulentissimo penu depromptarum et per octo priora religionis christianae secula distributarum, 1687 in f. De ejus vindiciis l. card. Sfondrati supra egimus p. 389.

299. Joannes Laur. Lucchesini S. J. Lucensis in literis humanioribus exgregie excultus, s. congregationis rituum consultor († 28. Febr. 1716), plurimorum operum est auctor [1]), quorum praecipua sunt: *Sacra monarchia s. Leonis M.* passim et ubique refulgens in polemica historia concilii chalcedonensis, ex qua in lucem profertur tota vis, quae latebat in actis et authenticis literis ad eandem synodum pertinentibus, et mendacissima pronunciata Petri Suavis Polani de aristocratica forma regiminis antiquae Ecclesiae perpetua novarum ratiocinationum serie penitus evertuntur, Romae 1693 in 4; hinc eruit tr. duos *de notarietate in antiqua Ecclesia praestantiae pontificis max. supra generalia concilia et infallibilitatis in declaranda fide* etiam ante synodorum vel Ecclesiae consensum, ib. 1694 in 4; *demonstrata impiorum insania* sive nova copia et series centum evidentium signorum verae fidei oculis subjicientium veritatem Ecclesiae rom. sacraeque monarchiae pontificis max., argumentis plus quam mille debellantium schismaticos et haereticos et aliis plus quam ducentis evertentium directe ac singillatim atheos, theistas, Judaeos, Mohammedanos, ethnicos manifestae dementiae redargutos, ib. 1688 in 4., quod opus ll. 5 absolvitur, quorum 1. Ecclesiae unitatem signis 16; 2. sanctitatem 26; 3. universalitatem quodque catholica sit 40; 4. veritatem ejus sive quod pro apostolica haberi mereatur 18 signis adstruit. Quintus denique aliquot paraeneses complectitur ad convincendos atheos etc. directas. *Saggio della Scioccheza* di Nic. Macchiavelli scoperta ezandio col solo discorso naturale et con far vedere dannose anche agl' Interesse della Terra le principali sue Massime in 20 lezioni sopra il principio de Proverbi di Salomone, Romae 1697. *De Jansenianorum haeresi* eorumque captiosis effugiis a s. tridentino concilio in antecessum damnatis, neque solum proscriptis famosis quinque prop., sed etiam diruto universo theologico Jansenii systemate *enchiridium*, ib. 1705 in 8; *polemica historia jansenismi* contexta ex bullis et brevibus pontificiis, literis cleri gallicani, Sorbonae decretis aliisque authenticis actis, quae omnia, nullo adempto verbo, dantur in fine voluminis, in quo statuitur judicandum esse infallibili actu fidei divinae, quod in Jansenii l. sensus et doctrina haeretica contineatur: ostenditur vanam esse oblationem silentii et frustra tentari alias quascunque elusiones a Jansenii asseclis, enchiridii p. 2 et 3., ib. 1711 in 8; *de prop. 101 nuper damnatis* a ss. P. N. Clemente XI. P. M. ll. 3, in quorum 1. plurimae illae, quae innovant famosas 5 Jansenii haereses, evertuntur auctoritate s. Augustini; in 2. eaedem demonstrantur pugnantes apertissime cum Evangelio; in 3. reliquae prorsus omnes ostendun-

[1]) Cf. Sommervogel V, 151—59; Biogr. univ. XXV, 348.

tur exsecratione dignissimae, enchiridii in jansenianos p. 4., ib. c. 1715. Ejus opera omissis iis, quae ad literas humaniores spectant, collecta prodierunt Romae 1714—16 v. 3 in f. — Antonius de Simeonibus, de literis latinis bene meritus, scripsit *de romani pontificis judicaria potestate,* Romae 1717. Auctoris scopus est, exemplis ab historia fere primorum sex Ecclesiae seculorum petitis ad oculum demonstrare, rom. pontificem semper usum fuisse suprema et universali judiciaria potestate idque veteres patres pro comperto habuisse. Argumenta contra sententium scil. Petri de Marca, Launoji, Quesnelli, Gervais, Maimburgi, praesertim vero Dupinii, qui in l. *de antiqua Ecclesia disciplina* universas aliorum argutias collegit, toto nisu refutare conatur [1]).

300. Curiosissimum *de antichristo* l. scripsit Maximus Xanthorus Tubito Altiliensis seu Altimuranus in 9 copiosissimos tr. divisum, quorum unusquisque multa continet de isto homuncione, quae stylo brevi s. Scripturae auctoritatibus, ss. patrum doctrinis ac gravissimorum ecclesiasticorum sententiis probantur. Opus ab auctore hilari animo susceptum summaque industria et labore absolutum et ob ejus mortem importunam a Michaele ejus fratre ad finem usque magna diligentia perfectum, Neapoli 1712. Illius quoque est *Divinum theatrum* Neapoli 1702 pp. 5 in 1 v., in quo agit de s. Scriptura, ejus translationibus, de Deo uno et trino, de creatione et incarnatione, de sybillis etc. — Nec minus singulare est opus Ludovico Mariae Sinistrari d'Ameno (qui locus nativitatis est in dioecesi Novarae) O. Min. ref. (n. 1622, † 1701), quod ex cod. originali latino Londini recenter reperto gallice redditum prodiit: *De la Démonialité* et des animaux incubes et succubes où l'on prouve, qu'il existe sur terre des créatures raisonnables autres que l'homme, ayant comme lui un corps et une âme naissant et mourant comme lui, racheté par N. S. J. Chr. et capable de salut ou de damnation, Liseux 1876 in 16. ed. 2; 1882 in 32; *de sodomia* feminarum tr., ib. 1679.

301. In *Lusitania* Franciscus Leytam S. J. Castelvidensis, in academia eborensi philosophiae ac theologiae magister primarius († 11. Sept. 1715), excellens plane opus composuit inscriptum: *Impenetrabilis pontificiae dignitatis clypeus,* in quo vera doctrina de potestate summi pontificis rom. indubitata supra omnia concilia etiam generalia et legitime congregata et de ejusdem infallibilitate in rebus ad fidem moresque spectantibus tam intra quam extra concilium definiendis demonstratur per argumenta desumpta ex s. Scriptura, ex conciliis universalibus et particularibus, ex ss. canonibus, ex ss. patribus tam graecis quam latinis, et ex rationibus theologicis; item de potestate concilii universalis legitimi supra papam dubium seu antipapam et in casu schismatis juxta veram conc. constantiensis explicationem, Romae 1695 in f.; Dilingae 1697. *Synopsis de Ecclesia militante,* cujus p. 1. est de vera Ecclesia et ejus notis ac insignibus, in qua solum regula fidei praesens ac viva reperiri potest; in 2. omnia schismata, quae per defectum conformitatis ad illam regulam ab exordio nascentis Ecclesiae ad nostrum usque tempus nata et per eandem regulam penitus exstincta sunt, enarrantur, Romae 1699 in f. *Hebraeus convictus* ll. 4, Romae 1693 in 4., quorum 1. de Messia Deo et homine agit; 2. de signis Messiae, qui est Salvator noster b. Mariae V. filius; 3. de dubiis, quae Judaei opponunt Christianis; 4. de Judaeo convicto. — Stephanus des Neves Cardeira Ferreirae in Lusitania natus, Patavii studiis operam dedit, ubi juris

[1]) Cf. Mich. a s. Joseph I, 281.

cathedram promeruit († 15. Jul. 1720 a. aetatis 80). Edidit *Clavam pontificiam* sive auctoritatem in conciliis tum generalibus tum provincialibus cum scholiis in aliquot decretales inde emanantes, Patavii 1697 in 4.

302. Nonnulla opera polemica vulgavit Franciscus Porter O. Min. Hibernus, patria Medensis (Meath), Romae in collegio s. Isidori s. theologiae professor († 1712), inter quae: *Securis evangelica* ad haeresis radices posita, Romae 1674 pp. 2 in 1 v.; *Palinodia religionis praetensae reformatae* suam reformationem per propria principia reprobantis et fatentis, solam romanam esse veram Christi Ecclesiam et ejus fidem eandem sub Innocentio XI., quae fuit sub d. Petro, Romae pp. 2 in 1 v., Romae 1679 in 4; *syntagma variarum Ecclesiae definitionum* in materia fidei et morum a sec. IV. ad praesens usque tempus editarum, ib. 1681 in 12., opus admodum rarum, sed 26. Aug. 1682 prohibitum: quare illud correxit iterumque edidit inscriptum [1]): *Systema* decretorum dogmaticorum ab initio nascentis Ecclesiae per ss. pontifices, concilia generalia et particularia hucusque editorum juxta XVII seculorum ordinem distributum, in quo insuper recensentur praecipui cujuslibet seculi errores adversi, impugnatores orthodoxi, item recursus et appellationes hactenus ad apostolicam sedem habitae cum notis historicis, Avenione 1693 in f.; collecta reperies in hoc l. rarissimo (m. 80), quae sparsa hac de re habentur apud Baronium, Rainaldum, Binium, Gautier, David etc.; *compendium annalium ecclesiasticorum Hiberniae,* ib. 1690 in 4., opus laude dignum, gallice versum a Seb. Mambre Cramoisy; Opusculum *contra vulgares quasdam prophetias s. Malachiae* falso attributas, Romanae 1698. — Joannes Sergeant alter Hibernus († 1707 juxta alios 1710 a. natus 86), antea fuit anglicanus et Thomae Morton episcopo Durhamensi a secretis. Hic ei id muneris imposuit, ut potiora e patrum colligeret operibus: quo studio inductus fuit ad amplectendam fidem catholicam. Olisipone s. theologiae operam dedit ordinesque sacros recepit (1649). Sacerdotio initiatus in Angliam se recepit (1655), ibique miro fructu diu missionarium egit atque cum celebrioribus anglicanis theologis, uti cum Hammondo, Stillingfleet, Tillotsono, Bramhall etc. disputavit. A Talbot archiepiscopo dublinensi (cf. supra pag. 94) quaedam ipsius prop. ex l. *Methodus compendiosa,* qua recte investiganda est et certo invenitur fides christiana, Parisiis 1674 in 12., impugnatae fuere in *Blacloanae haeresis* olim in Pelagio et Manichaeo damnatae, nunc denuo renascentis *historia et confutatione,* auctore M. Lomino theologo; illasque Sorbonae judicio subjecit, quae eas reprobavit, imo et Romam detulit; quare binas in sua causa scripsit vindicias. Plurima alia scripta reliquit in fidei defensionem [1]).

303. Ex *Anglis* huc pertinent: Thomas Fairfax (Beckett) S. J. (n. 1656; † 1716) — Joannes Gother, qui fidem catholicam est amplexus atque Olisipone in Anglorum collegio studiis operam dedit. Rediit in Angliam atque diu substitit Londini magno religionis commodo († 2. Oct. 1704). Plurima composuit opera stilo plane excellenti, e quibus potiora sunt: *A Papist Misrepresented and Represented* or a Twofold Character of Popery; the one containing a sum of the superstitions of

[1]) Cf. J. des Savans XXIV, 204—215, ubi ei quaedam in transcribendo levitas objicitur. Cf. de theologis hibernis hujus et praecedentium temporum opus plane egregium Bellesheim Geschichte der kath. Kirchen in Irland t. III. c. 15 p. 686 ss. 703 ss.

[1]) Cf. Biogr. univ. XLII, 64; in primis Gillow V, 491—98, qui ultra 50 enumerat.

that Popery which . . . deserves the hatred of all good Christians; the other laying open that Popery which the Papists own and profess; with the chief articles, of their faith and the principal grounds and reasons which attach them to it, Londini 1665 (? forte 1685), qui l. in compendium redactus a Challoner episcopo saepissime prodiit, Londini 1798 ed. jam 21; 1855 ed. stereotypa. Illum impugnavit Stillingfleet, cui respondit l. *Reflections* upon the Answer etc., ib. 1686; *Papists protesting against Protestant-Popery* in answer to a discours intituled A Papist not misrepresented by Protestants (auctore Sherlock); being a Vindication of the Papist Misrepresented and Represented and Reflections upon the Answer, ib. 1686 cum duplici responso; illud enim impugnaverant Sherlock iterum et Williams; *Nubes testium* or a Collection of the Primitive Fathers giving testimony to the Faith once delivered to the Saints. With an Appendix containing the testimonies of many . . . Protestants confessing the Fathers to have taught . . . those doctrines of which they have produced abettors, ib. 1686, adversus quem l. plures scripserunt, unde illius edidit vindicias ib. 1687; *Transubstantiation Defended and proved* from Scripture, in answer to the first part of a Treatise intituled: A Discourse against Transubstantiation, ib. 1687; *Pius IV's Profession of Faith* vindicated from novelty in additional articles, ib. 1687 in 4: *The Catholic Representer* or the Papist Misrepresented and Represented, second Part, Londini 1687 in 4, cujus singula fere capita ab anglicanis fuere impugnata; quare prodiit *The Papist Misrepresented and Represented:* with a preface containing reflections upon two treatises, the one The State, the other The View of the Controversy between the Representer and the Answerer (auctore Clagett). Third Part, ib. 1687 in 4; *The Sincere Christians Guide* in the choice of a Religion, 1734 in 12; ib. 1804; *An Inquiry*, which, amongst the several Divisions of Christians takes the surest Way of Knowing and Teaching the Truth of Christ and His Gospel, ib. 1820 in 12. Scripsit quoque institutiones pias pro variis hominum conditionibus [1]). — Thomas Ward antepresbyterianae sectae addictus amplexus est fidem catholicam, quam etsi laicus pluribus operibus [2]) contra anglicanos strenue tuetur († 1708). — Andreas Poulton SJ. (n. 1654; † 1710), de quo cf. Gillow V, 351. — Josue Basset theologum egit irenicum († 1720) et inter alia edidit [3]): *An Essai* towards a proposal for a Catholick Communion, 1704 in 8; 1705; 1801; *Reason and Authorithy* or the Motives of a late Protestant's reconciliation to the Catholick Church together with Remarks upon some late Discourses against Transubstantation (auctore Tillotson), Londini 1687 in 4; *Ecclesiae theoria nova Dodwelliana exposita*, cui accessit rerum quae indiligentes lectores fugiant indiculus etc. et ad exteros paraenesis, ib. 1713 in 8. — Jacobus Maurus Corker O. S. Ben. receptus fuit in Anglorum monasterium Lambspringae in Germania. Post aliquot annos rediit in Angliam. Accusatus quod socius esset famosae conjurationis, aliquamdiu latuit, sed captus calumniisque obrutus morte damnatus est. Dilato supplicio libertati restitutus fuit sub Jacobo II. rege (1685), imo in aulam receptus ut legatus electoris coloniensis. Postmodum tamen coactus est patria excedere et rediens in suum monasterium electus est in abbatem a. 1690. Dignitate abbatiali resignata (1695) iterum in Angliam se recepit, ubi vitam meritis plenam fini-

[1]) Cf. Gillow II, 540—46; Biogr. univ. XVIII, 151.
[2]) Cf. Gillow V, 570; Bi. un. L, 194.
[3]) Cf. Gillow I, 153.

vit 22. Dec. 1715 a. aetatis 79. Zelum suum pro fide catholica scriptis et operibus probavit: plurimos enim lucratus est dum vel in carcere degeret [1]). — Eodem a. decessit (1715) Eduardus Meredith, qui una cum legato regio ad aulam hispanam Guil. Godolphio fidem amplexus est catholicam. Ingressus est 1684 Soc. J. sub nomine Lanesford [2]).

304. In *Hungaria* causam catholicam adversus protestantes valide propugnavit Martinus Szentiványi S. J. nobilibus parentibus n. 20. Oct. 1633. Sacram linguam Viennae et Tyrnaviae quinquennio explicuit, atque ut omnes ejus apices teneret, rabbino celebri Viennae discipulum se tradidit. Triennio mox Aristotelem, sexennio Euclidem est interpretatus. Post theologiam polemicam eam, quam speculativam dicimus, septennio e mente ac sententia s. Thomae praeclara sagacis ingenii ac solidissimae doctrinae commendatione explanavit. Ad haec studiis praefuit cancellarii nomine annis 12 et typographiae academicae Tyrnaviae a. 22 curam gessit († 5. Mart. 1705). Propugnator fidei catholcae strenuus, indefessus et validus fuit editis plurimis ingentis in rem catholicam utilitatis opusculis stilo facili et nitido conscriptis, cujusmodi sunt [3]): *Ratio status futurae vitae* seu diss. de statu futurae vitae, Tyrnaviae 1699 in 8; *Responsa non responsa* ad 15 dilemmata omnibus DD. acatholicis in Hungaria pro xenio novi a. 1699 affectuosissime oblata, ib. 1700; *Solutiones catholicae* seu praecipuorum fidei dubiorum acatholicorum contra veritatem fidei romano-catholicae, ib. 1701; 1716 in 12; *diss. haeresiologico-polemica* de haeresiarchis, haeresibus et erroneis fidei dogmatibus hoc seculo nostro XVII. a nativitate Christi h. e. ab a. 1600—1700 noviter exortis et suscitatis aut resuscitatis, Tyrnaviae 1706 in 12; *lutheranicum nunquam et nusquam* seu intricatissima et insolubilis quaestio, an, ubi et quando exstiterit lutherana ecclesia ante M. Lutherum seu ante a. 1517, ib. 1702 et 1717 in 12; *Solutiones non solutiones* sex praecipuorum fidei dubiorum acatholicorum contra veritatem fidei romano-catholicae, ib. 1703 in 4; *solutiones non solutiones* cujusdam pastoris augustani 24 dubiorum catholicorum refutatae, ib. 1703; *quinquaginta rationes et motiva,* quare tot inter religiones et fidei confessiones, quae de facto inter Christianos vigent, catholica praeferenda et eligenda sit, acatholicis in rubrum ovum oblatae, ib. 1702; cum nonnullis additionibus et appendice *de cruce Graecorum,* Agriae 1756; 1783 in 8; diss. chronologico-polemica *de initio, progressu et decremento graeci schismatis* et de exoptata magno desiderio reunione Graecorum cum romana Ecclesia in gratiam Valachorum, Ruthenorum et Rascianorum conscripta [1]), Tyrnaviae 1702 in 12; *magnum chaos inter confessionem augustanam et confessionem augustinianam* sive discrimen ac disconvenientia in doctrina fidei confessionis

[1]) Cf. Gillow I, 568—71.

[2]) De ejus scriptis cf. Gillow IV, 563—566.

[3]) Sommervogel VII, 1763—75 sub n. 45; Feller VIII, 121; Horányi, Memoria Hungarorum et provincialium scriptis notoru n III; 357; Fejer, historia acad. scientiarum, ac pazmaniae archiep. ac M. Theresiae regiae literaria, Budae 1835 p. 27.

[1]) Conscripta jussu Leopoldi de Kollonich dignissimi archiepiscopi strigoniensis et S. R. E. cardinalis, qui ex parentibus nobilissimis Lutheri tamen secta infectis natus est 24. Oct. 1631. Vera exstitit imperii et Ecclesiae in Hungaria columna: singulari zelo haereticos et schismaticos ad Ecclesiae gremium reducere erat intentus et conversos inexhausta liberalitate adjuvit. Jöcher Gelehrtenlex. II, 2145 ei l. anonymum *confessionem augustanam et antiaugustinianam* adscribit, qui forte est l. fere ejusdem tituli a Szentivany jussu probabiliter hujus cardinal s editus. Cf. Maurer L. Graf Kollonich Primas von Ungarn, Innsbruck 1887.

augustanae ac s. Augustini doctrina, ib. 1704 in 12; *analysis* seu *resolutio 12 praecipuorum erroneorum dogmatum in fide modernorum acatholicorum*, ib. 1703 in 8., Monasterii 1704 in 12., Coloniae 1704; 1716 in 12; *Turris Babel* seu confusio doctrinae fidei inter modernos, ib. 1707 in 12; *forum scrutarium antiquarum haeresum,* e quibus nostri temporis haereses inconcinne et distortissime concinnatae sunt, ib. 1707 etc. Opuscula polemica 22 collecta prodierunt Tyrnaviae 1718 v. 2 in 4. sub titulo *theologia polemica.* Alia ejusdem opera sunt: *Curiosa et selectiora variarum scientiarum miscellanea* in 3 pp. divisa, quarum 1. continet curiosas diss. physico-mathematicas; 2. curiosas ephemerides ac curiosas variarum rerum observationes, 3. diversas synopses chronologicas, ib. 1689—1702 t. 3 in 4., qua collectione continentur etiam brevis et mirifica methodus ad aquirendas omnes humanas scientias, etiam varias disciplinas theologicas, et theologia moralis, positiva et polemica. *Rectus modus interpretandi s. Scripturam,* Venetiis 1740. — Franciscus Otrokotsi Foris prius minister erat helveticae confessionis, dein post varia vitae fata factus est (1694) catholicus; qua occasione edidit *Apologeticum bonae conscientiae testimonium de pacifico suo studio,* quo contra sinistre judicantes protestatur, se non aliter quam unice validis e s. Scriptura depromptis argumentis permotum esse a Deo ad dandam ecclesiasticae paci catholicae operam, Tyrnaviae 1694. Tyrnaviae jus patrium docuit et capituli strigoniensis archivum in ordinem redegit († 1718). Adhuc protestans plures (10) libros ediderat [1]), quos postmodum refutavit aliis editis operibus: *Examen reformationis Lutheri et sociorum ejus* justum, modestum, pacificum, in animae salutem necessarium, quo ostenditur, Lutherum et socios non fuisse veros reformatores, nec eorum reformationem fidei orthodoxae conformem, Tyrnaviae 1696 in 8; *Roma civitas Dei sancta* seu opusculum, quo juxta ductum Ps. 47. ostenditur, quod per veterem literalem Jerusalem et Sion sensu strictiori romanae urbis Ecclesia ut aliarum ecclesiarum caput fuerit praefigurata, ib. 1698; *restitutio Israel futura,* Viennae 1712 in 8. — Joannes Al. Kulesza S. J. missionarius in Russia († 13. Jan. 1706), fidem orthodoxam egregio opere polonico illustravit 1704 in 4; 1747. — Andreas Illes episcopus transilvanus († 1712) opere hungarico (Becs 1692) doctrinam sive magisterium Petri nulli errori obnoxium et in eo omnes nisus inferni conteri ostendit. — Polonis adnumerari quadamtenus potest Martinus Kreyssel S. J. Bohemus quidem, sed qui magnam vitae partem in Polonia transegit concionatoris munere insigni nominis fama fungens († 2. Jan. 1714). Praeter plura alia reliquit: *Das unfürsichtige mit seinen Lehr- und Glaubenssätzen die h. Schrift verheerende, die rechte Vernunft und sich selbst umstürzende Lutherthum,* Brunsbergae 1711 in 4; latine ib. 1712.

305. Ex iis quos protulit *Germania* [1]), illorum primo mentionem facie-

[1]) Inter haec etiam *theologiam propheticam* seu clavem prophetiarum et typorum s. Scripturae ex ipsa Scriptura sacra et ss. patribus aliisque eximiis doctoribus ita adornatam, ut ea recte utentes scopulos novitatum paci et unitati Ecclesiae adversantium evitare, pedes in via veritatis figere magnaque de futuris s. Ecclesiae et mundi nationum rebus arcana in dies intelligere et in vera quoque pietate proficere possint, stilo s. paci et unitati christianorum accommodato, Oxonii 1691: Tyrnaviae 1705 in 4. Cf. Horanyi l. c. II, 711 ss.

[1]) Praetermittimus Christianum Aug. Pfalz Bohemum, Ostricensem n. 16. Dec. 1629, decanum, canonicum pragensem, vicarium generalem et archidiaconum, qui renunciatis omnibus muneribus honorificis decessit 5. Dec. 1702, de quo cf. Rotermund V, 2159. — Eustachium Eisenhut O. Praed. Augustanum († 1703),

mus, qui paci studuerunt, ac proinde theologici *irenici* [1]) dici solent. Hi sunt: Jo. Fridericus Ign. Karg natus in Franconia, s. rom. imperii liber baro de Bebenburg, dominus in Hirschletten, qui post absoluta Romae in collegio germanico, Patavii, Parisiis, Pragae et Bambergae s. theologiae, utriusque juris et historiae ecclesiasticae studia publicum arcanioris ministri munus sustinuit apud Petrum Philippum episcopum bambergensem et herbipolensem, et aliis muneribus publicis apud Bavariae electorem Max. Emmanuelem et Jos. Clementem archiepiscopum coloniensem functis decessit [2]) 30. Nov. (secundum alios 31. Dec.) 1719 a. aetatis 72. Ejus praeter alia sunt: *Friedreiche Gedanken* über die Religionsvereinigung in Teutschland, Würzburg 1679; *Erotemata mixtimque problemata juris canonici et civilis illustria* una cum 13 diss. ad utrumque jus prooemialibus, Romae 1728 sub auspiciis Benedicti XIII. edita, in quibus agit de dispensationibus papalibus; diss. theologica ad const. Gregorii P. *de immunitate locali ecclesiarum* seu de jure asyli, Coloniae 1690; *Diss. sopra i concilii Romani di Giovanni VII.I,* Romae 1686. — Dionysius a loco nativitatis Werlensis dictus O. Cap., vir pius et multae lectionis pacisque et concordiae perquam studiosus [1]) († 1709 a. aetatis 70), inter alia edidit *Viam pacis inter homines per Germaniam in fide dissidentes,* Hildesii Saxonum 1686, in qua nititur utramque partem sinistris et falsis, quas in materia de fide et justitia fidei de se invicem conceperint, opinionibus liberare atque ostendere, praejudiciis amputatis non esse quod amplius de sequentibus omnium gravissimis fidei controversiis litigent, nimirum de fide justificante, justificatione, justitia imputata et inhaerente, possibilitate legis implendae, peccato veniali, bonorum operum necessitate et merito ac fiducia in iis locanda. *Catholischer Ehrenretter,* in welches 1. Th.

---

de quo cf. Veith bibl. aug. XI, 57. — Antonium Kopf O. Min., cujus est *inviolabilis et inconcussa petra* i. e. demonstratio symbolica veri primatus s. Petri, Coloniae 1704 in 12.

[1]) Matthaeus Praetorius Memelaprussus († 1707) adhuc pastor lutheranus composuit suam *tubam pacis ad universas dissidentes in Occidente ecclesias* seu discursum theologicum de unione ecclesiarum romanae et protestantium, necnon amica compositione controversiarum fide inter hosce coetus, Coloniae 1685 in 4., iterum 1711, quae a pluribus protestantibus fuit impugnata, et quia non satis correcta, in librorum prohibitorum indicem relata 17. Apr. 1687. Cf. Hilgers der Index p. 325. Plura tamen opportuna pro causa catholica complectitur. Prodiit germanice annotationibus cl. Binterim illustrata et correcta, Aquisgrani 1822; 1826. Eam impugnaverat Wenceslaus a s. Elia O. Carm. in l. raro: *Echo salutis aeternae* a petra militantis catholicae Ecclesiae ex sono tubae pacis ad dissidentes in occidentali ecclesia resonans, Cracoviae 1701 in 4. Ipse Praetorius fuit dein Joanni III. Poloniae regi a secretis et regius historiographus; a 1684 fidem amplexus est catholicam et donatus (1688) parochia atque etiam praepositura. Plura de ipso ejusque opere cf. apud Raess VIII, 342—352; Zeck KL. X², 279.

[2]) Plura de eo cf. apud Baader Lex. verstorbener bair. Schriftsteller II, 1, 125; Hartzheim p. 170; 344. Ejus l. *pax religiosa* sive de exemptionibus et subjectionibus religiosorum, opusculum curiosum, utile ac universam prope auctoritatis episcopalis materiam facili ac plana methodo theologice, nomo-canonice historice pertractans hodiernis juribus ac usibus accommodatum, Herbipoli 1680 in 16. relatus est in indicem (decr. 5. Sept. 1684) ‚donec corrigatur'. Auctor illud correxit et auxit, sed correctum non prodiit. Recusa fuit prior editio Venetiis (Bonnae) 1778. Cf. Feller V, 62, Rotermund III, 102; VII, 434; Schulte III, 149; Steinhuber Gesch. des Coll. Germanikum II², 98. Contra ejus l. Pax rel. scripsit Jac. a s. Antonio O. Carm. Alius ab eo est Stanislaus Karg, cujus exstat *Manuale practicum* ad varios casus resolvendos, Augustae 1738.

[1]) Ita Fabricius in hist. bibl. fabric. IV, 266. Alia Dionysii op. cf. ib., et apud Hartzheim pag. 70; Bern. a Bononia p. 73; Adelung II, 707.

gezeigt wird, was gestalt D. M. Luther sowohl der Lutherischen und Reformirten als der jetzigen Catholischen hochgeehrte . . . Voreltern alle in Abgrund der Höllen verdammet habe; im 2. Th. wird erwiesen, dass sie offentlicher allgemeiner Lehr halben Christo ihrem Bräutigam alle miteinander immer treu geblieben, ib. 1698 in 4; *von der wahren Busse* aus dem grauen Alterthum gesammelt, Coloniae 1688; *von der falschen Busse,* ib. 1688; latine 1691. 1692; *Wahrer Unterricht von dem Sacrament der Messe,* dass doch die Lutheraner aufhören mögen, sie zu beschimpfen, und die Katholischen hergegen befestiget werden, ib. 1701. Adversus Conrigium duos edidit pro *cultu sanctorum* tractatus. — Georgius Christophorus Ferd. a Raesewiz, alias Passel, n. 18. Dec. 1643 Wratislaviae, ex lectione Thomae Aq., Suaresii, Bellarmini et Becani, necnon ss. patrum agnovit lutheranae sectae errores atque ad veram transiit Ecclesiam. Morte subita correptus est 24. Apr. 1720, non tamen improvisa. Jam diu enim vir pius ad eam se paraverat: atque ideo missis omnibus reliquis libris, quorum magnam selectamque habebat copiam, sola sibi servavit ss. biblia cum duobus opusculis devotionem excitantibus atque alentibus. Vir erat eruditus in jure, politicis, humanioribus, philosophicis et theologicis, recti et justi amans, singularisque prudentiae laude conspicuus [1]). Huc spectant ejus l. *Altchristliche Gedanken* sive potius necessaria restitutio primaevae Ecclesiae christianae repraesentata per antiquo-christianas cogitationes super propositionibus ante multos annos in scripto circumlatis tandemque a. 1700 per typos evulgatis *de conciliatione catholicae et protestanticae religionis facienda,* Brunsvigae 1709 p. 1. (altera non videtur prodiisse). *Ingenua delineatio verae et totius Ecclesiae catholicae,* Coloniae 1714, quam Buddeus impugnavit.

306. His quosdam subjicimus, qui ad Ecclesiam catholicam ex errore redierunt. Praeter eos, quorum passim mentionem fecimus, occurrit memoria Casparis Senkler (1693) canonici et parochi freudenbergensis, cujus exstat *Richtiges Papstthum und nichtiges Lutherthum,* Brunsbergae 1701. — Friderici Niviandts (c. 1701) bibliopolae Düsseldorpiensis, qui edidit: *Güldenes Schwerd,* womit wider jetziger Zeit einreissende Ketzereien bevorab wider den Lutheranismum und Calvinismum die wahre katholische, römisch-apostolische Kirch und derselben alleinseligmachenden Glauben verfechtet ein vorhin gewesener Unkatholischer, jetzt aber ein sonderlicher Liebhaber der katholischen Wahrheit, Nahmens etc. Coloniae 1708 in 24. — Udalricus Obrecht Argentoratensis, vir adeo eruditus, ut Bossuet eum diceret ‚epitomen omnium scientiarum', veram amplexus est fidem a. 1684, atque in urbe patria functus est munere praetoris regii († 16. Aug. 1701). Innumera reliquit historica, juridica, archeologica, quae tamen minus spectant argumenta theologica [1]). — Antonius Ulrich dux brunsvicensis et luneburgensis vir ob excelsae ac non vulgariter eruditae mentis ornamenta praestans post diuturnam complurium annorum deliberationem lutherana secta relicta fidem catholicam est amplexus (1710), suaeque conversionis rationem reddidit in opere plane egregio: *Fünfzig motiva* oder bewegende Ursachen und Betrachtungen mit wahrem Grund der rechten Vernunft und des Glaubens kürzlich verfasset, 1710, quod prius latine prodiit, sed dein in plurimas fuit

[1]) Cf. Fabricius l. c. VI, 220; Raess VIII, 178—193.

[1]) Cf. Raess VIII, 327—39; Niceron ex versione Rambach XXI, 239—48; Rotermund V, 901—3.

versum linguas; versio germanica prodiit etiam Einsidlae 1810; 1843 annotationibus illustrata, et in op. Theiner infra citato [1]). Decessit optimus princeps 1714.

307. Theologis *polemicis* accensendi sunt: Quirinus Kunckel, Hechtsheimensis, theologiae et juris utriusque doctor, canonum professor, praepositus capituli augustani ad s. Mauritium, electoris palatini et episcopi wormatiensis consiliarius ecclesiasticus et provicarius generalis, decanus heidelbergensis; dein obsequiis electoris moguntini addictus, seminarii ibidem praeses († 14. Dec. 1701). Plura ejusdem exstant scripta polemica, quorum aliquot collecta prodierunt sub inscriptione *Lilium inter spinas,* Moguntiae 1695. Liber dispescitur in 4 partes, in quarum 1. traditur infallibilis cognitio verbi divini; in 2. vera notitia Ecclesiae; in 3. quidquid de vera Ecclesia in genere scitu est necessarium; in 4. explicatio specialis articulorum, qui professione fidei catholicae continentur. Nititur autem auctor probare discrimen inter catholicos et protestantes non esse adeo magnum, ostenditque, non omnes hosce ab illis condemnari, multo minus postulari ab illis, qui ad Ecclesiam romanam se recipiunt, ut parentes et majores suos extra ipsam sive viventes sive defunctos exsecrentur et condemnent [2]). — Jo. Theod. Godofredus Sonnemann, ecclesiae s. Andreae in urbe hildesiensi canonicus et sacerdos, necnon theologiae juriumque doctor [1]), qui *Innocentii Deodati Sinceri* (i. e. Jo. David Schwerdtner, superintendentis pirnensis) *examen conc. tridentini* discutit et professionem fidei catholicae, prout in hoc concilio praescripta est, secundum Ecclesiae sensum explicat, sicut etiam plura, quae a protestantibus sinistre intelliguntur, Hildesiae 1708. — Mich. Josef Fibiger n. 16. Maji 1657 Frankensteinii in Silesia, ordinis equestris s. Crucis per Poloniam et Silesiam visitator et 1696 ejusdem magister († 12. Jan. 1712), qui meruit etiam de historia Silesiae [2]). — Daniel Lossius n. Stadae, episcopus hildesiensis († 1718) scripsit [3]) contra Ulr. Hardingum, *authenticum pro fide romano-catholica veritatis testimonium ss. patrum,* qui primis 4 aut 5 vixerunt seculis, Hildesi 1690; *discussionem exercitationis Sam. Pufendorfii* de consensu et dissensu protestantium, ib. 1696 sub ficto nomine Pacifici Lugenfeindii.

308. E societate Jesu mentione sunt digni: Joannes Federer Tirolensis († 8. Mart. 1706), qui occasione operum Jo. Georgii (cf. p. 110) et Jo. Jac. Vedrosi apud Curiam Rhaetorum praeconis primarii edidit: *Calvinismus detectus et dedoctus,* Oeniponte 1672 in 4., cujus summa est, Calvinismum esse religionis exterminium. — Joan. Wampach (n. 21. Jan. 1660; 10. Aug. 1706), cujus est *Esau'sches Linsenmuß,* für welche die erbärmlich betrogene sogenannte evangelische die Erstgeburt oder fürnembste Erbschafft .... verkauffen etc.; Coloniae 1696. — Franciscus Freytag (Freitag) Paderbornensis († 26. Mart. 1709). — Placidus Siess S. J. Lambacensis, insignis concio-

[1]) Geschicte der Zurückkehr der regierenden Häuser von Braunschweig und Sachsen etc. im 18. Jahrh. Einsiedeln 1843; Raess IX, 137—170; Kl. I, 976.

[2]) In op. cit. pag. 402. 898. Cf. de hoc op. Fabricium VI, 551, qui advertit „censores, viros in sua (lutherana) Ecclesia conspicuos magnaeque auctoritatis (scil. Leon. Nimis, Petrum Dorn, Guil. Doeppesium et Pancratium Wagner) librum hunc non modo adprobasse, sed praeclaris etiam ornasse encomiis," quae dein refert.

[1]) Cf. Fabricium IV, 227. Magna aestimatur propter documentorum copiam quam complectitur ejus *Defensio jurium ecclesiae collegiatae s. Andreae,* Hildesii 1703 in f.

[2]) Cf. Jöcher Gelehrtenlex. II, 597.

[3]) Cf. Fabricius hist. bibl. fabr. 4, 216.

nator (n. 8. Maji 1642; † 21. Sept. 1710), qui concionibus multa sectariorum centena ad veram reduxit fidem. Reliquit praeter alia: *Confessio augustana et antiaugustana*, d. i. Augspurger Glaubensbekanntnuss, in deren I. Th. die unlaugbare Veränderung Augspurgischer Confession durch Vorstellung dero vielerlei Exemplare ungleiches Lauts, wie sie in Ihro k. Majestät Wienerischen Buch-Gemach befindlich, in dem anderten der gründliche Beweis des unter den Lutheranern vor und nach dem Tode Melanchthonis entstandenen und würklich geschehenen Abfalles von der Augsburgischen Glaubens-Bekanntnuss rechtem Verstand etc., Viennae 1681 in 4. — Joannes Luesken S. J. Paderbornensis († 1708) *Verum veri Evangelii ministerium* seu protestantium regulam auream: ‚Cujus est regio, illius est religio', ad lapidem lydium examinavit. Hildesii (1704) in 12; Coloniae 1707. — Paulus Usleber S. J. Wirceburgensis n. 17. Jul. 1674, ss. canonum in academia heidelbergensi professor (n. 9. Jan. 1719) reliquit *examen historiae collationum heidelbergensium* scriptae a Christ. Mieg et Christ. Kirchmayer theol. reform. doct. et professoribus ll. 6, in quibus dictorum auctorum innumeri et graves lapsus, falsificationes Scripturae et scriptorum, fraudes, imposturae, calumniae et crassa sophismata castigantur: religionis praet. reformatae capita de Ecclesia ejusque notis, pontifice rom. ejusque potestate, de ministerio et vocatione, de observatione praeceptorum, concupiscentia, peccato originali, peccatorum distinctione, de baptismo et ejus ministro, de gratiae operatione, inamissibilitate, irresistibilitate, de voluntate salvandi omnes et universalitate redemptionis, de praedestinatione, reprobatione, auctore peccati, de libero arbitrio, desperatione Christi, de fide et ejus natura ac operatione, de eucharistia, praesentia reali, adoratione, sacrificio, communione sub utraque specie ex ss. Scripturis, conciliis, patribus, historia eccl., primis rationis principiis, ex calvinianae doctrinae consequentiis ad pelagianismum, manichaeismum, arianismum, libertinismum, antichristianismum, atheismum via regia deducentibus, confutantur et Ecclesiae dogmata invicte probantur, atque una quaestiones scholasticae intercurrentes perspicue et graviter remotis difficultatibus exponuntur, Heidelbergae 1715 in 8; partim etiam germanice ib. 1716 in 12. *Vetus et moderna ecclesiae disciplina* ex ss. canonibus, legibus et actis ecclesiasticis eruderata, Heidelbergae 1715, concinnum est compendium, contra quod pastores protestantium acriter reclamarunt. — Alexander Liscutin SJ. n. Judenburgi 21. Mai 1635 († 7. Dec. 1708) reliquit opus inscriptum: *Messias digito demonstratus* seu symbolum apostolorum hebraico-christianum in V. L. et prophetis necnon in N. L. vetustissimorum rabbinorum et Ecclesiae christianae doctorum testimoniis fundatum, in quo Jesus Nazarenus a Judaeis crucifixus verus Deus et in lege olim promissus Messias esse et jam advenisse vel digito monstratur, Clagenfurti 1707 in 4. — Bartholomaeus Fibus SJ. Aquisgranensis (n. 24. Aug. 1634; † 13. Febr. 1706) annos 25 theologiam scholasticam magna laude docuit. Vicarius episcopi in lustranda dioecesi illum sibi socium sacri laboris asciscere solebat ob raram prudentiam et peritiam canonum et disciplinae [1]). Ex ejus operibus haec sunt potiora: *Via veritatis et vitae* in unitate fidei salvificae per genuinam interpretationem d. Augustini super epistolam ad Romanos perque varias deductiones theologico-polemicas contra atheos, paganos, Judaeos, Mohammedanos, haereticos et infideles quoscunque novissime ac perspicue demon-

[1]) Cf. Hartzheim pag. 28.

strata [1]), Coloniae A. 1696 in f.; *demonstratio tripartita* Dei adversus atheos et gentiles, Christi adversus Judaeos et paganos, Ecclesiae adversus haereticos et schismaticos, suffragante per omnia Augustino, ib. 1700 in 4; 1736; *apologia pro conscientiis infirmis* seu benigna responsio pro securitate dictaminis practici supra certa probabilitate fundati, ib. 1682 in 12.

309. Ex aliis ordinibus huc referri debent: Gerardus Hagemann OSB. werthinensis et helmstadiensis monasteriorum professus († 12. Jan. 1702), qui *defensionem professionis fidei catholicae et expositionis ejusdem doctrinae* Jac. Benigni Bossueti contra Valentinum Alberti edidit [2]), Neuhusii 1695, ejusque sodales Candidus Rotenheusler prior monasterii s. Pauli in Carinthia, qui solvit principales difficultates theologiae *de divinitate* 1687. — Benedictus Kistler Augustanus, philosophiae, theologiae dogmaticae et moralis, dein juris canonici professor (n. 1674; † 11. Apr. 1717), qui disputavit *de sacramentis,* Augustae 1726 — et Odilo Neumann e monasterio Ochsenhausen OSB., Salisburgi (1696) professor philosophiae († 1720), qui scripsit *coenam pontificalem* stilo lapidario concinnatam, 1704 in 8. — Humilis Verhaven Cap. Cliviensis edidit *Castrum inexpugnabile s. rom. Ecclesiae,* Coloniae 1714 — ejusque sodalis Antonius Lambert Mosburgensis († 1712) scripsit praeter alia [3]) *controversiarum contra Lutheranos et Calvinianos ll. 5,* Monachii 1684. — *Miraculorum veritatem* defendit adversus Jo. Scheiblerum, Augustae V. 1684 in 4. Juvenalis Ananiensis Cap. vir sagacis et acuti ingenii, qui jugiter proficiens pietate, sapientia et gratia apud Deum et homines, omnium officiorum et graduum apicem attigit et sine querela conversatus est. Universitatis oenipontanae testimonio sanctus, vere doctus simul atque humilis publice celebratus est [1]). Ejus praeterea sunt: *Solis intelligentiae lumen indeficiens* seu immediatum Christi crucifixi magisterium, ib. 1686; Parisiis 1878 cura Jul. Fabri d'Envien; *brevissimus nucleus theologiae* moralis practicus, ib.; *theologia rationalis* ad hominem et ex homine, quae per argumenta naturalia res theologicas pertractat, ib. 1703; Artis magnae sciendi *brevissima synopsis* 1689; germanice interprete Fr. Ser. HaggenmüllerDer goldene Zirkel, Augsburg 1904, qui l. innititur arti lullianae. — Ex eadem familia religiosa sunt Rudolphus Svitensis acer haereticorum impugnator et Lucianus Montifontanus vir pius et doctus concionator insignis et strenuus missionarius († 4. Mart. 1716), qui inter alia, ascetica praesertim, reliquit opus commendatum: *Ecclesia inter eclypses nunquam deficiens,* Constantiae 1709 t. 3 in 4; *Lusus puerorum* seu conciones catechisticae (326), quibus Canisii catechismum illustrat (germanice) Constantiae 1707 t. 4; Augustae V. 1730, opus admodum utile et laudatum, ex quo recentissime nonnihil reformatum et retractatum edidit Dr. Heiter *Das h. Vaterunser,* Buffalo (1908). Reliquit plura alia catechetica et homiletica. — Melchior Weber OSF. vir apostolicus († 1714) pietistas est insectatus. — Bernardus a s. Theresia OSA. proposuit *quinquaginta causas,* cur nemo bona conscientia ad Lutheranismum transire, vel si in hac haeresi est, in ea perseverare possit, Pragae 1716; *Verbum vitae* seu demonstratio solam fidem catholicam esse veram fidem, sine qua ad vitam aeternam perveniri non potest, ib. 1715; *Aurum philosophicum* ad lapidem lydium verae au-

[1]) Cf. J. des Savans XXIX, 258; Mém. de Trévoux 1702 Jul. 103—8.
[2]) Cf. Fabricius IV, 216.
[3]) Cf. Baader Lex. 2, I, 144.

[1]) Cf. Bern. a Bononia p. 165.

gustiano-thomisticae doctrinae probatum seu nova philosophia ex doctrina s. Augustini et s. Thomae, Viennae 1800 pp. 3 in 1 v. — Ejus sodalis Wolfgang Eder Bavarus († 3. Jun. 1703) collegit *testimonia synagogae et gentilitatis* de divinitate, incarnatione, miraculis, passione quoad singula tormenta, resurrectione, necnon secundo adventu in extremo judicio J. Christi Salvatoris nostri ex prophetiis, historiis, poetis aliisque gentilibus, Monachii 1681 in 4.

310. E ducatu *luxemburgensi* prodiit Philippus Schouville (Scouville) S. J. vir vere apostolicus, qui concionibus suis ingentem retulit messem innumerosque peccatores reduxit ad meliorem frugem (n. 1622; † 17. Nov. 1701). Persuasus eo sinceriorem fore poenitentiam, stabiliorem conversionem, efficacius propositum, ardentius studium per bona opera placandi Deum, quo sublimiori auditores imbuti sunt idea de infinita Dei majestate, qua sententia nil verius, totus in eo fuit, ut omni ingenii sagacitate infinitam Dei majestatem exponeret, inculcaret aptisque imaginibus comparationibusque populis ad vivum repraesentaret felicissimo successu. Plura reliquit opera, inter quae *Catechismus R. P. P. Canisii S. J.*, weitläufig, verständlich und Gesprächsweis von neuven ausgelegt und gestellet, Coloniae 1676 v. 7 in 8., qui est theologiae dogmaticae et moralis compendium missionariis et parochis admodum utile. Ejus catechismus brevior melioribus catechismis ad usum populi accensetur propter claritatem, ordinem, expositions dignitatem omnium captui aptissime accommodatum [1]). — Dionysius luxemburgensis Cap. († 1703) praeter ascetica opera minus critice congessit *Vitam antichristi* [1]) ex s. Scriptura aliisque probatis auctoribus (germanice), Francofurti 1682.

311. In *Belgio* contra *protestantes* multi disputarunt [2]): Guilelmus Cotel S. J. Namurcensis, qui vitam fere totam in Germania transegit et Wirceburgi theologiam docuit († 1711). Concinnavit *Entretien theologique* sur les differents sentiments des Eglises chrétiennes de l'Europe au sujet de l'Eucharistie, en forme de dialogue entre un protestant, un réformé et un catholique, Wirceburgi 1704 in 4. — Franciscus Janssens Elinga O. Praed. Brugensis, professor Lovanii philosophiae et theologiae et 12 annis studii antverpiensis regens primarius, bis provinciae praepositus († 22. Nov. 1715 octogenario major) haec reliquit opera [3]): *Forma et esse Ecclesiae Christi*, quae est dumtaxat apud romanos catholicos, flandrice, 1702: *suprema rom. pontificis auctoritas* ejusque extra concilium generale definientis infallibilitas adversus epistolam ep. tornacensis D. Gilb. de Choiseul (p. 425) propugnata, Brugis 1689 in 12; *Summa totius doctrinae de rom. pontificis auctoritate et infallibilitate* 13 art. comprehensa et a cavillationibus N. Alexandri et Fel. Dechamps vindicata, ib. 1690 in 4; *Summa conciliorum* a B. Carranza collecta (III[3], 123) recognita, a mendis expurgata et aucta et additionibus illustrata, Lova-

[1]) Cf. Feller II, 191; Neyen, Biographie luxembourgeoise II, 128; Sommervogel VII, 970—82; et ejus *elogium*, quod prodiit Confluentiae 1703 in 4; Pruvost Vie du R. P. Ph. Scouville, Luxemburg 1866.

[1]) Cf. Germania Wissensch. Beil. 1896 p. 126.

[3]) Constantinus Letinus O. Min. († 1714) auctor est operis: *Theologia concionatoria* docens et movens, Leodii 1710—13 t. 5 in 8; Trajecti ad Mosam 1730 ed 3. constans concionibus de praeceptis et poenitentia. Ex t. 4. excerptum fuit *Consolatorium pro confessariis* antiquam et communiter in Ecclesia practicatam sacramenti poenitentiae administrandi methodum sequentibus, Leodii 1713.

[1]) Cf. Bibl. nat. de Bélg. X, 135; Agricola III, 61—65.

nii 1668; 1681 in 4; *Auctoritas s. Thomas Aq.* nodo indissolubili per Petr. de Alva y Astorga O. Min. (cf. supra p. 13) nuper revincta, nunc soluta. Accedit certissimum quid certissimae veritatis pro doctrina s. Thomae contra certum quid certissimae falsitatis adversum P. de Alva y Astorga certi supradicti nunc per totum Belgium suppresso auctoris nomine et sine ulla approbatione dispersi auctorem certo certissimum, Antwerpiae 1664 pp. 2 in 1 v. cum nonnullis aliis libellis ad eandem controversiam spectantibus; *diss. 26 theologicae* selectae de principalioribus quaestionibus hoc tempore in scholis disputatis, 1707. — Hujus sodalis Joannes Baptista van Ketwig Antwerpiensis haud spernendam *panopliam* composuit *marianam* ex armamentariis ss. patrum et s. Scripturae interpretum adversus antedicomarianitas, Antwerpiae 1720 in 4. — Ludovicus de Reyn Dunkercanus Cap. reliquit *Speculum abominationum* seu epitaphia omnium haeresiarcharum a temporibus apostolorum ad usque modo prosa praeeunte, metro expressa. Enucleatur etiam series rom. pontificum, necnon conciliorum tam generalium quam particularium; et haeresiarcharum mores, errores et acta in primis proponuntur, Ipris 1701; *Antidotum adversus haeresum venena* sive praxis peculiaris multiplex convincendi heterodoxos rom. Ecclesiae adversarios, opus bipartitum, in quo enucleantur acta M. Lutheri ac J. Calvini: insuper anatome sectarum omnium modernarum earumque status hodiernus et tandem systema praesens s. cath. et apost. Ecclesiae rom. per quatuor mundi partes exhibentur, Audomari 1716. — Quibus adde Joannem Borremans[1]) canonicum bruxellensem († 22. Sept. 1707) — Joannem Bapt. Ooms († 24. Jul. 1710) — Godefredum Callebaut O. Praem. Antwerpiensem († 11. Apr. 1719).

[1]) Cf. Biogr. nat. de Belg. II, 730.

312. Plures adversus *Jansenianos*[1]) calamum strinxerunt: Hadrianus van Wijck (Wyckius, Vych) Roterdamensis, qui illos acriter est aggressus, sed plura (7) ex ejusdem scriptis prohibita fuere[2]). — Martinus Harney O. Pr. Amstelodamensis n. 6. Maji 1634, primarius apud Bruxellas theologiae regens (1670), dein Lovanii, ubi etiam regiam cathedram publico certamini expositam, cum multi iique egregii viri concurrerent, omnium calculo promeruit, quam et ad mortem (22. Apr. 1704) usque rexit. Praecipua quoque sui ordinis obivit munera, atque dum Romae propterea iteratis degeret vicibus, magna apud pontificem et cardinales fruebatur gratia. Gravem habuit cum P. de Alva et Astorga (p. 13) de auctoritate et doctrina s. Thomae concertationem, qua de re ad eum dedit *ep. apologeticam*, Bruxellis 1679; 1683 in 4. Vindicavit[3]) adversus A. Arnaldum Ecclesiae de non passim legenda s. Scriptura in lingua vulgari vetitum (flandrice) Antwerpiae 1686 in 12. et latine in l. inscripto: *de s. Scriptura lingua vulgaribus non legenda* rationabile obsequium Belgii catholici, Lovanii 1693 in 12., cui opposuerunt Arnaldi asseclae 12 epistolas. Suam sententiam iterum propugnavit in diss. *de lectione gallicae translationis N. T. Montibus impressa* etc. — Philippus van Wawre OSA. plura edidit[4]), inter quae potiora sunt: *Corn. Jansenii Iprensis ep. Augustinus europaeus perperam dictus* in ferali famosarum suarum pentade per Augustinum verum

[1]) In hac pugna strenue et fortiter se gessit Humbertus Guil. Precipiano Bisuntinus n. 1626, episcopus bruggensis (1683), dein archiepiscopus malinensis († 9. Juni 1711), non tam calamo, quam opere. De quo cf. Fleurii H. E. contin. LXVI, 180 ss.; LXVII, 67 ss.; Zeck KL. X², 311 s.; de Schrevel Biogr. nat. de Belg. XVIII. 204–16.

[2]) Cf. Feller IV, 361.

[3]) Cf. Reusch Index II, 708.

[4]) Cf. Revista August. 1887 I, 48.

maximum Ecclesiae doctorem (salva gratia Christi per se efficiente) triumphatus, damnatus prius quam natus atque apostolico fulmine ictus, Antwerpiae 1709 in 8; *s. Augustini sensus de appellationibus a Papa ad concilium generale* per scholia historica contra novos appellantes enubilatus, Lovanii 1719; *privilegium s. Petri ac successorum ejus* ex s. Augustino assertum ib. 1719 in 8; *causa dispar* inter oppositionem s. Cypriani carthag. ep. contra rescriptum s. Stephani papae et inter oppositionem quorundam contra novissimam ss. D. Clementis XI. bullam »Unigenitus« corde pacifico elucidata, ib. 1719 in 8; *peremptoria Augustini sententia: causa finita est*, ab iniquo staterae libramine ex ipso Augustino vindicatur, ib. 1719; *diss. tripartita*, in qua s. Augustinus docet pastores dominici gregis et principes christianos catholicos 1. quam sit necessarium episcopis pro tutela gregis et reducendis ovibus errantibus implorare principum auxilium; 2. quam gloriosum sit et vere regium, opem ferre pastoribus eam postulantibus aut desiderantibus; 3. quam utile sit sive haereticis sive schismaticis, eos regia severitate coërceri et compelli ad veritatis et unitatis ecclesiasticae convivium, ib.; *apologia contra impugnatores constitutionis Unigenitus* signanter pro unigeniti Salvatoris gratia, in qua simul obviatur excursionibus eorum, qui per latus quesnellianum augustinianae scholae viscera petunt, ib. 1719; Diss. *de praesenti haeresi* et schismate quorundam in Gallia exortis necnon medicinali ss. D. N. Clementis XI. acinace, qua damnabilem pervicaciam detruncavit, Lovanii 1718; *s. Augustinus docens* quam sit dolosa statera opponens Const. »Unigenitus« vers. 1 Ps. 126: *Nisi Dominus aedificaverit domum* etc., ib. 1719 in 8.

313. Nomen haud incelebre sibi peperit Martinus Steyaertius. »Academiae lovaniensis gloria et ornamentum immortale, theologorum sui seculi phoenix, et nulli praestantium virorum, qui ab incunabilis facultatis theologicae ad haec usque tempora Lovanii floruere, virtute, ingenio et eruditione secundus [1]).« Natus is est in Somerghem diocesis gandavensis vico 16. Apr. 1647. Anno aetatis suae 18. primus inter artium magistros renunciatur, et a. 28. contra scholae statuta, quae 30 annos ad minus exigebant, s. theologiae doctor renunciatus est in lovaniensi academia. Episcopo iprensi fuit a secretis et dictus ecclesiae s. Petri canonicus. Innocentii XI. et Caroli II. aliquando suspicionem incurrit, quod crederetur Jansenistarum partibus favisse. Sed postquam formulae ab Alexandro VII. praescriptae absolute et absque ulla restrictione subscripsit, suspicio omnis evanuit. Magna erat ejus doctrinae opinio, atque cum theologiae studio linguarum cognitionem exactamque historiae cum sacrae tum profanae ac veteris novaeque geometriae peritiam conjungebat. Exornabant viri doctrinam mores spectatae integritatis austeriorque tenor vitae a mundi solicitudinibus satis alienae, necnon magna in pauperes caritas. Indefessus erat in studendo paucis somni horis contentus. Romam missus est a. 1675 ab universitate cum Fr. Vianen, Lamberto le Drou et Chr. Lupo, ut damnationem 65 propositionum a sede apostolica obtineret. Oblatam cathedram duacenam recusavit, ne articulis declarationis gallicanae subscribere teneretur, et forte propterea abdicavit se canonicatu iprensi, capta hac urbe a Gallis. Cathedram lovaniensem obtinuit 1686 et a. 1688 munere functus est rectoris. Cum Guilelmus de Witte quaedem contra primatum praepostere effutiisset ejusque patrocinium in se suscepisset A. Arnaldus in l. *Judicium aequum* de censura lata a parte strictae

[1]) Ita Foppens II, 861.

facultatis theol. lov. adversus 4 prop. D. de Witte etc.: positiones edidit Steyaertius *de pontifice ejusque auctoritate* apologeticas, Lovanii 1687 in 4. Acrius has aggressus est Arnaldus in opusculo vulgato Insulis 1687 pro defensione *Judicii aequi* contra theses Steyaertii, quod inimicis primatus summe placuit. Ipse facile enodatis Arnaldi cavillis ad pugnam integro rediit animo ulterioresque positiones *de pontifice ejusque auctoritate*, Lovanii 1687 in 4. edidit, cui vicissim Arnaldus Insulis 1687 librum opposuit, in quo fictas ecclesiae gallicanae libertates exponit[1]). Respondit anonymus quidam gallus (Antonius Charlas) de quo cf. pag. 452. Cum collega Harney (cf. pag. 718) impugnavit opiniones Gommari Huygens (cf. p. 722), reprobavit versionem N. T., quae dicitur *montensis;* partem quoque habuit in controversiis excitatis propter Sfondrati l. *praedestinationis nodus resolutus.* Ab Innocentio XII. constitutus est vicarius apostolicus silvaducensis (1691) et jam agebatur de eo promovendo ad cathedram ruremontensem[2]), cum morte sublatus est 17. Apr. 1701. Opera ejusdem collecta prodiere Lovanii 1703 v. 6 in 8., inter quae praecipua sunt: *Theologiae practicae aphorismi; annotationes in omnes prop. a ss. pontificibus damnatas* cum earum assertionibus; *obligatio audiendi verbum Dei in parochiis* auctoritate constitutionum ac declarationum pontificiarum, conc. generalium, synodorum provincialium et dioecesanarum etc. clare demonstrata una cum responsione adversus Chr. Lupum. Cura Petri Lud. Danes evulgata sunt a. 1734 *fragmenta Steyaertiana* nondum collecta. — Adversus declarationem cleri gallicani edidit Franciscus d'Enghien O. Pr. philosophiae et theologiae in academia lovaniensi professor, *responsionem historico-theologicam*, Coloniae 1683 in 8. Ejus quoque sunt: *Positio faciens satis insolitae oppositioni contra const. sedis ap. ‚Unigenitus'*, Gandavi 1715 in 8; *auctoritas sedis ap. pro s. Gregorio VII. vindicata* adversus R. P. Nat. Alexandrum O. Praed. occasione scil. eorum, quae hic affirmaverat diss. 2. in sec. XI. et XII. Gregorium VII. rom. primum pontificum sibi regum exauctorandorum tribuisse potestatem contra patrum doctrinam, imo contra verbum Dei, Coloniae 1684 in 8, cui l. respondere nititur Nat. Alexander diss. fusiori, quae est sexta sec. XV. et. XVI.

314. Paucis eos ex Belgis indicabimus, qui plus minus jansenianis erroribus infecti controversiis et turbis occasionem praebuerunt. Praecipui sunt. Gummarus Huygens Brabantinus, Lyranus (n. 1631.), Lovanii philosophiae diu lector, theologiae doctor 1668, universitatis ad Clementem IX. pro ejusdem privilegiis tuendis ablegatus, praeses collegii Hadriani VI. Arnaldi et Quesnelli erat familiaris eorumque errores imbiberat et propugnavit cum suis asseclis Van Vianen, De Swaen, Pasmans, Hennebel et Van Espen. Hisce erroribus inficiuntur etiam ejus opera: *Breves observationes* Leodii 1693 — 1703 v. 15 in 12., quae constituunt theologiae cursum; *compendium theologiae* i. e. theses ex 1. p., 1, 2; et 2. 2. d. Thomae defensae ab a. 1672—1679. olim prohibitae decr. 17. Jan. 1691; *methodus remittendi et retinendi peccata,* Lovanii 1674, Arnaldi erroribus infecta damnata ab inquisitione hispana 28. Aug. 1681; et 1695 ab archiepiscopo mechliniensi Humberto Guil. de Precipiano. Eam impugnarunt Franciscus Cauwe, O. Min. et Nicolaus Du Bois (cf. p. 412): quare apologiam pro ea composuit ib. 1674. *Conferentiae theologicae* habitae inter varios s. theo-

[1]) Cf. de hac controversia Mich. a s. Joseph IV, 278.

[2]) Cf. Van de Velde synopsis monumentorum archiepiscopatus mechlinensis III, 853; Biogr. un. XLIII, 546; Alb. Thijm KL. XI², 785.

logiae alumnos Lovanii, quarum quinque series publicae luci dedit ib. 1678—1693, et quae constituunt cursum quendam theologiae. Cum Gerardo Bolek S. J. († 1716) controversiam habuit de libertate in amore beatifico, quae pluribus libellis ultro citroque occasionem praebuit. Alias controversias habuit cum Phil. de Vos (cf. p. 412), cujus occasione plures theses propugnandas proposuit. Cf. de his aliisque pluribus libellis ab ipso editis Reusens in bibl. nat. de Belg. IX., 729—46. Propter suos errores aliquamdiu suspensus fuit a munere docendi, concionandi et confessiones excipiendi et exclusus a facultate theologica († 27. Oct. 1702). — Longe notior est Joannes Opstraet n. 3. Oct. 1651 in oppido Beeringen. Theologiam docuit (1685) in collegio Hadriani VI. et dein (1686) in seminario mechliniensi; inde tamen dimissus est ab archiepiscopo Humberto de Precipiano (1690), quod sectae jansenianae nimis esset addictus. Ad capessendam lauream in facultate theologica 1698 non fuit admissus ob suas opiniones jansenianas: imo a Philippo V. in exsilium pulsus est (1704); Lovanium tamen rediit, postquam haec civitas in Caesaris transiit ditionem. Licet vero moriturus suam declararet submissionem sub Ecclesiae auctoritate atque scripta subjiceret sedis ap. judicio, plures e collegis ejus exsequiis assistere recusarunt († 29. Nov. 1720). Dum viveret, Jansenistarum in Belgio erat oraculum et etiam post ejus mortem magni fiebant ab illis ejus opera, quorum quidem stilus sat est nitidus, sed nimis a forma scholae recedens minus est accuratus. Plurima (c. 79) edidit opera, quorum 53 suppresso nomine [1]). Plura prodierunt collecta Venetiis 1771 v. 9 in 8., scil. *institutiones theologicae* de actibus humanis 1709 v. 3 in 12; *theologus christianus,* Lovanii 1692 in 12 sive ratio studii et vitae instituende a theologo, qui se ad ordines sacros atque ad directionem animarum disponit, Venetiis 1764 in 12; 1771; diss. theologica *de conversione peccatoris,* Lovanii 1687 in 4; *pastor bonus* seu idea, officium et praxis pastorum, Mechliniae 1689, opus saepe editum, gallice Rotomagi 1703; secundum correctionem Firmiani episcopi passaviensis 1764, ed. proh. 27. Febr. 1766; *de laborioso baptismate,* Leodii 1696. Adversus M. Steyaërt praeter alia scripsit de *praxi administrandi sacramentum poenitentiae,* 1692 in 4., cum 5 vel 6 aliis scriptis ad hanc diss. defendendam. In suis thesibus theologicis a. 1706 has duas etiam tuetur: „Missae non refrigerant animas in purgatorio, sed in refectorio;“ et „Ignoti poenitentes etiamsi levia tantum confiteantur v. gr. leviter mentitos vel distractos fuisse, passim non sunt absolvendi.“ Juratus fuit probabilismi adversarius. Ceteris operibus praeferuntur *de locis theologicis* diss. X. Adjectus est tr. theologicus Nicolai le Gros canonici rhemensis *de Scripturae s. multiplici sensu,* 2 in 12. Insulis 1737; proh. 12. Jan. 1739; Venetiis 1769 in 4. In hoc opere negat rom. pontificis infallibilitatem, et Ecclesiae infallibilitatem circa facta dogmatica. *Theologiae dogmaticae et moralis* pars. 1. (et unica) Lovanii 1726 v. 3 in 12. et plurima alia scripta de quaestionibus tunc agitatis adversus Alexandrum a s. Theresia, Liv. de Meyer, Daelmann, Steyaërt, Parmentier (contra hunc solum 14), Desirant, Denys, Francolini etc. — Henricus Denys professor in seminario leodicensi († 1717) controversiae se immiscuit [1]). Impugnatus fuit

[1]) Ea diligenter recenset Reusens Analectes pour servir à l'hist. eccl. de Belg. XXI, 95—96; 309—24; Goethals Hist. des lettres . . . Belg., Bruxelles 1842 III, 169—217; Jungmann KL. IX, 930.

[1]) Cf. Reusch II, 704; Biogr. nat. IV, 603. Ejus vindicias suscepit Josephus Navaeus Leodiensis canonicus († 10. Apr. 1705), de quo cf. Feller VI, 221.

etiam a Fénelon et delatus, Romam appellavit. Retractavit tamen erroneas opiniones bullaeque „Unigenitus" 1713 subscripsit. — Joannes Libertus Hennebel Wavrensis n. 20. Jan. 1652, s. theologiae doctor et professor lovaniensis, collegii Viglii praeses, formularium Alexandri VII. in causa Jansenii sincere subscribere renuit; anno tamen 1709 tamquam decanus nomine facultatis theologicae subscripsit celebrem bullam „Vineam Domini", qua subscriptione quidem non omnem erroris suspicionem sustulit ac nonnisi 1715 factioni jansenianae sincerius renunciavit se subjiciens cum universa facultate Bulla „Unigenitus". Per octennium egit universitatis deputatum Romae. Cum Alexander VIII. 7. Dec. 1690 proscripsisset 31 prop., prodierunt *notae breves ac modestae* in eas. Coloniae (verius Lovanii) 1691, quarum ipse probabiliter censetur auctor. Alia ejusdem scripta[1]) parvi sunt momenti atque ad controversias spectant quae tunc turbarunt Belgium, et nominatim facultatem Lovaniensem. Decessit 3. Aug. 1720.

315. Longe vehementius efferbuit pugna cum Jansenianis, Calvinistis et incredulis in *Gallia*[2]): hinc magnus eorum numerus, qui contra hos scripserunt. *Religionis cristianae apologiam* in se susceperunt J. Charon senator in opere *Démonstration évangélique* ou traité de l'unité et perpétuité de la véritable Religion pour servir d'instruction à la lecture de l'Evangile, avec l'explication des LXX semaines de Daniel, Parisiis 1703 in 12., quo in op. multum utitur veterum Judaeorum traditionibus et testimoniis[1]). — Antonius d'Espineul S. J. theologiae professor († 1707) in memoriis trivultiensibus a. 1701 fsc. 1. crisi subjecit Clerici harmoniam evangelicam, cui subjecta est historia Christi ex quatuor evangeliis concinnata; accesserunt tres diss. de annis Christi, deque concordia et auctoritate evangeliorum, Amstelodami 1699 in f., qua crisi ostendit, hanc harmoniam religionis christianae fundamenta subvertere ac nonnisi ex interpretationibus calvinianis et socinianis esse contextam. Clericus mox nisus est se tueri, sed duplici responso occurrit auctor noster in suppl. fasc. mensis Jul. et mensis Aug. 1702; Rursus reponente Clerico *Réflexions* (1703), opposuit d'Espineul: *Troisième résponse critique*[2]). Suite du mois de Janvier 1704; Trévoux 1704, et cum quidam anonymus sub nomine Jonston opposuit ei difficultates, illis respondit ib. 1705 Ap. 678—95. — Petrus Dozenne S. J. (n. 11. Mart. 1625; † 19. Jan. 1709) probavit *la Divinité de J. Christ* par ses oeuvres, Parisiis 1688 in 12; *La morale de J. Christ,* ib. 1686 in 4; Avenione 1876. — Michael le Vasseur presbyter dioecesis blessensis, composuit *Entretiens de la Religion* contre les Athées, les Déistes et

[1]) Cf. Biogr. de Belg. IX, 69; Fleurii H. E. Cont. l. 211 § 47 ss., l. 212 § 17.

[2]) Singularis et petulans scriptor fuit Petrus Valent. Faydit Avernus, aliquamdiu congr. Orat. e qua tamen 1671 fuit exclusus, qui praeter dicteria in Bossuet et Fénelon edita aliaque scripsit contra Tillemont cf. supra p. 512 a; *Altération du dogme théologique* par la philosophie d'Aristote ou fausses idées des scholastiques sur toutes les matières de la religion, t. 1. Traité de la Trinité, s. l. 1696 in 12., in quo tritheismum profitetur. Contra hunc l. scripsit Hugo O. Praem. cui apologiam opposuit Faydit Nancy 1702. Decessit 1709. Cf. Feller III, 533; Ingold pag. 47 ss.; Revue de qq. historiques 1878 XXIII, 579—88; Batterel III, 331—52; Ingold p. 47.

[1]) Cf. Mém. de Trévoux 1705 II, 580—587; J. des Sav. XXXII, 329—39.

[2]) Cf. J. des Sav. XXXII, 375, ubi legimus: „On trouve dans toutes ces pièces du P. d'Espineul une grande érudition dans les langues savantes, une critique judicieuse, un discernement fin, beaucoup d'habilité à débrouiller ce qui est embarrassé, et un grand attachemeut à conserver dans leur pureté les dogmes de la Religion tels que l'Eglise les enseigne."

tous les autres ennemis de la foi catholique, Parisiis 1705 in 12., in quibus summam eorum exhibet, quae tot alii scriptores ante ipsum fusius jam exposuerant, ad convincendum adversarium veritatis cupidum, sed negligentiori forma; ib. 1721 ed. aucta[1]). — Alexius Gaudin[2]) O. Carth. († 1707). — Jacobus Tribolet[3]) Augustodunensis († 4. Nov. 1709). — Michael Mourgues[4]) S. J. Arvernus (n. 17. Jun. 1650) vir admodum cultus et eruditus, in universitate tolosana professor mathesis, qui cedicit caritatis victima, dum lue infectis inserviret 26. Juni 1713. Reliquit praeter alia: *Plan théologique du Pythagorisme* e des autres sectes savantes de la Grèce pour servir d'éclaircissement aux ouvrages polémiques des Pères contre les païens, avec la traduction de la Thérapeutique de Theodoret, où l'on voit l'abrégé de ces fameuses controverses, Parisiis 1712 v. 2 in 8; accedit *Lettre apologétique* (a. 1709) pour justifier le sentiment des Pères de l'Eglise sur les oracles du paganisme contre diverses dissertations de Van Dale; *Parallèle de la Morale chrétienne avec celle des anciens philosophes,* pour faire voir la supériorité de nos saintes maximes sur celles de la sagesse humaine, Tolosae 1701 in 12. et eodem anno Amstelodami et Parisiis, 1702 ib.; adjecta est vetustissima *paraphrasis christiana enchiridii Epicteti* graece composita a solitario Orientis, quae hucusque fuit inedita et bona fortuna in manus incidit auctoris. — Hujus sodalis Joannes Dez Campanus n. 3. Apr. 1643, s. Scripturae interpres, in controversiis versatus, unde et plurimos Calvinianos ad fidem reduxit catholicam, rector magnificus universitatis argentoratensis († 12. Sept. 1712) praeter irenica et polemica[1]) edidit *La foy des Chrétiéns et des Catholiques* justifiée contre les Déistes, les Juifs, les Mahométans, les Sociniens et les autres Hérétiques. Ouvrage où l'on réduit la foy à ses véritables principes et où l'on montre qu'elle est toujours conforme à la raison, Parisiis 1714 v. 4 in 12., praemissa brevi auctoris vita[2]). *La réunion des Protestants de Strasbourg* à l'Eglise romaine également nécessaire pour leur salut et facile selon leurs principes, Argentorati 1687 in 8: 1689 etc. Adversus eum ex protestantibus scripserunt Haeberlin, Alberti, Faustius, Fechtius, Masius, Spener, Schelvigius, Heunisch, Loescher etc., imo senatus ecclesiasticus dresdensis e re esse censuit, ut refelleretur. Ipse etiam pro Fénelon in causa cum Bossueto scripsit. — L'Oiseleur juris doctor in universitate parisiensi adversus atheos scripsit *Traité sur l'homme,* Paris 1714

---

[1]) Cf. Mém. de Trev. 1706 II, 1729—1736; et de altera ed. 1722 II, 900—905; J. des Sav. XXXIII, 347—355. Alius est a Mich. Le Vassor quondam congr. Or., sed dein apostata († 1718), de quo cf. Batterel IV, 409—23.

[2]) Cf. Biogr. univ. 65, 173 Scripsit adversus Manichaeos novos et veteres absque suo nomine: *La Distinction et la nature du bien et du mal,* Parisiis 1704 in 12, cui respondere nisus est Bayle.

[3]) Cf. Agricola sec. XVIII. bibl. eccl. II, 27. Alius est a Bernardo Tribolet (n. 30. Mart. † 10 Oct. 1734), qui edidit fratris sui Jacobi, Sorbonae doctoris: *Lettres instructives* et historiques, sur la divinité de J. Chr., sur la vérité de l'Eglise cath. etc., Dijon 1709 in 12.

[4]) Alius a Matthaeo de Mourgues quondam e S. J., Ludovico XIII. a concionibus, et ab eleemosynis Mariae de Medicis, cujus calamo plurimum usus est cardinalis de Richelieu († 1670 a. aetatis 88), qui reliquit scripta aliqua polemica.

[1]) Cf. Sommervogel III, 30. Ejus videntur esse articuli fidei praecipui ad unionem utriusque Ecclesiae romano-catholicae et lutheranae, qui proscripti sunt decr. 30. Aug. 1685 a congregatione indicis. Libelli plurimi horum occasione editi cf. apud Backer 1. 1583; Sommervogel l. c. Cf. Feller III, 273; Niceron II, 333—336: J. des Sav. XXX, 440; acta er. lips. 1687 p. 384—393; Fabricius VI, 512.

[2]) Cf. Mém. de Trév. 1714 III, 1738—1766; J. des Sav. LVII, 645.

in 4., in quo animae immortalitatem demonstrat; *Propositions importantes sur la Religion* avec leurs dépendances, Parisiis 1715, quo in opere Dei existentiam et unitatem probat et deistas atheos esse evincit[1]). — Carolus Claudius Genest Parisiensis, academiae gallicae socius (n. 17.Oct.1639; †1719), poetice secundum principia cartesiana dedit *Principes de philosophie* ou preuves naturelles de l'existence de Dieu et de l'immortalité de l'âme, Parisiis 1716 in 8. — Philippus de Maizière theologiae doctor et catalaunensis dioecesis parochus (n. 1630; † 1709) scripsit Discours théologiques *des perfections de Dieu* en forme de lettres addressées au Roi et à diverses personnes considérables, Lugduni 1689 t. 4 in 12., a quibus forte non differunt Lettres sçavantes *sur les Grandeurs de Dieu,* ib. t. 3 in 12.

316. Praeter hos majoris nominis celebritatem adepti sunt duo in primis, qui religionis christianae apologetis accenseri possunt, scil. Nicolaus Malebranche congr. Orat. Parisiensis et Franciscus Lamy O. S. Ben. Ille quidem innotuit[2]) magis propter philosophiae cartesianae[3]) studium. Postquam absque fructu in historiae ecclesiasticae studio ex consilio P. le Cointe desudaverat et ex consilio R. Simon in addiscendis linguis orientalibus, fortuito incidit adolescens 26 a. in Cartesii l. Tr. de l'homme, et exinde velut aestu abreptus solam philosophiam cogitavit, promovit atque scriptis plurimum propagavit. Non tamen ita Cartesium secutus est, ut non etiam in pluribus ab eo dissentiat pluresque opiniones novas excogitaverit. Vir erat modestus, simplex et moribus plane candidus: pietati deditus virtutisque amator (n. 6. Aug. 1638; † 13. Oct. 1715). Ex ejus operibus praecipuum forte est: *De la recherche de la vérité,* où l'on traite de la nature de l'esprit de l'homme et de l'usage qu'il en doit faire pour éviter l'erreur dans les sciences, Parisiis 1674—78 t. 3 in 12; 1700 ed. 5; Amstelodami 1678, 1688 etc.; Parisiis 1712 t. 2 ed. 7 in 4; 1842, optima editio, et saepius alibi; quo in opere agit l. 1. de erroribus sensuum; l. 2. de imaginatione et fortium imaginationum contagiosa communicatione; l. 3. de intellectu puro; l. 4. de intellectus inclinationibus aut motibus naturalibus; l. 5. de passionibus; l. 6. de methodo[1]). Latine versum a Jac. l'Enfant prodiit Genevae 1685. Alia ejusdem opera sunt: *Conversations chrétiennes,* dans lesquelles on justifie la vérité de la religion et de la morale de

[1]) De priore opere cf. Mém. de Trév. 1714 Majo p. 798—810; de altero ib. 1718 Sept. pag. 395—414.

[2]) Alius est a Jac. Mallebrancque (Malbrancquas) S. J. († 1653), de quo cf. III[3], 1117.

[3]) Hujus fautor et patronus alacer in Italia fuit Mich. Angelus Fardella Drepanitanus tertii ord. s. Francisci. Varris in civitatibus academiam instituit physicae, primarius in patavino lyceo philosophiae fuit professor pluraque de ea reliquit opera († 2. Jan. 1718). Ipsius est opus de *animae humanae natura* ab Augustino detecta in ll. de animae quantitate, de Trinitate X. et de animae immortalitate. Alius est ab Alberto Fardella, de quo cf. supra p. 356.

[1]) „Il est peu d'ouvrages, inquit Feller V, 477, où l'on sente plus les derniers efforts de l'esprit humain. Personne ne possédait à un plus haut degré que lui l'art si rare de mettre des idées abstraites dans leur jour, de les lier ensemble et de les fortifier par cette liaison. Sa diction pure et châtiée a toute la dignité que les matières demandent, et toute la grâce qu'elles peuvent souffrir. Son imagination forte et brillante y dévoile les erreurs des sens et de cette imagination qu'il décriait sans cesse, quique la sienne fût fort noble et fort vive." Cf. J. des Sav. 52, 574 ss. Malebranchium statim impugnavit Simon Foucher, ut supra diximus p. 424. Haud paucos nactus est asseclas. Praeter eos, quorum passim in textu recurrit mentio, Henricus Level, cujus opera recenset Batterel Mém. IV, 527—31, placita ejus est secutus.

J. C. Parisiis 1676; Bruxellis 1677 in 12; Roterodami 1685 in 12 ed. aucta etc. in quibus opiniones nonnullae ex suo systemate derivatae aut paradoxae reperiuntur, quae examen et censuram fortasse non effugient; non desunt tamen aliae, quae insigni acumine et rarae elocutionis efficacia animos legentium ad sincerae pietatis studium movere poterunt. *Traité de Morale*, Rotomagi 1684 in 12: Lugduni 1697; Parisiis 1707; proh. 19. Sept. 1712; *Méditations chrétiennes et métaphysiques*, Coloniae 1683, quas summa accuratione elaboravit; Lugduni 1699, 1707; Paris 1707; Entretiens *sur la métaphysique* et sur la religion Rotterdam 1688. *Entretiens d' un philosophe chrétien et d' un philosophe chinois* sur l' existence et la nature de Dieu, 1708 in 12; *Entretiens sur la Métaphysique et sur la Religion*, Roterodami 1688 in 12; 1690; Parisiis 1696 v. 2, opus proh. 12. Jan. 1712, in quo etiam de veritate religionis christianae disserit et contra Socinianos disputat[1]). Semper tamen secundum suum systema philosophatur sicut et in aliis operibus, illudque evolvit et omnibus modis tuetur. Triplici tamen illud inficitur errore, scil. ontologismi, optimismi et occasionalismi, quem ultimum errorem usque ad Christi humanitatem extendit. In suspicionem etiam vocatus est, ac si in doctrina de puriore Dei amore episcopo cameracensi faveret. Hinc peculiari scripto se purgavit, quod cum P. Lamy ita interpretaretur, ac si in eo a semetipso dissentiret: rursus calamum constringere coactus est eique opposuit Tr. *de l'Amour de Dieu*, en quel sens il doit être désintéressé, Lugduni 1677; 1707; Parisiis 1707 etc. in 12. etc., de qua controversia mox. *Réflexions sur la Prémotion Physique*, Parisiis 1715 in 8. oppositae l. *L'action de Dieu sur les créatures* (auctore Fr. Laur. Boursier), in quo modeste, sed solide adversus praemotionem physicam disputat[1]). Controversias quoque habuit cum Petro Silvano Regis eloquenti Cartesii patrono[2]), P. Tournemine aliisque viris eruditis. Magno ingenii conatu ontologismum et etiam occasionalismum tuetur: quae vero de idearum natura statuit acri diuturnaeque (per 4 annos) disputationi cum Arnaldo occasionem praebuere. Scripsit enim Arnaldus contra Malebranchii theoriam *Des vraies et des fausses idées* contre ce qu' enseigne l' auteur de la Recherche de la verité, Coloniae 1683 in 8., cui respondit Malebranche primum l. *Response* etc., Roterodami 1684. 1685 et cum Arnaldus non tacuerit, 3 epistolis Roterodami 1685, et novo responso, ib. 1685. *Défense* de l' auteur de la Rech. etc. . . . contre l' accusation de M. de la Ville (P. Valois, 1684), proh. 21. Nov. 1689. Aliam occasionem praebuit Malebranchii *Traité de la nature et de la grâce*, Amstelodami 1680 in 12; Roterodami 1683 ed. multum aucta, utraque proh. 21. Nov. 1689. Prodiit opus adhuc saepius ut Roterodami ed. correcta et aucta 1712, cum apologia, ed. 8. Satisfacere nititur eo in tr. difficultatibus quorundam philosophorum, qui dogmata christiana conciliari non posse autumant cum bonitate et clementia Dei, sed duritiem et iniquitatem in oeconomia salutis, quam Ecclesia docet, deprehendere sibi videntur. Opposuit Arnaldus diss. *de modo, quo Deus tempore V. T. per ministerium angelorum frequentia miracula fecit*, responsi loco auctoris de natura et gratia novis cogitationibus in additamento (cui titulus est: *Miracula* frequentia V. T. nequaquam probant, quod Deus saepe voluntate particulari agat) exhibitis, Coloniae 1685 in 8.

[1]) Cf. acta erud. lips. 1689 p. 47—52.

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1715 IV, 1659—1682.

[2]) Fuit hic academiae scientiarum socius (n. 1637; † 27. Jan. 1707) ejusque l. *Usage de la raison et de la foi* (1704) sanae theologiae non satis est consentaneus.

Huic respondit Malebranche Roterodami 1685 occasionalismo iterum propugnato. Interim prodiit magnum Arnaldi opus inscriptum *Réflexions philosophiques et théologiques* sur le nouveau système de la Nature et de la Grâce l. 1., Coloniae 1685 t. 3 in 12; cujus illa dissertatio erat tantum prodromus. His opposuit Malebranche alias (4) *epistolas* ad amicum, Roterodami 1687; et iterum duas ib. 1687 proh. omnes 21. Nov. 1689. Prodiit *Recueil* de toutes les résponses du P. M. à M. Arnauld, Paris 1709 t. 4 in 12. Uterque quidem strenue suam sententiam defendere nisus est, sed neuter tamen ita suam corroborare potuit, ut aliis de ea persuaderet. Contra Malebranche scripsit etiam Fénelon, cujus opus *Réfutation du système de la nature et de la grâce* prodiit nonnisi 1820 inter *opera omnia* hujus praesulis[1]).

317. Alter est Franciscus Lami[2]) (Lamy, de Lamy) Montyrelli (Montireau) in carnotensi dioecesi nobilibus parentibus natus a. 1636. Infans decem mensium aegrotavit ad mortem, cumque nulla amplius prodessent remedia humana, ad Dei opem confugit pater votum vovens, quod si filiolus reciperet sanitatem, per biennium indueretur habitu s. Francisci, ipsius patroni. Mortis periculum evasit atque a matre pie admodum educatus est. Juvenis in Ludovici XIV. castris stipendia fecit, sed a virtutis calle deflexit. Quondam ad duellum provocatus ab adversario jamjam vulnerandus libello regularum O. S. Benedicti, quem secum habuit, ictum declinavit: qua mira protectione divina permotus ordinem hujus sancti est ingressus (28. Jul. 1658), generose contemptis blanditiis et illecebris mundi, parentum, carnis, daemonis. Factus coenobita se totum virtutum studio dedit. Ingenio erat praeditus perquam eleganti, oratione tersa utebatur ac perpolita, mores ejus candidi ac probi, quibus factum est, ut a viris piis ac doctis, praesertim a Bossueto, magni fieret. Prae humilitate sacros noluit suscipere ordines, et quantum potuit munera honorifica declinavit multumque solitudinem amavit. Sodales docuit philosophiam, et cum philosophia delectaretur cartesiana, hanc primus in congr. s. Mauri e cathedra est professus (1672—1675), tum triennio theologiam Parisiis in celebri abbatia s. Germani de Pratis († 11. Apr. 1711 a. aetatis 75). Plura literis commendavit[1]) et edidit sermone patrio, quo egregie utebatur, latino nihil, suntque pleraque philosophica vel philosophicis intertexta. Ad rem nostram sunt: *Vérité évidente de la Religion chrétienne* ou élite de ses preuves et de celles de sa liaison avec la divinité de J. Christ, Parisiis 1694 in 12, in quo libello nititur ostendere religionem christianam esse evidenter veram adversus propositionem cujusdam jesuitae Cadomi propugnatam, qua haec evidentia negabatur. *Le nouvel Athéisme renversé* ou réfutation du système de Spinoza tirée pour la plupart de la connaissance de la nature de l'homme, ib. 1696 in 12; Bruxellis 1711 cum operibus geminis Fenelonii et comitis Henr. de Boullainvilliers

[1]) Cf. Werner, Geseh. der apol. und pol. Lit. t. 5 § 814; Mich. a s. Joseph III, 239 ss. et de his scriptis A. E. L. 1685 p. 286—94; 305—13: 416; 1686 p. 235—42; 336—45; 1687 p. 212—18; 478—85; 1688 p. 129—32; 1716 p. 232 etc.; Blampignon Étude sur Malebr. d'après des documents msc. Paris 1862 et in Ingold Biliogr. orat. p. 85 s.; Stöckl KL. VIII, 551—54; Niceron II, 122—134; André SJ. La vie de M. avec l'histoire de ses ouvrages, Paris 1886 cur. Ingold; Ollé-Laprune La philosophie de M., 1870.

[2]) Distingui debet a celebriori Bernardo Lami Orat., de quo infra.

[1]) Plura cf. apud Tassin, Hist. litt. de la congr. de S. Maur; Biogr. un. XXIII, 285; Feller V, 141; Niceron III, 344; Lama Bibl. des Ecrivains de la congr. de S. Maur p. 103; Jungmann KL. VII, 1374.

(† 1722). Monstrat in hoc libro auctor, intus esse in nobis, quo tuto approbetur summa christianae legis consonantia, nec in minimo primis rationis humanae principiis repugnans. Incarnationis, quam impossibilem pronunciavit Spinoza, possibilitatem ex infinita Dei potentia et hypostaticae unionis non repugnantia pro humano modo ostendit. Opus tamen hoc minus solidum (aliis tamen refragantibus) censet Feller, qui eo magis commendat alium l. *L'incrédule amené à la Religion* par raison en quelques entretiens, où l'on traite de l'alliance de la raison avec la foi, Parisiis 1710 in 12. Constat hic liber novem dialogis, in quibus Menander et Arsilas naturalis luminis rationibus diligentissime satagunt veram invenire religionem. Praecipuum ejus opus est (asceticum) *De la connaissance de soi-même,* ib. 1694—1698 t. 6 in 12; 1700 ed. aucta; 1712. In hoc (t. 3.) sub inviso philautiae nomine legitimum sui amorem impugnavit et ad sententiam suam confirmandam quaedam ex Malebranchii scriptis laudavit. Id male habuit Malebranche, a viro alias sibi amico sententiam sibi tribui, qaam toties in suis scriptis rejecerit. Quare calamum arripuit, ne silentio suo rumorem, quod amoris indifferentis esset assertor, confirmare videretur: *Traité de l'amour de Dieu* en quel sens il doit être désintéressé, 1698; Lugduni 1707 in 12., quem cum Lami legisset, in t. 5. operis de cognitione sui ipsius conquestus est, se a Malebranchio non recte intelligi, quippe quem contra opinionem haeretici, philautiam in amorem Dei commutantis, citasset. Idcirco varia loca ex ipsius scriptis adfert, quibus contra philautiam pugnaverat, indeque vult evincere, amorem indifferentem seu expertem omnis ad suam felicitatem intuitus, ab ipso fuisse approbatum, ut adeo parum sibi constare videatur. Hinc Malebranchio enata occasio est tres epistolas ad Lamium scribendi: qui nec ipse quievit atque itidem epistolis quibusdam suam causam egit, ut se a quietismi errore purgaret (Parisiis 1699 in 8). Quare Malebranche quartam adjecit epistolam, in qua ostendit, eadem semper oberrare chorda Lamium, tribuendo sibi sententiam, quam pro sua non agnoscat: cuncta redire ad ambiguitatem quarundam vocum, quam licet adhibita explicatione jam centies sustulerit, non tamen hoc agnoscere nec agnoscere velle Lamium [1]). Habuit auctor noster concertationes literarias etiam cum Arnaldo, Nicole, Duguet, Gibert, Sillery episcopo suessionensi, Leibnitio, cujus harmoniam impugnat praestabilitam, etc. Duplici quoque opusculo vindicavit editionem opp. s. Augustini maurinam adversus exceptiones.

318. A religionis christianae apologetis ad eos transeamus, qui plus minusve integrum *theologiae positivae* et *polemicae cursum* elaborarunt. Primum tamen memorandus est Petrus Annatus [2]), congr. cler. doctr. christ. in Gallia generalis (n. 1638; † 1715), qui edidit librum haud contemnendum, nisi opinionibus minus sanis inficeretur, pro incumbentibus studio theologiae positivae, cui titulum praefixit: *Apparatus ad positivam theologiam methodicus,* Parisiis 1700; iterum 1705 v. 2 in 4; Venetiis 1717: 1725; 1744; 1766; 1775; Herbipoli 1726, quae ed. exhibetur ut correcta; Bambergae 1755. Dispescitur hic apparatus in ll. 7, in quorum 1. de positivae et scholasticae theologiae natura et utriusque ab invicem discrimine agit; in 2. de s. Scriptura; in 3. de traditionibus; in 4. de sanctis Ecclesiae patribus; in 5. de conciliis; in 6. de romano pontifice, cardinalium collegio et variis congre-

[1]) Cf. de hac controversia acta erud. lips. 1708 p. 358—366.

[2]) Distingui hic debet a suo avunculo Francisco Annato S. J., de quo egimus p. 37.

gationibus; in 7. praecipuas haereses strictim percenset [1]). Relatus est tamen hic apparatus in librorum prohibitorum indicem, correctus permittitur decr. 3. Oct. 1714. — Anacletus a Portu-Gratia (de Haure) O. Cap. reliquit *sujets des Conférences sur la Théologie positive*, où l'on propose les questions dogmatiques et historiques, qui concernent la Religion tant en général qu'en particulier [2]): avec la citation des Auteurs, qui tractent de ces matières, Rotomagi 1712 t. 3 in 4. — Caspar Juenin congr. Orat. variis in domibus suae congregationis theologiae professor [3]), vir quidem doctus, sed jansenianis erroribus addictus († 1707), edidit *institutiones theologicas* ad usum seminariorum, Lugduni 1694 v. 4 in 12. ed. prima; Parisiis 1700 v. 7 in 12. editio multum aucta, 1736 t. 2 in f.; 1747; Venetiis 1704; 1705; 1773; Antwerpiae 1746 etc. Quam primum hoc opus publicam lucem aspexit, mox illud plures Galliae episcopi in suis seminariis praelegi jusserunt. Bisuntini vero seminarii professores has institutiones vehementer impugnarunt ac proscribi petierunt: insuper episcoporum quidam eas tamquam janseniano fermento inquinatas apud Noaillium parisiensem archiepiscopum denunciarunt, qui tamen graviores turbas praeventurus jam a. 1700 declaravit, „quod auctor nec in suis principiis, nec in suis conclusionibus inde deductis errores quinque propositionum stabiliat, nihilque circa facti janseniani decisionem externae submissioni, quae Ecclesiae debetur, contrarium affirmet; cum autem in suo opere quaedam omnino addenda omiserit minusque circumspecte scribendo, quod Jansenismo faveat, sùspicandi ansam praebuerit; hinc auctor ea, quae omisit, adderet, et suspectas expressiones emendaret.“ Monuit tamen Jueninum, ut scripto tenus se Innocentii X. et Alexandri VII. constitutionibus subjiceret et declararet, paratum se esse emendanda emendare: prohibuit quoque earum usum in praelectionibus theologicis. Morem gessit auctor suasque institutiones recensendas a Piroto archiepiscopi vicario generali approbatas plurimum auxit, easque una cum literis submissione plenis Romam misit atque sedis apostolicae judicio subjecit. Equidem Fabricius Paluccius cardinalis pontificis nomine perhumanam Juenino epistolam scripsit, in qua promptus ejus animus laudatur, sed opus nec approbatur nec reprobatur. Interim in Gallia plures episcopi has institutiones non modo ut captiosas, haeresi jansenianae faventes, sed velut haereticas et continentes propositiones falsas, temerarias, erroneas damnarunt easque apud summum pontificem denunciarunt. Quapropter Clemens XI. librum mature examinandum theologis tradidit ac demum 28. Maj. et 17. Jul. 1708 prohibitus fuit ‚donec corrigatur'; ed. 1769 correcta permissa dicitur [1]). Cardinalis vero de Bissy solidae ac plane egregiae crisi illum subjecit. Alia ejusdem opera sunt: Commentarius historicus et dogmaticus *de sacramentis in genere et in specie* in 2 p. distributus: quo defenduntur veritates catholicae contra antiquos et recentiores haereticos, explicantur requi-

[1]) Cf. acta erud. lips. a. 1700 p. 537; Journal des Savans XXVIII, 686—693; Mémoires des Trévoux 1706 II, 676 ss.

[2]) Hujus sodalis Isidorus Niostensis edidit *Le Missionaire Controversiste* t. 3 in 4.

[3]) Cf. Biogr. univ. XXII, 109; Feller V, 42. Alius ab eo est Petrus Juenin, de quo infra.

[1]) Cf. continuat. hist. eccles. Fleurii l. 213 § 101, ubi et damnationis decretum exhibetur, quo institutiones absolute damnantur; et 22. Maj. 1708 et deinceps in ll. prohibitorum indice adjectum legimus *donec corrigantur*. Dictionnaire des livres jansen. II, 266. Cf. variorum episcoporum judicium in J. des Sav. XLIX, 162; Mém. de Trév. 1709 II, 844—881; 1710 I, 239—247. De *apologia* quadam harum institutionum cf. ib. II, 771. Cf. etiam Reusch II, 678.

sitae a patribus dispositiones ad eadem sacramenta tum conferenda tum recipienda; proponuntur mutationes, quae ab Ecclesiae exordiis ad haec usque tempora in eorum administratione contigere: propugnantur scholasticae conclusiones, quae ad Scripturam et traditionem propius accedunt. His adduntur diss. de censuris, de irregularitatibus et de indulgentiis exactae ad veterem et hodiernam Ecclesiae disciplinam, Lugduni 1696 in f., Venetiis 1778. Utriusque operis confecit etiam *compendium* per interrogationes et responsa, Parisiis 1708 in 12; Antwerpiae 1759; *Théorie et pratique des Sacraments,* Parisiis 1713 t. 3 in 12; 1727; 1761 t. 4 in 12; *theologia moralis,* Parisiis 1741 v. 2 in 12; resolutiones casuum *de jure et justitia,* 1761 v. 4 in 12. Tribuuntur ei etiam diss. *sur la messe de Paroisse,* Besuntione in 12; *sur l'obligation de la communion pascale;* diss. *quae sit ecclesiae parisiensis doctrina* de divinis auxiliis etc. In theologia morali auctor est rigidus.

319. Carolus Witasse, Sorbonae doctor et per annos 18 regius theologiae professor, acer bullae ‚Unigenitus' fuit adversarius. Hinc exsulare jussus est, sed defuncto Ludovico XIV. ab exsilio revocatus pristinaque munera subiturus subita apoplexia tactus morte ereptus est 10. Apr. a. 1716 a. aetatis 56. Series tractatuum, quos dictaverat, gradatim post ejus mortem edita fuit, sed expunctis regia censura aliquot capitibus: ita *de Deo uno et trino,* Parisiis 1722 in 12; *de augustissimo altaris sacramento,* 1720 in 12; *de sacramento poenitentiae* [1]), 1717 in 12. et Venetiis 1738 in 4; *de sacramento ordinis,* Parisiis 1717 in 12; *de incarnatione* etc. Omnes simul cum tr. *de confirmatione,* Venetiis 1738 v. 4 in 4. sub inscriptione *tractatus theologici,* quos in scholis sorbonicis dictavit etc. et iterum adjectis aliorum diss. facta etiam diligenti collatione ad meliores conciliorum et patrum editiones [1]), Lovanii 1776. Dum viveret edidit contra Bern. Lamium (de quo infra) *Traité de la Pâque* ou Lettre d'un Théologien Espagnol (Lud. de Leon cf. III[3], 228) sur la Pâque, Paris 1695. — Ludovicus Habert [2]) Blessensis n. 1635, collegii navarrici doctor, plurium episcoporum vicarius generalis, pariter exsulare jussus est, quod bullam „Unigenitus" nollet acceptare. Rediit mortuo Ludovico XIV. solvendisque casibus vacabat in collegio navarrico († 1718 a. actatis 83). Jansenianis erroribus imbutus hos nonnihil molliebat captiosaque proponebat specie. Hinc ejus *theologia dogmatica et moralis* ad usum seminarii catalaunensis, Lugduni 1709—1712 v. 7 in 12, Venetiis 1770 v. 8 in 12; 1789; Augustae V. 1751 t. 2 in f., ab aliquot episcopis, in primis vero a Fenelonio [3]), qui illam severae censurae subjecit, 1. Mart. 1711 prohibita fuit. M. Dumas doctor sorbonicus in *Lettres d' un Docteur de Sorbonne* à un homme de qualité tou-

[1]) Cf. L'Europe savante 1718 III, 125—147, ubi nonnulla de ejus vita prostant. Cf. etiam Journal de Sav. LXIII, 184; LXVIII, 211; 318; LXXIII, 123.

[1]) Cf. Feller VIII, 435.

[2]) Non confundendus cum celebriori et plane orthodoxo Isaaco Habert, de quo egimus p. 65. Cf. de eo Biogr. univ. XIX, 279; Streber KL. V[2], 1407.

[3]) Cf. ejus prolixam instructionem pastoralem op. 16, 207—549 ed. a. 1823, in qua eam theologiam damnat „comme renouvellant le système de Jansénius sous un langage d'aufant plus contagieux, qu'il est plus flatteur et comme fournissant au Parti des facilités pour paroitre anti-Junséniste en soûtenant tout le Jansenisme." Atque iterum animadvertit: „L'unique différence qu'il y ait entre Jansénius et lui, se réduit aux seuls termes de *morale* et de *moralement.* Jansénius a admis une nécessité et une impuissance qu'il nomme simples: M. Habert admet une nécessité et une impuissance qu'il nomme morales." Cf. Dictionnaire des ll. jans. IV, 78; Reusch II, 679.

chant les hérésies du 17. siécle, eam impugnavit (ep. 4): hinc Habert opposuit *Réponse à la quatrième Lettre d'un Docteur de Sorbonne* etc. 1714 in 12. Posteriores tamen ed. suae theologiae retractavit. *Praxis sacramenti poenitentiae* seu methodus illius utiliter administrandae, Parisiis 1714; 1729; Venetiis 1770; 1784 etc., in qua saepius se Jansenistarum rigori accommodat, unde auctor rigidissimus audit. — Antonius Boucat O. Minim. Bituricensis, theologiae diu professor edidit [1]) claram et eruditam *theologiam patrum dogmaticam scholastico-positivam,* Parisiis 1718 v. 5 in f., Rotomagi 1725; Venetiis 1756; 1765 v. 8 in 4., in qua sequitur Thomistarum placita. — His addimus Antonium Verjus S. J. Parisiensem (n. 24. Jan. 1632; † 16. Maj. 1706), cujus exstat *Ecclesiae romanae graecaeque veras effigies* ex variis tum recentibus tum antiquis monumentis singulari fide expressa romanis graecisque exhibita: quo intelligant admirabilem utriusque consensionem et in tanta matrum concordia nefas esse pugnare et odisse inter sese ingenti damno liberos. Accessit religio christiana contra Alcoranum per Alcoranum pacifice defensa ac probata (auctore Mich. Nau S. J., de quo cf. p. 428), Lutetiae Parisiorum 1680 in 4.

320. Jacobus Boileau [2]) cursum quidem integrum non elaboravit, sed de pluribus argumentis disseruit atque nonnulla etiam sub alieni nominis larva edidit. Sciebat enim scripta sua non omnibus placitura tum propter argumenti singularitatem, tum propter genus intemperantioris criticae, qua in suis scriptis utitur, tum propter stili mordacitatem, tum propter ironiae in scribendo usum, tum etiam propter suam in sententias erroneas propensionem. Natus est Jac. Boileau Parisiis 1634, doctoris laurea donatus in Sorbona. Decanum ecclesiae metropolitanae et vicarium generalem dioecesis senonensis ultra a. 20 egit. Lutetiam reversus a. 1694 a rege canonicatu s. Capellae (de la sainte Chapelle) auctus est: decessit [1]) a. natus 82 decanum agens facultatis theologicae 1. Aug. 1716. Haec praecipua ejusdem opuscula: *Recueil de diverses pièces* concernant les censures de la faculté de théologie de Paris sur la hierarchie de l'église et sur la morale chrétienne avec des remarques sur le 18. t. des annales eccl. d'Od. Raynaldus, Monasterii 1666 in 12; *Eclaircissement sur un passage de s. Augustin* cité dans le livre de la perpétuité de la foi, Montibus 1667 in 12; *de antiquis et majoribus episcoporum causis* l., in quo ss. patrum, pontificum et conciliorum Ecclesiae cath. sententiae proferuntur ad confutationem errorum Davidii (cf. p. 266) etc., Leodii (Lugduni) 1678 in 4., prohib. 1. Febr. 1679; Marcelli Ancyrani disquisitio *ad decretalem super specula de magistris* Honorii III., in qua probare nititur, professores s. theologiae universitatum hac decretali minime comprehendi, nec proinde gaudere privilegio percipiendi fructus praemodo oblivioni est datus († 1704). — Celeberrimus est Nicolaus Boileau acer et sagax criticus, in literis humanioribus admodum excultus († 1711). Ejus opera seorsim et collecta saepe prodierunt. Cf. Feller II, 16 ss.

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1726 II, 1031; 1728 IV, 1939 ss. Cf. etiam 1723 II, 1004—1007; Journ. des Sav. LXIV, 483; LXXIII, 116; LXXV, 354; LXXX, 207: 388; LXXXVI, 456.

[2]) Alius ab eo est Jo. J. Boileau auctor I. *Problème ecclésiastique* (in causa Jansenianorum); *Lettres sur différents sujets de morale et de piété* Paris 1737 t. 2 in 12, stilo oratorio conscriptae. Canonicus erat ad s. Honoratum, Parisiis († 1735 a. aetatis 86). Cf. Phil. Tamizey de Larroque Notes sur la vie et les ouvrages de l'abbé J. J. Boileau, Paris 1877. — Carolus Boileau academiae gallicae socius fuit orator sacer, qui sua aetate placuit, sed

[1]) Cf. Biogr. crit. II, 511—518; Biogr. univ. V, 4; Agricola III, 106—14.

bendarum, nisi resideant, Parisiis 1667 in 8., et iterum disquisitiones duae *de residentia canonicorum,* quibus accessit tertia *de tactibus impudicis,* an sint peccata mortalia vel venialia cum colloquio critico de sphalmatis virorum in re literaria illustrium [1]), ib. 1695 in 8; *de antiquo jure presbyterorum in regimine ecclesiastico*, Lugduni 1676 sub nomine Claudii Fonteji, 1678, in quo l. (proh. 17. Jan. 1690) ostendere nititur, primitus in Ecclesiae secundi ordinis sacerdotes concurrisse cum episcopis ad regimen Ecclesiae: qua occasione Richerii systema tuetur. Disquisitio theologica *de sanguine corporis Christi post resurrectionem* ad ep. 146 (nunc 250) s. Augustini, Parisiis 1681 in 8. adversus ministrum Allix, qui ex Augustini dubio de sanguine Christi redivivi inferebat, incredibile videri, hipponensem praesulem et Consentium, qui quaestionem de sanguine Christi Augustino proposuerat, realem sanguinis Christi in eucharistia credidisse praesentiam, cum, si illam firmiter credidissent, neque Consentius quaestionem hanc tam dubitanter proponere, nec Augustinus tam trepide ad eam respondere potuisset. Cui argumento ut pondus addat aliorum quoque patrum, quos de sanguine Christi redivivi dubitasse censuit, adducit effata. Huic difficultati Boileau in hoc tractatu occurrit, sententiam Augustini aliorumque patrum exponit, ostenditque de sanguine Christi redivivi dubitari non posse [2]). *Historia confessionis auricularis* ex antiquis Scripturae, patrum, pontificum et conciliorum monumentis cum cura et fide expressa, Parisiis 1683 in 8., contra Dallaeum ministrum calvinianum [3]); *de adoratione eucharistiae* ll. 2, quibus accedit disquisitio theologica de praecepto divino communionis sub utraque specie, Parisiis 1685 in 8. In priori l. ostendit auctoritate patrum quovis seculo eucharistiae adorationis cultum fuisse exhibitum: in altero vero l. respondet Dallaei exceptionibus ex op. de objecto cultus religiosi. *De corpore et sanguine Domini l.* Ratramno seu Bertramo OSB. monacho abbatiae corbejensis assertus et ab omni novitatis aut haeresis calvinianae inventione aut suspicione vindicatus [1]) cum praefatione et annotationibus, Parisiis 1686; iterum cum diss. adversus Harduinum 1712. *Traité des empêchements diriments du mariage,* Coloniae (Senonibus) 1691, in quo auctor adversus Gerbais et Galesium propugnat Launoyi opiniones (cf. p. 222). Historica disquisitio *de re vestiaria hominis sacri* vitam communem more civili traducentis, Amstelodami (Rothomagi) 1704 in 12., in qua ecclesiasticos penitus absolvit ab obligatione portandi vestes longas seu talares; *Historia flagellantium* seu de recto vel perverso flagrorum usu apud christianos, sine auctoris nomine Parisiis 1700, 1732, quo in l. (proh. 9. Jul. 1703) haud commendando hunc usum improbat, adductis nonnullis obscenis historiolis, quae fabulas olent, et a quibus referendis propter pudorem abstinere debuisset. Contra eum scripsit Jo. Bapt. Thiers (de quo infra): *Critique de l' Histoire des flagellans* et justification de l' usage des disciplines volontaires, Parisiis 1703 in 12 [2]). *De pluralitate beneficiorum* 1709, 1710, 1711, contra quem l. scripsit Francis-

[1]) Cf. J. des Savans XXIV, 46.

[2]) Cf. acta erud. lips. 1682 p. 331.

[3]) Cf. J. des Savans XI, 297—300. In hoc opere haec prop. certe male sonans occurrit p. 55: „Raro jam, Ecclesiae aetate jam provecta et ad senium vergente, malas cogitationes esse lethales."

[1]) Cf. Acta erud. lips. 1687 p. 43—46; Mémoires de Trévoux 1713 I, 622—639; Journal des Savans LI, 646.

[2]) De hac critica cf. Mém. de Tr. 1703 a. 98, ubi legimus: „Sa critique est pleine de recherches et de citations, et sa justification des disciplines est fondée sur les principes les plus sensés et les plus catholiques." Cf. etiam acta erud. lips. 1703 pag. 511.

cus Vivant *de re beneficiaria* seu de non possidendis simul pluribus beneficiis ll. 3, Parisiis 1710 in 12. Δοκιμαστής sive *de librorum circa res theologicas approbatione* disquisitio historica, Antwerpiae 1708 in 16., quae continet varios errores, falsitates et hallucinationes in ll. editis et doctorum approbationibus munitis facile observabiles. *Observationes adversus Gaudini l. pro corporea ss. Deiparae assumptione* contra Claudium Jolium (cf. p. 454), cujus nimirum incredulitas placuit auctori nostro sicut et Launojo. Ep. de contentione orta inter canonicos parisienses super verbis Usuardi, sub nomine B. Carpentarii, Duaci (potius Senone) 1671, etiam inter op. Launoji 1, 108. *Considérations* sur le traité historique de l'établissement et des prérogatives de l'Eglise de Rome etc. auctore Maimburg (cf. p. 516), Coloniae 1688 (gallice); diss., in qua adversus Harduinum probandum suscepit, *Cepham a Paulo Antiochiae reprehensum diversum non fuisse a Petro ap.*, 1713. Aliorum quoque opuscula quaedam vulgatiora reddidit [1]).

321. Hos excipiunt qui ex errore ad veram reduces fidem, hanc in primis adversus protestantes propugnarunt [2]). Ita M. de Flamare quondam Calvinianus et candidatus ministerii ecclesiastici, dein sacerdos catholicus, fructum illius studii, quo adductus est ad veram fidem, exhibuit in opere egregio *Conformité de la Créance de l'Eglise catholique avec la Créance de l'Eglise primitive;* et différence de la Créance de l'Eglise protestante d'avec l'une et l'autre [1]), Rotomagi 1701—8 t. 2 in 12. — Idem solide plane et erudite praestitit David Huguenin literarum divinarum doctor, earumque quondam in reformata universitate duisburgensi professor p. o. et coetus gallici calviniani pastor, in op. *catholicae religionis veritas,* quam ad suae conversionis apologiam ex solo s. Scripturae rationali usu omnibus christianis communi principio analytice demonstrat et ab adversariorum reformatorum telis apodictice vindicat [2]), Coloniae 1703 in 8., quod Clementis XI. approbationem meruit. Opposuit Henr. Hulsius theologiae professor detmoldensis l. inscriptum *Pseudo-catholicae religionis inanitas,* cui respondit Huguenin l. *Henr. Hulsii inanitas* seu l. pseudocatholicae religionis inanitas ab ipso inscripti dissipatio, Coloniae 1704 in 8. — Isaac Papin Blessensis (n. 27. Martii 1657) in secta calviniana quidem institutus, propter suam erga aliter sentientes tolerantiam calvinianis academiae salmuriensis professoribus exosus in Angliam secessit, ordinibusque sacris secundum ritum anglicanum initiatus est (1686). Opere *Essais de Théologie* sur la providence et sur la Grâce, où l'on tâche de délivrer M. Jurien de toutes les difficultes accablantes, qui'il rencontre dans sons système, Francofurti 1687 in 12., iram hujus theologi in se concitavit. Anglia mox relicta, aliquamdiu Hamburgi et Dantisci moratus est, ubi concionatoris munus obiit. Propen-

[1]) Alia opera ei tribuuntur in actis erud. lips. 1715 p. 56 s.

[2]) Praetermittimus Leonardum de Massiot O. S. Ben. e congr. s. Mauri Nobiliacensem († 25. Apr. 1717), cujus extat *Traité du Sacerdoce et du Sacrifice de J. C.* et de son union avec les fidèles dans ce mystère, Parisiis 1708 in 8., in quo disserit quidem adversus Socinianos et protestantes, sed liber magis est asceticus; cf. Mém. de Trév. 1709 IV, 1995—2008 — Hieronymum a s. Paulo O. S. Aug., qui edidit: *Traité du s. sacrifice de la Messe* ou le sacrifice de J. C. dans la s. Messe figuré par ceux d'Abel et de Melchisedech, Lugduni 1703 in 8: — Rouxelin, qui stilo simplici et plano scripsit *Traité de la Divinité de J. Christ* prouvée par des raisonnements tirez des saintes Ecritures de l'Ancien et du N. T., Parisiis 1707 in 12.

[1]) Cf. Raess IX, 1—8; Mém. de Trév. 1701 mens. Maji p. 37; J. des Sav. XXIX, 345.

[2]) Cf. Raess IX, 65—68; Mém. de Trévoux II, 848.

sionem iterum expertus erga religionem catholicam, eam de die in diem fovit excoluitque, donec redux in patriam a Bossueto receptus est cum uxore sua in Ecclesiam catholicam 14. Jan. 1690. Ab eo tempore strenue stetit pro fide catholica scriptis, quae jure meruerunt approbari a Bossueto fidelibusque commendari a Joan. Franc. Paulo de Caumartin episcopo blessensi in epistola pastorali a 1723. Decessit [1]) Papin 17. Jun. 1709. Ejus scripta plane aurea prodierunt collecta Leodii (vere Amstelodami) 1713; melior est editio parisiensis a. 1723 t. 3 in 12. inscripta *Recueil des ouvrages composés* par feu M. Papin en faveur de la Religion, quam curavit ejus uxor, et cui etiam vita est adjecta. Nititur in illis protestantium eliminare praejudicia, quibus imbuti sunt adversus religionem catholicam, hujusque manifestare veritatem. In primis demonstrat 1. protestantes nullam habuisse causam legitimam se separandi ab Ecclesia; 2. absque subjectione Ecclesiae catholicae exhibita regnare tantum incertitudinem et errorem; 3. Ecclesiam catholicam illam, a qua se diviserunt primi protestantes, fuisse tum et modo esse veram Christi Ecclesiam; 4. vel ipsam sanam rationem adigere homines, ut se judicio hujus Ecclesiae tamquam divina praeditae auctoritate subjiciant. Opera forte praecipua sunt: *Les deux voies opposées en matière de Religion, l' examen particulier et l'autorité* (ed. 2), adversus Jurieu [2]); *Réflexions sur les justes bornes de la tolérance chrétienne; haereticorum causa juris methodo cognita et judicata; les Fondemens de la Religion démonstrés* [1]). — Natalis (Noël) Aubert de Versé Cenomanus catholicis natus parentibus medicinae operam dederat. In Bataviam secedens ad Calvinianos defecit atque ad pastoris munus fuit promotus: sed cogitandi licentia semel potitus Socinianorum inhaesit erroribus. Penes ipsos reges et principes delatus fuit tamquam homo periculosus, . blasphemus, impudicus, atque acrem prae ceteris semper adversarium habuit Jurieu. Resipuit tamen iterumque professus est (a. 1690 vel 1691) fidem catholicam († 1714), quam propugnavit [2]) in l. *L'Antisocinien* ou nouvelle Apologie de la Foi Catholique contre les Sociniens et les Calvinistes etc., Parisiis 1692 in 12. Post suam conversionem edidit iterato sed auctam *La clef de l'Apocalypse de s. Jean* ou histoire de l'Eglise chrétienne sous la quatrième Monarchie, Parisiis 1703 v. 2 in 12. (ed. prima est potius specimen a. 1690), quod opus ut falsas Jurieu explicationes refutaret suscepit. Opinatur autem se revera invenisse hujus l. sacri clavem: censet scil. apocalypsi aenigmatice adumbrari originem, progressum et ruinam imperii romani, ut melius intelligatur historia missionis Ecclesiae christianae. Contra sententiam communiorem eam sub Nerone scriptam opinatur [3]).

322. Adversus Jurieu scripsit hortante Clemente XI. Ludovicus Bastide ecclesiastes regius et juris professor. Ediderat fanaticus ille l. cui titulus: *L' accomplissemsnt des Prophèties*, 1686 in 12., in quo non solum nititur

[1]) Cf. Raess VIII, 413—337; Niceron t. III; Feller VI, 390; Mém. de Trév. 1721 II, 665—708; J. des Sav. LXXVII, 167.

[2]) Cf. Mém. de Trév. 1721 II. 790—823 et 1045—1098. Deest quidem operi lima, desunt secundae curae: „Malgré cela, legimus ibidem, l' Ourage est en son genre un des plus clairs, des plus solides et des plus accomplis qui ayent paru jusqu'ici: enfin un chef-d'oeuvre en fait d'abrégé de controverses."

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1724 II, 885—897, ubi de his posterioribus scriptis dicitur, ea non posse satis commendari, quod apta sind ad convincendos vel obstinatissimos incredulos: eaque sufficere ad pariendam auctori immortalitatem.

[2]) Cf. Raess VIII, 438—451, qui opera (12) ante conversionem edita ib. recenset.

[3]) Cf. J. dss Savans XXXI, 52—58. Cf. Bibl. univ. XLVIII, 187.

ostendere, rom. pontificem esse secundum Apocalypsim antichristum, sed ut sibi conciliaret in suo vatiniano adversus Romam odio Judaeos, recoquit millenariorum errorem reditum propugnans Christi ad illud inchoandum, ad liberandos Judaeos atque ad complenda vaticinia messiana. Hac ultima assertione maxime abutebantur deistae adversus religionem christianam, hinc Bastide tria in primis in suo op. *l' incrédulité des Déistes*, Paris 1706 v. 2 in 12., solide praestat: probat scil. 1. in Christo adimpleta fuisse Dei promissa per prophetas facta; 2. refert testimonia a Christi nativitate usque ad Ecclesiae fundationem pro divina ejus missione; 3. explicat vaticinia, quae secundum Jurieu nondum per Christum sunt adimpleta et quibus propterea abutebantur rabbini et deistae, ut negarent Christum esse Messiam [1]). Hoc praecipue praestat in t. altero, qui inscribitur: *L' accomplissement des Prophéties* que Ms. Jurieu ne croit pas encore accomplies et l'Apologie de l'Eglise romaine contre les Ecrits de cet Hérétique; ib. 1712 t. 2 in 12. ed. auctior. — Adversus Masii professoris Hafniensis *Défense de la Religion Luthérienne* contre les Docteurs de l'Eglise Romaine propugnavit Ecclesiae infallibilitatem in omnibus doctrinae capitibus Eleonorus Ant. Languevin theologiae doctor in facultate parisiensi († 20. Jul. 1707) in op. *L' infallibilité de l' Eglise dans tous les articles de sa doctrine* touchant la foi et les moeurs, Paris 1701 t. 2 in 12. Utitur methodo generali ostendens Ecclesiae doctrinam nunquam subisse neque subire potuisse mutationem, eamque deinde applicat singulis controversiis, quae vigent inter catholicos et protestantes, quas ad 45 reducit [1]). — Adversus Benedictum Pictet, praeconem et theologiae professorem genevensem, scripsit Claudius Andry *l' Hérésie des Protestans et la vérité de l' Eglise Catholique* mise en évidence [2]), Lugduni 1713 t. 2 in 12., opus solidum, apte dispositum nitidoque stilo conscriptum. Cum Pictet respondere nisus esset, scripsit Andry *Réplique à Monsieur Pictet,* Lugduni 1716 in 12. Ejusdem auctoris sunt: *La Religion prétendue Réformée,* dévoilée dans plusieurs entretiens d'un Catholique avec un Protestant, ib. 1706 in 12; *Méthode pour traiter avec ceux qui sont séparés de l' Eglise romaine,* ib. 1706. Ceterum hic alius est a Nicolao Andry (Boisregard), qui initio studuerat theologiae, postea tamen animum applicuit medicinae, quam et professus est in collegio regio († 14. Maj. 1742), cujus exstat: *Le régime du Carême,* considéré par rapport à la nature du corps et des alimens en 3 parties, où l'on examine le sentiment de ceux, qui prétendent que les alimens maigres, sont plus convenables à l'homme que la viande: ou l'on traite à ce sujet de la qualité et de l'usage des légumes, des herbages, des racines, des fruits, des poissons, et où l'on éclaircit plusieurs Questions touchant l'abstinence et le jeûne suivant les principes de la

[1]) Cf. J. des Sav. XXXVIII, 47; Mém. de Trév. 1707 II, 670—693 et 751—784, ubi hoc de ipso opere legimus judicium: „Si l'Auteur a sçû dresser un beau plan, il a encore mieux sçu le remplir. Son style est partout vif, nombreux, éloquent: il rapproche les objets avec art, et les montre dans leur plus beau jour; il ne traite point son sujet, comme quelques Auteurs, d'une manière superficielle: il creuse, il découvre de nouveaux sens dans les Prophéties: il dissipe par de nouvelles lumières les ténèbres, que les ennemis de la Religion s'efforcent d'y répandre.“ De altero tomo cf. ib. 1707 IV, 2077—2083. Nostri auctoris exstat diss. *L'explication des Semaines de Daniel* in iisdem memoriis 1708 III, 1581—1601.

[1]) Cf. J. des Sav. XXX, 130—140; Dupin XVIII, 315—318; Mém. de Trév. 1702 mensis Jan. p. 176—185.

[2]) Cf. J. des Sav. LVI, 192; Mém. de Trév. 1717 III, 1385—1402; 1412—1419.

Physique et de la Médecine, entre autres, si l'on doit défendre en Carême l'usage de la Macreuse et du Tabac, Parisiis 1710 in 12; *Traité des Alimens de Carême* [1]), ib. 1713 t. 2 in 12. — Joannes Bapt. Dantecourt canonicus reg. s. Genovefae (n. 1643; † 1718) libro Claudii, ministri famosi calviniani, *Défense de la Réformation,* opposuit *Défense de l'église.* — Jac. Picenino ministrum calvinianum [1]) in Helvetia, qui ediderat: *Apologia per i Reformatori e per la Religione riformata* contro le invettive di F. Panigarola e P. Segneri (in op. l'incredulo senza causa), Curiae 1706 in 4.; refutavit Andreas Semery S. J. Remensis, theologiae moralis per 30 annos professor (n. 8. Febr. 1630; † 25. Jan. 1717) op. *Breve difesa della vera religione,* Brixia 1710 in 4., cui ille opposuit: Il trionfo della vera Religione, Genevae 1712. Concinnavit quoque *triennium philosophicum,* Romae 1674 v. 2 in 12.; auctum 1682 v. 3 in 12; Coloniae 1688 v. 3 in 12. — Jacobus Le Fevre Lexovio-normannus, doctor theologiae sorbonicus, archidiaconus lexoviensis et tandem vicarius generalis archiepiscopi bituricensis, vir multae lectionis, pacis atque concordiae studiosus († 1. Jul. 1716 a. aetatis 71), haec in primis reliquit scripta [2]): *Conférence avec un Ministre* touchant les causes de la séparation des Protestans, Parisiis 1685 in 12., opus quondam magni factum; *Motifs invincibles pour convaincre ceux de la religion prétendue réformée,* Parisiis 1682 in 12., quo in opere nititur pacis amore extenuare discrimina inter catholicos et protestantes omnemque controversiam ad pugnam de verbis et loquendi ratione revocare, unde infert, non esse dissensum in articulis fundamentalibus, ac propterea immerito discessisse protestantes ab Ecclesia romana. Haec nimia indulgentia displicuit Arnaldo, cui propterea Le Fèvre opposuit *Réplique à Mr. Arnauld* pour la Défense du l. des Motifs invincibles [1]), Insulis 1685 in 12; *Nouvelles conférences avec un ministre* touchant les causes de la séparation des Protestants, Parisiis 1685 in 12., liber magni proventus; *Lettres* (7) *d'un docteur* sur ce qui se passe dans les assemblées de la faculté de théologie de Paris, Coloniae 1700 in 12; *Animadversions sur l'histoire ecclésiastique du P. Noël Alexandre,* quarum t. primus prodiit, sed mox suppressus fuit, hinc duo tantum hujus operis exemplaria superesse dicuntur. Ejus *Projet de conférence* sur les matières de controverse appujé de quelques observations sur trois ou quatre points de religion et particulièrement sur le sacrement de pénitence avec 50 questions choisies pour êstre proposèes a messieurs e la R. P. R., proh. fuit 5. Febr. 1681.

323. Jam accedendum est ad eum, quo Galli maxime neque immerito gloriantur, quemque propter ingenii sublimitatem ‚aquilam meldensem' dicere solent, ad Jacobum Benignum Bossuet [2]), qui, dum viveret, ecclesiae gallicanae erat oraculum; protestantium docilium doctor, contumacium malleus. Hic Divioduni 27. Sept. 1627 natus, quam primum adolevit, sine mora in

[1]) Cf. J. des Sav. XLVII, 427—46; LIII, 482.

[3]) Contra Maimburgi historiam arianismi et iconoclastarum scripsit *Entretiens d' Eudoxe et d' Eucharist,* Parisiis 1674 in 12; Coloniae 1683, quorum dialogorum primus igni addictus fuit et Romae prohibitus (24. Oct. 1674). Propter opus admodum satiricum *Antijournal des assemblées de la Sorbonne* ire jussus est in carcerem.

[1]) Cf. Fabricius VI, 542; acta er. 1685 p. 412; Biogr. un. LXXI, 160.

[2]) Alius a Jac. Benigno Bossueto ejus nepote, episcopo trecensi (n. 1664; † 12. Jul. 1743) factioni jansenianae penitus addicto, qui in lucem emisit *Missale s. ecclesiae trecensis* 1736, quod merito damnavit Languet archiepiscopus senonensis: qua de re cf. Dictionnaire des livres jansén. III, 126.

ludum literarium est missus, cum praeclari ingenii praestantia emineret. Studiis humanoribus operam tam assidue dedit, ut *bos suetus* aratro diceretur. Parisios missus philosophiae ac theologiae in collegio navarreo tanto profectu operam navavit, ut annos 25 vix natus doctoratus lauream adipisceretur (9. Apr., secundum alios 16. Maji 1652). Lectione s. Scripturae [1]) et ss. patrum, Augustini maxime, delectabatur. Collationibus practicis cleri parisiensis, quas s. Vincentius a Paulo moderabatur, diligens auditor interfuit, postmodum referens sibi visos esse tanti viri sermones veluti coelitus delapsos. Metensis ecclesiae canonicis jam puer accensitus postea archidiaconus et decanus electus est, hinc in obsequium hujus ecclesiae primos ingenii sui fructus impendere statuit. Frequenter igitur nec sine maximo auditorum applausu et animarum proventu tam Metis quam Parisiis verbum Dei praedicavit, simulque Calvinistarum conversioni erat intentus. Ad conciones etiam eloquentissimas se parabat brevi tantum praemissa meditatione, hinc plures perierunt. A Ludovico XIV. viri eloquentiam admirante ad condomiensem episcopatum (13. Sept. 1669) nominatus est. Quamplurimos suae dioecesis Calvinistas, etiam quosdam praedicantes, necnon Aug. Brueys montepessulanum advocatum, qui prius ipsius expositionem fidei refellere agressus erat, ad verae fidei semitam reduxit, habitoque colloquio cum Claudio [2]) charentoniano praedicante eum non semel elinguem reddidit; ab. Dangeau, Turenne, clarum militum ducem, ejusque neptim de Duras ad verae Ecclesiae sinum revocavit. Tot meritis clarus a Galliarum rege Delphini filii sui institutioni praefectus est (1670), quocirca episcopatum suum ultro dimisit totumque eformando regio principi sese dicavit. Qua occasione familiari usus est consuetudine virorum doctorum, qui tunc Lutetiae Parisiorum florebant, quos etiam penes se in modum academiae congregare solebat, ut de argumentis theologicis, praesertim de ss. literis invicem conferrent. Ipse receptus fuit inter academiae scientiarum socios (1670). Inter praecipuos amicos colebat abbatem de Rancé, rigidissimae congregationis Trappistarum institutorem, quem saepius in sua invisebat eremo. In utilitatem principis, quem instituebat, praeclara plane composuit opera: *Discours sur l'histoire universelle*, depuis le commencement du monde jusqu'à l'Empire de Charlemagne avec la suite de la Religion et le changement des Empires, Parisiis 1681 in 4; 1682 et saepius alibi; 1886 in 12; editioni quintae ib. 1703 adjecta sunt ab auctore additamenta praesertim ad tuendam adversus incredulos s. Scripturae inspirationem. Opus magnificum et eloquens, quod complectitur theodiceam ope historiae. Hujus historiae *continuatio* anonyma prodiit Amstelodami (gallice) 1722; sed tomi 2. et 3. erroribus scatent atque ideo in Hispania fuere prohibiti tamquam continentes propositiones jansenismo faventes, sapientes haeresim, proximas haeresi, scandalosas ac etiam formaliter haereticas [1]). Alia continuatio (at a. 800—1661) edita fuit Parisiis 1806. quae pariter non est genuina. *De la connaissance de Dieu et de soi-même* secundum principia cartesiana, 1722; 1741; *Politique tirée des propres paroles de l'Ecriture sainte* [2]), Parisiis 1709 et Bruxellis in 12;

[1]) Cf. de studio biblico Bossueti opus praeclarum De la Broise Bossuet et la Bible, Parisiis 1891.

[2]) Cf. Fleurii H. E. cont. l. 207 § 57. Prodiit l. *conférence avec M. Claude sur la matière de l'Eglise*, Parisiis 1682 in 12; cui respondit Claudius Hagae Comitum 1683 in 8. Cf. acta erud. lips. 1683 p. 2. Bossueti relatio iterum prodiit 1687 aucta, cum responso ad exceptiones.

[1]) Cf. Jos. a s. Michael II, 511.

[2]) Acta erud. lips. 1171 p. 99—103; Journal des Savans XXXXVI, 282—295.

1717; Parisiis 1721 etc.; quo in op. absolutismum celebrat. In laboris praemium ab eodem rege meldensis episcopus dictus est (1681); etiam Delphiniae principi, postea Burgundiae ducissae ab eleemosynis, regi autem ipsi a secretioribus consiliis fuit (1697).

324. In fidelium, protestantium praesertim bonae voluntatis utilitatem egregium composuit *catechismum* (1670); boni pastoris partes fideliter adimplevit [1]), synodos habuit, plebem sibi commissam verbo Dei sedulo pavit. Instructionum suarum fructus sunt: *Elévations à Dieu* sur tous les mystères de la religion chrétienne, Parisiis 1727 v. 2 in 12., opus posthumum. Pro monialibus scripsit *Méditations sur l'Evangile,* ib. 1731 t. 4 in 12; opus posthumum minori splendore elaboratum. In eorum, quos converterat, utilitatem scripsit 1668: *Exposition de la doctrine catholique,* quae initio per privatas volitabat manus, dein 1671 prodiit e theologorum, quorum consilium petierat auctor, sententia secundis curis recognita et elaborata; 1679 cum apologia plane egregia, et deinceps saepissime; 1686 ed. 12., quae ceteris praefertur. Hic libellus omnium forte Bossueti operum celeberrimum est, innumerorum episcoporum et ipsius Innocentii XI. encomiis collaudatum et approbatum, in plurimas linguas versum, et ipso comprobante eventu ad errantium conversionem admodum utile. Nititur in hoc 60 pag. opusculo non tam doctrinam catholicam probare, quam illam candide, nitide, distincte exponere et proponere seclusis tot protestantium corruptionibus, praejudiciis, figmentis, quibus illam solebant deformare [2]). Innumeri e protestantibus adversus illud calamum strinxerunt. Ita in Gallia Brueys (qui tamen postea amplexus est fidem catholicam), de la Bastide, Noguier, Jurieu, Basnage; in Germania Scultet, Spanheim, Müller, Masius, Fecht, Valent. Alberti etc. Multum quoque contulit ad errantium oculos aperiendos aliud ejus opus insigne et opportunum: *Histoire des Variations des Eglises Protestantes,* Parisiis 1688 t. 2 in 4; 1689 t. 4 ed. bona etc., in qua nitide quidem et eloquenter errorum Protestantismi genesim, metamorphoses, inconstantiam et contradictiones e documentis authenticis aperit et persequitur, sed subinde minus accurate; pacis enim amore ductus totus in id incumbit, ut doctrinarum diversitatem seu oppositionem inter catholicos et protestantes minuat, vel eam aliquoties minus perspicit [1]): sed invicte ex visceribus causae protestantismi falsitatem manifestat. Fuse ibidem et erudite Waldensium, Albigensium, Wicleffitarum, Husitarum etc. enarrat historiam. Hoc opus impugnare aggressi sunt Jurieu et Jac. Basnagius in l. *Histoire de la religion des Eglises reformées,* Roterodami a. 1690 t. 2 in 8. Nec defuit sibi Bossuetus, nam contra Basnage a. 1691 in lucem emisit: *Défense de l'histoire des variations.* Hinc illi enata oc-

[1]) Cf. Griselle de munere pastorali, quod concionando implevit J. B. Bossuet, Paris 1901; Lebarq Hist. critique de la prédication de B. d'après les mscr. autographes et des documents inedits, Lille 1888.

[2]) Cf. plura de hoc libello in op.: Lebensgesch. Bossuets von Bausset übersetzt von Feder I, 174 ss. et inde in Katholik VII, 77—84; Fleurii H. E. l. 206 § 36 ss., ubi etiam prostat approbationis Breve Innocentii XI. De ejus adversariis cf. Buddeus Isagog. historico-theol. l. 2 c. 7 pag. 1258 s.; Fabricius VI, 535.

[1]) Cf. Katholik XXII, 45—75 et 187—201, ubi hujus operis versio germanica a Ludov. Ant. Mayer curata recensetur; Werner Gesch. der apolog. und polem. Lit. IV, 695 ss. Prolixe admodum de eo disputat Rébelliau: Bossuet Historien du Protestantisme, étude sur l'Histoire des Variations, quil. 3 c. 1 omnes editiones et versiones hujus op. recenset necnon et ejusdem adversarios.

casio est opus edendi prolixum: *Histoire de l' Eglise depuis J. Christ jusqu' à présent,* Roterdami 1699 v. 2 in f. Epistolis *pastoralibus* Petri Jurieu opposuit Bossuetus *Premier avertissement aux Protestans* sur les Lettres du Ministre Jurieu contre l'Histoire des Variations: Le Christianisme flétri et le socinianisme autorisé par ce Ministre, Parisiis 1689 in 4., quod alia quinque secuta sunt ib. 1689, 1690 et 1691, scil. 2. *La Réforme convaincue d' erreur* et d'impiété par M. Jurieu; 3. *Le salut dans l' Eglise Romaine* selon M. Jurieu; le Fanatisme établi dans la Réforme par les M. Claude et Jurieu selon la doctrine des Quakers: tout le parti protestant exclu du titre de l'Eglise par N. Jurieu; 4. *la Sainteté et la concorde du mariage chrétien violées;* 5. *le fondement des Empires renversé* par le M. Jurieu; 6. *l' antiquité éclaircie* sur l'immutabilité de l'Etre divin et sur l'égalité des trois personnes divines. L'état présent des controverses et de la Religion protestante etc. Praeter Jurieu et Basnage opus impugnarunt: Allix, Le Vassor, Lenfant, Aymon, Burnet, Turettin, Seckendorf, May etc.

325. Interim Bossuet plura alia adversus protestantes scripsit, in quibus specialia Ecclesiae dogmata tuetur. Aliis praetermissis [1]) huc in primis spectant: *Traité de la Communion* sous les deux espèces contra Jurieu, ib. 1682 in 12., a quo distingui debet *La Tradition défendue sur la matière de la Communion dans une espèce,* opus posthumum (incompletum) Parisiis ed. 1753 in 4. cum aliis, quo respondet exceptionibus contra priorem l. motis. *Lettre pastorale* aux nouveaux catholiques [2]), 1686 in 4; *l' Apocalypse avec une explication* suivie d'un Avertissement aux protestans sur leur prétendu accomplissement des Prophéties, 1689 in 8. (cui addi debent *de excidio Babylonis* apud s. Joannem demonstrationes adversus Sam. Werensfeldium, ib. 1772), ubi pueriles protestantium interpretationes adversus Ecclesiam catholicam refellit. Apocalypsin historice explicat: in ea scil. videt adumbrata Ecclesiae fata ad finem usque mundi [1]). Instruction pastorale *sur les promesses de J. Christ à son Eglise,* ib. 1700 in 12., quae est plane classica; eam excepit altera, in qua respondet Jurieu exceptionibus, 1701 in 12. *Explication de quelques difficultés sur les prières de la Messe* à un nouveau Catholique, Parisiis 1689 in 12. In his operibus omnes mirantur nitidam candidamque doctrinae catholicae expositionem, quae vel sola simplicitate mirabili animum bene dispositum veritatisque amantem movet et commovet atque ad assensum pertrahit; eloquii nitorem atque elegantiam, idearum nobilitatem splendoremque, persuadendi vim plane invictam, ac disserendi rationem alienam ab omni acrimonia, quae pacem ubique spirat intenditque. Multum quoque laboravit in negotio reunionis protestantium cum Ecclesia catholica, quod non sine exitus spe diu in Germania agitabatur exeunte seculo XVII: hinc plures epistolae ultro citroque datae inter ipsum et Leibnitium atque Molanum (Muelen), qui ex protestantium parte hoc pacis negotium gerebant, sed dolendum, om-

[1]) Cf. Werner IV, 660 ss.; J. des Sav. XXX, 182; praef. ed. versal. opp. t. XVIII.

[2]) Similis argumenti Lettres pastorales (3) aux noveaux réunis de son diocèse *sur l' Eucharistie* plane egregias promulgavit Petrus de la Broue Tolosanus, episcopus Miropici (Mirepoix), qui aliquin cum aliquot aliis episcopis a bulla ‚Unigenitus' appellaverat (n. 1643; †1720). Scripsit etiam contra Fénélon et Daniel S. J. *Défense de la grâce éfficace par elle même,* Parisiis 1721 in 12.

[1]) Vigouroux in Diction. 1, 1865; L'Explication de l'A. est considérée comme un ouvrage exégétique d'un haute valeur; un très grand nombre des interprètes catholiques . . . acceptent en grande parties ses idées, spécialement sur la prédiction de la chute de Rome.

nes conatus optato caruisse fructu [1]). Quamvis probe catholicus indulgens nonnihil erat adversus Jansenianos totus deditus conversioni calvinistarum, refutationi quietistarum et damnationi propositionum laxistarum, et hinc minus attentus ad illorum doctrinas [2]). Cum L. Ant. de Noailles ep. Catalaunensis, postea parisiensis, approbasset Quesnellii. *Réflexions morales,* ideoque fuisset reprehensus: scripsit Bossuet apologiae instar pro illo *Avertissement* sur le l. de Réflexions morales, simul tamen ultra 120 propositiones emendandas censuit: quae cum non corrigerentur illud suppressit. Non prodiit [3]) nisi post ejus mortem sub titulo a Jansenianis inscripto: *Justification des réflexions sur le N. T.*, Insulis 1710. Constat tamen eum temporis lapsu et progressu controversiae sectae illius spiritum reprobasse. Quare dolendum est plura ex ejus mss. incidisse in manus sui nepotis aliorumque editorum spiritu janseniano infectorum [4]), qui etiam nonnulla sectae jansenianae contraria suppresserunt, ut scriptum *de formulario Alexandri VII.*, cui prorsus adhaesit, et orationem panegyricam in s. Ignatium Loyola.

326. Aliam controversiam habuit cum piissimo archiepiscopo cambracensi Fenelonio, in qua Bossuetus alioquin adeo pacatus et modestus nimia usus est acrimonia [1]). Damnaverat Bossuetus cum episcopo cabillonensi scripta Joannae Mariae Bouvieres de la Mothe Guyon, piae alioquin feminae, quod continerent doctrinas falsae et periculosae ascesis quietismo Molinosii recens damnato affines. Huc spectat ejus *Instruction sur les Etats d' Oraison,* où sont exposés les erreurs des faux Mystiques de nos jours, avec les Actes de leur condamnation, Parisiis 1697 in 8., cujus p. altera prodiit non nisi 1897 cur. Lévesque inscripta: *Principes communs de l'oraison chrestienne.* Partes 3—5, quas promiserat, forte nunquam composuit. Damnationem noluit Fénelon subscribere, imo in illius feminae favorem scripsit l.: *Explication des Maximes des Saints* sur la vie intérieure [2]),

[1]) Cf. de hoc negotio Werner l. c. p. 753 ss.; Roskovány de rom. pont. II, 756; X, 396 ss.; scripta huc spectantia reperiuntur in edit. versal. t. XXV. XXVI; in primis Kiefl der Friedensplan des Leibniz zur Wiedervereinigung der getrennten christl. Kirchen, Paderborn 1903; Braig hist. Jahrb. 1905 p. 715—36. — De Christophero Rojas de Spinola O. Min. episcopo neostadiensi († 1694), qui magnam in his negotiationibus habuit partem, cf. O. KLopp KL. XI², 620—25.

[2]) Cf. Rohrbacher hist. univ. l. 88 § 5; de Maistre de l'Eglise gallic. l. 2 c. 11; Ingold. Bossuet et le Jansénisme Notes historiques, Parisiis 1897.

[3]) Cf. hac de re episcoporum rupellensis et lucionensis literas pastorales, quibus Bossueti memoria vindicatur et hujus libri suppositio demonstratur, in Fleurii hist. eccl. l. 215 § 77; l. 219 § 60. Fontana, Bulla Unigenitus theologice propugnata, Proleg. c. 4; Diction. des ll. jans. II, 19; 363.

[4]) Hinc subinde dubitare licet, an ejusdem opera posthuma ita ex ejus manibus prodierint, prouti modo edita habentur. Cf. de l. *Elévations à Dieu* sur tous les mystères de la Religion chrétienne, dictionnaire des livres jansén. II, 24; ib. III, 46. de ejus *meditationibus,* quae pluribus episcopis dicuntur ib. minus probatae, adeo ut illas fidelibus non permiserint; Feller II, 110. Dubium crescit post ea, quae referuntur in fol. lit. Lit. Handweiser 1862 c. 122, diligenti scil. inquisitione in Bossueti mss. in archivio imperiali reposita repertum fuisse, vix esse paginam operum Bossueti (posthumorum) non aliqua in re ab originali mss. dissonam, hinc editionem a Vivès adornandam primam fore, quae genuinum exhibeat Bossuetum.

[1]) Cf. Bossueti apologiam de ejus hac in controversia agendi ratione in Laemmer *Meletematum romanorum mantissa* sect. VI. Cf. Nisius Zeitschr. f. kath. Theol. VIII. (1884), 663 ss.

[2]) Librum probaverat Edm. Pirot Antisiodorensis n. 12. Aug. 1631, doctor sorbonicus, canonicus parisiensis et ecclesiae Dominae N. cancellarius († 4. Aug. 1713), sed cognita Bossueti censura approbationem reprobavit. Hujus auctoris pro-

Parisiis 1697 in 12. Contra quam mox prodiit *Declaratio* ill. et rev. Ecclesiae principum Lud. Ant. de Noailles archiep. paris., J. B. Bossueti ep. meld., et Pauli de Godet des Marais ep. carnot. contra l., cui titulus est: *Explication* etc., Parisiis 1697 in 4. Fénelon in sui l. defensionem quatuor scripsit *epistolas* ad archiep. parisiensem, Parisiis 1697 in 12; *responsum* ad hanc declarationem, 1698 in 12; *instructionem pastoralem,* 1697 in 4. et *quinque epistolas* ad ep. meldensem, qui interim scripserat *Sommaire de la doctrine* du livre qui a pour titre: *Explication des Maximes des Saints* etc., des conséquences qui s'ensuivent; des défenses et des explications qui y ont été données, Parisiis 1697 in 12; *Relation sur le Quiétisme,* ib. 1698 in 8, opusculum hac in controversia praecipuum, stilo et succincta concinnitate eximium, cum pluribus aliis, quae collecta prodierunt sub inscriptione: *Réponse de M. l'Evêque de Meaux aux Lettres et Ecrits de M. l'Archévêque de Cambray* etc., ad quae Fénelon non tacuit, editis saltem adhuc 16 epistolis, responsis etc. adversus Bossuet et aliis 4 adversus episcopum carnotensem [1]). Verum Bossuetus effecit, ut 60 doctores Sorbonae duodecim propositiones ex Fenelonii l. censurae subjicerent, ac ipse liber archiepiscopi cambracensis ab Innocentio XII. cum 23 prop. damnaretur 12. Martii 1699, cui damnationi piissimus praesul humillime se subjecit. Hinc ea controversia finem accepit.

327. Novae controversiae et quidem diurturnae per 25 annos occasionem praebuit Richard Simon, de quo mox plura. Ediderat Simon impetrata approbatione, imo facta Ludovico XIV. dedicatione, *Histoire critique* du V. T. Inciderunt quaedam impressionis folia in Bossueti manus, qui iis perlectis exhorruit malesanas opiniones ea contentas effecitque sua auctoritate, ut praemisso novo examine tota editio 1300 exemplarium deleretur. Pollicitus quidem est Simon operis retractationem, sed quin illud emendaret prodiit Amstelodami 1680, imo et alia ejusdem opera ibidem lucem aspexerunt, in quibus Bossueto maxime displicuit patrum contemptus; quare cogitavit de iis vindicandis scripsitque *Défense de la Tradition et des ss. Pères.* Verum nimium occupatus controversia cum Fenelonio ea ipso vivente non prodiit, sed nonnisi a. 1753 (Parisiis) lucem aspexerunt ll. 12, l. 13. edidit primum Vives 1862 in *Oeuvres inédites* de B. In iis Augustinum, quem Richard innovationis in doctrina de gratia et de praedestinatione, accusat,

---

diit Parisiis 1859 *Diss. sur le Concile de Trente,* in qua probat concilium fuisse receptum in Gallia sicut etiam decretum conc. florentini de romani pontificis auctoritate. Cf. Feller VII, 12.

[2]) Cf. de hoc aliisque ad hanc controversiam spectantibus op. Fleurii H. E. contin. l. 212 § 68 ss. J. des Sav. XXV, 755; XXVI, 243; 498—517; 688; XXVII, 243; XXVIII, 747; A. E. L. 169, p. 132—153., ubi etiam damnationis sententia Innocentii XII. refertur; p. 20—39. Bossueti scripta hoc de argumento reperiuntur t. 27—30 op. ejusdem. Cf. Libouroux Controverse entre B. et Fén. au sujet du quiétisme de M. Guyon, Paris 1876; Chérot Autour de Bossuet. Le Quiétisme en Bourgogne et à Paris en 1698, Paris 1901. Etiam Guilelmus Felle O. Praed. Neustrius († 1710) contra Quietismum edidit: *La ruina del Quietismo e del amor puro,* Genuae 1702, quae tamen prohibita fuit 11. Oct. 1703 propter nimiam ut videtur acrimoniam. In eo l. impugnat prop. 68 Molinosii, et in p. altera 23 ab Innocentio XI. damnatas; in p. 3. statuit theoremata 161 pro monialibus, ut sibi ab illius illusionibus caveant. Praefigit op. suam imaginem, sub qua haec leguntur: „F. G, Felle aetatis suae magister Dominicanus ser. Joannis III. Polonorum regis eleemosynarius post magnae partis Africae, maximae Asiae et fere totius Europae perlustrationem 30 ll. auctor, apprime vero PP. Soc. Jesu addictissimus." Ex his opp. vix unum vel alterum adhuc innotuit, ut *brevissimum fidei propugnaculum,* Venetiis 1684. Cf. Pfülf Zeitschr. f. k. Theol. XXI (1897).

tuetur, ejus doctrinam exponit et cum praecedenti traditione consensum ostendit, patrum graecorum fidem vindicat, effata minus bene sonantia excusat. Contra Richardi versionem gallicam N. T., quam fidelibus suis prohibuit, quod fidelis non esset, quod esset temeraria et scandalosa, edidit binas literas pastorales *Instruction* sur la Version du N. T. imprimée à Trévoux, Parisiis 1702 in 12; *seconde Instruction* sur les passages particuliers du Traducteur avec une diss. préliminaire sur la doctrine e la critique de Grotius 1703 in 12. Aequi tamen limites videtur excessisse in hac controversia.

328. Nominis sui celebritatem obscuravit Bossuetus, quod ex nimia erga regiam majestatem obsequentia et facilitate famosam cleri gallicani declarationem[1]) adversus romani pontificis jura a. 1682 comprobaverit ac prolixo defendere nisus sit opere: *Defensio declarationis celeberrimae,* quam de potestate ecclesiastica sanxit clerus gallicanus 19. Martii 1682; ex speciali jussu Ludovici M... scripta et elaborata[2]), nunc primum in lucem edita summoque studio ad fidem autographi cod. exacta, Luxemburgi 1730 in 4., ed. mendis inquinata, exhibens Bossueti opus, quod ipse supressum voluerat, ideoque magna ex parte jam retractaverat. Hinc episcopus Trecensis ejus nepos eam reprobavit. Genuinam ed. Amstelodami 1745 t. 2 in 4 secundum manuscriptum ut dicitur Bossueti recognitam cum introductione et annotationibus curavit Ch. F. Leroi. Sed en et haec editio non videtur exhibere genuinum Bossueti opus prouti reformatum e sua prodiit manu; nam apparuit nova editio inscripta: *Gallia orthodoxa* d'après l'Autographe de Bossuet, Bruxellis 1889, in qua magna defensionis pars continetur[1]). Ceterum in ipsis comitiis sua moderatione illorum factionem cohibuit, qui infensiores erant in pontificum romanorum jura praeclarumque habuit sermonem de Ecclesiae unitate (Parisiis 1682). Licet Bossuetus hac in quaestione constantiam episcopo dignam non exhibuerit, tamen in redarguendis vitiis magnorum, etiam regis, zelus ipsi non defuit, adeo ut huic ejus monita molesta essent. Cursum tandem suum absolvit annos 76 natus 12. Apr. 1704. Necesse non est encomia ipsi undique tributa afferre, cum nemo sit qui ignoret, Bossuetum e Gallorum sententia primum forte inter suos theologos locum merere. Bossueti *opera*[2]) col-

[1]) Cf. de historia hujus declarationis Gérin Recherches historiques sur l'assemblée du clergé de France de 1682, Parisiis 1868. Cf. Gapp Zeitschr. f. k. Theol. II (1878), 609—32.

[2]) De hoc op. bene (sicut generatim de historia hujus declarationis) scribit Katholik 1866 II, 296: „Dass nicht klare, ungetrübte Ueberzeugung ihn an dieser Doctrin festhielt, das beweist der nicht überwundene Dualismus in seinem Denken und Reden, auf welchen wir früher aufmerksam gemacht haben; das beweist die Schüchternheit und Furchtsamkeit, womit er an seiner defensio zwanzig Jahre lang arbeitete, verbesserte, umarbeitete und dieselbe endlich doch ganz verborgen gehalten wissen wollte, damit sein Ruhm nicht gefährdet würde; das beweist endlich das Verfahren in seiner defensio, welches an vielen Stellen so sophistisch, rabulistisch und protestantisch ist, dass man mit de Maistre ausrufen möchte: *Ich suche Bossuet und finde ihn nicht.* Ein Glück ist es für Bossuet, dass wir sagen können, Vieles, was in seinem Werke steht, sei nicht aus seiner Feder geflossen, oder würde doch in der späteren gänzlichen Umarbeitung desselben, die man unterschlagen hat, anders gelautet haben, und die Aeusserungen, die er auf seinem Todbette gethan haben soll, seien von seinem nichtswürdigen Neffen erlogen."

[1]) De relatione variarum recognitionum et editionum hujus operis cf. praef. edit. ultimae et exinde Roskovány de rom. pont. VI, 963—69.

[2]) Plura de ipso ejusque operibus dabunt Bausset Histoire de Bossuet, Versaliis 1814 v. 4 in 8; 1819; Mém. de Trév. 1704 IV, 1901—1931; Dupin XVIII, 158—176; Niceron t. 2; Biogr. univ. V, 225—

lecta prodierunt Venetiis 1736—1757 v. 10 in 4., quae tamen collectio complectitur tantum opera gallice scripta, ac nonnisi quae vivente auctore edita fuere; hinc editio minoris pretii, quia incompleta mendisque multis typographicis obnoxia; Parisiis 1743—1753 v. 12 in 4., quibus accesserunt v. 5, quae defensionem declarationis cleri gallicani complectuntur, et v. 3 opera posthuma, proinde v. 20, editio bona, exacta ideoque jam majoris pretii. Notandum tamen est, priora 12 v. cum jam omnia exempla fuerint divendita, iterum fuisse impressa 1747—1749, sed mendose; Avenione 1766 et 1768 v. 22 in 8., quorum ultimo adjecta est *vita* Bossueti auctore Burigny (quae non est magni momenti). Aliam editionem inchoavit Carolus le Queux, quam eo defuncto 1768 continuavit Joan. Petrus Déforis, sed non absolvit († 1794). Eam oneravit prolixis et superfluis praefationibus, annotationibus, tabulis etc.: nimia audacia Bossueti sententias carpit, suas opiniones propugnat, neque debita crisi in edendis praesulis scriptis usus est: unde haec editio (incompleta) communi consensu improbata fuit; *Oeuvres de Bossuet évêque de Meaux* revues sur les manuscrits originaux et les éditions les plus correctes, Versaliis 1815—19 t. 43 in 8; Parisiis 1836 v. 12 in 4; 1862—66 v. 31 in 8, omnium optima, integra et fidelis; 1885 t. 10 in 8. ed. 2; Baroduci (Bar le Duc) 1862—1870 v. 12 in 4. *Oeuvres oratoires* (inter quae eminent sermones funebres) de B. ed. critique complète par l'abbé L. Lebarq Paris et Lille 1890—95, prima ed., in qua habentur omnino genuina, cum secundum editorem nulla hactenus editio exhibuerit fideliter textum originalem; *opera selecta* et opuscula ed. Gazier, Parisiis 1903; *Oeuvres inédites* de B. ed. Menard, ib. 1881—83 t. 2. De plerisque hujus praesulis operibus jam egimus[1]): ex reliquis potiora tantum attingemus: *Liber psalmorum* additis canticis cum notis (brevibus, accuratis, perspicuis et plane eximia diss.), Lugduni 1691 in 8., cum *supplemento,* quod addidit sequenti operi: *Libri Salomonis,* Proverbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus; accesserunt ejusdem supplenda in Psalmos, Parisiis 1693. De notis post longiora e praefationibus in hos sacros libros excerpta, ita scribunt A. E. L. a. 1694 p. 411: „De notis ipsis id dicendum venit, quod breviores sint ut plurimum, sententiasque usui accomodent ac Scripturas Scripturis sedulo illustrent. Equidem in Cantico prolixiorem paulo sese auctor exhibet, cum ubique genuinum adducat sensum, historicum alterum, quem ipse vocat proximum, de Salomonis et sponsae aegyptiacae, alterum allegoricum et mysticum, de Christi et Ecclesiae beato conjugio castisque deliciis. In postremo tamen prosequendo non tam suos quam patrum exponit sensus, quorum non me-

246; Tabaraud Supplement aux histoires de Bossuet et Fénelon par de Bausset, où les textes cités dans ces histoires sont rétablis dans leur intégrité et les faits remplacés dans leur ordre convenable, Parisiis 1822 in 8; Le Dieu († 1713) Mémoires et journal sur la vie et les ouvrages de Bossuet, ib. 1856 v. 4 in 8; Floquet († 3. Aug. 1881) Etudes sur la vie de Bossuet jusqu'à son entrée en fonction en qualité de précepteur du Dauphin (1627—1670) Paris 1855 t. 3 in 8. ouvrage couronné; B. précepteur du Dauphin; ib. 1864; Reaume, Histoire de J. B. B., Parisiis 1869 t. 3; Lansou Bossuet Parisiis 1891; Jovy 1903; Revue Bossuet Paris 1900—5 t. 6. Döllinger cum additionibus Weinand in Kl. II, 1132—48. Contra fabellam calumniosam Bossuetum clam uxorem duxisse cf. Bausset I, 429 ss. et hinc in Katholik 1827 II, 257—274. De variis edit. cf. Polybiblion 1887. 1, 479; Bourseaud Hist. et description de msc. et des edit. orig. des oeuvres de B. etc., Paris 1897; Vacant Dict. de théol. II, 1049—89; Feret V, 57—119.

[1]) Urbain Biblioth. de bibliographies critiques, Bosset, Paris 1899.

diocrem apparatum cum invenerit, etiam in optimis quibusque seligendis amplum facere segetem inductus est. Sicubi tamen et in reliquis efflagitare necessitatem opinatur, calamo suo frena laxat uberius etc.« *Explication de la Prophétie d' Isaïe* sur l'enfantement de la sainte Vierge et du Psaume 21. sur la Passion et le délaissement de notre Seigneur[1]), Paris 1704 in 4; *De doctrina concilii tridentini* circa dilectionem in sacramento poenitentiae requisitam. Ceterum in re morali rigidiorem sequebatur sentiendi rationem, probabilismum aversabatur auctorque fuit, ut clerus galllicanus in comitiis a. 1700 habitis prop. 127 laxitatis titulo reprobaret[2]). *Mémoire* de ce qui est à corriger dans la Bibliothèque des auteurs ecclésiastiques de M. Dupin (op. XXX, 475—518); *Remarques sur l' histoire des Conciles d' Ephèse et de Chalcédoine* de M. Dupin (ib. 519—636), in quo scripto ostendit Dupinium primatus auctoritatem impugnare, et inexacta narratione minuere honorem hisce debitum conciliis; *traité de l' Usure* (ib. 643—698); Tr. *de la concupiscense* 1731.

329. A Bossueto separari non debet Fénélon, aliud episcopatus gallici lucidissimum sidus[3]), qui minus operibus theologicis, quam virtutum exemplis claruit. Editus est in lucem Franciscus de Salignac de la Mothe Fénelon in arce patria Fénelon in provincia petrocoricensi die 6. Aug. 1651. Absolutis studiis theologicis in seminario s. Sulpicii et suscepto presbyteratus ordine infirmorum curae triennium consecravit, per decennium curam gessit magno cum zelo atque prudentia illarum feminarum, quae fidem amplexae erant catholicam, cujus curae fructus fuit libellus egregius et plane utilis: *De l' Education des filles*, Parisiis 1687 in 12. Hoc tempore familiari consuetudine utebatur Bossueti atque Fleurii. Aliquamdiu etiam missionarium egit in Vendea, ubi suo zelo atque apostolica plane caritate plurimos e protestantibus ad veram reduxit Ecclesiam. Ab a. 1689 per plures annos magna solertia in instituendis Burgundiae duce aliisque regiis filiis occupatus fuit, in quorum utilitatem plura egregia et utilia condidit opuscula: *Dialogues des Morts* composées pour l'éducation d'un Prince[1]), Parisiis 1712 in 12; 1718 t. 2 in 12; *Abrégé des Vies des anciens Philosophes* avec un Recueil de leurs plus belles Maximes, ib. 1726 in 12; Amstelodami cum praecedenti 1727 in 12., opus non absolutum; *direction pour la conscience d' un roi*, 1734; Parisiis 1774 in 8. Eminenti sua prudentia virtutisque exemplo puerum illum indolis periculosae et malorum morum in egregium plane principem, qui aliis esset admirationi, commutavit. In archiepiscopum cameracensem designatus est 4. Febr. 1695. De ejus cum Bossueto circa purum Dei amorem controversia jam supra egimus p. 760. Propter hanc (et l. *Aventures de Télémaque*, qui ipso inscio prodiit Hagae 1699; 1716 ed. jam 8. et alibi, opus celeberrimum et admodum vulgatum) ita regis excidit gratia (1699), ut ex educatorum principis numero deleretur, neque unquam am-

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1704; IV, 2078; J. des Sav. XXXII, 483; R. de la Broise SJ. Bossuet et la Bible, Paris 1891.

[2]) Cf. Döllinger-Reusch, Gesch. der Moralstreit. 1, 273 ss.

[3]) Cf. Praelatis hujus aevi illustribus accensetur Stephanus Le Camus Sorbonae doctor (1658), qui post vitam liberiorem rigidam egit poenitentiam tota sua vita. Factus est episcopus gratianopolitanus et ab Innocentio XI. cardinalis 1686 († 12. Sept. 1707). Strenue vindicavit b. Mariae virginitatem (Lugduni 1680) ediditque *Ordonances*, Paris 1690. Dolendum eum nimis addictum fuisse Arnaldo et rigidiori jansenistarum praxi. Cf. Bellet Hist. du card. Le Camus, Paris 1886 in 8; Feret IV, 153—160; Bauer KL. II, 1705.

[1]) Cf. J. des Sav. LI. 208.

plius colloqui posset cum eodem: qui tamen grato animo semper praeceptori optimo fuit addictus. Cum ab Innocentio XII. ipsius liber *Explication des Maximes des Saints* sur la vie intérieure damnatus fuisset 12. Martii 1699, ipse 25. Martii damnationis decretum publice legit, promulgavit eique se ex corde sincere subjecit, errores suos ore et edita instructione pastorali revocavit et fidelibus sibi concreditis severe prohibuit, ne quis librum suum vel legeret vel penes se retineret, quo praeclarum virtutis et filialis subjectionis exemplum praesentibus et absentibus, aequalibus et posteris dedit[1]). Non minora virtutum specimina dedit egregius hic pastor in formando clero et pascendo suo grege. Indefessus erat in visitanda dioecesi, in frangendo pane verbi Dei oviculis suis. Cum illa in regione grassaretur bellum, tenera pietate vel in palatium suum recepit milites vulneratos, eos invisit, fovit, alimenta iis suppeditavit, quo et hostium adeo promeruit aestimationem, ut a diripiendis ipsius horreis et ditionibus abstinuerint. Ecclesiae causam adversus Jansenianos egregie curavit. Mortem ejus universa luxit Gallia, luxit et Clemens XI. dolens ejusdem merita et virtutem non honorasse purpura[1]). In ejus epitaphio inter alia legimus:

Antistitum norma
Gregem sibi creditum assidua fovit praesentia,
Verbo nutrivit, erudivit exemplo, opibus sublevavit.
Exteris perinde carus ac suis,
Gallos inter et hostes cum esset medius,
Hos et illos ingenii fama et comitate morum sibi devinxit.
Maturus coelo
Vitam laboribus exercitam
Claram virtutibus meliore vita commutavit
Septimo Januarii a. 1715 a. aetatis 64.

330. Ex ejusdem operibus[2]), quae stilo praesertim nitido, nobili, suavi, candido et aperto, vere classico excellunt[2]), huc maxime spectant: *Traité du Ministère des Pasteurs*, Parisiis 1688 in 12., l. plane insignis, in quo evincit

[1]) Cf. Refert Feller III, 549: Pour donner à son diocèse un monument de son repentir il fit faire pour l'exposition du Saint-Sacrement un Soleil porté par deux Anges, dont l'un foulait aux pieds divers livres hérétiques, sur un desquels était le titre du sien, quoique cette qualification n'eût été donnée à aucune des propositions condamnées." Refert etiam summum pontificem scripsisse quibusdam Galliae praelatis: „Peccavit excessu amoris divini: sed vos peccatis defectu amoris proximi." Cum nonnulli ei consulerent, ut ad divertendam a se tempestatem vicissim deferret quasdam Bossueti propositiones ad sedem apostolicam, respondit: *Moriamur in simplicitate nostra.* De ejus doctrina et de hac controversia cf. Prunner KL. X, 687 ss.; Fleurii HE. Contin. l. 213 § 68 ss.; prae primis Del planque Fénélon et la Doctrine de l'amour pour etc. Lille 1907 diss. insignis.

[2]) Cf. Niceron 38; Biogr. univ. XIV, 285—303.

[1]) Plura de ipso cf. in Vie de Fénélon, par Marq. de Fénélon, 1734; Bausset op. infra cit.; Ramsay, vie de Fénélon, Hagae 1723 in 12; Amstelodami 1729; St. Simon histoire de Louis XIV; Rohrbacher l. 88 § 4; Gosselin Histoire littéraire de F., Parisiis 1843; Broglie, Fénélon à Cambrai d'après sa correspondance (1699—1715), ib. 1884 et accurata biographia auctore Weinand KL. IV, 1327—48; Études LXVII (1895) 542—69; Boutié SJ. Fénélon, J. Druon Fénélon etc., ib. 1906 t. 1.

[2]) Cf. Lutz, Kirchenlex. IV, 7 ed. 1., ubi inter alia scribit: „Schon in diesen ersten Arbeiten erkennt man das Leichte und Schimmernde, das alle seine Werke auszeichnet, die fruchtbare und bezaubernde Einbildungskraft, die Alles beherrscht, ohne ihr Uebergewicht fühlen zu lassen, den natürlichen, sanften, eindring-

protestantes legitima carere missione; plures egregiae *instructiones pastorales* adversus Jansenistas, inter quas eminent (quatrième) *instruction pastorale,* où l'on prouve que c'est l'Eglise, qui exige la signature au Formulaire et qu'en exigeant cette signature, elle se fonde sur l'infallibilité, qui est promise pour juger des Textes dogmatiques, Valenciennes 1705 in 12; *instruction pastorale* sur le. L. intitulé: Justification du silence respectueux, ib. 1708 in 8., etiam latine ib. 1709 in 12; *instruction pastorale* en forme de dialogues, Cameraci 1714 in 12; augmentée de quelques dialogues, ib. 1715 in 12; *Lettres au P. Quesnel* s. l. 1710 (m. 50), contra hujus l. *Denunciatio solemnis* bullae clementinae, quae incipit ‚Vineam Domini Sabaoth;' *Démonstration de l'existence de Dieu* tirée de la connaissance de la Nature et proportionnée à la foible intelligence des plus simples, Parisiis 1713 in 12., iterum cum additionibus Tournemini 1713 in 12., Amstelodami 1713; Parisiis 1719 in collectione *Oeuvres philosophiques* p. 1., cui adjecit: *Démonstration de l'existence de Dieu et de ses Attributs* tirée des preuves intellectuelles et de l'idée de l'infini même; 1726 ed. optima[1]). *Réfutation du système de la nature et de la Grâce* 1820 contra Malebranche (cf. p. 729); *Lettres sur divers sujets concernant la Religion et la Métaphysique*[1]), scil. de existentia Dei ejusque cultu, de Ecclesia vera, de animi immortalitate et libertate etc., Parisiis 1718 in 8; *Réflexions* sur la Rhétorique et sur la Poëtique, Amstelodami 1717; Dialogue *sur l'Eloquence en général* et sur celle de la chaire en particulier, ib. 1718. *Oeuvres Spirituelles,* quae sublimem complectuntur ascesim, Antwerpiae 1725 v. 5 in 8; Amstelodami 1731 v. 5 in 12 etc. Opera *omnia* collecta prodierunt Parisiis 1787—92 v. 9 in 4., ed. incompleta; 1810 v. 10 in 8. et 12; Tolosae 1809—11 t. 19 in 8; Versaliae 1821 ss. t. 21; Narbonae 1826 t. 12; Parisiis 1827—30 t. 38; 1831—34; 1852 t. 10 in 4., ed. optima cum historia literaria et Histoire de Fénélon composée sur les Mss. originaux par de Bausset, quae jam antea prodierat Versaliae 1817 t. 4; Parisiis 1856.

331. Tandem ad eos devenimus, qui in *Gallia* adversus *Jansenianos*[2]) decer-

lich feinen, edlen und wohlgeordneten Fluss der Rede, der ihm so eigen ist, den klaren, angenehmen und bestimmten Ausdruck, der über die verwickelsten Gegenstände Licht verbreitet." Voltaire de eo ita habet: „Son imagination s'échauffait par la candeur et par la vertu, comme les autres s'enflamment par leurs passions; sa passion était celle d'aimer Dieu pour lui même" (hist. pol. Bl. LXVII, 888).

[1]) De hoc opere scribit Werner, der h. Thomas von Aquin III, 615; „Seine Ausführungen lassen sich in einem ähnlichen Tone an, wie Malebranche's Méditations chrétiennes und haben in Augustin's Soliloquien ihr Vorbild; sie sind nicht bloss Meisterwerke des Gedankens, sondern es ist der ganze innere Mensch, der Mensch voll Phantasie und Gemüth, voll erhabener Anmuthungen und ergreifender Regungen, welcher in diesen philosophischen Meditationen forscht, denkt, dichtet und betet." Cf. Bibliothèque choisie XXVI. 226—233.

[1]) Bibliothèque ancienne et moderne X, 180—213.

[2]) His in Gallia accensendi sunt: Nicolaus Fontaine Parisinus, alumnus Portus regii, Arnaldi, Nicolii et Saci familiaris († 1709 a. aetatis 84), qui opera s. Chrysostomi sat male gallice vertit (Pariis 1682—90), quae versio magnos motus civit (cf. acta er. lips. 1694 p. 47) et proh. fuit 27. Maj. 1687. Delatus apud archiep. parisiensem palinodiam conscripsit, in qua profitetur se in sua versione ex ignorantia et inscitia in errores incidisse, sensumque s. doctoris adulterasse, hinc retractationem praefixit t. v. suae versionis. Cf. Fleurii H. E. contin. l. 211 § 44 ss. Collegit insuper *explicationes in N. T. ex s. Augustino* et aliis patribus latinis, Parisiis 1675 v. 2 in 8. (gallice) et alias deinceps; scripsitque *Vies des Saints de l' A. T.* cum considerationibus ex ss. patribus excerptis

tarunt. Praeter eos, quorum jam passim fecimus mentionem, nominandus in primis est Stephanus Dechamps S. J. Avaricum, quae Biturigum Cuborum metropolis et Aquitaniae caput est, patria ei fuit 11. Sept. 1613. Missus est puer duodecim annorum ad collegium Soc. J. bituricense, ut literis imbueretur. Erat in eo ingenium acre et praestans, memoria tenax, studium discendi ac proficiendi sincerum, sed et praeclara indoles, domestica nativaque comitas, integritas morum cum magna pietate conjuncta. Ab a. 1635—40 grammaticam et literas humaniores docuit, quo tempore tragoediam composuit pro discipulis tanto successu, ut fama pervenerit ad Richelieu card., qui propterea voluit, ut ea in suo palatio Parisiis spectanda exhiberetur. Ad studia theologica vocatus ea absolvit publice (1645) propugnatis thesibus; quibus recens editus Jansenii liber *Augustinus* impugnabatur. Jansenii quidem nomine abstinuit, verbis superiores haereticos petens, reipsa Jansenii latus ubique fodicans. Magnus factus est hac occasione disputatorum amicorum et adversariorum concursus, totusque fuit in eo noster theologus, ut evinceret Jansenium sua a prioribus hausisse haereticis, iisdem utrosque niti principiis, easdem deducere conclusiones, iisdem illas argumentis fulcire, iisdem antiquorum testimoniis et eodem modo corruptis aut detorits confirmare. Magnam prodidit hac occasione judicii acrimoniam, disputandi peritiam, doctrinae profunditatem. — Prae primis Jansenii opinionem de libertatis natura confutandam suscepit: hinc enata est: *Defensio censurae s. facultatis parisiensis* latae 27. Jun. a. 1560 seu disp. theologica de libero arbitrio, qua evincitur merito a s. facultate haereseos damnatam esse propositionem hanc: „Libertas et necessitas eidem conveniunt respectu ejusdem, et sola violentia repugnat libertati hominis naturali,“ sub nomine Ant. Ricardi, Parisiis 1645 in 8. Liber tres complectitur partes, in quarum 1. ostendit novum de libertate dogma totum ex recentioribus haereticis insigni plagio acceptum esse; in 2. docet, novum dogma, etsi ab antiquioribus haereticis verbis distet, reipsa tamen consentire, adeoque pariter cum illis a patribus et conciliis damnatum esse; in 3. denique evincit novum dogma condemnatum esse a posterioribus conciliis, rom. pontificibus, s. Thoma etc. Ed. 3. multum aucta prodiit jam a. sequenti adjunctis etiam qq. 4 scil. de amore Dei in omnes homines, de morte Christi pro omnibus hominibus etc.; Coloniae 1650 (ed. 5). Quanti fieret hic liber Romae, inde patet, quod s. inquisitionis nomine scripserit (28. Dec. 1647) unus cardinalium ad ill. Belgii internuncium, „quod sufficeret ad confutandos adversarios circa novas Jansenii opiniones opus A. Ricardi impressum Parisiis a. proxime elapso.“ Aggredi illud nisus est Libertus Fromondus (cf. III[3], 1039), alter Jansenii libri editor, sub Vincentii Lenis nomine edito scripto, cui titulus *Theriaca*. Mox occurrit Dechamps *responsione ad objectiones vincentianas*, qua Vinc. Lenis theriaca praesentissimum esse venenum demonstratur, Parisiis 1648 in 4., in quo ostendit ad accusationem furti adhuc nihil omnino responsum: deinde proditam a Fromondo Jansenii causam, substituisse in locum istius sententiae sententiam aliam nihil meliorem, quae esset perinde ac janseniana a conciliis, patribus ac theologis damnata: modo adversarium facete ac ingeniose irridet; modo acriter perstringit, ubique tam pulchre hominem dedolat, ut merito dubites plusne scriptoris eloquentiam an rationum pondus et perspicuitatem mireris; sitne, quem

Parisiis 1683; 1685 t. 4 etc. cf. Feller III, 616. — Ludovicus Hideux doctor et professor sorbonicus († 1720), qui acriter se opposuit bullae ‚Unigenitus‘.

legis, orator magis an theologus. Non tacuit Fromondus duplex opponens scriptum: uni respondit Dechamps, alterum contempsit[1]). Ut vero pluribus prodesset, quae hactenus latine latius disputaverat, ea compendio gallice contraxit in l. *Le secret du Jansénisme desconvert et réfuté* par un Docteur catholique, Parisiis 1651; ed. auctior 1653 cum responso ad Jansenianorum exceptiones. Iterum recognitus: *Tradition de l' Eglise catholique* et de la fausse Eglise des hérétiques du dernier siècle sur la doctrine de Jansénius touchant le libre arbitre et la grâce[2]), Lugduni 1711. Cum interim Romae agitaretur Jansenii causa et quinque propositionum damnatio parabatur, majus jam opus moliebatur Dechamps, ut una cum sententia pontificia hujus etiam vindiciae prodirent: hinc primum suum opus, de quo egimus, ad incudem revocavit, auxit, expolivit atque edidit inscriptum *de haeresi janseniana* ab apostolica sede merito proscripta ll. 3, opus a. 1645 sub A. Ricardi nomine inchoatum, exinde bis locupletatum, quinquies (sexies) editum, Parisiis 1654 in f.; ex ipso auctoris autographo auctius et emendatius cura et labore P. Steph. Souciet (cum auctoris vita), Lutetiae Par. 1728 in f. Liber 1. inscribitur Jansenius haereticorum plagiarius; 2. Jansenius cum haereticis damnatus; 3. Jansenius haereticorum exemplo s. Augustini patrumque corruptor[3]).

332. Eo tempore philosophiae, dein per quinquennium docendae theologiae in collegio claromontano praeficitur, qua occasione orationem habuit *de s. Augustino theologorum Aristotele* sive doctrinae s. Augustini in rebus theologicis auctoritate, Parisiis 1656 in 4., etiam inter selectas orationes panegyricas PP. S. J., Lugduni 1673. Postquam Wendrockius (i. e. Nicole) suas in Montaltii literas vulgavit notas (1659), in lucem emisit *quaestionem facti*, utrum theologorum S. J. propriae sint istae sententiae: Prima, ex duabus opinionibus probabilibus possumus sequi minus tutam; secunda, ex duabus opinionibus probabilibus licitum est amplecti minus probabilem, Parisiis 1659 in 4; etiam in suppl. theologiae moralis P. La Croix sub titulo: Ad tract. V. mantissa seu quaestio facti etc., ed. Coloniae 1752 et in edit. opusculorum P. Viva, quam curavit Zaccaria. Ostendit sententias illas plurimos tueri episcopos, doctores parisienses veteres, qui illas etiam solemni decreto approbarint, Thomistas quam plurimos atque ex aliis religiosis ordinibus theologos: unde illas, quamvis a doctis Soc. J. theologis defendantur, non tamen esse eorum proprias concludit, auctoresque amplius 90 numerat, quorum multi ante natam societatem illas opiniones docuerint; ac Wendrockium ejusque in explicandis patribus futiles cavillationes, in iisdem corrumpendis temeritatem et audaciam identidem probe castigat. Ne in extrema quidem aetate, cum mens debilior multa ignosci sibi postulat, indiguit indulgentia. Decessit 31. Jul. 1701 a. aetatis 88. Paupertatis admodum erat amans. In victu, vestitu et in omni cultu corporis nihil admisit unquam, ne in extrema quidem senectute, nisi quod passim omnibus dabatur, imo et ex his nonnulla sibi denegabat. Nunquam ne ab amicis quidem invitatus induci aut cogi potuit, ut rheda uteretur: etiam cum ingravescente ob aetatem corpore ad amicos in remotissimis urbis amplissimae regionibus habitantes pronus in socium incumbens reptaret, pedes semper ivit[1]).

[1]) Cf. libellos hujus controversiae occasione editos apud Sommervogel II, 1864.

[2]) Cf. Acta E. L. 1690 p. 337—45.

[3]) Cf. Werner, Franz Suarez I, 264 ss.; Jour. des Sav. XC, 54 ss.; Suppl. ad acta nova lips. I, 589—93.

[1]) Prodierunt Coloniae 1689 in 12.

333. Adversus eosdem Jansenianos quaedam[1]) scripsit Michael le Tellier S. J. Normanus (n. 16. Dec. 1643), socius academiae inscriptionum et literarum humaniorum, inde maxime notus, quod esset a confessionibus Ludovico XIV. (1709—1715), ideoque objectum irae et omnis calumniae, praesertim Jansenianis, qui ipsi tribuebant, quidquid rex contra eos decerneret. Hinc etiam post regis mortem agente Noailles Parisiis secedere coactus est († 2. Sept. 1719). Auctor censendus est, teste P. Le Long, *versionis gallicae bibliorum N. T.,* quae sub Dom. Bouhours nomine prodiit. Parisiis 1697. 1703 t. 2. Idem edidit scripta et doctas observationes in versionem N. T. montensem contra Ant. Arnaldum, quibus egregie invehitur in damnabilem eorum praesumptionem, qui Scripturae testimonia Ecclesiae auctoritate firmata corrigere vel emendare quovis audent praetextu. Praeter multa alia ipsius est *Recueil historique* des bulles et constitutions, brefs, décrets et autres actes concernant les erreurs des ces deux derniers siècles tant dans les matières de la foi, que dans celles des moeurs depuis le s. Concile de Trente jusqu'à notre temps, Montibus (Rothomagi) 1698; 1710 in 8., ed. 5. aucta. Haec collectio impressa fuit ministerii regii impensis. — Joannes Brun (n. 1660; † 1719) socius academiae lugdunensis, philosophiae et theologiae professor scripsit: *Les cent et une propositions* extraites du l. des Réflexions morales du P. Quesnel sur le N. T. qualifiées en détail, Bruxellis 1718 in 12. — Hilarion Monnier O. S. Ben. insignis concionator († 17. Maj. 1707) scripsit *Lettres* (7) *addressées à M. Dedan* contre le système de M. Nicole, où il prouve que St. Augustin est la règle, qu'on doit suivre dans les matières de la grâce, 1710. — Guido Drappier Bellovaci per 59 annos parochus († 1716 a. aetatis 91), Quesnelli fautor, pro quo plura scripsit, qui reliquit *Traité des oblations,* Parisiis 1685 in 12; *Tradition de l'Eglise touchant l'Extrême Onction,* où l'on fait voir que les Curez en sont les Ministres ordinaires: ouvrage rempli d'observations sur la discipline de l'Eglise, Lugduni 1699 in 12; *Gouvernement des diocèses en commun,* Basileae (Rothomagi) 1707 v. 3 in 12; *Règles très importantes* tirées de deux passages . . . rapportés par M. de Marca . . . et des anciens papes pour servir d'éclaircissement a l'examen du l. du P. Bagot (cf. p. 68), 1656; 1658, in quo tuetur, romanum pontificem citra ordinarii permissionem nullam exercere posse functionem ecclesiasticam neque ad hoc delegare posse religiosos, ideoque opus prohibitum fuit 30. Jan. 1659; ipse vero de Marca conquestus est de abusu suorum verborum. — Oliverius Desbors des Doires presbyter rothomagensis, aliquamdiu Oratorii sodalis, scripsit *la Science du Salut* ou traité dogmatique sur le nombre des Elus, Rothomagi 1701 in 12; 1728, retractatum et multum auctum a Troya d'Assigny editum sub titulo: *La Fin du Chrétien* ou traité dogmatique et moral sur le petit nombre des Elus, Avenione 1751 t. 3 in 12. — Denique Hermann Kratt-

Lettres (8) *du Prince Conti* ou l'accord du libre arbitre avec la grâce de J. Christ enseigné par son Altesse sérénissime au P. Dechamps Jésuite ci devant premier Professeur en Théologie (ipsius principis) . . . avec plusiers autres pièces sur la même matière (scil. 9 ep. P. Dechamps, quibus principi respondet). In his princeps († 1666) doctrinam Societatis Jesu non sine doctrinae et eruditionis laude impugnat seque Thomistam profitetur (cf. acta erud. lips. 1689, 428—435); sed. P. Souciet epistolarum genuinitatem in dubium revocat: eae certe nonnisi diu post princips mortem opera Jansenianorum in lucem prodierunt, non Coloniae, ut titulus ementitur, sed furtim in Gallia.

[1]) Cf. Sommervogel VII, 1911—19; Fell KL. VII, 1854—51; Biogr. univ. XXIV, 340; Bliard S. J. Les Mémoires de Saint Simon et le P. Le Tellier, Parisiis 1891.

mann OP. patria *Danus* est, qui in Gallia degebat. Ad fidem catholicam conversus[1]) totum se Danorum conversioni dicavit, quorum plurimos ad veram reduxit fidem pro qua et libros edidit; se propterea dicebat nationum septentrionalium eleemosynarius († 1704).

334. Ex *Oriente* memoria sunt digni Faustus Naironus Maronita, Abr. Ecchelensis (p. 120) nepos, linguarum syriacae et arabicae in vaticana bibliotheca scriptor et illius in archigymnasio romano professor († 3. Nov. 1707), et Mich. Ang. Farolfus O. Min. Ille scripsit *Evopliam fidei catholicae romanae historico-dogmaticam* ex vetustissimis syrorum seu chaldaeorum monumentis erutam, Romae 1694 in 8, 1699, in qua probat orientalium ecclesiarum cum romana consensum variorum operum editorum pariter ac in primis ineditorum testimoniis. Ipsum autem opus tribus constat partibus. Et in prima quidem orientalium ecclesiarum differentiam breviter exponit, quarum alias haeresum labe infectas, alias a fidei catholicae tramite nunquam descivisse memorat. In secunda p. harmoniam romanae Ecclesiae cum orientalibus ostendit et quidem quoad numerum sacramentorum et quoad singula sacramenta. In tertia parte agit de Ecclesia, rom. pontifice, de purgatorio, de crucis adoratione, de reliquiarum et sanctorum cultu, de peregrinationibus, de libero arbitrio et merito bonorum operum, de gratia Dei, de lege aliisque fidei articulis, in quibus omnibus Ecclesiam romanam convenire cum orientalibus demonstrat[1]). Vertit latine officia sanctorum juxta ritum ecclesiae Maronitarum, ib. 1656; 1666 in f.; disseruit quoque *de origine, nomine ac religione Maronitarum,* ib. 1679 in 8. Liturgiarum excerpta. R. Simoni communicavit. — Michael Angelus Farolfus O. Min. Chandace in urbe Cretae natus est. Sub celebri Franc. a s. Augustino Macedo omnium disciplinarum curriculum absolvit variisque functus est muneribus etiam munere concionatoris pontificii. Assumptus est (1711) ad episcopatum tragurien sem in Dalmatia († 1715). Scripsisse dicitur *synopsim eorum, quae ad Graecorum cum latinis controversias pertinent.* Sed utrum prodierit, non indicatur.

[1]) Cf. Raess VIII, 582 ss. Ante ordinis ingressum dicebatur Berthel Erichsen.

[1]) Cf. Acta erud. lips. Suppl. II, 545—552. Renaudot de eo magni contemptus significatione loquitur, ut liturg. orient. coll. II, p. 85 „eum, ait, talem non fuisse, ut istarum rerum idoneus judex haberi posset;“ et p. 161 hominem vocat nihil minus quam theologum. Innotuit etiam, quod primus ediderit discursum *de saluberrima potione cahue* seu *caffée nuncupata,* Romae 1671.

III. Disciplinae ad ss. literas spectantes.

335. Haudpauci hac periodo eas excoluerunt disciplinas, quae *isagogicae* dici possunt viamque sternunt ad solidam ss. literarum interpretationem. Inter hos tres praesertim magnam nominis celebritatem sunt adepti, scil. Richard Simon, Bernardus Lami et Cherubinus a s. Joseph. Horum prior[1]) natione Gallus in lucem prodiit

[1]) Cf. elogium praemissum ejus ep. selectis, Amstelodami 1730 et in J. littér. III, 225; Fabricius III, 400—8; Niceron I, 231 ss.; X p. 1 pag. 21; p. 2 pag. 58 ss.; Grafs in op. Strassburger Beiträge zu den

Dieppae 13. Maji 1638. Adolescens annorum 20 congr. Oratorii est ingressus, quam tamen nondum completo novitiatus anno reliquit (1660). Theologiae incumbens quanti sit momenti profundum s. Scripturae studium advertit, hinc magna alacritate addiscendis se dedit linguis originalibus s. textus. Ad Oratorium rediit (1662), eique permissum fuit, ut fere omne novitiatus tempus impenderet studiis. Propter tam insolitum studium librorumque prohibitorum lectionem penes plures e sodalibus in novitatis suspicionem venit: quare de ineunda Soc. Jesu cogitavit: jamque inter tirones recipiendus erat, cum e consilio superioris, qui ejus fovebat studia, sententia destitit. Munus ei fuit commissum conscribendi catalogi bibliothecae librorum orientalium, qua congregatio donata fuit. Magna alacritate ad opus se accinxit, diligenterque pervolvit codices. Simul etiam frequenter invisit bibliothecas regiam et colbertinam. Suscepto presbyteratus ordine 1670, edidit *fidem ecclesiae orientalis* seu Gabrielis metropolitae philadelphiensis opuscula (4) cum interpretatione latina et notis, Parisiis 1671 in 4; 1686, quo in op. nititur ostendere ex libris praesertim msc. vel nondum latio donatis consensum ecclesiae orientalis cum occidentali in fide de eucharistia. Plura autem ex Coptarum liturgiis et Nestorianorum scriptis testimonia adducit, nec pauca circa liturgias orientales observavit erudite, quae nemo ante observaverat[1]). Verum ejus scripta multarum molestiarum ei fuere causa: atque propter suam historiam criticam V. T. dimissus fuit ex Oratorio (1678). Quare Bollvillam primum secessit, dein Dieppam (1682) et urbe hac eversa Parisios (1694). Cum vero hic novas pateretur impugnationes, in patriam rediit, ubi tamen tranquillitatem optatam non invenit. Cum enim magistratus in ejus scripta inquireret, hac postulatione offensus eadem tradidit igni comburenda. Ita fructu tot sudorum et mediis literariis destitutus, tot molestiis exacerbatus ac moerore confectus in febrem incidit letalem, qua consumptus decessit 11. Apr. 1712. Non desunt tamen quibus haec narratio fabula videtur.

336. Multa sunt ejusdem opera (40), quorum plura sub ficto nomine et loco impressionis non assignato prodierunt, ita tamen ut facile ipse eorum agnosceretur auctor. Praecipua sunt: *Cérémonies et coustumes* qui s'observent aujourd' hui parmi les Juifs, traduites de l'italien de Léon de Modène, Rabbin de Venise, avec un supplément touchant les Sectes des Caraites et des Samaritains de nostre temps, Parisiis 1674 in 12. sub nomine Recared Simeon, dein sub nomine de Simonville ib. 1681 adjecta *Comparaison des Cérémonies des Juifs et de la discipline de l'Eglise*[2]), Hagae 1682 ed. 3; Lugduni 1684 et alibi; etiam in op. De caeremoniis et ritibus omnium populorum, Amstelodami 1723 t. 1. *Voyage du Mont Liban* traduit de l'italien du R. P. Jérôme Dandini († 1634 cf. III, 880 a.) nonce en ce pays là, où il est traité tant de la créance et des coûtumes des Maronites, que de plusieurs particularitez touchant les Turcs et de quelques lieux considérables de l'Ori-

theol. Wissenschaften, Jenae 1847 1, 158—252; Bernus († 1904) Richard Simon et son Histoire Critique du V. T., Lausannae 1869, et pro operum catalogo accuratissimam ejusdem Notice bibliogr. sur R. S. Basilieae 1882, quae continetur etiam Bibliogr. Oratorienne auctore Ingold p. 121—63; Masson The French Oratorians R. S., Londini 1866; Henr. Margival Rich. S. et la critique bibl. au XVIIe siècle in Revue de Hist. et Lit. relig. t. 3. et 4., Paris 1898 s.; Batterel Mém. domest. IV., 233—95. Alius autem est a Richardo Simon, de quo infra.

[1]) Cf. Renaudot in praef. coll. lit. orient. t. 1. De op. J. des Sav. III, 1—5.

[2]) Cf. A. E. L. 1683 p. 135—39.

ent, avec des remarques sur la Théologie des Chrétiens du Levant et sur celles des Mahométans, Parisiis 1675 in 12, Hagaecomitum 1684. Minus tamen feliciter judice Renaudot versatus est in suis annotationibus circa ritus et disciplinam sectarum Orientis conjecturisque plus nimio indulsit. *Histoire critique du vieux Testament*, Parisiis 1678, ed. agente Bossueto (cf. p. 762) mox suppressa et igni tradita, unde ea est rarissima; Amstelodami 1680 (ed. mendosa); latine interprete Aub. de Versé, ib. 1681 in 4. (pariter mendosa ed.); Roterodami 1685 ed. ceteris praeferenda, utpote quae non tantum accuratior et ad primam paris. adornata, sed et praefatione apologetica, observationibus criticis et commentationum quarundam, quibus historia haec critica occasionem praebuit, accessione est locupletior; proh. 1. Dec. 1682. Nititur in hoc op. ostendere, Moysen auctorem esse non posse omnium eorum, quae leguntur in libris ipsi tributis, ideoque Pentateuchum, qualis nunc exstat, scribis Esdrae tempore esse tribuendum. Insuper nimia libertate versionem carpit vulgatam[1]). Constat vero tribus ll., quorum 1. tractat de textu hebraeo bibliorum inde a Moyse usque ad nostra tempora; 2. de praecipuis bibliorum versionibus; 3. de modo bene vertendi biblia deque obscuritate Scripturae, cum judicio de commentatoribus bibliorum tam judaicis quam christianis; tandem subjungitur catalogus et praecipuarum editionum biblicarum et auctorum judaicorum (in quo tamen, Wolfio judice bibl. hebr. p. 337, multa sunt emendanda) aliorumque parum notorum, qui hoc in opere sunt allegati. Hanc historiam impugnarunt de Veil quondam Judaeus, demum anabaptista († 1700) et Spanheim, quorum scripta cum Simonii responsione[1]) recepta fuere in ed. a. 1685; impugnarunt etiam Vossius (cf. infra p. 786), Colomiès, Basnage, Le Vassor aliique, quos diligenter recenset Bernus. Inter hos eminet Clericus[2]), qui fuit auctor l. *Sentimens de quelques théologiens de Hollande* sur l'Histoire Critique du V. T., Amstelodami 1685 in 4., cui ille occurrit[3]) Réponse au L. etc. Outre les Réponses . . . on trouvera . . . de nouvelles preuves et de nouveaux Eclaircissemens pour servir de supplément etc., sub nomine prioris de Belleville (ubi quondam parochum egit), Roterodami 1686 in 4. (proh. 22. Sept. 1687). Sub hoc nomine ib. 1687 pariter edidit *De l'inspiration des Livres sacrés,* cui adjecit illud Réponse. Cum vero Clericus iterum contra eum scripsisisset, occurrit *Réponse* au l. intitulé Défense des sentiments de quelques theologiens de Hollande etc. Adversus Dupin, qui eum impugnaverat tacito nomine in *Nouvelle Bibliothèque* des Auteurs Ecclésiastiques t. 1., edidit *Dissertation Critique sur la nouvelle Bibliothèque des Auteurs Ecclésiastiques*, où l'on établit en même temps la vérité de quelques principes, que l'on a avancés dans l'Histoire Critique du V. T., sub nomine Joan. Reuchlin, Francofurti 1688 in 12., quam diss. admodum auctam et annotationibus illustratam iterum edidit Steph. Souciet S. J. Parisiis 1730 t. 4 in 8.

[1]) Cf. Martianaei notae ad s. Hieronymi op. ed. Migne 23, 1550 ss. Ceterum hanc opinandi, judicandi, carpendi libertatem seu licentiam, unde non sine delectu et cautela legendus est passim in eo notant auctores.

[1]) Cf. Acta erud. lips. 1682 p. 94—104; 1686 p. 100—104.

[2]) Hic semel atque iterum examini subjecit historiam criticam textus N. T. Rich. Simonii, quod repetitum examen auctum edidit Henr. Majus, Francofurti 1708 in 4., de quo cf. J. des Sav. XLVII, 289 ss.

[3]) Cf. A. E. L. 1686 p. 432—444 et 1687. p. 367—372 de opere mox sequenti.

337. *Histoire critique du nouveau Testament,* où l'on établit la Verité des Actes sur lesquels la Religion Chrétienne est fondée, Roterodami 1689 in 4. In hoc op. initio ll. N. T. defenditur veritas contra haereticos veteres; tum agitur de titulis Evangeliorum ceterorumque ll. N. T.; de ll. suppositis Christo et apostolis, singillatim de ll. N. T., de lingua, qua usi sunt Christus et apostolorum tempore Judaei in territorio hierosolymitano habitantes, de Nazaraeorum et Ebionitarum secta, de loco 1. Joan. V, 7; de Judaeorum aliorumque objectionibus contra religionem christianam, de citationibus locorum V. T. contra Grotium, Spinozam, Perronium et theologos lovanienses et duacenses, de exemplaribus graecis N. T., in specie de Cantabrigiensi, de veterum exemplarium dispositione etc. Hujus veluti continuatio est[1]); *Histoire critique des versions du N. T.,* ib. 1690. Docetur in hoc opere, qui fuerit mos lectionis ll. sacrorum in ecclesiis principalibus; agitur de versionibus N. T. in genere, de usu linguae peregrinae in Ecclesia et loco 1. Cor. 14, 9 ss.; de singulis versionibus in varias linguas, etiam de recentioribus in specie, de exemplaribus vulgatae, de praefationibus sub nomine b. Hieronymi ll. N. T. praemissis, de correctoriis bibliorum, de dispositione lat. bibliorum s. Hieronymi in codd. mss., de melioribus editionibus bibliorum latinorum, de quibusdam recentioribus scriptoribus, qui composuerunt observationes criticas in varias sectiones bibliorum latinorum etc.[2]), utrumque opus proh. 22. Sept. 1693. Supplementi instar adjecit *Nouvelles observations* sur le texte et les versions du N. T., ib. 1695 in 4., quo in op. aggreditur, sicut jam antea versionem montensem. *Histoire critique des principaux commentateurs du N. T.* depuis le commencement du Christianisme jusqu'à notre temps. ib. 1693 in 4. Hujus libri scopus est regulas sanae hermeneuticae tradere propositis celebriorum interpretum exemplis ac simul indicando sive eorum dotes sive vitia. Qua occasione Augustini doctrinam et auctoritatem multum deprimit, patrum vero graecorum, quasi Augustino contrariam extollit, atque ita explicat, ut ipsi haud immerito in semipelagianismi atque negati peccati originalis suspicionem venerint. Quare Bossuetus, qui eum hujus duplicis erroris reum palam declarat, in ipsum calamum strinxit[1]), ut supra jam diximus (p. 762). *Novorum Bibliorum polyglottorum synopsis,* Ultrajecti 1684 in 8., in qua describit Biblia polyglotta parisiensia et londinensia, quidque illis addi posset; quod etiam praestat in *Ambrosii ad Origenem epistola* de novis Bibliis polyglottis, ib. 1685 in 8. Novum excogitavit bibliorum polyglottorum exemplar, quod tamen mansit ineditum. *Disquisitiones criticae de variis per diversa loca et tempora Bibliorum editionibus,* quibus accedunt castigationes theologi cujusdam parisiensis ad opusc. Is. Vossii de sibyllinis oraculis et ejusdem responsionem ad objectionem nuperae criticae sacrae, Londini 1684 in 4; *opuscula critica* adversus

[1]) Cf. J. des Sav, XXIII, 593—601. De ipso vero opere cf, A. E. L. 1689 p. 114—120, et de sequenti 166—271.

[2]) Cf. A. E. L. 1690 p. 91—98 et 128 134.

[1]) Advertit tamen Gener theol. dogmatibo-schol. t. 3. p. 2. tr. 2. l. 3. pag. 360 in annot: „Profecto (nisi mea fallit memoria et diligentia) nusquam Simonius in suo tr. diserte negavit peccatum originis, aut quidquam ex propria sententia constituit contra veram rationem ejus peccati ipsiusque propagationem; nec usquam Bossuetus in suo vel unum decretorium attulit textum ex Simonio, qui oppositum ad evidentiam concluderet, sed ea duntaxat produxit argumenta, quae id ipsum mea opinione probabiliter utcunque suaderent, minime vero persuaderent ac manifeste convincerent etc." Cf. de ipso opere acta erud. lips. 1693 p. 107—113.

Is. Vossium anglicanae ecclesiae canonicum; defenditur s. codex et b. Hieronymi translatio, Edinburgi 1685 in 4; proh. 22. Sept. 1687. Perstrinxerat nimirum Simon Vossium versioni LXX interpretum plus quam sibi par videbatur tribuentem, eam enim censuit inspiratam: hinc Vossius edidit *responsionem ad iteratas Simonii objectiones,* cui rursus Simon assumpto Hier. le Camus nomine obvium ivit in *judicio de nupera Is. Vossii ad iteratas Simonii objectiones responsione,* Edinburgi 1685 (proh. 22. Sept. 1687). Sed ne tum quidem sibi tacendum putavit Vossius edita iterum responsione ad tertias Simonii objectiones.

338. Alia ejusdem opera sunt: *Bibliothèque Critique* ou Recueil de diverses pièces critiques, dont la plupart ne sont point imprimées ou ne se trouvent que très-difficilement, publiées par M. de Sainjore, qui y a ajouté quelques Notes, Basileae 1709 t. 4 in 12; prohibita ab auctoritate ecclesiastica (17. Jan. 1713) et agente Renaudot a politica propter animum maledicum in ordines religiosos aliasque personas, qui ubique se prodit[1]). In ea iterum proponit suas opiniones singulares et male securas, quas jam toties in aliis operibus statuerat. Adversus ea quae habet de testimonio Josephi Flavii pro Christo (t. 2) disputat Honoratus a s. Maria t. III, 464—90. Operis veluti continuatio est: *Nouvelle Bibliothèque choisie,* où l'on fait connaitre les bons Livres en divers genres de Littérature et l'usage qu'on en doit faire[2]), Amstelodami (Parisiis) 1714 t. 2 in 12. *Histoire de l'origine et du progrès des revenus ecclésiastiques* où il est traité selon l'ancien et le nouveau droit de tout ce qui regarde les matières bénéficiales, de la régale, des investitures, des nominations et des autres droits attribués aux Princes, sub nomine ascititio Hieronymi a Costa, Francofurti 1684 in 12; ib. (Rotomagi) 1691; Utrecht 1697; (Rotomagi) 1706 ed. aucta t. 2 in 12; quod opus est fructus animi male affecti in Benedictinos[1]), proh. 15. Jan. 1692; *Histoire critique de la créance et des coûtumes des nations du Levant,* sub nomine de Moni, Francofurti (Rotomagi) 1684 in 12; 1693; Trivultii 1711, proh. 3. Dec. 1685. *La créance de l'Eglise Orientale sur la Transsubstantiation* avec une réponse aux nouvelles objections de M. Smith[2]), où l'on fait voir que Cyrille Lucar Patr. de CP. . . . a été un Imposteur, Parisiis 1687 in 12. *Lettres choisies de M. Simon,* où l'on trouve un grand nombre des faits anecdotes de Littérature, Amstelodami (Trivultii) 1700—1705) t. 3 in 12; t.

[1]) Cf. de hoc op. Bibl. choisie t. 18 a. 3, et Bibl. ancienne et moderne t. 1 a. 6

[2]) Haec tamen tribuitur Nicolao Barat Biturícensi, ejus discipulo et socio academiae inscript. et hum. lit. († 1706). Est vero fructus copiosae bibliothecae librorum rariorum et singularium, quas ille collegerat et complectitur plurimas diss. ad s. Scripturam spectantes. Symbolam suam contulit Barat ad ed. Glossarii hebr. universalis Lud. Thomassini (cf. p. 422) et *Bibliae sacra* J. B. du Hamel (cf 660). Cf. Levesque in Dict. de la Bible ed. Vigouroux 1, 1249; Tallemant Hist. des l'Acad. de inscr. 1, 345.

[1]) Cf. A. E. L. 1684 p. 497—505.

[2]) De quo l. legimus in praef. t. 4 operis Perpétuité de la foy: „Il réfute M. Smith assez solidement; mais on est fort éloigné de déférer à sa critique sur les attestations, qui se trouvera examinée dans cet ouvrage, et encore moins à plusieurs faits répandus dans ses Lettres, sur lesquels on est très-assuré qu'il s'est trompé." Hinc praesertim t. 5 l. 9 c data opera scripta Simonii, quae orientem spectant, censurae subjiciuntur et in pluribus graviter carpuntur, ac in genere statim ab initio statuitur: „Dans les autres (ouvrages praeter itinerarium P. Dandini), même dans ceux qui ont paru avec approbation, il a avancé plusieurs choses, qui non seulement sont contraires à la vérité, mais dont les conséquences sont si périlleuses, qu'il est difficile de comprendre qu'elles aient échappé à la diligence des examinateurs."

1. admodum est mendosus[1]), ut Simonius ipse de hac ed. conquestus sit corruptionisque eam arguerit. Prodiit iterum 1702 aucta et annotationibus illustrata; optima est ed. Amstelodami 1730 v. 4 in 12, quam curavit Ant. Aug. Bruzen de Martiniere addito elogio historico[2]). *Versionem N. T. gallicam,* quam adornaverat (Trevoux 1702 t. 2 in 8; 1703 t. 4 in 8.), prohibuerunt Noailles card. et archiep. (1702), Bonnet et Bossuetus[3]), imo et congregatio Indicis 19. Jul. 1703, opus nunc rarum. In ea negaverat ex. gr. magorum adorationem fuisse religiosam et latreuticam, quam tamen opinionem emollivit in historia critica N. T. Alios textus dogmaticos enervat, alios non satis fideliter vertit, locutiones usu ecclesiastico consecratas contemnit, commentario continentur explicationes temerariae, periculosae, traditioni contrariae etc. Contra eam scripsit Lib. Fassonius diss. *de cultu J. Christo a magis exhibito* adv. R. Simonium et Sam. Basnagium (in thes. theol. Zachariae IX, 739). *Antiquitates Ecclesiae orientalis* cl. vir. Card. Barberini, L. Allatii, L. Holstenii, Jo. Morini, Abr. Ecchelensis etc. diss. epistolicis enucleatae, quibus praefixa est Jo. Morini Congr. Or. vita, Londini 1682 in 8. Haec tamen vita satira potius est in Morinum universamque Oratorii congregationem; adjectae sunt plures ejusdem Morini epistolae sed admodum mendose, diss. vero derivatae sunt ex schedis P. Amelotte. *Lettres critiques* (11) où l'on voit les sentimens de M. Simon sur plusieurs ouvrages nouveaux publiés par un gentilhomme alleman, Basileae (Rotomagi) 1699 in 12., admodum rarae, quibus crisis continetur amarulenta ed. opp. s. Hieronymi a Martianay adornatae. Novam ed. curavit emendatam et auctam op.: *Moiens de réunir les protestans* avec l'église romaine, auctore Camus (III[3], 987 a.), Parisiis 1703. Ex his omnibus liquet fuisse Simon eruditum, laboriosum, sagaci atque critico praeditum judicio, unde et pater scientiae criticae, quatenus ea spectat ss. literas, audit[1]): sed negari simul nequit eum fuisse in suis opinionibus satis singularem nimiaque opinandi, judicandi, carpendi libertate imo licentia abreptum, unde non sine delectu et cautela legendus est. Plures graves auctores in hoc Joannis Bapt. Gener[2]) conspirant judicium nonnihil durum: „Ego, si quid assequor, pene dixerim, heic Simonium, sicut et alias in editis commentariis, potius audacem ac summopere intemperantem criticum et ignarum theologum, quam tenacem acatholicum sese ostendere. Compertum quip-

[1]) Cf. J. des Sav. XXX, 430—436; acta E. L. 1701 p. 116—126; 1731 p. 422.

[2]) Fuit Ant. M. Bruzen de Martinière Simonis cognatus Dieppae n. 1683 et ab diligenter institutus. In geographia erat bene versatus, hinc de ea plura reliquit et ab Hispaniae rege dictus est historiographus regius. Inter plurima ejusdem opera reperiuntur *Traités géographiques et historiques* pour faciliter l'intelligence de l'Ecriture S., 1730 t. 2 in 12. († 19. Jun. 1749). Cf. Feller 2, 224.

[3]) Cf. J. des Sav. XXXI, 105—120; acta E. L. 1704 p. 79—85.

[1]) Erst der bekannte Oratorianer R. Simon, ita Welte, IV[2], 317, hat das Verdienst, der historisch-kritischen Einleitung ihre Aufgabe klar und bestimmt vorgezeichnet zu haben, indem er sie als eine kritische Geschichte der biblischen Bücher bezeichnete, wohl zu unterscheiden von einer mehr oder weniger summarischen biblischen Geschichte mit beigefügten introductorischen Bemerkungen und Erörterungen über die biblischen Schriften. Mögen immerhin seine gewagten Hypothesen, seine rationalisirende Richtung und extreme Haltung in Behandlung biblischer Bücher wie profaner grossen Tadel verdienen, der biblischen Einleitung hat er doch ihre rechte Bahn gewiesen, und so sehr er auch anfänglich von katholischen und protestantischen Gelehrten bekämpft und verfolgt wurde, so sind doch seine Leistungen später nach Verdienst gewürdigt und für die Behandlung der biblischen Einleitung massgebend geworden.

[2]) Theol. dogm. schol. III, 360 a.

pe est apud eruditos, eum linguarum orientalium peritissimum[1]) quidem, theologiae vero perparum callentem fuisse: tum in scriptis res theologicas et biblicas concernentibus quaestiones intricare[2]), inepta dubia in sublimiora mysteria ingerere, horum probationes attenuare vel eludere, traditionis certitudinem infirmare, patres passim reprehendere atque ex tripode judicare, protestantium interpretationibus inhaerere, doctrinae integritatem ac perpetuitatem ambiguam reddere, occidentales patres cum orientalibus pugnantes exhibere. Quare id genus opera a judicibus romanis nigro theta inusta sunt.«

339. Alter, quem supra nominavimus, est Bernardus Lami (Lamy) Cenomani a. 1640 mense Junio natus. Annum agens 18. cong. Oratorii ingressus totum se Deo et Ecclesiae mancipavit. Peracto Lutetiae novitiatu, quo admodum in virtutibus profecit, in collegio salmuriensi a P.-Car. de la Fontenelle philosophiam audiit, inde Vindocinum ad humaniores literas docendas est missus. Tum a. 1664 in juliacensem academiam commigravit ibique humanitatem ac rhetoricam docuit. Adepto presbyteratu (1667) absolutoque theologiae biennio (1671) philosophiam tradidit Salmurii, mox Andegavi. Verum cum philosophiam cartesianam profiteretur, quorundam incurrit offensionem, quibus agentibus ex aulae praescripto coactus est Andegavo secedere. Hinc ablata vel venia praedicandi jussus est Gratianopolim transire, ubi cardinalis le Camus gratiam promeruit, qui illum in curarum munerumque partem recepit atque secum in dioecesis visitatione habere voluit socium. Innumeros ille in hoc curriculo exantlavit labores concionando, catechismum tradendo, per montes et nives oves expositas invisendo. Gratianopolim reverso clericorum instituendorum a cardinali provincia demandata est, quam impigre administravit. Ad promovenda studia plura composuit opera ad literas humaniores, ad mathesim etc. spectantia, inter quae speciminis gratia laudantur: *Entretiens sur les sciences,* dans les quelles on apprend comme on doit étudier les sciences et s'en servir pour se faire l'esprit juste et le coeur droit, Grenoble 1683; Lugduni 1694 ed. 2; 1706. ed. 3 retractata et aucta. Jam se convertit ad studia magis theologica. Ut redderet clero s. Scripturae intelligentiam faciliorem, evulgavit *Apparatum ad Biblia sacra* tabulis 20 dispositum, in quo de Hebraeorum gente, legibus, ritibus aliisque ad bibliorum intelligentiam spectantibus disserit, Gratianopoli 1687 in f. Gallice illum verterunt Franc. Boyer, († 1710) Lugduni 1689 in 12; nova cura et retractatum 1699; et J. B. Morvan de Bellegarde, Parisiis 1697, auctore inscio et sat negligenter. Iterum prodiit plurimum auctum inscriptum: Introduction à l'Ecriture sainte, Lugduni 1709. Aliae editiones latinae multum auctae prodierunt hoc titulo: *Apparatus biblicus* sive manuductio ad s. Scripturam tum clarius tum facilius intelligendam[1]), Lugduni

[1]) Id tamen, si *hebraeum* excipias, in dubium revocant Renaudot et auctores op. Perpetuité de la foi l. c.

[2]) Andrès, dell' origine etc. d' ogni Letteratura VI, 450 post encomia ita prosequitur: „Egli co'critici suoi dubbi ci lascia incerti della genuinità di molti libri e de' loro veri autori, e della sincerità dell' originale, e delle versioni, senza poter esser sicuri, che ci resti un esemplare della bibbia da potersi riguardare come il vero testo dettato dallo Spirito s., e come l'incontrastabile regola della nostra credenza. Egli non risolve difficoltà che per farne nascere altre più grandi, e stabilisce principi, che conducono a conseguenze periculose: egli insomma ci ha data un' opera, dove forse si troverà tanto a disapprovare, quanto certamente v'e da lodare.“

[1]) Cf. Acta E. L. 1710 p. 292—297; J. des Sàv. XXIV, 392—398, ubi haec in fine

1696 in 8; Jenae 1708; Amstelodami 1789; Lugduni 1724 in 4. (ceteris auctior); Venetiis 1733 in 12 etc. Apparatum excepit *Harmonia sive concordia quatuor evangelistarum,* in qua vera series actuum ac sermonum D. N. J. Christi h. e. vera vitae ejus historia restituitur: adjecta suis locis novi ordinis ratione, Parisiis 1689 in 12.; quam ut plane novam proponit, quae tamen eruditis non arrisit[1]). Eo in op. tres potissimum opiniones probandas suscepit, quae lites plurimas ipsi peperere: 1. bis in carcerem missum fuisse s. Joan. Baptistam, primum quidem Hierosolymis jussu magni synedrii, denuo Herodis jussu in arce Machoeruntis in Galilaea; 2. Christum in ultima coena agnum paschalem cum discipulis non manducasse, imo mortuum fuisse eo ipso die, quo judaei pascha ex lege manducarunt; 3. Mariam Magdalenam eandem esse ac peccatricem et Mariam sororem Marthae et Lazari[2]). Primus, qui nonnulla adversus primam praesertim propositionem excepit, fuit D. Bulteau, unus ex operis censoribus, cui respondit Lami: *Lettre au R. P. F. P. D. L'O.* (Fourré Prêtre de l'Oratoire), dans laquelle il éclaircit quelques points de la nouvelle harmonie des Evangiles, Parisiis 1690 in 12; 1699. Alteram prop. primus (cum praecedenti) impugnavit Pienud linguae graecae Harcurii in Normannia professor edita gallice diss. 1690, deinde in primis Tillemont in nota 26. ad vitam J. Christi; Bessin, Hardouin, Mauduit, Witasse, Pezron aliique viri docti. Ad illam stabiliendam edidit Lami *Traité historique de l'ancienne Pâque des Juifs,* où l'on examine à fond la question célèbre si J. C. N. S. fit cette Pâque la veille de sa mort et ce que l'on en a cru, avec de nouvelles preuves de deux prisons de s. Jean. Baptiste, Parisiis 1693 in 12. Tillemontius auctoris argumentis non cessit, imo epistolam scripsit, qua illam opinionem fluxo nixam fundamento ostendit (ad calcem t. 2. hist. eccles.). Huic aliisque adversariis respondit Lami edito l. sub hoc titulo: *Suite du Traité historique de l'ancienne Pâque des Juifs.* Réflexions sur le nouveau système du R. P. Hardouin touchant la derniere Pâque de J. C., Parisiis 1693 in 12. Hardouin enim in diss. *de ultimo Christi Paschate,* ib. 1693, opinatur, Judaeos per duos dies pascha immolasse. Alia scripta ultro citroque de hac quaestione edita praetermittimus[1]). Ceterum Lamii opinionem amplexi sunt Toinardus, Tournemine et Calmet, qui in diss. de supremo Christi paschate et in comment. in Matth. asserit, Salvatorem supremo vitae suae anno pascha non celebrasse, vel saltem a Judaeis pascha feria sexta, qua Christus obiit, celebratum esse Christumque eadem hora in Calvario exspirasse, qua Judaei in templo paschalem victi-

legimus: „Pour finir un ouvrage si utile et d'une manière qui répondist à la fin que l'Auteur s'estoit proposée de faire aimer l'Ecriture sainte et d'en rendre la lecture plus fréquente, il propose une disposition très belle de tous les livres sacrez selon laquelle on les peut lire aisement dans l'espace d'une année . . . On ne peut trouver de disposition plus simple et plus commode."

[1]) Cf. Pesch Chr. in Zeitschr. f. kath. Theol. X (188), 463 ss.

[2]) Cf. J. des Sav. XXVII, 478—502; 507—518; XXVIII, 94—105, 238.

[1]) Cf. eadem apud Niceron VI, 96 ss.; in ejus *vita* Apparatui biblico ed. Venetae 1733 praemissa, et J. des Sav. XXII, 418—428; XXIV, 13—16; 85—88; 630—648; 769—782; XXV, 716—726; 763—786; XXIX, 422—428. De hoc argumento disseruit etiam Thaddeus Caluscus O. S. Aug. Mediolanensis philosophiae et theologiae lector, in secretarium generalem ordinis a. 1699 electus († 21. Apr. 1720), in op. *Varie notizie* molto utili per facilitare l'intelligenza e lo studi. della s. Scrittura cum una diss. dell'ultima Pasqua d. G. Cristo, Mediolani 1708 in 8. Ejus quoque est *Esame della Religione protestante,* ib. 1720 in 4.

mam immolabant; adeo ut res et figura eodem tempore contigerint. Tertiam demum sententiam plures negarunt vel etiam impugnarunt, praesertim Duchesne et Anquetin pastor ecclesiae lionensis (Lyons, † 1716) diss. *sur s. M. Magdaleine,* pour prouver que M. Magd.. Marie soeur de Marthe *et la femme pécheresse* sont trois femmes differentes, Rotomagi 1699 in 12; Parisiis 1702. Cui respondit Lamy duabus *epistolis* [1]), Rotomagi 1699 in 12. Sententiam Lamii defenderunt [2]) M. Treuve (cf. J. des Sav. LIV, 39 ss.) et Le Masson (gallice) Parisiis 1713 in 12., de cujus l. cf. ib. p. 88 ss.

340. Post tot exantlatos labores pro concordia evangelica eam rursus doctis auctam *commentariis* [1]) auctor noster vulgavit Parisiis 1699 t. 2 in 4; Venetiis 1735 in 4. Prior t. praeter concordiam evangelicam et commentarium literalem et criticum complectitur demonstrationem accuratam divinae missionis Christi per vaticinia et typos V. T. adamussim in eo adimpleta et apologiam doctrinae ab ipso promulgatae. Tomus alter inscribitur: *Apparatus chronologicus et geographicus* ad commentarium sive concordiam evangelicam quatuor evangelistarum. Praemittitur totius operis praefatio, cujus prima pars demonstrat veritatem Evangelii: altera pars, quid sit evangelium, a quibus, qua lingua, quo tempore et qua de causa scriptum. Tandem post ejus obitum praecipuum ipsius opus, cui triginta annos insudarat quodque ter quaterve retractaverat atque in melius perfecerat, templi scil. salomonici descriptio sub titulo *de tabernaculo foederis, de sancta civitate Jerusalem et de templo ll. 7,* prodiit cura P. Desmolet, cujus est etiam *vita* praemissa Parisiis 1720 in f., aeneasque tabulas, quae ipsi insunt, a peritis viris effingi curavit [1]). In 1. l. erudite et docte disserit de mensuris, ponderibus et pecunia hebraeorum; in 2. inquirit in architecturae origines atque de famosis antiquitatis aedificiis, praesertim de arca Noe [2]) agit. In 3. describit tabernaculum foederis, cum hoc esset instar exemplaris templi salomonici: hinc transit l. 4. ad descriptionem urbis; in 5. exhibet templi delineationem; in 6. describit instrumenta sacra templi et in 7. cultum in templo Deo exhibitum. Opus certe magna eruditione refertum. Ad illud perficiendum sedulo se excoluit in disciplinis mathematicis, in perspectiva, architectonica etc. *Démonstration ou Preuves évidentes de la Vérité et de la Sainteté de la Morale chrétienne.* Ouvrage qui comprend en cinq Entretiens toute la Morale [3]), Parisiis 1688 t. 2 in 12. (ed. complectens tantum duos dialogos), Rotomagi 1706—1711 t. 5 in 12., ed. aucta. Vir erat

---

[1]) Cf. J. des Sav. XXVII, 539—554; acta F. L. 1099 p. 448—54.

[2]) In Italia de hac quaestione egit Aegidius Giannini Pergulensis, nuncii lusitani auditor, gubernator tudertinus (1712) et datarius avenionensis in Diss. *Se Maria sorella di Marta e Lazzaro fosse la stessa che la peccstrice* di s. Luca e la donna de ss. Matteo e Marco etc.; Pesaro 1744. Ejus quoque sunt *Memorie istoriche di Pergola* e degli uomini illustri di essa, Urbino 1732 cum duplici apologia.

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1721 III, 1209—1230.

[2]) De hac erudite plane disseruit Jo. le Pelletier Rotomagensis (n. 1633), prius pictor, qui dein se totum studio linguarum, mathesis, astronomiae, architecturae etc. dedit († 1711), in Dissertation *sur l' Arche de Noé* et sur l' Hemine et la Livre de s. Bénoist, Rotomagi 1700 in 12., de qua cf. J. des Sav. XXIX, 438—556. Scripsit alias quoque diss. eruditas de argumentis ad s. Scripturam spectantibus, quae habentur in Mem. trivult., inter quas diss. Animadversionum criticarum *in errores pictorum* circa historiam sacram ib. 1704 p. 1981—96 et 2144—63. Cf. Feller VI, 451; Mich. a s. Joseph III, 424 ss.

[3]) Cf. Bibl. choisie XI, 394—401; J. des Sav. XVI, 170; XXXVI, 285—301; Mém. de Trév. 1710 III, 1665—1633; acta E. L. 1706 p. 511—518 et 546—552.

pius[1]), comis, candidis ornatus moribus, et doctus, at simul modestus. Linguas plurimas callebat artesque varias. Mens illi prompta ad omnes artes atque elocutio facilis. Puro sermone scribebat tum latine, tum gallice, sagax in conjecturis sed non ultra metas. Obiit moerore confectus 29. Jan. 1715 ob exspectationem frustratam in juvene, quem magna cura instituendum susceperat.

341. Hoc eodem a. vel sequenti (4. Apr.) videtur defunctus[2]) tertius, pariter Gallus, Cherubinus scil. a s. Joseph O. Carm., antea dictus Alex. de Boria, n. Martelli in vicecomitatu turonensi 5. Aug. 1639. Cum ad apostolicos labores quos aestuabat esset infirmior, variis in conventibus philosophiam docere et theologiam est jussus. Vir erat admodum pius, mortificationi et rigidae disciplinae observationi semper deditus. In suo sodalitio functus est muneribus prioris, definitoris, praepositi provincialis et visitatoris generalis. Reliquit opera plane erudita: *Bibliotheca criticae sacrae* circa omnes fere ss. librorum difficultates, opus plurimorum annorum ex veterum patrum traditione, probatiorum interpretum curis, clariorum criticorum judiciis collectum (rarum) t. 1. et 2., Lovanii 1704; t. 3. Bruxellis 1705; t. 4. ib. 1706 in f. Cogitaverat alios octo adjicere tomos, sed bruxellensi urbe a foederatorum copiis occupata in provinciam suam aquitanam remeare compulsus fuit: cum vero Burdigalae deessent typographi, qui aut characteres hebraicos haberent aut in eisdem componendis essent exercitati, cumque aetas provecta aliorsum transmigrare non permitteret, horum voluminum editio praepedita fuit. In priori t. 1. prolixa admonitione commendatur lectio s. Scripturae; 2. generalis ejus idea subditur; 3. de tabernaculo a Moyse constructo agitur; 4. de idolis et excelsis, de quibus Scriptura loquitur; 5. de templo Salomonis. T. 2. inscribitur: *Apparatus biblicus* in 3 ll. distributus ad Scripturae studium feliciter incipiendum, praenoscenda diss. 20 complectens, sub qua inscriptione etiam duo reliqui prodiere. In eo sermo est 1. de sacrificiis; 2. de festis et jejuniis; 3. de Urim et Thummim; 4. de Judaeorum scholis eorumque sectis; 5. de Mischnah et Thalmud. In 3. disseritur 1. de cabbala Judaeorum; 2. de politia spirituali et politica; 3. de novis Scripturae versionibus. In 4. historiam retexit versionum in linguas vernaculas et de variis Bibliorum et polyglottorum ed. agit, atque indicem ll. vel ss. patribus vel aliis auctoribus suppositorum aut saltem dubiorum usque ad sec. XVI. exhibet. De hisce autem argumentis agit non obiter, nec leviter, sed fuse, res justo delectu optimasque seligit, sed confusionis aliquid non evitat[1]). Aliud opus prioris, quod absolvere non potuit, veluti compendium, auctor ad omnium captum magis accommodatum aggressus est, cui titulus: *Summa criticae sacrae,* in qua schola-

[1]) Cf. Dupin, qui plura habet de ejus operibus XIV, 117—136; in primis Ingold Essai de Bibliogr. orat. p. 64—71; Jungmann KL. VII², 1512; Batterel Mémoires IV, 365—408.

[2]) Cf. Mart. a s. Jo. Baptista in bibl. script. O. Carm. p. 78. ss., secundum quem † 1725, ut pariter affirmant Villiers et Henr. a ss. Sacramento, qui simul scribit, eum attigisse aetatis a. 86, et tamen testantur, eum obiisse, cum prima folia t. 8. Summae criticae imprimerentur: prodiit autem t. 8. a. 1716.

[1]) Cf. Calmet in bibl. s. praemissa dictionario s. Scripturae p. 167 ed. Augustae V. 1738. Cf. etiam act. E. L. 1707 p. 249—260 et J. des Sav. XXXIII, 132—142; XXXVI, 29—40, qui merito auctoris eruditionem immensam et diligentiam collaudant, cum apis instar, quidquid sparsum per innumeros invenerat auctores, in hanc referat bibliothecam. Ita etiam Mém. de Trévoux 1710 III, 2045—2065; 1711 II, 1338—1356; III, 2062—2081; 1712 II, 1176—1189.

stica methodo exponuntur universa s. Scripturae prolegomena ad usum theologorum pro theologiae positivae studio feliciter inchoando [1]), Burdigalae 1709—1716 t. 9 in 8. Disserit in hujus operis utilis et eruditi tomo 1. de variis Scripturae nominibus, necessitate, de librorum sacrorum conservatione, inscriptione, divisione et distinctione in capita et versus, divinitate, antiquitate; in t. 2. difficultates expendit adversus cosmogoniam Moysis et paradisum terrestrem ab eodem descriptum. In t. 3. discutit exceptiones adversus statum protoparentum primitivum et lapsum c. 2 et 3. Gen. relatum. In t. 4. ss. erudite tuetur diluvii universalitatem: dein transit ad ll. N. T., quorum locos difficiliores exponit et vindicat: antilogias apparentes conciliat etc. Reliquit quam plurima (c. 20) opera ad s. Scripturam spectantia inedita.

342. Reliqui jam minoris sunt famae: Honoratus Josephus Brunet [2]) O. Carm., Gallus, cujus exstat *manuductio ad s. Scripturam,* Parisiis 1701 v. 2 in 12. per modum dialogi continens prolegomena in s. Scripturam cum additamentis de verbo Dei tradito. Leguntur in priori t. qq. de s. Scriptura in genere et de ll. V. T. in specie; in 2. quaestiones in N. T., et de iis quae in libris canonicis videntur repugnantia, de libris apocryphis et amissis deque traditionibus. — Leon O. S. Aug. Parisinus scripsit *Clavem s. Scripturae* seu ad illius notitiam brevem apparatum, Parisiis 1705 in 12. — Martinus Humbelot Parisiensis, canonicus s. Nicolai ad Luparam, qui audacter se opposuit declarationi gallicanae 1682, hinc in exsilium fuit ejectus († 1719). Concinnavit *ss. Bibliorum notionem generalem* seu compendium biblicum, Parisiis 1700 in 12., in quo de s. Scriptura in se, de ejusdem auctoritate, de auctoribus sacris, de variis editionibus, de antilogiis disserit. Illud tamen suppressum fuit auctoritate regii consilii privati. Hinc humilem submissionis ep. obtulit facultati theologicae 24. Mart. 1700. — Josephus ab Osseria O. Cap. Hispanus reliquit *Hagiographa prolegomena* seu prooemialia in universam s. Scripturam, Valentia 1700 in f. — Collegii biatiensis FF. Discalceatorum B. V. M. de Monte Carm. prim. obs. *cursus theologico-expositivi* t. 1. praedicamenta biblica continens, modum intelligendi s. Scripturam, hujusque essentiam, existentiam, proprietates, sensus, regulas ac interpretationes ad amussim explicantia juxta ss. patrum, praecipue ang. Thomae mirificam doctrinam editus est per Em. a s. Hieronymo ejusdem Collegii s. theologiae praelectore (1719), Barcinone 1728 in f. (opus postumum). More scholastico controversias a principio usque ad finem deducit: hinc expendit s. Scripturam secundum ordinem praedicamentorum, prout in philosophia enumerantur, scil. ejus substantiam, quantitatem, qualitatem, relationes, actionem (ad s. Scripturam seu causam s. Scripturae), passionem (seu varios sensus), ubi (s. Scripturae, seu de linguis originalibus, versionibus), quando, situm (hic quaerit „utrum Scriptura s., ut in Biblia approbata habetur, debeat adorari et qua adoratione; et etiam de regulis eam intelligendi), habitum (hic agit de lectione s. Scripturae in lingua vernacula, de ejus stilo etc.). Stilus scriptionis est simplex et apertus est, sed incultus et demissus videtur, Ipse quoque composuit lingua hispana t. 5. et 6. historiae congregationis generalis Hispaniae, Matriti 1706.

[1]) Cf. Mém. de Trévoux 1713 II, 1061 1078, ubi iterum auctoris eruditio, diligentia, candor commendantur.

[2]) Alius ab eo est Jos. Brunet doctor sorbonicus († 12. Mart. 1720), qui collegit *Responsa moralia* ad qq. theologiae selectas in gratiam sacerdotum, qui tremendo sacramenti poenitensiae ministerio incumbunt, Divione 1692 in 12.

1710. — Josephus Maria de Turre[1]) O. Praed. Ligur, grande opus edidit inscriptum: *Institutiones ad verbi Dei scripti intelligentiam* multis ab auctoribus collectae et in 4 tr. digestae, Parmae 1711 t. 4 in f., quorum 1. de existentia Scripturae s. ejusque auctore, de canone item et libris canonicis atque apocryphis, 2. de textu hebraico et graeco ejusque variis edit. ac versionibus, 3. de difficultate Scripturae s. ejusque sensu literali, mystico et figurato, deque interprete Scripturae; ubi de auctoritate Ecclesiae, pontificis ac conciliorum ut et de modo interpretandi Scripturam, 4. de perfectione s. Scripturae ejusque oeconomia, de antichristo omnibusque haeresiarchis et de cabbala agitur. — Jo. Matthaeus a s. Stephano O. Min. Italus disputavit *de sensibus et clavibus s. Scripturae,* Romae 1709. — Fulgentius Bottens O. Min. Cortracensis theologiae scholasticae et s. Scripturae lector, definitor et suae provinciae praepositus, insignis asceta († 14. Oct. 1717) praeter plura ascetica edidit: *Oeconomia sacra sapientiae increatae* sive Dei cum hominibus commercium mediante s. Scriptura, opus isagogicum in 3 t. divisum ejusdem studiosis, theologis, concionatoribus et controversistis perquam necessarium, Brugis 1687, quo continetur etiam hermeneutica. T. 3. seorsim quoque prodiit inscriptus *Chronologia sacra* (V. et N. T.) ab ipso mundi exordio usque ad destructionem Jerusalem per Titum, Gandavi 1690 in 8. Operis vel epitomen exhibent *theses sacrae de Scriptura s.* de ejus scil. essentia, causis (materia, causa efficiente, fine), proprietatibus et accidentibus, ib. 1692 t. 3 in 8. *Psalterium davidicum* juxta sensum literalem et (quantum assequi licuit) mentem auctoris et pietatem breviter et clare explanatum, ib. 1698 t. 2 in 8; commentarius *in omnes ep. b. Pauli ap.,* quibus hae breviter et clare, quantum Deus dedit, fere de verbo ad verbum explicantur ac dilucidantur, ib. 1703 in 4; *judicium pacifici Salomonis* Christi D. N. super controversiis olim et nostris maxime temporibus agitatis inter sectatores theologiae mysticae ab una parte eorumque adversarios ab altera declaratum ab eodem, partibus in contradictorio auditis, per finalem sententiam, Gandavi (1714). — Eodem hoc a. (1717) decessit Bened. Abelzhauser O. S. Ben., in universitate salisburgensi s. Scripturae et theologiae polemicae professor, demum abbas seittenstettensis, cujus est *manuductio ad divinae Scripturae studium,* Salisburgi 1709.

343. Huc quadantenus referri possunt[1]) Guilielmus Bonjour O.S.Aug.

[1]) Alius a Philippo a Turre (del Torre), qui natus est in urbe Cividale 1657, Romamque delatus totum se antiquae historiae tradidit: ideoque plurimum se probavit celeberrimo card. Norisio. A Clemente XI. renunciatus est adriensis episcopus a. 1702; decessit vero 25. Febr. 1717. Magnum nomen sibi peperit in archaeologia, quam scriptis aliquot illustravit. Huc forte referri potest: *De annis imperii M. Aur. Antonini Elagabali* et de initio imperii ac duobus consulatibus Justini senioris diss., Patavii 1713, quam secuta est alia apologetica (posthuma Venetiis 1741), qua potissimum verus sensus programmatis cycli paschalis s. Hippolyti restituitur et vindicatur, nec non antiqua militaria itinera romanorum et graecorum illustrantur, edita a J. Fontanino vita auctoris et notis aucta. *Monumenta veteris Antii,* 1700; Romae 1724 ed. 3. praemissa auctoris vita. Cf. Agricola bibl. eccles. sec. XVIII. III, 140—50; Fabronius Vit. Ital. . . . qui sec. XVIII floruerunt Romae 1770 Dec. III, 307—20; Saxius Onomasticon V, 515—17.

[1]) Quaedam ad ss. literas spectantia continentur etiam in *dialectica s. Scripturae* testimoniis et ss. patrum doctrinis illustrata Jos. Pergolini Con. Montenovensis, Romae 1707 in 4., de qua cf. acta E. L. 1710 p. 420. — De Michaele Pinart († 1717), qui in linguis orientalibus admodum peritus erat, scribit Feller VII, 5: „La Dissertation sur les Bibles hébraiques est estimée pour l' exactitude et les bonnes

Tolosanus, qui in imperium sinense profectus, ab imperatore benigne exceptus et mathematicae constitutus est professor († 1714). Plurium linguarum, praesertim orientalium erat peritus. Ejus exstant *Calendarium romanum,* cui reformando fuit adhibitus, Romae 1701; *diss. selectae in s. Scripturam,* in Monte Falisci 1705; triduana *de canone librorum ss.* concertatio, ib. 1704; *in monumenta coptica seu aegyptiaca bibliothecae vaticanae brevis exercitatio*[1]), Romae 1699 in 4., qua occasione disputat etiam de 70 Danielis hebdomadis. Ex libris nimirum copticis, qui in bibliotheca vaticana asservantur, nonnulla decerpit et illustrat, et ita utilitatem hujus linguae omnibus commendat. Diss. *de nomine patriarchae Joseph a Pharaone imposito* in defensionem vulgatae ed. et patrum, qui Josephum in Serapide adumbratum tradiderunt[2]), Romae 1696. — Franc. Dominicus Bencini abbas s. Pontii edidit *tractationem historico-polemicam* cum chronologicis tabulis ab o. c. ad Christum ad V. T. intelligentiam et auctoritatem, Augustae Taurinorum 1720; et eruditam diss. *de literis encyclicis,* ib. 1728 v. 2 in 3; *Il concilio di Calcedonia difeso* nelle sue azioni, Neapoli 1718 in 4. — Richard Simon Delphinas, theologiae doctor († 1702), collegit *Le grand Dictionnaire de la Bible* ou Explication littérale et historique de tous les Mots propres du V. et N. T. in quo compendiose referuntur vitae et gesta virorum illustrium, quorum fit mentio in codice sacro et in judaica historia; explicantur nomina animalium, lapidum pretiosorum recensentur nomina; festorum, solemnitatum, sacrificiorum, provinciarum, regionum, urbium etc., ponderum, mensurarum etc. cum apparatu et chronologia sacra, Lugduni 1693 in f.; ed. duplo auctior 1703; 1715 t. 2 in f. Pluribus hoc opus arrisit[1]): verum viri eruditi examine instituto menda quam plurima deprehenderunt, ex quibus intellexere, auctorem necessariis adjumentis fuisse destitutum, qua librorum, qua cognitionis linguarum: tanto tamen operi manum admovisse non modicae laudis pars est, cum rari eo usque processerint, ut eam provinciam tentarent. — Carolus Huré (n. 7. Nov. 1639, † 12. Nov. 1717) edidit pariter *Dictionnaire universel de la Bible,* Remis 1715 v. 2 in f. seu commentarium alphabeticum s. Scripturae, in quo distinguuntur variae cujusque vocis significationes, etymologiae, hebraismi et difficultates, quibus variis in locis occasionem praebent; recusum a Migne in Encyclopedie théol. Parisiis 1846 inscriptum: *Dictionnaire univ.* de philologie sacrée, opus juxta Heurtebize in Dict. de la Bible (ed. Vigouroux III, 781) valde imperfectum. *Grammaire sacrée* ou Règles pour entendre le sens littéral de l'Ecriture sainte, Parisiis 1707 in 12. De ejus cum Saci et du Fossé studiis biblicis supra (p. 460. 462) egimus. Edidit quoque *Le N. Testament de N. S. J. Christ traduit en françois* avec des notes, où on explique le sens littéral en y ajoutant quelques réflexions morales, Parisiis 1702 t. 4 in 12., quod prohibitum fuit a quinque episcopis et Romae 14. Apr. 1717, infectum enim est Quesnelli opinionibus. *Novum T. regulis illustratum* seu canones s. Scripturae certa methodo digesti ad N. T. intelligentiam accommodati Paris 1696 in 12; *N. T. latine vulgatae ed.* cum notis brevissimis, Reims 1696. — Petrus Franc.

recherches qu' elle renferme." — Jacobi a Kempis O. Min. († 1705) est *decas scripturistica* brevem s. Scripturae continens recollectionem, intentionem, deductionem, Antwerpiae 1693 in 8.

[1]) Cf. acta erud. lips. 1669 p. 233.

[2]) Cf. ibid. 1697 p. 6—10.

[2]) Cf. acta E. L. 1706 p. 391—384, quae omnigenam laudant eruditionem, propter quam dictionarium hoc pro thesauro variae eruditionis tam sacrae quam profanae haberi possit.

a Conceptione b. M. V. Zanoni congr. schol. piar. Bononiensis, philosophiae et theologiae professor, in historia, philologia aliisque disciplinis versatus, ordinis sui a. 1700 praepositus generalis († 1712), edidit *Polygraphiam sacram* seu Elucidarium biblicum historico-mysticum, in quo omnes et singulae divinarum Scripturarum voces secundum sensum literalem, anagogicum et moralem ordine alphabetico ex fontibus tum hebraicis tum graecis et latinis atque ex optimis interpretibus sic explicantur et enarrantur, ut quilibet divini verbi studiosus hic facillimo negotio reperiat, quidquid in aliis innumeris et vastissimis hujus generis voluminibus non sine maximis sumptibus et laboribus inquirere hactenus consuevit, Augustae V. et Graecii 1724. 1725 t. 4, opus posthumum in f. Complectitur hoc opus prolixos quoque excursus, ut conciliorum omnium generalium compendium, historiae sacrae commentarium cum historiae profanae respondentibus notis per secula digestum; antiquae Judaeorum reipublicae legumque ipsorum notitiam; de numeris tr., s. Scripturae quoad ejus essentiam, auctorem, textum, sensum, intelligentiam, interpretationem, cognitionem generalem[1]) etc. — Edmundus Maclot O. Praem. philosophiae et theologiae professor, prior et visitator generalis, demum abbas d'Etange dioecesis virodunensis († 2. Oct. 1711 a. aetatis 74) edidit *Histoire de l'Ancien et du Nouveau Testament*, Nancaei 1705; et Parisiis 1712 t. 2 in 8; in qua interserit etiam animadversiones sive e theologia dogmatica, sive ex morali sive ex historia, multaque Scripturae loca illustrat[2]). — Huc etiam referri potest *Theologia exegetica* seu opuscula de sacris Scripturis Avenione 1712 in 12. Josephi Patin O. Pr. Delphinatis, theologiae professoris Avenione ab a. 1693 ultra a. 1720, de quo scribit Echard (Script. O. Praed. II, 806): „Nec memini me vidisse unquam hominem et ad dicendum ex tempore magis expeditum, aut in venustis sententiis acuteque dictis ex historicis, oratoribus, poetis apte congruenterque promendis feliciorem.“ Reliquit etiam *theologiam evangelicam* seu opuscula de vita, morte, resurrectione et ascensione Christi, quae ab evangelistis enarrantur, Avenione 1705 in 12; *theologiam clericalem* seu opuscula moralia de habitu et disciplina clericorum scil. de beneficiis, simonia, censuris, horis canonicis, ib. 1710 in 12. — De Franc. Mezger supra pag. 541 jam egimus.

344. Jam ad s. Scripturae *interpretes* accedamus, quos breviter expedire possumus, cum non magnae sint celebritatis. Universam Scripturam locuplete compendio ratione habita textus originalis explicavit (Moguntiae 1706 in 4) Caspar Kuemmet S. J. s. Scripturae interpres Wirceburgi et Moguntiae († 23. Jan. 1706). — Ita etiam Ludovicus Carrières congr. Orat. Andegavensis († 14. Jun. 1717) pauculis verbis ipsi textui insertis, adhibita gallica Isaaci le Maître versione parumper mutata cum textu latino[1]), Parisiis 1701—1716 v. 24 in 12., qui commentarius saepe recusus est propter suam utilitatem; ab erroribus tamen non est immunis; adhuc impressus fuit Lille 1843; 1877 t. 8 cum Menochio Paris 1872—73 t. 8; 1877; Commentaire litteral sur l'histoire et la concorde des quattre evangélistes, Reims 1711 in 12. — Magnum opus condidit Guido Scheffer S. J. Austriacus († 13. Jun. 1717), quod inscripsit *Biblia immaculata* Pragae 1711—22 t. 12 in f., in quo secundum singulos versus argumenta deducere nititur pro

[1]) Cf. Horányi Script. scholarum piarum, 2, 870 ss.

[2]) Cf. acta E. L. 1713 p. 371—379; Mém. de Trév. 1713, I, 449–57.

[1]) Cf. J. des Sav. XLIX, 221; LIV, 265 etc.

immaculata conceptione. Plurimas reliquit *conciones,* quas recenset Sommervogel VII, 723—26.

345. In *Pentateuchum* universum vel ejus partes commentati sunt: Jo. Laurentius Helbig theologiae doctor, capituli ruralis munnerstadiani decanus et parochus kissingensis, qui commentarium edidit singulari titulo inscriptum: *Pandesia sacra mysticis epulis copiose instructa,* cujus missus primus sunt prolegomena in universam Scripturam s. amplissima, in quibus 1. de Scriptura s. in genere ejusque proprietatibus; 2. de metabolica et 3. de exegetica interpretatione agitur. Missus secundus, commentarius in Pentateuchum reddens sensum literalem, anagogico-allegorico-tropologico-symbolicum per qq. utilissimas pieque curiosissimas et discursus morales verbi Dei praedicatoribus dogmatum et documentorum materias ubertim suppeditans servato ordine, distributione et methodo prorsus singulari. Missus tertius, epilogismus totius operis insertis documentis velut mantissis bellariis animarum curatoribus ceu convivis apparata [1]), Coloniae 1713 t. 2 in f.; *in ll. Josue, Judicum et Ruth,* Norimbergae 1715; Coloniae 1717 in f. — In omnes hos ll. reliquit etiam Hieronymus Monterde Valentinianus B. M. V. de Merc. commentarios theologicos cum diss. in loca controversa, Valentiae 1702 v. 3 in f. — In *Genesin* commentati sunt Nicolaus Garcia de Londogno (1701) — Jacobus Parain Baro de Coustures, Abrincensis († 1702), gallice Parisiis 1687 v. 4 in 12. — Bernardus de Sonnenberg SJ. Lucernensis, qui in disp. forma proposuit *Meditationes philosophicas* de Dei opere Hexaemeron fasc. 6, Dilingae 1675. 1676. — Gabriel Alvarez Toletanus, eques ord. Alcantarae et regiae bibliothecae custos, in historia Ecclesiae et mundi ab o. c. usque ad diluvium una cum quinque diss.: 1. de situ paradisi terrestris; 2. de lingua primaeva; 3. in quo anni tempore conditus est orbis; 4. de discrimine in supputationibus textus hebraici et versionis LXX interpretum; 5. de scriptis Henochi, Madriti 1713 (hispanice) in f. — Ab eo distingui debet Ludovicus Alvarez (Alvres) S. J. Lusitanus († 13. Jan. 1709 a. aetatis 93), qui edidit opus inscriptum: *Joseph Rachelis filius illustratus,* Lugduni 1675 in f.

346. *In ll. historicos Josue, Judicum, Ruth, 1. et 2. Regum* edidit Jacobus Felibien [1]), canonicus carnotensis et archidiaconus vindocinensis (n. 1635; † 1716), *Pentateuchum historicum* cum commentariis (theologicis, historicis et moralibus) ex fonte hebraico, versione LXX interpretum et variis auctoribus collectis, cum chronologia a principio mundi usque ad obitum Davidis, Parisiis 1704 in 4., quod tamen opus auctoritate publica mox fuit suppressum: hinc exemplaria, quae in fine habent paginas suppressas, admodum sunt rara. — *In ll. Regum et Apocalypsim* (gallice) commentatus est Dorotheus a s. Renato O. Carm. Rhedonensis († 18. Febr. 1703 a. aetatis 83) ss. Eliae et Elisaei prophetarum praerogativas exponens, Parisiis 1655 in f., atque etiam delicias vitae spiritualis explicans *106 psalmos* (gallice cum multis digressionibus), ib. 1679 v. 2 in 4. — Psalmos etiam exposuerunt Fulg. Bottens (p. 801). — Bonifacius Maes [2]) O. Min. Belga theologiae lector, minister provincialis et commissarius ge-

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1715 I, 457—475.

[1]) Alius a Mich. Felibien OSB. de quo infra.

[2]) Alius ab Alex. Maes S. J., de quo supra egimus p. 407; a Bernardino Maes (Masius) jansenianae factioni nimis adicto († 1729), de cujus opp. hagiographicis cf. Reusens in Biogr. nat. de Belg. XIII, 125 ss. Quamplurimos alios hujus nominis cf. ib. p. 120—44.

neralis, insignis asceta († 1706) in *vocabulario Psalterii davidici* e ss. patribus et probatis auctoribus concinnato, Gandavi 1706 in f., cujus quoque est *theologia mystica* seu vita spiritualis omnibus Deum perfecte amare illique intime unire cupientibus, necnon animarum pastoribus, ut tum suae tum saluti proximi sufficiant, perquam utilissima, Gandavi 1668 prius flandrice et dein saepe (12) edita. — Joannes Caryll Anglus Jacobo II. multum addictus († 4. Sept. 1711 a. aetatis 87) et Corbiere, theologiae doctor, qui reliquit *Les Pseaumes*[1]) *et les Cantiques paraphrasez* sur l'Hébreu avec des Réflexions sur la Religion et sur les moeurs tirez du fond du Texte: et un Formulaire des Prières, Parisiis 1712 t. 2 in 12. — Simplicianus Bizozerus O. Barn. Mediolanensis († 1710) dedit *Lezioni Morali sopra le Parabole di Salomone,* Mediolani 1684—86 t. 3 in f. — Jo. Ambr. a s. Carolo O. Exc. S. Aug. in seculo dictus Christoph. a Nobilibus (1715) explanavit Cantica cant. in l. *Oscula coelestia,* Mediolani 1677. — Laurentius Daniel aliquandiu congr. Or. (1663—81; † 1714) dedit *Analyse* des Proverbes et de l'Ecclésiaste, Paris 1702; de Job, Lugduni 1710. — Menard, prior albortensis († c. 1710) scripsit *Paraphrase sur le livre de l'Ecclésiastique*[2]), Parisiis 1710 in 8. — Julius Antonius Roboredo O. Serv. b. M. V. Lusitanus, in florentina universitate s. Scripturae et controversiarum lector († 1729), scripsit *lucernam propheticam* sive oracula prophetarum, quibus omnis disciplina illustratur, ex prioribus (6) Isaiae capitibus variis lectionibus proposita, Lucae 1715; *diss. in Isaiam prophetam* sive lucernae propheticae p. altera, in qua ad veterum canticorum et divinae psalmodiae intelligentiam sacrae et profanae eruditiones afferuntur: proponitur veluti in compendio tr. d. Bonaventurae de sex alis Seraphim et notis copiose exponitur; agitur de ss. Trinitate contra Judaeos et de antiqua et nova sciendi methodo, Florentiae 1721. Edidit praeterea: *Idea theologica, dogmatica, historica, scholastica, moralis et canonica,* quinque capitibus expressa, nempe Deus exsistens, Deus unus, Deus bonus, Deus verus loquens patribus in prophetis, Deus verus loquens in Christo, Florentiae 1729; *diss. ad praecepta primae tabulae,* sed praecipue ad magnum illud mandatum et primum duorum praeceptorum, ex quibus tota lex pendet et prophetae, Florentiae 1715 in 4. — Ludovicus Roger Bituricensis, theologiae doctor, decanus et archidiaconus cathedralis bituricensis, scripsit *diss. II critico-theologicas,* 1. de tribus in coelo testibus 1. Joan. 5, 7 adv. Socinianos, 2. in verba Is. 7, 14: *Ecce virgo concipiet* adv. Judaeos, Parisiis 1713 in 8., quae ab eruditione, soliditate et diligentia commendantur[1]). — Modesti a s. Joanne Ev. O. Carm. (in seculo Joseph Camel dictus) Pragensis exstat *elucidatio literalis, moralis et anagogica in Threnos Jeremiae* (elegantissime scripta), Pragae 1715. 1716. 1719 v. 3 in f. T. IV. paraverat, qui non videtur prodiisse. Edidit *epistolas* s. Theresiae cum notis de Palafox, Petri ab Annunciat. Carm. etc., Coloniae 1701; vertit germanice opera s. Jo. a Cruce cum compendio vitae ejusdem, 1697. — *Sacrae militiae typum et historiam* sive commentarium literalem et mysticum

[1]) Benignus Loranus (de Lohr) O. Cap. de duxit in *Analysi Psalmi* 118 discursus 150, Moguntiae 1684 pp. 2, minoris nunc pretii; reliquit et *catechismum* polemicum adversus quendam ministrum lutheranum. Obiit 19. Apr. 1719. Cf. Falk Bibelst. in Mainz, p. 237.

[2]) Cf. J. des Sav. XLVIII, 669.

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1714, I, 193—216. In iisdem Mémoires 1703 a. 140 reperitur (ejus) *examen conjecturae* Jos. de Tournemine S. J. circa discrimen inter textum hebraeum, samaritanum et graecum de annis veterum patriarcharum.

in l. 1. Machabaeorum e variis s. Scripturae locis, ss. patrum interpretationibus aliisque ecclesiasticis et profanis scriptoribus collegit et elaboravit (Coloniae 1700 in f.) Joannes Petrus Verhorst, qui fuit, ut scribit Hartzheim in bibl. colon., episcoporum decus, gloria sacerdotum et praesul numeris omnibus consummatissimus, quem archidioecesis coloniensis optasset immortalem. Natus est Coloniae 22. Febr. 1657, a Joan. Hugone archiepiscopo constitutus est 1688 sub titulo arbensis episcopi suffraganeus electoralis trevirensis, perque eandem dioecesin vicarius in spiritualibus generalis. Consuetam vicino Soc. Jesu collegio vivendi rationem ordinemque, quantum per occupationes licebat, observavit, solitus ad pulsum collegii campanae constanter hora quarta surgere, meditari, aliaque pietatis exercitamenta obire, quovis etiam vespere domesticis suis litanias precesque vespertinas praelegere. Confessarii, qui 20 circiter annorum spatio confessiones ejus exceperant, sancte testati sunt, nunquam se ab eo, quantumvis rigidus esset sui censor et accusator, mortalis peccati maculam audivisse. Otii omnis, compotationum, conviviorum osor erat perpetuus: conciones sacras per quadragesimam et solemniora anni festa magno cum fructu ad populum habuit. In visitationibus dioecesis a summo mane confessiones excipiebat ipse, ad populum pro concione dicebat, catechesin pueris et simplicioribus explanabat; saepe ad quinquies mille capitibus uno mane ductuque sacramentum confirmationis ad defatigationem largissimumque toto corpore profluentem conferebat sudorem, et nihilominus noctu extra lectum humi brevem capiebat somnum. Post mortem inventa sunt, quibus in vita frequenter usus fuerat, cilicia atque alia corporeae afflictionis instrumenta. Ex improviso obiit et quidem in ipso altari 12. Jul. 1708 vehementi tactus apoplexia, postquam solas eucharisticas sumpsisset species atque ita sibimet porrexisset viaticum. — Jo. Conradi Wake (Wacke) professoris theologiae et linguarum orientalium Ratisbonae exstat *Expositio* atque illustratio Hoseae, Ratisbonae 1711 in 8.

347. Opus utile pro asserenda evangeliorum authentia elaboravit Pezron inscriptum *Histoire évangélique confirmée* par la Judaïque et la Romaine[1]), Parisiis 1696 t. 2 in 8. Natus est Yvo Paulus Pezronius O. Cist. 1639 Hennebonii in Britannia minori. Doctor erat sorbonicus (1682), vir vastae, sed minus solidae eruditionis, magna praeditus pietate. A rege factus abbas charmojensis 1697, huic dignitati renunciavit (1703) nullo sibi retento emolumento († 10. Oct. 1706 a. aetatis 67). Alia ejusdem opera sunt: *Essay d' un commentaire litéral et historique* sur les Prophètes, 1693 in 12., in quo literaliter et historice explicat 4 cc. Oseae, prophetias integras Joëlis, Amos, Abdiae et 3 Isaiae capita, quas prophetias nititur ordine chronologico proponere suaque expositione lucem affert historiae regum Judae et Israel[2]). *Diss. touchant l' ancienne demeure des Chananées* et de l' usurpation qu' ils ont faite sur les enfans de Sem, in Mémoires de Trévoux 1704 p. 15—27; et *Diss. sur les anciennes et véritables bornes de la Terre promise,* ib. 1705, 1015—50. De ejus cum Martianay controversia cf. p. 831. — Sebastianus le Roux[3]), parochus ecclesiae de Andevilla in dioecesi carnotensi, Parisiis 1699 in 8; 1712 in 8. concinnavit *Concordiam quatuor evangelistarum*

[1]) Act lips. suppl. III, 200—9.

[2]) Cf. Journ. des Sav. XLIX, 433 et Mém. de Trév. 1711 a. 36, ubi a. 1707 p. 1266—86 reperies ejus elogium. Cf. de ipso praeterea Niceron I, 173; Biogr. univ. XXXIII, 565.

[3]) Cf. acta E. L. 1800 p. 82—85 et 1713 p. 495; J. des Sav. LII, 428; LX, 570.

plenam, recte ordinatam concinneque cohaerentem D. N. J. Chr. historiam nova eaque expeditissima arte exhibentem ipsis scil. ss. scriptoribus prout simul loquuntur e regione cujusque clarioribus, expressioribus et aliunde aptioribus charactere nigro notatis historiaeque filum formantibus. — Ita etiam Nicolaus Toynard (Toinard, Toisnard) Aurelianensis, laicus (1706 a. aetatis 77), linguarum orientalium et rei antiquariae, numismaticae praesertim, peritissimus, composuit *evangeliorum harmoniam graeco-latinam* cum annotationibus chronologicis et historicis, Parisiis 1707 et 1709, quae magni fit ab eruditis exquisiti siquidem plane saporis est, animadversiones vero selectae, breves, accuratae[1]). — Quibus addi potest Nicolaus Albertus, piissimus sacerdos, Panormitanus († 16. Oct. 1707), cujus exstant *Commentari sacro-storici della Vita, dottrina e miracoli di G. Christo,* Figlio di Dio, e di Maria sempre immaculata, ove agitandosi tutte le controversie, che sopra ciò corrono, si appartono tutte le notizie necessarie, con la circostanza dei luoghi, e de' tempi e quanto minutamente appartiene all' esatta cognizione di quello che fece, disse e patì il Redentore e la sua ss. Madre, Panormi 1703 t. 2 in f. *La terra de' viventi* scoverta a mortali, opus posthumum ed. a Mongitore cum auctoris vita, Neapoli 1709. — Vincentii Mariae Ferri[1]) O. Pr. Veneti est *Matthaeus explanatus* Olisipone 1695—1714 t. 4 in f. — Eundem Matthaeum Emmanuel ab Incarnatione O. Praed. olisiponensis explanavit, Olisipone 1695. 1713 et 1714 in f. — Isidorus a s. Michaele O. Min. Hispanus praeter alia reliquit *de temporali, humana et mystica D. N. J. Christi generatione* observationem genealogicam, panegyricam, mysticam, dogmaticam et moralem super c. 1. Matthaei, Neapoli 1704 in f.; *Certamen historiale panegyricum* ad honorem bb. V. Mariae ejusque fidelissimi doctoris Joan. Duns Scoti O. Min. magistri, 1701 in 8. — Petrus de Amaral S. J. Lusitanus, in collegio conimbricensi s. Scripturae olim interpres († 20. Dec. 1711 a. aetatis 91) investigavit *Canticum Marianum* h. e. ss. Dei Genitricis V. Mariae Canticum nempe ejus Magnificat literalibus pariter ac mysticis illustrationibus, Eborae 1709. — Dominicus Smellaerts Antwerpiensis, canonicus gandavensis, dein antwerpiensis (n. 1650; † 1720) reliquit *annotationes in s. J. Christi Evangelium,* Antwerpiae 1724 in 4. — Matthias Camphausen S. J. Düsseldorpiensis († 1703) in concionatorum utilitatem Passionem D. N. J. Christi uberrime explanat Coloniae 1704 t. 2. — *Theses sacras ex Actibus Apostolorum* cum qq. annexis ex theologia deductis statuit, Lovanii 1709 in 4., Joannes O'Donelly O. Praed. Hibernus, Lovanii ss. literarum interpres.

348. *Epistolas Pauli* explicarunt Edmundus Imbert doctor sorbonicus et archidiaconus senonensis († 1704), gallice Parisiis 1690 in 12 — de Bos, ecclesiae lucionensis decanus, ib. 1698

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1709 I, 59—70; Acta E. L. Supplem. IV, 502—508, quae conspectum ita absolvunt: „Ex his patere existimamus cl. auctoris industriam, quae minutissimis quandoque inhaeret, evangelicas historias egregie illustrare et ss. literarum scrutinium admodum promovere, ut opus hoc diuturnis vigiliis elucubratum merito digna laude excipiatur.“ Cf. etiam J. des Sav. XL, 139—156. Edidit idem auctor in Lactantium *de mortibus persecutorum* notas, Parisiis 1690 in 12., breves, sed plane eruditas, accuratas, doctas. Cf. J. des Sav. XVIII, 678—685 et acta E. L. 1692 p. 194—201.

[1]) Hujus forte frater est Basilius F. pariter O. Praed. et Venetus, cujus praeter ascetica exstat: *S. Thomae Aq. . . . . elogium,* quod scribens accinebat doctissimus R. P. Labbe S. J. communibus sapientum votis approbatum et explicatum, Venetiis 1696 in 8.

—1705 v. 7 in 12. gallice — et Bernardinus a Piconio (Picquigny) O. Cap. s. theologiae lector (n. 1633; † 1709), cujus *triplex expositio epistolarum d. Pauli,* gallice 1706, et latine, Parisiis 1703 in f. multum arrisit piis lectoribus et non immerito propter concinnitatem, perspicuitatem, utilitatem, unctionem [1]); hinc a Clemente XI. collaudata et saepius recusa fuit, etiam recentiori aetate, Lugduni 1834 v. 6 in 12; Parisiis 1823 v. 6 in 12; 1869 t. 5; Oeniponte 1891 cura P. Mich. Hetzenauer O. Cap., sed tantum in ep. ad. Romanos. Dividitur opus istud in tres partes: 1. exhibet analysim singulis capitibus praefixam, quae continet argumentum illorum et contextum; in 2. perpetua paraphrasis textum comitatur, exponit et illustrat; in 3. habetur commentarius ad difficiliores nodos extricandos; variae lectiones sensui textus conformiores afferuntur. Accedunt et observationes dogmaticae, piae et morales et asceticae, necnon variae praxes christianae per totum commentarium dispersae et in corollario pietatis per singula capita collectae. Editio gallica (Parisiis 1706 t. 3 in 12 et saepissime, est brevior quam latina et hujus veluti compendium, sed ad eandem exacta methodum. Secundum hanc exposuit etiam *evangelia,* Parisiis 1726 in f., quae expositio non attingit prioris pretium. Utraqua prodiit inter *opera omnia,* Parisiis 1870—72 t. 5 in 8. cur. Migne. — Huic adjungimus Michaelum Mauduit congr. Orat. Normannum, Viriensem (n. 1634, † 1709), qui gradatim (gallice) *analysim* exhibuit (subinde arbitrariam) totius N. T. Parisiis 1691—97 saepe recusam [2]), simul Tolosae 1762 t. 7; 1772; 1843 t. 4 in 8. ed. 10. cum diss. eruditis in loca difficiliora. In 29. 30 et 31 disserit adversus Lamii sententiam (cf. supra p. 793): quam nimis acriter refellens, in aliam incidit novitatem, Judaeos scil. eo anno pascha distulisse usque ad diem 15. primi mensis i. e. usque ad vesperam diei Veneris, qua crucifixerunt Jesum [1]). *Traité de la religion* contre les athées, les deistes et les nouveaux pyrrhoniens; Paris, 1677. 1698 in 12; *l'art de la predication,* Paris 1712. — Ad Paulum illustrandum scripsit quoque Michael Perez O. S. Bas. Hispanus tr. biblicum ad illius verba: *Finis enim legis Christus ad justitiam omni credenti,* Salmanticae 1708 in f. — Joachim Trotti de la Chétardye congr. s. Sulpicii scripsit ad praemuniendos catholicos et recenter conversos contra fallaces protestantium interpretationes *Explication de l'Apocalypse* par l'Histoire ecclésiastique, Bourges 1691; 1692; 1702; 1707 in 4. (ed. 3). Vir erat vere magnus [2]) n. 23. Nov. 1636

---

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1704 t. 1. p. 289; 1707 t. 1. p. 467—478; 1715 t. 2. p. 929—943, ubi ed. secunda emendata (gallica) recensetur; 1710 t. 1. p. 705., ubi ejus habetur elogium. J. des Sav. XXXII, 67—85.

[2]) Feller II, 199 ita de ea scribit: „Ces Analyses prouvent l'esprit d'ordre, le jugement et le savoir de l'auteur; on lui reproche cependant non sans fondement d'avoir recherché plutôt la subtilité que le solidité et d'avoir souvent adopté dessentiments qui ne pouvaient lui plaire que parce qu'ils étaient noveaux. Il s'appesantit sur des détails inutiles en faveur de quelques points d'érudition très-indifférents au résultat de la chose et n'hésite point à critiquer non seulement la Vulgate, mais encore l'opinion commune des interprêtes et des Pères en leur opposant quelque subtilité grammaticale grecque ou hébraique.“ Cf. J. des Sav. LVII. 259. Scripsit etiam *Traité de la religion* contre les athées, les déistes et les noveaux pyrrhoniens, où en supposant leurs principes on les convainc qu'ils n'ont point d'autre party à prendre que celui de la religion chrétienne, Parisiis 1667; 1698 ed. ancta.

[1]) Cf. Michael a s. Joseph III, 286 ss.

[2]) Cf. elogium prolixum ejus virtutum apud Feller II, 539. Inter ipsius opera plane excellit ejus catechismus saepissime editus: „C'est là, inquit ille, qu'on ne trouve pas *un mot* qui n'exprime *une pensée,* pas une pensée qui ne soit *une preuve* ou qui ne concoure à une preuve *de vérité,*

in arce paterna in dioecesi lemovicensi. S. Sulpicii parochus caritate plane apostolica omnis generis inopes qua potuit ope adjuvit, in opificum commodum instituit scholas dominicales, cum ingenti fructu animas rexit sibi concreditas. Decessit in odore sanctitatis 26. Jun. 1714. Opera ejus collecta prodierunt cur. Migne Paris 1857 t. 2 in 8. — Locos obscuriores s. Scripturae illustrare sategit ex hebraeo fonte Henricus Bukentop O. Min. strict. obs. belga, Antwerpiensis in academia lovaniensi s. theologiae lector jubilatus († 1716), in opere inscripto[1]) אור מאור *Lux de luce ll. 3,* in quorum primo ambiguae locutiones, in 2. variae et dubiae lectiones, quae in vulgata latina occurrunt ex originalium linguarum textibus illustrantur; in 3. agitur de ed. Sixti V. facta a. 1590 adversus Bellum papale Thomae James, qua occasione 2134 differentias inter utramque enumerat, Bruxellis 1710 in 4. Scripsit quoque tr. *de sensibus s. Scripturae et Kabbala Judaeorum*[2]), Lovanii 1704 in 12. Utrumque opus a viris doctis commendatur. *Centum canones* seu regulae pro intelligentia s. Scripturae utilissimae ex ss. patribus ac probatis auctoribus collectae, ib. 1696; 1706; *paedagogus ad sancta sanctorum,* ib. 1696, in quo disserit de s. Scripturae dignitate essentia, exsistentia, libris, auctoribus, sensibus, interpretatione ac variis textibus, praesertim de latina ed. vulgata. — Petrus Juvet Bruxellensis n. 1643, Bononiae doctoratus lauream est adeptus. Seminario leodiensi praefuit († 5. Oct. 1714). *Antilogias* seu contradictiones apparentes evangelistarum collegit Gandavi 1702 in 8; 1760; *conferentiae clericales* habitae in seminario[1]), ib. 1693 pp. 3 in 8.

349. Versionem gallicam s. Scripturae N. T. adornavit stilo puro et nitido Dominicus Bouhours S. J. Parisiensis, literarum humaniorum et rhetoricae professor (n. 15. Maj. 1628; † 27. Maj. 1702), Parisiis 1697—1703 t. 2 in 12., quo in opere socios habuit Petrum Besnier († 7. Sept. 1705) et Mich. Le Tellier (p. 777). Eam crisi subjecit R. Simon editis epistolis quatuor inscriptis *Difficultés* proposées au R. P. B. etc., Amstelodomi 1697, quibus ille suppresso nomine respondit. Plurima reliquit opera[2]), quorum alia ad ascesim spectant, e quibus *Pensées chrétiennes* pour tous les jours du mois, Parisiis 1669 in 12., saepissime prodiit atque in plerasque Europae linguas fuit versum; alia ad excolendum ingenium, stilum, linguam gallicam; etiam *Sentiment des Jésuites* touchant le péché philosophique, Parisiis 1690 in 12. — Andreas Schurius (van der Schuer) Gorcomiensis († 1719) flandrice vertit (cum brevibus declarationibus etc.) N. T. Embricae 1696 etc., quae versio cum accederet ad famosam versionem montensem vel eam exprimeret, prohibita fuit ab archiepiscopo mechlinensi et episcopo leodiensi[3]).

---

nécessaire ou utile, et pas une vérité qui n'oblige de près ou de loin *à un bon propos* ou à une *bonne action.*" Eum optimum censet inter omnes Galliae catechismos. Reliquit et *Compendia tr. moralium* ad fusiorem tr. intelligentiam utilia, Avarici Biturigum 1691 t. 2. *Homilias* in Evangelia, Paris 1706. 1707 t. 4, etiam gallicas, ib. 1854 t. 3. Cf. de eo accurate disserentem Bertrand Hist. littér. de la Comp. de la S. Sulpice I, 170—207.

[1]) Cf. Acta E. L. 1711 p. 191—196; Mém. de Trév. 1712 a 72. Jam antea ediderat *Dictionarium,* in quo voces omnes difficilioris significationis, quae in Vulgata nostra s. Scripturae latina translatione occurrunt, breviter et dilucide explicantur (flandrice), Lovanii 1696; 1706.

[2]) Cf. Mém. de Trév. 1712 a. 121; J. des Sav. XLVII, 570. Cf. de ipso Dirks p. 350; Biogr. nat. III, 155.

[1]) Cf. alia in Biogr. nat. de Belg. X, 623.

[2]) Cf. Sommervogel 1, 1886—1920; VIII, 1886—88.

[1]) Notas adjecit Franciscus Joyeulx O. Praed. Flander, studii generalis Ant-

Contra eam edidit H. Bukentop (p. 817) *Examen translationis flandricae N. T.* Embricae nuper impressae, quo demonstatur translationis illius multiplex defectus, et a Vulgata latina editione difformitas ac cum damnata gallica versione conformitas, Lovanii 1698 in 8. Idem vertit et V. T., quae versio vulgatam purissima dialecto reddit, sed interpretis morte interveniente non ultra l. 4. Regum progressa est, Leodii (Ultrajecti) 1615. 1717 t. 2 in 8. Psalmos belgice reddidit, Leodii 1702 in 12. *Epistolarum* ejus ll. 1—3 prohibiti fuere Romae 4. Maj. 1702. — Liberius Colletti, qui se falso Atheniensem dicit, N. T. et Psalterium in vulgatam modernorum graecorum linguam transtulit [1]), Venetiis 1708 in f.

werpiae regens primarius († 20. Febr. 1707), Antwerpiae 1701 in 8.

[1]) Ignatius Rhenofeldensis O. Cap. missionarius in Helvetia strenuus, et in exercitu christiano adversus Turcas capellanus castrensis († 1702) descripsit *Neue jerusalemetanische Pilgerfahrt* oder kurze Beschreibung des gel. h. Landes, Constanz 1664; Freiburg 1666: Würzburg 1667; Augsburg 1699.

IV. Patrologia.

350. Haec etiam periodus plures vidit praestantissimas operum patrum editiones ad omnes regulas solidae criticae exactas. Qui vero hac in opere excelluerunt omnes fuere *Galli*. Sed initio illos prius breviter expediemus, qui huc referri possunt [1]), sed minoris sunt celebritatis et meriti. Laurentius Alex. Zaccagni Romanus vir (vere doctus et criticus, vaticanae bibliothecae praefectus († 26. Jan. 1712 a. aetatis 55), e tenebris eruit *collectanea* (pretiosa) *monumentorum veterum Ecclesiae graecae et latinae*, quae hactenus in bibliotheca vaticana delituerunt [1]), t. 1., in quo continentur 1. Archelai ep. acta disputationis cum Manete haeresiarcha latine ex antiqua versione; 2. s. Ephrem Syri sermones duo latine ex veteri versione; 3. s. Gregorii nyss. Antirrheticum adversus Apollinarem, testimonia adversus Judaeos, nova laudatio s. Stephani, sermo de Spiritu s., epistolae 14, omnia graece et latine; 4. Euthalii ep. sulcensis Actuum Ap., 14 s. Pauli aliarumque 7 catholicarum epist. editio ad Athanasium juniorem ep. alex., Romae 1698 cum versione et notis; *ecclesiarum urbanarum* ex Anastasio Bibliothecario et aliis antiquis monumentis *magnus catalogus*, quem edidit Mai in Spicilegio rom. IX, 384—

coepitque adornare novam Hesychii ed., cui tamen immortuus est.

[1]) Pro studio patrum utilis est *Traité de la lecture des Pères de l'Eglise* (1688) Bonaventurae (ante Natalis dicti) d'Argonne O. Carth. Parisiensis († 1704 a. aetatis 69). Ed. optima prodiit Parisiis 1697 in 12. curante Petro Belhestro, qui illum multum auxit. Prodit etiam latine Taurini 1742; Augustae V. et Wirceburgi 1756 inscriptus: *De optima methodo legendorum Ecclesiae patrum opusculum* in 4 pp. distributum. In p. 1 agitur de auctoritate patrum; in 2. recensentur res necessariae ad Ecclesiae patres utiliter legendos; in 3. exponitur ordo et methodus, qua patres Ecclesiae magno cum fructu legi possint. In 4. disseritur de usu patrum. Descripsit etiam *Histoire de la Théologie*, Lucae 1785 t. 2 in 4., opus posthumum. — Franc. de Maucroix canonicus rhemensis vir in literis optime versatus († 9. Aug. 1709 a. natus 89), plura patrum opera stilo puro gallice vertit. Cf. Feller V, 615. — Ludolphus Küster Westphalus, insignis philologus, ad fidem catholicam conversus (1713; † 12. Oct. 1716) edidit Suidae *Lexicon*, scripsit quoque contra Gronovium et Perizonium

[1]) Cf. J. des Sav. XXVII, 341 — 355; acta E. L. 1698 p. 393—403.

468; *Catalogus pontificum rom.* cum inserta temporum historia, ab eodem edita ib. VI, 1—312. — Claudius David O. S. Ben. congr. s. Mauri Divionensis (n. 1644; † 6. Nov. 1705) scripsit *Diss. sur s. Denys l' Aréopagite,* où l'on fait voir que ce Saint est l'auteur des ouvrages, qui portent son nom[1]), Parisiis 1702 in 8. — Antonius Beaugendre O. S. Ben. congr. s. Mauri Parisiensis (n. 1628; † 16. Aug. 1708) jam senex octogenarius edidit *v. Hildeberti* primo cenomanensis ep. deinde turonensis archiep. *opera*[2]). Accesserunt Marbodi rhedonensis ep., ipsius Hildeberti supparis opuscula; quae hactenus edita, haec auctiora et plura nondum edita prodeunt, omnia ad mss. codd. recensita notis passim illustrantur, Parisiis 1708 in f.

351. Qui jam sequuntur omnes sunt O. S. Ben. et e congr. s. Mauri. Theodoricus (Thierry) Ruinart dignus Mabillonii discipulus et familiaris natus est Rotomagi 10. Junii 1657. Artium laurea redimitus 1674 mox ingressus est (2. Oct. 1674) ordinem in monasterio s. Remigii. Morum puritas, vitae innocentia, fervens pietas, egregiae animi dotes, ingenium acre, judicium aetate majus eum admodum commendabant. Hinc Mabillonius, cognitis egregiis Ruinartii dotibus, eum sibi dari studiorum socium et participem, superiores rogavit facileque obtinuit. Parisios vocatus prima magistri cura fuit discipuli ingenium et mores excolere; alterum certissimis regulis ad scientiam tironi viam aperire inoffensam, quam ipse dudum anticipaverat. Quam feliciter se ad Mabillonii instituta et mores finxisset Ruinartius brevi patefecit in lucem editis *Actis primorum martyrum sinceris et selectis* ex libris tum editis tum mss. collectis, erutis vel emendatis notisque et observationibus illustratis[1]), Parisiis 1689 in 4; Amstelodami 1713. ed. 2. aucta et emendata; Veronae 1734 (ed. auctior actis ss. Firmi et Rustici); Augustae V. 1802 t. 3 in 8; Ratisbonae 1859 in 8; gallice interprete D. de Maupertuy, Paris 1708 t. 2 in 8; 1737 etc. Operi praemissa est docta praefatio, in qua primum recenset modos, quibus sincera martyrum acta ad nos pervenerint: tum bene probat adversus Dodwelli diss. *de paucitate martyrum* (Oxonii 1684), infinitos propemodum exstitisse martyres, quorum acta vel perierint vel descripta non fuerint. Agit de singulis persecutionibus earumque motivis, denique de honore, quo martyres in Ecclesia afficiebantur, ostenditque maximam semper fuisse totius Ecclesiae in eos reverentiam. Collectio pretiosa, in qua viget critica sobria, eruditio solida, stilus nitidus. Supplementum adjecit Le Blant *Les actes des martyrs,* Paris 1883 in 4, in Mém. de l' Inst. de France, XXX, 2, 57—347. Huic operi satis affinis est *Historia persecutionis vandalicae* in 2 pp. distincta. Prior complectitur ll. 5 Victoris vitensis ep. et alia antiqua monumenta ad codd. mss. collata et emendata cum notis et observationibus; posterior commentarium historicum de persecutionis vandalicae progressu et fine, Parisiis 1694 in 8; 1737; Venetiis 1732. Qua occasione scribit Mich. a s. Joseph IV, 360: „Ante Ruinart geographiam ecclesiasticam africanae dioecesis suis lucubrationibus illustrarunt Car. a s. Paulo, parum quidem exacte valdeque confuse ac diminute, teste Nic. Samsone; Lucas Hol-

[1]) Cf. J. des Sav. XXX, 285—289; acta E. L. a. 1704 p. 168—70.

[2]) Cf. Mém. de Trév. 1708 a. 93; J. des Sav. XL, 537—555; acta E. L. 1709 p. 145—150.

[1]) De op. pretio cf. accurate diligenterque disserentem Honoratum a s. Maria in animddversionibus in regulas et usum critices t. 1. diss. 4. a. 4. 5; diss. 2. a. 4 § 2; t. 2. l. 1. diss. 2. a. 5. § 4. Cf. etiam Bibl. choisie par J. le Clerc XXVI, 173—226; acta E. L. suppl. I, 593—601.

stenius aliquantulum exactius, sed non plene; Joan. Garnerius luculentius; card. Norisius laboriosius; Steph. Baluzius accuratius; tandemque Noster copiosius . . . sed omnium felicissime spartam hanc adornavit Dupin in sua *sacra Ecclesiae africanae geographia* operibus s. Optati milev. ep. praemissa[1]«. Aggressus dein est *s. Gregorii Florentii ep. turon. opera omnia*, nec non Fredegarii scholastici epitomen et chronicon cum suis continuatoribus et aliis antiquis monumentis ad codd. mss. et veteres editiones collata, emendata et aucta, atque notis et observationibus illustrata[2]), Parisiis 1699 in f., ed. accurata. In notis plura auctor pertractat, quae ad veterum Francorum historiam, mores et disciplinam ecclesiasticam spectant: praefatio vero est plane egregia. Cum magnam partem in digerendis et illustrandis actis sec. VI. SS. O. S. Ben., qui t. prodiit 1700, habuisset Ruinartus, hunc merita laude defraudare nolens Mabillon ipsius nomen cum suo praefigi operi curavit. *Apologie de la mission de s. Maur* ... en France avec une addition touchant s. Placide ib. 1702 in 8. Pro magistro in re diplomatica tuendo edidit l.: *Ecclesia parisiensis vindicata* adversus R. P. Barth. Germon duas disceptationes de antiquis regum francorum diplomatibus, ib. 1706 in 12., novaeque editioni (1709) op. *de re diplomatica*, quam Mabillonius jam inchoaverat, sed morte interveniente (1707) absolvere non poterat, praefationem apologeticam praefixit. *L'Abrégé de la Vie de D. J. Mabillon*, ib. 1709 in 8; latine, interprete Cl. de Vic († 1734), Patavii 1714, biographia egregia. Totum se deinceps convertit Ruinartus ad annales ordinis per Mabillonium coeptos continuandos, sed laboribus fractus in itinere constitutus decessit 26. Sept. 1709. Sic literarum studiis indefessus vacavit, ut nihil unquam de optimi ascetae officiis remiserit[1]). Post ejus mortem cura Thuillier prodierunt (cum Mabillonii operibus): D. Theod. Ruinarti *iter literarium* (a. 1696) *in Alsatiam et Lotharingiam;* disquisitio historica *de pallio archiepiscopali; b. Urbani Papae II. vita* (scrupulose prolixa), Parisiis 1724 t. 3 in 4., recepta a Migne in patrol. CLI, 9 ss. Ingold edidit ejusdem *Journal* Paris 1903.

352. De edendo *Augustino* sollicita fuit congregatio maurina. Editionem inchoavit Franciscus Delfau (n. 1637; † 1676), qui duo jam paraverat volumina; sed in exilium pulsus[1]) est propter l. famosum, cujus cum Gerberonio fuit auctor, *L'Abbé commendataire* où l'injustice des Commendes est condamnée par la loi de Dieu, par les Decrets des Papes et par les Ordonnances, Pragmatiques et Concordats des Rois de France, par le Sieur Desboisfranc, Coloniae (Compendii) 1673. Pars 2., quae est Gerberonii, simul prodiit sub nomine Froimont. Naufragio periit 13. Oct. 1716 a. natus 38. Socius ed. erat Robertus Guerard Rotomagensis (n. 1641; † 1715), qui reperit[2]) s. Augustini Opus imperfectum. Sed et ipse cum Delfau fuit relegatus, quod crederetur partem habuisse in op. supra citato. Propter horum exsilium negotium ediditionis trans-

[1]) Cf. acta E. L. suppl. II, 407—15.

[2]) Cf. Fabricius Bibl. lat. mediae et inf. aet. III, 96—101 ed. Mansi Florentiae 1858.

[1]) Cf. Pez, biblioth. bened. maurinianae part. 1. c. 38; Tassin Gelehrtengesch. der Congr. v. St. Maur, Frankfurt und Leipzig 1773 I, 421 ss.; Massuetus in ejus vita, quae habetur in ed. amstelodam. actorum ss. martyrum; Biogr. univ. XXXIX, 300; Jadart D. Th Ruinart, Parisiis 1886, ubi reperies Ruinartii ep. sicut et apud Gigas Lettres de Béned. de S. Maur (1652—1741) Copenhagen 1892—93 t. 2.

[2]) Reliquit *L'Abrégé de la Sainte Bible* en forme de Questions et de Réponses familièrs tiré de differens auteurs, Rotomagi 1707 in 12. et saepius deinceps.

latum fuit in Thomam Blampin, cui locus natalis erat Noviodunum in Picardia. Per annos 20 cum aliquot sodalibus, ut Coustant, Guesnié (n. 1647; † 21. Oct. 1722), cujus est index generalis, indefessa diligentia et labore huic editioni institit eamque ad felicem perduxit finem. Vita s. Augustini ed. praemissa tribuitur Hugoni Vaillant (p. 157) et Jac. Frische (p. 495), praefatio generalis Mabillonio, qui illam scripsit ad tuendam ed. contra accusationes haud injustas praemisitque t. 11. Blampini sunt reliquae praefationes et annotationes, quae quidem sat rarae et admodum breves sunt, cum editores illud sibi proposuerint, ne in explicanda Augustini doctrina ulli faverent parti: nam eo tempore admodum fervebant de Augustini doctrina controversiae non solum inter catholicos et haereticos, sed inter ipsos theologos catholicos. Id tamen non satis caverunt, et licet eorum editio magno plausu ab eruditis suscepta fuerint, plures tamen saltem clam editionem sunt aggressi editorumque fidem circa gratiae doctrinam t. 10. in suspicionem vocarunt[1]). Cum vero parerent suae editionis apologiam, Ludovicus XIV. utrique parti silentium indixit et congregatio s. inquisitionis plures libellos anonymos contra hanc ed. prohibuit. Prodiit haec ed. omnium praestantissima, Parisiis 1681—90 (t. 1. a. 1687); iterum inscio Blampim et mendose 1689 cum falsa anni assignatione 1679. Pluribus exemplaribus t. 10. adjecta est analysis l. de correptione et gratia, auctore Arnaldo[1]), quae in aliis suppressa fuit jussu de Harlay archiepiscopi parisiensis. Tempestate sedata ob t. 10. demum 1700 prodiit t. 11. Aliae ed. sunt: Antwerpiae 1700—1701 t. 12 in 9 v. in f. Adjecta eidem est appendix augustiniana, in qua sunt s. Prosperi carmen de ingratis cum notis lovaniensis theologi, Joan. Garnerii S. J. diss. pertinentes ad historiam pelagianam, Pelagii Britanni commentarii in ep. s. Pauli, ac denique Desiderii Erasmi, Jo. Ludov. Vivis, Jac. Sirmondi, Henrici Norisii, Joan. Phereponi et aliorum praefationes, censurae, notae et animadversiones in omnia Augustini opera. Venetiis 1729—1735 t. 11 in 8 v. in f.; 1756—1769 t. 18 in 4, in t. 18. habentur vindiciae hujus ed. a Montfaucon Romae 1699 editae; Venetiis (proprie Bassani) 1797—1807 t. 18 in 4; 1833—62 t. 12 in 14 v. in f. Parisiis 1836—1839 opera PP. O. S. B. Solesm. t. 11 in 13 v. in 8; et accurante Migne 1841 t. 10; 1865 t. 12 in 16 v. in 4. Ceterum Blampin rigidam duxit vitam, paupertatem admodum colebat, secessum amabat, ut poenitentiae spiritui

[1]) Ita gravibus verbis Fénelon op. XV, 83. Cf. de hac ed. ejusque historia Kukula dle Maurinerausgabe d. Aug. Sitzungsbericht der Akademie der Wissensch. Wien 1890; Bd. 121 p. 1—106; 1893. 1898 et Rottmanner bibliogr. Nachträgen zu Dr. Kukula's Abh. etc. ib. 1891; Sommervogel IV, 1484, ubi reperies literaturam circa hanc controversiam et apud Ingold Hist. de l'éd, Bénéd. de s. Aug. avec le journal inéd. de Don. Ruinart Paris 1903; Polybibl. 1881, 11, 383; Fleury H. E. cont. l. 208 § 25—34. Ceterum Clemens IX. congregationis studia collaudavit (1706). Fusa historiam hujus ed. persequitur H. Didiot in Revue de sciences ecclés. (1898), 5—32; 115—135; VIII, 193—212.

[1]) Hujus analysis defensionem in se suscepit Franciscus Gesures († 1705) in l. *Defensio arnaldina* seu analytica synopsis de correptione et gratia ab A. Arnaldo 1664 edita ab omnibus reprehensorum calumniis vindicata, Antwerpiae 1700 in 12., in quo editores nimii timoris arguit et janseniani nomine gloriatur. Magni factus est hic theologus in sua congr. (maurina), hinc id muneris ei impositum, ut cursum theologiae pro sodalibus componeret. Verum cum nimio fervore et aestu huic incumberet labori (impendere enim solebat 14 vel 16 horas per diem), ei succubuit morte subitanea 1705 correptus. Hujus auctoris est *Philosophiae sophisticae tumulus* in 4.

atque orationi liberius posset indulgere, et in aetate provecta, licet superior, quotidie aliquot horas operis dabat († 13. Febr. 1710 a. aetatis 70).

353. De Irenaeo vere meruit Renatus Massuet ex vico s. Audoëni de Mancellis (Ouen de Mancelles) dioecesis ebroicensis. Annos natus 17 vota solemnia nuncupavit in congr. s. Mauri (1682). In theologiae studio condiscipulos antecelluit librosque sententiarum suis sodalibus e suggestu magna cum laude interpretatus est. Hoc munere expleto ad illustrandum et vindicandum *s. Irenaeum* hac occasione se transtulit. Prodierat nempe a. 1702 Oxonii operum Irenaei ed. elegans studio et opera Jo. Ernesti Grabe notis illustrata et novis fragmentis locupletata. Potior tamen ei cura fuisse videtur, ut Irenaeum etiam invitum et reluctantem anglicanae sectae adjungeret, quam ut opus castigatius daret et emendatius. Hinc tot notarum fastidiosa prolixitas, ut levissima quaeque verba, saepissime nihil ad rem facientia distorqueat: ipsa vero ed. non satis commoda censeri debet. Itaque viris doctrina et pietate conspicuis visum est, non modo utilem, sed necessariam esse novam Irenaei ed., quae et accuratior esset, et a catholicis inoffenso pede decurri posset. Id oneris impositum Renato Massueto, qui id quidem detractavit diutius, subiit tandem ac tria sibi potissimum praestanda esse duxit: textum emendare ac pristino decori, ut fieri potuit, restituere, eundem illustrare, ac demum ea omnia lectoribus parare subsidia, quibus labor eorum minueretur. Hinc difficilia quaeque loca subjectis textui notis quam brevissime potuit, explicare conatus est, adscitis etiam doctorum virorum observationibus, quaecunque ad auctoris intelligentiam conducere visae sunt. Non commisit tamen, ut margines gravaret iis notis, quae ad eruditionis ostentationem dumtaxat, vel ad dogmata et fidei controversias pertinent, nisi quando paucis verbis absolvi poterant. Satius esse duxit, ea, quae fusiori et accuratiori examine indigebant, singularibus diss. pertractare, in quibus res quaeque suo ordine et continua serie expenderentur. Tres igitur operi praemisit: in 1. de iis omnibus accurate disseruit, quae ad haereticorum, contra quos scribit Irenaeus, personam, aetatem, mores, scripta et dogmata pertinent; fontes, e quibus impura dogmata profluxerunt, aperuit. In 2. quidquid de Irenaei vita et gestis, martyrio et scriptis in veterum monumentis occurrit, studiose collegit et sagaciter expendit. In 3. demum totam s. episcopi doctrinae seriem evolvit, leviora, si quae sint, offendicula, ne in ea quispiam temere impingeret, patefecit; quod obscurius est illustravit; quod alienum et male affictum rejecit; quod ab heterodoxis prave contortum vanisque cavillationibus obscuratum explanavit, vindicavit et asseruit. Sua omnia oratione eleganti, munda et acuta exponit: in rebus ordinandis magna dexteritate, in refellendis adversariis temperata acrimonia ac generatim laudabili utitur modestia. Prodiit haec omnium praestantissima editio[1]) Parisiis 1710 in f.; Venetiis 1734 t. 2 in f. cum fragmentis anecdotis, quae ex bibliotheca taurinensi eruit, latina versione et notis donavit C. M. Pfaffius (sed cf. 1[3], 90), Hagae Comitum 1715 in 8. Post Mabillonii et Ruinartii mortem designatus est, qui annales ordinis continuaret, verum tantum t. V., qui complectitur res gestas ab a. 1067—1116, a Mabillonio fere absolutum, edendum curavit, variis in locis auxit ac emendavit, praefationemque cum synopsi vitae Mabillonii et Ruinartii praefixit, Parisiis 1713 in f. Apologiae instar

[1]) Cf. Pez II c. 17: Biogr. univ. XXVII, 432; Tassin I, 565 ss.; Herbst Tüb. Quartalschrift 1833 p. 452 s.; Mém. de Trév. 1711 a. 50; Bibl. choisie XXV.

pro ed. maurina op. s. Augustini (de qua supra) scripsit stilo gravi *Lettre d' un Ecclésiastique* au R. P. E. L. J.[1]) sur celle qu'il a écrite aux Rev. PP. Bénédictins de la Congr. de St. Maur touchant le dernier tome de leur édition de S. Augustin, Osnabrugae 1699. Decessit Massuetus paralysi tactus 11. Jan. 1716 a. aetatis 50. Dolendum, cum nimis familiarem fuisse aliquot jansenianae sectae fautoribus.

354. Hunc post a. secutus est sodalis Joannes Martianay[2]) vir graece et hebraice longe doctissimus e Vasconibus oriundus. Initium vivendi apud s. Severi oppidum in dioecesi adurensi coepit 30. Dec. a. 1647. Ordinem s. Benedicti in congr. s. Mauri delegit in eoque professionem emisit 5. Aug. 1668, a quo tempore sacras literas sanctorumque patrum monumenta et commentarios nunquam deposuit. Cum prope innumeras Aquitaniae, Occitaniae, Normanniae reliquaeque Franciae bibliothecas perlustrasset, eoque in labore a. 30 collocasset, in hominem antiquitatum ecclesiasticarum, scriptorum codicumque veterum literatissime peritum evasit. Divinas literas variis in locis sodales docuit, idque ea methodo, quam ipse in praef. generali t. 5. opp. s. Hieronymi, ad cujus calcem selectas ex divinis scripturis theses vulgavit, exponit. Cum Burdigalae in l. incideret Pezronii (p. 812) *L'Antiquité des temps retablie et défendue* contre les Juifs et les nouveaux chronologistes, Parisiis 1687 in 4., in quo textus hebraici integritas quoad mundi aetatem in dubium vocatur, totus exarsit ad illam tuendam, quod praestitit l. *Défense du texte Hébreu et de la Chronologie de la Vulgate* contre le livre de l'Antiquité des temps rétablie, Parisiis 1689 in 12. At Pezronius hisce vindiciis alias easque modestas pro mundi antiquitate longe majori, quam hebraicus permittit textus, vindicias opposuit in op. *Défense de l'antiquité des Temps,* où l'on soûtient la tradition des Pères et des Eglises contre celle du Talmud et où l'on fait voir la corruption de l'Hébreu des Juifs[1]), Parisiis 1691 in 4., in cujus c. 4. disserit de corruptione textus hebraici et de versione 70 interpretum, cujus historiam recenset. Sed neque Martianay tacuit edita *Continuation de la défense du texte Hébreu et de la Vulgate* par la véritable tradition des Eglises chrétiennes et par toutes sortes d'anciens monumens hébreux, grecs et latins, et particulièrement par la Bible des premiers Pères de Citeaux et les ordonnances de leur second Abbé Etienne contre Isaac Vossius Protestant et contre le l. du P. Pezron etc., ib. 1693 in 12. Postea edidit *Relation de la dispute de l' auteur du l. de l'Antiquité des temps rétablie* contre le défenseur du texte Hébreu et de la Vulgate, ib. 1707 in 12., in qua contendit argumentorum pondere Pezronium ad silentium fuisse redactum: sed alii ferunt, archiepiscopum parisiensem Pezronio de responso cogitanti imposuisse silentium.

355. Interim Parisios a congregationis praesidibus vocatus novam paravit s. Hieronymi ed., et „quidem solus et nullius auxilio recreatus“[2]),

---

[1]) Id est R. P. Emerico (lege Joanni Baptistae, neque enim Emericus, sed Joan. Baptista vocabatur, cui inscribitur ep. anonyma adversus hanc ed. Coloniae edita) Langlois Jesuitae.

[2]) Cf. Tassin I, 596—620; Biogr. univ. XXVII, 287; Paz II, c. 8; J. des Sav. LXII, 394; Fritz KL. VII², 918.

[1]) Cf. J. des Sav. XX, 25—49. Ceterum etiam Le Quien Pezronii impugnavit sententiam.

[1]) Ita ipse in calce prologi t. 2. Eum tamen saltem in edendo tomo primo juvit Antonius Pouget sodalis Bellargensis (n. 1650; † 14. Oct. 1709), vir studii et silentii admodum amans, qui etiam socius fuit Montfauconii in edendis *analectis* graecis (cf. supra pag. 479 annot.) et *operibus s. Athanasii.*

quae quantum sudoris eidem expresserit, diversis in locis ipse explicat. Ita ex. gr. scribit Proleg. 1. t. 2: »Mihi absque jactantia dicere fas sit, leviorem fuisse laborem editionis cujusque tomi operum s. Augustini, Gregorii et ceterorum ecclesiasticorum scriptorum, quam restitutionis solius libri nominum hebraicorum. Nam quis crederet, pro uno verbo ac nomine inveniendo quindecim saepius dierum spatio me incassum laborasse? Quis fidem adhibebit, si dixero, integrum volumen Levitici vel Numerorum ter a me pervolutum apud Septuaginta, ut unicum nomen invenirem?« Neque mirum, cum praesertim hujus doctoris operum editio ingentem exigat apparatum criticum, eruditionem haud vulgarem, sagax judicium. Ut ed. criticae necessitatem proposito aliquo aperiret exemplo, emisit in lucem *D. Hieronymi prodromum* sive ep. D. Joan. Martianay ad omnes viros doctos ac studiosos cum epist. s. Hieronymi ad Sunniam et Fretelam castigata ad codd. mss. et multiplici observationum genere illustrata[1]), 1690 in 4., qua in ep. ostendit veluti in specimine, quam mendosus sit s. doctoris textus hactenus vulgatus. Primo deinde loco lucem aspexit s. Eus. Hieronymi strid. presb. *divina bibliotheca* antehac inedita, complectens translationes latinas V. ac N. T. cum ex hebraeis tum e graecis fontibus derivatas, innumera quoque scholia marginalia antiquissimi hebraei cujusdam scriptoris anonymi hebraeas voces exprimentis. Prodiit e vetustissimis mss. gallicanis, vaticanis etc., ib. 1693 in f., additis doctis prolegomenis: quam exceperunt alii quatuor tomi 1699-1706. Insertae sunt plures exercitationes in sacra biblia, in psalterium davidicum, in psalmos et in canticum canticorum, in sex priores psalmos, exercitatio chronologica in omnes prophetas[2]) etc.

Labores Martianaei plures critici magna acrimonia carpserunt, quorum agmen duxere Rich. Simon editis *Lettres critiques* (13) sur l'éd. des Oeuvres de s. Jerôme donnée par les Bénédictins 1699 in 12. (opus rarum): et Jo. Clericus, »qui non solum, ut ipse scribit[1]), verba, sed syllabas quoque nostrorum verborum calumniantur, in eo se scire aliquid arbitrantes, si alienis operibus ac recte factis detrahant.« Exstant propterea satis acerbae apologiae, ut *Défense de la Bible de s. Jérôme* contre la critique de M. Simon, Parisiis 1699 in 12., aliaque in quibus Simonii historiam criticam V. T. stultam, temerariam ac imperitam vocat, ipsum Simonium velut »scriptorem magno loquendi impetu fluentem more torrentis, turbidum ubique proferentem sermonem, ac falsa pro veris saepius aut semper nobis obtrudentem« exagitat. Joan. autem Clericum, qui editis quibusdam qq. hieronymianis, Hieronymi juxta et Martianaei nomen ac ed. foede laceraverat, singulari op.[2]), quod *Eruditionis hieronymianae defensionem* (Parisiis 1700 in 8.) inscripsit, tamquam »falsum christianum, falsum interpretem bibliorum ss., falsum artis criticae scriptorem, falsum libertatis animorum vindicem, falsum quam plurium voluminum editorem, merum criticum sycophantam et clericum imperitissimum« denotat ac repellit[3]), eamque »libertatem in redarguendo imperito et parum modesto critico sine summa aut imperitia aut iniquitate non posse sibi negari« existimat. Sed relictis his cri-

---

[1]) Cf. J. des Sav. LVII, 115 ss.

[2]) Cf. Mém. de Trév. 1704 a. 180; 1717 a. 24; J. des Sav. XXVIII, 308—316; XXXII, 553; XXXIV, 960, acta E. L. 1655 p. 98—110; 1699 p. 524—534; 1706 p. 417—422.

[1]) Proleg. 1. t. 3.

[2]) Scripsit hoc opus gallice, sed propter nimiam acrimoniam et aculeos, quibus scatebat, a congregationis superioribus editio prohibita fuit. Hinc auctor illud latine vertit atque suae ed. hieronymianae inseruit.

[3]) Cf. op. s. Hieron. III, 119.

ticis immodestis, haec vir modestior Dom. Vallarsi haud immerito reprehendenda censet: »Erasmianam ed. exscribit fere continenter, neglecta, imo saepius nec memorata Victorii industria, a quo tamen errores quamplurimos emendatos compertum est, qui denuo inscio lectore obtruduntur. Mss. exemplaria diligenter in unoquoque opere a capite ad calcem omnino non contulit, sed tantum vexatis aliquot locis in consilium adhibuit . . . Raro etiam invenias difficilia loca explicari, imo vero monitis et praefationibus, quae lucem operibus fenerentur, praeter argumenta epistolarum, quae Erasmus condidit, fere destitui. E contrario annotationes ipsas, quas, si criticas ep. et duo lexica nominum et locorum excipias, ceteris libris oppido paucas jejunasque apposuit, plerumque falsa judicia occupant, saepe etiam personales, ut ita dicam, controversiae, quibus arrepta occasione doctissimos viros suggillat, textum vero hieronymianum minime interpretatur. Denique perversus ordo falsusque, ubi temporum rationem habuit, et pleraque id genus alia, quae declinandae invidiae causa dissimulamus.« Quare haec ed. viris eruditis non omnino satisfecit, neque praestantissima haberi potest, neque par ceteris congr. maurinae editionibus operum ss. patrum. Non tamen propterea quid detractum volumus diligentiae, eruditioni et meritis hujus editoris. Haec ed. aliis quoque ll. occasionem praebuit [1]), cujusmodi sunt: *Vulgata antiqua latina et itala versio Ev. secundum Matthaeum* e vetustissimis eruta monumentis, illustrata prolegomenis et notis, Parisiis 1695 in 12; *Remarques sur la version italique de l'Evangile de s. Matthieu,* qu'on a découvert dans de fort anciens manuscrits, ib. 1695 in 12; *Traités de la connaissance et de la vérité de l'Ecriture sainte* [1]), ib. 1694 t. 4 in 12; 1717; *Continuation du premier traité des écritures,* où l'on respond aux difficultés qu'on a faites contre ce même traité et où l'on défend la Bible de s. Jérôme contre la critique de M. Simon, ib. 1699 in 12; *Suite des entretiens* ou traités sur la vérité et la connaissance de la s. Ecr. second traité *du canon des livres de la Sainte Ecriture* depuis leur première publication jusqu'au concile de Trente, ib. 1703 in 12; 1719. Adversus hunc scripsit P. Barre *Défense des livres Deuterocanoniques de l'ancien Testament.* Traité méthodique ou *manière d'expliquer l'Ecriture* par le secours de trois syntaxes, la propre, la figurée et l'harmonique, ib. 1704 in 12; *la vie de s. Jérôme* [2]) ll. X, ib. 1706 in 4. *Harmonie analytique* de plusieurs sens cachés et rapports inconnus de l'A. et N. Testament avec une explication littérale de quelques Pseaumes et le plan d'une nouvelle édition de la Bible latine [3]), ib. 1708 in 12; *Méthode sacrée pour apprendre à expliquer l'Ecriture Sainte par l'Ecriture même,* contenant une infinité de concordances nouvelles, qui nous développent elles seules les sens les plus obscurs et les plus cachés de l'A. et N. Testament, ib. 1716 in 8. Magni fecit Martianay hanc suam methodum, et secundum eam Genesim exponere nisus est. *Le N. Testament* de N. S. J. C. traduit en françois sur la Vulgate avec des explications littérales tirées uniquement des pures

[1]) Cf. etiam doctas quasdam auctoris epistolas occasione suae editionis scriptas in Journal des Savans XIX, 5; 654; XXIV, 454; XXV, 794.

[1]) Cf. de hoc op. J. des Sav. XXVI, 140—164; de horum continuatione et apologia ib. XXVIII, 160—170. De alio ejusdem op.: *Essais de Traduction* ou Remarques sur les Versions Françaises du N. T. servant de révision pour les mêmes Versions et de Commentaire littéral sur les endroits obscurs du Texte sacré, Parisiis 1709 t. 2 in 12. cf. ib. XLVI, 311; XLVII, 243.

[2]) Cf. Mém. de Trév. 1707 a. 1.: J. des Sav. XXXIV, 780—91.

[3]) Cf. Mém. de Trév. 1708 a. 145.

sources de l'Ecr. S., ib. 1712 t. 3 in 12. etc. Apoplexia tactus decessit [1]) laboriosus hic vir 16. Jun. 1717 a. aetatis 70. Dolendum eum in suis adversus aliter sentientes libris nimia uti stili acrimonia, neque benevolas hac in re praebuisse amicorum consiliis aures.

356. Anno sequenti (25. Dec. 1718) hunc secutus est Antonius Augustinus Touttée ex eadem congr., natus Riomagi 13. Dec. 1677. Peractis egregie apud patres Oratorii studiis monasticam vitam amplexus est, seque votis solemnibus obstrinxit 29. Oct. 1698. Theologiam aliquamdiu in monasterio floriacensi docuit: dein ad s. Dionysium. Delectabatur magis theologia positiva quam scholastica, nam diurna nocturnaque manu patrum versabat opera. Suadentibus amicis et praepositis jubentibus ad ed. novam s. Cyrilli hierosol. adornandam accessit, quae tamen prodiit posthuma. sed plane egregia cura Prudentii Marani Parisiis 1720. Praemittuntur opp. tres eruditae et accuratae diss., in quibus s. patris vita digeritur, opera expenduntur, doctrina illustratur et vindicatur praesertim adversus Rivet et Aubertin Calvinianos [2]). Recusa ea fuit Venetiis 1763 in f. et a Migne in P. G. t. XXXIII.

357. Hos omnes diligentia forte superavit Stephanus Baluzius Tutelensis, qui incredibili plane labore, sollertia et studio innumeros codices diurna nocturnaque manu versavit, ut vel scripta hactenus inedita publicae daret luci vel jam edita emendaret corrigeretque. Natus est 25. Nov. 1630 (sec. alios 1631). Juri civili dedit operam, patre ita volente, sed parum profecit: propensiore enim animo ferebatur in studium historiae ecclesiasticae et juris canonici. Jam anno 1652 primum studiorum suorum edidit fructum *Antifrizonius* inscriptum, Tolosae 1651 in 12., in quo *Galliam purpuratam* seu historiam cardinalium gallorum a Frizonio adornatam (cf. III, 1104 a.) recenset, et ejus errores aperit. A docto Petro de Marca archiep. parisiensi invitatus, ad eum se contulit et sub ejus auspiciis studiis se dedit literariis, quem et juvit in adornando opere *de concordia* sacerdotii et imperii, cujus etiam varias curavit editiones (cf. III[3], 1181). Scripsit etiam hujus praesulis *vitam,* Parisiis 1663 in 8. Post hujus Maecenatis obitum (1662) praefuit celeberrimae Colberti bibliothecae, quae codices undique ex Europa, Asia et Africa collectos recondebat, usque ad hujus celebris ministri mortem (1683). A rege dictus est (1670) professor juris canonici in collegio regio, nova propter ipsum instituta cathedra: a. vero 1707 constitutus regii collegii inspector; sed propter opus *Histoire généalogique de la Maison d'Auvergne,* Parisiis 1708 v. 2 in f., quam hortante card. Emman. Theodosio de Bouillon scripsit, regia excidit gratia et Parisiis exire est jussus, privatusque fuit omnibus muneribus, stipendiis ipsisque bonis propriis. Redire permissus a. 1713 decessit inter studia literaria annos natus 88 die 28. Jan. 1718. Receperat tantum tonsuram, quamvis possideret plura beneficia essetque canonicus tutelensis. Plurima reliquit opera [1]). Ad *patrologiam* referri possunt: *Salviani Massiliensis* [2]) *et Vincentii lirin. opera* cum

[1]) Eodem hoc a. decessit ejus sodalis Guil. Roussel, qui gallice vertit epistolas s. Hieronymi annotationibus accuratis illustravit, Paris 1703—7 t. 3 in 8; 1743 t. 4 in 12.

[2]) Cf. acta E. L. suppl. VIII, 193—205; J. littéraire 1721 p. 206 ss.; J. des Sav. LXVII, 554. 605; LXXIII, 76; Mém. de Trév. 1721 a. 101. 102. p. 2338—2384, ubi nonnulla Touttaei asserta ex ejus de vita s. Cyrilli diss. censurae eruditae subjiiciuntur. Touttaei vindicias in se suscepit Prud. Maranus in diss. *de seminariis* 1722.

[1]) Cf. Capitularia reg. franc. edit. Chiniac t. 1. p. 63—74; Niceron I, 189 ss.; Seiters KL. I, 1911; Europe sav. IV, 293.

[2]) Ex Salviani opp. Demetrius Bar-

(doctis) notis, Parisiis 1663 in 8; 1669; 1684, ed. optima ac saepe recusa. *Servati Lupi presb. et abbatis ferrariensis opera* [1]), 1664 in 8; Lipsiae 1710; *s. Agobardi archisp. lugd. opera;* item *epistolae* et opuscula Leidradi et Amulonis archiep. lugd. notis illustrata [2]), 1666 t. 2 in 8; *s. Caesarii arelat. ep. homiliae 14* notis illustratae, 1669 in 8; *Reginonis ab. prumiensis ll. 2 de ecclesiasticis disciplinis et religione christiana:* accessit Rhabani archiep. moguntini ep. ad Heribaldum ep. antissiodorensem cum notis, 1671 in 8; *Marii Mercatoris opera* cum notis fere tantum criticis, quae centenis in locis Garnerium emendant, hinc ed. haec emendatissima censetur, 1684 in 8; *miscellanea* h. e. collectio veterum monumentorum, quae hactenus latuerunt in variis codd. ac bibliothecis [3]), 1678—1715 v. 8 in f., quae scripta subinde pretiosa multaque documenta historica, sed etiam fabulosa et apocrypha complectitur: iterum novo ordine digesta et non paucis monumentis ineditis aucta opportunisque animadversionibus curante Mansi Lucae 1761—64 v. 4 in f. *Lucii Caecilii Firmiani Lactantii l. ad Donatum confessorem* de mortibus persecutorum cum notis, ejus cura primum editus in Miscellaneis II, 1—46; Parisiis 1680 in 8. etc.; *s. Caecilii Cypriani* [4]) *ep. carthag. et martyris opera* ad mss. codd. recognita et notis criticis et historicis illustrata, quam ed. unus (Prud. Maranus) ex monachis congr. s. Mauri absolvit, cujus est etiam praefatio doctissima complectens diss. 16 adversus Dodwellum, et vita s. Cypriani, 1720 in f., ed. omnium praestantissima [1]), recusa Venetiis 1728, 1758. Una quoque cum Martene novam curavit ed. *Spicilegii* D'Acherii (cf. p. 480), Parisiis 1724 v. 3 in f. — Ad jus *canonicum* spectant: *Ant. Augustini archiep. tarraconensis dialogorum ll. 2 de emendatione Gratiani* cum notis, Parisiis 1672 in 8., proh. 30. Sept. 1698 propter ejus praefationem, notas et additiones; *capitularia regum francorum;* additae sunt Marculfi monachi et aliorum formulae veteres et notae doctissimorum virorum, Parisiis 1677 v. 2 in f.; Venetiis 1772. Illa contulit magna diligentia cum vetustis codd., fontes unde hausta sunt indicavit, loca ubi ab aliis scriptoribus referuntur exhibuit, notis, criticis praesertim, illustravit, sed praefatio est licentior; emendatiora prodierunt cura Petri de Chiniac, Parisiis 1780, magis adhuc in monumentis Germaniae historicis legum t. 1. et 2. cur. Pertzio. *Concilia Galliae narbonensis* cum notis, 1668 in 8; *nova collectio conciliorum* cum notis, 1683 in f.; 1707; prodiit ex pluribus quos cogitaverat tomis unus [2]) tantum, qui complectitur monumenta ab a. 125 usque ad medium sec. VI., quae desunt collectioni Labbei. — *Historica* porro sunt: *Vita paparum avenionensium* [3]), 1693 t. 2 in 4., quo in opere illos impugnat, qui pontificum commorationem avenionensem (ab a. 1305—94) cum captivitate

buli S. J. Forojuliensis (21. Aug. 1682; † 19. Mart. 1734) *concordantias* alphabetice digessit, ascetis et concinatoribus utiles Pisauri 1729. Ipsius quoque est Enchridion propositionum damnatarum, Arimini 1729.

[1]) Cf. acta E. L. 1711 p. 205.

[2]) Cf. Journal des Sav. I, 519.

[3]) Cf. acta E. L. 1684 p. 173; 1701 p. 193; 1716 p. 145; suppl. VI, 241: Mém. de Trév. 1714 a. 2.

[4]) S. Cypriani sicut et aliorum patrum opera gallice vertit Petrus Lombert Parisiensis, parlamenti advocatus et aliquamdiu Portus regii (Port-Royal) solitarius († 1710). Versio op. s. Cypriani cum annotationibus et vita prohibita fuit 19. Oct. 1672. Cf. Feller V, 301.

[1]) Maranus plures annotationes Baluzii emendavit, voluissetque alias quoque mutare, si commode fieri potuisset. Cf. de hac edit. Mé. de Trev. 1728 a. 60. 88 et 125.

[2]) Cf. Acta E. L. 1684 p. 348.

[3]) Cf. Acta E. L. suppl. II, 291—96.

conferunt babylonica, prohib. 17. Mart. 1698; *epistolarum Innocentii III.* pont. rom. ll. 11 (qui non omnes complectuntur hujus pontificis epistolas); accedunt gesta ejusdem Innocentii, 1682 t. 2 in f.; *historiae tutelensis* [1]) *ll. 3,* 1717 in 4. Quamvis autem Baluzii merita de re literaria, in primis de patrologia et historia, minuere nolimus, praetermittendum tamen non est, eum subinde liberius exercuisse artem criticam, adeo ut nonnemo bonam fidem haud raro in eo desideret, atque ipse incauta sua scribendi ratione haud immerito romani indicis in se provocaverit censuram. Commendatione vero illud est dignum, eum liberali latoque corde eruditos, quotquot ipsum adirent, consilio, opera et quacunque alia qua poterat ratione libenter juvasse.

358. Jam reliqui sunt [2]) tres viri, quibus magna eruditio abjudicare nequit, et quorum calamus feracissimus fuit, qui tamen nominis claritatem erroribus, multo vero magis spiritu oppositionis adversus infallibile Ecclesiae magisterium obfuscarunt et maculaverunt, adeo ut vix accenseri mereant theologis catholicis, quorum prima veluti dos esse debet docilis animus erga Ecclesiae magisterium. Hi porro fuere Gerberon, Quesnel et Dupin. Ludovicus Ellies Dupin natus est Parisiis 17. Jun. 1657. In humanioribus literis adeo profecit, ut jam 1672 artium crearetur magister. Absoluto in Sorbona theologiae cursu ordinario totum se dedit conciliorum, patrum scriptorumque ecclesiasticorum studio, donec per aetatem liceret honores emereri academicos. Baccalaureus dictus a. 1680, doctoratus lauream adeptus est 1. Jul. 1684. Mox consilium cepit de componenda bibliotheca omnium scriptorum ecclesiasticorum, in qua eorum definiret aetatem, describeret vitam, recenseret opera operumque editiones, horum exhiberet quoque summam doctrinae non citra crisim de iisdem. Immensum opus (gallice) prodiit t. 47 in 8. Parisiis 1686—1714; horum tomi priores aliquot prodierunt tertia vice multum aucti; totum opus Amstelodami 1690—1715 t. 19 in 4. (sed priores t. secundum editionem primam, hinc sat imperfecti). Coalescit autem opus hisce veluti partibus: *Discours préliminaire sur l'ancien et nouveau Testament,* quem titulum in sequentibus ed. omisit, multumque auctum seorsim edidit t. 3 in 8. Parisiis 1699. Complectitur [1]) opus introductionem ad s. Scripturam, agit enim de canone, auctoritate, inspiratione, auctoribus, linguis, versionibus etc. s. Scripturae. *Nouvelle bibliothèque des Auteurs ecclésiastiques* [2]), complectens scriptores usque ad sec. 8., dein [3]) a sec. 16—18; *Supplément contenant les principaux point de l'histoire ecclésiastique* des 4. 5. 6. 7. et 8. siècles avec une table chronologique [4]), ib. 1694—98 t. 7; *Histoire des controverses et des matières ecclésiastiques* [5]) a sec. 9

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1719 a. 42; J. des Sav. LXIII, 107.

[2]) Antonius Zierndorf S. J. Viennensis, philosophiae, theologiae et juris canonici professor (n. 14. Sept. 1660; † 28. Deo. 1714) *M. Minucii Felicis Octavium* prolegomenis Fr. Balduini notisque selectis noviter illustratum et *Magni Aurelii Casiodori Variorum* ll. 6 luci iterum dedit Viennae 1702 in 12.

[1]) J. des Sav. XXVII, 143—159; 173—183; 718—731: acta E. L. 1700 p. 1—12; 1701 pag. 7—17.

[2]) Cf. Act. E. L. 1693 p. 77; 458; 489; suppl. II, pag. 415—428; 474—483.

[3]) De hac parte, quae 9 complectitur tomos, cf. J. des Sav. XLII, 139; XLVI, 546—557; LI, 291—314; Mém. de Trév. 1709 a. 93; 1712 a. 176. Praetermittit in ea auctor plures theologos magni nominis. De *supplemento* cf. 1712 a 92. Cf. etiam acta E. L. 1703 p. 202; 253: 1711 p. 126; suppl. IV, 452—459; 1715 pag. 149; VI, 198—203; 247—51.

[4]) Cf. J. des Savans LI, 20.

[5]) Cf. des Sav. XXII, 608—627; XXIV, 27—46; 66—81; XXVI, 98—120; 131—140; acta E. L. 1696 p. 31—41; 1698 p.

—15; *Histoire de l'église* et des auteurs ecclésiastiques du 16. siècle, ib. 1701 et 1703 t. 5; *Table universelle des Auteurs ecclésiastiques,* quae tamen scatet mendis, erroribus et lacunis. Cum vero Dupin praeter hoc opus immensum pluribus aliis esset intentus, fieri non potuit, quin prae festinatione levi illud manu conscriberet. Tamen quasi pro tribunali sedens modestiam in exercenda censura non servat. Potiora autem, quae in eo censuram provocarunt sunt: 1. Dubia mota circa libros canonicos; 2. spreta patrum, Augustini praesertim et Hieronymi traditio; 3. contemptus conciliorum; 4. negatio primatus s. sedis et irreverentia, qua de romanis pontificibus loquitur: 5. favor haereticis impensus praesertim Nestorio; 6. irrisio hominum devotorum; 7. vilipensio ss. patrum; 8. injuriae in casuistas et scholasticos; 9. neglectus auctorum selectus; 10. dicta contra symbolum apostolorum; 11. contemptus miraculorum et 12. adulteratus auctorum sensus. Sed praeter haec alia quoque nota censentur digna, quod scil. de b. Maria V. non ea, qua par est, honorificentia loquatur; quod libros deuterocanonicos V. T. a patribus trium priorum seculorum, quorum supersunt scripta, pro canonicis non fuisse habitos, de purgatorio apud eosdem nihil inveniri, uti nec de peccato originis ejusque culpa, quae traditioni distinctae sufficiant, affirmet etc. Parum quoque modeste dissentientes a suis opinionibus tamquam critices ignaros traducit et dictaturam nescio quam in recensendis aliorum scriptorum libris ipsaque Ecclesiae disciplina sibi arrogat, fideliter exprimens in omnibus magistrum suum Launojum [1]); hinc ejus *Nouvelle Bibliothèque* prohibita fuit a congregatione Indicis decr. 1. Jul. 1693 (5 priora volumina) et iterum 10. Maji 1757, et primi etiam tomi edicto parlamenti fuere suppressi: insuper parisiensis archiepiscopus, ut titulum hujus bibliothecae immutaret (hinc alio titulo prodiit continuatio cf. supra) et per triennium suum scribillandi pruritum cohiberet, injunxit. Duos priores tomos Matthaeus Petitdidier O. S. Ben. acriter perstrinxit in op. *Remarques sur la bibliothèque* [1]) etc.. Parisiis 1691. 1692 t. 3 in 8.

359. In regio collegio philosophiam docebat Dupin, sed cum famosum subscripsisset casum conscientiae, docendi munere privatus et Parisiis relegatus fuit. Qua de re Clemens XI. gratias egit Ludovico XIV., quod scil. jusserit »Ludovicum Dupinium *nequioris doctrinae hominem*, temerataeque pluries apostolicae sedis dignitatis reum exsulare [2]).« Hinc subscriptionem et quasdam opiniones male sonantes, quas in suis tradiderat scriptis, retractavit [3]), atque ita post quadriennium redire permissus est, quin tamen suam reciperet cathedram. Quare totum se scriptioni dedit, sed tam praecipiti fe-

---

160—168; 232—239; 511—519; 1700 p. 32—40; 56—64; 97—106.

[1]) Cf. Graveson hist. eccl. t. 8. part. 2 coll. 5, cui plures auctores assentiuntur (cf. Schüz in comment. critico p. 179): hinc mira est Honorati a s. Maria t. 1. p. 10 Animadversionum in regulas et usum critices de eo censura, quae collatis iis, quae infra carpit, contradictionis est arguenda. Cf. Dupinii declarationem circa haec accusationis capita apud Fleury hist. eccl. l. 211 § 41 ss. Hac tamen non obstante opus fuit prohibitum, quod ‚limitatae correctionis' non esset capax, malum per totum opus sit dispersum.

[1]) Cf J. des Sav. XX. 54. Praeter hunc celebriores, qui eam impugnarunt bibliothecam, sunt R. Simon, Ign. Laubrussel S. J. (de quo alias) et Bossuet, cujus ep. sat acris in Dupinii opus primum nunc prodiit cura A. Ingold in Bulletin critique 1884 n. 17 p. 349 ss.

[2]) Apud Fleury hist. l. 212 § 113.

[3]) Retractavit etiam suam approbationem, quam dederat Quesnelli libro *La Morale de l' Evangile,* quem Bulla *Unigenitus* Clemens XI. damnaverat. Cf. Fleury l. c. l. 216 § 39.

stinatione, ut haec ipsa suspecta redderet levitatis opera, quae edebat: ideoque doctissimus card. Quirinus levioris prorsus armaturae virum eum vocat. In controversiis de bulla *Unigenitus* ipse unus ex primariis auctoribus erat inobedientiae et contumaciae Sorbonae, quam omni opera fovebat et promovebat adversus hoc authenticum sedis apostolicae judicium. Eum consuluit imperator Russiae de concilianda ecclesia graeca schismatica cum Ecclesia catholica, sed ejus consilia, sicut consilia tot aliorum virorum fructu caruerunt. Etiam cum Guilielmo Wake archiepiscopo cantuariensi consultationem videtur inisse de concilianda ecclesia anglicana cum romana: ita tamen, ut spiritu novitatis ipse infectus pluribus capitibus, non solum quae spectant ad disciplinam ecclesiasticam, sed etiam ad dogmata catholica, paratus esset renunciare; unde etiam ex hac parte fides ipsius catholica versus vitae finem in gravem incurrit suspicionem [1]). Demum laboribus obrutus et confectus decessit 6. Jun. 1719 a. aetatis 62.

360. Alia ejusdem opera (potiora) sunt, et quidem quae ad s. Scripturam spectant: *Liber Psalmorum* cum notis (utilibus), quibus eorum sensus literalis exponitur ex commentariis Simonis Marotte, vulgo de Muis, ex quibus praestantiora eleganter contraxit, Parisiis 1691 in 8; *notae in Pentateuchum,* ib. 1701 t. 2 in 8; de quibus scribit Calmet in bibliotheca s.: „Eo nomine vir iste laudandus est, quod novit artem evitandi prolixitatem magnorum commentariorum et nimis arctam tenuitatem scholiorum. Nihil praeteriit obscurum, cui lucem non affuderit; animadversiones addit chronologicas et geographicas, quas item animadversiones breves reddit et literales.“ *Diss. historiques, chronologiques et critiques sur la Bible,* 1711 p. 1. in 8. (et unica in Genesim tantum); *Analyse de l'Apocalypse* contenant une nouvelle explication simple et littérale de ce Livre avec les Diss. sur les millénaires, l'état des âmes après la mort, le Purgatoire etc., 1712 p. 2 in 12. — Opera, quae ad theologiam strictiori sensu acceptam referri possunt, sunt: *Méthode pour étudier la Théologie* avec une Table des principales Questions à examiner et à discuter dans les études théologiques et les principaux ouvrages sur chaque matière [1]), 1716 in 12. Pars literaria adscribitur Witassio. Editio (latine versa), cui praefationem de vita, fatis et scriptis Dupinii praemisit Jo. Frickius 1716, prohibita fuit decr. 2. Jul. 1742; aucta et correcta prodiit 1769 cura ab. Dinouart. *Traité philosophique et théologique sur l'amour de Dieu,* dans lequel on établit et on explique les véritez catholiques contre les erreurs de quelques nouveaux Théologiens, ib. 1717 in 12. cum continuatione et apologia, ib. 1717 in 8; *Traité de la puissance ecclésiastique et temporelle* [2]), 1707 in 8; in quo tuetur et propugnare nititur famosos articulos declarationis gallicanae a. 1682; *Traité de la Doctrine chrétienne et orthodoxe,* dans lequels les vérités de la Religion sont établies sur l'Ecriture et sur la Tradition et les erreurs opposées détruites par les mêmes principes, 1703 in 8. proh. decr. 11. Martii 1704. Cogitaverat alias quatuor partes addere scil. de sacramentis, disciplina, ritibus et moribus, atque ita exhibere cursum theologiae gallicum [3]), sed in exsequendo consilio morte praepedi-

[1]) Cf. Lafitau Histoire de la Constit. Univenitus t. 2 l. 5; Seidl KL. IV, 30; Feller VII, 3. De ejus operibus cf. Niceron II; 25 ss.

[1]) Cf. Acta E. L. 1717 pag. 14: J. des Sav. LX, 545.

[2]) Cf. Acta E. L. suppl. IV, 145—56.

[3]) Cf. Mém. de Trév. 1703 a. 76; J. des Sav. XXXI, 479—500.

tus fuit. *De la nécessité de la foy en J. Christ pour être sauvé,* où l'on examine, si les payens ou les philosophes, qui ont eu la connaissance d'un Dieu, et qui ont moralement bien vécu ont pu être sauvés sans avoir la foy en J. Christ, 1701 t. 2 in 8., quod opus secundum nonnullos est Arnaldi, praefatio tantum Dupinii. — De patrologia meruit editione praestantissima [1]) *s. Optati afri milevitani ep. de schismate donatistarum ll. 7* ad mss. codd. et veteres editiones collatorum, quibus accessere historia donastitarum una cum monumentis veteribus ad eam spectantibus necnon geographia (accurata cf. supra pag. 825) episcopalis Africae, 1700 in f.; Amstelodami 1701 in f.; Antwerpiae 1702; cui addi debet editio *operum Joan. Gersonii* doctoris et cancellarii parisiensis [2]), quibus praefixa sunt Gersoniana et adjuncta aliorum hujus temporis scriptorum opera ac monumenta, omnia ad negotium Joannes Parvi spectantia Amstelodami 1703 v. 5 in f. — Opera historica praeterea sunt: *L'histoire d'Apollone de Tyane convaincu de fausseté et d'imposture,* Parisiis 1715 in 12. sub nomine Claireval; *Bibliothèque universelle des Historiens* [3]), 1707 t. 2 in 8; Amstelodami 1708 in 4., opus inchoatum quod complectitur tantum historicos qui usque ad Alexandri M. imperium floruerunt. Proposuit autem sibi omnium historicorum cujuscunque aetatis vel nationis vitam enarrare, librorum argumenta exhibere atque adeo summam universae historiae ex ipsis fontibus haustam complecti. *Histoire des Juifs* depuis J. Christ jusqu'à présent contenant les Dogmes des Juifs, leurs confessions de foy, leurs variations et l'histoire de leur religion depuis la ruine du temple pour servir de supplément et de continuation à l'histoire de Joseph, Parisiis 1710 t. 7 in 12. Descripsit fere similem Basnagii historiam quibusdam tantum mutatis. *L'histoire de l'église* en abrégé par demandes et par réponses depuis le commencement du monde jusqu'à présent, 1712 t. 4 in 12; 1714; quae epitome a memoriis trevoltiensibus commendatur propter concisum et accuratum dicendi genus; secundum alios tamen easdem notas festinationis et indiligentiae prae se fert, sicut alia hujus auctoris scripta: eaque fuit prohibita 1719. *Histoire du concil de Trente* et des choses qui se sont passées en Europe touchant la religion depuis la vocation de ce Concile jusqu'à sa fin, Bruxellis 1721, proh. 1725; *Mémoires historiques* pour servir à l'histoire des inquisitions, Coloniae 1716 t. 2, proh. 1739; *Bibliothèque des Auteurs separez de la communion romaine du 16. et 17. siècle,* 1718 t. 2 in 8., opus magna festinatione et obiter conscriptum, hinc non satis accuratum, in quo scriptores plurimi desiderantur [1]).

361. Denique theologiae practicae accenseri possunt: *De antiqua Ecclesiae disciplina* dissertationes historicae, 1686 in 4; Coloniae (Amstelodami) 1691 in 4; in quibus agit de forma et distributione ecclesiarum, de forma judiciorum ecclesiasticorum, excommunicationis antiqua ratione et primatu rom. pontificis. Et in 1. quidem diss. docet metropolitarum aut patriarcharum dignitatem nec a Christo, nec ab apostolis institutam, sed ex sola imperii distributione et urbium ipsarum praerogativa esse repetendam. In 2. contra Christ. Lupum (cf. p. 526) a metropolitani et synodi provinciae judicio provocationem ad rom. pontificem nec canonibus veteris Ecclesiae congruere, nec exemplis in hanc rem ad-

[1]) Cf. Acta E. L. 1701 p. 193—203; J. des Sav. XXVIII, 741—59.

[2]) Cf. acta E. L. 1706 p. 289—302; J. des Sav. XXXV, 464—474; 527—547.

[3]) Cf. Acta E. L 1709 p. 253—57.

[1]) Cf. Acta E. L. 1719 p. 389—396; 1720 p. 535—542.

duci solitis stabiliri posse. In 3. primis Ecclesiae seculis non solos episcopos, sed cum eis presbyteros accedente nonnunquam fidelium laicorum consensu excommunicationis judicium in noxios exercuisse; postea vero obtinuisse morem, ut episcopus et clerus soli sine consilio plebis excommunicationis sententiam ferrent; episcopum autem vix unquam sine clero ab Ecclesiae communione aliquem exclusisse; laicum vel clericum peccantem ad proprii episcopi tribunal deferri oportuisse: laicum vel clericum recursum habuisse ad synodum provinciae ratamque esse habitam talis synodi sententiam: non consultum esse, reges, etiamsi queant excommunicari, Ecclesiae communione privari: nec regna integra, provincias, urbes ob regis aut magistratus peccatum, sacris officiis interdici licere: in mortuos autem analogam tantum et impropriam excommunicationem cadere. In 4. b. Petri primatum non posse ex dictis Matth. 16, 18 et Joan 21, 15 colligi, ecclesiae autem romanae primatum supra ceteras orbis ecclesias traditione niti. In 5. rom. pontifices non esse infallibiles; in 6. potestatis ecclesiasticae immediatum subjectum esse universam Ecclesiam: ipsos pontifices ultro concilia convocasse tamquam ad controversias dirimendas; concilia pisanum, constantiense et basileense a tribus legitimis pontificibus approbata definivisse papam conciliis generalibus inferiorem esse et contraria Schelstratii argumenta vim ac valorem habere nullum; in 7. pontificem aut Ecclesiam nullam habere in reges eorumque bona auctoritatem directam vel indirectam: nec posse reges ab ipsis ullo deponi modo, aut eorum subditos a fide et obedientia eximi[1]). Opus fuit prohibitum Brevi Innocentii XI. die 22. Jan. 1688. *Traité historique des excommunications,* dans lequel on expose l'ancienne et nouvelle discipline de l'église au sujet des excommunications et des autres censures, 1715 in 12.

362. Paschasius Quesnel[1]), qui eodem quo Dupin decessit anno (2. Dec. 1719), e familia antiquae nobilitatis, sed temporis cursu ad communem conditionem redacta, natus est Parisiis 14. Jul. 1634. Studiis philosophicis et theologicis operam dedit in Sorbona. Juvenis annorum 22 congr. Oratorii (1657) ingreditur. Cum praeclaris se commendaret animi dotibus, juvenum cura ei demandata fuit, in quorum et aliorum commodum spirituale composuit l. *Abrégé de la morale de l'Evangile* ou pensées chrétiennes sur le texte des quatre Evangélistes, semen famosi illius operis, quod tantarum exstitit causa turbarum. Cum enim illae placuissent Felici Vialart episcopo catalaunensi, multum auctae, a censoribus approbatae et hujus episcopi literis commendatitiis instructae prodierunt[2]) in lucem Parisiis 1672 in 12. Interim magis magisque suum prodidit in jansenianam haeresim studium, unde agente archiepiscopo parisiensi Harlaeo compulsus est Aurelianum secedere, et quia recusavit se subjicere decreto in comitiis generalibus Oratorii sancito, quo proscribebantur Baji et Jansenii errores, etiam relinquere congregationem (1684). Hinc Bruxellam ad Arnaldum se contulit (1685), ut consiliis viribusque unitis causam promoveret jansenianam, quam multum revera juvit, cum facili, suavi, eleganti uteretur stilo. Arnaldo inter sua brachia defuncto (1604) ipse successit in munere ducis et capitis sectae janse-

[1]) Cf. Fabricii hist. bibl. fabric. IV, 189; acta E. L. suppl. I, 25.

[1]) Cf. Laacher Stimmen 1874 I. pag. 17 ss. Katholik 1877 I, 380 ss.; Batterel Mémoires IV, 424—94, qui encomiastice nimis de eo disserit.

[2]) In hac prima ed. reperiuntur tantum 5 prop. ex damnatis, scil. 12. 13. 30. 62 et 65; in ed. a. 1687 jam 53.

nianae, pro cujus tutela et incremento nullum non movit lapidem, millenasque artes, insidias et vias excogitavit. Opus suum *reflexionum* inchoatum absolvit adjectis considerationibus in actus et epistolas apostolorum: atque ita multum auctum et absolutum prodiit Parisiis 1687; 1692 jam t. 4; 1693; 1696, illudque clero et populo primum Felix Vialart de Herse (n. 1613; † 1680) episcopus cabillonensis [1]), et Noailles, ejus in episcopatu successor dein episcopus parisiensis, impense commendarunt (1690) tamquam exhibens panem fortibus et lac debilibus. Liber tamen pluribus visus est suspectus, multa in eo carpebantur, adeo ut ipse Noailles interim ad sedem archiepiscopalem parisiensem (1695) promotus, quaedam emendanda censeret: unde ita correctus iterum prodiit 1699; Amstelodami 1727 t. 8 etc. Ipse Quesnellus Bruxellis latuit, sed Philippo V. jubente captus est, ejusque scripta comprehensa (1703): verum a suis amicis clam ereptus (13. Sept. 1703) Amstelodamum confugit. Interea in Gallia augebantur turbae propter ejus librum [2]), qui gradatim proscriptus fuit ab episcopis, a Clemente XI. (1708), a parlamento (1711), ab ipso cardinali Noailles (1703): ac demum 101 prop. inde decerptae in celebri bulla *Unigenitus* 8. Sept. 1713 damnatae fuere a Clemente XI. instante Ludovico XIV. Tandem hic ferreae suae pertinaciae martyr et refractarius post elusas et calumniis proscissas excommunicationes, quas ob suos errores aliaque plura delictorum capita incurrisse iterato denunciatus est, in lethalem virium imbecillitatem incidit. Mortem praesagiens 28. Nov. sacris Ecclesiae sacramentis muniri petiit, quibus etiam receptis duos protonotarios apostolicos testesque adesse jussit, coram quibus fidei suae professionem seu declarationem proprio chirographo signatam confecit atque in tabulas publicas manu notarii referri praecepit. Verum haec declaratio minime par est ad reparandum immane quod dederat scandalum et damnum, cujus exstitit auctor, praesertim quod a. 7. ita sonet: „Quod persistam in appellatione ad concilium futurum generale interposita de Constitutione, quae incipit ‚Unigenitus Dei Filius' etc., et de gravaminibus, de quibus judicium Ecclesiae impetravi [1]).“ Decessit Amstelodami 2. Dec. 1719 a. aetatis 86. Multa reliquit scripta ascetica et polemica in sua jansenianorumque causa [2]).

---

[1]) Cf. Feret V. 131—134. Collectae prodierunt ejus *Ordonances, Mandemens et Lettres pastorales* Chalons 1663 in 12.

[2]) Occasione hujus op. Quesnelli plurimae prodierunt literae vel instructiones pastorales episcoporum Galliae. Inter hos eminent Jo. Franc. Lescure episcopus lucionensis († 23. Maj. 1713) et Stephanus de Champflour ep. rupellensis. Natus est St. de Champflour Arvernii (Clermont-Ferrand) 19. Maj. 1646. Adhaesit congr. s. Sulpicii, in qua excelluit virtute et pietate. Canonicus factus est claromontanus et vicarius capitularis sede vacante, et sub episcopo Bochart vicarius generalis. Magno erat praeditus zelo, strenuus Jansenianorum adversarius, declarationi cleri gallicani a. 1682 non assensit. Dictus est (1703) episcopus rupellensis (La Rochelle). Cum Jo. Franc. Lescure intimo suo amico edidit admodum prolixam *Ordonance et instruction pastorale* adversus Quesnelli opus, Rupellis 1710 in 12., in quo ostendit, illud esse plane conforme quinque Jansenii prop. damnatis; etiam latine ib. Plurima contra illam edita fuerunt scripta a Jansenianis. Obiit praesul vere illustris virtute et zelo 26. Nov. 1724. Edidit egregiam plane *Lettre et Instruction* pastorale . . . touchant la manière dont ils (sacerdotes) doivent travailler à l'instruction des personnes qui ont été élevées dans la religion protestant, La Rochelle 1715, in qua accuratum habetur controversiarum Manuale; et *Ordonnances* et Reglemens synodaux pro sua dioecesi ib. 1711. Cf. Bertrand Hist. lit. de la Comp. de S. Sulpice, Paris 1900 t. III, 92—137; Fleurii H. E. cont. l. 215 § 50 ss.; 75 ss.

[1]) Cf. totam declarationem in hist. eccl. Fleurii l. 219 § 60.

[2]) Cf. Feller VII, 156. Ad 60 numerantur quae suppresso nomine edidit, in Moréry Dictionnaire Amstelodami 1730 ed. 18. Sub nomine M. Gery edidit Colo-

Ratio autem cur ejus hic meminerimus est, quod ediderit *Leonis M. opera*, Parisiis 1675 t. 2 in 4; Luguni 1700 t. 2 in f., ed. propter diss. et notas in indicem relata [1]) 22. Jun. 1676; absque his recusa Venetiis 1741. 1748 t. 2 in f.; Tyrnaviae 1766—67 t. 2 in 8. Auxit ed. plurimis (16) diss. prolixis, observationibus, annotationibus: s. Leoni plura studuit vindicare, ut ll. 2 de vocatione omnium gentium, auctoritates de gratia et libero voluntatis arbitrio, libellum ad Demetriadem virginem seu ep. de humilitate. Quamvis autem plurimis frueretur novis codd. praesertim gallicanis, quibus scripta s. doctoris innumeris in locis potuit emendare ac novis epistolis (28) sermonibusque augere, magnaque cernatur in hac ed. eruditio, plura tamen in ea reprehendi solent, „quae ad tria praesertim redeunt capita: primo arguitur negligentiae in usu codd. et quidem a summis viris et in antiquorum librorum studio peritissimis, Baluzio et Coustantio; deinde accusant libertatem ejus, qua interdum textum nullo allegato codice emendat. Omnium vero gravissima reprehensio haec est, quod minime veritus sit, falsarum doctrinarum (etiam in materia gratiae) patronum se in istis suis lucubrationibus fateri, et non tam Leonem quam romanae sedis praerogativas, nunc palam nunc latenter impetere [2]).“ Hinc Cacciari (qui suam ed. Romae 1753—55 t. 2 in f. quesnellianae opposuit) l. 1. de eutychiana haeresi et hist. c. 6. affirmat: „Scriptorem de ecclesiasticis rebus Quesnello audaciorem nullum esse aeque opinor, neque cui magis animo desiderium insederit christiani regiminis formam et ordinem pervertendi.“ *Recueilles de lettres spirituelles* prodiit 1721 t. 3.

363. Gabrielis Gerberonii propterea hic mentionem facimus, quod ediderit [1]) *s. Anselmi cantuariensis ep. opera omnia*, nec non Eadmeri monachi, historiam novorum et alia opuscula, Parisiis 1675 in f., editio praestans; 1721. Scripsit quoque *apologiam pro Ruperto abbate tuitiensi*, in qua de eucharistica veritate eum catholice sensisse et scripsisse demonstrat, ib. 1669 in 8; ediditque *acta* (aliqua) *Marii*

niae 1688 in 12: *Apologie historique de deux Censures de l' Université de Douay* (adversus Lessium), cum aliis deinceps ad hanc quaestionem spectantibus. Cf. acta E. L. 1689 p. 227. Ipsius quoque est: *Tradition de l' Eglise Romaine sur la Prédestination des Saints et sur la grâce éfffcace*, ib. 1687 t. 3. His addi potest tamquam 4. *Defense* de l'Eglise Romaine, Leodii 1697. *Regles* de la discipline ecclésiastique recueillis des conciles etc., Paris 1665; 1670.

[1]) Quibus iris exceperit hanc damnationem cf. Dictionnaire des Livres jansén. III, 305.

[2]) Schoenemann in notitia historico-literaria in s. Leonem. Cf. etiam fratres Ballerinios in praef. generali ad op. s. Leonis n. 1 ss. et 13 ss., ubi de Quesnelli lucubrationibus, quae ejus editionem maxime celebrem reddiderunt, ita disserunt: „Si initio eximium hominis ingenium et eruditio metum injecerant, postquam ipsas lucubrationes exactius ad calculos revocantes, magnum in plerisque ingenii et eruditionis abusum deteximus, animi erecti et confirmati fuerunt. Etsi enim ille multa subtiliter et erudite congerat, quae non paucos nec infimi subsellii homines, in ejus sententias rapuere, nihilo tamen minus diligenti singulorum examine deprehendimus, sagacissimum hominem ingenio ac novitati indulgentem et quarundam partium studio abreptum in conjectationes plerumque fallacissimas intemperanter excurrisse, quibus magno acumine et artificio implexis magnaque eruditione fucatis, multa nova et falsa veri similitudinem quandam induerunt.“ Hinc magna diligentia et sedulitate fere singulas ejus diss. refutare coacti sunt fratres Ballerinii.

[2]) Cf. Mém. de Trév. 1722 a. 20; J. des S. LXX, 447. — Andreas Raineri OSB. congr. casin. Parmensis philosophiae et theologiae lector, variis in monasteriis prior et abbas († 1714 a. aetatis 84) scripsit *S. Anselmo Cantuariense* Istoria Panegirica ll. 4, Mutinae 1693 t. 1., t. 2—4 Parma 1695—1706. Ejus quoque est *Triplex philosophia* rationalis, naturalis et prima, Placentiae 1660. Cf. Affò V, 308.

Mercatoris s. Augustini Ecclesiae doctoris discipuli cum notis sub nomine Rigberii theologi francogermani, Bruxellis 1673 in 8. Natus ipse est apud s. Carilephi oppidum in dioecesi cenomanensi 12. Aug. 1628. Congregationem s. Mauri ingressus solemnem votorum professionem fecit in redonensi s. Melanii monasterio 11. Nov. 1649 aetatis 21. agens. Absolutis studiis (usque ad a. 1663) theologiam docuit variis in domibus sodales. Propter nimiam propensionem in Jansenii errores et scripta contra jus regaliae, jussus est comprehendi (1682): sed fuga elapsus secessit Bruxellam, et inde in Bataviam, ubi sub nomine Augustini Kergre delituit. Hic cum pluribus annis moratus esset nec a scribendis libris quidquam remisisset, Bruxellam rediit, jussu tamen Humberti Guil. a Precipiano mechliniensi archiep. captus (30. Maji 1703) ordinisque superioribus traditus est; sed Ludovicus XIV. eum Ambiani detentum voluit. Summus pontifex, quem appellaverat, veniam ei concessit dicendi missam sub conditione, quod formularium Alexandri VII. subscriberet: hoc demum praestitit. Sed inde translatus fuit in carcerem longe arctiorem vicennensem (1707). Postquam alios quoque articulos sibi a Noailles card. propositos subscripsit, suis est restitutus (25. Apr. 1710), decessitque 19. Martii 1711 annos natus 82. Utrum ejus subscriptio et retractatio fuerit sincera, non satis constat [1]). In propugnandis Jansenii erroribus promevendaque secta feracissimus fuit auctor, qui quaquaversus libellos haeresi infectos diffudit. Tassin in congregationis maurinae historia literaria 111 scripta tamquam genuina recenset, quorum non omnia in lucem publicam prodierunt. Plerumque delitescere nitebatur sub nomine conficto. Ut aliqua saltem indicemus, *Le Miroir de la piété chrétienne,* où l'on considère avec des réflexions morales l'enchainement des vérites catholiques de la Prédestination et de la Grâce de Dieu et de leur alliance avec la liberté de la créature, sub nomine Flore de Sainte Foy Bruxellis 1676 et saepius, opus ejus est fere praecipuum, erroribus jansenianis refertum [1]), hinc a pluribus episcopis damnatum, et Romae proh. 19. Jul. 1678. Pro ejus apologia scripsit: *Le Miroir sans tâche,* sub nomine ab. Valentini, Parisiis 1680 in 12. et alios libellos. *Critique ou Examen des préjugés du Ministre Jurieu* contre l'Eglise Romaine et de la suite de l'accomplissement des Prophéties, sub nomine ab. Richard, Parisiis 1690 in 4. *Michaelis Baji opera* cum bullis pontificum et aliis ipsius causam spectantibus, jam primum ad romanam Ecclesiam a conviciis protestantium simul ac a Arminianorum ceterorumque hujusce temporis Pelagianorum impostoris vindicandam collecta, expurgata et plurimis, quae hactenus delituerant, opusculis aucta (studio A. P. theologi), Coloniae 1696 in 4. proh. 8. Maj 1697. *Traité historique sur la Grâce et la Prédestination,* sub nomine ab. Juliani, Parisiis 1699 in 12; *Histoire générale du Jansénisme* contenant tout ce qui s'est passé en France, en Espagne, en Italie, dans les Pays-Bas etc. au sujet du livre intitulé *Augustinus* Corn. Jansenii par M. l'Abbé***, Amstelodami 1700 t. 3 in 12., Lugduni 1701 t. 5 in 12., proh. 15. Maj. 1703; historia, cui fidere non licet, sed propter plures notitias haud spernanda. In hisce suis scriptis tam aperte, tam crude Jansenii proponit errores, ut id astutioribus asseclis ingratum fuerit.

[1]) Cf. Kerker KL. V, 350.

[1]) Cf. Dict. des livres jans. III, 118—26.

V. Historia ecclesiastica.

364. Antequam ad ipsam historiam ecclesiasticam accedamus, de iis disseremus, qui disciplinas potius adnexas [1]) excoluerunt multumque ad illius studium subsidii attulerunt. Inter hos duo luminarium instar majorum plane splendent, Henricus Norisius et Joannes Mabillon. Ille natione Italus, patria Veronensis, natus est 29. Aug. 1631, in baptismo Hieronymus dictus. Cum Arimini rhetoricae ac logicae sub patribus Soc. Jesu vacaret, jam subcisivis horis in ss. patrum lectione versabatur. Inter hos Augustinum bis evolvit et ejus studio tantum captus est, ut augustinianae familiae se addixerit. Romam ab ordinis generali accitus quidquid a scholasticis studiis superarat, in sacrae profanaeque historiae, chronologiae et geographiae studium conferebat. Interim contigit, ut Romam veniret doctus Christ. Lupus ejusd. ord. (cf. p. 521), cui Norisius datus comes et index ad visenda urbis monumenta, ex tanti viri consuetudine in ejusmodi studiis magis magisque confirmatus est. Hinc Lupus ut suam in juvenem optimae spei benevolentiam manifestaret, suam *de christiana contritione* epistolam, qua se ab impactis de hoc argumento accusationibus vindicavit, senior juniori inscripsit. In illius autem exordio nihil sibi accidisse potius testatur, cum advenisset Romam, quam »quod te (Norisium alloquitur) clarissimi parentis tui, Onuphrii Panvinii vestigiis insigniter adhaerentem, ideoque non solum scholastica atque dogmatica theologia, sed et profana et sacra antiquitate instructum eximie, talem invenerim thesaurum. O quoties primates almae Urbis basilicas adeundo de avitis et reipublicae et Ecclesiae illic actis instruebas eruditissime« etc. Eo tempore Norisius, Baronii annales ad calculos revocare et emendare meditabatur; sed ejus labores praevertit Pagi (cf. p. 506). Hinc ad tuendam Augustini doctrinam conversus e re censuit praemittere historiam pelagianam aliasque quasdam quaestiones. Haec dum apparat Romae, scholasticum curriculum emensus philosophiae ibidem biennium tradendae praeficitur. Tum annos natus 27 theologiam docturus primum Pisaurum, deinde Perusiam petit: cui muneri cum optime satisfecisset, evocatus Romam in magistrorum ordinem solemni ritu coaptatur. S. Officii qualificator a Clemente X. dictus est. Interim coepit opera, quae jam paraverat, edere: *Historia pelagiana et diss. de synodo V. oecum.*, in qua Origenis ac Theodori mopsuesteni, pelagiani erroris auctorum, justa damnatio exponitur, et aquilejense schisma describitur: additis vindiciis augustinianis [1]) pro libris a s. doctore contra Pelagianos et Semipelagianos scriptis; Patavii 1673; Lipsiae 1677 in f. etc. In his vindiciis scholasticos theologos haud mediocriter sugillat nonnullasque profert opiniones, quae eruditos summopere commoverunt, quod Bajanismo et Jansenismo nimium favere viderentur. Hinc libellorum et apologematum offusa nubes, quibus ipse tamquam Baji et Jansenii assecla traducebatur.

[1]) De Paulo Castelli Aesinensi (Jesi) in mathematicis et astronomicis bene versato (m. 1644; † 19. Aug. 1707), qui ostendit *Il giorno Pasquale* rettamente assegnato nel Calendario Gregoriano, Venetiis 1700 cum duplici apologia, cf. Bibl. Picena III, 178.

[1]) Cf. de his vindiciis (Bruxellis 1675) praesertim adversum Adam, Annat, Moraines etc. Werner, Franz Suarez I, 295 ss.

Ita sub nomine Fulg. Risbrochii Poloni (Fr. Macedo) prodiit l.: *H. Noris dogmatistes Augustino injurius*, prohib. 22. Jun. 1676; et sub nomine doctoris sorbonici (J. Hardouin): *Scrupuli orti ex l. R. P. Henr. Noris*, qui inscribitur: Historia pelagiana, ad rom. hujus l. censores proh. 7. Sept. 1695; *propositiones parallelae Mich. Baji et H. de Noris*, auctore R. P. Joanne Guidiccioli O. Min. Obs., Francofurti 1676 in 12; *Germanitates Jansenii et Norisii:* adversus quae et similia edidit Norisius scripta nonnulla sub nomine Annibalis Ricii. In Germania Bruno Neusser O. Min. (cf. supra p. 297) acri calamo omnia Norisii dicta expendit, praesertim quasdam ejus propositiones in vindiciis augustinianis et signanter thesim de virtutibus infidelium, quam existimat nimis aperte favere janseniano in eadem materia errori. In Hispania Em. Navarro O. S. Ben. (cf. p. 672) quaedam Quesnelli erroribus faventia in eodem opere sibi visus est reperire. Norisius interea sua asserta tamquam catholica strenue tutabatur editis Romae 1695 dissertationes 5, scil. 1. in controversiam de uno ex Trinitate passo; 2. apologia monachorum Scythiae ab anonymi scrupulis vindicata; 3. anonymi scrupuli circa veteres pelagianorum sectatores evulsi; 4. responsio ad appendicem auctoris scrupulorum; 5. Janseniani erroris calumnia sublata [1]): quae recepta sunt in ed. Lovanii 1702, cui adjecta quoque sunt 50 somnia P. Fr. Macedo. Corrigenda et addenda ad historiam pelagianam ex ejus schedis exstant in ejus opp. IV, 733—751. Romam tandem delata causa graviorique examini semel iterumque subjecta, norisiana doctrina ab omni censura immunis abiit. In Hispania tamen Franz Perez de Prado y Cuesta, episcopus terulien-

[1]) Cf. Reusch II, 611; Clericus Bibl. choisie I, 13; J. des Sav. XXIV, 430; XXXI, 3—22; acta E. L. 1696 p. 508—18.

sis et generalis inquisitor, historiam pelagianam in ll. proh. indicem Matriti 1742 editum retrusit, qua de re conquestus est Benedictus XIV. ep. ad eum 31. Jul. 1748 data [1]), ac 17. Febr. 1749 brevi edito insertionem suspendit: verum apud hunc inquisitorem nihil effecit. Hujus successor Manuell Guintano Bonifaz 28. Jan. 1758 publico edicto Norisii op. ex indice expunxit [2]).

365. Agente doctissimo Ant. Magliabecchi Florentiam arcessitus est Norisius a Cosmo Etruriae duce (1673), qui in ejus gratiam Pisis historiae ecclesiasticae cathedram instituit eique regendam tradidit, ac praeterea filii sui Gastonis institutionem ipsi commisit (1674). Cum Francisco Macedo, qui alioquin amicus ejus fuit, nonnulla displicerent in ejus historia pelagiana, quod ex. gr. Vincentium Lirinensem et Hilarium Arelatensem Semipelagianis accenseret etc., scripsit ad eum *adventoriam*, in qua in primis de inscriptione l. Augustini de Gratia Christi *Albine, Piniane et Melania* disseritur, Florentiae 1674. Verum propter nimiam acrimoniam, qua uterque suam tuebatur sententiam, utrique impositum est silentium (cf. pag. 366). Joan. Garnerius scripserat etiam de historia pelagiana (cf. p. 490) conatusque erat episcopis, qui duabus ep. synodorum carthaginiensis et milevitanae praescripti leguntur, proprias attribuere sedes: jam vero quid de Garnerii sententia cogitaret, exposuit in libello ad Ant. Magliabecchi *in notas Joan. Garnerii* ad inscriptiones ep. synodalium 90. et 92. inter augustinianas censura, Florentiae 1674, quae est plane docta et saepius recusa. Hortante card. Leop. Mediceo diss. vulgavit pariter doctam *de numismate imp. Diocletiani et Maxi-*

[1]) Cf. hanc ep. in Katholik 1884 p. 181—88; cf, Reusch II, 832 s.

[2]) Cf. Fleurii H. E. l. 238 § 37 s.

miani, et alteram *de nummo Liciniani Licinii Augusti* cum auctuario chronologico de votis decennalibus imperatorum et Caesarum, Patavii 1675, etiam in novo Thesauro antiquitatum rom., quem collegit de Sallengre I, 459 ss. Propter tam insignem doctrinam Christina Suecorum regina eum academiae in sua domo institutae adscripsit. Multum quoque celebrantur propter reconditam eruditionem ejus *cenotaphia pisana Caji et Lucii Caesarum* diss. illustrata cum parergo de annis regni Herodis, de praesidibus Syriae ac romanis in Asia provinciis, Venetiis 1681 in f. Inter edenda haec commentaria forte in ejus manus venit P. Francisci Macedo l. de incarnatione, cujus calci adjecta erat appendix itinerarii augustiniani. In hanc plures congestae fabulae, somnia plura, quae excutere decrevit Norisius sub nomine Fulg. Fossei in l. *Somnia quinquaginta Fr. Macedo* in itinerario s. Augustini post baptismum Mediolano Romam, Lugduni Batavorum 1681 in 4., etiam in edit. historiae pelagianae, a. 1702; qua occasione peremptorie determinavit annum baptismi s. Augustini. Biennio post Pagio inscripsit *epistolam consularem*, in qua collegia 70 consulum ab a. christianae epochae 29., imperii Tiberii Aug. 15., usque ad a. 229., imperii Alexandri Severi 8., in vulgatis fastis hactenus perperam descripta corriguntur, supplentur et illustrantur, Bononiae 1683 in 4; in apparatu ad Baronii annales et in Graevii thes. antiq. XI, 403 ss. Huic ep. nonnulla deinceps adjecit, quae perpaucis in exemplaribus reperiuntur, habentur vero in editione op. omnium. Numismata quaedam, quae asservabantur in magni ducis cimeliis, occasionem ei praebuerunt edendo operi: *Annus et epochae Syro-Macedonum* in vetustis urbium Syriae nummis, praesertim mediceis, expositae [1]): additis fastis consularibus anonymi omnium optimis, Florentiae 1689 in 4; 1692; Lipsiae 1696, opus exquisitae eruditionis, in quo, ne jejuna rerum chronologicarum disquisitio taedium lectoribus facesseret, ad amoeniora identidem deflectens, urbium Syriae exordia variosque casus perquirit ac recitat, unaque etiam describit tutelaria numina ac diversa symbola, quae cum ipsarum epochis in numismatibus exprimuntur, quo integra istorum notitia haberetur. Ed. (1692) auctae et emendatae additae sunt diss. duae 1. *de paschali latinorum cyclo* a. 84; 2. *de cyclo paschali Ravennate* a. 95 (Florentiae 1691 in f.), quae etiam habentur in ed. Lipsiae 1706 in f.

366. Interim in praemium tantae doctrinae meritorumque magnus Dux ei offert episcopatum pistoriensem, quem modeste recusat: hortante Christina regina Clemens X. et Innocentius XI. Romam eum invitant, ut ejus opera et sapientia utantur, sed ejusmodi honorem constanter declinat: hinc Innocentius XII. significat magno Duci, se Norisium nisi obsequatur, praecepto coacturum. Eundum proinde erat, sed ea lege Romam contendit, ut nullo publico munere gravaretur. Tanta enim sciendi aviditate ac studiorum amore ardebat, ut a 20. aetatis anno usque ad 44. quotidie 14 horas studiis sacraret omneque tempus perditum crederet, quod literis subducere cogeretur. Quare sacrarii apostolici praefecturam recusavit. Sed cum paulo ante obierat celeber Schelstratius (cf. p. 550), qui vaticanae bibliothecae primus erat custos, hoc munus libenter acceptavit (1692). Reluctantem demum cardinalem 12. Dec. 1695 dixit Innocentius XII. Maxime indoluit, quod a studiis, in quibus ad mortem usque optasset vivere, fuerit abstractus, nam plerisque modo addictus fuit congregationibus. Cardinali Casanatae in praefectura bibliothecae vaticanae successit, multumque etiam occupatus fuit in calendarii emenda-

[1]) Cf. J. des Sav. XVIII, 699—709.

tione, de qua tunc Romae actum. Curis studiisque fractus incidit in gravem decem mensium morbum, cui succubuit 22. Febr. 1704 a. aetatis 73. Ingenium ei fuit valde acutum, promptum et acre, memoria tenax, consilium perspicax et prudens, ingenua indoles et facilis; in familiaribus collocutionibus erat mirifice facetus ejusque consuetudo admodum jucunda. Tanto fervore studio incumbebat, ut dicere soleret: Hominem, qui in octo saltem horas non posset lectionem meditationemque producere, haud multum posse inter literatos excellere. Saepe quinque, imo tres tantum horas somno indulgebat: nulla usus est autumni vacatione, neque se quoquam solatii causa movit ex urbe. Semel tantum quotannis, dum fuit Romae, horae spatio rus divertit, ut Augustinianos vacationum tempore inviseret, et semel a card. Carpegna praeter opinionem in quandam villam ad prandium deductus fuit. Maxime excelluit in historia, in chronologia, numismatica, antiquitatis cognitione: ejus eruditio plane solida, rara, limata; sed candide fatendum, in theologia exaggeratus fuit Augustinianus, qui extremas sectabatur opiniones, quas majori aestu quam rationum pondere propugnabat. Propter reconditam suam et exquisitam in quaestionibus historicis eruditionem magni factus est ab eruditis, ita ut a Fabricio dicatur [1]) „multum laudatus, nec satis laudandus.“ Praecipua ejusdem opera [2]) jam recensuimus: ea collecta prodierunt Veronae 1729—1732 t. 4 in f. Tomus 1. continet opera theologica, seu historiam pelagianam cum aliis scriptis, quae ad eam referuntur; 2. opera chronologica; 3. varia. Tomo 4. continentur ejus vita et *opera posthuma* [1]), ut historia Donatistarum ex ejus schedis excerpta, in ordinem digesta et suppleta cum appendice; de sportularum origine et usu cum apud romanos, tum apud christianos antiquos; de agapitis et salmagariis; de tractatoriis; de tonsura clericali; historiae gotheschalcanae synopsis [2]), diss. de sanctitate Siricii papae (Romae 1688), ep. novem; appendicem ad Norisii ed. seu observationum in sacra Norisii op. ll. 3, quibus accedit defensio norisianae diss. de synodo V. adversus P. Garnerium; de patriarchatus aquilejensis origine diss. addidere Petrus et Hieronymus fratres Ballerinii; Venetiis 1767 t. 3 in f. Prodiit quoque Mantuae 1741 in f. ejus *Istoria delle Investiture delle dignità ecclesiastiche,* cum ejusdem epistolis (204) de doctis argumentis.

367. Jam ad alium hujus epochae heroem, ad Joannem Mabillon accedamus. Natus is est 23. Nov. 1632 in vico S. Petri de Monte (Saint Pierre-Mont) in Campaniae finibus. Remos mature missus liberalibus artibus in academiae gymnasio operam navavit. Progressus is fuit, qui parentum magistrorumque spem longe superaret. Praeter ingenii sagacitatem maturitatemque judicii elucebant in eo modestia et pietas singularis. Expleto philosophiae cursu et frequentatis per annum theologiae scholis monasticam vitam in congr. s. Mauri amplexus est (5. Sept. 1653). Ex nimia animi inter pietatis exercitia contentione in gravissimum eumque continuum capitis

[1]) Hist. bibl. fabric. II, 216, ubi plures alios ejus laudatores recenset.

[2]) Cf. *vita,* quae habetur t. IV. ejus op.; Bianchini in ejus vita t. 1. degli Arcadi p. 199; Fabronius VI, 1—121; Niceron III, 240; Dupin XVIII, 146—154; Tiraboschi t. 8 l. 2 c. 1 § 19; Biogr. univ. XXXI, 385; Pelissier in Studi e documenti di storia e diritto 1890 p. 25—64; 253—332.

[1]) Cf. de quibusdam scriptis posthumis J. des Savans XLVII, 167—180.

[2]) Zacharias in notis ad Petavium de incarn. l. 13 c. 9 § 2: „Illud mirandum aeque atque dolendum, a Norisio aliisque doctrinae catholicae assertoribus bonas horas pro Gothescalci causa insumptas fuisse.“

dolorem incidit, adeo ut vix cogitare ac ne vix quidem officium recitare posset divinum. Diu tentata fuere omnia media artis medicae, quietis et otii, rusticationis et distractionis, unde exterioribus officiis ostiarii, cellarii etc. deputatus est. Precibus s. Adalhardi quondam Corbejae, ubi tunc morabatur, abbatis (sec. XI), cui se impense commendaverat, a tenaci morbo levatus est. Mox (1663) adhibitus fuit qui juvaret Claudium Chantelou in edendis op. s. Bernardi, sed defuncto Chantelou a. 1664 (cf. p. 163 a.) totus labor in ipsum recidit. Eaque prodierunt inscripta: *S. Bernardi ab. primi clarae vall. opera* post Horstium denuo recognita, aucta et in meliorem ordinem digesta, necnon novis praefationibus, notis et observationibus indicibusque copiosissimis locupletata et illustrata, Parisiis 1667 t. 6 in v. 2 in f.; ib. eodem anno t. 9 in 8. Haec ed. adeo praestans magnoque excepta plausu impulit congr. superiores, ut inducerent sodales ad aliorum patrum op. simili diligentia et accuratione edenda, et hinc initium duxere praestantissimae patrum ed., quas curavit doctissima haec congregatio. Prodiit secundis curis aucta 50 fere novis ep. pluribusque diss. et annotationibus 1690 v. 2 in f. Jam quartam paraverat editionem (auctam 3 epistolis), cum pio labori mors intercessit. Ultimam manum apposuerunt Renatus Massuet et Franc. Le Texier, eaque prodiit Parisiis 1719 v. 2 in f. et iterum Venetiis 1726. 1727 v. 3 in f., cui ed. loco appendicis ea adjecta fuere, quae Edm. Martene interim in lucem asseruerat, scil. 34 ep. cum annotationibus; 1750; 1760; 1765; 1781; Besancon 1835. 1836 t. 3; Paris 1839 t. 2 in 4; et ed. Migne 1862 t. 4 in 8; Mediolani 1850 t. 3 in f.

368. Eodem vero tempore cum Lucas d'Achery (cf. p. 480) in edendis veterum monumentis indefessus, sed jam provectae et affectae aetatis, laboris socium petiisset, ordinis superiores incunctanter Mabillonium ipsi adjungunt, eoque juvante septem *Spicilegii* tomi posteriores prodierunt. Iidem ei jam majoris molis opus imposuerunt, ut nimirum conscriberet generalem et accuratam ordinis s. Benedicti historiam. Paruit ille superiorum mandatis, remque ut ab imis fundamentis duceret, a publicandis *sanctorum ordinis actis authenticis* incipiendum esse merito censuit. Jam igitur collectis a d'Achery bene multis sanctorum actis, ad ea in unum corpus redigenda et in ordinem digerenda, habita seculorum et temporum ratione, aggressus est Mabillonius, sincera a spuriis, integra a vitiatis, certa ab incertis secernendo, omnia vero criticis annotationibus et observationibus illustrando. Prodierunt eo vivente Lutetiae Parisiorum 1668—1701 t. 9 in f.; t. 10. complectentem sec. VII. O. S. Ben. redegit quidem Franc. Le Texier († 1731), sed non edidit; Venetiis 1733—40 t. 9 in f., quae ed. neque prioris assequitur nitorem, neque tanti aestimatur [1]). Omnibus porro nomen suum sic praefigi curavit, ut Acherii semper praeponi, in posterioribus Ruinartii semper adjungi voluerit. Hinc in praefatione modeste de se scribit: »Acta sanctorum O. S. Ben. unum in corpus redigenda tandem Deo duce aggredior: non quidem auctor, seu adjutor operis; non primarius architectus, sed minister succedaneus.« In eruditis praefationibus selecta eaque difficillima cujusque seculi historiae capita ac praecipua quaeque, quae ad disciplinam tum ecclesiasticam tum monasticam pertinent, ipsaque dogmata sic pertractantur, ut miretur, quisquis legerit, summam auctoris eruditionem nec minorem eruditione modestiam. Eas Joannes Bapt. Peronius in unum

[1]) Cf. Journal des Savans XXX, 26 ss.; 52 ss.; LIV, 499 etc. Eum in hoc haud parum juvit Petrus Franc. de Sueur OSB.

corpus collectas edidit Tridenti 1724 in 4; Venetiis 1732; Rotomagi 1733. Non tamen omnibus sodalibus arrisit Mabillonii labor, quod quosdam ex sanctorum albo expunxerit, quos credula nimis majorum pietas calendariis ordinis inscripserat. Hinc multiplices in auctorem querelae sparsaque scripta, interdum duriora. Verum non cessit Mabillonius palamque contestatus est, malle se a scribendo penitus cessare, quam ordinis gloriae ultra modum studiosius gratificando quidquam scribere, quo a veritate et sinceritate, praecipuis scriptoris historiae dotibus, vel latum unguem declinaret [1]). Dum colligeret sanctorum acta, in plura alia monumenta antiquitatis hactenus inedita incidit, quae maturo examine selecta cum notis, observationibus et diss. edidit indito nomine *Vetera analecta* sive collectio veterum aliquot operum et opusculorum cum itinere germanico (in quo fructum exhibet collectum in suo per Germaniam itinere instituto 1683 cum sodali Mich. Germain), Parisiis 1675—1685 t. 4 in 8; ordine chronologico disposita, ib. 1723 in f. cum ipsius vita et aliquot opusculis cura De La Barre. *Iter germanicum* seorsim quoque prodiit Hamburgi 1717 cum l. Launoji *de scholis celebrioribus.*

368. Jam aliud opus aggressus est Mabillonius, quo maximam nominis celebritatem obtinuit optimeque meruit de historia. Dum archiva perscrutaretur, plura in iis invenerat pontificum, imperatorum etc. diplomata, quorum pulverem excutere vix tentabat quisquam, quia et vix legere poterat. Studiose ea collegit: difficultates improbo labore non tantum ipse superavit, sed et superandi viam aliis edocere cogitavit. Coepta dudum maturare compulit celebris Dan. Papebrochii tentamen. Is siquidem pronunciare non dubitavit in propylaeo ad Aprilis t. 2., in toto Franciae regno nullam chartam sinceram ac genuinam reperiri ante regnum primi Dagoberti, paucissimas sub illo et post illum usque ad secundae stirpis reges scriptas haberi, eodem modo sentiendum de privilegiis apostolicis, ac proinde omnes antiquas chartas plus minus spurias pronunciavit. Cum haec in magnum archivorum detrimentum, imo et in ordinis s. Benedicti injuriam, cum plurimis ejusmodi chartis gloriaretur, redundare viderentur, Mabillonius tot documentorum genuinitatem vindicaturus, magna diligentia et sollertia opus illud insigne condidit, *de re diplomatica ll. 6,* Parisiis 1681 in f. In his quidquid ad veterum instrumentorum antiquitatem, materiam, scripturam et stilum: quidquid ad sigilla, monogrammata, subscriptiones ac notas chronologicas; quidquid inde ad antiquariam, historicam forensemque disciplinam pertinet, explicatur. Accedunt commentarius de antiquis (163) regum francorum palatiis (cura Mich. Germain), veterum scripturarum varia specimina tabulis 60 comprehensa, nova ducentorum et amplius monumentorum collectio. Ad novum illud antiquariae genus obstupuit literarius orbis, ac praeter mentis acumen auctoris ingeniique sagacitatem miratus est, rem diplomaticam certis quibusdam regulis subjici potuisse, quibus coerceri posse desperabant omnes. Hinc pater hujus novae disciplinae ab eruditis salutatur [1]). Post

[1]) Cf. Ziegelbauer II, 414.

[1]) Cf. Ziegelbauer II c. 5 sect. 1; Herbst Qltschr. Tübingen 1833 p. 21 ss. et recentiori adhuc aetate Sickel Acta reg. et imp. Karol. Viennae 1867 p. I pag. 32 n. 12, impense illud laudat. Ipse Papabrochius humiliter se falsum esse profitens ita ad auctorem 20. Jul. 1683 scribit: „Postquam evolvi opus vestrum *de re diplomatica,* non possum tamen celare fructum, quem inde retuli. Fructus autem hic est, quod in mea de eodem argumento octo foliorum lucubratiuncula nihil jam amplius placeat, nisi hoc unum, quod tam praeclaro operi et omnibus nu-

a. nonnisi 20 opus impugnavit Barth. Germon S.J. Harduini discipulus in disceptatione *de veteribus regum francorum diplomatibus* et arte secernendi antiqua diplomata vera a falsis [1]) ad R. P. Jo. Mabillonium, Parisiis 1703 in 12., qua in diss. nititur genuinitatem illorum diplomatum in dubium vocare, quibus Mabillon systema suum superstruit. Hinc opposuit Mabillonius ll. de re diplomatica *supplementum,* in quo archetypa in his libris pro regulis proposita, ipsaeque regulae denuo confirmantur novisque speciminibus et argumentis allatis illustrantur, ib. 1703, quo in suppl. diplomata profert multa, formulas veteraque monumenta antea inedita, atque objectiones omnes sedulo excutit eruditeque diluit, ita ut jam nihil superesse confidens, quod lectorem aequi verique amantem remorari posset, concludat: „Si quis rixas et contentiones persequi et ingerere amet, nihil a me responsi exspectet. Ut enim ab ejusmodi cavillationibus semper abhorruit animus, ita nunc maxime his tricis confici puderet reliquum hoc aetatis meae ac temporis, quod melioribus studiis occupari decet.“ Verum Germon reposuit *de veteribus regum francorum diplomatibus* [2])

---

meris absoluto occasionem dederim. Idque his fere verbis profitebor in praef. ad *conatum* meum *chronico-historicum de rom. pontificibus,* qui cras ad prelum dabitur. Quod facere nolui, priusquam ex vestro l. notassem, quid corrigere circa ipsorum bullas deberem ad restituendum s. Dionysiano archivo aestimationem suam, quam laesisse videor secutus Launoji judicium. Verum quid haec ad tam multa, quibus me recte accusat et corrigit Rev. vestra? cui hoc nomine magis quam unquam antea obligor: tantum abest, ut quidquam aegre feram. Initio quidem lectionis, fateor, patiebar humanum aliquid, sed mox ita me rapuit ex utilissimo solidissimeque tractato argumento proveniens oblectatio et gratus emicantis ubique veritatis fulgor cum admiratione tot rerum hactenus mihi ignotarum, ut continere me non potuerim, quin reperti boni participem statim facerem socium meum P. Baertium. Tu porro, quoties res tulerit, audacter testare, quam totus in tuam sententiam iverim, meque, ut facis, perge diligere, qui, quod doctus non sum, doceri saltem cupio.“ Ad quam epistolam ita inter alias respondet Mabillonius 12. Nov. 1683: Nobis ex itinere germanico reversis reddita est ep. tua, in qua quid de opere nostro diplomatico sentias, sincere exponis. Ego vero satis mirari non possum tantam in insigni eruditione modestiam, cujus exemplum vix ullum illustrius reperire licet. Quotus enim quisque eruditorum est, qui in literario conflictu victum se agnoscat, et agnita veritate priorem sententiam incunctanter deponat, atque id palam omnibus testatum velit; Tu vero facis ultro, et tam amice, ut si aliunde te non nossem, statim intimo amore complecterer. Sic tibi non sufficit doctrinae et eruditionis primas tenere, nisi etiam primas assequare modestiae. Utramque tibi palmam deferimus adm. R. P. Neque haec mei solius sententia est, sed etiam eorum omnium, quibus literas tuas tuo jussu ostendi. Alii nimirum tuam eximiam humanitatem, alii modestiam et humilitatem, omnes tuam insignem eruditionem depraedicabant. Sed vereor ne, dum haec fusius prosequor, mihi de tua confessione ingenuosissima abblandiri videar. Absit haec a mente mea cogitatio, ut de tua modestia ego ipse superbiam. Imo vero id ita animo reputo,

---

si quid in opere nostro dignum tua publicave aestimatione inveniatur, non tam ex ingenii nostri conatu, quam ex monumentorum copia et facultate aestimandum esse. Verum quidquid illud est, malim esse modestissimae epistolae auctor, quam cujusvis operis vanus aestimator. Tu vero, vir piissime, Deum precare, ut qui tui in actis sanctorum illustrandis imitatores sumus, etiam in consectanda christiana humilitate socii esse mereamur.“

[1]) De op. Barh. Germonii (n. 1663 Aureliani; † 1718) cf. Mém. de Trév. 1704 p. 107—119; J. des Sav. XXXII, 3—11, ubi de eo haec inter alia legimus: „Pour ce qui est de la manière dont cette diss. du P. Germon est écrite, elle est excellente et peut servir de modèle à tous ceux qui se mèlent d' écrire. Les matières y sont disposées dans un ordre qui fait plaisir, le stile en est net, pur, clair, châtié et sans aucun embarras; le P. Mabillon y est traité avec tous les égards qui sont dus à une personne de son mérite, et l' Ordre entier des Bénédictins avec tout le respect imaginable etc.“ Acta E. L. 1706 p. 284.

[2]) Cf. Mém. de Trév. 1706 p. 988: J.

disc. 2., ib. 1706. Tacente Mabillonio pro ipso steterunt Petrus Coustant in *vindiciis mss. codd. a R. P. B. Germon impugnatorum* cum appendice [1]), in qua s. Hilarii quidam loci ab anonymo obscurati et depravati illustrantur et explicantur (praecipue impugnat disceptationis Germonii appendicem vindicans authentiam veterum mss. codd. corbejensium s. Augustini, quibus usi erant edit. maurini, Parisiis 1706 in 8.; Ruinart, Justus Fontanini, Dominicus Lazzarini, Ant. Gatti, Graveson, Scipio Maranta Messanensis, cujus est *expostulatio* pro antiquis diplomatibus et codd., Messinae 1712, ad B. Germonium, cui exprobrant, eum sua crisi Pyrrhonismum fovere et codicum veterum, quibus continentur patrum scripta, fidem concutere etc. Hinc Germon edidit: *De veteribus regum francorum diplomatibus* et arte secernendi antiqua diplomata vera a falsis disceptationes adversus R. P. D. Theod. Ruinartii et cl. V. J. Fontanini vindicias atque epistolas cl. virorum Dom. Lazzarini et M. A. Gatti [2]), Parisiis 1707 in 12; Viennae 1790 omnes 3 disc. conjunctim. Licet in hac controversia major eruditorum pars victoriam Mabillonio adjudicet [3]), negari nequit Germonio sagacitas et criticum judicium, quo plurimum contulit ad scientiam criticam promovendam. Huc etiam spectat ejus l.: *De veteribus haereticis ecclesiasticorum codicum corruptoribus,* Parisiis 1713 in 8. adversus Petrum Coustantium, qui ei opposuit *vindicias veterum codd. confirmatas,* in quibus plures patrum atque conciliorum illustrantur loci, Ecclesiae de trina Deitate dicenda traditio asseritur, Ratramnus et Gothescalcus purgantur ab injectis suspicionibus et quaedam pyrrhonismi semina novissime sparsa reteguntur et convelluntur [1]), ib. 1715 in 8. Nova Mabillonii operis editio [2]) absque supplemento prodiit cura cl. Ruinartii 1709; alia diss. variorum locupletata notisque illustrata cura J. B. Adimari Neapoli 1789 t. 2 in 1 v. in f. Propter tam insigne opus Mabillonium remuneratione dignum censuit Colbertus potens tunc aulae minister, eique pinguem annuam pensionem solvendam procuravit, quam tamen constanter ille recusavit dicens, se nullius rei indi-

---

des Sav. XXXIV, 553—66; acta E. L. 1707 p. 290—99.

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1707 p. 1175—87; I. des Sav. 1707 Jul. p. 1—23.

[2]) Cf. J. des Sav. XXXVII, 196—206; XLVII, 86.

[3]) Aegidius Bern. Raguet Namurcensis (n. 1668; 20. Jun. 1748) regis (Ludovici XV.) antescholanus, socius in edendo J. des Sav. ab a 1705—21, scripsit *Histoire des Contestations sur la Diplomatique de D. Mabillon,* Parisiis 1708 in 12., in qua pro Germonio potius quam pro Mabilionio fert sententiam.

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1713 p. 793—817; 1716 p. 270—282 et J. des S. 1715 Dec. 641—650; XLII, 304—24; LIII, 538—596; acta E. L. 1714 p. 67—74. Alia opera hanc spectantia controversiam cf. ap. Sommervogel III, 1357 ss. et Ziegelbauer II c. 5 § 1; Clericus in Bibl. choisie 237—288. — Alia Germonii opera sunt: *Questions importantes* à l'occasion de la nouvelle Histoire des Congrég. de Auxiliis (P. Serry), Leodii (1701) in 8., in quo solide ostendit, nihil peremptorie a summo pontifice fuisse statutum contra doctrinam Soc. J. actisque, quibus P. Serry utitur, non esse fidendum. Cf. Mém. de Trév. 1701 mensis Julii 114—124. *Errata de l' Histoire des Congrégations de Auxiliis* composée par l'abbé le Blanc (P. Serry) et condamnée par l'Inquisition générale d' Espagne, avec une réfutation de la réponse au livre des Quaestions importantes, Leodii 1702 in 8. Auctor expendit tantum l. 1. hujus historiae illamque reducit ad 52 facta: quibus accurate expensis ostendit, omnia exceptis tribus vel quatuor plus minusve esse falsa, cf. Mém. de Trév. 1702 mensis Junii p. 133—140. Nostro auctori adscribitur etiam praeter alia *Traité theologique* sur les 101 prop. énoncées dans la Bulle Unigenitus, Parisiis 1722 t. 2 in 4., qui prodiit sub nomine cardinalis de Bissy.

[2]) Cf. Mémoires de Trév. 1709 a. 6. p. 70—88.

gere, utpote cui necessaria omnia pro statu ac conditione affatim a monasterio et congregatione suppeditarentur.

369. Sicut vero Mabillon ex regis voluntate ad lustrandas bibliothecas iter suscepit germanicum, ita eodem rege jubente ejusque impensis quasi legatus regius iter *italicum* est aggressus cum eodem socio Michaele Germain[1]) ubique summo cum honore exceptus. Totis 15 mensibus Italiae bibliothecas, archiva et cimelia perlustravit ipsasque librariorum officinas: ex quibus omnibus magnam pretiosamque supellectilem secum tulit, atque bibliothecam regiam ter mille et amplius rarissimis libris auxit. Quanti autem eum fecerint eruditi Italiae, colligimus ex hisce Fontanini ad Ruinart post acceptum nuncium de Mabillonii morte literis: „Mabillonium defunctum esse, hujus nuncii fama per totam urbem non sine gravi literatorum moerore percrebuit, nosque de eo certiores reddidimus amicos per Italiam constitutos, ubi multi ex illis adhuc supersunt, qui tribus et viginti ab hinc annis eum propius venerati fuerant, cum urbes effusae ad eum adirent, primique subsellii homines ad visenda quaeque cimeliarchia, gazophylacia et bibliothecas eum honoris causa certatim comitantes deducerent, quod ille in itinere italico pro sua modestia parce admodum indicavit.“ Itineris fructus exstitit opus inscriptum *Museum italicum* seu collectio veterum scriptorum ex bibliothecis italicis eruta t. 1. in 2 p. distinctus: 1. p. complectitur iter literarium, qua occasione describit bibliothecas, virosque, quos noverat, commemorat; altera vero continet varia patrum opuscula et vetera monumenta (23) cum sacramentario (sec. VII) et poenitentiali gallicano[1]), Parisiis 1687 in 4; t. 2. complectitur antiquos libros rituales (ordines 15) s. romanae Ecclesiae[2]) cum commentario praevio (pag. I—CLVIII) in ordinem romanum, 1689 in 4. Hoc in t. agit etiam de varia creatione rom. pontificis, cujus sex distinguit periodos; qua occasione inquirit in auctoritatem rom. imperatorum in electione et confirmatione summorum pontificum. Prodiit opus iterum ib. 1724. Studia sua subinde turbarunt nonnullae controversiae ad ordinem religiosum, quem profitebatur, magis spectantes, quibus alii viri religiosi occasionem praebuerunt. Inter haec celebris fuit propter adversarii sanctitatem et auctoritatem ea, quam habuit cum Armando Jo. Butillerio de Rancé abbate b. M. de Trappa, congr. Trappistarum institutore. Ediderat nimirum Mabillon hortatu superiorum et amicorum *Traité des études monastiques*, Parisiis 1691 in 4. in tres tributum partes. In priori ostendit studia literarum monastico statui non tantum non repugnare, sed adeo necessaria esse, ut monastica disciplina rectusque monasteriorum ordo sine iis consistere vix possint. In 2. p. expendit ea omnia studiorum genera, quae monachis convenire possint: ostendit omnia illis permitti posse, quae ecclesiasticis viris liceant et ad singula quaeque descendit. In 3. p. agit de fine, quem sibi in studiis suis proponere debeant monachi. Hanc p. excipit cu-

[1]) M. Germain strenuus Mabillionii in studiis literariis socius († 1694) reliquit praeterea *Histoire de l' abbaye royale de N. D. de Soissons* de l'ordre de s. Benoît divisée en 4 livres, avec les preuves et plusieurs titres tirés des archives de cette abbaye, Parisiis 1675 in 4; *Monasticon gallicanum*, collection de 168 planches de vues topographiques représentant les monastères de l'orde de s. Benoit congr. de s. Maur, olim rarissimum, recusum cura M. Peigné-Delacourt t. 2 in 4., Parisiis apud Palmé (fr. 100) de quo cf. Revue des qq. hist. XI, 534—38.

[1]) Cf. acta E. L. 1687 p. 593; 1690 p. 291—296 V; Thalhofer Handb. der kath. Liturgik, Freiburg 1883. I, 42.

[2]) Cf. Is. Kosters Studien zu Mabillons röm. ordines, Münster 1905.

riosa et ordine seculorum digesta series difficultatum, quae in lectione conciliorum, patrum et historiae ecclesiasticae occurrunt subnotatis auctoribus, qui eas solvere conati sunt, ut ad eas attendant legentes et studiosius observent ea omnia, quibus illustrari possint. Accedit denique catalogus in 25 classes distributus selectorum ll., quibus ecclesiastica bibliotheca instrui potest, indicatis ubi opus fuit melioribus editionibus. Prodiit opus iterum 1692 ib. et Bruxellis v. 2 in 12; latine versum a P. Udalrico Staudigl monacho andecensi Campoduni 1702 et a P. Jos. Porta Venetiis 1705; 1729—1732 t. 3 in 4., quae ed. complectitur etiam Mabillonii reflexiones, de quibus mox; accedit historia dissidii literarii circa haec studia auctore Thouillier monacho benedictino etc. Alterius vero sententiae fuit abbas de Rancé in l. antea edito *de vitae monasticae officiis,* in quo monachis omne studium lectionemque fere omnium ll. exceptis s. Scriptura et ll. quibusdam asceticis interdicenda censet, hinc adversus Mabillonii tr. non sine quadam acrimonia scripsit: *Réponse au Traité des Etudes monastiques* (1692), cui occurrit, sed admodum modeste, Mabillonius in suis *Réflexions sur la réponse de Ms. l'Abbé de la Trappe* au traité des Etudes monastiques, Parisiis 1692 v. 1 in 4. et 1693 v. 2 in 12. Verum haec dissensio, quae majori ex parte forte tantum de verbis fuit, atque ex eadem intentione promovendi bonum status religiosi profecta, non turbavit amicitiam, quae inter hos viros exstitit tam magnos. »Eae vero, inquit Ziegelbauer (IV, 610), in hunc Mabillonii tr. de studiis monasticis a viris praestantissimis congestae sunt laudes, ut nesciam, an in ullius alterius auctoris opus majores unquam fuerint collatae[1]).«

370. Jam nunc serio cogitabat Mabillonius de edendis *ordinis sui annalibus,* praesertim cum instarent et superiorum voluntas et amicorum preces: ac licet aetas esset caduca, valetudo affecta, incredibili diligentia quatuor ipse edidit tomos, qui prodierunt inscripti: *Annales Ordinis s. Benedicti* occidentalium monachorum patriarchae, in quibus non modo res monasticae, sed etiam ecclesiasticae historiae non minima pars continetur. T. 1. complectitur ll. 18 ab ortu s. Benedicti (480) ad a. Christi 700, Lutetiae Parisiorum 1703 in f.; 2. res gestas ab a. 701—849: ib. 1704; t. 3. res gestas ab a. 850—980, ib. 1706; t. 4. res gestas ab a. 981—1066, ib. 1707; quintum ab a. 1067—1116 absolvit Renatus Massuet praefationemque addidit cum vitae Mabillonianae synopsi, 1713; sextum vero Edm. Martene 1739, qui complectitur res gestas ab a. 1117—1157 cum additionibus et correctionibus totius operis. Prodiit iterum Lucae 1739—45 cum additionibus t. 6. Regia inscriptionum academia a. 1701 tantum virum in sociorum album recepit. Delatum honorem refugit vir modestissimus, ac nonnisi majorum jussu atque praesidis illius academiae cl. abbatis Bignonii precibus enixis induci potuit, illum ut reciperet. Inter honores, quibus undique cumulabatur, humilis monachus suae sortis nunquam oblitus ad extrema semper respiciebat, regulaeque suae memor mortem quotidie ante oculos suspectam habebat: quaecunque inter legendum occurrebant piissimi sanctorum hominum obi-

[1]) Cf. Schmid OSB. A. J. le B. de Rance in s. Leben und Wirken dargestellt, Regensburg 1897; Serrant L'abbé de R. et Bossuet ou le grande moine et le grande évêque du grand siècle, Paris 1903, Feret IV, 109—28. Natus est de Rancé Parisiis 9. Jan. 1626. Puer adhuc plurimis beneficiis ecclesiasticis fuit ditatus. Post vitam mundanam miro modo conversus est in alium plane hominem. Cum esset abbas monasterii La Trappe post emissa vota nisus est illud reformare atque rigidissimam induxit disciplinam. Obiit rigidae vitae religiosae exemplar 27. Oct. 1700 relictis libris et epistolis asceticis.

tus exempla (34) ab oculatis testibus aut qui ab his acceperant enucleate descripta, ea sibi eisdem omnino verbis studiose colligebat identidem relecturus. Hanc collectionem, cum legissent plures pietate et sapientia conspicui viri, dignam censuerunt, quae in fidelium usum patrio sermone vulgaretur atque ita prodiit *La Mort Chrétienne* sur le modèle de celle de N. S. J. C. et de plusieurs Saints et grands personnages de l' antiquité, le tout extrait des originaux, Parisiis 1702 in 12. Ita se parabat ad mortem sancte obeundam, quae ipsi tot laboribus jam attrito a. 1707 imminuit[1]) eumque non minoris fuisse virtutis atque scientiae palam patefecit. Dum enim 1. Dec. Calam ad nobile virginum benedictinarum coenobium proficisceretur, stranguriae morbo in ipso itinere correptus gravissimisque doloribus, vix tandem illuc pedes adversa et iniqua omnino tempestate pervenire potuit. Imperitia medicorum aucta est vehementia morbi et doloris, verum semper magnae patientiae specimen praebuit pacatumque servavit animum. Ipse Ruinartium amicissimum sodalem, qui illico ad eum convolaverat, hisce solatus est verbis: »An putas id adversi non fuisse a Deo ordinatum? Qui percussit, ipse si velit et expediat, sanabit salutis humanae auctor. Dominus est, quod vult facit. Sit nomen Domini benedictum .... Quid tanto moerore consumeris? An nescis, quod praeire tibi debeam? Angi mollitia est, reluctari insania. Si Deus ita jubet, quid quereris?« Cogitationibus salutaribus intentus sermones profanos non admittebat: et cum tamen duo viri, qui ipsum inviserant, de rebus urbis novis cum ipso colloquerentur, confabulationes has illico interrumpens verba psalmi recitabat: *Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua* (118, 85). Illucescebat 27. Dec. festum s. Joannis evangelistae, quo jam mane in haec prorumpebat verba: »Sancte Joannes! magne Joannes, tuam igitur festivitatem celebrabo!« Iterum suscepit s. communionem; laudes nitebatur recitare cum sodalibus nonnullis, atque ultimis collectis viribus hymnum *Benedicite omnia opera Domini Domino:* sed jam defecit vox: subinde tantum ingeminabat verba: »Veni, veni Domine Jesu, veni!« qui et venit recepturus animam, quae ad mortem usque ex piorum judicio innocentiam baptismo acceptam servavit immaculatam, ut debito praemio, ut speramus, eam remuneraret. »Sic moriebatur, inquit Ruinartius, ut vivere non recusaret; sic autem vivebat, ut supremum non metueret diem, et spiritu magno vidit ultima.« Ingens erat eruditorum virorum de ejus obitu luctus, deque eo indoluit Clemens XI., cujus jussu cardinalis Colloredo ita inter alia Ruinartio scripsit: »Seriem morbi et mortis illius magna spiritus devotione non semel, sed iterum percurrere voluit ss. Dominus noster, hominemque tam praeclaris imbutum moribus, tamque de ecclesiasticis literis bene meritum paterno suspexit affectu: jucundumque illi esset, si talem virum aliquo magis distincto loco humaretis, cum ipsius fama per omnia volitet ora, ac literati omnes, quotquot Parisios venerint, interrogabunt vos: Ubi posuistis eum? dolebuntque maxime si confusos illos agnoscerent cineres, qui singularem adeo virum, dum viveret, contexerunt, nec aliquo lapidis indicio admoneantur.«

371. Praeter morem apponemus huc epitaphium plane insigne ei dedicatum a Guilielmo Roussel ejus sodali, quia vere et ingeniose Mabillonii mores, gesta, merita recenset.

[1]) Praesagium quasi imminentis mortis habuit, cum acta s. Anselmi in annalibus attingens dixit Ruinartio: „Anselmi acta cogito, eodemque, quo ipse aetatis anno, e vita migrabo," ut legimus in ejus vita auctore Ruinartio p. 202. Jam vero s. Anselmus obiit aetatis a. 76. Eodem quoque decessit Mabillionius.

Sub hoc lapide sepultus jacet,
Cujus memoria in oblivione nunquam jacebit,
JOANNES MABILLONIUS.
Suos natales Campaniae debet,
Ejus natalibus Campania suum decus.
Sortitus est animam bonam,
Et cum aetate adolevit praeclara ingenii
Virtutisque indoles.
Vix ephebus aris initiatur, adultus solitudinis
Jam tum latebras quaerens, qui nunquam potuit latere;
Domino militaturus
In benedictinorum congregatione sancti Mauri
Nomen dedit
Tanto nomine nobilitanda.
Ibi sub modio jam tum ardere coepit,
Qui quondam super candelabrum positus
Futurus erat in domo Domini
Lucerna ardens et lucens.
Precibus doctisque operibus diurnas nocturnasque
Horas dividens,
Asceta literatus
Totum se virtuti dedit,
Totum se literis abdidit,
Ratus licere et ascetis esse literatis.
Virtutes omnes diligentissime coluit,
Et in singulis eminere visus est.
Principem tamen locum obtinuere
Paupertatis amor
Lenitas morum,
Religiosa humilitas,
Virtutes,
Quas non infecit, quae inflat, scientia,
Quas perfecit, quae aedificat, caritas.
Christi paupertate affatim locuples
Victum ac vestitum divitias christianorum
Exstimavit.
Docilis pauperiem pati,
Ut annuum e regio aerario beneficium acciperet,
A supremo aerarii praefecto nunquam potuit
Adduci.
Quaestu liberali liberalium artium dignitatem
Laedere noluit
Literarum cultor;
Sub Christo paupere divitias erubuit
Religionis amator,
Parvo dives et parvi ducens perituras opes
Carius venales, dum paupertatis emuntur dispendio.
Omnium hominum sibi conciliavit animos
Hominum mitissimus.
In ipsis etiam literariis disceptationibus,
Quas plurimas cum viris clarissimis habuit,
Nemini asper,
Neminem laesit etiam laesus:
In hujusmodi concertationibus
Scribentem incitabat veritas.
Certantem moderabatur lenitas,
Vincentem coronabat caritas,
Coronatum ornabat humilitas.
Hac singulari morum suavitate
Devinciebat animos, leniebat invidos.
Ut debitae tantis virtutibus gloriae se subduceret,

Eas humilitati tegendas commisit simul atque
Servandas.
Ceteris testibus nemo major,
Se ipso judice nemo minor,
Eo clarior, quo sibi vilior:
Coelestis gloriae cupidus mundanam sprevit
Meliore ambitu,
Et ut Deum solum mereretur habere mercedem
Magnam nimis,
Respuit hominum plausus, mercedem, quam dare
solent homines,
Vani vanam.
Nullum in claustro tenuit dignitatis gradum,
Omnes meruit,
Mereri pulchrius putavit, quam adipisci,
Et subesse, quam praeesse tutius.
Alienis non indigebat ornamentis
Vir propria virtute omniumque hominum existimatione
Ornatissimus.

Cum virtutum studiis studia literarum conjunxit,
Ut alterno foedere mutuisque officiis
Scientia pietatem, pietas scientiam adjuvaret:
Quae prima illi fuere studiorum elementa,
Prima itidem habuit pietatis alimenta,
Opera Doctoris melliflui.
His emendandis dum iterato labore incumbit,
Cordis cellulis melleum infundit opus,
Unde similes Bernardo trahit mores
Mellifluos.

Ipso restauratore sanctoram acta reviviscunt,
Quorum, dum facta scribit, sequitur et exempla,
Illorum fastis olim adscribendus.
Operibus opera succedunt, et ali ex aliis nectuntur labores,
Sepultam scribendi artem suscitat,
Obliteratas restituit literas,
Antiquos renovat apices
Abrogatas recudit literarum formulas,
Et ingens illud condit diplomaticum opus,
Rei literariae miraculum,
Quod stupent docti simul et indocti,
Monumentum aere perennius.
In reconditiori literatura versatisimus
Vetustis dat novitatem,
Novis auctoritatem,
Obsoletis nitorem,
Neglectis pretium.
Obscuris lucem,
Fastiditis gratiam,
Dubiis fidem.
Seculo doctissimorum virorum feraci
Praecellent inter eruditos eruditione conspicuus
Jussu Ludovici Magni regiisque sumptibus,
Auctore clarissimo Colberto, generali aerarii moderatore,
Germaniam peragrat;
Auspice illustrissimo C. M. Tellerio, Remorum
Archiepiscopo,
Italiam subinde perlustrat,
Publicas ac privatas scrutatur bibliothecas,
Museorum rimatur angulos,
Latentes effodit opes,
Veterum thesauros trnnsmittit posteris,
Et ad totius reipublicae literariae commodum

Comparatis ad fere tria millia manuscriptis
Codicibus
Regiam bibliothecam auget et ditat.
Ex obsitis situ et pulvere membranis,
Ex corrosis marmorum inscriptionibus,
Ex incisis in aere, et tempore exesis monumentis
Multiplex exoritur literarum seges,
Varia premitur libellorum supellex,
Mira exsurgit actorum, annalium, analectorum
Moles.
Tam solerti obstetricante manu
Praeterita retro secula renascuntur,
Et positis rugis
Tota nobis juvenescit antiquitas.
Hinc quanta apud omnes viri existimatio?
Quantum nominis pondus?
Quanta eruditionis auctoritas?
A Summis Pontificibus
Innocentio XI., Innocentio XII. et Clemente XI.
Aureis numismatibus honoratur vir eruditissimus,
Aureis scriptis de Ecclesia optime meritus.
A Ludovico Magno
Regiae inscriptionum Academiae adscriptus
Reconditam Numismatum scientiam ornat et promovet
Antiquariorum sagacissimus.
Parisiis in suprema Galliarum Curia
Lites, quae totae pendebant ex semesis chartarum
Apicibus,
Suo testimonio et auctoritatis pondere dirimit
Sequester pacis.
Romae in sacra Indicis congregatione
Invitante eminentissimo S. R. E. Cardinali Casanata
De quibusdam Isaaci Vossii operibus ad purpuratos
Patres sententiam refert
Censor orthodoxus.
Quam ubique fugit, sic eum ubique sequitur
Gloria.
Interim oneris quam honoris patientior.
Literariis totum se impendit laboribus,
Et de thesauro suo nova profert et vetera
Scriba doctus.
Verum heu!
Dum scribendis Annalibus improbo labore incumbit,
Illis necdum perfectis intempestiva morte occumbit
VI. Kal. Jan. Anno MDCCVII. aetatis LXXVI.

372. Huic elogio vix alia sunt addenda eoque minus, quod jam satis prolixi fuimus[1]). Illud tantum sincerae pietatis specimen adjicimus, Mabillonium, antequam novum aliquod opus aggrederetur literarium, coram

[1]) Plura cf. in *vita* ab ejus discipulo Ruinart conscripta (cf. p. 823) latina versa Patavii 1714 in 8; in hujus sinopsi a Massueto confecta et praefixa t. 5. annalium O. S. Ben. et apud Pez Biblioth. maurianae l. 1 p. 98—218: Seback in Pletz Neue Theol. Ztschr., Wien 1831 und 1832; Baeumer KL. VIII, 394—403; et in primis in vita J. Mabillon Augsburg 1892; Jadart D. J. Mabillon, Rotomagi 1879; Broglie Mabillon et la société de l'Abbaye de St. Germain des Prés à la fin du XVII. siècle 1664—1707, Parisiis 1888 t. 3, cujus epitomen exhibent hist. pol. Bl. 1890 I, 263—77; 341—51; 412—21; 561—77; 717—39; 836—53; Karker D. J. Mabillon, Paderborn 1890; Melanges et documents publiés à l'occasion du 2e Centenaire de la mort de Mabillon, Paris 1908. Quosdam naevos, sed minoris momenti, in ejus opp. obiter notat Schüz in com. crit. de scriptis hist. p. 266 ss.

sanctissimo prostratum petiisse lumen a Patre luminum; nunquam studia incepisse absque praevia oratione, atque primum folium primitiarum instar Christo Domino in altari obtulisse. Cum timuisset quaedam sibi minus caute excidisse, hanc velut veniae deprecationem ultimo a se edito annalium tomo praemisit: „Multa mihi condonari, quae quidem tolerabilia sunt, multa indulgeri opto, excepto si quid contra quempiam inofficiose, maxime si quid vel tantillum contra debitam catholicae romanae Ecclesiae reverentiam vel doctrinam mihi nec cogitanti et nolenti excidisset. Absit enim, ut ab hac regula veritatis, matre inquam Ecclesia unquam dissentiam, cujus judicio ac censurae quaecumque hactenus scripsi vel posthac scripturus sum, lubens, volens et ex animo submitto, in cujus sinu ac fide semper vixi et constanter adjuvante Deo emori exopto.“ Operibus hactenus jam recensitis haec addantur: *De pane eucharistico et fermentato diss.,* Parisiis 1674 in 8; Venetiis 1740; etiam in *Analectis* veterum, ib. 1723 p. 522—545; inter *opera posthuma* [1]), 1724, et in bibl. selecta *de ritu azymi ac fermentati,* auctore Matth. Masetti, Venetiis 1729 in 8. Contenderat Mabillonius in praef. sec. III. benedictini, perpetuum ab apostolicis temporibus in Ecclesia latina fuisse azymorum usum (contra Sirmondum). Alterius sententiae fuit card. Bona (cf. p. 311), qui propterea Mabillonium rogavit, ut de hoc argumento secundis curis dissereret variasque difficultates contra hanc sententiam accurate expenderet, quod in hac diss. revera ille praestitit, qui simul tamen Bonae sententiam ab haeresis nota liberat adversus Fr. Macedo (cf. p. 366) opinionem (haec tamen *appendix* seu diss. c. 12. reperitur tantum inter op. *posthuma).* — Cum in suo itinere germanico incidisset in abbatia luxoviensi in vetustum lectionarium, occasionem sumpsit edendi praestans opus inscriptum: *De liturgia gallicana ll. 3,* in quibus veteris missae, quae ante annos mille apud Gallos in usu erat, forma ritusque eruuntur ex antiquis monumentis, lectionario gallicano hactenus inedito cum tribus missalibus thomasianis, quae integra referuntur: accedit disquisitio de cursu gallicano seu de divinorum officiorum origine et progressu in ecclesiis gallicanis, Parisiis 1685 in 4; 1729. — Occasione controversiae cum canonicis regularibus de praecedentiae praerogativa scripsit: *Réponse des Religieux Bénédictins* de la province de Bourgogne à un écrit des Chanoines Réguliers de la même province touchant la préséance dans les Etats, Parisiis 1687 in 4; cum Réplique des Religieux Bénédictins . . . au second écrit des Chanoines etc. (auctore P. Antecourt), ib. 1687 in 4. (latine versa ab Hermanno Schenk O. S. Ben. Constantiae 1706 in 4); iterum inter opera *posthuma,* quae scripta idcirco hic mentionem merent, quia Mabillon perquam erudite expendit et illustrat, quidquid ad antiquitatem tum monastici tum canonici ordinis spectat; quas quisque partes in Ecclesiae officiis, honoribus, dignitatibus et administratione obierit, exponit, et praeclara historiae disciplinaeque monasticae capita solide pertractat, adeo ut mirum sit tam brevibus scriptis, si rerum ratio habeatur, tanta congeri ac digeri potuisse. — Magnum rumorem excitavit [1]) ejus ep. *de cultu sanctorum ignotorum* sub nomine Eusebii Romani edita, Parisiis 1698 in 4., in qua tria sibi discutienda proponit expenditque, primo, quid de romanis coemeteriis sentiendum sit, et utrum omnes, qui in eis sepulti sunt, martyres, an saltem sancti sunt habendi. Quod si non omnes, an certis notis et indiciis sancti ac martyres ab aliis se-

[1]) Cf. J. des Sav. LXXV, 277; 420,

[1]) Cf. Reusch Index II, 591 ss.

cernantur. Ad haec, an sanctos illos sive proprio nomine praeditos, sive anonymos, quos ob inditum nomen baptizatos appellari mos est, profuso illo cultu, qualis in quibusdam gallicanis ecclesiis impendi solet, honorari velit summus pontifex, cujus hac in re summa est auctoritas. Haec epistola plurimis arrisit, ut saepius fuerit edita: aliis vero ita displicuit, ut illam ad romanae inquisitionis tribunal deferrent; sed incassum, cum in ep. commonitoria ad D. Claudium Estiennot, procuratorem generalem congr. s. Mauri in curia romana, super ep. de cultu sanctorum ignotorum, Paris 1698, satis sua explicaret sensa. Sed paucis interjectis annis iterum de ea actum est apud congr. Indicis; verum Clemens XI. ulteriorem causae cognitionem suppressit: prudenter ratus monitum Mabillonium pro sua pietate intimaque in apostolicam sedem observantia haud repugnanter nullaque mora explicaturum, quidquid in ep. sua obscurius videretur. Nec spem pontificis fefellit vir optimus: nam ubi primum illius voluntas ei innotuit, illico novam ep. suae ed. vulgavit a. 1705, in qua retractato hoc argumento novisque accessionibus aucta lucubratione, si quid scrupulum injicere potuisset, explicuit; si quid durius, emollivit; si quid minus accuratum, emendavit, omnemque vel levissimam offensionis occasionem amoliri sategit. Romanis omnibus probata est nova haec ed. summo pontifici in primis, qui eam legit laudavitque et gratulatorias ad auctorem suo nomine scribi jussit literas per procuratorem generalem congr. s. Mauri. Ea prodiit quoque Trajecti 1707 in 12; inter *analecta* 1723 et *posthuma* 1724. *Lettre d'un Bénédictin* à Mons. l'Evêque de Blois touchant le discernement des anciennes reliques au sujet d'une diss. de M. Thiers contre la sainte Larme de Vendôme, Paris 1700 in 8. Inter ejus op. posthuma, quae cura Vincentii Thoullier prodierunt Parisiis 1723 v. 3 in 4. (una cum operibus posthumis Ruinartii), reperiuntur Mabillonii *epistolae*, ejus *iter burgundicum* (1682), et etiam opuscula jam edita, sed rariora. Valery exhibuit *Correspondance inédite* de Mabillon et Montfaucon avec l'Italie, Paris 1847 t. 3. Quasdam ep. ad Leandrum Colloredo card. exhibent Studien und Mitt. aus dem Ben. O. X (1889) 248—54; 454—573. et t. seq. Merito proinde Ruinart Mabillonii magistri sui vitam hisce absolvit verbis: »Ergo Mabillonius recessit a nobis, sed non totus recessit. Reliquit enim nobis *liberos* suos, subjectos scil. *libros*, in quibus eum debemus agnoscere, et in quibus eum et cernimus et tenemus.«

373. Hos excipiunt tres longe minoris auctoritatis, qui quaestiones quasdam praevias expenderunt: Cajetanus Fontana cler. reg. theat. Mutinensis (n. 1645; † 8. Jun. 1719), in astronomia versatus, qui scripsit *animadversiones in historiam sacro-politicam* praesertim ad chronologiam spectantes, Mutinae 1718 in 4., quo in op. expendit praecipuas quaestiones chronologicas ab o. c. usque ad Christi nativitatem, ac deinde usque ad urbis Hierosolymae excidium. — Romanus Calameus (Calame) O. S. Ben. congr. s. Vitonis († 4. Sept. 1707) reliquit (1698) *Summam temporum ab o. c. ad Christi in coelos ascensionem deductam* et in pp. 3 distributam, methodicam, qua variae computandi tempora methodi breviter aperiuntur; ostensivam, qua variarum epocharum et aerarum tempora demonstrantur; narrativam, qua res ab o. c. usque ad Christi in coelos ascensionem describuntur [1]). — Franciscus Jacques O. Min. Diniae in Gallia natus reliquit *Historiographie générale des provinces ecclésiastiques de l'Eglise latine*, Avenione 1716 in f., opus sat rarum. — Quibus adde Hen-

[1]) Cf. Ziegelbauer III, 672; IV, 321.

ricum Scherer S. J. Dilinganum († 1704) geographum, qui inter alia op. geographica reliquit *Geographiam hierarchicam* sive status ecclesiastici romano-catholici per orbem universum distributi succinctam descriptionem historico-geographicam, Monachii 1702 seu p. 2. operis geographici pp. 7 constantis ib. 1703—10.

374. Plurimi fuere, qui res gestas in Ecclesia universali descripserunt, plerumque nonnisi succincte et per compendium vel per tabulas chronologicas. Hos nominasse sufficiet, cum eorum scripta jam oblivioni tradita magnae non sint auctoritatis. Vincentius Maria Coronelli O. Min. Venetus, cosmographus reipublicae (1685), geographiae professor (1689), ordinis sui generalis (1702), vir diffusae lectionis, cujus fructus 137 tomos replent († 1718). Ex his meditatus est bibliothecam universalem sacro-profanam exstruere, quae complecteretur non minus 45 t. At nonnisi t. 7 prodiere. Introductionis loco edidit (italice) *chronologiam universalem,* Venetiis 1707 in f. In 1. p. recenset omnia scitu digna sacra et profana ab o. c. usque ad Christi adventum; in 2. a Christi nativitate usque ad a. 1707; in 3. proponit chronologiam summorum pontificum usque ad Clementem XI., schismata, antipapas, Ecclesiae persecutiones, apostolorum chronologiam, concilia generalia et provincialia, conciliabula, haereses, episcopos, archiepiscopos et patriarchas totius orbis, personas sanctitate insignes etc.; 4. p. amplectitur chronologiam historiae profanae. *Synopsis rerum ac temporum ecclesiae bergomensis,* Venetiis 1696; *Isola di Rodi* geografica, storica, antica et moderna, Venetiis 1688; *effigies et series chronologica ministrorum* generalium ord. s. Francisci, Venetiis 1716 cum 77 imag. — Victor Silvius Grandi juris doctor et protonotarius apostolicus scripsit *historiam ecclesiasticam,* Venetiis 1708 t. 2 in 4. — Praetermissis Deodato de Sem [1]) et Henr. Lebret Gallo [2]), Guilelmus Marcel Tolosanus, advocatus atque etiam bibliothecae addictus in abbatia S. Victoris (n. 1647; † 27. Dec. 1708), composuit *Tablettes chronologiques* contenant l'état de l'Eglise en Orient et Occident, les Conciles généraux et particuliers, les auteurs ecclésiastiques, les schismes, hérésies et opinions, qui ont esté condamnées [3]), Parisiis 1682 in 8; 1709; *Tablettes chronologiques* contenant la suite des Papes, empereurs et rois etc., ib. 1686.

375. Ambrosius Gardebosc O. Carm. Apamiensis cogitavit scribere historiae ecclesiasticae a Christi ortu ad suam usque aetatem synopsim et in omnia ejusdem controversa capita dissertationes; prodierunt tamen tantum v. 2 Tolosae 1713 et 1715, et forte etiam 3. in tria priora secula. Stilo utitur scholastico, sed conciso et perspicuo: methodo haud dissimili ac Natalis Alexander, sed mente diversa, totusque in eo est, ut adversetur opinandi pruritui et antiquitatis traditionumque contemptui, hinc forte in aliud incidit extremum nimiae scil. credulitatis [4]). — Otto Aicher O. S. Ben. philologus academiae salisburgensis, concinnavit *Epitomen chronologicam* hi-

---

[1]) De hujus *triangulo praeteritorum, modernorum et futurorum memoratu dignorum* etc., Romae 1707 in f. cf. Journal des Sav. XLIII, 334—340.

[2]) Cf. Biogr. univ. LXXI, 40.

[3]) Cf. Feller V, 523, qui ita censet: „Ouvrage estimé, qui réunit l'exactitude et l'esprit de recherche à l'orthodoxie et à la sagesse des principes: en lui donnant un peu plus de développement et d'étendue, on en ferait le meilleur livre élémentaire d'histoire ecclésiastique; genre où nous sommes dans la plus grande pénurie, les jansénistes et philosophistes ayant entièrement infecté cette partie de l'institution."

[4]) Cf. Mém. de Trév. 1713 a. 123; J. des Sav. LIII, 547—558.

storiae sacrae et profanae, praefixa brevi isagoge seu introductione ad historiam, Salisburgi 1689; Coloniae 1706 t. 3 in 1 v. De eo ita emphatice scribit Ziegelbauer[1]): »Eloquentem eum esse oportet, qui Ottonem dignis encomiis prosequi possit. Is enim est, in cujus pectore poetarum figmenta domicilium habuerunt. Natus quasi et educatus inter academica subsellia 48 annis gloriosum professoris titulum circumtulit, quodque laudis argumentum scriptis et factis mirum in modum adauxit.« *Hortum* quoque collegit *variarum inscriptionum* veterum et novarum, Salisburgi 1676; *de comitiis veterum Romanorum,* 1678 in 12. († 18. Jan. 1705 a. aetatis 77, vitae monasticae 58). — Martinus Cochemensis O. Cap. piissimus plane asceta, qui s. Martini turonensis instar nec labore victus, nec morte vincendus finem orandi et bene agendi nunquam invenisse visus est. A moguntino et trevirensi praesulibus pro asperioribus simul et desperatioribus suarum dioecesum plagis visitator est exoptatus et assumptus. Haec arena fuit, in qua sui zeli, pietatis, caritatis, virtutum denique omnium arma exseruit seu gloriosos duxit triumphos. Invicta patientia inter silvas, montes vallesque innumeras assidue devoravit aerumnas hilariterque excepit; adeo ut aliquando in nives torrentesque prolapsus socium ad laudes secum Deo decantandas invitaret. Sui contemptor vel quasi inutilem se dictitabat vel deflebat quasi impium: cui ideo se mirari testabatur, quod coelo tonante fulmina parcerent. Inter tot labores a carnium pisciumque esu abstinuit solis leguminibus herbisque victitans († 10. Sept. 1712). Ex Baronio, Bzovio et Raynaldo composuit *Kirchenhistorie,* Dilingae 1693 t. 2 in f. Longe tamen celebrior est ob plurima opera ascetica singulari unctione et stilo ad populi captum prorsus accommodato conscripta[1]), ideoque etiam saepissimo edita, inter quae eminent: *Leben Christi,* Francofurti 1689 etc.; *Auserlesenes Historybuch,* Dilingae 1693; *Legenden der Heiligen,* Augustae 1705 etc. — Joan. Kwiatkiewicz S. J. Polonus († 23. Mart. 1703 a. aetatis 73) continuavit polonice annales ecclesiasticos P. Skarga (cf. III[3], 451) ab a. 1198 ad sua usque tempora 1695 in f.; *supplementum posthumum,* ab a. 1640—1698, prodiit 1706. — Hyacinthus Robillard d'Avrigny S. J. Cadomensis († 1719) reliquit *Mémoires chronologiques et dogmatiques* pour servir à l'Histoire ecclésiastique depuis 1600 jusqu'en 1716 avec des réflexions et des remarques critiques, opus posthumum, Parisiis 1720 t. 4 in 12; ed. Richard doctore sorbonico Lugduni et Rotomagi iterum (sed mendose) 1739; Nemausi 1781 t. 2 in 8; propter spiritum gallicanum ut videtur prohibitae vero 17. Sept. 1725. Reliquit quoque *Mémoires pour servir à l'Histoire universelle de l'Europe* depuis 1660 jusqu'en 1716 avec des Réflexions et des Remarques critiques, Parisiis 1725 t. 4 in 12. Henricus Griffet S. J. novam curavit ed. auctam t. 5., ib. 1757; P. Paulian S. J. aliam Nemausi 1789 t. 2 in 8. — Jo. Jacobus Ketteler Coloniensis in suo *Protheo historico* complexus est fata historiae tum sacrae tum profanae ab a. 1660—1718 pp. 3 in 8. Coloniae 1723; *Modus administrandi sacramenta* baptismi, poenitentiae, eucharistiae, extremae unctionis et matrimonii, Coloniae 1715 (ed. 4), cujus forte nonnisi alia editio est *Manuale pastorum,* quod ib. prodiit 1794 in 12. — Addere licet Henricum Brewer Juliacensem, parochum s. Jacobi

[1]) Hist. rei liter. O. S. Ben. III c. 4 § 24., ubi ejus recensentur opera ad literas humaniores spectantia, historica, philosophica etc.; Agricola Bibl. eccles. sec. XVIII t. 1 p. 119—24: Adelung I, 352.

[1]) Cf. Kraus Allg. d. Biogr. XX, 480, Bern. a Bononia p. 183.

apud Aquas Grani admodum probum († 1715), nam historiam Brachelio — Thuldenianam universalem (1618—1661) continuavit ad a. 1673 t. 2, Coloniae 1672; 1675, quae aestimatur ob documenta pretiosa, imagines chartasque adjecta: Thomae a Kempis *biographia,* ib. 1681.

376. *Gesta romanorum pontificum*[1]) a s. Petro usque ad Innocentium XI. Venetiis 1688—90 t. 5 in f. (cum pontificum imaginibus) narravit Joannes Palazzi (Palatius) in ditione veneta natus († c. 1703), historiographus caesareus, juris canonici in academia patavina professor, dein parochus in urbe veneta. Exstant aliae ejusdem compilationes historicae: ita *Fasti cardinalium omnium* S. R. E. cum stemmate gentilitio cujusque cardinalis, Venetiis 1703 v. 5 in f., utrumque opus proh. 30. Sept. 1698 et 26. Jan. 1706 primum, alterum 4. Mart. 1709. *Monarchia occidentalis,* Venetiis 1671—79 t. 8, ed. splendida, sed opus minoris est pretii. — *Vitam s. Pii V.* descripsit[2]) Thomas Maria Minorelli O. Praed. Patavinus, theologia magister et bibliothecae casanatensis praefectus, Romae 1712 in 8. — Innocentius Barcellini O. Coel. Forosemproniensis (Fossombrone) n. 21. Dec. 1656, variis in monasteriis philosophiae et theologiae lector., dein abbas et academiarum literariarum socius († 16. Dec. 1707) collegit *Industrie filologiche* per dar risalto alla virtu del sommo pont. Celestino V. e liberare da alcuna taccia Dante Al., Milano 1701 in 8.

377. Marcus Battaglini scripsit *Istoria universale di tutti* (475) *concilii* generali e particolari di santa Chiesa, Venetiis 1680. 1686 in f.; 1689 t. 2, ed. plurimum aucta complectens alia 403 concilia usque ad conc. tridentinum[1]) cum elencho episcopatuum veterum et novorum; 1696; 1714 ed. 5. Natus is est Arimini 25. Martii 1645. Cesenae juris studio operam dedit, atque juvenis vix 16 a. lauream est adeptus. Postquam diversas civitates gubernavit[2]), ab Alexandro VIII. dictus est episcopus nocerensis a. 1690, translatus dein Cesenam († 19. Sept. 1717). Collegit quoque (juxta regionum ordinem) *Annali del sacerdozio e dell' Imperio* intorno all' intero sec. XVII. di nostra salute, Venetiis t. 4 in f. 1701—1711; Anconae 1742; *Istruzione ai Parrochi* per ispiegare ai popoli loro la parola di Dio, Venetiis 1692 t. 2 in 12. — *De conciliis generalibus et particularibus,* de eorum historia et collectionibus disseruit (Coloniae 1717 v. 2 in 8.) Joannes le Lorrain, vir eruditus et pius, qui admodum versatus erat in antiquis ritibus ecclesiasticis († 1710), ut probat opus doctum et eximium: *De l' ancienne coûtume de prier et d' adorer debout* le jour du Dimanche, de Fête et durant le temps de Pâques ou Abrégé historique des cérémonies anciennes et modernes, Delphis (Rotomagi) 1708 v. 2 in 12. — Nicol. Joseph. Poisson congr. Orat. parisiensis, Cartesii amicus, pro cujus philosophia impense stetit, Romam missus fuit a nonnullis episcopis, ut plurium prop. laxarum damnationem urgeret, quam dein Innocentius XI. promulgavit 2. Mart. 1679. Revocatus a superioribus quod causam Caulet episcopi de regaliis (p. 267) strenue apud sedem apostolicam tueretur, subsistere jussus est Niverni, cujus episcopus ipsius con-

[1]) Xaverius Scilla reliquit *Breve notizia delle monete pontificie* antiche e moderne sino alle ultime dell' a. XV, Romae 1715 in 4., opus diligens.

[2]) Cf. acta E. L. 1713 p. 349—52.

[1]) Contra Sarpi scripsit Tremblay *Critique de l' istoire du Conc. de Trente* de Fra Paolo, des lettres et des mémoires de Vargas, Rotomagi 1719. Is forte idem est, quem Jöcher laudat II, 1976 sub nomine Joannis Francisci de Tremblay O. Cap. († 1738).

[2]) Cf. Mazzuchelli II, 546.

silio et opera plurimum est usus in administranda sua dioecesi: sed minus bono spiritu erat infectus († 3. Maj. 1710). Edidit [1]) *acta ecclesiae mediolanensis* sub s. Carolo Lugduni 1681. 1683. t. 2 in f., et *Delectum actorum Ecclesiae universalis* seu novam Summam conciliorum, epistolarum et decretorum ss. pontificum, capitularium etc., quibus Ecclesiae fides et disciplina niti solent, cum notis (eruditis) ad canones, ib. 1706 v. 2 in f. — Ita etiam Bonaventura a s. Elia tertii ord. s. Franc., Panormitanus [2]), philosophiae atque theologiae Romae diu professor, pluriumque congregationum consultor, exhibuit *synopsin oecumenicorum orientalium conciliorum,* in qua praeter historiarum notitiam, haeresum proscriptionem canonumque breviculum, propositiones aliquot in conciliorum et apostolicae sedis favorem defenduntur adversus recentiores impugnatores p. 1. et 2., Romae 1687 in 12. Tabulam conciliorum ab Ant. Celestri (cf. p. 690) editam multis additionibus locupletavit atque hoc adjecto titulo recudit: *Conciliorum oecumenicorum schema* in 2 pp. distributum, quarum prior quae in Oriente, posterior quae in Occidente sunt celebrata, complectitur, Romae 1700. — Simile est opus a Spiritu André O. Praed. cabellionensi inscriptum *conciliorum oecumenicorum notio generalis* seu compendium synodicum elucidationibus historicis, dogmaticis, criticis illustratum t. 2 in 8.

378. *Singularum* nationum vel regionum historiam sacram enarrare vel illustrare aliqui sunt aggressi [3]). Huc referri possunt Jo. B. Dufraise claromontanus (n. 1628; † 1715), qui scripsit *l' origine des Eglises de France* prouvée par la succession de ses évêques avec la vie de s. Austremoine etc., Paris 1688, quo in op. opiniones hac de re Bonaventurae a s. Amabili (cf. supra p. 537) rejicit, repetens origines ecclesiarum Gallia a sec. 3. — Franc. Peter can. reg. O. S. Aug., Augustanus (n. 21. Aug. 1639; † 1. Maji 1716), cujus est opus rarissimum: *Suevia ecclesiastica* seu clericalia collegia tum secularia tum regularia, quaevis item diversorum religiosorum ordinum utriusque sexus monasteria nova et antiqua in celeberrimo S. R. I. circulo seu ducatu Sueviae consistentia cum suis respective fundationibus, originibus, privilegiis, immutationibus etc., Augustae et Dilingae 1699, et opus posthumum *Germania canonico-augustiniana* multorum annorum studio ac labore collecta, opus apostolico can. reg. ordini honorificum, sed ineditum et ab a. plusquam 50 desideratissimum ex cod. ms. publicavit R. Michael III. ad insulas Wengenses Ulmae can. reg. praepositus etc. in collectione scriptorum rerum historico-monastico-ecclesiasticarum t. 3. 4. et 5, Ulmae 1756—1765. — Simon Rettenbacher O. S. Ben. e monasterio cremifanensi, n. in Aigen prope Salis-

[1]) Cf. Batterel Mémoires, IV, 184—203.

[2]) Cf. Mongitore I, 113.

[3]) Siciliam multiplici modo operibus quam plurimis editis ineditisque illustravit Vincentius Auria Panormitamis n. 5. Aug. 1625. Inter condiscipulos eminuit et adepta in jure doctoris laurea inter causarum patronus effulsit. Mox tamen jurgiis forensibus relictis totum se literis politioribus impendit. In rebus siculis erat versatissimus et ob eruditionem pluribus adscriptus est academiis literariis († 6 Dec. 1710 a. aetatis 85). Senatus panormitanus benemerentissimo civi in aestimationis argumentum justa decrevit. Opera ejus recenset Mongitore in Vitarum ill. Arcadum p. 3 Romae 1713 et bibl. sic. II, 274—77, inter quae sunt: *Il vero e originale Ritratto di Cristo* N. S. in Croce, Panormi 1669; 1690; 1794 cum additionibus et chronologia archiep. ecclesiae panormitanae. *Vita di s. Rosalia V.,* ib. 1669; plures vitae sanctorum et virorum illustrium etc. — Nic. Parthenius Giannettasio SJ. Neapolitanus (n. 5. Mart. 1648; † 14. Sept. 1715) praeter plura alia composuit *Historiam neapolitanam* Neapoli 1713 t. 3 in 4; t. quartus, quem promiserat, non prodiit.

burgum 19. Oct. 1634, Romam missus pro ulteriori ingenii cultura, ubi L. Allatii fruebatur protectione, in salisburgensi academia professorem ethicae et historiae (1671) egit, dein in suo monasterio praefectum bibliothecae († 10. Maj. 1706), praeter alia [1]) reliquit *historiam noricam* cum annalibus monasterii cremifanensis, Salisburgi 1677 in f. — Casimirus Freschiott O. S. Ben. congr. Casin. Burgundus († 1720) edidit[2]) l. inscriptum *Successi della fede in Inghilterra* colla storia dell' ultime Eresie sino alla felice libertà data alla religione cattolica dal regnante Giacomo II., Bononiae 1685. Initium ducit a Josepho ab Arimathea, qui non diu post Christi resurrectionem eam in insulam appulisse sacrumque evangelium ibidem annunciasse fertur. *Origine, progressi e ruina del Calvinismo* nella Francia, raguaglio istorico, Parmae 1693. — Joannes Maria Stredowsky Moravus, protonotarius et pawlowiciensis parochus (1713) scripsit *sacram Moraviae historiam* sive vitas ss. Cyrilli et Methodii, welehradensium archiep. etc., Solisbaci 1710 in 4. In l. 5. c. 12 episcoporum olomucensium catalogus exhibetur[1]); *Rubinum Moraviae* i. e. martyris et parochi apud Moravos Joan. Sarcandri vita, Brunae 1712 in 8. — In historia Moraviae illustranda admodum sollicitus fuit Christianus Gottfried Hirschmentzl O. Cist. monasterii wehleradensis scriptor diligentissimus (n. 7. Jan. 1638; † 28. Febr. 1703), qui reliquit op. 48 fere omnia inedita [2]). Prodiit *Vita ss. Cyrilli et Methodii* sive vetus Welehrad nunc primum vindicatum, Pragae 1667. — Michael Jos. Fibiger n. Frankensteinii 16. Maji 1657, ord. equ. s. Crucis per Poloniam et Silesiam visitator et 1696 magister († 12. Jan. 1712) in suis *campis elysiis* originem christianae religionis in Silesia enarrat, sicut etiam in alio opere describit lutheranismum vi in Silesiam intrusum. — In *epistolis historico-familiaribus* Andreae Chrysostomi Zaluski, legati ad aulas lusitanam et hispanam, episcopi warmiensis et protoscrinarii Poloniae († 1711) plura reperiuntur, quae ad Poloniae historiam spectant. Prodierunt Brunsbergae 1709—1711 t. 3 in 8.

---

[1]) Cf. Baader Lex. verstorb. baier. Schriftst. II, 2, 25; A. Weis allg. d. Biogr. 28, 274. Reliquit scripta edita et inedita minoris momenti circa 38. Hugo Franc. van Heussen congr. Orat. theologis catholicis non meret adnumerari utpote jansenianis nimis addictus et schismatis in Hollandia fautor acer, provicarius ecclesiae schismaticae ultrajectinae, quem Neercassel episcopus castoriensis suum designavit successorem, qui tamen a sede apostolica non fuit confirmatus († 13. Febr. 1719). Edidit *historiam episcopatuum foederati Belgii* utpote metropolitani ultrajectini, necnon suffraganeorum harlemensis, daventriensis, leovardiensis, gronigensis et middelburgensis, in qua singulariter eminent provinciarum antiquitates, urbium et pagorum incrementa, ecclesiarum, abbatiarum ac coenobiorum origines, fundatores, patroni, jurisdictiones, privilegia, jura et possessiones tabulaeque, quibus ea firmantur, innumerae, quarum plurimae hactenus ineditae; itemque praesulum, abbatum, abbatissarum, rectorum, vicariorum tum ecclesiasticorum tum politicorum vitae, gesta, lucubrationes aliaque ex ecclesiarum monamentis, monasteriorum codd., bibliothecarum archivis patrisque scriptoribus eruta ac publici juris facta, cum figuris aeneis, Lugduni Batavorum 1719 v. 2 in f. Cf. Bibl. anc. et moderne 11, 255—269; *Batavia sacra*, Bruxellis 1714 pp. 2 in 1 v. in f. cum figuris, in qua narrat vitam et res gestas illorum, qui fidem plantarunt in Batavia; inter hos vero etiam recenset factionis jansenianae duces, ideoque etiam prohibita ab inquisitione 1722. Cf. acta E. L. 1756 p. 337 ss.; J. des Sav. LVIII; Biogr. univ. XX, 338, secundum quam obiit 1729.

[2]) Cf. Ziegelbauer IV, 333: Bibl. benedictinocasin. p. 113, ubi plurima ejusdem scripta enumerantur.

[1]) Cf. Acta E. L. 1111 p. 199—205.

[2]) Cf. Hanusa Stud. und Mitth. aus dem Cist. O. XIX (1893) 41—44.

379. Ecclesiarum *particularium* historiam descripserunt [1]): Leon. Cozzandus O. Serv. b. M. V. Brixiensis († 7. Febr. 1702), vir eruditus, qui exhibuit *Ristretto profano e sacro dell' Historia Bresciana*, Brixiae 1694 in 8; *Libraria Bresciana* nuovamente aperta, ib. 1694; Ejus quoque sunt *de magisterio antiquorum philosophorum ll.* 6, Genevae 1684 in 12; *Il sagro tempio Servitano* ossia vite dei Santi et Sante della religione dei Servi di M., Viennae 1693 in 4., opus rarum. — Antonius Maria Manzoni scripsit *episcoporum corneliensium* sive *imolensium* historiam, Faventiae 1719 in 4. — Vitus Carvinus Erycinus n. 4. Nov. 1644; theologiae doctor, protonotarius apostolicus et archipresbyter, jurisdictionis suae acerrimus propugnator († 19. Sept. 1701) typis tradidit: *De origine, antiquitate et statu* regiae matricis ecclesiae civitatis excelsae et inexpugnabilis Erycis, hodie montis s. Juliani, cui accedunt digressiones nonnullae morales ecclesiasticis omnibus apprime perutiles, Panormi 1687 in 4. — Thomas Baldassini Or. Aesinensis († 15. Apr. 1703) praeter biographias reliquit *Notizie istoriche* della regia città di Jesi, Jesi 1703, l. rarus. — Paulus Ant. Appiani SJ. Asculanus, patriae historiae illustrator (n. 9. Dec. 1630; † 20. Febr. 1709) inter alias biographias scripsit *Vita di S. Emidio* vescovo d' Ascoli e M. con un brieve ragguaglio della stessa città, Roma 1702; 1704. — Claud. Hugo Mathou O. S. Ben. e congr. s. Mauri Burgundus (n. 1622; † 29. Apr. 1705) composuit *catalogum archiepiscoporum senonensium* ad fontes historiae noviter accuratum, Parisiis 1688 in 4. Scripsit quoque *de vera Senonum origine christiana* adversus Jo. de Launoy criticas observationes diss., ib. 1687 in 4., in qua de primis fidei christianae in hac regione apostolis disputat [1]). Edidit primum cum Hilarion le Fevret († 1660) Roberti Pulli S. R. E. card. et cancellarii theologorum, ut vocant, scholasticorum antiquissimi, *sententiarum ll. 8,* item *Petri pictaviensis,* academiae parisiensis olim cancellarii, *sententiarum ll. 5,* notis et observationibus illustratos, Parisiis 1655 in f., in qua tamen ed. caute legenda sunt quae de voluntate Dei salutifera disputat. — Benedictus Picard, dictus a patria Tullensis vel a Tullo O. Cap. (n. 1680; † 1720), scripsit *Histoire ecclésiastique et politique de la Ville et du Diocèse de Toul,* Tulli 1704 in 4., opus sat rarum, licet minus accuratum [2]); *Pouillie ecclésiastique et civil du Diocèse de Toul,* ib. 1714 t. 2. — Jam antea hanc ecclesiam illustravit Franc. de Riguet origine Pedemontanus, patria Lotharingus n. 1618. Juvenis ingressus ord. Praem. et abbas electus praeceptor datus est Carolo filio secundogenito Nic. Franc.

[1]) Jacobus Salomonius O. Praed. nativitate Cretensis, Patavii studiis operam dedit, philosophiae et theologiae lector, in seminario patavino theologiae moralis professor († 1710) *Agri patavini inscriptiones* sacras et profanas a Jac. Phil. Tomasino collectas (cf. III[3], 1147) iterum edidit, auxit et additis historicis ac topographicis adnotationibus illustravit, Patavii 1696. *Urbis patavinae inscriptiones* sacrae et profanae, ib. 1701 in 4; *Inscriptiones sacrae et profanae* tam in urbe quam in agro, ib. 1708 in 4; nova ut videtur ed. utriusque op. praecedentis. — Paulus Naldini episcopus justinopolitanus (Capodistria, 1686; † 21. Apr. 1713) edidit *Corografia ecclesiastica* ossia descrizione della città e diocesi di Giustinopoli, Venetiis 1700.

[1]) Cf. Acta erud. lips. suppl. I, 383—387 et Dupin XVIII, 303, qui auctorem nostrum nimiae credulitatis arguit: de priori vero Journal des Savans XVI, 161. — Controversiam tempore, quo primum in Galliis fuerit praedicatum Evangelium tractat et Abbadie canonicus (alius a famoso Abbadie pastore calviniano † 1727) in Diss. *touchant te temps* au quel la religion chrétienne a été établie dans les Gaules, Tolosae 1703, quod factum censet nonnisi sec. 2.

[2]) Cf. J. des Sav. XXXVII, 444—453.

Lotharingiae ducis. Sedis apostolicae venia ordine est egressus factusque praepositus ecclesiae collegiatae s. Deodati. Plures legationes et negotia ducis Lotharingiae obiit, quibus demum renuncians totum se studiis tradidit († 1701), quorum fructus fuere [1]): Nova sed accurata ed. *Vita s. Deodati* nivernensis ep. et insignis ecclesiae sandeodatensis in Vosago fundatoris, Nancaei 1679; *Mémoires historiques et chronologiques* pour la vie de s. Dié etc., ib. 1680; *Observations* sur les titres de l'église de Saint-Dié, ib. 1681; *Système chronologique des évêques de Toul* jusqu'au tems de Charlemagne avec des mémoires pour la vie de s. Dié et une diss. pour prouver que la ville de Toul est le siége episcopal de Leuquois, ib. 1701; 1707 in 8. — Caspar Thaumac de Thaumasière Brugensis, advocatus († 1712) scripsit *Histoire du Berri* et du diocèse de Bourges, Brugis 1689. — Ludovicus Ant. Boyer a s. Martha O. Praed. edidit *Histoire de l'Eglise cathédrale de S. Paul-Trois-Châteaux* avec une chronologie de tous les Evêques qui l'ont gouvernée, contenant plusieurs choses, qui peuvent servir à l'histoire générale des Eglises de France et à l'histoire particulière du Dauphiné, Avenione 1710 in 4., opus rarissimum. *Histoire de l'Eglise de Vaison,* ib. 1731. — Toustain de Billy († 1709) scripsit *Histoire ecclésiastique* du diocèse de Coutances, quam edidit Franc. Dolbet Rouen t. 3, 1875. 1881. 1887. — Petrus Suarez scripsit *Historia de Obispado de Guadix y Baza,* Madrid 1696. — Gabriel Pasqual y Orbaneja decanus ecclesiae Almeriae narrat *Vita de san Indalecio y Almeria* illustrada en sua antiguidad, origen y grandezza, Almeria 1699 in f.

380. Martinus Cseles S. J. rosenthalensis prope Tyrnaviam natus 28. Oct. 1641, philosophiae et theologiae, dein juris canonici professor et ss. literarum interpres, Romae dum degeret poenitentiarii fungens munere, magno fructu vaticanam lustravit bibliothecam atque (eruditam) elucidationem historico-chronologicam *de episcopatu Transilvaniae* scripsit Romae in f.; necnon *descriptionem amplitudinis episcopatus sirmiensis* in 16. *Ungaricae sanctitatis indicia* sive brevis 55 sanctorum, beatorum ac venerabilium memoria iconibus expressa . . . quibus accessit appendix, in qua ordine alphabetico plus quam 200 alii sancti et beati ad Ungariam vel nativitate vel commoratione spectantes recensentur, Tyrnaviae 1737 in 8. Decessit 14. Jan. 1709. — Novam *seriem archiepiscoporum strigoniensium* ab a. 1000 ad a. 1717 proposuit (Tyrnaviae 1717 in 8) Alexander Szorényi Nitriensis S. J. (n. 24. Febr. 1664; † 16. Sept. 1719). Edidit praeterea *Propylaeum bibliothecae graecensis,* quo scriptores hic quondam seu discentes seu docentes eorumque opera recensentur, Graecii 1703 in 12. — Benedictus a s. Joseph Zawadzki Schol. piar. Varsaviensis († 9. Aug. 1703) scripsit *infulam cracoviensem* gemmis suis distinctam seu antistitum cracoviensium ab ipsis cathedrae propriae et christianae in Polonia fidei initiis deductorum elogia historico-politica et panegyres lyricas, Cracoviae 1686 in 4. — Michael Piechowski reliquit *Cornu copiae infulae chelmensis* usque IV. a fundato episcopatu chelmensi seculum, Zamoscii 1717 in f.

381. Ad *historiam missionum* referri possunt: Franciscus Gonzalez a s. Petro O. Praed. Hispanus, fervens vi-

[1]) Cf. Digot in *Mémoires* de l'académie de Nancy, Nancaei 1846 p. 93—154. Contra ipsum tamen scripsit Nicolaus Clément Tullensis, regius subbibliothecarius († 16. Jun. 1716) sub nomine Antimon: *Défense de l'Antiquité de la ville et du Siege episcopal de Toul,* Parisiis 1702 in 8.

neae sinensis cultor, qui concinnavit *Breve relatione* delle cose successe in questa nuova persecutione della Cina, scil. occasione acris controversiae de ritibus sinensibus[1]), quae gallice reddita prodiit Lugduni 1713; s. l. 1714. — Augustinus a Matrito O. Min. descripsit *Provinciam s. Gregorii* philippinam et sinensem, 1715 in f. — Carolus Le Gobien S. J. missionarius in imperio sinensi et missionum procurator († 5. Martii 1708), reliquit scripta ad historiam ecclesiae sinensis spectantia. Postquam ea seorsim prodierant, recepta fuere in op. (P. le Comte) *Nouveaux mémoires sur l' état présent de la Chine,* t. 3. contenant l'Histoire de l'Edit de l'Empereur de la Chine en faveur de la Religion Chrétienne, avec un Eclaircissement sur les honneurs que les Chinois rendent à Confucius et aux Morts, ed. 2. Parisiis 1700; *Histoire des Isles Marianes*[2]) nouvellement converties à la religion chrétienne et de la mort glorieuse des premiers missionaires qui y ont prêché la foy, ib. 1700 in 12. In primis vero meruit de historia missionum ob collectionem pretiosam: *Lettres édificantes et curieuses*[3]) écrites des Missions Etrangères par quelques Missionaires de la C. de J., cujus ipse edidit t. 8 Parisiis 1702—1708, quam continuarunt Joannes Bapt. du Halde[4]) (n. 1. Febr. 1674; † 18. Aug. 1743) t. 9—26 ib. 1711—43; Ludovicus Patouillet († 1779) et Maréchal seu Marchal t. 27—34 ib. 1749—76. Yvo Mathurinus Maria de Querbeuf novam curavit ed. ordine systematico ib. 1780—3 t. 26; Lugduni 1819 t. 14; Parisiis 1829—32 t. 40 in 18; 1838 t. 4 in 4. Germanice versas recepit Stoecklein in suam collectionem der neue Weltbote, de qua infra. — Prudentius d'Amaral Lusitanus origine, sed natus in America meridionali (1675; † 27. Mart. 1715) collegit *Catalogo dos bispos* que teve o Brasil até o anno de 1676, em que a capital da cidade da Bahia foi elevada a metropolitana e dos arcebispos que nella tem havido como as noticias que de uns e outros pôde descobrir, in op. *Constituçoes primeiras* do Arcebispado de Bahia, Olisipone 1719; Conimbricae 1720. — Franciscus de Sousa S. J. Bahiensis, collegii goani rector († 17. Jun. 1712) descripsit *Oriente conquistado a J. Christo* pelos PP. da Companhia de J. da Provincia de Goa. 1. p. na qual se contem os primeyros vinte e dous annos desta Provincia ordenada; 2. p., na qual se contem o que se obrou desdo a. de 1564—1585, Olisipone 1710 t. 2 in f. (m. 130). Pars tertia non prodiit. — Caspar a s. Augustino O. Erem. s. Aug. descri-

[1]) Fusius de ea disserit Echard II, 780 s.

[2]) Ambrosius Ortiz S. J. Villarensis (n. 21. Nov. 1638; † 13. Nov. 1708) edidit *Istoria* della conversione alla nostra santa dell' isole Mariane . . . nella vita, passione e morte gloriosa per Cristo de v. P. Diego Luigi di Sanvitores († 21. Apr. 1672) e d'altri suoi Compagni d. C. d. G., quam lingua castiliana composuit Franc. Garcia SJ. († 3. Aug. 1685), ipse italice vertit notitiis auxit et continuavit ad a. 1684, Neapoli 1686 in 4.

[3]) Cf. de hac praeclarissima collectione Backer III, 1737—53.

[4]) Hujus quoque est *Description* géographique, historique, chronologique, politique et physique de l'Empire de la Chine et de la Tartarie chinoise, Parisiis 1735 t. 4 in f.; a la Haye 1736 t. 4 in 4. Opus primum hujus generis de illo vasto imperio, accuratum ingentisque diligentiae ex missionariorum relationibus concinnatum, ab eruditis magni aestimatum. Cf. Backer II, 120; Sommervogel IV, 34—38. Copiosum comspectum habes in Bibl. crit. Mich a s. Jos. III, 13—37. — Qua occasione mentione dignus est Basilius de Glemona (Clemona) Italus O. Min. strict. obs. vicarius apostolicus in provincia Schensi imperii sinensis († 1703) unus ex celebrioribus sinologis, cujus *Dictionarium sinico-latinum* optimum censetur atque subsidiis Napoleonis imp. editum fuit a Guignes, Paris 1813, cui Klaproth adjecit supplementum, ib. 1819. Cf. Kirchl. Handlexikon I, 508.

bit *Conquistas de las islas Philippinas;* la temporal por las armas de Don Phelipe II, y la espiritual por los religiosos del orden de s. Augustin, Matriti 1698 p. 1. in f., opus rarum (m. 60), cujus p. II. demum prodiit Vallisoleti 1890 cura Cas. Diaz O. S. Aug. ex auctoris msc. — Joseph Sicardo ejusdem ord. Hispanus archiepiscopus sassaritanus (1702; † 1714) scripsit *Christiandad del Japon* y dilatada persecucion que padeció, Madrid 1698, opus rarum (m. 120). — Emmanuel Rodriguez S. J. missionum indicarum procurator († 5. Jan. 1701) reliquit *El Maranon y Amozonas.* Historia de los descubrimientos, entradas y reduccion de naciones etc., Matriti 1684 in f., opus rarum et aestimatum. — Antonius Zucchellus O. Cap. a Gradisca missionarius apostolicus in aliorum emolumentum edidit *Relazione del Viaggio e Missione del Congo* nell' Etiopia inferiore occidentale, Venetiis 1712.

382. Historiam ordinum religiosorum elaboravit Petrus Helyot tertii O. S. Franc., Hippolytus vulgo dictus, Parisiensis (n. 1660), qui hunc in finem Italiae bibliothecas diligenter lustravit, in opere *Histoire des Ordres monastiques, religieux et militaires et des congrégations séculières* de l'un et de l'autre sexe, qui ont été établies jusqu'à présent contenant leur origine, leur fondation, leurs progrès, les événemens les plus considérables qui y sont arrivez, la décadence des uns et leur suppression, l'agrandissement des autres par le moyen de différentes réformes, les vies de leurs Fondateurs et de leurs Réformateurs avec des figures qui représentent tous les différents habillemens de ces Ordres et des ces congrégations, Parisiis 1714—19 v. 8 in 4. Dum t. 5. imprimeretur, decessit pius pater († 5. Jan. 1716). Ejus sodalis Maximilianus Bullot opus absolvit. Est porro illud admodum eruditum, fructus studii 25 annorum, saepe accuratum, non solum a catholicis, sed etiam a protestantibus laudatum [1]). Prodiit iterum 1721; 1792; 1838 et in varias linguas fuit versum. Operis veluti *epitome,* sed inexacta et tantum propter imagines alicujus pretii, prodiit Amstelodami 1716 hoc titulo: *Histoire du Clergé séculier et régulier,* des congrégations des Chanoines et des Clercs et des Ordres religieux de l'un et de l'autre sèxe, qui ont été établis jusqu'à présent, avec des figures, qui représentent les différents habillemens de ces Ordres et Congregations. Nouvelle édition tirée du R. P. Helyot, du R. P. Bonani, de M. Herman, de Schoonebeck etc. Hujus ultimi opus ita inscribitur: *Histoire des Ordres religieux* de l'un et de l'autre sexe, où on voit le temps de leur fondation, la vie de leurs fondateurs et les figures de leurs habits gravées, Amstelodami 1695 t. 3 in 8. (ed. 2). In formam dictionarii redacta ed. a Migne t. 4 Paris 1847—59.

383. De specialium *ordinum* historia plurimi fuere solliciti. Jos. Maria Fornara O. Carm. Mediolanensis, philosophiae et theologiae lector, provinciae suae praepositus († 1707) composuit *Anno memorabile de' Carmelitani,* Mediolani 1688 t. 2 inf. — Andreas a s. Nicolao O. Carm. Lotharingus († 1713 vel 1714) narrat *historiam celeberrimae abbatiae s. Stephani* divinionensis, Divione 1699 in f. — Josephus Linas O. b. M. de Merc. archiepiscopus tarraconensis († 1710) collegit *bullarium* sui ordinis; accedit

[1]) Cf. praefationem versionis germ. *P. Hippolyt Helyots ausführliche Geschichte aller geistlichen und weltlichen Kloster- und Ritterorden für beiderlei Geschlecht,* Leipzig 1753 s. t. 8 in 4; acta E. L. 1715 p. 425—430; praesertim Mém. de Trév. 1715 a 158; 1716 a. 31; 79; 1719 a. 77; 1720 a. 9; 1721 a. 89 et 96, in quibus articulis prolixus operis exhibetur conspectus; J. des Sav. LVII, 150; 243; LX, 322; 375; MXVI, 73; 160.

catalogus magistrorum generalium, martyrum etc. concinnatum ab Antonio Bernal de Corral, Barcinone 1696 in f. — Dominicus Lopez O. SS. Trin. dedit *Noticias historicas* de las 3 provincias del orden de la s. Trinidad redempcion de cautivos en Inglaterra, Escocia y Hypernia, Matriti 1714 in f. (m. 80), in cujus t. fine disserit etiam de pluribus aliis ordinis per Europam provinciis, quae tunc temporis jam erant suppressae. — Ejus sodalis Alexander a Matre Dei, philosophiae et theologiae professor, provinciae praepositus et chronographus († 23. Jan. 1708) operi, cujus titulus est: *De la Chronica de los Padres Descalzos de ss. Trin.* Red. de Cautivos, quae ultra a. 1647 non excurrit, alias duas pp. adjecit [1]), Compluti 1706 t. 1. in f.; Matriti 1707 t. 2. in f.; p. 4. publicavit Lucas a Purificatione Granatae 1732. — Ignatius as. Antonio ejusdem ord. Gallus olim in romana curia procurator generalis edidit *Necrologium* religiosorum et monialium pietate aut scientia vel alia praerogativa insignium sui ord. ad modum martyrologii compositum, Aquis Sextiis 1707. Cum vero auctori defuerint libri et instrumenta necessaria multos mentione dignos omisit. Scripsit etiam *Annales* ordinis eosque ad v. centuriae finem perduxit, quorum t. 1 prodiisse legitur in Mich. a s. Joseph bibliogr. crit. I, 257, reliqui t. manserunt inediti. — Innocentius Le Masson O. Cist. praepositus generalis, qui magnam Carthusiam incendio pene deletam reaedificavit (n. Novioduni 1628; † 1703), strenuus jansenistarum adversarius, coepit *Annales Ord. Carth.*, sed ex tribus t., in quos eos distribuerat, prodiit tantum t. 1. complectens ea, quae ad institutionem, disciplinam et observantias ordinis spectant, Correriae 1687 in f. (m. 100), recusus sub inscriptione *de disciplina O. Carth.*, Parisiis 1703. Alter t. jam erat impressus, sed nescio qua de causa fuit suppressus, hinc ejus exemplaria sunt rarissima. Alia ejusdem opera sunt: *Enchiridion salutis operandae* per gratiam Christi; in quo de gratia Christi obtinenda, servanda et in vacuum non recipienda agitur secundum mentem et instituta de imitatione Christi, Correriae 1699. Integra *theologia moralis* in tabulis compendiose depicta, quidquid fidem et mores, sacramentorum administrationem ac susceptionem, judicia pariter et contractus in utroque foro concernit ad limam concilii trident. graphice repraesentans, Parisiis 1669; Moguntiae 1674; Lugduni 1680 etc. — Car. le Couteulx O. Cart. († 15. Sept. 1709) jussu capituli generalis a. 1686 collegit *Annales O. Cart.*, qui demum prodierunt Monstrolii 1887—91 t. 8 in 4 cura sodalium huius monasterii. Complectuntur thesaurum divitem notitiarum prohistoria medii aevi. — Joannnes Baptista Pradillon O. Cist. abbas et procurator generalis († 1. Sept. 1701) scripsit *Histoire* des fondations des monastères des religieuses Feuillentines de Toulouse, Parisiis 1699 in 12. — Bartholomaeus Aresi O. Cist. Mediolanensis, abbas († 1712), per compendium deduxit Insignis basilicae et imp. coenobii s. Ambrosii Mediolani *abbatum chronologicam seriem* ab initio fundatae abbatiae ad haec usque tempora, Mediolani 1674 in 4., qua occasione exhibet plurima privilegia et diplomata ad eam abbatiam spectantia.

384. Josephus de Sarabia y Lezana O. Praed. Hispanus ex illustri Sydoniorum gente ortus, insignis theologiae magister († 1712) coepit texere *Annales de la sagrada religion de s. Domingo;* Erario ascetico, en las legendas de los santos y santas, y personas de illustre virtud de la orden de Predicadores, Matriti 1709 t. 2 in f., quo in opere pervenit tantum ad a.

[1]) Cf. Agricola Sec. XVIII bibl. eccl. I, 241.

1291. »Magnas pro scribenda historia, inquit Echard II, 782, partes habuisse auctorem fatendum est: si non ubique verum assecutus est, monumentorum penuriae id adscribendum.« — Joannes Jac. Persin O. Praed. Tolosanus († 1711) exhibuit *Monumenta conventus tolosani,* Tolosae 1693 in f. adjecta de tolosana academia et totius Albigensium facti narratione de capitibus haereseos et 61 conciliis: »opus, ut inquit Echard II, 779, ex documentis in eo relatis plurimi faciendum, sed quae non raro absque ordine adducta sunt et aliquando ab auctore quorundam suasionibus assentiente interpolata: hinc indiget correctione.« — Seraphini Dietler ejusdem ord. recentiori aetate prodierunt *Chroniques des Dominciains* de Guebwiller, Guebwiller 1844 cur. Mossmann (cf. supra II³ 1331); *Chronik des Klosters Schönensteinbach* [1]), Gebweiler 1897 cur. Jo. de Schlumberger, utraque magni pretii pro historia etiam locali. — Maurus Rost O. S. Ben. Monasteriensis abbas monasterii iburgensis in ditione osnabrugensi (1666—1706), qui pro juribus et bonis sui monasterii intrepide stetit, ut alter ejusdem fundator habeatur. Reliquit [2]) plura scripta ad ejusdem et dioecesis historiam illustrandam, e quibus demum prodiit cur. K. Stüve *Die Iburger Klosterannalen* des Abtes Maurus Rost, Osnabrück 1895. — Josephus Hier. Sementius cler. r. de Som. Cremonensis (n. 1645; † 2. Apr. 1702) composuit *Cronologia* della congr. dei Somaschi dal 1481 fino a suoi tempi. — Joannes Marciano Neapolitanus, primum eques ord. hieros., sed renunciatis mundi honoribus congr. Oratorii, cujus per novennium gessit praefecturam. Magni aestimatus fuit ab archiepiscopis neapolitanis ob prudentiam et modestiam, quam in primis ostendit recusatis summis Ecclesiae dignitatibus († 27. Dec. 1713). Collegit *Memorie Istoriche della Congr. dell' Oratorio* (valde raras), Neapoli 1693 t. 5 in f. — Franciscus Pancerius O. S. Aug. Excalc. Mediolanensis, praepositus provincialis, definitor generalis Romae et commissarius apostolicus per Germaniam († 18. Jun. 1711) scripsit *Lustri Storiali de' Scalci Agostiniani,* Mediolani 1700 in f., quibus adjunxit varias apologias. Collegit quoque *Literas apostolicas, decreta* et alia hujusmodi pro congr. FF. Excal. ... ord. Er. S. Aug. a primo suae institutionis a. 1592 ad hunc jubilaei 1675, Romae 1676 in f. — Marcus Aurelius Scodaniglio O. S. Jo. de Deo Panormitanus n. 11. Oct. 1658, provinciae siculae praepositus, commisarius et visitator generalis, de infirmis et ordine optime meritus († 27. Mart. 1727), non solum vitam fundatoris ordinis (italice) scripsit Panormi 1706 in 12., sed etiam *Bullarium religionis b. Jo. de Deo* compendiose edidit cum necessariarum notabiliorumque rerum appendice, Romae 1685 in 4; *Tavola cronologica* della Religione del b. Giov. di Dio detta de' fate Ben fratelli, Panormi 1706 in 12.

385. Nominatim vero plures historiam ordinis s. Francisci illustraverunt [1]). Damianus Cornejo O. S. Franc. reg. obs. ordinis historiographus, episcopus auriensis seu orensis (qui munere pastorali 1706 se abdicavit; († 28. Apr. 1707) composuit eleganti sermone *Chronica serafica:* Vida del glorioso Patriarcha s. Francesco y de sus primeros discipulos, Matriti 1682—98, pp. 4 in 4 t. in f. opus valde rarum (m. 100). Partem V. adjecit Eusebius Gonzalez de Torres sodalis. — Antonius de Orvieto dedit *Cronologia*

[1]) In hujus ed. praef. reperies notitias de auctore.

[2]) Cf. Stüve, Allg. d. Bi. 53, 524.

[1]) De Mich. Ang. de Sambuca ac de Julio de Venetiis supra egimus p. 213; de Antonio Melissano de Macro, qui claruisse legitur 1707, cf. III³, 962.

della Provincia Serafica Riformata dell'Umbria o d'Assisi divisa in 3 ll., Perugiae 1717 in 4. — Antonius de Nola O. Min. Ref. reliquit *Cronica Francescana* della riformata provincia di Napoli della Terra di Lavoro, Neapoli 1718 in 4. — Josephus Antonius Hebrera O. Min. regni Aragoniae et suae provinciae historicus († 30. Maj. 1710) praeter multa alia scripsit *Chronicorum provinciae Aragoniae* t. 2, Caesaraugustae 1703. 1705 in f. — Fortunatus Hueber O. S. Franc. Neoburgi in Bavaria natus, suae provinciae minister, visitator, definitor generalis († 12. Febr. 1706), scripsit: *Dreyfache Cronickh* von dem Dreyfachen Orden dess grossen Ordens-Stiffters Francisci so weith er sich in Ober- und Nider-Teutschland . . . erstrecket, Monachii 1686; *Stammen-Buch* oder ordentliche Vorstellung und jährliche Gedächtniss aller Heyligen, Seeligen . . . auss denen dreyen hh. Ordens-Ständen, welche der h. Gross-Vatter Franciscus . . . gestiftet hat, ib. 1693; auctum et latine versum sub hac inscriptione: *Menologium* seu brevis et compendiosa illuminatio relucens in splendoribus sanctorum, beatorum, miraculosorum, incorruptorum, exstaticorum, beneficorum et quocunque sanctimoniae vel virtutis fulgore illustrium, singularium aut praecellentium famulorum famularumque Dei martyrum, confessorum, virginum, viduarum, poenitentium ab initio minoritici instituti usque ad moderna tempora ex triplici ordine: primo FF. Minorum qua Conventualium, qua Observantium, qua Reformatorum, qua Discalceatorum, qua Recollectorum, qua Capuccinorum; secundo Clarissarum seu inclusarum, qua Damianitarum, qua Urbanistarum; tertio utriusque sexus poenitentium qua secularium, qua claustralium, qua solitariorum . . . per modum martyrologii juxta dies obitus et anni periodos compilatum, ib. 1698 t. 4 in f., quo opere bollandistae saepe utuntur. Alia ejus opera sunt ascetica vel suppetiae ad concionandum[1]). — Berardus Müller O. Min. Conv. Brisaciensis († 10. Oct. 1704) composuit *Chronicam* de ortu et progressu almae provinciae argentinensis (ineditam), ex qua Mone Quellensamml. der bad. Landesgesch. ea refert quae spectant conventus badenses. Ea non caret pretio, etsi falsa etiam contineat.

386. Acta gloriosa sodalium canoniae strahoviensis celebravit[2]) stilo encomiastico Amandus Friedenfels O. Praem. in eadem canonia, Pragensis, diu philosophiae professor († 4. Dec. 1705) in op. *Sion mons inclytus,* mons sanctus, et filii Sion inclyti amicti auro primo (Thren. 4, 2) . . . nec non canonicorum reg. strahoviensium . . . in choro et foro, in templis et castris, in arte et marte acta gloriosa, Pragae 1702—3 in 4. Pariter opere splendido celebravit *S. Romedium* . . . in Tyroli apostolum etc. Ib. 1699. — Ejus sodalis Engelb. Maghe Hanno unanimi confratrum voto electus in abbatem Bonae Spei (1671; † 29. Oct. 1708), concinnavit *Chronicum* ecclesiae b. M. V. Bonae spei, Bonae Spei 1704; cum prosecutione (ib. 1708), opus eruditum sed rarissimum[3]). — Anselmus Schram (Schramb) O. S. Ben. (n. s. Hippolyti 15. Sept. 1658; † 20. Dec. 1720) edidit *chronicon mellicense* sive annales monasterii mellicensis, Viennae 1702 in f., in quo universam historiam austriacam una cum celeberrimi sui monasterii rebus erudito stilo (non tamen sine naevis) persequitur[4]). Reliquit etiam *philosophiam moralem* sententiis et documentis illustratam, ib. 1695 in 8; 1705 ed. auctior. — Robertus Wyard O. S. Ben. congr. s.

[1]) Cf. Streber KL. VI, 334.
[2]) Cf. Goovaerts Écrivains . . . de l'O. de Prém. 1, 276.
[3]) Cf. Goovaerts ib. p. 544.
[4]) Cf. Kropf in praef. biblioth. mellic.; acta erud. lips. V, 253.

Mauri († 23. Maj. 1714) scripsit *Histoire de s. Vincent de Laon*, ed. s. Quintini 1858 cura Cardon et Mathieu. — Michael Felibien ejusdem congr. (n. 1665; † 25. Sept. 1719) Jacobi F. (p. 808) ex fratre nepos, edidit praeter alia *Histoire de l' abbaye royale de S. Denys en France,* contenant la Vie des Abbés qui l' ont gouvernée depuis onze cens ans, les Hommes illustres qu' elle a donnés à l' Eglise et à l' Etat; les privilèges accordés par les souverains Pontifes et par les Evêques; les dons des Rois, des Princes et des autres bienfaiteurs; avec la description de l' Eglise et de tout ce qu' elle contient de remarquable. Le tout justifié par les titres authentiques et enrichi de Plans, de Figures et d' une carte topographique [1]), Parisiis 1706 in f.; *Histoire de la ville de Paris* composée par D. M. Felibien (usque ad a. 1661), revue, augmentée et mise au jour par D. Gui Alexis Lobineau etc., ib. 1725 v. 5 in f. — Du Bout O. S. Ben. (n. 1653; † 16. Maj. 1706) prior erat monasterii orbacensis (1699—1702), cujus historiam scripsit, quae nostra demum aetate (1890) cur. E. Hérou de Villefosse aucta et annotationibus illustrata prodiit Paris, Reims: *Histoire de l' abbaye d' Orbais* (Marne) d' après le manuscrit original de l' auteur [2]). — Denique Christophorus Müller can. reg. s. Aug., praepositus (1688) canoniae s. Hippolyti (n. 1651; † 6. Febr. 1715), hujus canoniae historiam atque urbis originem descripsit ad a. 1369 in *miscellaneis* Raym. Duelli t. 1. (a. 1723), quam Albertus de Maderna ad sua usque tempora continuavit atque Viennae 1779 in 4. edidit. — Aquilinus Mich. Gorczyński can. reg. congr. ss. Salv. lateranensis, juris canonici et theologiae doctor, in canonia cracoviensi novitiorum magister, commissarius et visitator generalis omnium monasteriorum ord. per Lithuaniam († 16. Febr. 1713) multum sollicitus erat de gloria b. Stanislai Kazimierczyk can. reg. quondam cracoviensis, quem in finem aliquot edidit opuscula. In op. *Jo. de Nigra Valle O. Praem. Genealogia* de multis sodalibus notitias exhibet [1]).

387. *Historiam Soc. Jesu* continuavit Jos. Juvencius (de Jouvancy) S. J. Parisiensis n. 14. Sept. 1643, in literis humanioribus prae primis excultus, qui maxime innotuit cura expurgandi auctores antiquos classicos ab omni obscoenitate. Prodiit illius historiae p. V. tomus posterior ab a. 1591—1616, Romae 1710 in f. Sed olim prohibebantur „quae concernunt ritus sinenses, quibus deletis permittitur liber": quae modo non amplius leguntur in Indice. Confecit et *Epitomen historiae S. J.* ab a. 1540—1616 Gandavi 1853 t. 4 in 8. Scripsit *Literas ad R. P. Nat. Alexandrum* Dominicanum, in quibus Thomistarum doctrina de moribus et gratia divina cum doctrina theologorum S. J. comparatur praesertim super probabilitate opinionum et auxiliis gratiae divinae, Augustae V. 1700, quae est versio literarum P. Danielis ad N. Alexandrum. Decessit 29. Maj. 1719 innumeris relictis operibus et opusculis [2]). Saepius

[1]) Cf. acta E. L. 1707 p. 193—205; J. des Sav. XXXIV, 228—242.

[2]) De historia monasterii ottoburani admodum sollicitus erat Albertus Krez O. S. Ben. Campoduni n. 1643, ejus monasterii prior et novitiorum magister, qui teste suo abbate erat senio, sapientia, innocentia et meritis ter albus Albertus († 26. Sept. 1713). Annales sui monasterii narrat t. 13, qui manserunt tamen inediti. Complectuntur historiam totius Sueviae. Cf. Lindner in Albo Ottoburano. Edidit *opuscula ascetica* sodalis Seb. Roeher (Roer † 19. Sept. 1650), Altdorfii 1696.

[1]) Cf. Čzernik Die Schriftsteller der noch best. Augustiner-Chorherrenstifte Oestreichs, Wien 1905 p. 348—52.

[2]) Cf. Sommervogel IV, 830—59; Etudes II (1872), 745 ss.; 894 ss.

prodiit ejus *ratio discendi et docendi* 1692 etc., etiam germanice in Bibl. der kath. Pädagogik X (1898) 204—322. — Anno sequenti († 14. Jan. 1720) obiit ejus sodalis Bartholomaeus Alcazar Murcianus, cujus sunt *Chrono-Historia de la Comp. de Jesus* en la Provincia de Toledo p. 1 t. 2 Madrid 1710 in f., qua continentur plures ss. Ignatii et Franc. Borgiae epistolae. Pertingit ab a. 1541—80. Cogitavit de ea continuanda, sed morte fuit praeditus. *Vida, virtudes y milagros de s. Julian* segundo Obispo de Cuenca, ib. 1692 in f. *De ratione studendi* l. unus, ib. 1688, saepius editus. — Joannes Drews S. J. Varmiensis († 21. Dec. 1710) collegit *Fastos Soc. Jesu* res et personas memorabiles ejusdem Soc. per singulos anni dies repraesentantes, Brunsbergae 1728 t. 4 in 8; 1745; Pragae 1740 t. 4 in 12; 1743; 1750; Hispali 1753. Reliquit et alia opera utilia ascetica ut *Breviarum asceticum* quotidianis per annum meditationibus et lectionibus piis instructum, Brunsbergae 1700 pp. 4 in 4; *Distractiones itinerantium* piae, jucundae, eruditae, ib. 1701; 1708; 1729 etc.; *Institutiones juventutis* in pietate, civiltate et humaniorum literarum facultate, ib. 1704 in 12 etc.

388. In *sanctorum actis* edendis immortalem gloriam consecutus est Daniel Papebrochius (van Papenbroeck) Antwerpiae natus 17. Martii 1628, societatem Jesu ingressus 23. Oct. 1646, cujus dein exemplum tres fratres secuti sunt. Exinde literas humaniores docuit tum Mechliniae tum Brugis publica approbatione ac fama eruditionis cum pietate conjunctae. Absolutis s. theologiae studiis mox evocatus est, qui Jo. Bollandum in edendis sanctorum actis juvaret. A Bollando cum Henschenio Romam missus uberem ad hoc opus messem collegit (cf. p. 233), a quo tempore se totum devovit per 54 annos tam utili operi. Primo loco ei Bollandus commisit acta s. Patritii ep. et apostoli Hiberniae, in quibus digerendis et illustrandis feliciter, sed tam copiose est versatus, ut vix tertia pars eorum, quae operosissime collegerat, publici juris fieri potuerit, ne moles nimium excresceret. Defuncto Bollando et jam senescente Henschenio tota fere moles ipsi incubuit. Victis omnis generis difficultatibus pedetentim plures in publicam lucem emisit tomos. Sed ecce, non defuerunt, qui vulgatis sparsisque libellis acta sanctorum aggressi sunt[1]): quibus demum post diuturnum silentium suasu et hortatu virorum complurium doctorum Papebrochius respondit, praesertim cum editus fuerit liber, cui titulus: *Exhibitio errorum,* quos P. D. Papebrochius S. J. commisit contra Christi paupertatem, aetatem etc., ss. pontificum acta et gesta, bullas, brevia et decreta, concilia, s. Scripturam, Ecclesiae capitis primatum et unitatem; S. R. E. cardinalium dignitatem et auctoritatem, sanctos ipsos, eorum cultum, reliquias, acta et scripta, indulgentiarum antiquitatem, historias sacras, breviaria, missalia, martyrologia, kalendaria receptasque in Ecclesia traditiones ac revelationes, necnon alia quaevis monumenta regnorum, regionum, civitatum ac omnium fere ordinum, idque nonnisi ex meris conjecturis, argutiis negativis, insolentibus censuris, satyris ac sarcasmis, cum ethnicis, haeresiarchis, haereticis aliisque auctoribus ab Ecclesia damnatis, per F. Sebastianum a s. Paulo (Nicolaum Petit) provincialem prov. flandro-belgicae[2]) O. bb. V. Mariae de Monte Carmelo († 2. Aug.

[1]) Cf. innumeros hos libellos saepe sat acerbos et amarulentos apud Backer I, 718 ss.; Niceron II, 92 ss. Occasionem autem in primis praebuit controversia de origine ordinis carmelitani, quem auctores actorum SS. non repetebant ab ipso Elia.

[2]) Cf. de eo ejusque libellis contra editores Actorum SS. Matthieu Biogr. nat. de Belg. XVII, 118 ss.

1706), Coloniae Agrippinae 1693 in 4. Nondum satis. Res delata fuit ad hispanae inquisitionis tribunal, quod etiam 14. Nov. 1695 quatuordecim tomos Papebrochii (mensium Martii, Aprilis et Maji) proscripsit[1]), quod propositiones (supra 300) continerent erroneas, haereticas, haeresim sapientes, in fide periculosas, scandalosas, impias, piarum aurium offensivas, schismaticas, seditiosas, temerarias, s. sedi, s. congregationi rituum injuriosas etc. Objiciuntur auctori nostro ad bis mille errores. Singulis accusationum capitibus singulas Papebrochius opposuit responsiones, re nulla omissa, nulla dissimulata sed solide et erudite objecta omnia refutavit in opere[2]): *Responsio ad exhibitionem errorum* per R. P. Seb. a s. Paulo a. 1693 Coloniae evulgatam, Antwerpiae 1696. 1698 et 1699 t. 3 in 4. Nondum quieverunt adversarii, sed causam etiam Romam detulerunt, haud felici successu. Utrique tamen parti silentium a sede apostolica fuit impositum 20. Nov. 1698. Solum ex Papebrochii *conatu chronico-historico ad catalogum rom. pontificum* p. 1. et 2. (quondam, nunc non amplius) permissae non sunt, nisi expunctis historiis conclavium pro electione rom. pontificum, decr. 22. Dec. 1700 et 13. Jun. 1757. Tanta tempestate non perterritus indefesso labore continuabat Papebrochius opus suum, quantum per morbos, per senectutem, per oculorum hebetudinem, quae ultimo vitae quinquennio coecitatem fere attigit, permittebatur. Cum ingenti eruditione miram comitatem et affabilitatem vel in ipsa jungebat senectute, et quod majoris est laudis, teneram prorsus pietatem. Quoad per valetudinem et aetatem licuit, strato se propiebat concubia nocte, ut Christum D. in ss. eucharistia adoraret. Id unum dolebat senex, cum oculi caligantes visionem tardique pedes incessum reddebant difficilem, quod more suo acta sanctorum illustrare scribendo amplius non posset: in reliquis semper tranquillus. Laboribus senioque confectus placide exspiravit[1]) 28. Jun. 1714 a. aetatis 87., religionis 68. Operam suam contulit ad illustranda *Sanctorum acta* a tomo 1. Martii usque t. 4. Junii (t. 18). Scripsit *Propylaeum* antiquarium circa veri ac falsi discrimen in vetustis membranis (Apr. t. II.); *Propylaeum* ad VII t. Maj.), quo continetur conatus chronico-historicus in catalogum rom. pontificum, Antwerpiae 1685; *Ephemerides* Graecorum et Moscorum (t. XI. Maj.). Excellit autem ingenti eruditione et sagaci critica, adeo ut inter editores actorum SS. primum occupet locum. Collegit quoque singulari studio *annales antwerpienses* ab urbe condita ad a. 1700 ex ipsius civitatis monumentis publicis privatisque, quos ex manuscripto incompleto ediderunt F. H. Mertens bibliothecarius civitatis Antwerpiae et Ern. Buschmann prof. histor. in academia reg. artium antwerpiensi, Antwerpiae 1845—1848 t. 5 in 8.

389. Huic addendi sunt duo in opere socii atque sodales, Franciscus Verhoeven Brugensis (n. 21. Sept. 1666; † 19. Apr. 1701), cui debentur vitae nonnullae mensis Junii; et Franciscus Baertius Ipris natus 25. Aug, 1651. Pueritia innocentissime exacta Soc. Jesu est ingressus 28. Sept. 1667. In docendo maxima illi cura fuit, ut simul cum doctrina pietatem discipulo-

[1]) Cf. decretum in Fleurii H. E. l. 212 § 3. Cf. Reusch Index II, 268—76.

[2]) Cf. acta E. L. 1696 p. 500—508; 1698 pag. 81—86; 129—136; 525—534.

[1]) Cf. plura de ejus vita, operibus, elogiis in ejus *vita* auctore Pienio t. 6. actorum Junii; Mém. de Trév. 1718 p. 76—82: in ep. Janningi de ejus obitu, quae exstat etiam in actis E. L. 1715 p. 180—184; Biogr. univ. XXXII, 517; Agricola II, 209—42; Delehaye SJ. in Biogr. nat. XVI, 581—89.

rum animis alte imprimeret. Quare si quid minus honeste ab iis dicto factove commissum adverteret, magna illico vultus sermonisque severitate redarguebat, non ignarus, quam facile juventus nimia indulgentia in graviora vitia prolabatur. Post absoluta studia theologica Antwerpiam venit, ut Papebrochio auxiliarem operam praestaret. Ab eo missus est cum Janningo in Germaniam, ut varias lustraret bibliothecas, quo in itinere plurima documenta admodum utilia descripsit, et a Leopoldo imp. ampla ad prosequendum opus impetravit subsidia. Inter labores pro SS. actis aliorum salutem non neglexit, sed duas ad extremum usque morbum direxit congregationes, unam juvenum, puerorum alteram. Servorum, orphanorum, opificum, agricolarum magna sollicitudine curam gessit. Acerbos ultimi morbi dolores patientissime ferebat ac vitam piam sancto fine absolvit 27. Oct. 1719. Admodum versatus erat in Scotiae antiquitatibus accuratamque suam eruditionem prodidit vita s. Basilii M. Operam et studium suum contulit ad octo tomos (a t. 4. Maji usque ad t. 5. Junii incl. — Hieronymus Boscape (a Basilica Petri) Orat. Mediolanensis († 1703) collegit *Effemeridi sacre,* in cui giorno per giorne si registrano le azioni de'Santi, le Vite de'quali non sono state scritte dalli Surio, Fiamma, Lipomano, Vigliega, Ribadenera, ne da altri tali Collettori, ex actis scil. bollandianis a Januario usque ad mensem Maji, Napoli 1688—91 t. 5 in 4. *Le Metamorfosi* ovvero conversioni segnalate d'Idololatri, Ebrei ed Eretici, ib. 1680 t. 3 in 8; *Metamorfosi funeste* o castighi di Dio contro gli ostinati, ib. 1686 in 8.

390. Hagiographis plures alii accenseri possunt. Hadrianus Baillet in pago Nevillensi in Gallia 13. Junii 1649 natus parentibus tenuioris fortunae. Puerulus sedulus ministrabat patribus franciscanis ad aram diemque in monasterio transegit, ubi sacellano magistro literas didicit, qua occasione sagacis ingenii praeclara dedit specimina. Hisce captus loci parochus ejus curam egit eumque Bellovacum ad prosequenda studia misit: quibus absolutis magister ibidem est institutus. Anno 1676 ordines suscepit sacros: postquam vero per aliquot annos animarum curae se dederat, hac dimissa totum studiis incubuit a senatus praeside de Lamoignon bibliothecarii munere donatus (1680). Insatiabili legendi ardore erat correptus, assiduaque diligentia quidquid legerat in compendium contraxit atque 32 vol. complevit, sed etiam corporis vires ita attrivit, ut mortem sibi conscivisse dici possit († 21. Jan. 1706 a. aetatis 57). Jansenianorum turbis se non immiscuit, sed ab eorum sentiendi ratione non satis immunem servavit. Edidit *Les vies des Saints* composées sur ce qui nous est resté de plus authentique et de plus assuré dans leur histoire, disposées selon l'ordre des Calendriers et des Martyrologes, avec l'histoire de leur culte et l'histoire des autres Fêtes de l'Annee, Parisiis 1701 t. 3. in f. et t. 12 in 8; 1794 in 8., in qua ed. multa sunt mutata; alia ed. in f. minoris est pretii. Hujus op. occasione ita scribit Gravesonius[1]): „Sub specioso obtentu repurgandi vitas sanctorum a fabulis, quae in ipsas irrepserant et vera acta ac monumenta secernendi a falsis et spuriis, in aliud extremum impegit in describendis vitis ss. . . . Plurima siquidem acta ss. et traditiones in ecclesiis receptas aut in dubium revocavit aut inficias ivit: multis miraculis et revelationibus fidem omnem detraxit, totum opus suum variis observationibus, eruditis quidem, sed quae severiorem in hoc argumento criticam olent, et piorum animos offendere pos-

[1]) Hist. eccl. t. 8 colloq. 5 p. m. 162. edit. venetae.

sunt, implevit.« Hanc censuram confirmant Cuperus et Stilting, qui plura in eo improbant, et non solum hypercriticismum, sed etiam defectum criticae et nimiam subinde credulitatem carpunt. Ita ex gr. Stilting in vita Ludovici Alamandi scribit [1]). »Necesse non existimo refutare hominem, quem ad singulos fere passus cespitantem invenio. Tot errores manifestos et exaggerationes ineptas in vita b. Ludovici commisit Bailletus, ut multitudo me deterruerit, quo minus ubique errantem corrigerem.« Longe gravius in eum invehitur Jos. a s. Michael (I, 430—35), quod scil. si unum excipias Eusebium, omnibus scriptoribus veteribus circa SS. vitas fidem detrahat, monachos corruptionis documentorum accuset etc. Quare et Benedictus XIV. eum dicit (de festis II, 16 n. 8) hominem vel certissimarum rerum veritatem, ut intemperanti ingenio est, sollicitantem. Episcopus vero vapincensis Franc. Berger de Malissoles prohibuit opus sub excommunicatione ipso facto incurrenda 4. Mart. 1711, hac etiam de causa: »Ce Livre, outre les sentimens de Jansénius, inspire encore ceux de la prétenduë réforme sur un grand nombre d'articles tant de Dogme que de discipline.« Et revera suspectus redditur Bailletus etiam ex favore impenso Richerio in hujus vita a se edita gallice 1714 in 12., ex laudibus impensis iis, qui Jansenianis erant addicti, et quod Jansenismum pro figmento habuerit. Hinc t. 1. et 2. (usque ad mensem Augusti) prohibiti fuere decr. 5. Sept. 1707 et 15. Sept. 1711. Harum vitarum compendium prodiit Parisiis 1700 in f. *Histoire des Fêtes mobiles dans l'Eglise* suivant l'ordre des Dimanches et des Fêtes de la semaine p. 1. et 2.; *les Vies des Saints de l'ancien Testament* disposées selon l'ordre des Martyrologes et Calendriers, avec l'histoire de leur culte selon qu'il a été établi ou permis dans l'Eglise Catholique; *Topographie des Saints* où l'on rapporte les lieux devenus célèbres par la naissance, la demeure, la mort, la sépulture et le culte des Saints; *Chronologie des Saints* où les points principaux de la vie et de la mort de ceux que l'Eglise honore d'un culte public se trouvent rangés selon l'ordre des temps, ib. 1703 in f. et t. 5 in 8. Alia ejusdem opera sunt: *Jugemens des savans sur les principaux ouvrages des Auteurs*, Parisiis 1685 t. 3 in 8; 1689 t. 9 in 12. In t. 1. vix aliud continetur, quam prodromus quidam seu praeliminaris discursus de regulis observandis ad recte judicandum de alienis lucubrationibus seclusis aut depositis quibuscunque praejudiciis. Ibi auctor, inquit Jos. a s. Michael I, 472, critices magistrum agit, sed non raro in praxi regulas a se praescriptas deserit. Saepe etiam ex eisdem regulis contraria potius concludit. T. 2—4. exhibet judicia sapientum de typographis, criticis, dictionariis, traductionibus et traductoribus gallicis et latinis; aliis 5 t. judicia de poëtis. *Des enfans devenus célèbres* par leurs Etudes ou par leurs Ecrits, ib. 1688 in 12. *Des Autheurs déguisez* sous des noms étrangers, empruntez, supposez, feints à plaisir, chiffrez, retournez ou changez d'une langue en une autre, ib. 1690 in 12; est potius praefatio operis, quod cogitaverat, sed non perfecit. Critica Bailleti offensus composuit Ménage l. inscriptum *Anti-Baillet*, Hajae t. 2 in 12., cui opposuit Baillet *Des satyres personelles*, traité historique et critique de celles qui portent le titre *d'Anti*, ib. 1689 t. 2 in 12. Haec omnia collegit La Monnoie, atque opera Bailleti auxit, correxit, eaque edidit Parisiis 1722 t. 7 in 4; Amstelodami 1725 t. 17 in 12. *De la dévotion à la Vierge et du culte, qui lui est dû*, ib. 1694 in 12; 1701; avec l'avis salutaire de la bienheureuse V. Marie à ses dévots indiscrets et une

[1]) Acta SS. Sept. V, 458 n. 88; cf. et Schüz in comment. crit. p. 88.

lettre pastorale de M. de Choiseul, évêque de Tournay sur ces avis, Tornaci 1712 in 12., quo in l. abusus circa devotionem erga bb. V. Mariam carpit, sed in reprehendendo aequi limites excedit, ipsamque legitimam devotionem aggreditur: neque immaculatam ejusdem conceptionem neque assumptionem secundum corpus admittit. Hinc *donec corrigatur* prohibitus est decr. 4. Aug. 1694; 6. Jul. 1701. *Histoires des démêlez du Pape Boniface VIII. avec Philippe le Bel* 1718 in 12., opus eruditum [1]). *La vie de Mr. Des-Cartes,* Parisiis 1690 in 4; 1693 in 12; *La vie d' Ed. Richer,* Leodii 1714; *La vie de God. Hermant,* Parisiis 1715 in 12. etc.

391. *Martyrologium* illustrarunt Simon Mothier S. J. Blesensis († 10. Febr. 1721) et Claudius Chastellain, canonicus parisiensis, versatissimus in rebus liturgicis († 1712), quem Bollandistae magni fecerunt, atque saepe in suis SS. actis citant, in *Martyrologe universel* contenant le text du Martyrologe traduit en françois et deux additions à chaque des SS., qui ne s'y trouvent pas: 1. de SS. de France; 2. des Saints des autres nations: avec un catalogue des Saints, dont on ne treuves pas le jour, Parisiis 1709 in 4., opus plenum eruditione plane exquisita, ac veluti compendium majoris operis: *Le Martyrologe Romain,* traduit en François avec deux additions à chaque jour des Saints qui ne sont point en ce Martyrologe placez selon l'ordre des siècles, la première de ceux de France, la seconde de ceux des autres pays, t. 1. et unicus complectens menses Januarii et Februarii [1]), cum annotationibus criticis de factorum veritate, Parisiis 1705 in 4. Collegit quoque *Vocabulaire hagiologique,* quod prodiit cum Aegidii Ménage *Dictionnaire étymologique.* — Franciscus Maria d' Aste cler. reg. theat. Neapolitanus n. 23. Aug. 1654, duodecim annis philosophiae, dein theologiae lector Neapoli primum, postmodum Romae, ab Alexandro VIII. dictus episcopus hydruntinus (1696; † 12. Julii 1709), collegit atque exhibuit [2]) in martyrologium romanum *disceptationes literales, topographicas et chronologicas,* praevia synopsi eorum, quae in martyrologio aliter se habent ac in breviario, adjectis in calce martyrologiis ordinum Benedicti, Dominici, Francisci, Augustini et Carmeli, Beneventi 1716 in f. Ejus quoque est *hydruntinae Ecclesiae epitome* in 2 pp. partita, quarum pars posterior ejusdem annotationibus aucta prodiit ib. 1700 in 8; etiam in thesauri Antiquitatum et Historiarum Italiae editore Burmanno t. IX. p. 7. Lugduni Batavorum 1723. — Philippus Rondinini edidit [3]) *de ss. martyribus Joanne et Paulo* eorumque basilica in urbe Roma vetera monumenta, Romae 1707 in 4; *de s. Clemente Papa et M.* ejusque basilica in urbe Roma ll. 2, ib. 1706 in 4.

392. Jouet canonicus laudunensis laudanda sollicitudine et diligentia descripsit *l' Histoire du Religion de tous les Royaumes du monde* revuë, corrigée, augmentée et mise dans un meilleur ordre, Parisiis 1710 t. 4 in 12. — Dominicus Bernini magno studio et viginti annorum labore scripsit *Istoria di tutte l' Heresie,* Romae 1705—17 t. 4 in f., Venetiis 1711—33 t. 4 in 4. Eam in epitomen contraxit et conti-

[1]) Cf. de ipso ejusque operibus Niceron III, 25 ss.; X part. 2 p. 123 ss.; Agricola I. 153; Jungmann KL. 1, 1850; Feller I, 367; Dupin XVIII, 284—296; J. des Sav. XXIX, 579—595; 627; 660—674; 700—717; 738—757; 780—797; XXXI, 238—259; XXXV, 208—216, ubi ejus exstat elogium; LXIII, 324; LXVII, 493; acta E. L. suppl. II, 178—187; 243—248; IV, 1 ss.

[1]) Cf. J. des Sav. XXXIII, 534—544; Feller II, 516.

[2]) Cf. Vezzosi I, 67; et Giornale de' Lett. d'It. XVII, 427; XXVIII, 407; XXXIII, 483.

nuavit (Venetiis 1760 9) Josephus Lancisi. »Ceterum opus hoc, inquiunt acta E. L. 1708 p. 497, commendant in primis auctoris diligentia evolvendi praestantissimos cujusvis aevi scriptores, quorum nomina et loca accurate ad marginem annotavit, tum enarrationis perspicuitas.« Quamvis vero auctoris diligentia sit commendanda, non tamen omnibus numeris absoluta censeri potest haec historia. Ejus quoque sunt *Memorie istoriche* di ciò che anno operato i sommi pontefici nelle guerre contra i Turchi, Romae 1685 in 4; *il Tribunale della s. Ruota Romana descritto,* ib. 1717. — Alexander Thomas Arcudi O. Praed. praeter alia scripsit *S. Atanasio Magno,* istoria di avvenimenti e turbolezze eccitate nella chiesa dall' ariana perfidia, con una antiperistasi contraposta d' una critica dell' istoria di s. Atanasio, Alesii (Lecce) 1715 opus rarum; *Galatina letterata,* Genua 1709. — Anton Michael Fouqueré O. S. Ben. e congr. s. Mauri (n. 1641; † 3. Nov. 1709) edidit sub nomine J. B. Tagmanini celebrem *historiam Monotheletarum atque Honorii* (quem ab haeresi excusat) *controversiam* scrutiniis octo comprehensam, Parisiis 1678 in 8. Vertit quoque acta synodi Hierosolymis sub patriarcha Dositheo 1672 habitae, atque in lucem edidit inscripta *synodus bethlemitica* 1676 in 8; sed cum haec versio esset minus correcta et accurata, eam emendavit emendatamque edidit sub hac inscriptione: *Synodus hierosolymitana* adversus Calvinistas haereticos, orientalem ecclesiam de Deo rebusque divinis haeretice, ut sentiunt ipsi, sentire mentientes pro reali potissimum praesentia, a. 1672 sub patriarcha Jerosolymorum Dositheo celebrata, graece et latine, Parisiis 1678 in 8. Adjecta est Dionysii patriarchae CP. super Čalvinistarum erroribus ac reali in primis praesentia responsio a. item 1672 edita. — Joannes Benoist O. Praed. Monteluconio Averniae in finibus et Occitaniae oriundus, Carcassonae tamen natus 2. Jul. 1632, insignis concionator († 8. Maji 1705), reliquit *Histoire des Albigeois et des Vaudois* ou Barbets avec une carte géographique des vallées, Parisiis 1691 t. 2 in 12., opus rarum et eruditum; *la vie de s. Dominique* sub titulo Continuation de l' Histoire des Albigeois, Tolosae 1693 t. 2 in 12. — *Histoire des Croisades contre les Albigeois* erudite, eleganter et accurate descripsit, Rotomagi 1703 in 12., Joannes Baptista Langlois S. J. Nivernus (n. 8. Martii 1663; † 12. Oct. 1706), ea quoque de ratione impulsus, quod historia Joan. Benoist sit admodum manca [1]). — Petrus Maria Grassi scripsit *de ortu et progressu haeresum Jo. Wicleffi* in Anglia presb. historiam [2]), Vicetiae 1707 in f. — Joannes de Phelippeaux Andegavensis, Bossueti familiaris et vicarius generalis († 1708), nonnisi 20 a. post mortem suam editam voluit, quam composuit *Relation de l' origine, du progrès et de la condamnation du Quiétisme* répandu en France, avec plusiers anecdotes curieuses, 1732 et 1733 t. 2 in 8., quae tamen nimium partium studium atque animum admodum infensum in Fenelonium prae se fert. Ea fuit a parlamento proscripta atque igni addicta.

393. Carolus Bartholomaeus Piazza ex congr. Oblatorum Mediolanensis, ab episcopis et cardinalibus, quorum dioeceses vicarii nomine visitavit, imo ab Innocentio XI. et XII. magni factus, consultor s. congr. indicis († 1714),

---

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1704 a. 7; J. des S. XXXII, 85—94. Ejus quoque est *Lettre de M. l' abbé D*** aux RR. PP. Bénédictins* de la Congr. de S. Maur sur le dernier Tome de leur éd. de S. Augustin 1699 in 12; Coloniae 1699 in 4. cum duabus aliis scriptis huc spectantibus, quae plurimis libellis occasionem praebuere. Cf. Backer II, 617 et supra pag. 825 s.; Sommervogel IV, 484 ss.

[2]) Cf. J. des Sav. XXXXV, 321—331.

plura reliquit, quae ad archaeologiam christianam et liturgiam sacram referri possunt: *Iride sacra* ovvero dei colori ecclesiastici, Romae 1682 in 8; Santuario ovvero *Monologio romano* perpetuo, ib. 1675, quod iterum edidit inscriptum *Eortologio* ovvero stazioni sacre romane e feste mobili, loro origine, sito e venerazione nella Chiesa romana colle preci cotidiane, ib. 1702 in 8; *Emerologio di Roma cristiana, ecclesiastica e gentile,* Romae 1690 t. 2 in 12; 1713—1719 t. 2. in f., opus rarum; *la Gerarchia cardinalizia* [1]), cioè de' sei Vescovadi, de' Titoli et diaconie cardinalizie ll. 3, ib. 1703; *Eusebiologio romano* ovvero dell' opere pie di Roma con due Tr. dell' Academie e Librerie celebri di Roma, ib. 1679; 1699 ed. aucta in 4; *Hieroxenia* ovvero sacra Pellegrinazione alle sette chiese di Roma, ib. 1694 in 8; *Necrologi* o discorsi dell' uso, mistero ed antichità appresso diverse Nazioni de' riti e cermonie nell' Esequie e funerali passati a' secoli nostri christiani, Romae 1711 in 4; *Efemeride vaticana* per i pregi ecclesiastici d' ogni giorno dell' augustissima basilica di S. Pietro in Vaticano [2]), Romae 1687 in 4; 1694. — Longe feracior fuit Joannes Baptista Thiers Carnotensis, parochus primum campodiensis, dein vibragensis († 28. Febr. 1703), scriptor magnae eruditionis, quam in quaestionibus singularibus, quandoque haud magni momenti, profundere amat: sed utinam fuisset modestior, in suis sententiis promendis minus liber, cum aliis minus contentiosus [1]). Haec potiora ejusdem opera: *De auctoritate argumenti negantis* adversus Launojum (cf. pag. 224), Parisiis 1660 in 12., cum defensione sat acri 1664; *de festorum dierum imminutione* l., Lugduni 1668 in 12; 1677; Parisiis 1670; prohibitus decr. 22. Mart. 1672 ,donec corrigatur [2])'. *De retinenda* in ecclesiasticis libris *voce Paraclitus* diss., Lugduni 1669; *Traité del' exposition du saint Sacrament de l' Autel,* Parisiis 1672 in 12., in quo reprehendit nimis frequentem ss. sacramenti expositionem; Parisiis 1677, ed. admodum aucta t. 2 in 12; 1679; Avenione 1777; *L'Avocat des Pauvres,* qui fait voir l' obligation qu' ont les Bénéficieurs de faire un bon usage des biens de l' Eglise, Parisiis 1676 in 12; *Diss. sur les Porches des Eglises,* Aureliani 1679 in 12., cui l. scribendo haec fuit occasio. Viguit Carnuti consuetudo, ut mercatoribus scapularia et alia hujusmodi in porticu ecclesiae cathedralis vendere liceret. Hanc abusum esse contendit auctor impugnatque praesenti opere. Capitulum laesum se arbitrans Thiers ad injuriarum officialem defert: hinc acta causa novumque opus: *Factum* contre le Chapitre de Chartres, 1679 in 12. *Traité des superstitions* selon l' Ecriture sainte, les Décrets des Concils et les sentiments des ss. Pères et des Théologiens, Parisiis 1679 t. 2 in 12., 1701; quibus adjecti sunt post auctoris mortem 1704 alii t. 2 inscripti: *Traité des Superstitions* qui regardent tous les Sacramens; 1712 t. 4 in 12., 1741; Avenione 1777, prohibitus decr. 13. Febr. 1702 et 10. Maji 1757, opus eruditum, sed subinde minus exactum, nimis diffu-

[1]) Cf. acta E. L. 1705 p. 527, ubi dicitur: „Totum opus uti singularem industriam rerumque tam sactarum quam profanarum eximiam cognitionem prae se fert, ita dubium non est, quin ab omnibus eruditis debito honore ac plausu excipiatur." Auctori id potissimum propositum fuit, ut ecclesiarum, quae singulis cardinalibus certa ratione concreditae sunt, statum antiquum pariter et hodiernum ob oculos ponat. Cf. de ipso auctore Agricola II, 193—99.

[2]) Cf. acta E. L. suppl. II, 145—149.

[1]) Cf. Niceron IV, 341 ss.; XVIII, 263 384; Feller VIII, 185; Mich. a s. Joseph IV, 396; Agricola biblioth. eccl. sec. XVIII. t. 1. p. 65—73.

[2]) Cf. de hoc l. *epistolas* Thiersii ad card. Bona et hujus responsionem, inter card. Bona *epistolas* p. 197 ss.

[3]) Cf. acta E. L. suppl. I, 51—55.

sum, notitiis inutilibus refertum; *Traité de la Clôture des Religieuses*, Parisiis 1681 in 12; *de la Depoüille des Curez*, ib. 1683 in 12; *Traité des Jeux et Divertissements* permis et défendus aux Chrétiens selon les règles de l'Ecriture [1]), ib. 1686 in 12; *Histoire des perruques*, où l'on fait voir leur origine, leur usage, leur forme, l'abus et l'irrégularité de celles des ecclésiastiques, ib. 1690 in 12; Avenione 1779 in 12; *Traité de l'Absolution de l'Hérésie* où l'on fait voir par la tradition de l'Eglise, que le pouvoir d'absoudre de l'Hérésie est réservé aux Papes et aux Evêques à l'exclusion des Chapitres et des Réguliers exempts de la Jurisdiction des ordinaires [2]), Lugduni 1695 in 12; *De la plus solide, la plus nécessaire et souvent la plus négligée de de toutes les dévotions* (scil. de observatione mandatorum Dei et Ecclesiae), Parisiis 1702 t. 2 in 12; 1703; *Traité des Cloches* [2]) et de la sainteté de l'offrande du pain et du vin aux Messes des Morts (quae posterior p. est D. de la Croix parochi), Parisiis 1721 in 12; 1781; *Dissertations ecclésiastiques* [3]) sur les principaux Autels des Eglises, les Jubez des Eglises, la clôture du choeur des Eglises, 1688; *Critique de l'Histoire des Flagellans* et justification de l'usage des disciplines volontaires, Parisiis 1703, adversus Boileau (p. 718). Alios libellos praetermittimus. Sat acriter de ipso judicat Michael a s. Joseph (IV, 396): »Auctor inter novae critices sectatores recensetur, sed a prudentioribus nimium audax reputatur. Plurimum judicio suo defert ac propriis affectionibus facile indulget. Stilo utitur fastidioso et affectato interdumque obscuro, saepe etiam pungenti et acerbo atque non raro arroganti et fastuoso. Graece simul et latine loquitur frequenterque ex una ad aliam rem nullo argumenti nexu servato convertitur, atque in iis, quae a scopo aliena sunt, diutius immoratur. Ad haec futilia quaedam et vere minima accuratissime pertractat, ut exinde occasionem alios impugnandi desumat.«

394. *Archaeologiam* profanam illustravit Paulus Pedrusi S. J. Mantuanus, antiquarius eruditus († 20. Jan. 1720), qui exhibuit numismata seu *Cesari in oro . . . in argento* raccolti cum congruis interpretationibus, Parmae 1604 ss. t. 8, quibus alios adjecit sodalis Petrus Piovene († 10. Jan. 1735). — Pro historia *literaria* exclusive theologica nullus nobis bibliographus occurrit. Illam attingit Julius Negri S. J. Ferrariensis (n. 1648; † 1720), qui composuit *Istoria degli Scrittori Fiorentini* la quale abbraccia intorno a due mila Autori, che negli ultimi cinque secoli hanno illustrata co i loro Scritti quella Nazione in qualunque Materia ed in qualunque lingua e disciplina: con la distinta Nota delle lor' opere cosi manuscritte che stampate, e degli Scrittori, che di loro hanno con lode parlato o fatto menzione, Ferrariae 1722, opus posthumum, non satis accuratum et mendosum. — *Historiam scriptorum Gallo-Provinciae* seu auctores 800 collegit Petrus Jos. Haitzius (d' Hache) Cabillonensis († c. 1718), quae Coloniae seu potius Lugduni 1696 t. 2 in 12 prodiit. Opus est »instar elenchi, scribit Mich. a s. Joseph in bibliogr. crit. 1, 528, seu bibliothecae cujusdam, in qua monachorum scripta ab aliis mutuata revelantur et aliena nomina ab ipsis monachis in suis scriptionibus assumpta deteguntur.« — Ludovicus Cousin Parisiensis, unius ex 40 sociis academiae gallicae (n. 1627; † 1708) innotuit versionibus egregiis historicorum veterum. Ipse prosecutus est *Journal des Savants* ab a. 1687 — 1702. Cf. Feller III, 123. — Jos. Rodriguez

[1]) Cf. J. des Sav. XXIV, 305.
[2]) Cf. J. des Sav. LXIX, 527.
[3]) Cf. J. des Sav. XVI, 120—130.

O. SS. Trin. († 1703) collegit *Bibliothecam Valentinam* y Catalogo de los insignes Escritores de la Ciudad y Reino de Valencia, Valentiae 1702. 1703 in f.

VI. Theologia practica.

395. Ingens est theologorum, qui huc referri possunt, numerus, e quibus nonnulli magnam nominis consecuti sunt celebritatem. Ex iis, qui *de jure canonico* meruerunt, primus nominandus est Anacletus (in baptismo appellatus Joannes Georgius) Reiffenstuel O. S. Franc. Tegernseensis [1]) n. 2. Jul. 1641. Sodales docuit philosophiam, theologiam et jus canonicum, quam disciplinam tradidit etiam in lyceo frisingensi (1683). Obiit 5. Oct. 1703. De eo legimus in literis funebribus sodalium: „Fuit ille vir inter vivos ob res bene gestas immortali memoria dignus: homo prisci moris. Et hoc uno novus, quod prisca vitia nesciret. Tot ac tantas res gessit, ut omnes habeamus, quod imitemur, non habeamus, quo antecedamus. Hunc pietas ab incunabulis suis exceptum ulnis religioni transcripsit seraphicae, in qua ita vixit, quoad vixit, nunquam moriturus. Pietatem et doctrinam adeo ambigue conjunxit, ut nescias, cui primae debeantur: nam si vota religionis essentialia consideres, fuit ille gemma paupertatis, castitatis lilium et solsequium obedientiae, in infirmitatibus velut in spinis rosa patientiae. Si quid in votis habuit, Deum unice habuit, utpote qui in omni loco et angulo, quando se sine arbitro esse arbitrabatur, hoc seraphici nostri P. Francisci familiare: ‚Deus meus et omnia, non possum non amare', ingemiscere et ingeminare saepius auditus est: inter quae etiam suspiria, illa cana et candida columba amorose exspiravit, ut mors vitae velut echo responderet. Non frustra sane emeriti theologi laurea illum ordo noster donavit, qui virtutes theologicas et practice et speculative tam in vita quam in morte docuit etc.“ Haec potiora opera: *Theologia moralis*, Monachii 1692 et 1698 in 4; *additiones* novae ad theologiam moralem, Mutinae 1737. 1739 in f., cum additionibus et diss. de prop. damnatis R. P. Kresslinger, Mutinae 1740 in f.; 1747; Monachii 1742. 1743 t. 2 in 4; per Jac. Esteva locupletata, copioso bullae cruciatae explanatae tractatu ornata, Antwerpiae 1743 v. 2 in f.; cum additionibus Kresslinger et Dalmatii Kickh, (qui eam multum auxit), Augustae V. 1762 in f.; ad saniorem doctrinam novissime revocata [1]) a P. Flaviano Ricci a Cimbria ib. 1778 etc. Haec theologia moralis tanti est facta, ut paucis annis quindecies et usque modo forte ter et tricies variis in regionibus ederetur, et revera auctor in theologia morali est classicus. *Jus canonicum* clara methodo juxta titulos

[1]) Cf. Meichelbeck hist. frising. t. 2 part. 1 pag. 434; Greiderer Germania franc. II, 393; Baader t. 1 part. 2 pag. 162; hist. pol. Blätter LXXII, 591 ss. Anacleti frater Albertus pariter fuit O. S. Franc. († 10. Jun. 1723) scripsitque *practicam confessionalis*, Frisingae 1719 in 8. — Alius ab eo est Ignatius Reiffenstuell S. J. Lilienfeldensis, philosophiae et theologiae Viennae professor, dein concionator († 29. Febr. 1720). Multas reliquit conciones, et l. *Cosmus in microcosmo* seu mundus opere VI dierum in homine velut microcosmo consummatus partim scholastice partim ethice dilucidatus, Viennae 1701 in 4. Cf. Sommervogel VI, 1620—24.

[1]) Id est ad *probabiliorismum*, nam Reiffenstuel sectatur *probabilismum*, qui inter sodales sec. 18. male audit, hinc ex superiorum ordinis jussu P. Ricci a Cimbria hanc theologiam moralem jussus est retractare juxta probabiliorismi theorias. Cf. Jeiler KL. X, 961.

quinque ll. decretalium in qq. distributum solidisque responsionibus et objectionum solutionibus dilucidatum una cum tr. de regulis juris, Monachii 1700. 1702 t. 2 in f.; t. 3. a Sismundo Neudecker collectus et elaboratus, ib. 1704; t. 4. et 5. ib. 1714 opus posthumum; Coloniae 1718; cum additionibus Kresslingeri, ib. 1726; 1743; Venetiis 1726 v. 6 in f.; 1730 t. 5 in 4; cum tr. *de regulis juris* (qui prodiit posthumus Ingolstadii 1733 in f.) 1735; 1746; accessit *appendix omnium regularum juris civilis* in digestis contentarum et repertorium generale, Antwerpiae t. 7 in f. 1743; Maceratae 1746 t. 3 in f.; 1755 t. 6 in f.; Romae 1831 t. 6 in v. 5 in f.; Venetiis 1763—78 ed. bona; 1830—35, ed. expurgata cura Bolardi. Accedunt nunc primum variae adnotationes pro quarundam quaestionum uberiori enodatione, attenta rerum conditione praesenti, studio Pelletier canonici aurelianensis, Parisiis 1864 v. 7 in 4. Opus a juris peritis semper magno in pretio habitum atque admodum solidum: hinc pariter brevi temporis spatio quindecies forte recusum. Egregia ed. compendiaria ad usum seminariorum prodiit Parisiis 1853 t. 3 in 12. inscripta *Jus canonicum universum* juxta titulos Decr. in quaestiones distributum. Excellit autem Reiffenstuel prae reliquis juris canonici peritis maxime legum cognitione.

396. Huic e *Germanis* addi debent: Anno Schnorrenberg (erronee Schornberg) O. Praem. Coloniensis, in universitate patria professor (n. 18. Dec. 1667; † 11. Dec. 1715) insignis canonista, sub cujus nomine prodiit opus posthumum *Institutiones juris canonici cum brevi commentario* in ejusdem juris regulas, Coloniae 1729 in 4., sed mendose ex discipuli schedis perperam transcriptae: quare inclita abbatia steinfeldensis, cujus quondam prior fuerat, illas recudit inscriptas: *Institutiones canonicae* cum commentariis (prolixis) in ejusdem juris regulas, universam juris canonici materiam continentes, quas facili, brevi et clara methodo hujus juris studiosis tamquam prima ejusdem elementa praelegit adm. R. D. Exim. Anno Schnorrenberg, ed. altera, sed genuina a prima spuria vindicata, ib. 1740 in 4. — Jacobus Wex S. J. theologiae moralis professor Ingolstadii et (1688) juris canonici Oeniponte († 28. Apr. 1711) edidit *Ariadne Carolino-canonica* seu doctrina theorico-practica canonum distributa in 5 pp. praecipuas, in quibus novo ordine ac methodo facili totum prope jus canonicum traditur cum magna parte juris civilis, Augustae V. 1708 t. 5 in f.; opus eruditum et admodum utile; opusculum canonico-tridentinum *de sponsalibus*, seorsim etiam prodiit Oeniponti 1692 in 12; *manipulus decimarum* sive quaestiones decem canonicae et plures controversiae de decimis, ib. 1692 in 8; epitome canonica *de praelatis regularibus*, ib. 1694, etiam in *Ariadne*. — Jacobus Wiestner S. J. Feldkirchensis, Ingolstadii annis 20 professor ss. canonum († 19. Nov. 1709), reliquit *institutionum canonicarum* sive juris ecclesiastici praelectionibus et exercitationibus ad Gregorii P. IX. decretales explicati l. 5, Monachii 1705 in 4., opus a solidae doctrinae ubertate ac claritate passim laudatum et a Benedicto XIV. saepe citatum; *jus asylorum* sive sacrorum et religiosorum locorum immunitas, Ingolstadii 1689 in 8; *alienatio canonica rerum Ecclesiae temporalium*, 1692; disp. *de impedimentis canonicis conjugiorum*, 1696. — Ferdinandus Krimer S. J. Riedensis in Austria superiori natus a. 1639, philosophiae et theologiae, in primis juris canonici diu professor († 22. Dec. 1703), *quaestionum canonicarum* in 5 ll. decretalium t. 5 in f. Augustae V. 1706, opus rarum, prolixum quidem, sed stilo claro et facili conscriptum reliquit, atque etiam *qq. theologicas* in 2.

2. d. Thomae *de jure et justitia*, Graecii 1691; opus utile et admodum eruditum; in 3. p. de incarnatione ib. 1691. — Martinus Engelhardt ex inst. cler. sec. juris canonici professor († 24. Dec. 1709) dedit biennalem *cursum* studii canonici seu succinctam et methodicam ss. canonum explanationem, Moguntiae 1700. — Robert Koenig O. S. Ben. Gmundensis n. 1658, in monasterio garstensi professus, Salisburgi (1685) canonum interpres, bis rector magnificus (1705 et 1711; † 26. Aug. 1713) proposuit *principia juris canonici* ad ll. 5 decretalium redacta, Salisburgi 1691—1697; 1714 et 1725 pp. 4 in 4., opus mole non vastum, sed ob doctrinae cum soliditatem, tum perspicuitatem magni habitum, in quo praxis per Germaniam servatae rationem habet. — Christophori Boehm exstant *institutiones* seu praeliminaria quaedam principia ad. ss. theologiam juridico-moralem praecipue vero in 5 ll. decr. Gregorii IX., Pragae 1710; *tr. theologicus juridico-moralis* in l. 1. decr. Gregorii IX. a tit. 1—21. incl., ib. 1711; in l. 4. ad tit. de sponsalibus, ib. 1712; de matrimonio, ib. 1713; in l. 3. de contractibus a tit. 14—23., ib. 1715. — Godefridus Stehr O. Praem. Pragensis in collegio archiepiscopali canonum interpres, bibliothecae stratroviensis praefectus et collegii norbertini regens († 23. Febr. 1712), edidit praelectiones scholasticas *in jus canonicum universum*, Pragae 1693 in 4; quaestiones theologicas *de sponsalibus et matrimonio*, ib. 1685; *de censuris*, ib. 1689; *de contractibus*, ib. 1687; *de legibus*, ib. 1683; 1692. — Carolus Schretter S. J. Hungarus († 20. Jul. 1718). — *Belga* fuit Joannes Franciscus Hertshals Lovanii n. 1670, in academia patria juris canonici interpres et collegii regii praeses († 6. Dec. 1720), qui edidit: *Gregorii IX. decretalium* ll. I. II. III. per principia et exempla explicati, per rationes et auctoritates confirmati, Lovanii 1708 in 12; Libri IV. et V., quibus annectitur explicatio titulorum l. III. de contractibus et testamentis, ib. 1720 in 12: 1729 t. 2 in 12., opus minoris pretii.

397. Ex *Italis* huc pertinent: Franciscus Antonius Febei (Phaebeus) S. J. Urbevetensis [1]), in collegio romano philosophiae, juris canonici et theologiae scholasticae professor (n. 1652; † 2. Maj. 1706), cujus sunt *institutiones juris canonici* sive primorum totius sacrae jurisprudentiae elementorum ll. 4, Romae 1698 in 12; Coloniae 1704 in 12; Venetiis 1725, utile compendium; *de regulis juris canonici* l. unicus, Venetiis 1725 in 12., opus posthumum; Mediolani 1742; Lincii 1745; *de s. liturgiae ritibus* diss., Romae 1702 in 12. — Franciscus Verde Neapolitanus, episcopus (1688) vicoaequensis, qui 1700 munere pastorali se abdicavit, utriusque juris peritia insignis et sanctimoniae opinione celeber († 21. Jan. 1706), scripsit *institutionum canonicarum ll. 4*, Neapoli 1737 v. 2 in f.; *selecta qq. in defensionem famigeratissimi Jo. Caramuel* (p. 604), Lugduni 1662 in f.; *anacephalaeosim prop. damnatarum ab Alexandro VII;* tr. de *simonia*, Neapoli 1695. — Benedictus Chiavetta S. J. Panormitanus (n. 1650), diu professor philosophiae, dein theologiae scholasticae et moralis atque etiam juris pontificii, cujus peritiam ostendit in *institutionibus juris canonici* seu Summa totius legis pontificiae in 3 ll. distributa, quorum 1. personas, 2. res, 3. judicia, delicta et poenas ecclesiasticas complectitur, Panormi 1711—13 t. 3 in 4; et

[1]) Hujus forte frater vel cognatus erat Philippus Febei (Phoebeus) SJ. Urbevetensis († 24. Jan. 1743), cujus sunt: *Controversia* de iis, penes quos est auctoritas definiendi sine erroris periculo ea quae ad fidem pertinent, in Abellii *Medulla* theol. ed. Zaccaria, Venetiis 1757 p. II p. 438—478; Diss. *sopra i Magi* in Zaccaria Raccolta di stor. eccl. II, 18—36.

in *consultationibus canonicis et moralibus,* in quibus ex ss. canonibus, pontificiis decretis varias opiniones damnantibus et theologorum canonistarumque sensu quaestiones tum pro externo curiae ecclesiasticae, tum pro interno sacramenti foro resolvuntur, ib. 1714 in 4. — Janus Vincentius Gravina Calaber (n. 1664; † 1718), juris civilis, dein canonici professor in Sapientia romana, academiae degli arcadi, dein academiae Quirinalis auctor, *institutiones canonicas* posthumas reliquit Taurini 1742 in 8. etc.; Romae 1832. Celebre vero adeptus est nomen op. admodum erudito *Originum juris civilis* ll. 3, Neapoli 1701—1713, cui ed. adjecit l. singularem *de romano imperio;* gallice *Esprit des lois romaines,* Paris 1775 t. 3. Omnia ejus opera prodierunt Lipsiae 1717; 1737; Neapoli 1756—58 t. 3 in 4 [1]). Ex *Gallis* huc referri potest Claudius Jos. de Ferrières, filius Claudii de Ferrières († 11. Maj. 1715), qui auctor est libelli inscripti *Nova et methodica institutionum juris canonici tractatio* seu Paratitla in 5 ll. decretalium Gregorii IX., Parisiis 1701 in 24; *Des droits de patronage* des présentations aux bénéfices, de préséance des patrons . . . des droits honorifiques, des titres et des sépultures dans les églises, ib. 1686 in 4.

398. Jam ad *specialia juris canonici argumenta* veniamus [2]). Gregorius a Mertzenfeld O. S. Ben. ad s. Felicitatem in oppido Münster Schwartzbach,

libus disputarunt, ut Tobiam Zigl O. Cist. Tirolensem, cujus exstant diss. *in praecipuos tit. ll. 5 decr.,* Marisstellae 1670. — Aug. Magg OSB. Oeniponte (n. 17. Oct. 1665), Salisburgi professorem — Jacobum de la Lande (Lalande) Aurelianensem, doctum jurisconsultum et philologum (n. 1622; † 1703), qui dictus est pater pauperum, de quo cf. Saxius in Onomastico lit. V, 11. — Jacobum a s. Antonio (Olimaert) O. Carm. Bruxellensem (15. Apr. 1632, † 17. Aug. 1703), ter suae provinciae praepositum, qui scripsit contra Van Epsen *Repagulum canonicum,* Coloniae 1689 in 12, et pro regularium a jurisdictione ordinariorum exemptione in suis *consultationibus canonicis,* Lugduni 1680; Coloniae 1682 — Nicolaum Petitpied, socium sorbonicum et canonicum parisiensem (n. c. 1630; † 1705), alium a cognomine Jansenista (de quo infra). Ejus est *Tr. du droit et des prérogatives* des ecclésiastiques dans l'administration de la justice séculière, Paris 1705. — Guilelmum Prousteau Aurelianensem († 19. Mart. 1705). — Lucam Bottini marchionem lucensem juris consultum († 1708), de quo cf. Agricola I, 244 — Emmanuelem Gonzalez et Virtus in pinciana academia professorem et episcopum tucumanensem in regno peruano († 1710), de cujus *nova repetitione ad textum in Cap. Inter ceteras 4. de rescriptis* in Decretalibus (seu de conditionibus disjunctive vel conjunctive sumendis) cf. J. des Sav. XLV, 273. — Eustachium le Noble († 1711), de quo cf. Reusch II, 574. — Anselmum Dandini Cesenatem utriusque signaturae referendarium et s. congregationis indicis consultorem (alium ab Hieronymo D., de quo cf. III³, 880 a.), qui fuse egit *de suspectis de haeresi,* Romae 1703 in f., de quo cf. A. E. lips. 1705 p. 547. — Claudium le Pelletier († 1711 a. aetatis 80), qui curavit Petri Pithou editionem *corporis juris canonici* et *codicis canonum veterum Ecclesiae romanae* cum miscellaneis ecclesiasticis, Parisiis 1687 t. 2 in f., aliorumque illius operum cf. tom. III³, 299. — *De testamento canonico* scripsit Angelus Sixtus de Rugerio, Neapoli 1711 in f. — *Notes sur le concile de Trente* touchant les points les plus importants de la discipline ecclésiastique et le pouvoir des évêques, les décisions des ss. Pères, des conciles et des papes, et les résolutions des plus habiles avocats sur ces matières, avec une diss. sur la réception et l'autorité de ce concile en France, Parisiis 1706, reliquit Stephanus Rassicod advocatus

[1]) Cf. Fabroni X, 1—61; Serrao comment. de vita et scriptis Vinc. Gravinae, Romae 1762; Biogr. univ. XVIII, 355 s. Tiraboschi Storia della Lett. it. t. 8 l. 2 c. 4, qui eum dicit „uno di quegli uomini, di cui malagevole è a diffinire se più siano stati inalzati con elogi, o depressi con satire, e se più degni fosser de' primi o delle seconde.“ Reprehensione certe digna est nimia ejus aversatio formae scholasticae. Scherer KL. V, 1645. Alius ab eo est Dominicus Gravina, de quo cf. III, 398.

[2]) Compendii gratia praetermittimus quosdam, qui etiam de argumentis specia-

in universitate erfordiensi professor, scripsit introductionem seu diss. *ad jus publicum romano-ecclesiasticum* complectentem statum Ecclesiae romanae, dignitatem, potestatem, curiam et electionem summi pontificis ac reliquorum membrorum, cardinalium, primatum, archiepiscoporum, episcoporum et totius cleri praerogativas, subordinationem et jura, collectam ex jure divino, canonico et civili tum publico, tum privato, Coloniae 1714 in 4., in quibus tuetur rom. pontificis infallibilitatem. Eae alioquin tribuuntur Joanni Francisco Bessel, cujus exstat *jus publicum romano-catholicum*, Erfordiae 1714 in 4. — Melchior Friderich[1]) S. J. Landsbergiensis, juris canonici professor in academiis dilingana et ingolstadiensi (n. 1654; † 28. Jul. 1709), reliquit: QQ. canonicae *de decimis*, quibus universum jus decimandi qua ecclesiis qua laicis competens et immunitas ab iis solvendis explicatur, unaque modus et ratio in causis decimarum judicialiter procedendi statuitur, Ingolstadii 1709 in 4; qq. canonicae *de simonia*, ib. 1709 in 4; *emptio et venditio* ad legem Dei et humanam formata, Dilingae 1700 in 4; *forum competens* quaestionibus ex universo jure selectis et ad praxim utilissimis illustratum, Ingolstadii 1709 in 4; tr. *de consanguineitate*, Augustae V. 1698 in 8. — Nicolaus Zalaszowski[1]), juris utriusque doctor et archidiaconus posnaniensis (n. 1631; † 1703), vir doctus, strenuus, modestus, in l. *jus capituli* seu tr. novus et absolutus (et admodum rarus) disserit de potestate Capituli sede episcopali vacante cum episcoporum posnaniensium historica synopsi, Posnaniae 1706 in 4. — Idem argumentum, sed plenius, tractavit Franciscus Ducasse canonicus, archidiaconus et vicarius generalis condomiensis († 1706), multum in patrum operibus versatus, juris versatissimus, in op. *Traité des Droits et Obligations des Chapitres des Eglises Cathédrales*, tant pendant que le Siége Episcopal est rempli, que durant la vacance du Siége[2]), Tolosae 1706 in 12. Edidit quoque *Pratique de la jurisdiction ecclésiastique volontaire, gracieuse et contenteuse*, ib. 1702; 1762 etc., saepius edita. — De jure episcoporum generatim et Franciscus Priviterra O. S. Franc. (juxta Ossinger OSA., sed ut videtur erronee), catanensis, philosophiae et theologiae diu professor, praepositus provincialis (n. 8. Aug. 1631; † 18. Jan. 1702) in *manuali antistitum* seu de extera et sinistra episcoporum, in quo quid potest quidve non potest episcopus fere qualibet iu materia ordine abecedario disposita juxta probabiliora doctorum beneplacita dilucide resolvuntur[3]), Catanae 1683 in f. — Materiam affinem tractarunt Marcus Alb. Zerbi in *gemma episcopali* mille resolutiones qq. canonicarum complectenti, quibus ss. pontificis examinatores

(† 17. Mart. 1718), qui in edendo Journal des Savans magnas habuit partes. — *De jure asyli* qua sacri qua profani disseruit Stephanus Puteus jurisconsultus, Tridenti 1717.

[1]) Alius ab eo est Philippus F. S. J. juris canonici Heidelbergae professor († ante a. 1752), cujus supersunt: *Idea Monothesiae ecclesiasticae* systematis hierarchici fundamentis innixa contraque hypotheses et crisin Puffendorfii, Pfaffii, Boehmeri aliorumque modeste asserta, Heildelbergae 1746; etiam in Schmidt *thes. juris eccl.* II, 1—55; diss. *de eo quod justum est circa amortizationem* ac de orthodoxa et inconcussa ejusdem propugnandae methodo, ib. 1747 in 4. et in thes. cit. V, 685—719.

[1]) Cf. Zedler LX, 1421; acta E. L. suppl. V, 226; Schulte III, 772.

[2]) Cf. Mém. de Trév. 1706 art. 99 et 120; J. des Sav. XXXV, 294—304.

[3]) Petrus Franc. Jo. Persin de Montgaillard episcopus s. Pontis Tomeriarum (de Tomières, † 13. Mart. 1713) edidit *Du droit et du pouvoir des évêques* de régler les offices divins dans leurs diocèses suivant la tradition de tous les siècles, s. l. 1686, proh. 27. Apr. 1701 cum 11 aliis ipsius scriptis.

pro interrogandis ad episcopalem dignitatem promovendis uti solent, Romae 1706 in f., et Joan. Fontana[1]) episcopus Caesenas († 2. Maji 1716) in *tirocinio episcoporum* seu methodo tenenda episcopis recens inauguratis, Venetiis 1717 in 8. — Carolus Antonius de Manentibus disputavit de episcopis et inferioribus praelatis, Romae 1773 in 4., quo in tr. de jure romani pontificis confirmandi episcopos disserit; *de potestate jurisdictionis* seu de regimine animarum ac de jurisdictione contentiosa et quomodo praelatis inferioribus ex privilegio et praescriptione competere valeat, Romae 1707 in 4., quo in l. contendit reges etiam in temporalibus romano subesse pontifici, qui eos gravi de causa regia potestate privare possit. — *De legatis et nunciis apostolicis* fuse disserit Peregrinus Maseri Forojuliensis, Ravennae gubernator, canonicus s. Mariae Majoris, praelatus domesticus pontificis aliisque muneribus auctus (n. 16. Jan. 1648; † 16. Jan. 1718), Romae 1709 t. 2. — Plures disseruerunt *de immunitate ecclesiastica*, ita Petrus Barugi Fulignensis, episcopus s. Angeli in Vado et Urbania († 1708), in *torculo juris* pro decidendis causis tam in foro ecclesiastico quam in seculari, in quo tractatur de immunitate, jurisdictione, exemptione ac privilegiis Ecclesiae et ecclesiasticorum, Bononiae 1703 in f. — Stephanus Mira[2]) Panormitanus († 10. Oct. 1711) et Albertus Castellani O. Praed. Mediolanensis († 1715).

399. Franciscus Ant. Begnudelli Basso Tridentinus[1]), insignis plane collegii germanici alumnus, in sua dioecesi vicarius generalis, quo munere dein functus est in dioecesi frisigensi, vir admodum beneficus et liberalis († 9. Oct. 1713), collegit utilem *bibliothecam juris canonici et civilis practicam* seu promptuarium qq. magis practicarum in utroque jure, Coloniae 1707; Frisingae 1712 t. 4 in f.; Coloniae Allobr. 1747; Mutinae, Venetiis 1758, in qua infallibilitatem romani pontificis atque jura Ecclesiae tuetur. — Jo. Paulus Paravicini cler. reg. congr. s. Pauli Mediolanensis († 1711) collegit *Polyantheam ss. canonum coordinatorum*[2]), qui in conc. generalibus ac provincialibus, in Oriente ac Occidente celebratis, in decreto Gratiani, in decretalibus, in epistolis ac constitutionibus rom. pontificum ad nostra usque tempora prodierunt, ut olim opera L. Brancati card. de Laurea in epitomen redacti sunt (cf. pag. 354), Neopragae 1708 t. 3 in f.; Coloniae 1728. — J. C. Ricciardelli collegit *Lyceum ecclesiasticum* juris utriusque theorico-practicum, Arimini 1704 t. 2 in f. — Franciscus Maria Cirinus Messanensis n. 11. Nov. 1646 magnae regiae curiae judex, regius consiliarius aliisque muneribus publicis auctus, disseruit *de nexu rerum jurisdictionalium*, quo in tr. quam plurimae absolvuntur haesitationes, quae crebro excitari assolent inter seculare et ecclesiasticum imperium ac inter ipsas ecclesiasticas potestates, Panormi 1700 in f.; Legale responsum *pro immunitate ecclesiastica*, Messinae 1707. — *De jure patronatus* Salisburgi 1685 disputavit Martinus Resch O. S. Ben. Gmundensis, Salisburgi professor juris canonici et abbas cremifanensis († 12. Dec. 1709). — Fuse admodum Franciscus de Fargna patri-

[1]) Alius ab eo est Augustinus Fontana comes Scagnelli, senator mantuanus et auditor rotae bononiensis, qui collegit *bibliothecam legalem amplissimam* seu omnium et quorumcunque librorum in canonico, civili, criminali feudalique jure impressorum eorumque editionis primae, mediae, novissimae, iteratae vel auctae accuratam descriptionem, Parmae 1686 pp. 7 in 5 v. in f. Cf. de ea Mich. a s. Joseph in bibl. crit. 1, 510, qui plures carpit naevos, conspectum tamen exhibet.

[2]) Cf. Mongitore II, 239.

[1]) Cf. hist. pol. Blätter LXXII, 585 s.; Steinhuber Gesch. des Kol. Germ. II², 108.

[2]) Cf. De Claudii Blondeau *Bibliothèque canonique* cf. t. III³, 867.

cius romanus, philosophiae, juris et theologiae doctor in *commentario* (erudito) *in singulos canones de jure patronatus,* qui sparsim tam intra quam extra corpus juris canonici vagantur, Montisfalisci 1717 t. 1.; Romae 1718 t. 2. et 3. in f. — De materia regalium contra clerum gallicanum 1682 scripsit Dominicus Maria Ferrari O. Praed. magister s. palatii ac demum cardinalis († 20. Aug. 1716). Strenue propugnabat bullam Unigenitus, quam cum Fabronio et Ptolomaeo concinnasse dicitur.— *Rotae rom. decisiones* selectas edidit Franciscus Maria Constantini insignis juris peritus, urbis rom. gubernator († 25. Nov. 1713), Romae 1702 t. 2 in f., Venetiis 1737 t. 3. Opera ipsius omnia prodierunt Bononiae 1759 t. 6. — Alex. Caprara Bononiensis, Rotae auditor et poenitentiariae regens ob munera gesta octogenarius demum purpuram promeruit († 1711). Post ejus obitum prodierunt *decisiones Rotae* ab eo collectae t. 2 Romae 1725 et eodem a. Lucae.

400. Jam ad eos accedamus, qui theologiam *moralem* conscripserunt. Inter hos eminet Claudius Lacroix S. J. in Dahlem ducatus limburgensis natus 1652. In conscientiae dubiis explicandis eam approbationem meruit, ut domestici perinde ac externi scriptorum ipsius publicationem flagitarent. Oraculum dixisses familiare indigenis et exteris promptum et paratum, sine invidia communicans, quae sine fictione didicerat. Mortis diem, imo et vel horam praedixit, omniaque ad pie moriendum pacatissime disposuit: obiit vero 2. Jun. 1714. Ejus *theologia moralis* antehac ex probatis auctoribus breviter concinnata a R. P. H. Busenbaum S. J. nunc pluribus partibus aucta saepissime (saltem 25 ed.) prodiit, Coloniae 1710—1714 t. 8 in 8 ed. 2; Venetiis 1718 t. 2 in f. etc. Lugduni 1729, cur. Fr. de Montauzan SJ. († 1751); 1757, quae ed. a parlamento tolosano fuit igni tradita propter quasdam antiquiorum theologorum opiniones de homicidio et regicidio; Bononiae 1749, ed. bona [1]); sed melior ea, quae prodiit Ravennae 1761 t. 6 cura Zaccaria, in qua singularis etiam exstat l. de locis moralis theologiae, item de s. cruciatae bulla, de officiis confessarii et de catechetica theologia ll. 2; exhibentur insuper prop. omnes a constantiensi conc. atque a ss. pontificibus damnatae, decreta quoque eorundem ss. pontificum ad morum institutionem spectantia, s. rom. congreg. concilii et rituum ad a. 1758, aliaque quamplurima ad vindicandas a falsis recentiorum quorundam probabilioristarum (Patuzzi, Dinelli et Concina) criminationibus celeberrimorum virorum sententias; Parisiis 1866 t. 4 in 4. notis et decisionibus Romae latis aucta et illustrata a P. Dion. A Gury dicitur Lacroix »probabilista, vir doctus, in practicis rebus versatus, copia rerumque delectu, stili nitore et solutionum nitiditate spectandus.«

401. Theologiam moralem eruditam, sed quod dolendum, janseniano errore et rigore infectam composuit Henricus a s. Ignatio O. Carm. († 1719, secundum alios 1720 a. aetatis 89. religionis 73). Ea inscribitur *Ethica amoris* sive theologia sanctorum, magni praesertim Augustini et Thomae Aq. circa universam amoris et morum doctrinam adversus novitias opiniones strenue propugnata et in materiis principalibus hodie controversis fundamentaliter discussa, Leodii 1709 v. 3 in f. et alibi, proh. 21. Aug. 1714 et 27. Maj. 1722, et etiam a parlamento parisiensi. In t. 1. disserit de actibus humanis et peccatis; in 2. de legibus, virtutibus et decalogo; in 3. de sacramentis. Stilo vero tam amarulento uti-

[1]) Cf. Storia di Letteratura ital. I, 50; Sommervogel IV, 1347—54. De Franzoja, qui Busenbaum et Lacroix impugnavit, infra agemus.

tur, ut nonnemo putaverit opus potius inscribendum fuisse *Ethicam odii* [1]): opusque suum complet querelis de morum relaxatione, ut quasi actum videatur de ipsa Ecclesia. Propositionibus bajanis plus minusve favet; jansenianos errores non satis cavet; libros de haeresi janseniana suspectos libenter tuetur: Quesnelli reflexiones laudat (sed ante damnationem), de iisque scribit: „Tantum abest, ut aliquam istarum quinque propositionum (Jansenii) imo vel oleant, quod ex opposito diametraliter iisdem opponantur, sintque plane conformes doctrinae et phrasi praeclarissimorum Ecclesiae doctorum sanctorum Augustini et Thomae eorumque omnium discipulorum.“ In doctrina morali propter nimium rigorem in propositiones incidit damnatas. Alia ejusdem opera sunt: *Theologia vetus fundamentalis* ad mentem resoluti doctoris J. de Bacone carmeliticae doctrinae principis adjuncto ei lumine angelici solis d. Thomae Aq. . . . de Deo uno et trino, Leodii 1677; *theologia sanctorum veterum et novissimorum* circa universam morum doctrinam adversus novissimorum casuistarum impugnationes strenue propugnata, ib. 1700; *Gratiae per se efficacis* seu augustiniano-thomisticae adversus jansenismi accusationem *defensio,* ubi etiam theologia moralis SS. defenditur, Lovanii 1713; Appendix ad theologiam moralem seu *Molinismus profligatus* per triumphantem de eo propheticam, evangelicam, apostolicam, ecclesiasticam ss. Augustini et Thomae Aq. de gratia doctrinam; retunduntur Molinianorum maxime Henr. Henrart et Liv. de Meyer S. J. de Jansenianismo accusationes Coloniae 1717, aliaque contra Jesuitas, quibus ad mortem usque haud parum erat infensus.

402. In *Germania* inclaruit Patritius Sporer O. Min. Passaviensis, in scientia canonica et morali versatissimus († 1714), cujus *theologia moralis* solide, erudite et perspicue conscripta, hinc admodum commendanda [1]), saepius prodiit, Venetiis 1724 v. 3 in f.; ed. magis completa prodiit inscripta *Theologia moralis* cum additionibus et supplementis K. Kazenberger: accedunt recollectiones morales contemporaneae in forma compendii repraesentatae e Cherubino Mayr ejusdem ord., ib 1755 t. 5 in 2 v. in f. Probabilismum sequitur, in sententiis, judice s. Alph. Liguori, satis est aequus, et subinde plus quam par benignus. — In *Gallia* Josephus Mayol O. Praed. Maximinifani natus scripsit *Summam moralis doctrinae thomisticae* circa decem praecepta decalogi: item virtutum theologicarum fidei, spei et caritatis vitiaque illis opposita, necnon circa prop. morales de hac materia ab Ecclesia damnatas variis in locis sparsas: quae omnia ad rigidam scholasticae disputationis trutinam ponderantur juxta inconcussa tutissimaque doctoris angelici d. Thomae Aq. dogmata, cujus vera mens inter laxiores et rigidiores novellistarum opiniones media defenditur, Avenione 1704 in 4. — Franciscus Genet[2]) Avenione natus 18. Oct.

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1715 a. 100, ubi accurata op. habetur censura. En quomodo ejus sodalis Ambrosius Gardebosc de eo (ib. 1713 III, 1501) judicat: „Les Jansénistes s'efforcent d'éluder ces autorités formelles, et j'ai la douleur de voir parmi ces ennemis de la foi le P. Henri de Saint Ignace, qui a déshonoré par des erreurs dangereuses notre ordre . . . . Aussi condamnons nous tous ce malheureux ouvrage; et qui ne condamnerait pas un livre qui renouvelle les erreurs de Bajus et de Jansénius, et qui soutient avec la dernière insolence des maximes fauses et séditieuses contre l'autorité des Rois et en particulier contre le Roi très-Chrétien?“

[1]) Cf. Schneeben lit. Handweiser 1867 c. 387.

[2]) Ejus frater († 1716) collegit *Cas de pratique* touchant les Sacrements et autres matières importantes de Morale, 1710 in 12. Feller IV, 130 ei versionem quoque latinam theologiae moralis adscribit.

1640, in patria universitate philosophiae primum, dein theologiae professor, juris utriusque doctor, ac in seminario urbis aquensis theologiae moralis professor, urgente episcopo gratianopolitano composuit *Théologie morale* ou solution des cas de conscience selon l'Ecriture sainte, les Canons et les ss. pères, Parisiis 1670 ss. t. 8 in 12., saepius edita, et 1702 a. Mich. Maro in latinum versa; Venetiis 1763 v. 7 in 8; 1777 v. 4 in 4; Bassani 1769. Scripta est in dialogi forma, atque cuilibet responso subjicitur confirmationis gratia aliquis canon vel aliqua lex vel textus ss. patrum. Genet factus primum est ab Innocentio canonicus theologus cathedralis avenionensis, et (1685) episcopus vasionensis: magna sollicitudine nisus est mores statumque suae dioecesis restaurare. Dum dioecesis visitationem perageret, in torrentem incidit, cujus fluctibus obrutus est († 17. Oct. 1702, secundum Gams 1703). In theologia morali auctor est rigidus, probabilioristarum caput: imo nonnullis Galliae episcopis suspecta visa est ejus theologia moralis, necnon academiae lovaniensi, ut patet ex hujus censura 10. Mart. 1703. Contra eam prodierunt Jacobi Raymond (Rémonde) rigidae *Remarques* t. 2, quod tamen opus prohibitum fuit 3. Febr. 1679. — Jacobi Besombes congr. doctrinae christ. *theologia moralis christiana* ex Scriptura s., traditione, conciliis, patribus et insignioribus theologis excerpta, in qua positis et statutis principiis generalibus deducuntur consectaria, quibus casus conscientiae singillatim explicantur, prodiit Tolosae 1709—11 t. 8 in 8., et Augustae V. 1761 t. 2 in 4.

403. In *Italia* Thomas Amendola O. Praed., Amendosia de s. Maria ab Echard II, 771 appellatus, theologiae lector, universam fere theologiam moralem tractavit in suis collectaneis *in septem Ecclesiae sacramenta,* Neapoli 1699; 1719; 1720 t. 3 in 12; *in ecclesiasticas censuras et poenas,* ib. 1702; 1717 t. 2 in 12; *de justitia et jure,* ib. 1727 t. 2; *in resolutionibus moralibus et practicis,* ib. 1706 in 12: — Philippus Maria Grossi O. Praed. Ligur († 1704) juris publici fecit *tr. in universam theologiam moralem* secundum doctrinam s. Thomae Aq., Mutinae 1694 t. 4 in f. et *epitomen theologiae ethico-thomisticae,* Venetiis 1700 t. 4 in 12. — Sebastiani Giribaldi O. Barn, († 1720) *universa theologia moralis* prodiit Venetiis 1735 t. 3 in 2 v. in f.; 1749 in 1 v.; 1762; studio et labore Ant. Giandolini, Bononiae 1756 v. 5 in f.; *discussio moralis de Ecclesiae sacramentis,* Bononiae 1706 in 4; discussio moralis *de 10 praeceptis* decalogi, ib. 1712. *Juris naturalis* humanorumque contractuum et censurarum, ib. 1717. — Insignis plane theologus fuit Dom. Viva S. J. liciensis n. 19. Oct. 1648, diu theologiae professor, cujus haec sunt opera[1]): Patavii 1712 t. 8 in 8; *Damnatae theses* ab Alexandro VII., Innocentio XI., et Alexandro VIII., necnon Jansenii ad theologicam trutinam revocatae juxta pondus sanctuarii[2]), Neapoli 1708 v. 3 in 4; Patavii 1709 t. 2 in 4; 1711: 1720; 1722 ed. jam duodecima etc. *De jubilaeo* praesertim anni sancti ac indulgentiis universim enchiridion, Patavii 1709; Francofurti 1711 in 4; Patavii 1723 in 4. etc. (priori operi saepius adjectum). *Trutina theologica thesium quesnellianarum,* Neapoli 1716; Beneventi 1717; iterum edita cum aliis inter *opera omnia theologico-moralia,* Ferrariae 1757 t. 8 a Zaccaria cum hujus luculentis animadversionibus, in quibus rom. pontificum et praesertim Benedicti XIV. decreta ad moralem theologiam pertinentia suis locis inse-

[1]) Cf. Sommervogel VIII, 859—66: et praefationem typographi in cursu theologico-morali, Beneventi 1750.

[2]) Cf. Mém. de Trév. 1715 a. 9.

runtur, auctoris sententiae aut explanantur aut confirmantur, aut a Danielis Concinae, Joan. Patuzzii aliorumque criminationibus strenue vindicantur ac praecipua, quae ad jansenianam et quesnellianam haeresim spectant, epistolarum et decretorum monumenta constitutionis *Unigenitus* illustrandae causa in medium afferuntur. Inter haec opera edita quoque sunt *opuscula theologico-moralia* ad usum tyronum elucubrata scil. de principiis moralitatis seu de actibus humanis prout universam theologiam moralem fundantibus, de conscientia dubia et scrupulosa, de beneficiis ecclesiasticis, ubi de simonia; de usuris, Patavii 1721; 1726; 1739; *Cursus theologicus* ad usum tyronum elucubratus, Patavii 1712 t. 8 in 8; Pragae 1716 in 4; Coloniae 1715 t. 8 in 8. ed. 5. — Cassianus a s. Elia O. Carm. Mediolanensis n. 15. Mart. 1629, prius dictus Jo. Bapt. Pallavicini, regularis observantiae cultor eximius, vitae innocentissimae austeritatisque fere inimitabilis († 5. Jan. 1714), praeter plurima responsa, quae ad casus sibi propositos dedit, elaboravit *arborem omnium opinionum moralium* totam continentem theologiam moralem ordine alphabetico dispositam, adjectis auctoritatibus canonistarum atque jurisperitorum cum summorum pontificum decretis, Bononiae 1691 et 1693 t. 1. et 2: reliqui 4 Ferrariae 1705 in f. Haec altera sed auctior videtur esse ed. ejus *theologiae moralis expurgatae* et ordine alphabetico dispositae, quae prodiit Venetiis 1684 in f.; proh. 4. Sept. 1685. Ejus *centum historiarum examen* cum sententia definitiva in utroque foro seu decisiones theologico-legales, Bononiae 1682, prohibitae fuere ‚donec corrigatur' 9. Febr. 1683; *itinerarium* historico-morale, Bononiae 1682.

404. In *Hispania* universam theologiam moralem tractarunt Ludovicus Pueyo et Abadia O. Carm. caesaraugustanae academiae primarius theologiae professor et albarracinensis episcopus († 1704), in *cathedra morali s. Thomae* t. 6 in 4., ubi etiam plures qq. expendit speculativas — Antonius Iribarren O. Praed. biblitanus, in caesaraugustana academia s. Scripturae interpres († 1709) — Joannes ab Assumptione Villalobos O. S. Franc. ex oppido Barco dioecesis abulensis in *face theologiae moralis*, Salmanticae 1689 in 4; aucta ib. 1703 in f. — Sebast. a s. Joachimo O. Carm., collegii sui ordinis Salmanticae primarius lector, *cursus theologiae moralis salmanticensis* t. 5. et magnam partem t. 6. scripsit († 1714).

405. Theologiam moralem [1]) plures in *compendium* redegerunt. Ita Ildephonsus Manrique O. Praed. Hispanus, Venetiis 1707; 1726 in 4. — Andreas a s. Joseph O. SS. Trin. Rondensis, missionum Africae praefectus, provinciae praepositus, cujus *Crisol Theologico* y assemblea alphabetica catholica de toda la Theologia Moral prodiit Matriti 1695 et 1708 t. 2 in f. — Nicolaus de la Volpilière Gallus — Caspar Biesman S. J. Dusseldorpiensis (n. 1639; † 24. Sept. 1714) theologiae moralis professor, cujus *doctrina moralis* in brevissimum compendium ex variis probatisque auctoribus redacta saepius prodiit ut Coloniae 1687 in 12. etc.; *Sacramentum ordinis* sub umbra doctrinae moralis et theologicae . . . varie illustratum, ib. 1694; tr. theologico-moralis *de sacris*

[1]) Praetermittimus Jo. Bapt. Comazzi comitem, Leopoldi I. et Josephi I. imp. historiographum († 28. Mart. 1711), cujus prodiit *La coscienza illuminata* dalla teologia di s. Tomaso, Tridenti 1711 t. 4. — Georgium Ehinger, cujus *compendium theologiae moralis* Augustae 1717 prodiit. — Jacobum Lafon O. Praed. Tolosanum († 1715), de quo cf. Echard II, 710. — Ludovicum Goetz O. Praed. († 1710).

ecclesiasticorum ordinibus h. e. de horis canonicis et missae sacrificio, ib. 1695; *tr. beneficiarius,* de natura et speciebus beneficii ecclesiastici, item de simonia, pessima beneficiorum emptrice, et denique de dominio et usu bonorum clericalium intuitu beneficii acquisitorum, ib. 1696. — Norbertus Delbeque O. Praed. Hanno e Brania comitis († 14. Nov. 1714), strenuus quidem doctrinae thomisticae propugnator, sed auctor minus probandus, operum Silvii (III[3], 953) et historiae congr. de auxiliis, auctore Hyac. Serry, editor (Antwerpiae 1709 in f.), qui theologiam moralem Nat. Alexander in compendium redegit[1]). Prodiit revera Romae 1705 *Summa alexandrina* sive R. P. Nat. Alexander theologiae moralis compendium absolutissimum t. 4 in 8. sub nomine Fr. Bassaliers. Adversus thesim de peccato philosophico a professore divionensi S. J. Divione mense Junio 1686 propugnatam scripsit *de advertentia ad peccandum necessaria,* Leodii 1696 in 8. — Jo. Christophorus Prantl ss. canonum licentiatus, ecclesiae parochialis in electorali Hoffmarchia Althamb prope Landishutum vicarius perpetuus — Hieronymus a s. Helena O. Carm., qui *medullam* exhibuit celebris theologiae moralis salmanticensis, Bononiae 1700 t. 2 in v. 1 in 4; illustrata ea fuit a Benedicto de Luca[2]), ib. 1750 in 4; Coloniae 1754 in f. — Ejus sodalis Thomas Cantoni Bononiensis, praepositus provincialis († 27. Mart. 1703) coepit theologiam moralem civile et canonicum jus complectentem, cujus 1. p. prodiit Bononiae in 12. — Clementis Piselli cler. reg. min. (n. 25. Oct. 1650; † 18. Jan. 1715) *Summa theologiae moralis,* solida et clara, Romae 1710 saepius prodiit. — Nicolaus Pauwels[3]) lectionis catecheseos regius professor, collegii attrebatensis praeses, necnon insignis ecclesiae collegiatae s. Petri Lovanii plebanus et canonicus († 22. Apr. 1713), reliquit *theologiam practicam,* Lovanii 1715—1717 t. 5 in 12. — Honoratus Vinc. Laget O. Praed. Aquis Sextiis natus videns *Summam s. Raymundi de Pennafort* jam rariorem esse et confessariis tamen utilissimam, novam ejus accuratamque ed. observationibus auctam adornavit[1]), Lugduni 1718 in f. — *Manuductionem ad theologiam moralem,* qua per dilucidam qq. ad eam spectantium explicationem illius studium mirifice facilitatur, composuit Jo. Julianus (Giuliani) S. J. Imolensis († 1716), Patavii 1707 in 4. — *Quaestiones theologicas* in 1. 2. s. Thomae reliquit August. Kneutgen O. S. Aug. († 1716), Brunae 1702. — In eandem p. exstat quoque *theologica speculativo-practica* elucidata, disputata et propugnata Antonini Condomitti O. Praed. Calabri, Neapoli 1706—12 t. 2 in f.; t. 3. mansit ineditus. — Marius Diana O. Praed. Agrigentinus, s. theologiae magister, philosophiae ac theologiae professor, in exsilium ejectus, quod interdictum a Clemente XI. in Siciliam latum revereretur, edidit *ideam jurium interioris fori* ad mentem d. Thomae sanctorumque patrum doctrinam elaboratam h. e. de regulis conscientiae generatim ad ejusdem immunitatem statumve veraciter discernendum pp. 3, quarum prior pars de conscientia; posterior de vincibili et invincibili ignorantia juris et facti; postrema de opinione probabili, in qua immoderatus usus probabilitatis ad discretam aequitatis mensuram speciali-

---

[1]) Ita Echard II, 788. Cf. Bibl. nat. de Belg. V, 339—45.

[2]) Cf. Storia della Letter. it. II, 48.

[3]) Alius ab eo est Josephus Pauwels O. Min., cujus exstat tr. *de casibus reservatis* per Belgium, Lovanii 1750 t. 2, cui adjecit 3. ad illum vindicandum ib. 1756; *Magnum matrimonii sacramentum* reductum in casus, Lovanii 1759 t. 2 in 8. Cf. Biogr. Belg. XVI, 763.

[1]) Cf. Echard II, 802; J. des Sav. LXVII, 459.

ter cohibetur contra nunnullos recentiores, Panormi 1705 in f.

407. Jam accedimus ad spinosam et acrem *de probabilismo* controversiam, quam plures data opera et docte tractarunt [1]). Inter eos, qui probabilismum impugnarunt, eminet Thyrsus Gonzalez de Santalla S. J. Gallaecus n. 18. Jan. 1624, theologus eximius inter doctiores viros suo aevo computatus. Moderatus est primariam theologiae cathedram in academia salmanticensi (1655—65). Missiones plurimas (1665—76) pectore, spiritu et zelo apostolico obivit magno animarum lucro. Cogitabat missiones africanas jamque parabat iter, cum missus est a sua provincia deputatus ad comitia ex universa societate pro electione futuri praepositi generalis: et quamvis in societate nullos unquam administrasset magistratus, tanti aestimatus est, ut in praepositum generalem eligeretur 6. Juli 1687. In tanta dignitate vix ullus fuit, qui se magis demitteret et contemneret († 27. Apr. 1705). Plura reliquit opera solida et eruditione ecclesiastica referta. Potiora sunt [2]): *Selectarum disputationum* ex universa theologia scholastica, Salmanticae 1680—1686 t. 4 in f., in quibus disputat de Deo deque divinis attributis, easque praeterea qq. attingit, quas s. Thomas tractat in 1. p.; 1, 2. et 3. p. Praesertim disputat (in t. 1.) de scientia media plene respondens ad omnia, quae contra eam recentiores thomistae excogitarunt, deque concordia libertatis creatae cum infallibilitate scientiae et praedestinationis divinae et cum efficacia motionum, quibus Deus facit, ut faciamus: necnon plura Jansenii dogmata perstringit (t. 4.), praesertim horribile illud de ignorantia invincibili juris naturalis non excusante: opinionem pariter lovaniensium de gratia per se efficaci necessaria pro statu naturae lapsae potius quam integrae; praemotionem physicam omniaque effugia ab adversariis denuo excogitata; larvas fraudesque quorundam lovaniensium bullas pontificum eludere conantium etc. *De infallibilitate romani pontificis* in definiendis fidei et morum controversiis extra concilium generale et non exspectato Ecclesiae consensu contra recentes hujus infallibilitatis impugnatores [1]), Romae 1689 in 4., adversus declarationem cleri gallicani 1682; sed cum Alexander VIII. timeret, ne ille l. novas excitaret molestias (atque minus solidus judicaretur), omnia exemplaria suppressit, unde admodum rarus est. Prodiit tamen ejus compendium a. 1691 in 12; *de invaliditate appellationis a rom. pontifice ad conc. generale,* Antwerpiae 1698 in 12; tr. theologicus de certitudinis gradu, quem infra fidem nunc habet sententia pia *de immaculata b. Mariae V. conceptione,* Dillingae 1690 in 4; *manuductio ad conversionem mahumetanorum* in 2 pp. divisa; in 1. p. veritas religionis christianae catholicae romanae demonstratur: in 2. falsitas mahu-

[1]) Ex iis, quorum jam mentionem fecimus, *probabilismum* impugnarunt Franc. Jo. Malatra S. J., et M. Diana quos mox laudavimus; Joan. Schweitzer O. S. Aug. (p. 646), Franc. Henno O. Min. (p. 647), Franc. Palanco O. Minim. (p. 668), Jac. a s. Dominico O. Praed. (p. 662), Caspar Juenin (p. 737), Henricus a s. Ignatio O. Carm. (p. 942), Franc. Genet (p. 946), Jos. Coco (p. 965) aliique. Pro *probabilismo* stetere Franciscus Woelker S. J. (p. 649), Barth. Fibus S. J. (p. 712), Steph. Dechamps S. J. (p. 773), Lacroix S. J. (p. 941), Patr. Sporer O. Min. (p. 944), Bern. Bissus O. S. Ben. (p. 972) etc.

[2]) Cf. Sommervogel III, 1591.

[1]) Ab ea disp. distinguitur aliud ejusdem opusculum: *B. Pontificis in definiendo infallibilitas* breviter demonstrata sive synopsis argumentorum, quibus auctoritas infallibilis sedis apostolicae in determinandis fidei et morum controversiis ostenditur, Neapoli 1698 in 12., quod ad verbum excerptum est ex op. majori Manuductio ad conversionem mahumetanorum infra citando.

metanae sectae convincitur, Matriti 1687 v. 2 in 8; Neapoli 1702. Prior pars seorsim quoque prodiit inscripta *Veritas religionis catholicae*, Dillingen 1691; cura D. Papebroch [1]) Insulis 1696. Ex eodem op. excerpta fuit opera et zelo Dominici Ant. Parrini bibliopolae neapolitani: *Rom. Pontificis in definiendo infallibilitas* Neapoli 1697; Romae 1699 ed. 3.

408. Sui tamen muneris in primis esse putavit opinandi in materia morum libertatem coercere: erat enim secundum Lehmkuhl acerrimus probabilismi adversarius, imo teste s. Alphonso intolerabilis rigorismi fautor. Hinc diu et saepe plurimas rationes repraesentaverat superioribus suis, ut persuaderet expedire Societati, ut ex illa prodiret auctor, qui ex professo et pro dignitate probabilismum impugnaret palam oppositamque statueret doctrinam cum approbatione ordinis, ut hoc facto comprobaretur probabilismum non esse doctrinam propriam Societatis, nec pro tali agnosci: petiit praeterea ut ipsi potestas fieret edendi in lucem tractatum succinctum *de recto usu opinionum probabilium*, in quo probabilismum late impugnabat, ut sic evidenter mundus cognosceret, Societatem non defendere pro religione sententiam probabilistarum, sicut defendit scientiam mediam et indifferentiam auxiliorum. Sed hic et alii conatus successu caruere, cum praepositus generalis judicarit tali declaratione vel protestatione opus non esse, quandoquidem nulla sit in Societate lex, nullum decretum, e quo colligi possit, doctrinam de usu licito opinionis minus probabilis et minus tutae in concursu probabilioris et tutioris esse doctrinam Societatis. Cum autem venit ad congregationem generalem tamquam elector, idem negotium in congregatione vel apud novum generalem promovere statuit. Ubi autem ipse electus fuit in generalem, opus jam diu a se concinnatum, pluribus tamen contradicentibus [1]), demum in lucem prodiit Dillingae ut dicitur 1691, sed hujus ed. nullum reperitur amplius exemplum. Superatis quam pluribus difficultatibus, quae novae editioni obstabant, novis curis retractatum prodiit demum inscriptum: *Fundamentum theologiae moralis* i. e. tr. theologicus de recto usu opinionum probabilium, in quo ostenditur, ut quis licite possit sequi opinionem probabilem faventem libertati adversus legem, omnino necessarium esse et sufficere, quod post diligentem veritatis inquisitionem ex sincero desiderio non offendendi Deum susceptam, opinio illa ipsi appareat attenta ratione et auctoritate vel unice verisimilis vel manifesto verisimilior quam opposita stans pro lege adversus libertatem, ac idcirco ab ipso judicetur vera judicio absoluto, firmo et non fluctuante, Romae 1694 in f. cum 14 Diss.; Antwerpiae, Dilingae, Neapoli 1694 in 4. Inter annum duodecies prodiit hoc opus [2]). In epitomen illud redegerunt Joan. Blanchet S. J. Tyrnau 1696; Coloniae 1698; Aegid. Estrix (p. 328), Domin. Nuñez S. J. Lusitanus, in academia eborensi primarius professor († 30. Apr. 1713) in *regula honeste vivendi* sive brevi instructione ad recte operandum tradita, Eborae 1696 in 12; aliquoties edita Romae 1699 ed. 6. cum compendiis ab aliis confectis, ut Posnaniae 1697 in 12; Adamus Ehrentreich S. J. Bavarus,

[1]) Cf. acta erud. lips. 1697 p. 272—281.

[1]) Cf. *Censura censurae latae* a. 1674 a RR. PP. revisoribus generalibus Societatis Jesu contra l. *de recto usu opinionum probabilium* etc. auctore P. Jos. de Alfaro in collegio romano a. 1693 apud Concina sub finem *apparatus ad theol. christ.* II, 712—747 a. 1751 et multa ad hanc controversiam spectantia ib. et apud Döllinger et Reusch Geschichte der Moralstreitigk. I, 120—273 et II, 49—155; Patuzzi Lettere teologico-morali VI, Trento 1756 etc.

[2]) Synopsim sat prolixam cf. in actis erud. lips. 1695 p. 1—11.

theologiae professor oenipontanus, praepositus provinciae Germaniae († 23. Sept. 1708) in *l. Principia et conclusiones* de licentia actionum moralium et usu probabilis opinionis etc., Romae 1699 ed. 6; cui ad finem accessit *logistica probabilitatum* (auctore Estrix), Tyrnaviae 1696 in 8., saepe edita [1]). Et cum quidam (forte Bernardus Sartolo S. J. † 1700) l. Th. Gonzalez impugnasset sub nomine Franc. de Perrea y Porrès (juvenis doctoris, qui postea factus est episcopus placentinus, dein archiepiscopus granatensis † 1733) in *Lydio Lapide* recentis antiprobabilismi seu diss. theologica contra nuperos ejus propugnatores, Salmanticae 1697, opposuit ipse *reprobationem Lydii Lapidis*, Romae 1699 in 16. Quamvis Gonzalez non intenderet sodales obligare ad suam amplectendam sententiam, sed libertatem relinqueret, ut eam sectentur in hac controversia partem, quam post accuratum studium ex sincero desiderio inveniendi veritatem susceptum solidioribus nixam fundamentis deprehenderent: nisus tamen est Clementem XI. inducere oblato libello supplici, ut Societati probabilismum plus minusve interdiceret, superioribus commendaret, ne quid docere permitterent quod adversaretur sentiendi rationi sedis apostolicae, constitutionibus et decretis congregationum quodque faveret morum corruptioni, noceret animabus fidelium et in dedecus vergeret societatis etc.

409. Cum Gonzalez ex *Hispanis* probabilismum [2]) impugnarunt praeter Dominicum Nuñez Camargo in sua *Regula honestatis* p. 346 ss.; 447 (de quo infra), Christoph. a s Joseph O. Carm., natus in oppido de Barcenvilla dioecesis burgensis, in academia salmanticensi theologiae lector, edito tr. *de regulis morum* adhaerendo s. Scripturae auctoritati, ss. canonibus, pontificum decretis, ss. patrum doctrinae, praesertim Ecclesiae luminum d. Augustini et d. Thomae et etiam fundamentis a ratione in duas partes diviso, Romae 1711 in f. In p. 1. agit de conscientia recta, erronea, dubia, probabili, ubi praecipue tendit probare, in dubiis morum opinionibus tutiorem partem esse sectandam ac in occursu duarum opinionum illicitum esse sequi minus probabilem faventem libertati in concursu probabilioris faventis praecepto. — Guilielmus Marcellus Claes Belga (n. 1658; † 1710) in *Ethica* seu morali, Lovanii 1702 in 12. — Joannes Gisbert S. J. Gallus, natus 1639 Divonae Carducorum, diu in academia tolosana theologiae professor († 5. Aug. 1710), qui postquam a. 20 pro probabilismo stetit, illum reprobat in op.: *antiprobabilismus* sive tr. theologicus fidelem totius probabilismi stateram continens, in quo ex rationibus divinis accurate examinatur seu veritas seu falsitas cujuscunque probabilismi in materia morali [1]), Parisiis 1702 in 4. — Thomas Luccioni de Bonifacio O. Praed. Mediolanensis († 1710), qui ut invalescenti probabilismo murum opponeret, scripsit *veritatis moralis* seu *doctrinae probabilis investigationem* [1]), Mediolani 1702 in 4. »quod

[1]) Ipsius quoque est tr. *de Deo* principiis s. Thomae illustratus, Romae 1700 in 12.

[2]) Quaestionem attigit etiam Raphael a s. Joanne O. SS. Trin. Red. Capt. minister generalis, vir eximie pius († 25. Febr. 1703) in *regula morum* cum crisi de probabilitate ex actibus humanis, ex conscientia et praeceptis in communi desumpta, Matriti 1697 in 4., opus ab ipso, qui usque ad mortem scrupulis laboravit, quasi in scrupulosorum remedium zelo optimo, sed studio forte non satis accurato conscriptum.

[1]) Cf. acta E. L. 1706 p. 373—378. Alia ejusdem opera sunt: *Scientia religionis universa* sive christiana theologia historiae ecclesiasticae nova methodo sociata qq. juris et facti theologicas complectens, Parisiis 1689 t. tantum 2 in 8., ex 20 quos promisit bibliopola. Prodierat jam aliquoties geminum ejusdem opus inscriptum:

opus, inquit Echard II, 777, non solum ob doctrinam, sed et ob acta plura singularia in eo relata merito legendum: et in quo hoc unum desideres, ut auctor scribendi ratione non illa diffusiori et pathetica, quae concionatorem eximium probat, sed contractiore, qualis est theologorum moralium clarior, usus esset.« In eo laudat sodalem Ildeph. a s. Thoma episcopum malacensem dicentem: »Probabilismo innitentes nonnisi probabiliter salvandos, sed probabilius, imo certo damnandos.« — Franc. Malatra S. J. praepositi generalis theologus, Gallus († 1720) in *specimine theologiae moralis* ll. 12 comprehensae, quorum tamen prodierunt tantum 1. de regula morum interna, et 2. de regula morum externa seu de legibus, Lugduni 1698. — Petrus de la Font edidit Parisiis 1701. 1709 t. 2 *Principes de Morale* établis sur l'Ecriture sainte et les Canons des Concils et les Traditions de ss. Pères, par lesquels on peut aisément décider les cas de conscience les plus difficiles avec les conséquences qu'on en doit tirer. Quo in op. probabilismus impugnatur. — Utramque partem conciliare nititur Josephus Riccius S. J. († 1713) in op.: *Fundamentum theologiae moralis* seu de conscientia probabili, in quo summa concordia et doctrinae uniformitas maxima inter omnes doctores catholicos tam probabilistas quam probabilioristas in assignanda proxima regula honestatis et formanda conscientia in materia opinativa seu probabili ob oculos proponitur et solum rem esse cum novatoribus, Neapoli 1702 in 8. — Georgius Benci[1]) S. J. Ariminensis († 10. Jun. 1708) disputavit *de vera et falsa probabilitate opinionum moralium*. Sed ex 3 pp. prodiit tantum 1. de probabili intellectuali sive per ordinem ad intellectum, Romae 1713. —

410. Contra rigorem in theologia morali strenue egit (ita tamen ut in aliud extremum non nemini incidisse videatur) Balthasar Francolini S. J., Firmianus, philosophiae et theologiae professor (n. 1650; † 1709), *cujus opera theologica* (6) collecta prodierunt Venetiis 1737 in f., eaque sunt: *Clericus romanus contra nimium rigorem munitus* duplici libro (in forma dialogi conscripto), quorum uno veteris Ecclesiae severitatem, altero praesentis Ecclesiae benignitatem a rigidiorum quorundam scriptorum calumniis vindicat (cum vindiciis), Romae 1705 t. 2 in 8; Monachii 1707, adversus quem l. plures scripserunt[2]) ut Opstraet (p. 723), Blasius Majoli de Avetabile advocatus, Blasius Visconti (qui non videtur fuisse Soc. J.) in *synthesi apologetica-theologico-morali* secundum ethicae christianae doctrinam generales morum regulas continente, Neapoli 1708 (proh. 10. Sept. 1709 d. c.); Ledrou, Antonius Bordon O. Praed. Massiliensis suppresso nomine in l. *Francolinus clerici romani praedagogus laxioris in administrando poenitentiae sacramento disciplinae magister,* commentitiae rigoristarum sectae fictitiarumque in Ecclesiam veterem ac recentem calumniarum impugnator observationibus

Vera idea theologiae cum historia ecclesiastica sociatae sive qq. juris et facti theologicae, Tolosae 1676 in 12., quod tamen quondam prohibitum fuit. *Diss. academicae* selectae (9), ib. 1688 in 8: 1. Discordia Petrum inter et Paulum composita; 2. de Zosimo P. in causa Pelagii et Coelesti; 3. defensio Ecclesiae in negotio trium capitulorum; 4. de Honorio P. in causa monotheletarum; 5. de Luca Evangelista; 6. de Sebastiano M.; 7. pro rege incolumi Ludovico M.; 8. de praecipuo Cartesianismi dogmate; 9. stilus naturae index, diss. in qua traditur ars auctorem quemlibet ex stilo dignoscendi.

[1]) Alius est a Bernardino Benzi, de quo t. seq. fiet mentio.

[2]) Cf. Sommervogel III, 939 ss. et de ipso opere Mém. de Trév. 1707 art. 133, et de sequenti a. 158; J. dss Sav. XLI, 27—34; 58—64; Suppl. ad nova A. E. L. IV, 480.

historico-critico-moralibus exagitatus, Delphis 1706 in 12. Huic respondit Francolini in l.: *B. Francolinus clerici romani institutor* ab anonymi scriptoris accusationibus *vindicatus,* Romae 1706, in quo disputat etiam adversus Merbesium, Juenin, Huygens, Havermans, Gabrielem, Opstraet et Neercassel. Alia ipsius opera sunt: *de dolore ad sacramentum poenitentiae rite suscipiendum necessario ll. 2,* quibus exponitur (l. 1.) vera genealogia sententiae negantis, esse necessarium in sacramento poenitentiae dolorem ex amore propter ipsum Deum et super omnia conceptum, et (l. 2.) vera origo et plena securitas sententiae asserentis sufficere in sacramento poenitentiae attritionem non conceptam ex caritate, Romae 1706; *de disciplina poenitentiae ll. 3,* quorum primus totam canonum poenitentialium disciplinam exponit; alter forum sacramentalis poenitentiae statuit, et quae olim fuerit praedictorum canonum aliarumque legum observantia, quae ecclesiarum eruditio ac disciplina demonstrat. Tertius, quid observari in hoc foro velint communi consensu veteres recentesque morum doctores, Romae 1708 t. 2 in 8; *ecclesiasticus ex regulis patrum feriatus* seu quae per patres et canones liceat ecclesiastico viro animi relaxatio autumnalis, ib. (1703) in 8; *tirocinium theologicum,* quo traditur compendiaria notitia theologiae scripturalis, theologiae scholasticae, theologiae polemicae, facultatis canonicae, theologiae moralis ac theologiae omnesque harum disciplinarum tractatus, objecta, fundamenta praecipua recensentur: et insuper concilia oecumenica, pontifices, patres, patrum scripta genuina, controversiae fidei, haereses, propositiones damnatae chronologice proponuntur, Romae 1706 in 12; Pragae 1710 et saepius alibi. Quibus adde: *Veteris Ecclesiae rigor* in administrando sacramento poenitentiae a rigidorum quorundam scriptorum calumniis vindicatus, Romae 1704 in 8; *Praesentis Ecclesiae benignitas* in administrando sacramento poenitentiae a rigidiorum quorundam doctorum calumniis vindicata, Romae 1705 in 8; Monachii 1707; *Raccolta di alcune decisioni ed istruzioni* colle quali si dimostra la pratica della Chiesa nel propagare la fede e nel decidere le Controversie insorte tra Missionarii, 1702 v. l. sub nomine Dan. del Pilo.

411. Innumeri autem fuerunt, qui argumenta *specialia* ex theologia *morali* tractarunt. Ita in *Italia* Bonaventura Trotti a Vetere O. Min. edidit scholastico sub schemate: *theologiae moralis primus egressus* 7 diss. ad Scoti mentem de justitia et jure, Napoli 1707 in f. — Blasius a Purificatione O. Carm. Romanus, in conventu romano s. Mariae de Victoria per 20 annos theologiae professor († 1705), disputavit *de adoratione,* Romae 1678 in f. Scripsit et vitas plurium sanctorum personarum etc. — Philippus Gruther cler. reg. *de arte bene desiderandi* seu de validitate voti non ambiendi, Romae 1711 in f. — Raymundus Recrosius cler. reg. s. Pauli *de ordine amoris* seu theologia ethico-theorica ex maximo et primo dilectionis mandato nova methodo disposita, Mediolani 1719 t. 2 in f. — Hujus sodalis Gregorius Rossignolus e dioecesi novariensi, theologiae moralis professor, Bened. Odescalcho archiep. mediolanensi et Cardinali a confessionibus († 1715), edidit [1]) *praxim theologico-legalem de contractibus* sicut emptione et venditione, mutuo et usura [2]), emphyteusi et censibus, Mediolani 1678; 1719 in f.; *de cambiis et permutatione,* ib.

[1]) Cf. Storia Letter. d'It. V, 290.

[2]) Joannes Petrus Carrara congr. Orat. Bergomas († 3. Sept. 1716) disputavit *de contractu trium contractuum,* per quem justificatur contractus, quo ex credita ad certum tempus pecunia et ipsa tuta et lucrum certum habetur, Pisauri 1715 in f.

1680; 1697; *de societatibus, simonia, commodato et deposito,* ib. 1682, 1704; *de locato et conducto,* pignore et hypotheca, fidejussione et assecuratione et de transactionibus, ib. 1683; 1707; *de sponsalibus,* 1684; 1711; *de matrimonio* 1685—1688 t. 2 in f.; *de effectibus matrimonii,* ib. 1690 in f.; *de restitutione,* 1688 in f.; *de dote,* 1691—1693 t. 2; *de tutoribus et curatoribus,* 1695—1699 t. 2 in f.; *de sacramentis* in communi et particulari, 1705—1707 t. 4; *de patria potestate,* 1709; *de censuris ecclesiasticis,* 1712 t. 2 in f. — Nicolaus Maria Gennaro (Januarius) O. Praed. Messanensis n. 2. Sept. 1654, philosophiae et theologiae professor et studii generalis messanensis regens, edidit opus inscriptum[1]): *Usura detecta* in contractibus stricti juris et bonae fidei rationum potius lumine et efficacia, quam numero et extrinseca auctorum probabilitate, t. 1. (et ut videtur unicus), in quo in mutuo eique adjacientibus usura humani commercii harpya pallio detegitur[2]), Messanae 1702 in f. — Thom. Ant. Schiara cler. reg. O. Theat. Astensis, insignis concionator († 23. Nov. 1718), composuit *theologiam bellicam* omnes fere difficultates ad militiam tum terrestrem tum maritimam pertinentes complectentem atque canonice, juridice, moraliter necnon historice dilucidantem in 8 ll. distributam, Romae 1702. 1703 t. 2 in f.; Augustae V. 1707. Adjecit *additamentum ad theologiam bellicam,* discussionis theologico-juridicae controversias circa administrationem ecclesiasticorum sacramentorum inter locorum ordinarios et capellanos majores exercituum belli ac pacis tempore crebro excitatas, Romae 1715 in f. Ejus quoque praeter alia[1]) est l. inscriptus: *Rom. pontifex omnium jurium dispositione propugnandus* christianae reipublicae exhibetur, Romae 1712 in f.: in eo non tam probat rom. pontificis primatum, quam potius ejus explicat indolem atque evolvit jura et praerogativas, titulosque recenset sex et quadraginta[2]). — Stephanus Abbate Panormitanus n. 1. Julii 1661, philosophiae, theologiae et utriusque juris doctor, ecclesiae catanensis canonicus et vicarius generalis, in theologia scholastica et morali admodum versatus, edidit l., cui titulus *theologus principis* seu politia moralis principum, ducum, comitum, marchionum[3]), Catanae 1700 in f.; et *pacem attritionistarum et contritionistarum* seu ad eosdem epistolam, ib. 1703 in 8. — Franc. Maria Campioni congr. ss.

[1]) Scripsit quoque *adversus atomos redivivas opusculum dogmaticum,* Messanae 1702 in 4; cui operi cum respondisset Joan. Saguens (cf. supra p. 666), Gennaro opus suum propugnavit edendo sub nomine sibi cognominis filii fratris sui opus inscriptum: *Platonis ac P. Maignani adversus R. P. Joan. Saguens ... systema eucharisticum P. Maignani* ab impugnationibus contentis in op. dogmatico, quod nuper scripsit R. P. Gennarus ... adversus atomos redivivas vindicantem expostulationes, quas acceptas Patri Saguens renunciat D. Nic. Gennarus ... auctoris op. dogmatici ex fratre nepos etc., ib. 1707 in 4.

[2]) De hoc argumento scripsit etiam Jacobus Hernio O. Praed. Redonensis, theologiae professor († 4. Sept. 1706) *Traité de l' usure* avec les responses au traité de la pratique des billets avec une diss. sur les interez des deniers pupillaires selon l' usage de Bretagne, Redonis 1699 in 12.

[1]) Cf. Vezzosi II, 262 ss. Cf. de ejus *theologia bellica* J. des Sav. XLIII, 262 ss. et Mém. de Trév. 1727 a. 18.

[2]) Cf. Roskovány VI, 631.

[3]) Haud dissimile opus edidit Emmanuel Correa S. J., in academia eborensi primarius theologiae professor, natus in oppido s. Pauli de Leonda in regno Angolano († 1708), provinciae praepositus et assistens Lusitaniae, inscriptum *Idea consiliarii* sive methodus tradendi consilii ex regulis conscientiae, opus posthumum, in quo explicatur, quale et quotuplex sit consiliarii officium, quas dotes exigat, quid oneris annexum habeat, denique quid singulis pro diversitate consiliorum ac materiarum prodesse possit, diligenter exponit, Romae 1712 in f.; 1752.

Matris Dei *Instructionem* dedit pro se comparantibus ad audiendas confessiones Romae 1711 t. 2 in 8. ed. 3. et diss. *de necessitate amoris initialis* ad sacramenta mortuorum. — *De ecclesiasticis sacramentis* disseruit Andreas Ulasto O. Carm. qui l. prodiit Neapoli 1712. — Contra sic dictas literas provinciales disseruit Ant. Garbelli S. J. Brixianus († 1714), Venetiis 1698.

412. In *Gallia* scripserunt *de usura* Jacobus Thorentier[1]) Parisiensis congr. Orat. († 22. Maj. 1713 a. aetatis 86), qui Quesnellum ad saniorem mentem nisus est revocare, sub nomine du Tertre Parisiis 1673 in 12, 1689 in 12 (sub suo nomine) et Philibertus Collet n. 1643, quondam sodalis societatis Jesu, postea parlamenti Burgundionum advocatus († 31. Mart. 1718). Praeter alia[2]) reliquit excommunicationis censura innodatus *Traité des Excommunications,* 1689 in 12. — *De poenitentia* tr. reliquerunt Nicolaus Jos. de la Verdure (1698) Adurensis, in academia duacena primarius professor († 1717), et Franc. Paris († 1718), cujus *traité de l'usage des Sacraments de pénitence et d'eucharistie*[3]) correxerunt Arnaldus et Nicolius, Senonibus 1678. — Stephanus Lochon O. Carth. († 1720) haud indoctum scripsit *Traité du secret de la confession,* pour servir d'instruction aux Confesseurs et pour rassurer les Pénitens[1]), Parisiis 1708 in 12. cum supplemento 1710. — Quaestionem theologicam *quid sigillum,* quae et materia et obligatio, proposuit etiam Petrus Marcelis Tungrensis (n. 1624), professor lovaniensis (1649), rector universitatis et canonicus, librorum censor († 7. Aug. 1707 a. aetatis 83). — In *Germania* argumenta specialia tractarunt: Joseph. Indersdorffer[2]) — Maximilianus de Sanvis e monasterio s. Lamberti in 2. 2. s. Thomae scil. *de virtute prudentiae,* Viennae 1707 et Placidus Steinbacher abbas († 1720). Hi erant O. S. Benedicti. — Josephus Vogler S. J. Suevus, theologiae (1700) professor in academia ingolstadiensi († 23. Jan. 1708), disputavit inter alia *de restitutione,* Ingolstadii 1705 in 4; *de legibus et fide,* ib. 1706 in 4; *juris cultor theologus circa obligationes restitutionis in genere theorico-practico instructus,* opus posthumum, ib. 1733 in 8; Parisiis 1813; 1833 in 12. — Joannes Steinbach S. J. theologiae moralis (1676) professor, studiorum praefectus et academiae bambergensis cancellarius († 1709) — Ignatius Reutlinger S. J. († 1720), cujus est *Magnum matrimonii sacramentum* casibus practicis expositum juxta principia theologiae moralis et juris pontificii, Constantiae 1716 in 4., de quo argumento disseruerunt etiam Philippus Hofstetter S. J. Labacensis (n. 21. Apr. 1671; † 3. Mart. 1720) Ratisbonae 1713 in 8; Labaci 1714 in 8. — Matthias Milunski S. J. Polonus († 16. Aug. 1719 a. aetatis 74) in explanationibus juris ecclesiastici canonico-moralibus in l. 4. decretalium *de sponsalibus et*

[1]) Cf. Bibl. choisie XXVII, 424, et Batterel Mémoire IV, 296—309, ubi alia ejusdem opuscula ascetica recensentur. — Ceterum *de usura* scripsit quoque Jo. Huddleston, qui se appellavit Dormer (Shirley), S. J. Anglus († 16. Jan. 1700), auctoremque nostrum impugnat et Josephus Gillis O. Praed. Gandavensis, Lovanii philosophiae, exegesis atque etiam theologiae professor in l. *Usura detestabilis* demonstrata ex Scripturis sacris, conciliis, patribus et ex utroque jure canonico et civili, Gandavi 1715 in 8.

[2]) Cf. Niceron III, 251 ss.; Feller III, 23; Journal des Sav. LXXXIII, 103.

[3]) Alius est a cognomine Fr. Paris famoso diacono jansenista († 1727), de quo cf. Fleurii cont. H. E. l. 226 § 16. Reliquit insuper explicationem evangeliorum gallice Parisiis 1693—98 t. 4 in 8.

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1708 art. 111 et 1705 a. 141, ubi aliud ejusdem recensetur opus scil. *Abrégé de la Discipline ecclésiastique,* Parisiis 1702—1705 t. 2 in 4.

[2]) Cf. Baader, Das gel. Baiern p. 561.

matrimonio, Vilnae 1705 in 8. — Denique *de contritione in sacramento poenitentiae necessaria* ad mentem d. Thomae veterumque Thomistarum Parisiis 1716 in 12. disseruit Michael Mac Quilin O. Praed. Hibernus n. circiter 1659, philosophiae et theologiae professor variis in sui ordinis domibus. Decessit 1. Sept. 1714, »quem sodales omnes, inquit Echard II, 787, luxerunt; vir enim erat vere bonus, eximius theologus, ss. Augustini et Thomae doctrinae admodum addictus, in casibus conscientiae solvendis expeditus et solers, sed et fidelium utriusque sexus ad perfectiorem vitam anhelantium director sensatus et prudens.«

413. *Propositiones a sede apostolica damnatas* illustrarunt Didacus Duarte O. S. Franc. — Josephus Coco Siculus [1]) in *clavi pontificia,* quae atterit prop. a rom. pontificibus Alexandro VII. et VIII., Innocentio XI. et XII. et Clemente XI. damnatas, Messanae 1710 in 4; Venetiis s. a.; Passavii 1726. — Josephus Maria Palteniero O. Praed. e Montesilicis castro in agro patavino ortus († 16. Febr. 1702) in diss. triade videlicet *de contritione, de communione spirituali ac de proscriptis prop.* a summis pont. Innocentio X., Alexandro VII., Innocentio XI., Alexandro VIII. et Innocentio XII. ex mente angelici doctoris, Patavii 1698 in 4. Illustravit etiam 2. 2. et ex parte p. 3. Summae s. Thomae, quae prodiit Patavii 1699; adversus Raynaudum impugnantem Reginaldum O. Praed. scripsit *Vineam Molinae* (Theoph. Raynaudo colono ac vulpeculatore) *demolitam* a vulpe parvula sensus compositi et divisi thomistici: *Exspectavi ut faceret uvas et fecit labruscas* (Is. 5, 2): opusculum Petri Aeliani Marsiophaei, Venetiis 1683 in 8. — Etiam A. Lucensis O. Min. Clementis XI. nepotis exstant *cautelae confessarii* pro foro sacramentali occasione decretorum Alexandri VII., Innocentii XI. et Alexandri VIII., Romae 1704 in f. — Ex *Hispanis* easdem illustrarunt Martinus de Torrecilla O. Cap., ordinis definitor generalis, insignis theologus († 27. Dec. 1709), qui plura reliquit opera, ut *cursum integrum philosophicum* juxta Aristotelem in 3 distributum tomos, Matriti 1667—1671; *propugnaculum orthodoxae fidei* adversus quosdam veritatum catholicarum hostes, ib. 1698 in f.; *Consultas Morales varias,* Matriti 1694—1705 t. 6 in f., in quibus disserit praesertim de regularibus missionariis, de bulla Cruciata, adversus errores Molinos [1]), de censuris etc. Ex hoc op. tamen plures episcopi 333 propositiones excerpserunt Romamque detulerunt juxta ipsos censura dignas: sed opus Romae reprobatum non fuit: in indice hispano a. 1747 expurgatur [2]). *Encyclopedia* canonica, civil, moral, regular y orthodoxa dispuesta por el Alphabeto, opus posthumum, t. 2 in f.; *Examen,* in quo agitur de auctoritate episcoporum in communi et in specie de regularibus et titularibus, ib. 1693 in f. (ed. auctior); *Summa de todas las Materias morales,* artegladas á las condenaciones de nuestros mui SS. Padres Alexandro VII. y Innocentio XI., Matriti 1691 t. 2 in f.; 1696 ed. auctior; *Proposiciones con-*

[1]) Hujus quoque est *probabilistarum damnata doctrina* juxta decreta definitiva pontificum seu generalia documenta circa theologiam moralem, Messanae 1714 in 4.

[1]) Adversus Molinosii errores scripsit Dominicus Ricci O. Praed. librum, cui fecit titulum: *Homo interior juxta doctoris angelici doctrinam necnon ss. patrum exposita* ad explodendos errores Mich. de Molinos damnatos 1687, Neapoli 1709 in 4., a quo alius est A. Ricci O. Cist., cujus exstat *Synopsis decretorum et resolutionum* s. congr. Immunitatis super controversiis jurisdictionalibus, Praeneste 1708; Taurini 1729. — Jacobus Ricci O. Praed. Romanus, provinciae praepositus et procurator generalis († 1703) edidit *indicem librorum* prohibitorum auctiorem et accuratiorem, Romae 1681 in 8.

[2]) Cf. Doellinger-Reusch I, 349 ss.

denadas i. e. illae ab Alexandro VII. et Innocentio XI., quo in op. disserit etiam *de maleficiis, et incantationibus*, et de supremo tribunali fidei, 1693 in f. opus sexies recusum [1]). — Valentinus a Matre Dei O. Carm. (juxta Fleurii H. E. cont. † 1706) scripsit *annotationes in prop. ab Alexandro VII. et Innocentio XI. damnatas*, Matriti 1702; 1706 et alibi quoque; *expositionem prop.* ab Alexandro VII., Innocentio XI. et Alexandro VIII. damnatarum, ib. 1715; *compilationem moralem dictorum* a plurimis viris doctis ad prop. damnatas per summos pontifices, ib. 1729 in 4. — E *Belgis* brevem tr. *in 31 prop.* a ss. D. N. Alexandro VIII. damnatas 7. Sept. 1691 Namurci 1692 in 12., reliquit Henricus Henrart O. Min. philosophiae et diu theologiae lector, provinciae praepositus (n. c. 1660; † 14. Jan. 1717), cujus est etiam *Lettre d' un ecclésiastique* à Mons. H. Colin . . . laquelle servira d' eclaircissement aux fidèles touchant l' obligation d' assister aux paroisses, Coloniae (Namurci) 1707 in 8; cui adjecit 1708 alteram.

414. Ad theologiam *pastoralem* plures referri possunt [2]): Ex *Anglis* Joannes Townson O. S. Ben. in coenobio lamspringensi Saxoniae inferioris († 4. Jul. 1718), cujus *enchiridion confessariorum* prodiit Hildesii 1705. — Ex *Belgis* Herm. Damen adversus rigoris in re morali patronos collegit [3]) *doctrinam* et *praxim s. Caroli Borromaei de poenitentia* ceterisque controversiis moralibus hodiernis, integre repraesentato s. praesulis textu, Lovanii 1703 t. 3 in 12. — Henricus Pisart prior can. reg. O. S. Aug. congr. windesh. in valle s. Elisabethae in comitatu Hornano, cujus etiam exstat rara *expositio rubricarum missalis romani*, Coloniae 1726 in 4. — Ernestus a s. Joseph O. Carm. Leodiensis, qui scripsit *Le ministère du Confesseur en pratique* ou le sage et prudent dispensateur du sacrement de pénitence, Leodii 1710. 1718 t. 2 in 8. — Ex *Hispanis* Franciscus Larraga O. Praed. in forma dialogi *promptuario de la theologia moral* composuit [1]), Pampelonae 1708; 1710 in 4., quod ad a. 1751 numeravit ed. 32 et probabilismum sequitur. — E *Germanis* huc spectant Jo. Georg. Frid. Herlet seminarii herbipolensis prius regens et episcopo a consiliis, qui ingressus est O. Praem. factusque abbas inferioris Cellae († 31. Oct. 1718), ex cujus scriptis [2]) huc spectant: *Theologiae pastoralis epitome*, Herbipoli 1683 etc.; *Enchiridion parochorum* sive assertiones pastorales de dispensatione sacramentorum, ib. 1683 in 12. etc.; *Catechismus praedicatus* [3]), Elvaci 1684; Coloniae 1695 etc. *Catechismus parochorum* in lectiones et qq. distinctus, Marchtall 1700 in 12; *Legend der Heiligen*, Würtzburg 1703—4 t. 2; *Leben und Leiden* unseres einigen Heylandes . . . in der Form eines vollkommenen Commentarii über die 4 h. Ev., ib. 1708 t. 2 in 8 etc. — Franciscus Xav. Faber O. Min. — Martinus Wigandt O. Praed., studii generalis

[1]) Franciscus de la Mota O. Cap. Gallus *compendium* confecit op. moralium P. Martini a Torrecilla cum additionibus.

[2]) Praetermittimus Hieronymum Frezza, cujus *templum morale confessariorum* prodiit Wirceburgi 1711.

[3]) Cf. Mém. de Trév. 1711 a. 82. Librum impense laudat Steyaertius, impugnavit Opstraet.

[1]) Distingui hoc opus debet ab alio, quod sub ementito nomine prodüt inscriptum: *Larraga* de a. de 1822 o *Prontuario de Teologia moral* conforme á las doctrinas ecclesiasticas y politicas vigentes en España por dos individuos del Clero español, proh. 20. Jan. 1823.

[2]) Cf. Georgius Spir. lit. Norb. p. 268; Goovaerts 1, 376.

[3]) Cf. Lanz J. G. Herlet Praktisches Handbuch für Prediger und Katecheten, Freiburg 1846—47 t. 2, quod est hujus op. versio germanica. Cf. Goovaerts 1, 376 ss.

viennensis primarius regens († 1708) proposuit *tribunal confessariorum et ordinandorum declinato probabilismo* complectens stilo brevi, clara ac firma sententia omnes usitatiores materias theologico-morales, juxta probabiliora et inconcussa dogmata ang. ac quinti Ecclesiae doctoris d. Thomae Aq. O. Praed. ejusque invictissimae scholae, Augustae V. 1703 in 4. Eum tamen in quasdam laxiores incidisse sententias conquerebantur sodales. Prodiit saepius, ut Valentiae 1711 (ed. 4); Venetiis 1733; 1741; Matriti 1768. Reliquit etiam opera philosophica. — Honorius Aigner O. S. Ben., Efferdinganus n. 1651, theologiae tum moralis (1685) tum speculativae professor (1688—1696) in academia salisburgensi, demum abbas cremifanensis (1703; † 1704) reliquit inter alia *directorium* compendiosum ad confessarii et poenitentiarii munus rite exsequendum, Salisburgi 1692. 1693 pp. 2 — Adalricus Schwarz O. S. Ben. Einsidlensis — et Joannes Pirking [1]), in *Manuali pastorum,* Coloniae c. 1715 ed. 2., quibus adde F. Joliot presbyterum bisuntinum [2]) — et ex *Italis* Hyacinthum Scarpelli rubetensem presbyterum — Quinctilium Balista et Marcellum Cavallieri [3]) O. Praed. Bergomi n., sipontinae et caesenatensis ecclesiae vicarium generalem, dein (1690) episcopum gravinensem († 1705), cujus est *Il Rettore Ecclesiastico* istruito nelle regole della fabrica e delle supellectili delle chiese, Beneventi 1692; Maceratae 1693; Neapoli 1695. — Car. Pellegrini, cujus est *Praxis vicariorum,* Venetiis 1719, opus maxime commendatum — Jos. Crispini episcopus vigliensis (1685) dein (1690) amerinus disseruit *della Vita pastorale,* Venetiis 1711 ed. 3. — Josephus Agnelli S. J. Neapolitanus (n. 1621; † 1706) edidit *Il Catechismo annuale* Macerata 1657; ed. retractata et inscripta *Il Parrocho Instruttore* opera per facilitare a' Parrocchiani delle città l' osservanza dei precetti ad essi imposti dal s. Conc. di Trento etc., Romae 1678 t. 2 in 4; 1704 t. 6 in 12 ed. 9. etc. — Joseph Maria Quilicus O. Carm. Lucensis, ordinis (1682) praepositus generalis († 11. Apr. 1701) auctor est op. *Confessarius manuductus* ad s. poenitentiae tribunal, Lucae 1697; *de ss. angelis custodibus,* ib. 1659 in 8; *de duobus Christi praecursoribus,* Florentiae 1668 in 4. — Petrus Franciscus Giordanini Pedemontanus congr. miss. (n. 15. Jan. 1657), qui obiit dum visitaret provinciam romanam (11. Nov. 1720), dedit *Istruzione* pei novelli confessori, Romae t. 4 in 24; Lucae 1734; Torino 1845 t. 2 in 16; *Ichnographia* ossia modello d'un vescovo, Romae 1719 in 4.

415. *Casus conscientiae* collegerunt Germanus Fromageau, Parisiensis, doctor sorbonicus († 1705), qui mox in Quesnelli opere 199 prop. designavit noxias [1]) — Fulgentius a Nativitate O. Min. Hispanus in *alphabetico quodlibeto,* Neapoli 1701 — Jos. An-

[1]) Hujus quidem meminit Backer VI, 448 ed. 1., non vero in ed. 2; neque Sommervogel.

[2]) De ejus *Sacramentaire des Pasteurs,* contenant le Dogme et la Pratique de tous les Sacremens avec un Traité des Monitoires à l'usage des cours ecclésiastiques et seculières, Parisiis 1709 t. 3 in 4. undique compilatum cf. Journ. des S. XLVI, 470 et Mém. de Tr. 1710 a. 54.

[3]) Hujus secundum carnem et spiritum frater erat Joannes Michael C., quem card. Ursinius tanti fecit, ut eum in curis pastoralibus habere voluerit comitem individuum († 1701): quo cooperante composuit *Galleria de' sommi pontefici,* patriarchi, arcivescovi et vescovi dell' ordine de' Predicatori divisata con cinque cronologie, Beneventi 1696 t. 2 in 4., in qua plura habet de fratre suo.

[1]) Ejus decisiones prodierunt cum decisionibus Delamet antecessoris sui, Parisiis 1733 t. 2 in f. Cf. Journ. des S. LVII, 640. Ei quoque tribuitur: *Les Loix ecclésiastiques* tirées des seuls livres saints, ib. 1754 opus rarum.

dré de la Paluelle, theologiae et juris canonici licentiatus [1]) — Felix Potesta O. Min. Panormitanus [2]), philosophiae et diu theologiae scholasticae professor († 23. Aug. 1702) — Franc. Marchese Panormi natus 19. Maji 1656, qui studio adeo erat addictus, ut persaepe integras noctes in eo contriverit insomnes [3]) — Michael Garcia O. Min. († 1704) Matriti 1726 in 4. — Octavius Maria a s. Joseph O. S. Aug. Tusculanus, qui in suis operibus (Venetiis 1711. 1720 etc. in 4.) 2310 dubia moralia discutit — Elisaeus Sagar (Augustae V. 1720 t. 3; 1733 t. 4) — Prosper Dominicus Maroni O. Praed. Callii, quae est Piceni Urbs, natus († 1712) — Carolus Ant. Argentino, Cesenae 1719 — in primis Joannes Clericatus (Chiericato) congr. Orat. Patavinus, pauperrimis parentibus natus 8. Sept. 1633, familiaris episcopi et card. Barbarigo et ejus vicarius generalis († 29. Dec. 1717 a. aetatis 84), vir vere doctus et pius, cujus auctoritate in decidendis dubiis utuntur congregationes romanae. Huc spectant [4]) ejus *decisiones sacramentales*, theologicae, canonicae et legales, Venetiis 1727 v. 9 in 4; 1757 v. 3 in f.; Anconae 1740 t. 3 in f.; *discordiae forenses*, Venetiis 1734 t. 3 in f.; 1787, in quibus agit de beneficiis atque pensionibus; de jurisdictione et regularibus, de discordiis civilibus et criminalibus. Hoc duplici opere continentur pleraque op., quae seorsim prius prodierant. *Via lactea* sive institutiones juris canonici, ib. 1713; Augustae V. 1730.

[1]) Cf. Journ. des S. LI, 29—36.
[2]) Cf. Mongitore I, 194.
[3]) In ejus laudes fuse excurrit Mongitore II, 218.
[4]) Cf. Vedova, Biogr. degli Scrit. padovani I, 257 ss. et in primis Sberti, Memoire intorno alla persona e alle op. di Mons. Giov. Chiericato, Patavii 1790 in 8.

416. Neque defuere qui scripserint *de rebus liturgicis*. Ita praetermissis Virgilio Benamati canonico Pisaurensi († 1708) — Petro Conte (Contus, Comes) S. J. Messanensi († 1710), philosophiae et theologiae professore et in collegio messanensi studiorum praefecto generali [1]) — Vatar [2]) scripsit *Des Processions de l' Eglise*, de leurs Antiquitez, Utilitez et des Manières d' y bien assister, Parisiis 1705 in 8; *Traité du Jubilé des Chrétiens*, sa science et ses exercices, ib. 1701 in 12. — Hippolytus a Portu S. J., Vicetinus (n. 17. Jun. 1647; † 7. Maj. 1705), edidit *de cultu Dei et hominum* opus liturgico-morale continens adnotationes ad rubricas missalis romani de ritu servando in celebratione missae, Venetiis 1705; 1738 in 4., quod optimum dicit Zaccaria in bibl. rituali II, 277. — Bernardus Bissus O. S. Ben. Genuensis, juris canonici et theologiae professor Genuae in coenobio s. Catharinae († 1716), auctor est operis utilis et quondam celebris *Hierurgia* sive rei divinae peractio, sacrorum rituum et ecclesiasticarum caeremoniarum ea omnia complectens et exactissime tradens, quae alibi sparsa reperiuntur, quaeque ad omnes omnino ecclesiasticas functiones pertinent: mysteria insuper omnia ex ss. patribus aliisque probatissimis auctoribus excerpta aperiuntur ad mentem summorum theologorum: praecepta obligantia confirmantur, dubia obiter occurrentia diluuntur: universa quidem prout praecipue conferuntur ad praxim, Genuae 1686 t. 2 in f., opus rarum. *Decas ad moralem scientiam*, miscellaneos tr. continens et casus, ib. 1693 in f.; adversus Th. Gonzalez scripsit *crisin de probabilitate* ex academia monachorum casinensium in monasterio s. Catharinae, Genuae 1694 in 12., sub nomine Nic. Mariae Monsa, qui l. dicitur in bibliotheca

[1]) Cf. Journ. des S. XXXVIII, 100.
[2]) Cf. Mém. de Tr. 1705 a. 137.

benedictino-cas. I, 104 auctore inscio prodiisse: proh. 5. Oct. 1695.

417. Magis inclaruit Claudius de Vert cluniacensis monachus, natus Parisiis 4. Oct. 1645. Studiorum cursu Avenione absoluto Romam invisit, ubi caeremoniarum majestate et splendore excitus decrevit earum studio se impendere. Electus est a. 1676 thesaurarius abbatiae cluniacensis, a. 1678 visitator congregationis et a. 1694 vicarius generalis, mox prior s. Petri Abbatis-Villae. Doloribus morbi colici 1. Maj. 1708 tam vehementibus correptus est, ut inter paucas horas vivere cessaverit. Serena ei semper facies suavisque agendi modus, qui eum gratum omnibus atque acceptum reddiderunt. Nunquam ille in familiari congressu eo abripi se est passus, ut in alios magisterium affectaret; potius aliorum placite auscultare ab iisque ceu discipulus erudiri non dedignabatur. Haec potiora ejusdem opera [1]): *Explication simple, litérale et historique des Cérémonies de l' Eglise* pour l' instruction de nouveaux convertis, Parisiis 1706—1713 t. 4 in 8. Licet quaedam ejus expositiones ingenii acumine non careant, plures tamen sunt, quibus e longinquo petitis pauci assentient: et dum omnia literaliter et naturaliter explicare conatur, rationem symbolicam atque spiritum plane negligit: ordo praeterea desideratur. Opus aggressus est suppresso nomine Joan. Joseph Languet ep. suessionensis in l. *du véritable Esprit de l' Eglise dans l' usage de ses Cérémonies,* Parisiis 1715 in 12., latine Romae 1757, in quo tuetur explicationes morales, mysticas et symbolicas esse primariae institutionis et quodammodo de essentia caeremoniarum [1]). Praeterea „audacem hominem, inquit Zaccaria [2]), refellunt... le Brun praesertim praef. in t. 1. p. XXIII s., Vallemont, tum etiam Tournelius, Boucat in sua theologia patrum scholastico-dogmatica, Sala in Bonam, et Benedictus XIV. de sacros. missae sacrificio." Adversus Mabillonium scripsit *Diss. sur les mots de messe et communion* avec quelques digressions sur les Agapes, Eulogies, le Pain bény, l' Ablution etc. et sur des autres pratiques de l' Eglise et de la règle de s. Bénoist, Parisiis 1694 in 12. Adjecit rubricas celebri *Breviario,* quod concinnavit Paulus Rabusson O. S. Ben. congregationis cluniacensis et hujus praepositus generalis [3]) a. 18 († 23. Oct. 1717).

418. Magnam hac in disciplina nacti sunt celebritatem Joseph Maria Thomasius et Eusebius Renaudot. Natus est hic Parisiis 20. Jul. 1646. A prima juventute linguarum orientalium delectabatur studio, easque sicut et linguas Europae bene callebat. Oratorii congr. ingressus est, sed et mox reliquit. Card. Noailles Romam est co-

[1]) Cf. Ziegelbauer III. c. 4 § 26; Mém. de Tr. 1708 a 109, ubi ejus encomium legitur; a. vero 125 exhibent ejus *Explication simple, litérale et historique des Cérémonies de la Bénédiction d' une Abesse,* tirées du Pontifical Romain.

[1]) Cf. Niceron XI, 399 ss. Mém. de Tr, 1706 a. 107 et 1708 a. 82 opus de Vert laudant: „Son Livre est un Ouvrage véritablement original;" ib. 1715 a. 151, ubi tamen carpunt, auctorem in aliud incidere extremum, cum nimis aversetur caeremoniarum explicationem mysticam. In prolixa recensione (a. 152 p. 2280—2308) impensius adhuc laudant adversarii cujusdam librum. Inter alia scribunt: Nous avançons sans crainte d' être démentis par aucun Lecteur, que l' on ne peut ni mieux choisir ses raisons, ni les exposer avec plus de netteté et plus de force, que l' Auteur le fait. On sent en lisant les trois premières sections la nécessité de réfuter le nouveau système, on en sent le foible. Cf. J. des Sav. XXXIV, 1053; XXXIX, 96 ss.; LIV, 629.

[2]) Bibl. ritualis II, 323.

[3]) Vir erat magni meriti et virtutis, quo moderatore refloruit disciplina religiosa et pax in hac congr. Ejus Breviarium fuit exemplaris instar aliis monasteriis. Prodiit Parisiis 1686 in 8.

mitatus (1700), ubi magno cum honore exceptus fuit a Clemente XI. et Florentiae a magno Etruriae duce, ibique inter socios academiae della Crusca receptus est. Adlectus fuerat jam antea academiae gallicae (1689) et academiae inscriptionum (1700). Tenacis erat memoriae, sagacis judicii, jucundus in conversatione, beneficus admodum in pauperes: sed stilo utebatur in adversarios acriori, nec debita modestia de aliorum eruditorum judicabat operibus, nec satis accuratus fuit in vertendis scriptorum testimoniis. Decennio fruebatur familiari Bossueti colloquio, unde haud parum se didicisse gloriatur. Licet familiariter conversaretur cum sectae jansenianae ducibus, spiritu oppositionis adversus sedem apostolicam non fuit abreptus. Ordinibus sacris nunquam fuit initiatus, veste tamen clericali semper incedebat († 1. Sept. 1720). Praecipua ejusdem opera praeter ea, quae spectant ad opus *Perpétuité de la foi* [1]), de quo supra p. 440 egimus, sunt: *Collectio liturgiarum orientalium,* Parisiis 1716 t. 2 in 4; Francofurti 1847. Priori tomo praemissae sunt tres diss. de liturgiarum orientalium origine et auctoritate; de liturgiis alexandrinis, de lingua coptica: sequuntur liturgiae ipsae, videlicet tres copticae Basilii, Gregorii theologi et Cyrilli alex. latine, ac cum rubricis ritualibus: eaedem liturgiae graece, commentarius in liturgiam copticam Basilii, quo ritus et omnia ad disciplinam eucharisticam pertinentia explicantur, notae breviores in reliquas liturgias; diss. de patriarcha alexandrino cum officio ordinationis ejusdem; tandem liturgiae generalis aethiopum nova versio cum observationibus necessariis. Posteriori t. continentur Jacobitarum syrorum ac nestorianorum liturgiae (c. 40) latine conversae, cum commentario notisque ac duabus diss., altera de syriacis Melchitarum et Jacobitarum liturgiis: altera de Nestorianorum liturgiis [1]). Confirmantur autem liturgiis, quas exhibet, omnia ea, quae in suis additamentis ad opus *Perpétuité de la foi* de orientalium fide circa eucharistiam probaverat. In notis vero et diss. non pauca reprehendit, quae in Ludolfi historia aethiopica habentur: cum vero hujus suscepta fuisset defensio in Journal litt. IX, 217, respondit Renaudot Parisiis 1717 l.: *Défense de l' histoire des Patriarches d' Alexandrie,* et de la collection des Liturgies Orientales contre un écrit intitulé: Défense de la mémoire de M. Ludolf [2]). Sed et Ludolf apologetam nactus est in *Examen désinteressé* in ephemeridibus lit. L' Europe savante X, 231—280; XI, 28-70. *Genadii patr. CP. homiliae de eucharistia,* Meletii alex., Nectarii hieros., Meletii Synigi et aliorum de eodem argumento opuscula, graece et latine ex codd. mss.: seu appendix ad acta, quae circa Graecorum de transsubstantiatione fide relata sunt in opere de Perpetuitate fidei [3]), Parisiis 1709 in 4. cum prolixa praefatione, doctis adnotationibus et diss. *Historia patriarcharum alex. jacobitarum* a d. Marco usque ad finem sec. 13., ib. 1713 n 4., in qua se multo plura quam Sollerius (qui ediderat tr. historico-chronologicum *de patriarchis alex.)* et certiora ex variis auctoribus collegisse profitetur, quae si non totius ecclesiae

[1]) Cf. Renaudoti merita circa opus *Perpétuité de la foi* praesertim in colligendis fere per 40 annos documentis et monumentis authenticis de fide orientalium circa eucharistiam exposita in Préface historique et critique sur les deux ouvrages de la Perpétuité de la foi § 5. Cf. etiam Mém. de Tr. 1712 a. 57.

[1]) Cf. Stemmer KL. X, 1054: Mém. de Tr. 1717 art. 19 et 42. ubi prolixa operis habetur recensio; Journ. des S. LX, 450. et praesertim A. Villien l'abbé E. R. Essai sur sa vie et sur son ocuvre liturgique, Paris 1904.

[2]) Cf. Mém. de Tr. 1718 IV, 639—65.

[3]) Cf. Journ. des S. XLVII, 3—17; acta E. L. 1711 p. 532 ss.

alex., saltem partis illius, quae per Dioscorum et ejus successores a catholica Ecclesia avulsa est, historiam illustrant. Hoc censetur doctissimum Renaudotii opus, quod ex plurimis codd. mss. arabicis et liturgiis orientalibus elaboravit atque in eo plenissime de historia ecclesiastica Aegypti disserit, necnon de rebus ecclesiasticis Nubiae, Aethiopiae et Armeniae. Adjecit epitomen historiae mohammedanae ad illustrandas res aegyptiacas [1]). *Anciennes relations des Indes et de la Chine* de deux voyageurs mahomedans, qui y allèrent dans le neuvième siècle, ib. 1718. *Jugement du public,* particulièrement de l'Abbé Renaudot sur le dictionnaire de Bayle [2]), Roterodami 1697 in 4. Ejus *Memoriale* de sacris missionibus Clementi XI. oblatum A. Depluc primum publicavit in Bessarione 1709 fasc. 93 p. 226 ss.

419. Alter est beatus Joseph Maria Thomasius (Tommasi) cler. reg. O. Theat. Alicatensis. Natus est hic filius primogenitus parentibus vitae sanctimonia generisque nobilitate inclitis [3]) 12. Sept. 1649. Cum lacte materno pietatem, amorem erga pauperes liberalitatemque hausit, jussuque ducissae matris suae infans adhuc ab ubere nutricis pendens eleemosynam egenis largitus est. Prima, quae protulit verba, caritatem in Deum et odium in peccatum testabantur, et una cum matre ad Palmanae ecclesiae fabricam lateres et caementa teneris suis humeris comportabat, nilque magis ei familiare erat, quam pauperum pedes abluere, eis ad mensam servire, assiduis vacare precibus. Spretis paternae domus divitiis et honoribus, ut congr. cler. reg. Theatinorum ingredi possit, lacrimis a parentibus impetravit. Omnibus primogeniti juribus in favorem fratris minoris, nulla prorsus re sibi reservata, renunciavit, atque a. aetatis 17. professionem emisit 25. Mart. 1666. Jam totum se dedit humilitati, abstinentiae, carnis macerationi et orationi. A pecuniis velut a peste abhorrens in sola humilitate et paupertate divitias suas reponebat: eapropter in communi mensa infimum inter sodales locum plerumque occupabat [1]). Ab omni ambitione adeo erat alienus, ut digniora instituti sui officia, necnon episcopalis examinatoris et consultoris congr. rituum munus sibi ab Innocentio XI. ultra oblatum constanter recusaret; et quamvis superiorum jussu sacris ordinibus initiatus esset, nunquam tamen confessionibus excipiendis admoveri voluit tremendi ministerii sese indignum prorsusque ignarum reputans. In tanta vitae austeritate ingenium tamen suum avidissime excoluit omneque tempus a sacris meditationibus vacuum literarum studiis impendit. Linguis etiam orientalibus addiscendis impense incubuit hebraeo magistro usus, quem in praemium verae fidei donavit cognitione. Jussus a Clemente XI. congre-

[1]) Cf. Acta E. L. 1714. p. 489 ss.; Journ. des S. LV, 307 ss.; KXIV, 67.

[2]) Cf. in Biogr. univ. XXXVII, 334; KL. IX, 205.

[3]) Tantae virtutis erat pater, ut Blasius a Purificatione O. Carm. ediderit *Vita e Virtù* dell'insigne Servo di Dio D. Giulio Tommasi, Romae 1685 in 4. Cui adjecit Relazione della Vita e Virtù di D. Ferd. Tommasi, fratris minoris (et unici) Josephi nostri. Habuit quatuor sorores, quae omnes suam virginitatem professione religiosa Deo consecrarunt: e quibus ea, quae professione edita fuit Maria Crucifixa, adeo vitae sanctimonia emicuit, ut de ejus ageretur beatificatione. Ejus vitam descripsit Hier. Turano canonicus agrigentinus, Agrigenti 1704 in 4; Venetiis 1709 in 4.

[1]) Ex hoc humilitatis studio factum, ut Thomasius nobilissimae familiae suae nomen et genus absconderet atque latitare voluerit sub nomine *Cari,* quod nomen pleraque ejusdem opera prae se ferunt, ut nonnulli viri literati inducti sint in errorem, ideoque distinguerent *duos* auctores Thomasium et Carum, ut Morerius in dictionario ed. Amstelodami a. 1740.

gationibus adesse s. Officii, rituum et indulgentiarum, paruit, sed nonnisi coactus pontificis imperio; ubi vero eum idem pontifex purpuratorum collegio adscribere constituerat, recusavit palam ac humillimis ad papam datis literis rogavit, ne invitum cogeret, sibi enim persuasissimum esse, humilem religiosi statum cum cardinalitio splendore aegre componi posse, seque ab Innocentio XI. literas obtinuisse, quibus cunctas Ecclesiae dignitates et honorifica officia respuere sibi indultum esset [1]). Verum pontifex ei praecepit, ut cardinalis dignitatem acceptaret (19. Maji 1712) eumque congregationibus etiam s. Officii, concilii tridentini, episcoporum et regularium adscripsit. Nec tamen propterea Thomasius a pristino vitae rigore quidquam remisit, sed in angusta sua cella permanens, dumtaxat ut obtentae dignitatis decori consuleret, domum titulari suae ecclesiae vicinam conduxit, eundemque lectum tribus asseribus et culcitra prorsus lacera constantem illuc invexit. Ad mediae noctis horam quotidie evigilans piis meditationibus incumbebat, ut ad rem divinam summo mane peragendam dignius accederet. Quotidie etiam divino officio in sua titulari ecclesia interfuit. Assignaverat eidem pontifex annuam mille scutatorum pensionem, quas tamen pecunias ipse potissimam partem in pauperes erogavit. Corruptos populi romani mores aegerrime ferens, summo pontifici typum edicti proposuit, quo universalis morum correctio invehi posset, ipse etiam crebris fervidisque sermonibus ad populum habitis, vitae licentiam refrenare et pueros christianae fidei rudimentis imbuere studuit. Verum non diu purpuram meritis suis ornare ei licuit, nam circa festa natalitia ejusdem a. letalem in morbum incidit, quo brevi exstinctus est 1. Jan. 1713. Ejus mortem Clemens XI. habito 30. Jan. purpuratorum senatu hisce deploravit verbis: „Nec dissimulare possumus ceteris acerbiorem nobis accidisse novissimam omnium, quam fecimus, eximii ac piissimi viri card. Thomasii jacturam; moleste siquidem sensimus nimia celeritate nobis ereptum fuisse verum exemplar sanctioris veteris disciplinae, quod in ejus moribus et doctrina suspiciebamus.“ Abstinemus a recensendis encomiis ejus doctrinae et virtuti ab aequalibus et posteris omnis nationis tributis. Sufficiat nobis Clementem XI. dato chirographo titulum *venerabilis* ei decrevisse (1714), decreto 1. Jan. 1761 ejus virtutes declaratas fuisse heroicas [1]), atque a Pio VII. a. 1803 eum *beatorum* catalogo adscriptum. Intuitu meritorum ipsius et Caj. Merati Benedictus XIV. brevi 2. Martii 1745 congr. cler. reg. honorem detulit, ut semper unus sodalium membrum esset congr. ss. rituum. Erat hic cardinalis ingenio acutus, memoria felix, in omnigena eruditione profundus: adeo tamen abjecte de se sentiebat, ut

[1]) Quam demisse de se sentiret, patet ex ejus ad Clementem XI. ep. qua tantum deprecabatur honorem. Gratiis actis pro tanto honore subdit in ea: La grandezza del beneficio mi obliga insieme a rappresentare a V. S. gli ostacoli e gl' impedimenti, ne' quali mi trovo: e sono i miei gravi peccati, le passioni non frenate, la mia ignoranza e poca abilità, e la coscienza legata con voti e giuramenti, a non ricever dignità a me tanto superiori: e particolarmente il giuramento fatto, secondo il decreto del Capitolo generale dell' anno 1662 pag. 77. Postquam illud verbotenus citavit, prosequitur: Perciò umilmente supplico la S. V. che informata di tutto ciò si degni di ammettere e per questa mia la rinuncia di tal dignità; ritenendo però io sempre la memoria del beneficio conferitomi etc.

[1]) Cf. Vezzosi II, 360 ss.; in *commentario* de vita et scriptis hujus card. ab eodem praefixo institutionibus theol. et in praef. generali ad novam edit. op. omnium n. 4 ss., ubi quam plurimos auctores, qui de nostro cardinali scripserunt, adducit; Fontanini, Giornale de' Lett. d' Italia t, 18—26 octo continuis art.; Agricola Sec. XVIII bibl. eccl. II, 158—77; Fleury H. E. cont, l. 216 § 13 s.

fere nunquam in quacumque quaestione suam proferret sententiam, sed dumtaxat fontes aperiret et dicta patrum, unde dirimeretur quaestio, ostenderet.

420. Haec potiora ejusdem opera: *D. Aurelii Augustini ep. hippon. speculum* ut in eo quam obediens Deo inobediensque sit facilius quisque agnoscat, hac minori forma primo editum. Accessit ejusdem s. doctoris *psalterium,* quod matri suae composuit, Romae 1679 in 8; quod postea (1685) adscribendum esse censuit Joanni XXII. *Codices sacramentorum* nongentis annis vetustiores, quorum primus est Ecclesiae romanae, reliqui (3) gallicanae, nunc primum prodeunt etc., ib. 1680 cum doctissima praefatione. Primum cod. tribus constantem ll. conjicit (non sine gravibus rationibus cf. KL. VIII², 29) esse *sacramentarium gelasianum* (recusum Venetiis 1748 et a Muratori in liturgia romana veteri); alterum dicit *missale gothicum,* seculi ut videtur octavi: tertium *missale francorum,* seculi forte sexti, et quartum *missale gallicanum vetus.* Hos tres codd. iterum exhibuit Mabillon in sua *liturgia gallicana,* Parisiis 1685 et omnes quatuor Migne *Patrol.* lat. t. 72. et 74. Adversus Thomasii sententiam de primo cod. insurrexit Basnage H. E. II l. 16 c. 10 contendens eum seculo Christi demum X. fuisse conscriptum. Pro Thomasio steterunt Muratori in diss. de rebus liturgicis, et in primis Jos. Maria del Pezzo O. Theat. († 30. Aug. 1765) in op.: *La difesa de' libri liturgici della Chiesa romana* etc., Panormi (vere Romae) 1723 in 4. (absque auctoris nomine) et in t. 7. op. Thomasii. *Psalterium juxta duplicem ed.* quam romanam dicunt et gallicam, una cum canticis ex duplici item ed., et hymnarium atque orationale, ed. ad veterem ecclesiasticam formam ex antiquis mss. exemplaribus digesta, Romae 1683 in 4; Viennae 1735. In praef. disserit de praestantia et utilitate psalmorum. Subjicit dein opuscula quatuordecim ss. patrum [1]), nonnulla antea inedita, in psalmos pro introductione ad faciliorem psalmorum intelligentiam. Maximam vero adhibuit diligentiam in distinguendis secundum antiquum morem versibus et in restituendis obelis et asteriscis, quibus s. Hieronymus differentiam indicavit inter versionem et textum sive hebraicum sive graecum versionis alexandrinae, et quae prorsus evanuerunt e codd. mss. amanuensium incuria. *Responsalia et antiphonaria rom. ecclesiae* a s. Gregorio M. disposita [2]): accedit appendix varia continens monumenta vetera ad antiphonas, responsoria ecclesiasticosque cursus pertinentia, ex mss. codd. nunc primum prodeunt, Romae 1686 in 4. cum erudita praef. et scholiis. *Vera norma di glorificare Iddio* e di far orazione secondo la dottrina delle divine Scritture e de' santi Padri, Romae 1687 in 12; Ferrarae 1735 in 8. et saepius alibi; *sacrorum Bibliorum juxta ed. seu LXX interpretum seu b. Hieronymi veteres tituli* sive capitula, sectiones et stichometriae ex majore parte ante annos mille in Occidente usitata una cum antiquis prologis, argumentis etc. e mss. codd. prompta, nunc primum edita, Romae 1688 in 4. pp. duae. Proponit scil. capitum divisionem et argumenta, prouti ea invaluerant in Ecclesia a sec. V., donec alia praevaluit a sec. XI., quae modo adhuc obtinet. *Antiqui libri missarum rom. Ecclesiae* i. e. antiphonarius s. Gregorii P., Comes ab Albino ex Caroli M. imp. praecepto emendatus una cum aliis lectionariis et capitulare evangeliorum ex mss. codd. sive primum edita sive emendata, Romae 1691 in 4 cum scholiis et diligenti disquisitione, in qua sollicite omnium eorum exponit ritum, quae in missa cantari

[1]) Cf. horum elenchum in suppl. act. erud. lips. I, 486.

[2]) Cf. Storia Lett. d'It. I, 82; V, 455—64.

solebant[1]). *Officium dominicae passionis fer. VI. Parasceve majoris hebdomadae secundum ritum Graecorum,* nunc primum latine editum, ib. 1695 in 8; 1744; *Psalterium cum canticis versibus prisco more distinctum,* argumentis et orationibus vetustis novaque literali explanatione brevissima dilucidatum, 1697 in 4; 1741; 1748 et alibi.

421. Card. d'Aguirre dicere solitus erat, alio se prorsus modo, si repuerasceret, studia instituturum. Quo gravissimo testimonio et propria experientia commotus auctor noster *induculum* composuit *institutionum theologicarum* veterum patrum, quae aperte et breviter exponunt theologiam sive theoreticam vulgo speculativam sive practicam, Romae 1701 in 4., recusum inter acta apost. legationis helveticae card. Passionei, Tugii 1729 pag. 209—235; etiam in synopsi theol. veterum patrum auct. Jac. Gravina Panormi 1734, et edita inter *opuscula critica* ven. card. J. M. Thomasi 1764. In hoc l. disserit etiam de studendi methodo regulasque praescribit in patrum lectione servandas[2]): illorum dein opusculorum ss. patrum exhibet catalogum, quorum lectionem prae ceteris utilem censebat theologiae tironibus. Qua autem erat praeditus humilitate, cum ipse tanto operi exsequendo et edendis hisce patrum operibus secundum normam methodicam plane sufficeret, Mabillonium, quocum arcta ipsi intercedebat morum atque studiorum conjunctio, obsecravit, ut illud exsequeretur: quod tamen Mabillonius in conscribendis annalibus benedictinis tunc occupatissimus praestare non potuit. Hinc ipse manum operi admovit ediditque *institutiones theologicas antiquorum patrum,* qui aperto sermone exponunt breviter theologiam sive theoreticam sive practicam, Romae 1709—1712 t. 3 in 8. Tomus 1. complectitur secundum ordinem temporum opuscula tum latina tum graeca, quae aditum januamque patefaciunt ad ecclesiastica dogmata; scil. Tertulliani l. de praescriptionibus, orat. duas s. Gregorii naz. et Vincentii lir. commonitorium. Tom. 2. continet s. Cypriani testimoniorum ad Quirinum l. 3, ascetica s. Basilii M., ejusdemque l. de judicio Dei, item de vera ac pia fide necnon ejus Moralia. In tomo 3. habentur s. Epiphanii opuscula tria, scil. ancoratus, expositio fidei Ecclesiae catholicae et anacephalaeosis secundum Petavii versionem a Thomasio tamen emendatam[1]). — Jos. Blanchinius Thomasianorum op. colligendorum consilium quum suscepisset, a. 1741 t. 1. v. 2 Romae emisit in f. Verum non ultra ea ed. processit. Melioribus fatis eam aggressus est doctissimus P. Vezzosi perfecitque t. 7 in vol. 11 in 4. Romae 1748—1754—69 doctis annotationibus illustratam. Horum 1. complectitur ss. Bibliorum veteres titulos, sectiones etc.; 2. psalterium juxta duplicem ed. etc.; 3. psalterium cum canticis versibus prisco more distinctum; titulos psalmorum e psalteriis syriaco, arabico, aethiopico, s. Hieronymo etc. collectos; 4. responsalia et antiphonaria rom. ecclesiae, epistolas 18 ad Herm. Schenk, virum cl. a bibliotheca monasterii s. Galli in Helvetiis, in quibus disserit de argumentis hujus et seq. tomi; 5. antiquos libros missarum romanae Ecclesiae; 6. codd. sacramentorum nongentis annis vetustiores; 7. opuscula varia, apologiam (P. del Pezzo) etc. Inter haec opuscula sunt praeter ea, quae supra indicavimus: *Breviculus aliquot monumentorum* veteris moris, quo Christi fideles ad sec. usque X. utebantur in celebratione missarum sive pro se sive pro aliis vivis vel de-

[1]) Cf. acta E. L. 1692 p. 477 ss.
[2]) Cf. Journ. des Sav. XXX, 333.

[1]) Cf. de his institutionibus acta E. L. 1710 p. 336; 1711 pag. 536; 1714 p. 123.

functis et in ejusdem rei oneribus: *de privato ecclesiasticorum officiorum breviario* extra chorum, *memorialis indiculus* veteris et probatae in Ecclesia consuetudinis concedendi indulgentias moderate. Huic collectioni adjecit dein Vezzosi *institutiones theologicas* veterum patrum cum indiculo Romae 1769 t. 4 in 4. supplens et exhibens opuscula ss. patrum, quae Thomasius morte praeventus addere non potuit. In l. Jo. Ciampini *Conjectura de perpetuo azymorum usu* in Ecclesia latina vel saltem romana, Romae 1688 in 4., reperiuntur duo scripta auctoris nostri, scil. *prisci fermenti nova expositio,* et *de fermento, quod dabatur sabbato ante palmas in consistorio lateranensi opinio.* Fermenti autem nomine intelligit s. eucharistiam. *Opusculi inediti* de argumentis liturgicis edidit G. Mercati inter Studi e Testi n. 15, Romae 1905.

422. Ad *ascesim* seu theologiam mysticam praeter tot alios, quos passim jam laudavimus, referri possunt, Ignatius Clavenau O. S. Ben. in coenobio admontensi [1]), Graecii n. 1653, vitae spiritualis penes sodales magister, vir vere pius et spiritu disciplinae religiosae solide imbutus († 2. Febr. 1701), cujus *ascesis posthuma* Salisburgi 1720 pp. 2 in 4. prodiit cum ejus vita. — Joannes Haver, cujus exstat *theologia mystica* thesibus 194 proposita totidemque commentariis seu sermonibus exposita, Paderbornae 1708 in 4. — Antonius ab Annunciatione O. Carm. Castellanus, natus in oppido Escalona, in theologia scholastica et mystica versatus († 1714), edidit *disceptationem mysticam* de oratione et contemplatione scholastico stilo, Compluti 1683; *quodlibeta theologica,* mystica et moralia animarum directoribus et confessariis perutilia, Matriti 1712 in 4., opus magnae eruditionis et doctrinae, in quo qq. discutit raras et scitu dignissimas. — Didacus a Matre Dei O. Min. Discalc. Zamorensis theologiae lector auctor est op., quod inscripsit *Ars mystica,* Salamanticae 1713 in 8. —

423. His addantur insignes plane ascetae, inter quos eminet Benedictus Rogacci S. J. Ragusinus (n. 18. Mart. 1646; † 8. Febr. 1719) ob opus eximium et solidum *Dell' uno necessario,* cum appendice, quod ejusdem compendium exhibet, Romae 1704—8 t. 4; Venetiis 1718; 1738; versum saltem partim in varias linguas, totum germanice a B. Lierheimer, Ratisbonae 1857—59 t. 3. Fuse disputat de virtutibus theologicis. *Il Cristiano raggiustato* ne' concetti et costumi, Romae 1711; Venetiis 1712; 1719; 1761 — Carolus Gregorius Rossignoli S. J. (n. 4. Nov. 1631; † 5. Jan. 1707), cujus opera (multa) seorsim et collecta prodierunt (Venetiis 1713 t. 3 in 4) et in alias versa sunt linguas [1]). — Joannes Dirckinck S. J. Guestphalus, provinciae praepositus (n. 1641; † 26. Jan. 1716), qui praeter alia varia composuit *horologia:* sacerdotale (Coloniae 1691 in 12), spirituale scholasticorum S. J., Osnabrugi 1696, virginale (germanice), Coloniae 1702, *triplex juventutis studiosae* festivum, quotidianum, philosophicum, Moguntiae 1720, 1761; Ratisbonae 1867; *Manuale pastorum* sive instructio practica neoparochorum, Treviris 1702; Bruxellis 1858. — Carissimus tamen factus est simplici populo fidelium Leonardus Goffine O. Praem. in abbatia steinfeldensi n. Coloniae 6. Dec. 1648, qui primum novitiis, dein variis in locis curae pastorali praeponitur indefessus utrobique animarum zelotes pro quarum salute libenter passim contumelias passus est ab haereticis († 11. August 1719). Scripsit praeter alias in ru-

[1]) Cf. Braunmüller OSB. KL. 3, 447; Wichner Gesch. des Ben. Stiftes Admont, IV, 332.

[1]) Cf. Sommervogel VII, 146—61.

dium utilitatem [1]) *Handpostill* oder Christ-Katholische Unterrichtungen von allen Sonn- und Feyer-Tagen des ganzen Jahres, Moguntiae 1690, opus quod mirum habuit successum: nam saltem a 22 typographis per Germaniam fuit editum, in fere omnes Europae linguas versum, nostra adhuc aetate tam magni factum, ut sola ed., quam curavit Georgius Ott, ab a. 1845—90 quinquagies bis prodierit. Novam ed. retractatam et auctam curavit Ratisbonae a. seculari 1890 magna diligentia tot operibus asceticis celebratus Fr. Hattler S. J. inscriptam des hochw. L. Goffine . . . *christkatholisches Unterrichts- u. Erbauungsbuch* oder kurze Auslegung aller sonn- und festtäglichen Episteln u. Evangelien sammt daraus gezogenen Glaubens- u. Sittenlehren nebst einer deutlichen Erklärung des Kirchenjahres, der vorzüglichsten Kirchengebräuche, der h. Messe, einer Haus-Messandacht und dem h. Kreuzwege, sowie den Lebensbeschreibungen vieler dem christlichen Volke liebwerter Heiligen. Merito propterea illud commendant fidelibus animarum pastores.

424. Mentione saltem digni sunt: Henricus Maria Boudon [2]) missionarius per Galliam et archidiaconus ebroicencis († 31. Aug. 1702) — Laurentius Chenart Parisiensis n. 1625, aliquamdius congr. s. Sulp. sodalis [3]), theologiae doctor (1654), seminarii claromontani director (1658—64) et monialium Visitationis confessarius († 18. Febr. 1704), cujus plures exstant meditationes et sermones de variis argumentis moralibus — Claudius Ameline Parisiensis, quondam advocatus, dein (1660) sodalis Oratorii, amicus familiaris Malebranche, cantor et archidiaconus major parisiensis († 23. Sept. 1706), cujus sunt [1]) *Traité de la volonté,* de ses principales actions, de ses passions et de ses égarements, Paris 1684 in 12; Traité *de l' amour du souverain bien,* 1699 in 4. — Gislenus Perduyn [2]) S. J. Middelburgensis (n. 13. Oct. 1630; † 17. Aug. 1708) — Eodem a. (17. Febr. 1708) decessit [3]) Franciscus Nepveu S. J. — Josephus Langenauer O. S. Ben. in monasterio Augiae Brigantinae (Mehrerau) Veldkirchii n. 12. Maj. 1647, vir assiduus [4]) in praedicando verbo divino et excipiendis confessionibus († 6. Maj. 1709) — Petri Ansalone S. J. a. 40 concionatoris opera spiritualia collecta prodiere Neapoli 1721 t. 2 in 4. Obiit 27. Dec. 1713 a. 80. — Lucas a s. Petro O. Carm. conventus leodiensis et remensis prior, „facundissima, ut legitur in ejus necrologio, in pulpitis eloquentia, singulari in scriptis, quae luci dedit, pietate ac doctrinae integritate clarissimus“ († 23. Nov. 1714), qui etiam ut poëta inclaruit [5]). — Conradi Brockhausen O. Praed. (fl. ineunte sec. XVIII) *Idea novitii religiosi* prodiit in Biblioth. FF. Praed. ascetica antiqua t. I. Romae 1898. — Dominicus Bandini S. J. Siculus (n. 17. Jul. 1647; † 28. Dec. 1717) praeter alia reliquit *Il Consigliere de' Nobili;* Palermo 1697; *il Governante Politico* Cristiano istruito, ib. 1699. — Honorius ab omnibus Sanctis O. Carm. Disc. praepositus generalis, congr. rituum et indicis consultor et s. Officii qualificator († 1716) plura opuscula composuit, quae laudantur ab Alex. a

[1]) Cf. Goovaerts I, 315—19; Hundhausen KL. V², 832.

[2]) Cf. Collet Vie de Boudon, Paris 1754 t. 2; 1764.

[3]) Cf. Bertrand Bibliothèque Sulpic. III, 75—85.

[1]) Cf. Batterel Mém. dom.; pour servir à l' hist. de l' Orat. III, 256—61.

[2]) Cf. Sommervogel VI, 489—492.

[3]) Cf. Sommervogel V, 1625—35.

[4]) Cf P. Lindner qui in Albo Augiae orig. Bregenz 1904 diligenter ejus op. edita et inedita recenset pag. 32 ss.

[5]) J. M. J. Bodron in nat. de Belg. XII, 491—95. Biogr. nat. de.

s. Jo. in cont. H. E. Fleurii l. 218 § 79. — Gabrielis Hevenesi S. J. Hungari († 11. Mart. 1715) plurima supersunt opuscula[1]).

425. Reliqui sunt *concionatores,* quorum plures magnam assecuti sunt nominis celebritatem. Inter hos primatum obtinet Ludovicus Bourdaloue S. J. insigne decus, qui omnibus artis et naturae dotibus exornatus Biturici in Gallia natus est 20. Aug. 1632. Cum proderet singulare concionandi talentum, verbi divini ministerio fuit deputatus. Parisiis annos 34 ecclesiasten egit simulque in excipiendis confessionibus fuit indefessus, vir vere humilis, et prudens († 13. Maji 1794). Ejus sermones aliaque opera seorsim saepe et collectim prodiere Parisiis 1707—1734 t. 16 in 8; ed. alia in 12; Lugduni 1740 t. 15 in 12; Parisiis 1759 t. 15 in 12; Versaliae 1812—13 t. 16 in 8.; Parisiis 1822—26 t. 17 in 8. ed. optima; 1838 t. 3 in 4; 1891 t. 6. Eminent autem sermones rigore logico, eloquentia mascula, quae non imaginationem, sed intellectum petit, eumque persuadere nititur, arte rhetorica, sublimitate idearum, definitionum accuratione, argumentorum pondere, spiritu fidei vere christiano, libertate apostolica. Dictus est concionator regum et rex concionatorum[2]). — E diametro huic opponitur quod concionandi modum attinet Abraham a. s. Clara O. Erem. disc. s. Aug. antea Ulricus Megerle dictus, Suevus, qui libentissime suo tempore fuit auditus[1]) nec sine magno fructu. Fuit in suo sodalitio prior, praepositus provinciae, definitor, et Leopoldi I concionator acceptissimus (n. 2. Jul. 1644; † 1. Dec. 1709). Ejus opera collecta prodiere Passaviae et Lindaviae 1835—54 t. 21; 1874; selecta expensis magistratus viennensis t. 6 Viennae 1903. Laudantur a vivacitate ingenii, ubertate exemplorum, comparationum, imaginum; a verborum copia et dicendi libertate, a sagacitate in carpendis vitiis et abusibus. — Ambrosius Cattaneo SJ. Mediolanensis, concionibus suis ingentem auditorum numerum attraxit († 19. Nov. 1705). Ejus opera ascetica et homiletica (nonnisi post ejus mortem) seorsim et collectim saepissime prodierunt[2]): et quidem omnia saltem undecies, recentiori etiam adhuc aetate ut Mediolani 1867-1868; 1881 t. 4; etiam germanice interprete Dr. Höhler Ratisbonae 1888—96 t. 6. De controversia cui occasionem praebuit card. Orsi cf. infra. — Esprit Flechier n. 10. Jun. 1632, orator eloquens, celeber praesertim est ob orationes funebres classicas, academiae socius. Factus est episcopus nemausiensis, suamque ecclesiam illustravit virtutibus praesulis vere apostolici et

[1]) Cf. Sommervogel IV, 360—80.

[2]) Cf. Blampignon Etude sur Bourdaloue avec quelques documents inédits, Parisiis 1886; Feugère, Bourdaloue, sa Prédication et son temps, Paris 1889; Etudes LXXIV (1898), 167—95; Chérot B. sa Correspondance et ses Correspondants Paris 1898; Iconographie de B., ib. 1900; F. Castets B. La vie et la prédication d'un religieux au XVIIe siècle, Paris (1904), l. egregius; Lauras S. J. B. sa vie et ses oeuvres, Paris 1881, vita egregia; Peu de B. après de documents nouveaux, ib. 1900; E. Griselle B. Histoire critique de sa prédication, ib. 1901, opus plane egregium. Multa de B. reperies in Revue Bourdaloue Sermons inédits, Lettres, Documents, Bibliographie, Paris 1902 Revue trimestrielle; L. Panthe Etudes hist. et lit. d'après des documents nouveaux, Paris 1900, opus egregium ab Academia praemio coronatum. De pluribus ex his opp. disserit Bellesheim Katholik 1902 I, 341—53; Sommervogel, qui cum Backer (I, 820) II, 5—28; VIII, 1890—2, diligentissime ejus opera, op. editiones et literaturam recenset. Lutz KL. 11², 1161—64.

[1]) Karaján Abraham a s. Clara, Viennae 1867; KL. I, 116; Scherer allg. d. Biogr. XXI, 196.

[2]) Cf. sagacem de eisdem disquisitionem auctore M. Gatterer in Zeitschr. für kath. Theol. XXI (1897), 476—502.

patris pauperum († 16. Febr. 1710). *Opera* ejus collecta prodierunt Nemausii 1728; Nimes 1782 t. 5 in 10 vol. Parisiis 1825; 1856 t. 2. Inter ea laudantur [1]) praeter orationes *Histoire de l' emp. Théodosius le Grand,* Paris 1679 1682 ed. 3. stilo eleganti conscripta. *Vie du card. Ximenes* Amsterdam 1693 t. 2 in 1 v.; *Vie du card. Commendone* 1679; Ant. M. Gratiani *Theatrum historicum* de virtutibus et vitiis illustrium virorum et feminarum eorundemque casibus etc. Francofurti 1681 etc.

426. Praeter hos celebriores concionatores nominari adhuc merent Michael Stainmayer O. Praem. Landshutanus, abbas osterhofensis „rarus, cunctis carus", ut dicitur in epitaphio visitator et vicarius per Bavariam generalis († 1. Jan. 1701), cujus est [2]) *Verbum abbreviatum* seu epitome totius s. Scripturae, Passavii 1676. — Irenaeus Schwendimann O. Min. (fl. 1707) et ejus sodalis Guilelmus Geysz guardianus et 1792—5 provinciae praepositus, cujus conciones prodierunt sub titulo singulari *Minus de minore,* 1694, et *Minus alterum de minore,* 1696. Ejus quoque sunt *Sententiae genuinae theologicae* J. Duns Scoti, quas dixit fore adversariis „lapis offensionis et petra scandali" [3]). — Rupertur Gansler OSB. in monasterio augustano ad ss. Udalricum et Afram († 1703). — Henricus van Oeyenburch O Praed. Belga († 30. Apr. 1715), qui reliquit *Manuale concionatorum* evangelicum, dogmaticum sive conciones morales et doctrinales in omnes anni dominicas, Bruxellis 1708. — Franciscus Maria Casini O. Cap. patritius aretinus [4]), postquam per totam Italiam verbum Dei praedicaverat electus est in concionatorem pontificium, quo munere functus est a. 15. In meritorum virtutisque praemium a Clemente XI. purpura est donatus, etsi pontificem flexis genibus ne bullam „Unigenitus" promulgaret, deprecatus esset (1712; † 18. Febr. 1719). Ejus *Prediche* dette nel Palazzo Apostolico prodierunt Romae 1713 t. 3. — Henricus Venedien S. J. Calcariensis († 5. Mart. 1735), cujus sunt etiam opuscula polemica — Dominicus a Cabalzar O. S. Ben. (n. 8. Oct. 1673), qui obiit [1]) in confessionali apoplexia tactus (2. Aug. 1736) — Andreas Mastellonei O. Carm. († 1717), qui edidit *sermonum asceticorum* t. 5 et 4 dominicalium praeter alia. — Oliverius Debors-Desdoires aliquandiu Oratorii sodalis (1679—1686), quo egressus est († ineunte sec. XVIII.), egit de la meilleure manière de prêcher, Paris 1700 in 12; *La science du salut* renfermée dans ces paroles: Il y a peu d'élus, ou traité dogmatique sur le nombre des élus, Rouen 1701 t. 1. (et unicus) in 12. — Joannes de La Roche [2]) congr. Orat. pluribus in civitatibus, etiam Parisiis suis inclaruit concionibus († 1711 a. aetatis 55). Sermones ejus, qui prodierunt collecti t. 8 in 12, excellunt soliditate atque stili elegantia et nobilitate — B. Franc.

[1]) Cf. Lutz KL. IV, 1547 ss.; Feller 3, 598.

[2]) Cf. Goovaerts II, 197.

[3]) Cf. Eubel Gesch. der oberdeutschen Minoriten-Prov. Würzburg 1886 S. 124 s.

[4]) Cf. Fleurii H. E. contin. l. 219 § 55.

[1]) Cf. Lindner in Albo Augiae Brigantinae (Mehrerau), Bregenz 1904.

[2]) Alius ab eo est Ant. Martinus Roche, quondam Oratorii sodalis, quod tamen reliquit ob suam adversus Ecclesiae decreta in causa janseniana oppositionem († 1755). Ejus *Traité de la nature de l' âme* et de l' origine de ses connaissance contra Lockii systema, 1759 t. 2 in 12. laudatur a soliditate. — Alius La Roche scil. Joachimus senonensis monasterii O. S. Ben. fuit monachus († 1738). — Mali Spiritus fuit Jacobus Fontana de la Roche sectae jansenianae penitus addictus et convulsinum patronus († 1761). Redegit famosas *Nouvelles ecclésiastiques* folium viro illius factionis fanaticae infectum. Cf. Feller VII, 290.

de Posadas O. Praed. Cordubensis (n. 15. Nov. 1644; † 20. Oct. 1713), cujus *Obras postumas* praeter alia prodierunt Cordubae 1736—39 t. 5. — Emmanuel Bernardez Orat. Lusitanus (n. 20. Aug. 1644; † 1710) reliquit *Meditaçoes da via purgation,* quae magnifiunt, Olisipone 1712.

IV.

Theologi annorum 1721—1740.

I. Theologia scholastica.

426. In antecessum jam animadvertimus, ex quamplurimis, quos nominabimus, theologis scholae hujus periodi, paucos esse, quorum fama ipsis diu supervixerit, quare brevibus esse nobis licet. Nullus videtur in *Italia* data opera ll. magistri sententiarum commentariis illustrasse: vix reperitur qui s. Thomae Summam sit interpretatus. Magna sagacitate et dexteritate Scoti doctrinam in Summam theologicam ad modum Summae s. Thomae redegit [1]) ex universis ejus operibus Hieronymus a Montefortino O. S. Franc. strict. obs., Romae 1728—34 t. 5 (6) in f., opus rarum et carum (fr. c. 175), Romae recusum 1900—3 t. 6 in 8. — Joannes Syrus O. Praed. Wadanus i. e. de Ovado prope Genuam, postquam edidit *universam philosophiam aristotelico-thomisticam* non segniter excussis veterum recentiumque praesertim Maignani, Cartesii, Gassendi etc. placitis Venetiis 1709 t. 4 in 2 v. in f. (m. 100); *universam* quoque *thomisticam theologiam dogmatico-speculativam* in lucem emisit Bononiae 1727 v. 4 in f.; *D. Antoninus O. Pr. morali sua in theologia redivivus,* ib. 1726. — Hujus sodalis Ludovicus Maschi ordinis magister et congr. s. inquisitionis in Urbe qualificator († 28. Nov. 1739), opus reliquit *theologico-thomisticum* in 4 t. distributum, quibus Summa s. Thomae illustratur, Neapoli 1736. — Innocentius Besozzi seu Besuzzi Brixianus (n, a. 1662; † 10. Apr. 1728), clarus et nitidus theologiae professor, suppresso nomine scripsit: *Theologiae scholasticae praelectionibus scholasticis accommodatae pp. 4,* Brixiae 1703 et 1704 in 8. Ipsius quoque est: *Anatome conversationis amatoriae pro disciplina juvenum conjugia quaerentium concinnata et confessariorum, parochorum, concionatorum et episcoporum intelligentiae exposita,* Brixiae 1704 in 4. — Gerardus Maria Capassi O. serv. b. M. V., Florentinus [1]) n. 22. Jan.

[1]) Cf. R. Proost Revue Bened. XXIII (1906), 101—7.

[1]) Hujus sodali P. Viani, Ambrosii Mezzobarbae in sinensi legatione socio eidemque a confessionibus († 1739) tribuuntur *theologica prolegomena* valde erudita. Edidit quoque: *Istoria delle cose operate nella China da Mons. Giov. Ambr.*

1653, qui vitam sat agitatam duxit[1]) († 22. Nov. 1737), statuit *conclusiones ex theologia et philosophia selectas,* Florentiae 1687. *Intellectus triumphans, in dogmaticis captivus, in scholasticis liber,* Florentiae 1683. Genuinitatem actorum ss. Cresci et sociorum martyrum, quae Laderchi (cf. infra) ediderat, scriptis acriter impugnavit. — Benedictus Ang. Maria Canali O. Serv. b. M. V. reliquit *cursum philosophicum* ad mentem doctoris solemnis Henrici de Gandavo, in quo contra veterum ac recentiorum praesertim Cartesii aliorumque atomistarum opiniones Aristotelis systema restituitur, Parma 1715 in f. et alibi; *disp. theologicarum* t. 2, in quibus 6 ll. disserit de divina voluntate, de praedestinatione et reprobatione, de beatitudine, de angelis, de divina incarnatione, de ss. Trinitate juxta genuinam Henrici de Gandavo mentem; doctrinam catholicam *de septem sacramentis* conscriptam ab Antonio Maria Castelli O. Generali, cui adjecit tr. *de matrimonio*[2]), Venetiis 1734 in f.; *Istoria dell' origine dell' ord. de' servi* e de' fatti illustri de' primi 7 beati, Parmae 1727.

427. Carolus Cornaciolus O. Carm. († 1737), praelo vulgavit *decreta synodalia bobiensis dioecesis, prolusiones de scholastica theologia* et varias *epistolas,* in quarum una suis subditis praecepit, ut const. *Unigenitus* per publicum actum simpliciter, puro corde, nullis omnino conditionibus aut tergiversationibus admixtis cum omnibus et singulis in eo contentis integre acceptarent. — Cyrillus a s. Maria (prius dictus Sanctarchangelus) Crippa O. Excalc. s. Aug. (juxta alios O. Carm.) Mediolanensis (n. 5. Maji 1661; † 1733) edidit: *Theologia juxta ss. literas, concilia et ss. patres scholasticis dogmaticisque ratiociniis communita* ex collegio salmanticensi ad compendiosorem methodum redacta t. 1. (et unicus) de visione et incomprehensibilitate, scientia et voluntate Déi atque de praedestinatione et reprobatione, Cremonae 1720 in 4. — Joannes Bapt. Sandi, patricius venetus et juris utriusque doctor, edidit diss. dogmaticas *de mysteriis ss. Trinitatis et incarnationis D. N. J. Christi* 4 ll. expositas, Venetiis 1736 in 4; *Lezioni sopra il. l. sacro del Genesi,* Venetiis 1733 in 4. — Ejus sodalis Joannes Maria Bertoli (ab aliis dictus Bertollo, Bertholdus) natus a. 1678 Venetiis, jurisprudentiae (1718) Vicetiae professor († 1737) *Concilium tridentinum* sive canones de sacr. baptismate, confirmatione et eucharistia diss. scholasticis, dogmaticis, moralibus et polemicis illustravit, Venetis 1712—1712 t. 3 in 8., quo in op. usum theologiae scholasticae in studio theologico adversus exceptiones tuetur. — Fortunatus Venerius O. Barn. opus sat rarum composuit, quod inscripsit: *Rectae fidei cardines et recta fides de Deo, gratia, sacramentis* etc. Romae 1735 t. 8; *qq. scholasticas,* dogmaticas, morales, Romae 1736—39 t. 7 in f., opus rarum. — Salvator Montalbanus O. Cap. praeter *sambucam rationalem eucharistico certamini adhibitam,* ut ostendatur, formulas licet oblatas in missa, non tamen fieri consecratas, si in actu consecrationis illas obliviscatur sacerdos, Panormi 1701 in 4., opus edidit theologicum, in quo ostenditur immaculatam Dei genitricem utpote ex Christi meritis praeservative redemptam fuisse prorsus immunem ab omni debito contrahendi originale peccatum et

---

Mezzobarba, Patriarca d' Alessandria Legato apostolico in quello impero et di presente vescovo di Lodi, Parisiis 1741 in 8., de cujus tamen genuinitate motae sunt controversiae.

[1]) Cf. Fabronius, vitae italorum doctrina excellentium VII, 224—256. In suspicionem etiam venit, quod eorum partibus faveret, qui clanculum impugnabant bullam *Unigenitus,* unde scripto purgare se debuit; Reusch Index II, 430.

[2]) Cf. suppl. ad nova acta erud. lips. II, 201—7.

fomitem incurrendi, Panormi 1723 v. 3 in f., quorum in 1. agit de peccato originali et ejus debito; in 2. de eminenti deiparae redemptione; in 3. de triplici naturae humanae statu et ejus fomite. — *De immaculata b. Mariae V. conceptione* pariter disseruit Joannes de Luca Neapoli 1739 in 4. — Stephanus Chiesa O. Min. emisit diss. epistolicam scotico-thomisticam super q. *utrum doctor angelicus revera docuerit b. Virginem fuisse immunem ab originali culpa,* Parisiis 1726.

428. E *Polonis* mentione dignus est Hadrianus Miaskowski S. J., theologiae professor († 1737), cujus sunt: *Deus in essentia unus, in personis trinus* sex disp. theologicis propugnatus, Pragae 1723 in f.; 1728. 1730; *Deus homo* seu incarnatio Verbi divini et excellentia Deiparae V. Mariae quinque disp. theologicis propugnatae, ib. 1728 in f.; *angeli theologice propugnati,* Posnaniae 1730 in f.; tr. *de fine ultimo et beatitudine creaturae rationalis,* ib. 1731 in f.; tr. theologicus *de actibus humanis* duas potissimum disp. de voluntario et libero complectens, Sandomiriae 1742 in f. — De b. Mariae immaculata conceptione disseruit Stephanus Puzyna theologiae doctor († 1738). — E *Transilvanis* de hoc argumento disputavit Joannes Bapt. Gassner S. J. (n. 24. Jun. 1686; † 21. Mart. 1723) in *vindiciis conceptus illibati b. Mariae V.,* Tyrnaviae 1715 in 4. — Praeterea memorandus est Alexius Csato O. S. Franc. nobilibus ortus parentibus, theologiae professor, et suae demum provinciae praepositus, cujus exstat opus inscriptum: *Deus discernens* seu diss. theologicae scholastico-dogmaticae de gratia omnium et praedestinatione sanctorum, Claudiopoli 1739 in f.

429. Ex *Belgio* huc spectant: Marinus Panger O. Min., qui edidit *theologiam scholastico-morali-polemicam* juxta mentem doctoris subtilis, praemissa Duns Scoti vita, Augustae Vindelicorum 1732 t. 4 in f. — Carolus Gislenus Daelman natus 1670 Montibus in Hannovia, theologiae doctor et professor lovaniensis, et collegii Hadriani praeses († 21. Dec. 1731, secundum alios 1730), cujus est *Theologia* seu *observationes theologicae in Summam d. Thomae,* Antwerpiae 1733 v. 9 in t. 8; 1735 t. 2 in 1 v. — Joannes Franc. De le Loz de Buillemont (n. 1668; † 12. Jun. 1740) Lovanii theologiae professor, qui coepit dare [1]) *explicationes in Summam s. Thomae,* quae scriptae fuere ex ore dictantis, quibus praemittuntur diss. de locis theologicis, de Scriptura, conciliis, pontifice; item observationes pro Ecclesiae praxi doctrinaque asserenda et investiganda, Lovanii 1727 in 8., sed prodiit tantum t. 1. — Franciscus Pauwens O. S. Aug. Bruxellensis n. 1653, theologiae doctor et professor, definitor et visitator († 5. Maj. 1725), cujus est duplex thesium series, quas inscripsit *theologia scholastica* sive *concordia theologica* ss. Augustini et ejusdem filii Thomae a Villanova [2]), ib. 1689. — Aurelius Piette O. S. Aug., doctor et professor lovaniensis († 1730), dedit *elucidationes difficiliorum theologiae quaestionum,* Lovanii 1730 pp. 6 in 8. Plura alia ei tribuuntur, sed utrum prodierint nos latet. — Joannes Feytens S. J. († 16. Maj. 1737) professor lovaniensis [3]). — Quibus addatur Franciscus Noel S. J., de quo egimus III[3], 385. Natus is est in oppido Hestrud provinciae Hannoviae 18. Aug. 1651. Strenuus fuit et eruditus missionarius in imperio sinensi, qui edidit *observationes mathematicas et physicas in India et China* a se factas (ab a. 1684—1708), Pragae 1710, quae magni sunt pretii. Magna diligentia latine reddidit

[1]) Cf. Biogr. nat. V, 380.
[2]) Cf. Biogr. nat. XVI, 770.
[3]) Plurimas proposuit de variis argumentis theologicis theses, quas cf. apud Sommervogel III, 710.

sinensis imperii ll. 6 classicos, nimirum adultorum scholam, immutabile medium, l. sententiarum, Mencium, filialem observantiam, parvulorum scholam, Pragae 1711 in 4; Paris 1784—1786 t. 7 in 18. (omissis Noelii praefatione et annotationibus). Complexus quoque est philosophiam sinicam tribus tr. scil. *de cognitione primi entis, de caeremoniis erga defunctos, de ethica,* Pragae 1711 in 4. opus admodum rarum[1]). Bis in causa caeremoniarum sinensium Romam missus est. De hac controversia agit ejus *Historica notitia* rituum ac caeremoniarum sinicarum in colendis parentibus et benefactoribus defunctis etc., Pragae 1711. († 17. Sept. 1729). — Hyacinthus de Baetz O. Praed. Gandavensis, regens primarius lovaniensis, Germaniae inferioris definitor († 5. Nov. 1731) auctor est operis *Auctor gratiae Deus laudandus,* benedicendus, praedicandus secundum inconcussa tutissimaque dogmata angelici et quinti Ecclesiae doctoris s. Thomae Aq., Lovanii 1706 in 4., in quo tuetur thomistarum de gratia efficacia doctrinam.

430. In *Gallia* floruerunt Paulus Lugdunensis O. Cap., qui composuit totius (positivae, scholasticae et moralis) *theologiae specimen* ad usum theologiae candidatorum scholastica methodo compendiose delineatum[2]), Lugduni 1721; 1729—1731; 1734; Venetiis 1743; in parte morali probabiliorismum tuetur. *Anti-hexaples* ou Analise des 101 propositions du N. T. du P. Quesnel . . . pour servir de réponse aux Hexaples ou Ecrit à six Colomnes sur la Constitution Unigenitus, Lugduni 1721 t. 2 in 12; *Lettres Instructives* sur les erreurs du temps, Lugduni 1716; latine interprete Mart. Lucernensi O. Cap. inscriptae: *Jansenius exarmatus* in epistolis instructivis et antihexaplis contra modernos jansenismi errores et praesertim contra 101 prop. Quesnelli, Soloduri 1720 pp. 3 in 1 vol. in 4. *Les ennemis déclarés de la const. Unigenitus* privés de toute jurisdiction spirituelle dans l'Eglise, 1719, qui l. magnas excitavit turbas et controversias; hinc Collet ad animas fidelium quietandas scripsit *Lettres* (5 acres) d'un théologien au R. P. A. de G. (Andream de Grazac O. Cap., qui pro suo confratre steterat a. 1726), où l'examine, si les hérétiques sont excommuniés de droit divin, Paris 1737. 1738, collectae Bruxellis 1763 in 12. — Nicolaus l'Herminier s. facultatis parisiensis doctor, poenitentiarius et archidiaconus ecclesiae cenomanensis († 1735), concinnavit *Summam theologiae* (scholasticae et positivae) ad usum scholarum accommodatae, Parisiis 1701—1711 t. 7 in 8; Venetiis 1761 t. 7 in 4., quae a nonnemine laudatur[1]) propter eruditionem et methodum valde perspicuam et tironum captui accommodatam, aliorum tamen gravem incurrit censuram[2]). Aliud

---

[1]) Cf. Abel Remusat in Biogr. univ. XXXI, 335; Alvin in Biogr. nat. de Belg. XV, 765—69; Sommervogel V, 1791—04.

[2]) Suppl. ad acta nova lips. II, 353—5.

[1]) Cf. Mich. a s. Joseph II, 400. Cf. de hac Summa Journ. des Sav. XXIX, 276; XXX, 465.

[2]) En quae legimus in Dict. des livres jans. IV, 16: „Le système de cette Théologie est un Jansénisme radouci, un demi-Jansénisme, qui n'en est que plus dangereux. Des que l'Ouvrage parut, il fut attaqué par une brochure intitulée: *Dénonciation de la Théologie de M. L'Herminier* à Nosseigneurs les Evêques en 1709 (de quo scripto cf. Mém. de Tr. 1709 III. art. 117 pag. 1506—24). L'Auteur en conséquence d'une si vive attaque, donna une seconde édition de son *Traité de la Grâce,* où il unit plusieurs cartons pour faire disparoître les propositions les plus révoltantes; mais le Dénonciateur ne se contenta point de ces palliatifs et il publia en 1711 une *suite de sa Dénonciation,* où l'on voit en quoi consiste la nouvelle hérésie, et quels sont les subterfuges de ses Sectateurs. Les efforts de ce Théologien catholique ne furent pas inutiles, quel-

ejusdem opus est tr. *de sacramentis,* Parisiis 1716 v. 3 in 12., cui praemissa est vita auctoris. — Bernardus Rabaudy O. Praed., celeber theologiae professor in academia tolosana († 1731), scripsit *exercitationes theologicas* ad singulas partes Summae s. Thomae. — Hadrianus a Nancaeo O. Cap. collegit *l. argumentationum super praecipuas theologiae difficultates,* Bambergae t. 2 in 8. — Petrus Jo. Cortasse S. J. Aptensis in Provincia († 1740), theologiae professor, gallice vertit Dionysii Areopagitae *de divinis nominibus* opus [1]) illustravitque annotationibus criticis, philosophicis, theologicis et dogmaticis, Lugduni 1739 in 4.

432. Omnium tamen celeberrimus hac aetate in *Gallia* fuit Carolus du Plessis d'Argentré. Natus est nobilissimis parentibus in arce patria du Plessis in dioecesi rhedonensi 16. Maj. 1673, eademque die fuit baptizatus propter instans vitae periculum. Inter clericos receptus est 4. Martii 1689 et presbyter ordinatus 19. Sept. 1699. Theologiae studuit in Sorbona cursumque absolvit jam a. 1693. Laurea fuit donatus 29. Martii 1700, quem honorem mox alii consecuti sunt, nam Olivier Jegou de Quervillio episcopus trecoricensis eum constituit 7. Jan. 1707 suum vicarium generalem, et rex, collata ei abbatia, ab eleemosynis eum sibi esse voluit a. 1709. Demum electus fuit a rege 26. Oct. 1723 episcopus tullensis. Non obstantibus curis episcopalibus quotidie, si domi esset, septem horas consecrabat studiis: et tamen promptus erat ad omnes, qui illum adirent, comiter excipiendos. Sedulus erat in annunciando verbo Dei, in excipiendis confessionibus, assistendo moribundis, in lustranda singulis annis saltem aliqua dioecesis parte. Zelo vere apostolico simul et paterno invigilabat clero et seminario, promovebat exercitia spiritualia, abusus qui irrepsissent tollere nitebatur. Singulis feriis sextis unum ex nosocomio commensalem habere voluit. Quare ingens erat luctus universae dioecesis, cum decederet 27. Oct. 1740, nam lucidissimum erat omnis virtutis exemplar et verus pater pauperum [1]). Plurima reliquit opera. Potiora sunt: *Elementa theologica,* in quibus de auctoritate et pondere cujuslibet argumenti theologici disputatur, cum appendice (in ed. 2.) *de auctoritate Ecclesiae* in condemnandis haereticis et perversis quibuscunque scriptis, Parisiis 1702 in 4; 1705, opus rarum,

---

ques Evêques censurèrent la Somme . . . et entre autres M. l'Evêque de Gap dans son Mandement du 4. Août 1711. Nous avons, dit ce Prélat, reconnu et jugé, jugeons et déclarons, que l'Ouvrage du sieur l'Herminier . . . même depuis la nouvelle correction est contraire à la Doctrine catholique, et conforme à celle de Jansénius sur les matières de la liberté et de la grâce . . . Au reste, cette Théologie est des plus superficielles. L'Auteur n'a ni discernement dans ses preuves, ni force dans ses raisonnemens, ni intelligence dans l'interprétation de l'Ecriture sainte et des Pères, ni certitude dans ses principes, ni liaison dans ses idées. Ce n'est partout que contradictions; ce qu'il a avancé dans un endroit, il le détruit dans un autre. On a dénoncé . . . son ouvrage aux Evêques de France comme suspect et dangereux pour la foi: je pourrois le dénoncer aussi aux personnes raisonnables comme contraire au bon sens et comme rempli d'absurdités." Quae tamen censura nimis acris et exaggerata videtur, Romae enim opus non fuit prohibitum.

[1]) Hujus operis cum laude mentio fit in Mém. de Tr. 1740 a. 65 pag. 1453—1462.

[1]) Cf. plura in elogio quod legitur in Mém. de Tr. 1743 a. 9 p. 223—235, ubi de eo dicitur: „Ce que le S. Esprit a dit de Moyse, qu'il étoit chéri de Dieu et des hommes, on peut le dire de M. d'Argentré. Le meilleur homme du monde et de la plus grande simplicité; parfaitement honnête homme, et d'une droiture ravissante; bon Chrétien et d'une innocence de moeurs, qui ne s'est jamais démentie en aucune rencontre; grand Prélat et avec toutes les qualités que l'Apôtre demande: quiconque l'aura connu, ne lui refusera aucun trait de ce court Eloge."

quod tr. est de locis theologicis plane insignis nitida methodo et accuratione conscriptus; in app. adjecta tuetur Ecclesiae infallibilitatem in *factis dogmaticis*, quem in finem in sententiam anteriorum theologorum diligenter inquirit, eorumque in hac veritate admittenda consensum manifestum reddit[1]). *Lexicon philosophicum*, Hagae comitis 1706 in 4; *de supernaturalitate* seu de propria ratione, qua res supernaturales a rebus naturalibus differunt[2]), Parisiis 1707 in 4; *Martini Grandin . . .* (cf. p. 322) *opera*[3]), 1710 et 1712 t. 5 in 4., quibus inseruit *de praedestinatione ad gloriam et reprobatione* commentarium historicum (t. 3); *de voluntate divina antecedente et consequente salvandi homines* veterum ac recentiorum testimonia (t. 3.); *index mss. commentariorum de rebus theologiae* a quibusdam priscis interpretibus magistri sententiarum conscriptorum; *de contritione et attritione scholasticorum sententiae; de propria efficientia sacramentorum N. L.; sententia s. Bernardi* de ablutione pedum a Christo instituta; sententia dictorum s. Hilarii *de doloribus Christi; de Honorio papa* (t. 5.). *De numine Dei* ut rerum omnium effectoris, 1720; *collectio effatorum divinae Scripturae*, quibus mysteria fidei catholicae et dogmata explicantur contrariique errores refelluntur, 1725 in 4; *theses philosophicae et theologicae* tum in amorem generatim sumptum, tum in amorem divinum et spem theologicam. Praecipuum vero ejusdem opus magnae eruditionis et utilitatis est[4]): *Collectio judiciorum de novis erroribus*, qui ab initio XII. sec. post incarnationem verbi usque ad a. 1713 in Ecclesia proscripti sunt et notati; censoria etiam judicia insignium academiarum, inter alias parisiensis et duacensis etc. cum notis, observationibus et variis monumentis ad theologicas res pertinentibus, 1724 t. 1. (ab a. 1100—1520); 1728 t. 2. (ab a. 1521—1632); 1736 t. 3. in f. (m. 300). Gallice inter alia edidit: *Analyse de la foi Divine* avec un *Traité de l' Eglise*, Lugduni 1699 t. 2 in 12., adversus Jurieu; Diss. dans laquelle on explique *en quel sens on peut dire, qu' un jugement de l' Eglise catholique, qui condamne plusieurs Propositions de quelque Ecrit Dogmatique, est une règle de Foi*, Tulli 1733, a consilio regio prohibita; *Explication des Sacramens* de l' Eglise, ib. 1734 t. 3 in 12; *Explication de la Prémotion Physique*, ib. 1737 in 4.

433. Hac quoque aetate, sicut praecedenti, plures in *Germania* scholasticam theologiam[1]) excoluerunt. In-

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1703 a. 15 p. 212—29; 1705 a. 169 p. 1922—38.

[2]) Cf. Mémoires 1781 a. 28 p. 387—401.

[3]) Cf. Mém. 1710 a. 167 p. 2025—45.

[4]) Cf. Journal des Sav. 76, 556—65 et 677—86; 86, 435—42 et 653—61.

[1]) Quosdam nominemus, qui de *philosophia* modo scholastico scripserunt. Emericus a s. Stephano O. Carm. disc. reliquit *philosophiam thomisticam* juxta doctrinam collegii complutensis O. Carm., Ratisbonae 1729 pp. 2 in 1 v. in 4. Ejus quoque videtur esse *Schola sacra* seu quaestiones praedicabiles in Evangelia dominicarum et festorum, Augustae 1703. — Alypius Locherer O. S. Franc. elaboravit *clypeum philosophico-scotisticum* sive cursum philosophicum juxta mentem et doctrinam doctoris subtilis Joannis Duns Scoti, Crembsii 1740 t. 3 in f., opus rarum (m. 60). — P. Cauvinus O. Praed. scripsit *cursum philometaphysicum* ad mentem Aquinatis, Coloniae pp. 3 in 1 v., Coloniae 1730 in f. (m. 100), in quo agit p. 1. de dialectica et logica; p. 2. de coelo et mundo ad ll. 8 phys.; p. 3. de ortu et de anima. — Martinus Gottscheer (Gottseer) S. J. Austriacus (n. 6. Dec. 1648; † 21. Sept. 1731), qui comes additus legatis caesareis occasione propitia bene usus est ad promovendam fidem catholicam. Praeter alia edidit *philosophiam universam*, Graecii 1690 in 12; *philosophiam polemicam* secundum aphorismos Aristotelis Stagiritae cum annotationibus tum philosophicis tum strategicis ex variis desumptis, ib. 1690 in 4. — Marianus Wiser O. S. Ben. abbas s. Viti in Bavaria (1723). — Michael Bednari S. J. Hungarus († 14.

ter hos forte eminet Ludovicus Babenstuber O. S. Ben., Thainingae in Bavaria a. 1660 natus. Prima suae doctrinae specimina Salisburgensi in philosophica cathedra a. 1690 patefecit, magisque in dies prodidit postquam ab a. 1695—1702 explicandis casibus conscientiae, ab a. 1702—1710 theologiae scholasticae et ab a. 1710—1716 s. Scripturae insudavit. Tertio praeterea egit vicerectorem atque procancellarium a. 1709—1716. Reversus ad ettalense coenobium, in quo a. 1682 ordinem s. Benedicti est professus, vita laboriosa 5. Apr. 1726 excessit [1]). Praeter haud incelebrem *philosophiam thomisticam* salisburgensem seu cursum philosophicum secundum doctrinam d. Thomae, Salisburgi 1706; Augustae V. 1724 t. 4 in 1 v. in f.; 1738, in qua tuetur praemotionem physicam, aliaque opera philosophica edidit: *Regula morum* seu dictamen conscientiae, Salisburgi 1697 in 4; *principia, bonitas et malitia actuum humanorum*, 1705, ib. in 4; *de jure et justitia* ib. 1699 in 4. Ex his aliisque conflavit *cursum theologiae moralis* (seu ethicae supernaturalis) salisburgensis, Augustae V. 1718 v. 2 in f.; 1735, in qua probabilismum sectatur. In tr. 8 p. 4 disp. 3 a. 4 reperitur disquisitio, utrum anima Trajani precibus Gregorii M. liberata fuerit ex inferno. *Deus absconditus in sacramento altaris*, Salisburgi 1700 in 4; *s. missae sacrificium*, ib. 1710 in 4; *Deus trinus* 1705 in 4; *Deus unus* 1706 in 4; *gratia divina* 1706 in 4. cum variis vindiciis praedeterminationis physicae; *peccatum originale*, 1709 ib. in 4; *de statu parvulorum* sine baptismo morientium, 1705; *de Verbo incarnato*, ib. 1709; qq. *de Matre Dei* 1712 in 4; *diss. theologica*, in qua ostenditur differentia inter scholam d. Thomae et Quesnelli ac Jansenii, Augustae V. 1720 in 4. *Prolusionum academicarum* ll. 3, ib 1724 etc. — Hyacinthus Peri O. S. Ben. e monasterio s. Lamberti reliquit *qq. theologicas* in 1. et 2. p. s. Thomae Aq., Styriae 1719—32 t. 5 in f. opus rarum.

434. Raphael Koendig O. Cist. e monasterio Salem in dioecesi constantiensi concinnavit *Harmoniam theologico-philosophicam et philosophico-theologicam* doctrinae s. Thomae et Thomistarum consonam, typis monasterii salemitani 1718 t. 2 in f., cujus partem philosophicam elaboravit sodalis Bened. Hueber. Hujus op. alia fortasse editio est, quae prodiit inscripta *Binarius thomisticus* i. e. cursus theologicus et philosophicus juxta mentem et doctrinam s. Thomae, Augustae 1748. Ejus *elenchus privilegiorum regularium* Lugduni 1729, qui in Germania et Italia pacifice prorsus prodierat parlamentum et regium senatum Galliae plurimum conmovit, quod auctor staret pro plenitudine potestatis et infallibilitate rom. pontificis: hinc liber regis mandato fuit suppressus et a parlamento condemnatus. — Anselmus Hoermannseder O. S. Aug. Viennensis, theologiae doctor et magister, suae provinciae praepositus († 15. Apr. 1740), praeter alia edidit *philosophiam universam* 100 qq. tum veterum tum recentiorum philosophorum placita complectentem, Viennae 1728 in 4., et *Hecatomben theologicam* seu 100 qq. ex universa theologia augustiniano-aegidiana speculativa olim a Fr. Gavardi (p. 680) 6 t. divulgata, nunc duobus opusculis comprehensa, Posonii 1737 in 8. — *Theologiam speculativam* t. 8 Graecii et Augustae V. edidit 1715. 1723 et 1736 in 8. Sigismundus Pusch S. J. Graecensis († 29. Jul. 1735), philosophiae et theologiae professor. Magis tamen innotuit duplici

Jan. 1728) reliquit philosophiae morum pp. 2, Cassoviae 1715. 1716 in 8. — Bern. Oberhauser OSB. philosophiae professor Salisburgi et abbas ettaleusis (1736; † 14. Oct. 1739).

[1]) Cf. Ziegelbauer III, 444; II, 283; Lindner KL. I, 1796.

opere historico: *Chronologia ducatus Styriae* ab origine nascentis Ecclesiae usque ad excessum Leopoldi II (1230), quam ipse inchoavit, continuavit vero ediditque Octavius Bucelleni S. J. Carniolus († 16. Maj. 1752). In ea origines describuntur plurium monasteriorum illius regionis; *Diplomataria sacra ducatus Styriae,* quae ipse collegit, auxit ediditque Er. Froelich (de quo infra), Viennae 1757 t. 2 in 4. — Universam pariter theologiam speculativam publicis praelectionibus in universitatibus pragensi, wratislaviensi et olomucensi traditam exhibuit Pragae 1740 v. 2 in f., ejus sodalis Franciscus Kolbe Pragensis (n. 16. Febr. 1682; † 9. Apr. 1727), quae forte non est nisi alia editio *disputationum speculativo-theologicarum in Summam d. Thomae,* ib. 1740 t. 7 in 8. Ejus quoque est *theologia universa* cum qq. annexis historico-scripturisticis super vita et mysteriis D. N. J. Christi per diversi generis observationes interstinctis, ib. 1726 in f. — Theologiae compendia in publicam lucem dederunt Jacobus Mibes S. J. Bohemus, philosophiae et theologiae professor, universitatis olomucensis cancellarius (n. 18. Nov. 1648; † 1726) — Ferdinandus Meixner O. Praem. Olomucensis (n. 8. Sept. 1672; † 1728) theologiae dogmaticae professor, cujus exstat *epitome theologica* seu qq. et resolutiones ex universa theologia selectae ad mentem d. Thomae Aq., Olomucii 1727 — ejusque sodalis Franciscus Posch Linciensis canonicus plagensis, s. theologiae professor et protonotarius apostolicus († 27. Sept. 1731) — Nicolaus Hoehn S. J. Fuldae, Bambergae, Moguntiae professor († 1739), Moguntiae 1721—33 t. 9 in 8. — et Thiebault Kreyenriet O. Cist. Alsata, qui etiam *apologiam Joan. Caramuelis* scripsit, Brundusiae 1731 in 4.

435. De argumentis *specialibus* et quidem *de Deo* disputavit Josephus Thalhamer O. S. Aug. († 1726) *de ss. Trinitatis mysterio* juxta mentem s. Thomae Aq., Viennae 1738 in 4. — Hermannus Jos. a ss. Trinitate O. S. Aug. *de visione, scientia et voluntate Dei* Ratisbonae 1716 in 4. Bernardus Schallhamer O. S. Ben. monasterii tegernseensis, natus Salisburgi 3. Febr. 1680, philosophiae et theologiae professor († 31. Oct. 1732), cujus praeterea sunt: *Lacrymae Christi* seu theses de contritione, ib. 1722 in 8; *aquae vivae* seu efficacia, causalitas et effectus sacramentorum, ib. 1728 in 8; diss. *de gratia* ad mentem s. Augustini ib. 1730 in 8; *de gratia* ad mentem s. Anselmi et Thomae, ib. 1730; *vox tonitrui in rota* sive legitima ac verior conscientia ib. 1732 in 8. — Eodem anno 20. Nov. decessit ejus secundum carnem et spiritum frater Paulus, bis prior, cujus supersunt disp. tres sive *congressus philosophici* 1. cum scotistis; 2. cum recentioribus philosophis; 3. labores Herculis philosophici[1]), Ratisbonae et Solisbaci 1699. — Ambrosius Ziegler OSB. cremifanensis (n. 1684; † 1739) disputavit *de contractibus* Salisburgi 1719; *de incarnatione,* ib. 1720; *de sacramentis in genere,* necnon de baptismo et confirmatione ib. 1721; *de Deo uno,* ib. 1723; *de Deo trino,* 1723; *de angelis* 1725; de gratia 1726. — *De incarnatione* scripserunt Henricus Dücker S. J. Guestphalus, theologiae dogmaticae, dein moralis et juris canonici professor Bambergae, Wirceburgi, Heidelbergae (n. 15. Nov. 1650: † 23. Dec. 1721) in opere *Christus Deus homo,* Bambergae 1696 in f. — Matthias Hoenicke S. J. (n. 24. Dec. 1664; † 18. Apr. 1724), cujus plura alia exstant opus-

[1]) Cf. Baader, Lexikon verstorbener baierischer Schriftsteller, 2. 2. pag. 81; Wurzbach XXIX, 111; Lindner die Aebte und Mönche der Ben. Abtei Tegernsee, München 1897 p. 95 s. et p. 100, ubi de ejus fratre agit.

cula [1]) Carolus Meyer O. S. Ben. e monasterio s. Udalrici et s. Afrae, professor salisburgensis, et ejusdem universitatis procancellarius ab a. 1719 († 1732) tribus operibus [2]); disputavit quoque *de jure et justitia,* Salisburgi 1715 in 4; *de ss. eucharistia* [3]) 1717 in 4; *de secundo Christi adventu,* 1721 in 4; *de statu futuri seculi* seu de futura mundi, beatorum, damnatorum et parvulorum conditione, 1722 in 4. — Franc. Schilcher S. J. Bavarus († 1729) in q. theol. *cur Deus homo,* Dilingae 1702. — *Quaestiones ex 2. 2.* et *ex 3. p. d. Thomae* tractavit Monachii 1697 in 4. Joannes Baptista Ininger [4]) O. S. Aug. Monacensis, ter suae provinciae praepositus († 18. Febr. 1730). — Alanus Ritter O. S. Ben. Suevus in monasterio wessofontano, n. Denklingae in Suevia 1674, theologiae ab a. 1725—1734 Salisburgi professor († 9. Martii 1737) praeter philosophica reliquit [5]) in eandem Summam d. Thomae *theoremata theologica,* Salisburgi 1734 in 4; *Selectae ex universa theologia qq.,* Salisburgi 1728—33; *mysterium incarnationis* contra haereticorum errores disputationi academicae subjectum, ib. 1731 in 4.; *homo in triplici naturae statu theologice consideratus,* ib. 1733 in 8. — Eodem a. (21. Nov. 1737) decessit sodalis monasterii admontensis et collega in universitate salisburgensi Alanus Pfeiffer (n. 1669), philosophiae (1703) et theologiae (1718) professor, ex cujus opp. tria tantum adducemus: *De charactere sacramentali* Christi D. et satanico antichristi et utriusque sequacium, Salisburgi 1713 in 8; *quodlibetum* theologico-thomisticum continens primarias qq. ex universa theologia, 1717 in 4; *de Verbo incarnato* et sanguine Christi, ib. 1717 in 4. — Praetermissis Andrea Roth O. Praed. provinciae suae praeposito († 23. Jan. 1735) — Matthia Wolgango Obermüller O. Praem. († 18. Aug. 1736) — Caspare Erhard O. S. Ben. ad s. Emmeranum Ratisbonae (n. 3. Jan. 1685; † 29. Maji 1729), viro docto et studioso, qui commercium literarum fovit cum sodalibus Maurinis, et cujus plura ad theologiam mysticam spectantia [1]) ut *Amica unio* theologiae scholasticae cum ascetica; diss. ascetico-scholasticae *de 7 perfectionibus divinis,* Ratisbonae 1719; *Instructio et manuductio* ad theol. mysticam, Augustae V. 1727; *Institutiones . . .* de theol. positiva ad incendendum ss. literarum studium, Ratisbonae 1725; et praeterea *Habitus naturalis* noviter expensus secundum antiqua thomistica principia, Ratisbonae 1718 in 4. et *habitus supernaturalis* expensus, ib. 1718 in 4. — Augustino Khinl O. Minim. s. Fr. de P., cujus est *Nodus Gordius thomistice enodatus* seu diss. 6 de gratia efficaci, Viennae 1731 in 4. — Innocentio a Thoma Aq. cl. reg. Schol. p., qui exposuit legitimisque vindiciis (ut censet) asseruit *lapidem angularem* seu praemotionem physicam thomisticam primum ac potissimum scholae d. Thomae fundamentum, quod

[1]) Cf. Sommervogel IV, 415—17.

[2]) Quae recensentur in hist. univers. salisb. l. 2 c. 7 n. 265.

[3]) Hieronymus Tschiderer S. J. Tirolensis († 1740) attingit q. tunc temporis multum agitatam in Antidoto contra hodiernum neoterismum circa accidentia, Oeniponti 1726 in 4.

[4]) Frater vel cognatus ejus est Fridericus Ininger S. J. Monacensis, theologiae professor Dilingae, provinciae praepositus et per Austriam visitator (n. 20. Sept. 1640; † 25. Mart. 1696), cujus supersunt plures disp. theologicae *de visione Dei,* Oeniponti 1676; *de causis humanae justificationis,* ib. 1679: *de dominio ejusque speciebus,* objecto, subjecto et modis acquirendi, Dilingae 1680; *de restitutione,* ib. 1680; *de injuriis et de restitutione in specie,* ib. 1681 in 8; *de sacramentis in genere,* ib. 1682 in 8.

[5]) Alia ejusdem opera cf. apud Baader 1, 2. p. 175.

[1]) Cf. Baader, gel. Baiern p. 302; hist. pol. Bl. 1899, I, 84; Lauchert allg. d. Bi. 48, 392.

profecto sit germanus ang. doctoris partus, Viennae 1733 in 4. — R. Effinger O. S. Ben., qui ut videtur sensu contrario exponit *Judicium Thomae* in causa libertatis et voluntatis divinae sine praedeterminatione, Constantiae 1734 in 4. — Tezelio Porretter O. Cist. Campiliorum, qui scholastica methodo resolvit ad mentem s. Thomae Ap. controversiam theologicam *de Deo sciente* et volente, Viennae 1726 in 4. — mentio fieri potest Joannis Salzinger, qui impulsu electoris palatini *opera* edidit *Raymundi Lulli*, Moguntiae 1721 ss. t. 10 in f., quae ed. est rarissima.

436. In *Bohemia* theologiam excoluerunt: Procopius Frischmann O. Praem. e canonia strahoviensi Pragensis († 2. Sept. 1728), qui edidit resolutiones qq. theologicarum *de Deo*, Pragae 1726; *de Deo trino* cum oppositorum solutione, Pragae 1727 in 4; *de divina praedestinatione et reprobatione*, ib. 1728 in 8; *de virtutibus, vitiis et peccatis*, ib. 1724 in 8; qq. selectiores *de actibus humanis*, ib. 1722 in 8. — Henricus Dussik S. J. theologiae a. 11 professor et Augusto II. Poloniae regi a. 16 a confessionibus († 13. Maj. 1737) qq. theologicas *de fide, spe et caritate* publice propugnandas proposuit, Pragae 1711 in 4. — De his disputavit etiam Raphael Tobl O. Praem. in canonia strahoviensi philosophiae et theologiae in seminario archiepiscopali pragensi professor († 25. Jun. 1729), Pragae 1713, et de *sacramentis in genere*, ib. 1719. — Wenceslaus Cantzler O. s. Franc. de Paula, cujus sunt: *Oleum sapientiae theologicae* ad mentem d. Thomae seu universae theologiae scholasticae qq. celeberrimarum deductae conclusiones, Pragae 1725 in f.; *trinum perfectum* seu ex cunctis tr. tres selectae conclusiones continuantes oleum, ib. 1727; theologus ad fontes Christi alleviatus seu qq. *de sacramentis* in genere, ac in specie de baptismo, confirmatione et eucharistia instructus juxta mentem d. Thomae Aq., ib. 1729 in 4. — Marcus Suppaur ejus ord. aperuit *Ostium theologico-thomisticum* seu ingressum in scholastico-dogmaticam theologiam juxta Thomam Aq., Pragae 1733 in 4. — Joannes a s. Antonio cl. reg. M. Dei reliquit tr. *de incarnatione* juxta principia d. Thomae, ib. 1732 in 4.

437. In *Hispania* quam plurimos theologos reperimus, qui majori jure quam fere omnes hucusque laudati, scholastici appellari merent. Sequiuntur primum *commentatores*, cujus modi sunt M. Pereyra militiae Christi prior generalis, qui reliquit commentarios (rarissimos) *in 1. et 4. l. Sententiarum*, Conimbricae 1714—23 t, 3 in f. — Joannes Perez Lopez O. S. Franc. natus in oppido Marae communitatis bilbilitanae, omnibus fere sui ordinis muneribus honorificis functus, in pontificio sacello sub Innocentio XII. concionator († 1724), *commentaria* reliquit *in 1. et 3. l. sententiarum* de abscondito Scoti thesauro nova et vetera proferentia, Barcinone 1690 v. 2 in f. *Vitam doctoris subtilis* adamussim conscripsit Caesaraugustae 1683 in 8. Ejus quoque est *Scotus philosophicus antiquorum sapientia exquisitus* et virorum nominatorum commentariis narratus, Barcinonae 1687 v. 2 in f. — Joannis Hidalgo O. S. Aug. exstat *cursus philosophicus ad mentem b. Aegidii Columnae*, Cordubae 1736 t. 4 in 4., opus sat rarum. — Hieronymus de Lorte et Escartin O. Min. reg. obs. Matritensis, theologiae lector († 1721), inter alia edidit: *Mappa subtilis* seu speculum scoticum, Caesaraugustae 1693 in 4; *Mappula scotica et augustiniana* subtilis et mariani doctoris conclusiones ex scripto oxoniensi decerptas complectens d. Augustini . . . aureis sententiis cohaerescens, ib. 1694; *Arithmetica seraphica* innumerabilium catholicorum doctorum elogiis omnibus

referta, ib. 1695. — *S. Thomam* illustrarunt: Ant. Cordeyro S. J. lusitanus ex insula angrensi, qui in variis universitatibus philosophiam et theologiam tradidit (n. 1640; † 20. Febr. 1722) composuitque *cursum philosophicum conimbricensem,* Olisponae 1714 t. 3 in f.; et *theologiam scholasticam* in praecipua partium d. Thomae, Olisipone 1716 in f.; *Resoluçoens Theojuristicas,* ib. 1718 t. 6 in f., in quibus praesertim de contractibus agit. *Historia Insulana* das Ilhas a Portugal sugeytas no Oceano Occidental, ib. 1717 in f.; 1866. — Joannes a s. Michael O. Carm. discalc., cui adaptari potuit illud Photii de Athanasio ad Therasim: »In sermonibus ubique locutione clarus est, et brevis et simplex, acutus tamen et altus et argumentationibus omnino vehemens, et in his tanta ubertas, ut admirabilis. Logicis autem methodis nihil tenuiter, nil juveniliter ut pueri et rudes, sed philosophice et magnifice († 1730).« Quam laudem sibi promeruit cursu theologico juxta d. Thomae Aq. doctrinam, cujus prodierunt *commentaria in 1. p. d. Thomae* de quaestionibus prooemialibus, de Deo uno, de visione beatifica ac lumine gloriae, Hispali 1720 in f.; *de scientia Dei,* de voluntate Dei, de praedestinatione sanctorum, de reprobatione impiorum. Barcinone 1723. — Joannes de Alliaga O. Praed. in academia salmanticensi primarius antecessor *qq. commentarias in 1, 2. s. Thomae* juxta miram ejus doctrinam, Salmanticae 1726 v. 6 in f. edidit. — Didacus de Castilla O. Carm. celeber theologus scripsit *Speculum theologiae baconianae et commentaria quodlibetica* in ll. sententiarum Jo. Baconii, Cordubae 1731 v. 4 in f., opus rarissimum. — Joannes Martinez de Ripalda S. J., alius a celebriori cognomine, de quo egimus III, 928, Navarrus, qui vitam transegit in America meridionali factusque est procurator generalis Indiae († 2. Dec. 1727), disseruit *de usu et abusu doctrinae d. Thomae,* Leodii 1704 pp. 2 in f., quarum una est philosophica, theologica altera.

438. *Theologiae cursum* [1]) seu *Summam* elaborarunt Joannes Ulloa Matritensis Compluti et Alcalae theologiae professor ab ingenii acumine celebratus († intra 1721—25), *theologiam scholasticam* edidit Augustae V. et Graecii 1719 t. 5 in f. Praeter opera philosophica scripsit et *Prodromum* seu prolegomena ad scholasticas disciplinas, ubi axiomata, aphorismi, proverbia principiaque metaphysica illarum ex primis suis auctoribus eruuntur et explicantur, Romae 1711; Matriti 1748 in f.; *de anima* disp. IV, Romae 1715 in 4; decades quinque *principiorum* seu regularum pro intelligentia s. Scripturae, Tyrnaviae 1717 in 4; in compendium redactae ab Hier. Forchondt († 1768), Graecii 1748 in 8; *de primis et ultimis temporibus* seu de principio et fine mundi disp. V, Augustae V. et Graecii 1719 in f. — Joannes Marin S. J. Oconensis, in academia complutensi theologiae professor per 23 an., principi Ludovico Philippo, postmodum Hispaniae regi, a confessionibus (n. 1. Nov. 1654; † 20. Jun. 1725), qui prius seorsim singulos tr. ediderat, collectim deinde sub titulo *theologiae speculativae et moralis* [2]), Venetiis 1720 v. 3 in f.; iterum 1748 et 1760, quae tamen relata fuit in librorum prohibitorum indicem decr. 5. Jul. et 9. Nov. 1728: nam romani censores plusquam 140 prop. variis censuris dignas judicarunt (Mich. a s.

[1]) Novo apud Hispanos exemplo edidit Jo. B. Berni in universitate valentina philosophiae professor vernacula lingua cursum philosophiae seu philosophica arcana t. 8 in 4 Valentiae 1736, de quo opere fuse disserit Mich. a s. Jos. III, 8 ss. Auctor systema copernicanum rejicit.

[2]) Tractatum *de actibus humanis,* Compluti 1705 in 12. commendant Mém. de Tr. 1708 t. 1 a. 9 p. 114 propter expositionis nitorem et lucem et propter methodum vere scholasticam.

Jos. III, 113). *Principe catholico,* Madrid 1720 t. 2 in 8. — Paulus a Conceptione O. Carm. Peraltae in regno Navarrae ortus, philosophiae et theologiae professor, totius hispanicae congr. praepositus generalis, vir doctrina et regulari observantia clarissimus († 1726), scripsit *tr. theologicos* juxta s. Thomae et cursus salmanticensis doctrinam, cujus subinde exhibent epitomen, Parmae 1724 t. 4. in 2 v. in f. (ed. ut videtur jam tertia); Matriti 1722. 1726 v. 5 in f. — Josephus de Cuellar O. S. Franc., s. theologiae lector ac regius concionator († 1734) digessit *theologicum cursum* juxta mentem et ordinem v. doctoris subtilis, Matriti 1725 t. 2 in 4. — Vincentius Ferrerius O. Praed. Valentinus, philosophiae et theologiae magister, atque in academia valentina doctor atque professor († 1738), scripsit „medullata brevitate et perspicua dictione [1])“ *epitomen cursus theologici* ad mentem d. Thomae, in qua controversas omnes, quae hac tempestate agitari solent in scholis succincte ac solide discutit ac resolvit, Valentiae 1724—1730 t. 4. In t. 2 disputat contra probabilismum: quae disp. prodiit seorsim: *Opusculum theologicum de conscientia,* in quo declinatis nimiae severitatis et benignitatis extremis medium trium inoffensumque demonstratur iter ad incorruptae disciplinae sanctitatem tuendam ac vindicandam, 1715 in 8. Edidit quoque (hispanice) *Summam moralem,* ib. 1770; 1775; 1779 t. 2 in 3.

429. De *Deo* disseruerunt Franciscus de Sande S. J. (n. 4. Jul. 1660; † 11. Dec. 1726) theologiae professor in suo op. *Candidatus eborensis* ad lauream theologicam instructus, Eborae 1726 in f. — et Joannes de Ferreras regiae bibliothecae praefectus (n. 7. Jun. 1652; † 8. Jun. 1735), insignis ecclesiastes et historiographus, magni factus a Clemente XI. et Philippo V., in omni disciplinarum genere versatissimus, spretis quoque infulis episcopalibus clarus. Plura opera theologica, inter quae etiam commentarius in ll. sententiarum, reliquit manuscripta. Haec prodierunt: Disp. theologicae de *Deo uno et trino,* Matriti 1735 t. 2 in 4; *de Deo ultimo hominis fine,* ib. 1735 in 4; *de fide,* Compluti 1692 in 4. Praecipuum vero ejus opus est Synopsis historica chronologica Hispaniae seu *Historia de Espana* 1700—27 t. 16 in 4; 1775—91 t. 17. Pertingit usque ad a. 1598 in forma annalium. Exactam servat chronologiam, multasque fabulas explodit: hinc a multis fuit impugnatus. Pacis causa quaedam retractavit [1]). Ea versa fuit gallice et germanice a Baumgarten et Semler, et continuata ad a. 1648 a Bertram, Halle 1754—72 t. 13 in 4. — De *scientia Dei* disputavit (Matriti 1708 t. 2 in f.) Vincentius Ramirez S. J. Matritanus, per 28 a. Compluti theologiae professor (n. 9. Aug. 1652; † 7. Junii 1721), cujus quoque exstant [2]) *de praedestinatione sanctorum et impiorum reprobatione,* Compluti 1702 t. 2 in f. Auctor est vere ingeniosus et in doctrina

[1]) Ita Mich. a s. Joseph IV, 473.

[1]) Cf. *Elogio historico de Don Juan de Ferreras* . . . por Don Blas Antonio Navarre y Ferriz, Matriti 1735, cujus compendium exhibent Mém. de Tr. 1743 a. 60 pag. 2203—2220, ubi etiam elenchus reperitur op. editorum et ineditorum (38). De ejus historia ita l. c. legimus: „C'est ici le plus considérable et le plus connu des Ouvrages de Don Ferreras. Le suffrage de toutes les Nations place cette Histoire au dessus des meilleurs Ecrivains espagnols, qui ont traité le même sujet. Il a seulement essuyé quelques critiques de la part de ses Compatriotes qui y ont repris quelques fautes de style et d'inexactitude.“ Contra eam scripsit Martinez OSB. abbas s. Petri d'Arlanza: *Ante-Ferreras* . . . seu Vindicatio Ferd. Gonzales comitis supremae Castellae et primi fundatoris s. Petri de Arlanza, Matriti 1724. Cf. Gams die Kirchengesch. von Spanien III, 2, 327.

[2]) Cf. Mém. de Trév. 1703 m. Apr. p. 562—73; 1710 p. 1633.

ss. patrum versatus, peculiaresque suas opiniones ut ex. gr. praedestinationem ante praevisa merita modeste tuetur subtilioribusque ratiociniis propugnat. — Becerra O. Min. edidit *asserta theosubtilia* vel theologica systemata Duns Scoti de essentia et efficacia voluntatis divinae et moralitate voluntatis humane et de fide, Barcinone 1737. 1745 v. 2 in f., opus rarum. — Dominicus Perez O. Praed., primarius antecessor in academia complutensi a. 15 et collegii s. Thomae ejusdem universitatis studiorum regens, auctor est tr. *de scientia Dei tum necessaria tum libera* juxta d. Thomae mentem, Matriti 1747 in f.; *de fide,* ib. 1744 in f.; *de ineffabili incarnationis mysterio* juxta s. Thomae mentem [1]), ib. 1732 in f.; de quo etiam exstat tractatus auctore Joanne de Campo-Verde S. J. Toletano in academia complutensi professore primario (n. 12. Oct. 1658; † 12. Febr. 1737), Compluti 1711—12 v. 3 in 4. — Antonius Arbiol O. S. Franc. in oppido de Torrellas natus, s. theologiae lector, vir egregie doctus et humilis corde, recusavit enim (a. 1720) civitatensem infulam (a. 1726). Plurima reliquit opera (pleraque ascetica), e quibus huc spectant: Selectae disp. scholasticae et dogmaticae *de fide divina, de mysteriis fidei et eucharistia, de divina Scriptura, de revelationibus privatis,* Caesaraugustae 1702 et 1725 in f. — Felix Alamin O. Cap., concionator apostolicus, non solum disputavit contra Judaeos, Mohammedanos et haereticos (Matriti 1727 in 4.), sed et *de beatitudine hominis naturali ac supernaturali,* ib. 1723 in f. — Cajetanus Benitez de Lugo O. Praed. Romae congr. rituum consultor et inquisitionis censor unus ex praecipuis sui ord. theologis, episcopus zamorensis († 1739) edidit opera admodum rara et cara contra Jansenium et Quesnellum: *Concursus Dei praevius et efficax necessario cohaerens cum libero arbitrio humano a necessitate libero* ex s. Scriptura, conciliis et ss. patribus, praesertim Augustino et Thoma depromptus, Romae 1730 t. 4; *Vera* etiam *Christi gratia* illuminans, vocans et efficaciter adjuvans infideles, excoecatos et obduratos etc. atque a Jansenii et Quesnelli erroribus vindicata, Romae 1733. Cum vero theologus sub nomine Mart. Ortiz et Araujo S. J. eum impugnaverint, retractavit sua opera suamque doctrinam defendit in nova ed., quae prodiit Romae 1737 t. 5 in 4., quo in op. romani pontificis tuetur infallibilitatem in rebus fidei definiendis, nullitatem appellationis ad concilium futurum, atque strenue spiritu tamen irenico suae scholae theoremata [1]). — Matthias Blanco S. J. Durango in America meridionali n. c. a. 1660, theologiae professor Mexici († 1734), ex parte idem tractavit argumentum in tr. *de libertate creata* sub divina scientia, voluntate et omnipotentia: *funiculus triplex* d. Thomae praemotione, scotico comitante decreto et scientia media contextus, Mexici 1746 in 4.

440. Sed jam accedamus ad theologum admodum celebrem, hujus epochae ad cardinalem Alvarum Cienfuegos. Natus est Alvarus Oveti in Asturia 27. Febr. 1657. Parentes antiquae nobilitatis impensum in pueri educatione studium adhibuerunt; nec ipse eorum vota fefellit. Societatem Jesu ingressus 1676 est et studiorum curriculo absoluto philosophiam Compostellae, theologiam Salmanticae docuit, atque munere functus est qualificatoris inquisitionis. Magni factus est a Jo. Thoma Henriquez regni architalasso, qui ingruente bello pro successione monar-

[1]) Juxta mentem scholae Soc. Jesu disseruit *de inscrutabili scientia Dei* Franciscus a s. Thoma O. Ss. Trin., Viennae 1721 in 4.

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1743 a. 44 pag. 1014—20; Morgott KL. VIII, 290 s.

chiae hispanicae partes sequebatur Caroli III. Austriae archiducis; hinc Cienfuegos hujus quoque sibi conciliavit gratiam. Cum vero res Caroli in deterius vergerent, Henriquez in Lusitaniam confugere coactus est, cui aerumnarum et fugae socius adhaesit, quem etiam morti proximum extremis juvit christianae pietatis officiis. Propterea Caesari acceptus pro illo Olisipone permansit caesareus administer. Exinde Viennam vocatus aliquando obscuram vitam ibi duxit: a Caesare tamen tanti habitus, ut eum Romae suum oratorem habere vellet, ac sacra purpura decorandum Clementi XI. proponeret. Hinc 30. Sept. 1720 Alvarus cardinalis est creatus. Mox dictus est episcopus cataniensis in Sicilia et inde 1724 translatus ad archiepiscopatum Montis regalis. Congregationibus addictus fuit concilii tridentini, episcoporum et regularium, sacrorum rituum, immunitatis ecclesiasticae, rerum consistorialium et examinis episcoporum. Cum interim Carolus Borbonius utramque Siciliam arreptis armis sibi vindicasset, archiepiscopatu suo quamvis invitus renunciare est coactus. Verum Carolus imperator, ut damnum quadamtenus recompensaret, Alvarum ad quinqueecclesiensem episcopatum nominavit (1735), quam tamen ecclesiam nunquam invisit, quod plena sui archiepiscopatus cessio primum mense Majo 1739 locum habuerit, quo anno venerandae aetatis senex 19. Augusti decessit. Edidit [1]): *Aenigma theologicum* seu potius aenigmatum et obscurissimarum qq. compendium, nunquam hactenus solutum, nec solis viribus ingenii plane solvendum, expeditissime enodatur modo nova quadam via et singulari cogitatione: qua solide et profunde stabilita veluti ex radice feracissima lucis oritur clarissima et universalis explicatio plurium implexissimarum difficultatum intra fines arcani Trinitatis et libertatis divinae quam extra scholasticorum mentes torquentium et in factiones oppositas vehementer concitantium, ita ut ea doctrina semel firmata admissaque vel omnino dispareant vel exsulent a theologia nostra vel apertissime dissolvantur in unumque deinceps in praefatis tr. conspirent omnes, perinde ac si alma pax magna ex parte illuxisset orbi literario, quam personatam inducimus hoc vulgari lemmate, quo jure ineffabilis pluralitas divinarum personarum in unitate essentiae nullatenus contradicat vulgato principio per se noto: quae sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se, Viennae 1717 v. 2 in f. (fr. 150). Ferunt nonnullas occurrentes in hoc opere prop. obfuisse ejus ad cardinalatum promotioni, adeo ut caesarea fuerit opus majestate ad has vincendas difficultates.

441. Aliud ejusdem opus admodum singulare inscribitur: *Vita abscondita* seu speciebus eucharisticis velata per potissimas sensuum operationes de facto a Christo Domino ibidem indesinenter exercita circa objecta altari et amori vicina; ejus mira utilitas et claritas et ad tuendam veram rationem tum sacrificii incruenti tum sacerdotii necessitas: fructumque ex ea fecunda radice prodeuntium ubertas, raritas et vetusta novitas. Accedit conjunctio intima (eucharistiae peculiaris gloria) sancte communicantis cum Servatoris nostri anima tamquam cum motore assumente, postquam desinit sacramentalis praesentia, nondum theologis satis nota, quaeque incipit et proficit in via et exundat in patria, Romae 1728 in f.; opus rarum (m. 200), in quo, ut inquit Genér, mirabilia mirabiliter edisseruntur. Ita tuetur corpus Christi, quod in eucharistia, spectata solum naturali virtute, sensuum externorum exercitio

[1]) Ejus non videtur esse *Bibliotheca selecta* de ritu azymi ac fermentati, quae sub nomine Alb. Cienfuegos prodiit Venetiis 1729, neque enim memoratur a Sommervogel accuratissimo alioquin bibliographo II, 1182 ss.

non fruitur, eo potiri modo supernaturali [1]). Singularis vero est ejus sententia de essentia sacrificii missae [2]). De conjunctione intima, quam acriter tuetur, ita scribit Genér [3]): „Ingeniosissimus Alv. Cienfuegos, quem Centigneum dixero ... in celeberrimo eucharistico opere ... disp. 8. edidit tamquam antiquo-novum de ss. eucharistia assertum, prolixa doctaque Ludovici Belluga cardinalis adprobatione confirmatum et communitum. Quod nempe unio assumptiva Christi Domini cum praefervido communicante sit primarius ejus augustissimi sacramenti effectus; adeo ut desinentibus sacramentalibus speciebus permaneat in pectore Christi anima, assumatque communicantis cor et spiritum unione quadam, ei simili, qua angeli corpora, in quibus sese repraesentent, ab scholasticis assumere dicuntur. Porro in ea egregia dissertatione nec pietatem, nec ingenium, nec solidam doctrinam, nec amplissimam omnis generis eruditionem desideraveris. Opus dixeris omnibus numeris absolutum; videlicet subtiliter excogitatum, dilucide propositum, amplissime probatum, oppido defensum. Assertum istud eucharisticum apud hispanos scholasticos haud vulgari plausu ut plurimum receptum est; ipsumque e cathedra scholaribus, ac e suggestu fidelibus pervulgatum. Unus in illud calamum acuit Thomas Madalena, ex ord. Praedicatorio († 1746) qui anno Christi 1730 opusculo praenotato: *Ludus aestivalis circa fervorem igneum* [1]), illud sat leviter, utpote ludens, nec raro eisdem, quae jam auctor sibi objecerat subtiliterque solverat, oppugnavit. Nonnihil incautos minusque in acumine scholastico gnaros haec opella commovit, nec parvos inter scholas rumores peperit, ac simultates excitavit. Divisa tamen ingenia sunt, nonnullis Madalenam, plurimis Centigneum consectantibus. Ex iis bini e societate theologi aperto marte, sed larvatis nominibus, eum ludum geminatis editis volumnibus confutarunt. Nempe Franciscus Rabago (Ravago

---

[1]) Prolixum operis, in quo fere omnia nova et ingeniosa, conspectum exhibent Mém. de Tr. 1732 a. 1 pag. 5—57 et a. 11 p. 191—221.

[2]) Sententiae summam ita paucis complectitur em. card. Franzelin l. c. th. 16 in annot.: „Putat, Christum Dominum, dum praesens fit per consecrationem, primum exercere aliquos actus vitae sensitivae modo non connaturali quidem per se huic statui sacramentali, sed quia humanitas elevatur virtute divina ad tales actus exercendos. Tum vero, pergit auctor, ipse Christus hanc vitam sensitivam sacrificat et actus illos vitales suspendit, donec in commixtione specierum panis ac vini tamquam imagine resurrectionis eos actus iterum resumit. In hac igitur sacrificatione vitae sensitivae collocat ipse formalem rationem intrinsecam incruenti sacrificii. ‚Credimus scopum attigisse, inquit, per vitam actualem sensitivam aut a sensibus pendentem Christi Domini sub speciebus, quam tanto studio promovere conati sumus hac scriptione: non sane per illam exsistentem et perseverantem, ut planum est, sed per ipsam qua ablatam aut impeditam, postquam exstitit actu, et subinde realiter sacrificatam ... Hanc vitam Christus ipse Dominus ut supremus sacerdos immolat solus, et simul offert, quatenus actus vitales miraculose productos imperio suae voluntatis humanae suspendat sive removeat, decernatque non elicere ulteriorem ullum, sive non uti potentia instrumentaria productiva illorum pro libito ipsius, donec per quasi resurrectionem et commemorationem resurrectionis simpliciter, in mixtione corporis et sanguinis ad vivum repraesentatam et imitatione quadam exercitam, resumat vitam actualem usumque liberum virtutis instrumentariae.‘ Certe sententia haec ita comparata est, ut cautum theologum ipsa sua singularitate absterreat.“

[3]) Theol. dogmatico-scholastica t. 1 prodr. 1 c. 1 n. 61.

[1]) Adjicitur titulo: Vox Domini intercidentis flammam ignis novae opinionis ardore succensi et theologica sufflatione exstincti. Auctor autem putat, cardinalis argumenta se facile enervare, suas vero argumentationes tam existimat ineluctabiles et ipsas adversarii vires excedentes, ut libellum suum claudat dicens: *Lege et mirare!*

n. 20. Oct. 1685; † 24. Dec. 1763), tunc temporis in romano collegio pro Hispania scholastices professor, postmodum Ferdinando VI. Hispaniae regi a confessionibus et inquisitor, sub nomine Frederici Granvosca [1]), et Paschasius Agramunt, olim theologiae clari nominis valentinus magister [2]), sub larva Ascanii Perea et Hontemár: quibus addito juniorem eorundem sodalem, qui Centigneum exarata vindicavit apologia, doctorum aliquot judicio prelo digna; sed quae tamen justis de causis contecto pluteo conquievit. Illis reposuit Madalena cito uberius opusculum inscriptum: *Allegatio theologica et certamen eucharisticum,* quod itidem alio in modum dialogi opposito Ludovicus de Murcia, Capuccinus theologus, ingeniose et erudite perstrinxit. Nec ultra, quod sciam, certamen publicum protractum est.«

La Heroyca Vida, virtudes y mylagros de grande s. Fr. de Borja, Madrid 1702.

442. Reliqui sunt, qui b. Mariae Virginis praerogativas vindicarunt: Petrus de Medrano S. J. Peruanus in cuzcopolitana et limana academiis cancellarius († 26. Aug. 1725), qui composuit *Rosetum theologicum,* scholasticum, marianum 3. p. q. 27—31 doctoris angelici correspondens, Matriti 1702 in 8. — Carolus de Moral O. S. Franc., Toletanus, inquisitionis qualificator ac generalis ordinis arcarius († 1731), reliquit opus plane egregium et jure laudandum: *Theologia mariana* i. e. fons illimis theologiae scoticae marianae e paradiso virgineo lactices suos ubertim effundens seu b. Mariae V. excellentia doctrina Joan. Duns Scoti enucleata, Matriti 1730 t. 2 in f. Disserit in ea de essentia et attributis maternitatis; de praedestinatione Deiparae, de justitia originali, gratia et impeccabilitate; de merito et virtutibus theologicis et moralibus. — Antonius de Peralta S. J. Mexicanus, Mexici in maximo ss. apostolorum Petri et Pauli collegio primarius s. theologiae professor (n. 10. Apr. 1668; † 1736) diss. scholasticas *de ss. Virgine Maria,* Mexici 1721; Genova 1726. Ejusdem auctoris sunt diss. scholasticae *de scientia media,* Mexici 1724 in 8; Antwerpiae 1734 in 8; *de divinis decretis,* Mexici 1727 in 8; Antwerpiae 1734; *de s. Josepho,* Mexici 1729 in 8; Antwerpiae 1734. — Dominicus Los-

---

[1]) Dissertationis theologicae titulus est: *Chris'us hospes, stabile beneficio eucharistiae apud selectissimas animas ponens domicilium,* Neapoli 1732. In hoc libro eleganti et erudito testatur auctor, se Madalenae libellum attente legisse et plura in eo miratum, quae non laudanda, sed improbanda fatetur. Et **1.** quidem miratur, quod nulla ei data occasione adversus eminentissimum et modestissimum auctorem jocari potius, quam disputare videatur; **2.** quod cum plusquam 30 objectiones contra illius opinionem adduxerit, vix ullam invenerit satis probabilem; pleraeque enim, inquit, improbabilissimae sunt et quae in diversa absurda prolabuntur: quae vero aliquam habent probabilitatem, illae petuntur ex opinionibus, probabilibus quidem, sed quae a multis etiam theologis jam diu probabilissime dissolutae erant; **3.** quod cum ex suis objectionibus plures ex cardinalis sapientissimi opere desumpserit, ubi eas ipse solvit et inefficaces esse ostendit, hoc ille dissimulaverit; **4.** denique, quod non raro ignorantia laboraverit eorum, quae impugnare decrevit, ut videatur proinde vel non intellexisse vel sinistram intelligentiam de industria affectasse, ut propriis argumentis locum relinqueret, quem alioqun minime haberent. Ita Mich. a s. Joseph II, 340. Cf. Enrique de Legnina El P. Ravago confessor de Ferdinando VI. Estudio biografico, Madrid 1876.

[2]) In op.: *Allegatio theologica physico-polemica pro unione eucharistica* asserta ab em. Alv. card. Cienfuegos, Valentiae 1732 in 4. Erat Agramunt Valentinus n. 1688, in patria academia theologiae professor † 25. Martii 1738. Cum anonymus ipsum impugnaverit, *postremam responsionem* dedit insertam op. Dialogi et catecheses *de conjunctione Eucharistica* auctore Luis a Flandres, Valenciae 1735 in 4. — Alius sodalis Franciscus Xav. Alegre opus cardinalis ad scholarum usum in compendium redegit.

sada [1]) O. S. Franc. Mantuae Carpentanorum natus, optime de religione meritus, suae provinciae praepositus et commissarius generalis Indiarum, edidit discussionem theologicam *super definibilitate proxima mysterii immaculatae conceptionis Dei Genitricis,* Matriti 1724 in f. — Michael Hieronymus Monreal S. J. Caesaraugustae (Saragossa) 30. Sept. 1664 natus, theologiae professor et provinciae praepositus († 22. Oct. 1740), exposuit *Escala Mistica de Jacob,* en que se trata de las soberanas Excellencias de Maria SS. por ser Madre de Dios, Caesaraugustae 1750—51 t. 3 in 4., opus posthumum.

443. His addantur nonnulli ex Hispanis, qui *theologiam mysticam* excoluerunt, ut Josephus a. Spiritu s. O. Carm. baeticus, philosophiae et theologiae doctor atque professor († 1739), qui elaboravit *cursum theologiae mystico-scholasticae* eruditione, stilo et praeclara methodo scriptum, in quo abditissima dubia mystica explanantur methodo scholastica juxta miram solidamque doctrinam d. Thomae, Hispali 1710 t. 1. in f., iterum (ed. 4.) 1739 per auctorem recognitum et ab innumeris mendis, quibus scatebat, absolutum, qui complectitur mysticae theologiae synopsim, quam isagogen appellat, et qq. praevias. Tomus 2. prodiit ib. 1721; 3. et 4. a. 1730; 5. Matriti 1734, et 6. posthumus ib. 1740. Dolendum, auctorem piissimum ac doctissimum tantum opus imperfectum reliquisse, nec ultimam ei manum apponere potuisse. Scriptoris dictio clara est ac perspicua, et vel obscurissimas difficultates uberrima luce perfundens. Methodus forte nimis scholastica, sed stilus nec redundans, nec incomptus. Et licet auctor a scholasticorum subtilitatibus minime abhorreat, diligentissime tamen scrutatur verum ss. Scripturarum sensum mentemque ss. patrum et gravissimorum in utraque theologia doctorum. Potissimum vero sectatur doctrinam s. Theresiae et s. Joannis a Cruce, et utriusque sententias mirifice illustrat. In nonnullis haud exigui momenti rebus minus probat opiniones illustris sodalis Ant. a Spiritu s. auctoris *directorii mystici* (cf. 277), quem tamen merito laudat [1]). Hujus doctrinam tenentur lectores theologiae mysticae in ordine carmelitano tum in lectionibus, tum in thesibus propugnare. — Josephus Lopez Ezquerra scripsit *lucernam mysticam* pro directoribus animarum, Venetiis 1722 in 4; 1745; 1750.

444. Ex *Hibernis* hoc tempore floruerunt: Edmundus de Burgo (Bourke) O. Praed. Galviensis, qui studiis in Hispania peractis Lovanii lauream consecutus et in gymnasio Hibernorum s. Crucis dicto regens primarius institutus est: inde vero post quadriennium in Hiberniam se contulit (1710), ubi catholicis in fide confirmandis ac haereticis convertendis toto studio desudavit. Plures *theses* edidit, quae non carent pretio, ut in Summam s. Thomae, Lovanii 1707. 1708 in 4; *responsionem* ad diss. primam Liberii Gratiani (Liv. de Meyere cf. supra p. 1070), qua opus P. F. Ant. Reginaldi de mente tridentini concilii etc. et gratia seipsa efficax a calvinismo, jansenismo aliisque calumniis vindicatur, Lovanii 1708 in 4; *Answer to 3 curious Let-*

[1]) Alius ab eo est Ludov. Lossada S. J. Hispanus Salmanticae Scripturae interpres (27. Febr. 1748), cujus praeter alia est *cursus philosophicus* in 3. pp. divisus, Salmanticae 1747—51; Barcinone 1883 in 10 v.

[1]) Ita Mich. a s. Joseph IV, 239. — Praetermittere non licet Alexandrum a Conceptione b. M. V. O. ss. Trin. in ordinis praepositum saepius electum († 13. Jan. 1739) ob subtilem, profundam, elegantem PP. Complutensium Exc. ss. Trin. Red. Capt. *logicam parvam, praeviam et novam,* Compluti 1710 t. 2 in f.: Viennae 1721. Cf. ib. I, 169.

ters: 1. of Infallibility; 2. of Easter Confession and Holy Communion; 3. of hearing Mass on Sundays and Holidays, Lovanii (Dublini) 1725. Decessit Romae c. a. 1738. — Petrus Junius O. Min. typis dedit ad mentem Scoti *in 1. sententiarum* Venetiis 1731 t. 2 in f. — Aliquantulum prius Guilelmus O'Kelly de Aghrim concinnavit *philosophiam* aulicam juxta veterum et recentiorum philosophorum placita pp. 4 in 1 v., Neo-Pragae 1701, opus rarum et carum.

II. Theologia positiva et polemica.

445. Quo plures ex *Hispanis*[1]) theologiae scholasticae incubuerunt, eo pauciores reperimus, qui theologiam *positivam et polemicam* excoluerint: neque mirum cum Hispania non tot exagitata fuerit errorum procellis, quot aliae regiones. Non tamen propterea grassantes tum errores neglexerunt, sed opportunitate data in suis disputationibus scholasticis eos strenue solideque refutarunt. Quare hic paucos nominabimus. Petrus Manso O. S. Aug. Matritanus, doctor et professor salmanticensis, praeter *cursum philosophicum ad mentem b. Aegidii romani,* Cordubae 1709—11 t. 4 in 4., opus rarum; Salmanticae 1718 t. 5 in 4., plura edidit opera: *S. Augustinus sui interpres,* ib. 1719; *s. Augustinus gratiae sufficientis assertor et vindex* contra Jansenianos et alios, diss. de gratia sufficiente post Adami peccatum, synopsis causae quesnellianae, ib. 1719 in 4; *s. Augustinus gratiae efficacis efficacissimus propugnator* contra haereticos, Matriti 1729 in 4; *s. Augustinus sanctae vocationis exaltator* contra haereticos priscos et recentiores, ib. 1727; *s. Augustinus de peccato originali,* ib. 1731 t. 2; *disp. theologicae ad mentem d. Augustini, d. Thomae et b. Aegidii romani;* accedunt additiones *de peccato originali* et depulsio errorum indiculi formati a scriptore responsionum, Matriti 1733 in 4. Quasdam Manso de natura divinae gratiae opiniones tuetur, quae plerisque minus probantur. Eas copiose impugnavit Alliaga O. Praed. (cf. p. 1015). Inter cetera autem auctoris nostri scripta illud potissimum opus pluribus ex qualibet schola theologis displicuit, quod inscripsit: *De virtutibus infidelium ad mentem s. Augustini* reflexio vindex pro em. card. Henr. de Noris. Statim enim ac opus ap-

[1]) Hispanus etiam erat Bernardus Ribera O. Praed. legato regio apud Russiae aulam a concionibus. Scripserat Stephanus Jaworski imperii illius metropolita († 1722) opus, cui titulus: *Lapis* sive *petra fidei* orthodoxis s. Ecclesiae ad confirmationem et spiritualem aedificationem, offendentibus autem ad lapidem offensionis et scandali ad resurrectionem et emendationem, quod posthumum prodiit 1728, in quo se quasi catholicum exhibet et dogmatum Ecclesiae occidentalis et orientalis consensum contra lutheranae confessionis ab utraque dissensum uberrime comprobat. Quare plurium lutheranorum scripta provocavit, inter quos erat et Buddeus. Contra hujus ep. apologeticam scripsit Ribera *responsum antapologeticum,* Viennae 1731, quod tamen inquisitioni hispanae minime videtur placuisse, illud enim 14. Maj. 1733 reprobavit. Scripsit praeterea: *Echo fidei ab orientali ecclesia Moscoviae personans* romanam vocem vix non ingeminans, arctoae hydrae strepitus superans, photiano licet vinculo balbutiens, angelicae theologiae pharmaco convalescens, heterodoxia repurgata Ecclesiam adunans, opus theologicum, ib. 1734. Cf. Roskovány III, 848 ss. — In *Brasilia* floruit Matthaeus Pinna O. S. Ben., cujus prodiit Olispone 1729: *Defensio purissimae et integerrimae doctrinae s. matris Ecclesiae* per Clementem Papam XI. divinitus inspiratae in const. *Unigenitus* adversus errores P. Quesnelli.

paruit, totus ferme literatorum Hispaniae coetus commotus est. Thomistae, ut appellant, habebant utique cur caverent ab auctore, qui praedeterminantem et ab intrinseco efficacem gratiam adeo fuerat exsecratus, ut de ipsa ausus fuerit asserere: Haec praedeterminatio expresse est contra P. Augustinum, expresse etiam contra praeceptorem angelicum, ac plane evertit doctrinam de gratia traditam ab Augustino et praeceptore angelico ex ss. literis. Omnes demum cuiusvis scholae theologi nescio quid ex novo tr. de jansenismo timere coeperunt. Quo factum est, ut opus brevi ad tribunal fidei hispanum delatum publico edicto anno 1722 his de causis fuerit proscriptum, nempe quod contineat opiniones temerarias, quaeque tali modo ab auctore eo in libro explicantur, ut faveant erroribus modernorum sectariorum; et quod etiam contineat haeresim jam expresse damnatam, atque alias propositiones haereticas, prout sonant et jacent. Idem tamen opus postea expurgatum denuo est recusum; sed vel sic paucis fuit acceptum. Interea doctissimus Emmanuel Navarro (p. 672), in quem contra Quesnellum de virtutibus infidelium disserentem, eaque occasione card. Norisii opinionem impugnantem auctor Norisii vindex multa probra et scommata multa congesserat, responsiones adornavit ad capitula quarundam objectionum mansuetarum spectantium ad controversiam de virtutibus infidelium inter theologos et quelnellistas agitatam. Uterque nobilis concertator strenue dimicavit. Utinam sicut docte ac subtiliter, ita placide et incruente. — Felix de Molina seu de los Molinos O. Cap., concionator fervidus et missionarius apostolicus, praeter ascetica reliquit contra Molinos *Espejo della veradera y falsa Contemplation,* Matriti 1695 in 4; *Impugnation contra el Thalmud de los Judeos, Alcoran de Mahoma y contra les Hereses,* 1727 in 4. — Hieronymus a s. Augustino O. Excalc. ss. Trin. Red. Capt., Granatensis, olim lector primarius in collegio malacitano, deinde Romae in collegio de propaganda fide, edidit controversias polemicas *de Ecclesia vera Christi militante romano-catholica* contra haereticos priscos et recentes, Romae 1737 in f. Universum opus recta methodo perspicuaque dictione scriptum est, nec dissimulantur argumenta haereticorum, sed in medium afferuntur manifestisque responsionibus dissolvuntur. *Erotemata critica* sive disquisitiones vetero-novae resolutionibus scitu dignis breviter enucleatae in rebus tum humanis tum divinis, Granatae 1765 t. 3 in 3. — Ildephonsi Roldan O. S. Bas. exstat opus admodum rarum: *Divisio lucis a tenebris* h. e. d. Basilii M. et d. Thomae doctrinae a dogmatibus Jansenii et Quesnelli separatio, Matriti 1721 p. 2 in 1 t. in 4.

446. In *Italia*[1]) elaboravit Placidus Troici O. S. Ben. *theologiam positivam, polemicam, scholasticam et historicam,* Neapoli 1738 v. 6 in f. — Josephus Victor Zambaldi O. S. Hier., theologiae lector, edidit diss. theologicas, scholastico-dogmaticas *de locis theologicis, de Deo, de angelis, de operibus sex dierum, de homine* etc. ad

[1]) Venetis obiit 2. Maji 1740 Cacciaturo de Arachiel natione Armenus, theologiae doctor ac missionarius, qui Arzerone in Armenia minore natus a. aetatis 15. Romam venit, ibidemque in collegio de propaganda fide confecto laudabiliter studiorum cursu, tam Venetiis, quam Constantinopoli suis concionibus vastaque eruditione magnum sibi nomen comparaverat. Reliquit *summam* brevissimam *universalis theologiae speculativae, dogmaticae, positivae et moralis,* Romae 1726 in 4. Cf. Continuat. hist. eccl. Fleurii l. 233 § 35.— Abdalla Zacherus Melchita Alepinus scripsit amplissimam *confutationem epistolae synodicae conciliabuli constantinopolitani* ad omnes orthodoxos, ut ajunt, datae 1722 et in cc. 17 distributae, quam vulgavit card. Mai in coll. vet. Script. Romae 1831 t. 4.

mentem s. Hieronymi, Patavii 1722 t. 2 in 4; 1728—38 pp. 11 in t. 2 in 4., opus rarum [1]). — Antonius Vaira Venetus, Patavii primarius ss. canonum antecessor, episcopus parentinus, dein Adriae († 1732), scripsit contra Graecos schismaticos *de praerogativa oecumenicae nomenclationis et potestatis romani pontificis* a CP. praesulibus usurpata historicam diss., opus insigne [2]) pro primatu, Patavii 1704 in f. — De rom. pontifice pariter disserunt Jo. Bapt. Bernardus Pozzolo O. Somasch. in *Rationali summi pontificis gemmis seu libris 12 distincto,* Romae 1716 et 1727 v. 2 in f., quod opus est admodum rarum (fr. 60), oppositum inprimis erroribus Lanoji et Dupinii. L. 5. disserit de papa et regibus: l. 6. de papa et concilio; l. 7. de infallibilitate papae; l. 9. de dominio temporali papae; l. 10. de potestate papae circa ea, quae sunt juris naturalis, divini et humani etc. — De eodem argumento praeclare disputavit Augustinus Mathaeucci O. S. Franc., Lucensis († 1722) in opere dogmatico adversus heterodoxos tum antiquos, tum recentes, quo complectitur *controversias fidei de Ecclesia,* de membris Ecclesiae, de judice controversiarum, de regimine Ecclesiae, de primatu Petri, de romano pontifice, de infallibilitate rom. pontificis, de conciliis, Venetiis 1712; 1715 in 4; 1755; 1776; Coloniae 1716. Sed et alia conscripsit opera egregia ad theologiam practicam spectantia: *Cautela confessarii pro foro sacramentali* occasione decretorum s. m. Alexandri VII., Innocentii XI. et Alexandri VIII. ac ceteris animarum rectoribus exhibita ad ss. canonum, conciliorum ac apostolicarum constitutionum praescriptum et legem aptata, Ventiis 1710; 1716 in 4; 1734; *observationes doctrinales adversus quietistarum errores* ab Innocentio XI. proscriptos et ss. Scripturarum oraculis, conciliorum decretis ac patrum auctoritatibus improbatos, ib. 1711 in 8; *officialis curiae ecclesiasticae* ad praxim pro foro ecclesiastico tum seculari tum regulari utiliter aptatus ac ss. pontificum literis, oecumenicorum conciliorum decretis, ss. canonum institutis, necnon recentioribus ss. congregationum rescriptis opportune instructus, Romae 1700 in f.; Venetiis 1717 in 4; 1723; 1728; *practica theologico-canonica ad causas beatificationum et canonizationum pertractandas* juxta formam decretorum ss. congregationis, literarum apostolicarum, ss. canonum praescriptum receptasque doctrinas, ib. 1722 in 4; 1751. — Joannes Chrysostomus Scarpho O. S. Bas. Mammolensis († 1740) orator, poeta, mathematicus, antiquarius, praeter alia supervacaneam eruditionem continentia [1]) edidit *sacra stromata theologico-dogmatica, scholastica et moralia selecta,* Romae 1709. — Didacus Barrientos O. Praed. Lusitanus edidit *Fundamenta incredulorum eversa,* Olisipone 1733 in f.

447. Jo. Baptista Ptolomaeus (Tolomei) S. J. natus est 3. Dec. a. 1653 in Gamberajae florentini ducatus oppido e familia nobili, quae 20 beatis ex ipsa ortis gloriatur. Ab incunabulis pietatem sciendique ardorem spirabat. Neglectis enim puerilis aetatis solatiis in paternae domus bibliotheca otium ducebat suum, et reliquas diei horas precibus literisque consecrabat. Annos natus 15 Pisis legali facultati dabat operam. Noctes subinde jam ducebat insomnes, quam vitae rationem et in posterum servavit. Erat ipse inter fra-

[1]) Cf. Suppl. ad. A. E. L. nova I, 61—74.

[2]) Cf. acta erud. lips. 1706 p. 354—58.

[1]) Cf. Zavarroni in biblioth. calabra p. 198; Feller VII, 452; et acta E. L. 1737 p. 331. ubi plurima ejusdem opuscula singularibus titulis inscripta, quae de singularibus etiam argumentis agunt, enumerantur; 1740 p. 629; Mém. de Trev. 1741 II, a. 43 p. 830; 1741, III a. 32 p. 581.

tres natu major: et tamen vehemens illum cupido incesserat ingrediendi societatem Jesu. Noluit tamen pater ejus assentire votis. Eo mortuo a. aetatis 21. societati Jesu se addixit: quam ingressus nihil jam eorum praetermisit, quae ad sui perfectionem et communem aliorum utilitatem pertinere existimaret. Praeprimis igitur addiscendis linguis graecae, hebraicae, chaldaicae animum appulit; illyricam quoque, dum Ragusii rhetorices professor degeret, gallicam, anglicam et hispanam didicit. Poeta insuper eximius versus fundebat ex tempore eosque adeo elegantes, ut ii veterum poetarum salibus conspersi viderentur. Romae rhetorices et theologiae professor fuit, cui intentissima incubuit diligentia. Sed mox propter egregiam prudentiae famam, quum annum 35. ageret, ad munus procuratoris generalis universae societatis promotus fuit: quo functo philosophiae in collegio romano tradendae praeficitur. Tanta autem erat in eo ad res investigandas sagacitas et ad excogitandum ingenii feracitas, ut ad ejus excipiendas lectiones auditorum multitudo fere incredibilis confluueret. Hanc amicorum impulsu publici juris fecit sub titulo: *Philosophia mentis et sensuum* secundum utramque Aristotelis methodum pertractata metaphysice et empirice Romae 1696 in f. (fr. 70); 1702; quam pluries excusam cupide exceperunt exterae gentes, praesertim vero germani, quos inter Leibnitius [1]) et acta eruditorum lipsiensium Ptolomaei opus eximiis prosecuti sunt encomiis. Controversas fidei quaestiones a Bellarmini tempore fere intermissas Ptolomaeus iterum tradere instituit. Quidquid ab haereticis ad suam usque aetatem aut prave excogitatum aut falso dictum est, diligentissime conquisivit et refutavit: quae vero elucubraverat et publice tradiderat moriens comburi mandavit: adeo in tanta sapientia humiliter de se sentiebat. Vindiciae et additiones ad Bellarmini controversias mss. manserunt. Interim constituitur collegii romani rector, multorumque vices unus sustinebat et licet tot dissitis curis distraheretur, singulorum tamen studiis et moribus prospiciebat. Ab excipiendis confessionibus nunquam abstinebat. Anno 1709 pontificis imperio in consilium sacrorum coetuum coaptatus fuit; consultor nempe sacrorum rituum, indicis, indulgentiarum et examinis episcoporum renunciatus est: inde praeficitur collegio germanico et hungarico. Clemens XI. vero, cui tanti viri pietas et doctrina, et suscepti pro Ecclesia labores explorati erant: die 18. Maji anni 1712 eum in sacrum purpuratorum patrum coetum adscivit sub titulo s. Stephani in monte Coelio. Adstabat ipse in eodem collegio cuidam theologicae disputationi, quo tempore de electione certior factus est. Primo intermitti disputationem vetuit. Mox urgente salutantium et undique confluentium turba, moestus aufugit, atque in cubiculum ita se abdidit, ut nemini eo die sui adeundi potestatem fecerit. Lacrymans totamque noctem vigilans, gravissimam ad Pontificem scripsit epistolam, qua

[1]) Leibnitius in epist. relata in diario literatorum Italiae XXX pag. 35; acta erud. lips. a. 1698 p. 367, ubi inter alia legimus: „J. B. Ptolomaeus novo habitu philosophiam illam (peripateticam) prodire voluit, si quisquam alius, felicissime Aristotelem cum recentioribus committens. Ita enim hoc opere sectatur Aristotelem, ut mathematica eaque facillima methodo utiliora ejus praecepta exponat, et praeterea novo philosophos tantum abest ut fastidiat, ut potius in consilium saepius advocet, et recens inventorum, quae jactant, pleraque Aristotelem haud latuisse doceat.“ Advertunt autem „in ed. augustana (1698) *theologiae naturali* subjunctam esse *ethicam* (quae deest in ed. romana), in qua de voluntate ejusque objecto, de passionibus, virtutibus ultimoque fine hominis erudite atque eleganter disseritur.“ Cf. Mich. a s. Jos. Bibliogr. crit. III, 40—42.

ipsum enixe rogat, ut collatum honorem a se amoliretur. Clemens vero ne vir modestissimus diutius recusaret, imperii religione eum deterruit. Sic recusandi sublata spe, ita dignitatem sustinendam censuit, ut nihil de pristino vivendi genere remitteret. Congregationibus pluribus fuit adscriptus, et praeterea a pontifice de gravissimis Ecclesiae controversiis saepe consultus, praesertim in causa quesnelliana. In collegium romanum secessit duobus cubiculis contentus, lectulo tantum et librorum pluteis ornatis. Familiarium commodo et ut publica expleret munia, palatium ibi contiguum conduxerat, quo necessitate impellente externo ponte ferebatur. Victu tam frugali tamque arido usus est, ut ceteris admirationi esset, quomodo actuosam illam vitam agere posset; si quis lectior mensae cibus apponebatur, hunc pauperibus reservabat. Privatim quidem ille vescebatur, sed in pervigilio s. Aloysii et s. Ignatii, quos mirifice colebat, publice capiebat cibum, sed flexis genibus, spectandus in hoc humili situ sodalibus suis. Quatuordecim fere per annos nunquam domo prodiit solatii aut remissionis animi gratia. Anno 1725 gravem incidit morbum. Certior factus a P. Gallutio ejus conscientiae moderatore de desperata valetudine, non expavit ad nuntium mortis. Cupido atque animo quasi gestiente sacris rite munitus fuit. Advenientem ad se Benedictum XIII. demisse rogavit, ne morti proximum atque in cubiculi angustiis agentem pontificia majestate perturbaret. Sic ille die 19. ejusdem mensis Januarii sanctissime mortem oppetiit annum agens 73. *De Christo Deo* polemico-dogmaticae conclusiones prodierunt Romae 1698 in 4. Plura reliquit opera mss., ex quibus recentiori aetate prodierunt tantum *de romano b. Petri pontificatu* diss. polemicae [1]). Disserit in his 1. de actis s. Petri secundum eorum ordinem chronologicum; 2. de annis romani episcopatus s. Petri; 3. de die martyrii s. Petri; 4. de proximis s. Petri successoribus; 5. de argumento negativo ex actis apostolorum et epistolis s. Pauli; 6. de s. Petri apostolatu circumcisionis; 7. de corrupto statu ecclesiae romanae; 8. de episcopatu s. Petri romano ac generatim de successione apostolorum; de primatu s. Petri ejusque successorum in religione christiana ex analogia fidei comprobato; 10. de s. Petri primatu Scripturae monumentis demonstrato.

448. Josephus Baronius, sacerdos neapolitanus, edidit diss. *de traditionibus, de. s. Petri et rom. pontificis primatu, de SS. cultu et invocatione, ac de ss. reliquiarum ac imaginum cultu* contra Jac. Picenini apologiam, Neapoli 1725 in 4., opus eximium adversarium plane conterens. — Eundem Piceninum impugnavit Jo. Alb. Badoaro patricius venetus, patriarcha, et a republica pontifici ad purpuram praesentatus, quam et obtinuit cum episcopatu brixiano († 1714). Irrepenti quietismo sese tamquam murum aeneum opposuit. — Adversus Piceninum pariter defendit *Dogmi della Chiesa Romana* Hyacinthus Tonti O. S. Aug. Anconitanus insignis concionator et in patavina academia s. Scripturae interpres († 1726). — Stephanus Lorenzoni presbyter Orat. scri-

[1]) In *miscellaneorum ex mss. libris bibl. coll. romani S. J. serie altera,* Romae 1867 in 8., in qua etiam reperitur Conr. Janningii e S. J. *de die martyrii d. Petri ad eundem Ptolomaeum ep.* Cf. de hoc op. Civ. cattolica 1876 mensis Junii X, 706 ss., ubi de Ptolomaeo dicitur: „Il Cardinale Tolomei poi che ne è l'autore ebbe vivendo fama d'ingegno sì perspicace e di dottrina così svariata nel trattare le controversie della fede, a giudizio ancor de Protestanti, che dopo il Bellarmino non sarà facile trovare chi l'uguagliasse." Cf. Petr. M. Salomoni bibl. hist. II, 336—370; diarium literat. XXXVIII p. 1 a. 1.

psit diss. theologico-analyticam *de vero intellectu trium celeberrimorum capitum 10. 11. et 12. l. s. Augustini de corrept. et gratia* seu de vera et falsa distinctione de auxiliis gratiae, Patavii 1730 in 4., qui Serrio duce secundum rigidiorem scholae thomisticae mentem disputat de noto illo discrimine auxilii quo et auxilii sine quo non, quod s. Augustinus prima vice l. c. tradit. Hanc diss. refellere aggressus est Carolus Merlin S. J. († 1747) in p. 3. op.: *Véritable clef des ouvrages de saint Augustin contre les Pélagiens,* Parisiis 1732 (etiam ap. Migne Patrol. 47, 967 ss.). — Josephus Maria Perrimezzi O. Minim., vir doctus et eruditus, ex episcopo Scalarum et Ravelli, moxque Oppidi, archiepiscopus bostrensis, ss. D. praelatus domesticus et pontificio solio assistens († 1740) reliquit praeter alia [1]) *in s. de Deo scientiam* dissertationes selectas historicas, dogmaticas, scholasticas t. 3 Neapoli 1730 in f.; *Dell' immunità de' sagri luoghi,* Neapoli 1725 in f.; *de natione tortorum Christi* adversus Hyac. Serry, Romae in 4. — *Prop. damnatas a Clemente XI.* (bulla *Unigenitus)* solide refutavit op. raro t. 8 in 4. Romae 1718 Gregorius Selleri O. Praed. Perusinus (n. 12. Jul. 1654), studii romani et dein neapolitani regens, Clementi XI. a confessionibus, qui eum secretarium constituit congr. Indicis, consultorem s. inquisitionis, et demum a. 1711 s. Palatii magistrum. Benedictus XIII. purpura eum induit, quam tamen vix elapso anno a promulgatione promotionis exuit 31. Maji a. 1729. Ipse pontifex ejus interfuit exsequiis. — Contra eundem Quesnellum disputavit Franciscus Zavarroni O. Minim. praepositus generalis (a. 1727), pluribus congregationibus adscriptus, card. Lambertini, qui postmodum fuit Benedictus XIV., theologus, Clementi XI. et Benedicto XIII. acceptissimus († 1740 aetatis 69) Romae t. 7 in 4. Reliquit [1]) opuscula anonyma duo, quorum primum (epitome operis majoris) inscribitur: *Le cento una Prop. estratte dal l. delle Riflessioni morali sul N. T.* condannate dal S. P. Clemente XI. nella Bolla *Unigenitus* considerate come continenti il Sistema di Giansenio e come condannabili per se stesse, Mediolani 1723 in 8; alterius titulus est: *Chronologiae sacrae et profanae synopsis* a creatione mundi usque ad adventum Christi, in sex aetates digesta secundum vulgatam annorum quatuor millium (aeram), ib. 1722. — Josephus Sanfelice S. J. Neapolitanus († 1737) Jansenium [2]) aggressus est op. *Jansenii doctrina ex thomisticae praeceptis et institutis damnata,* Neapoli 1728 in 4. Occasionem operi elegantissime conscripto et vere egregio praebuit Jansenianorum calumnia, s. sedis decretis, quibus ipsorum confixa fuit haeresis, damnatam simul fuisse Thomistarum de gratia ex se efficaci sententiam. Jam vero auctor eruditus nitide ostendit, theologiae thomisticae principia exigere jansenianae opinionis proscriptionem [3]). Contra opus maligno et hostili in romanos pontifices spiritu infectum famosi Petri Gianone Storia civile del regno di Neapoli scripsit [4]) forma dialogi minus felici *Riflessioni Morali e Teologiche,* Colomae (Romae) 1728 t. 2 in 4. cum *Difesa* ib. 1729.

449. De literaria republica optime meruit Laurentius Cozza O. Min. Montis Falisci 31. Martii 1654 natus. Vix

[1]) Cf. Zavarroni bibl. cal. p. 192.

[1]) Cf. Zavarroni (ejus nepotem) in bibl. cal. pag. 198.

[2]) Jansenianae factioni videtur favisse Nicol. Burlamacchi Lucensis († 1732), de quo cf. Reusch II, 769.

[3]) Prolixam op. alioquin haud magni epitomen exhibent Mém. de Tr. 1730 t. 4 a. 121 pag. 2211—2229; 1731 t. a. 7 p. 147—165; t. 2 a. 35 p. 666—680.

[4]) Cf. Backer III, 537. De Gianone, qui suos errores retractavit, cf. Fleurii H. E. cont. l. 228 § 9 ss.

15. aetatis a. egressus in coenobio urbevetano O. S. Franc. Min. Obs. nomen dedit vocatus Laurentius de s. Laurentio della Grotta: in eo per omnes honorum gradus probatus, diversarum provinciarum visitator constitutus, aliisque magistratibus ac hierosolymitana praesertim praefectura magna cum laude functus est. Quamprimum enim ad sacra loca pervenerat, mox consueta morum comitate, prudentia ac moderata severitate collapsam disciplinam reparavit et pristinam inter sodales concordiam ante gravibus turbis turbatam restituit. Neque his contentus, dissensiones insuper, quae inter Maronitas et Jac. Petrum antiochenum patriarcham diu fervebant, feliciter exstinxit, ac vicarii apostolici dignitate auctus praefatum patriarcham a Maronitis jurisdictione exutum suae sedi reddidit. Restituta igitur animorum consensione ruinam proxime impendentem simulque funestum, quod haud temere timebatur, schisma ab universa Maronitarum natione prospero sane successu propulsavit. Insuper Samuelem Capesulis patriarcham alexandrinum eo adduxit, ut ejurato schismate cum sede apostolica sincero animo se conjungeret et misso Romam legato debitam Clementi XI. obedientiam polliceretur (1713). Post sexennium negotiis bene gestis a Congregatione de prop. fide Romam revocatur (1715). A Clemente XI. honorifice exceptus vicecommissarius generalis totius ordinis sui renunciatur, atque ab Innocentio XIII. examinator cleri romani nominatur. Comitia totius ordinis, quae ferme per 20 annos Romae intermissa fuere, rursus indixit, in quibus praesente summo pontifice in supremum universi ordinis praepositum eligitur (1723). Innocentium XIII. pont. morientem (1724) extremis juvit officiis et salubres cum illo de rebus divinis sermones usque ad mortem miscuit. A Benedicto XIII. 9. Dec. 1726 inter presbyteros cardinales relatus congregationibus pluribus adscriptus est. Pressus tamen infirmitatibus parum iis adesse potuit ac fere nunquam domo prodiit. Publico fere luctu 75 annos natus diem clausit extremum 18. Jan. 1729. Haec ejusdem sunt opera: *Historia polemica de Graecorum schismate* ex ecclesiasticis monumentis concinnata, in qua praeter historiam accurate digestam omnes controversiae post conc. ep. I. usque ad florentinum inter Ecclesiam orientalem et occidentalem discutiuntur, Romae 1719—1720 v. 4 in f., „opus, ut inquit Mich. a s. Joseph[1]), vere mole simul et perfectione magnum (m. 100)." *Commentarii historico-dogmatici in l. s. Augustini de haeresibus* ad Quodvultdeum, ib. 1707 t. 2 in f., in quibus a Simone mago usque ad Marcionem haereses 22 recensentur, refutantur et egregie singulae cum recentioribus conferuntur. *Vindiciae areopagiticae,* in quibus praemissa vita s. Dionysii Areopagitae (a Mich. Syncello adornata) una cum notis, pro parisiensi episcopatu et ejus passionis tempore (undique ex scriptoribus succincte collecta) afferuntur judicia (eruditorum) et rationes, quibus demonstratur, opera s. Dion. Areop. attributa esse hagiographa et ejusdem sancti vere genuina, Romae 1702 in 4. Adjecit Jo. Novii pro opp. s. Dionysii adversus Laur. Vallam *apologiam.* Cum autem viri critici horum opp. genuinitatem impugnent etiam ex ritibus, qui in iisdem describuntur, qui primo Ecclesiae seculo nondum videntur viguisse, magnam admodum vindiciarum partem in ea disciplina ecclesiastica, qualis in operibus areopagiticis cernitur, primitivae Ecclesiae asserenda impendit. Tr. dogmatico-moralis *de jejunio ecclesiastico,* Romae 1724 in f.; *dubia selecta emergentia circa sollicitationem in confes-*

[1]) Bibliogr. crit. III, 145. Plura cf. apud Guarnacci, vitae et res gestae pont. rom. et S. R. E. cardinalium a Clemente XI. ad Clementem XII. pag. 499 s. et in contin. H. E. Fleurii l. 225 § 35.

sione sacramentali, ib. 1709 in 8; 1711 in 12. — Praetermissis Galimberto, cujus est opus rarum *Lutero convinto* opera di controversia 1739 — Ludov. Rusca O. Min. († 1733), qui disseruit adversus Hottinger *in judicio ecclesiastico* — et Aug. Romano Fiori O. Camald., Cremonensi, abbate faventino († 3. Febr. 1738) — reliquus est Joan. Sianda O. Cist. Monte regali natus, cujus exstat *Lexicon polemicum,* in quo potiorum haereticorum vita (succincte) perstringitur, omnes contra fidem errores colliguntur, Dei verbo scripto vel tradito, conciliorum auctoritate et rationibus breviter reprobantur, inserta conciliabulorum omnium, schismatum et controversiarum (67), quae ad ecclesiasticam historiam pertinent notitia, addita demum operis complemento bibliotheca polemica (perfunctoria et imperfecta), Romae 1733—34 t. 2 in f., opus cui deest judicium criticum. *Onomasticon sacrum,* ib. 1774, commentarii *in ll. s. Bernardi ab. de consideratione,* ib. 1749 pp. 2 in 1 v.; *Compendium historiae universalis,* Romae 1735.

450. Ex Italia ad *Germaniam* transeamus, in qua sicut longe acriores efferbuerunt controversiae, ita multo major concertantium reperitur numerus [1]). Verum plerosque nominasse sufficiet. E *Societate Jesu* potiores, qui in primis Lutheranos vel reformatos impugnarunt, sunt: Simon Mayr natus 24. Oct. 1650 in Bavariae oppido Duntenhausen († 13. Jan. 1721), qui contra Godefridum Lomer scripsit; quem etiam praeter alios Gaspar Maendl Ingolstadiensis, quondam in academia oenipontana philosophiae professor († 1728), impugnavit [2]): propterea et ipse impugnatus fuit a Lomer, Siegmann, Wagner, Müller etc. — Bernardus Freitag S. J. Paderbornensis († 23. Jul. 1722), alius a Francisco Freytag, de quo cf. supra p. 710 — Godefridus Sittartz S. J. Kempenae electoratus coloniensis urbe n. 21. Sept. 1650, strenuus prorsus in vinea Domini operarius († 27. Nov. 1725), cui agendum erat adversus Borgelen, Mayer etc. — Franciscus Partinger S. J. Viennensis (n. 14. Jan. 1675; † 28. Oct. 1727), qui per Transilvaniam missionarium agens, multos haereticos ad Christi reduxit ovile. Magnam edidit *professionem fidei orthodoxae* juxta formam conc. tridentini 13. Nov. 1564 expositam, Lincii 1725 in 4; *Ratio status animae immortalis* ascetice, historice, polemice commodo eorum, qui aut in dominico Ecclesiae agro ad procurandam animarum messem, aut inter gentem convulsam et dilaceratam ad extirpanda vitiorum et haereseon zizania concionibus destinantur, ex divinis Scripturis, ss. PP. commentariis, controversarum in fide qq. scriptoribus vitaeque spiritualis magistrorum commentationibus ac historiarum monumentis, compendiosa methodo combinata, praemissis singula ante capita brevioribus diss., quibus aut virtus commendatur aut vitium exagitatur, Tyrnaviae 1715 in 8; 1716; Pragae 1727; 1736. — Henricus Colendal S. J. Coloniensis n. 15. Apr. 1672, insignis plane concionator († 23. Jan. 1729), qui egregiis scriptis novatores, praesertim Christianum Meyer et Gerardum Meuschen, acerrime exagitavit — Franciscus Schmitz S. J. Coloniensis n. 3. Dec. 1660, zelosissimus et intrepidus per annos 33 sacer orator, qui tamen propter acerbiorem subinde dicendi libertatem bis cathedram mutare jussus est († 7. Febr. 1731) — Joannes Kraus S. J. Bohemus (n. 22. Maj. 1649: † 18. Mart. 1732), e cujus calamo opuscula de controversiis fidei,

[1]) De Rudolpho Martino Meelführer praecone lutherano, qui a. 1713 ad Ecclesiam rediit catholicam eaque de causa nonnullos scripsit libellos, cf. Raess IX, 220—34.

[2]) Cf. Veith bibl. aug. alph. X, 42—45; Sommervogel V, 282—7.

fere omnia germanice scripta, facile 60 prodierunta ab a. 1714—1720 non sine approbatione et fructu lectorum — Franciscus Christen S. J. pariter Bohemus (n. 25. Maji 1682; † 6. Martii 1733), theologiae professor, cujus exstat *Ethica* theologico-polemica, Olomucii 1727 — Thomas Winter S. J. Viennensis (n. 7. Jan. 1654; † 30. Jun. 1733), cujus inter alia sunt *Palinodia libertinorum,* Viennae 1720; *Assertio bipartita* veritatis catholicae seu gladius anceps adversus haereticam pravitatem, Viennae 1721. — Josephus Averhausen S. J. Kempenae n. 8. Jul. 1664, qui optione sibi data praelectionibus theologicis sacras praetulit conciones, quas in ecclesia metropolitana coloniensi per 28 annos ad confertissimam populi multitudinem habuit († 23. Jul. 1734) — Joannes Milan Silesius (n. 1662; † 1738), annis 38 per Hungariam et Russiam missionarius, qui etiam sectam schwenkfeldianam est aggressus — Andreas Freyberger S. J. pariter Silesius, an. 38 archivarius collegii pragensis († 31. Mart. 1738) — Joannes From (erronee Trom dictus a Backer III², 1208) S. J. Moravus, theologiae professor et academiae olomucensis cancellarius († 2. Dec. 1739) — Franciscus Nonhardt S. J. Silesius (1680—1735), qui reliquit 159 conciones de controversiis in op. germanico, quod inscribitur *oppugnata semper, nunquam expugnata veritas,* Augustae et Graecii 1731 in f. — Joannes Foerschan S. J. Pragensis (n. 1688; † 8. Jan. 1740) — Joannes Ringelhan S. J. bohemus (1680—1740), cancellarius academiae olomucensis, dein wratislaviensis.

451. Praecipuus tamen theologus hujus temporis videtur Joannes Jac. Scheffmacher S. J. Alsatan. 27. Apr. 1668, theologiae polemicae in universitate catholica argentoratensi (1715) professor et hujus academiae rector († 18. Aug. 1733), qui plurimos protestantes ad catholicam fidem perduxit. Ejus epistolae *de controversiis* vere sunt classicae, nec satis commendari theologis possunt: excellunt enim sincerrissimo veritatis studio, stilo ab omni acerbitate alieno, praesertim probationum soliditate et nitore, cui mens veri amans aegre resistet [1]). Quamobrem saepius collectae hac inscriptione: *Lettres d'un Docteur allemand* de l'université catholique de Strasbourg à un gentilhomme et à un Magistrat protestants, in lucem prodierunt, Argentorati 1733; 1748; 1750 etc. t. 2 in 4; Rotomagi 1769 t. 3 in 12., cui editioni editor anonymus (ab. Terrisse decanus Sorbonae et capituli rotomagensis) adjecit ep. 13. de praesentia reali corporis Christi in eucharistia; in ed. lugdunensi 1839—40 t. 4 in 8; et 1847 t. 4 in 12. editoris (Caillou) cura stilus ad recentioris aetatis elegantiam reformatus fuit, et adjectae fuere aliorum diss. et tractatus. Prodierunt etiam earum synopsis et versiones. Disputat in his ep. eximius theologus de Ecclesia, regula fidei, primatu rom. pontificis et de episcopis, de confessione, de defectu potestatis sacerdotalis in ministris protestantibus, de haeresibus renovatis per protestantes, de sacrificio missae, de reali praesentia Christi in eucharistia deque obligatione eum in hoc sacramento adorandi; de communione sub utraque specie, de invocatione sanctorum (cum apologia hujus epistolae), de orationibus pro defunctis deque purgatorio, de justificatione peccatoris. Plures e protestantibus nisi sunt illis respondere, ut Joannes Henricus Meister (le Maître),

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1728 a. 63 p. 1089—1122, ubi advertitur de auctore: „Il y a recueilli ce que son expérience lui a fait trouver de plus efficace pour toucher les Luthériens, depuis plusieurs années qu'il travaille á les reamener au sein de l'Église;“ 1733 a. 11 p. 193—222; a. 22 p. 475 496; Journ. des Sav. XCIV, 382—92.

Armand de la Chapelle, Weismann, Scholl, Pfaffius, cancellarius tubingensis etc. Alia auctoris nostri opera sunt: *Catéchime de controverse,* Argentorati 1751 in 12., qui saepe prodiit, etiam germanice adhuc Argentorati 1892. *Licht in den Finsternissen* d. i. die Wahrheit katholischer Lehr auf ein ganz leichte und klare Weiss gründlich und unpartheyisch vorgestellt; die widrige Lehren aber handgreiflich widerlegt, Coloniae 1723; 1773; Augustae V. 1725 etc. — Strenuus plane et ferax scriptor polemicus fuit Maximilianus Wietrowski S. J. Pragensis (n. 11. Jan. 1660; † 28. Febr. 1737), qui praeter scripta philosophica edidit *selectas conclusiones theologicas* in 8 tomulos distributas, Pragae 1726 in 8; 1727—1729; *historiam de ariana haeresi* in compendium redactam, ib. 1722—23 t. 4 in 12; *historiam de haeresi Iconoclastarum* in compendium reductam, ib. 1723 t. 2 in 12; *de magno schismate Graecorum,* ib. 1723 t. 2 in 12; *de haeresi lutherana,* ib, 1724 t. 2; *de magno schismate Occidentis,* ib. 1724; *de bello sacro pro liberanda terra sancta,* ib. 1724 t. 2; *de haeresi calviniana,* ib. 1725; *de gestis praecipuis in pontificatu s. Gregorii M.,* ib. 1726 t. 2 in 12; *de conciliis oecumenicis seu generalibus,* ib. 1730 t. 2 in 12; *de schismatibus, quibus Ecclesia Dei praesertim sec. IX. affligebatur,* ib. 1736; *Historia de primatu et praerogativis episcopi romani* seu summi pontificis Ecclesiae universalis, ib. 1731. Quae opera forte sunt nonnisi versiones operum, quae de iisdem argumentis scripsit Maimbourg (p. 514), ab horum tamen naevis emendatae. Prodierunt collectae Pragae 1723—26 t. 2 in f. — Joannes Absolon S. J. pariter Bohemus (n. 1669; † 23. Aug. 1730), theologiae professor et academiae olomucensis cancellarius, *epitomen* exhibuit *theologicam* seu qq. et resolutiones de universa theologia succincte cum suis difficultatibus collectas, Pragae 1718 t. 8.

452. Fab. Hinckelmann O. S. Franc. exhibuit *medullam celebriorum controversiarum fidei* inter catholicos, Lutherum, Calvinum, Graecos et Hebraeos, Ingolstadii 1717. — Joachimus Rapperswillanus O. Cap. edidit opus (rarum) inscriptum: *Reformatio difformis et deformis,* demonstratio novatorum reformationem esse gratis et perperam factam, s. Scripturae et primitivae Ecclesiae inconformem ac pro deformatione habendam, Argentorati 1726 v. 3 in t. 1 in 4. — Hujus sodalis Renatus Coloniensis († 9. Martii 1730) lutherana dogmata refutavit, Rastadii 1717. — Joannes Ferler O. Praed. Augustanus, qui in praecipuis provinciae studiis e. g. bulsanensi, graecensi, landishutano et augustano profundae theologiae specimina annis 23 dedit († 5. Maji 1735), scripsit: *Licht und Schatten* d. i. gründliche Auslegung aller Artikel d. h. römisch-katholischen Glaubens-Bekenntnuss, Augustae 1730 in 8., in quo confessionem augustanam solide modesteque refellit. — Guil. Caspar Dyks O. Praem. Düsseldorpiensis (n. 3. Jan. 1696) a fide et ordine defecit (1732), sed poenitens rediit ad ovile (1732) et sodalitium, et pro vera fide quaedam edidit opuscula. — Rupertus Ness O. S. Ben. abbas ottoburanus (1710; † 20. Oct. 1740), alter monasterii ottoburani fundator, *Vindicias divinitatis et immortalitatis* contra atheos instituit, Campidoni 1702. — Accedunt duo e clero seculari et quidem ex ditione quondam coloniensi eodem anno (1739) defuncti, scil. Petrus Scheffer pastor in Obercassel et Bernardus Balduinus Fley conditus Stangenfeldt[1]), in gymnasio Montis humanioris et philosophicae literaturae annos 28 professor, ecclesiae ad

[1]) De utroque consule Hartzheim in bibl. colon.

ss. apostolos canonicus et protonotarius apostolicus, qui decessit annos natus 82. Inter alia edidit: *Harmonia evangelico-lutheranorum nova asymphona* d. i. Eine unrichtige Uebereinstimmung der zeitlichen mit den alten brandenburgischen Lutheranern in dem Punkt der Gegenwart Christi im Abendmahl, contra harmoniam evangelico-lutheranorum novo-antiquam Emminghausii ministri lutherani svertensis, Coloniae 1735 in 4. — E laicis mentione dignus est Joannes Caspar de Boecken, consiliarius aulicus et syndicus urbis salisburgensis, institutionum professor, cujus omnes novem filii ingressi sunt Ord. s. Ben. († 28 Maji 1733 a. aetatis 85). Ejus sunt inter alia *Veritas romanae solius salvificae catholicae fidei* contra alias doctrinas ab ea alienas defensa et duodecim characteribus infallibilibus theologico-juridice demonstrata, Landishuti 1712 in 8; *deductio fundamentalis theologico-scripturistico-juridica,* qua argumentis manifestis demonstrative ostenditur, soli summo pontifici romano supremam in universam Ecclesiam potestatem et de fide definiendi jus competere, nec ab illo ad concilium generale recte appellari posse, Salisburgi 1723 in 4.

453. Non desunt qui scripserunt adversus Quesnellum. Ita Brocardus a s. Nicolao O. Carm., Sittartiensis in ditione limburgensi, pluribus annis tum philosophiae tum theologiae lector, provinciae praepositus, scripsit: Diss. *de primatu,* infallibilitate rom. pontificis; de bulla Unigenitus et nullitate appellationis ad futurum concilium generale, publice propugnanda: accedunt 101 Quesnelli prop. cum justificatione censurae pontificiae, Treviris 1719; diss. *de controversiis occasione schismatis quesnelliani,* ib. 1726; *Theologia moralis fundamentalis* sive tr. de voluntario et involuntario et de regulis moralitatis ad mentem ss. Augustini et Thomae casibus conscientiae elucidatus et conferentiis carolinis accommodatus, Coloniae 1735 in 12; tr. *de conscientia* reperitur in Migne cursu compl. 11, 60. Antiprobalistis accensetur. *Alphabetum morale* seu theologia moralis casibus conscientiae ordine alphabetico dilucidata, ib. 1739 t. 2 in 8; *Professio fidei catholicae* secundum veras verae fidei regulas explicata, Francofurti 1758 v. 3 in t. 2 in 8. — Franciscus Hertzig (Herzig) S. J. Moravus, theologiae professor (n. 1674; † 1732) edidit: *Prop. Quesnellii per bullam Unigenitus justissime damnatae,* Wratislaviae 1717 in 12; Brunsbergae 1722; *Calvinus Corn. Jansenii iprensis ep. s. Scripturae, pontificibus, conciliis et ss. patribus, praeprimis Augustino e diametro oppositus,* Wratislaviae 1716 in 12; *manuale controversisticum* seu methodus compendiosa veritatem fidei catholicae contra errores oppositos nervose propugnandi, ib. 1718 in 8; 1732 etc.; *haeresis bonorum,* ut se vocant, *christianorum* a Jac. Böhm inventa et a. 1718 Reichsteinae in Silesia detecta, ib. 1719 in 12; *haeresis schwenkfeldica* etiamnum per quosdam Silesiae inferioris ducatus serpens an. praecedente 1718 in judicium vocata, nunc luci publicae . . . exposita, ib. 1719 in 12; *manuale parochi* seu methodus compendiosa munus parochi apostolicum rite obeundi, ib. 1716 in 8; 1717; 1720 et saepius alibi; *manuale confessarii* seu methodus compendiosa munus confessarii rite obeundi, Augustae Vind. 1717 p. 2 in 8; 1720 et saepius postea. — Martini Hlawaczek S. J. Pragensis (n. 21. Dec. 1677; † 18. Febr. 1722) theologiae professoris est *concordia dogmatum Quesnelli cum Jansenio* adversus genuinam rom. Ecclesiae catholicae et d. Aur. Augustini doctrinam explicata et refutata, Olomucii 1721 in 8. — Anselmus Gudenus, cujus exstat diss. *de aequitate et veritate Clementis XI. const. Unigenitus* proposita ac demonstrata, Erfordiae 1719.

454. Etiam per *Hungariam* et *Poloniam* plures fuere, qui huc referri debent. Ita Tobias Arent S. J. Polonus (n. 10. Jun. 1646; † 8. Apr. 1724) theologiae de controversiis a. 17 in academia vilnensi professor, suscepit *Studium polemicum pro doctrina catholica* . . . per interrogationes et responsiones digestum, Vilnae pp. 3 in 1 v. in 8. — Wolfgangus Bossányi S. J. Hungarus (n. 21. Jun. 1669; † 31. Aug. 1726) philosophiae et theologiae professor, cujus sunt notus *sacculus distinctionum* sive philosophicum ABC continens ordine alphabetico distinctiones in philosophia usitatissimas distincte explicatas, Tyrnaviae 1707 in 12; *170 proverbia Aristotelis* . . . succincte explicata digestaque alphabetice, ib. 1708 in 12; *Curiosum quare per aristotelicum quia resolutum,* Tyrnaviae 1707; *theologia polemica* praecipuas fidei controversias breviter complexa, Claudiopoli 1751. — Hujus sodalis Gabriel Kapi pariter Hungarus, Tyrnaviae philosophiae et theologiae professor concionibus plures ad Ecclesiam reduxit (n. 28. Aug. 1658; † 24. Martii 1728). Reliquit *institutiones christianas,* in quibus de Scriptura s., traditione et judice controversiarum, de primatu Petri et rom. pontificum, de Ecclesia etc. disputat, Tyrnaviae 1715 et ss. — Gabriel Szerdahelyi S. J., Munkácsini in Hungaria natus 20. Sept. 1660, philosophiae et theologiae professor, academiae tyrnaviensis et cassoviensis cancellarius († 25. Jan. 1725) — Joannes Raicsani S. J. Neutriensis (n. 23. Jun. 1671; † 12. Mart. 1733), cujus sunt [1]): *De vera et falsa fidei regula,* in qua ostenditur, nihil posse fide divina credi, nihil in rebus controversis decidi nisi ad Ecclesiae sensum recurratur, Cassoviae 1723 in 8; *peregrinus catholicus* de peregrina unitaria religione discurrens, ib. 1726 in 8; *signa Ecclesiae* seu via facilis in notitiam Ecclesiae Christi institutae veniendi, ib. 1728 in 12; *fides salutaris soli religioni romano-catholicae propria* seu demonstratio a nemine posse elici actum salutarem fidei extra religionem romano-catholicam, Tyrnaviae 1731 in 8; *itinerarium athei ad veritatis viam deducti,* in quo atheizantium objectae nebulae lucidissimo veritatis sole disperguntur, Viennae 1704 in 12; Tyrnaviae 1737 in 12; *commenta adversus sanctam romano-catholicam Ecclesiam pridem ab aliis detecta, denuo exposita et refutata,* Cassoviae 1745 in 12. — Stephanus Paulus Báchmegyei Trenchiniensis, primo medicus, tum e lutheranismo ad fidem catholicam conversus, strenuus ejus factus propugnator, edidit Otia Báchmegyeiana, *documenta veritatis fidei romano-catholicae* forma colloquii familiaris inter Lutheranum et catholicum Tyrnaviae 1733 in 8.

455. Praetermissis Stephano Szczaniecki S. J. concionatore et provinciae suae praeposito († 1736) — Francisco Csepelény S. J. philosophiae et theologiae professore Cassoviae et Tyrnaviae († 27. Maj. 1137) — Caspare Pongrácz [1]), cujus exstat *Antidotum universale* ac summe necessarium contra omnes morbos acatholicorum Hungariae, Tyrnaviae 1733 in 8 — tres in primis mentione sunt digni: Godefridus Hannenberg S. J. Polonus, qui acriter exagitavit haereticos in regno Poloniae († 31. Oct. 1729). Ex pluribus scriptis haec sunt potiora:

[1]) Ejus frater Georgius pariter S. J. insignis erat philosophus, qui et philosophiae per Hungariam multum promovit studium et plura reliquit opera philosophica († 1734).

[1]) Ab eo alius est Ignatius Pongrácz O. Er. s. Pauli, prior varanoviensis, cujus est *Triumphus Pauli pio dolo a Deo decepti* ex annalibus ord. s. Pauli Erem . . . adornatus, Posonii 1751 in f. sive commentarius in Pauli vitam a s. Hieronymo conscriptam.

Theologia controversa totam fidei catholicae doctrinam succincte et dilucide complectens, Posnaniae 1723 in 8; *Fünfzehn Motiva,* welche alle guthertzige Lutheraner bei gegenwärtiger Gefahr viel lieber sich mit der römisch-katholischen Kirche zu vereinigen als die . . . Religionsallianz mit den Calvinern einzugehen bewegen könnten, (sine auctoris nomine) 1722 in 4; *demonstratio septicollis,* quod dissidentes verbi ministri non sint presbyteri (etiam germanice et polonice), Posnaniae 1723 in 8; *conclusio theologica,* qua celebris illa ratione protestantis ministerii exorta controversia revera dirimitur, quod dissidentium verbi ministri non sint presbyteri, Calissii 1728 in 8; *Miphiboseth spiritualis* i. e. religio seu fides aulica claudicantium in utramque partem syncretistarum, adiophoristarum et libertino-pietistarum arbitrantium, quemvis, modo sit christianus et honeste vivat, in sua secta salvari posse, controversias vero, quae de ceteris agitantur, ecclesiarum dumtaxat altercationes et res minime ad salutem necessarias esse ad recte ambulandum, ib. 1730 in 8; *Defensio bb. V. Mariae contra nostrae tempestatis haereses:* in qua specialis cultus et invocatio ejus manifestis argumentis evincitur, ib. 1728 in 12., etiam Tyrnaviae. — Gregorius Gengell S. J., in academia leopolitana theologiae professor († 15. Dec. 1727), haec praeter alia edidit: *Eversio atheismi* seu pro Deo contra atheos ll. 2, Brunsbergae 1716 in 4., quorum primus continet tr. 3: in 1. fundamenta, quibus atheismus innititur, recensentur ac evertuntur; in 2. propositiones quaedam velut principia statuuntur conducentes ad eversionem atheismi; in 3. argumenta supra 40 proponuntur atheismi eversiva. Alter l. item complectitur tr. tres: in 1. expenduntur ad veritatis lancem argumenta, quibus Theodorus Abucara, d. Anselmus, Ant. Perez, Esparza, Marinus et Cartesius subruere nituntur atheismum; in 2. doctissimorum novem veterum philosophorum et in 3. sapientissimorum 12 patrum rationes validae atheismi eversivae referuntur; adjecit opusculum: *gradus ad atheismum,* ib. 1717 in 8; *admiranda Lutheri* pp. 3: dicta et facta Lutheri; admiranda mendacia atque convicia lata in patres, concilia et s. Scripturam, admiranda ejus superbia et maledicentia; errores in doctrina et resolutionibus, Pragae 1714 in 4.; *admiranda Zwinglii et Calvini* tribus exposita tr. in 1. admirandus praeceptor Zwinglii, item admiranda erronea ejus doctrina et prophetia exponuntur ac discutiuntur; in 2. exponuntur admiranda Calvini mendacia, admiranda item ejus superbia, maledicentia et impietas admirandaque erronea ejus gesta; in 3. tr. demum admirandi errores Calvini tum in ejus doctrina fidei, tum in datis ab eo variorum casuum resolutionibus contenti exponuntur et refelluntur, ib. 1717 in 4; *admiranda Jansenismi* tribus exposita tr. Brunsbergae 1715 in 4; *vindiciae marianae innocentiae* per enervationem prop. 40 illibatae conceptioni pretiosissimae Dei parentis adversantium, Leopoli 1725 in 4; *de judicio particulari* diss. multifariis comprehensa qq. ib. 1725 in 4; tr. theologicus *de judicio universali* necnon de signis ac rebus proxime antecedentibus judicium, item de rebus illud consequentibus, Calissii 1727 in 4., qui complectitur 5 disp. In 1. agitur an, uti et quando futurum sit judicium universale; in 2. de signis et rebus proxime antecedentibus resurrectionem mortuorum et judicium; in 3. de ipsa resurrectione; in 4. de adventu judicis et forma judicii ejusque fine; in 5. de statu mundi et futura ejus conditione post judicium universale finitum. *De immortalitate animae humanae veritas,* quae totius vitae christianae est basis, multifariis qq. propugnata et illustrata, Calissii 1727 in 4; *de passione D. N. J. Chr.,* historia per qq. et responsiones ex patribus desumptas illustrata,

ib. 1727 in 4. — Denique Christ. Peichich, missionarius apostolicus et abbas s. Georgii csanadiensis, natione Illyricus, exhibuit *speculum veritatis inter orientalem et occidentalem Ecclesiam refulgens,* in quo separationis ecclesiae graecae a latina brevis habetur recensio [1]), Venetiis 1725 in 12; Tyrnaviae 1730 (ed. 3.); Viennae 1732; prius illyrice sed mendosissime editum. In priori p. synoptice schismatis historiam usque ad captam CP. narrat; in posteriori vero p. controversias potiores recenset latinos inter et Graecos, scil. de azymo, de purgatorio atque generatim de statu animarum post solutionem a corpore; de primatu Petri ejusque successorum deque processione s. Spiritus a Filio quoque: de quo argumento agit etiam ejus *Concordia orthodoxorum patrum* orientalium et occidentalium in eadem veritate de Spiritus s. processione ab utroque adamussim convenientium ex commentario Gennadii patriarchae CP. excerpta, Tyrnaviae 1730; *Mahometanus dogmatice et catechetice* in lege Christi Alcorano suffragante *instructus,* ib. 1717 in 4.

456. In *Anglia* causam catholicam propugnarunt Gulielmus Darrell S. J., magni meriti missionarius († 28. Febr. 1721 a. aetatis 70), cujus praeter alia sunt: *The case reviewed or an answer to the case stated by Mr. L.* (Lesly, Londini 1712 in 8.), in which it is clearly shewed, that he has stated the case wrong between the Church of Rome and the Church of England, and placed both Doubt and Certainty on the wrong side: in 22 dialogues with an advice to the Author and a post-script concerning the Eucharist, Londini 1717 in 8. (ed. 2.); *A treatise of the Real Presence* in answer to the Author of the »Case stated,« in which'tis clearly shewed we have both Scripture and Fathers on our side and consequently something besides »An unintelligible Jargon of Metaphysicks,« ib. 1721 pp. 2 in 12. — Josephus Rudolphus comes Hamilton ex aula Adelaidis electricis Bavariae puer 14 a. transiit ad patres theatinos 27. Sept. 1665, qua occasione Amadeus voluit appellari. Zelo animarum flagrans missionibus in India orientali destinatur, sed crebris morbis afflictus redire cogitur. Eodem zelo animatus plures a vera fide devios in Germania convertit et in utilitatem suorum concivium collegit *quinquaginta rationes et motiva,* cur in tanta varietate religionum et confessionum fidei in christianitate moderno tempore vigentium sola religio romana sit eligenda et omnibus aliis praeferenda, Coloniae 1710 in 12. Decessit 17. Mart. 1722. — Henricus Josephum Johnston O. S. Ben. († 9. Jul. 1723), qui nonnulla Bossueti scripta anglice vertit atque contra exceptiones defendit [1]). — Jacobus Schier (O'Shiell, Sheil) O. S. Franc., episcopus primo dunensis, dein conoriensis († 1725), plures libros polemicos lingua patria conscriptos suppresso nomine et clanculum edidit. — Scriptor plane insignis erat Rob. Manning, qui in collegio duaceno studiis operam dederat († 4. Mart. 1730—31). Opera ejus de controversiis scripta sunt stilo facili et a soliditate laudantur [2]). — Lewis (Ludovicus) Sabran Parisiis 1. Mart. 1652 parentibus anglis natus S. J. seminarii leodiensis praeses [3]), provinciae Angliae (1709) praepositus († 22. Jan. 1732) — Eduardus Hawarden, vulgo Harden, Lancastriensis n. 9. Apr. 1662 ex illustri plane familia, in collegio duaceno insignis ingenii commendatione studiis operam dedit, ibique philosophiam, dein theologiam docuit. Redux in patriam diu missionarium

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1731 a 15 p. 305—326.

[1]) Gillow III, 642.
[2]) Gillow IV, 452—57.
[3]) Gillow V, 460—63.

egit († 23. Apr. 1735) scriptisque prorsus egregiis causam catholicam promovit[1]). Haec potiora ejusdem opera: *The True Church of Christ,* shewed by Concurrent Testimonies of Scripture and Primitive Tradition in Answer to a Book entitled ‚The Cose stated between the Church of Rome and the Church of England' (auctore Leslie), Londini 1714; Dublini 1808 in 8. Tribus quibus constat pp. adjecit appendicem, in qua agit de imaginibus, reliquiis, suffragiis pro defunctis, coelibatu sacerdotum, communione sub una specie, de usu linguae latinae etc. *Discourses of Religion* between a Minister of the Church of England and a Country Gentleman, Londini 1712 in 8., opus eruditum; *The Rule of Faith* truly stated in a new and easy Method or a Key to Controversy, Londini 1720; 1721; *Postscript* or A Review of the Grounds already laid: Together with a Second and Third Part of the Rule of Faith, ib. 1720 in 12; *Charity and Truth;* or Catholicks not uncharitable in saying that none are sav'd out of the Catholick Communion because the Rule is not Universal, Bruxellis 1728; Dublini 1808, libellus forte ipsius praecipuus adversus Chillingworth; *Catholick Grounds* or a Summary and Rational Account of the Unchangeable Orthodoxy of the Catholick Church, Londini 1729, saepe editus; *An Answer to Dr. Clarke and Mr. Whiston* concerning the Divinity of the Son and of the Holy Spirit, with a Summary Account of the Chief Writers of the Three First Ages, ib. 1729 in 8. Cum Clarke habuit de hoc argumento coram Angliae regina Carolina solemnem disputationem, cujus velut fructum in hoc opere exhibet. Pro insigni defensione dogmatis ss. Trinitatis, quae hoc op. continetur, universitas oxoniensis auctori gratias egit. *Wit against Reason* or the Protestant Campion the great, the incomparable Chillingworth not invulnerable being a Treatise in which are laid open the noble Adventures and inimitable exploits of that immortal man in defence of the Bible etc., Bruxellis 1735 in 8. — Thomas Deane fidem amplexus est catholicam (1685), proque ea carcerem est perpessus atque etiam aliquot edidit[1]) opuscula († 10. Nov. 1735 a. aetatis 73). — Guilelmus Crathorne strenuum egit missionarium[2]) verbis et scriptis (n. 1670; † 11. Mart. 1739). — Henricus Robert Stephani (Stevens) S. J., semper degit in Belgio atque professorem egit theologiae in seminario leodiensi († 15. Jun. 1723). Ejus est *Defensio auctoritatis Ecclesiae,* qua asseritur gravissimum pondus ejus constitutionum, refellitur novellum quorundam principium ipsi injuriosum ac epistola leodiensis de formula alexandrina vindicatur, Leodii, cum aliis geminis libellis. — Joannes Constable (Lacey) S. J. († 27. Apr. 1740) praeter alia scripsit: *Remarks upon F. le Courayer's book* in defence of the English ordinations, wherein all his arguments are answered and the invalidity of the English ordinations in fairly considered and fully proved, by Clerophilus Alethes, s. l. et a. in 8. *A specimen of amendements candidly proposed* to the compiler (Ch. Dodd) of a work, which he calls: The Church-history of England from the year 1500 to the year 1688 (Bruxellis 1737—42 t. 3 in f.) Londini 1741 in 12.

456. *Hiberni* erant: Franciscus Martin[3]) Galvacensis n. 1652, theologiae lector Lovanii in monasterio Augustinianorum (1682), interpres dein ss. literarum et canonicus lovaniensis († 1722, secundum Reusch 1721), cujus

[1]) Gillow III,167—82.

[1]) Cf. Gillow II, 36.
[2]) Cf. Gillow I, 586.
[3]) Cf. Bellesheim Gesch. der k. Kirche in Irland III, 711; Reusch II, 666.

laudatur *Scutum fidei* contra haereses hodiernas adversus Joan. Tillotson archiep. cantuariensem, 1714. Tanta acrimonia aggressus et Molinistas, ut aliquot libellis indicem ll. prohibitorum quondam auxerit deque favore jansenianorum factioni impenso fuerit accusatus. — Thomas Gould, Corkiensis, semper extra suam patriam commoratus, Pictavii in Gallia theologicis studiis operam dedit totumque se Calvinianis per pagum pictaviensem reducendis non sine magno fructu consecravit, propterea missionarius pictaviensis dictus (n. 1657; † 1734). Praeter alia scripsit [1]): *La véritable croyance de l' Eglise catholique* et les preuves de tous les points de sa doctrine fondée sur l'Ecriture s., 1720; *Traité du sacrifice de la messe*, 1724; *Entretiens* où l'on explique la doctrine de l'Eglise catholique par l'Ecriture sainte, 1727; *Recueil des objections* que font les protestans et les réponses des catholiques, 1733. — Thomas Baillé (Baillie) O. S. Ben. *Scotus* edidit Wirceburgi l. controversiarum, in quo ostendit damna per Calvinismum Scotiae illata.

458. In *Belgio* magis exarserunt controversiae adversus Jansenianos et Quesnellistas, cum multi ex Gallia profugi ibi latitarent atque liberculis perfidis omnia inundarent gravesque turbas in Gallia a se excitatas foverent [2]). — Bonaventura van den Dyck O. Min. Bruxellensis n. 1652 Lovanii theologiae professor proposita thesi, quae Brabantiae consilium haud parum commovit, gallicanismum a. 1692 impugnavit et adversus Jo. Christianum Erckelium pastorem Delphium edidit *epistolas familiares* (3), Coloniae 1711—23, in quarum ultima fuse tractatur de summi pontificis jurisdictione in omnes fideles ubique locorum degentes, de ejusdem infallibilitate definiendi ea, quae ad fidem et mores pertinent. In suo ordine praecipua obiit munera, magna fruebatur apud personas in auctoritate constitutas gratia, ordinis disciplinam zelabat. Decessit in fama sanctitatis 16. Jun. 1721. — Franciscus Edingen (van Enghien) Bruxellensis († 9. Nov. 1722) dedit *responsionem historico-theologicam* ad cleri gallicani de ecclesiastica potestate declarationem, Keulen 1683 in 8; *auctoritas sedis apostolicae* pro s. Gregorio VII. papa vindicata adversus P. Nat. Alexandrum, ib. 1683 etc. — Legerius Carolus Decker Montibus in Hannovia natus a. 1646, philosophiae Lovanii professor et ecclesiae cathedralis mechlinensis decanus et librorum censor († 14. Oct. 1723), plura reliquit opera ad tuenda Ecclesiae decreta adversus novatorum opiniones; *Jansenismi historiam brevem* cum adjuncta solutione plurimarum difficultatum, Lovanii 1700, cum *duplici apologia* ib. 1700 et 1702; *Bajanismi historiam* brevem, quae continet plurima facta passim ignota et notatu digna cum quibusdam reflexionibus ib. 1699, et nonnulla scripta adversus jus ecclesiasticum a van Epsen editum. Ipsius quoque est *Responsio ad libellum* exquisita ad fallendum arte compositum, cui titulus: *Considerationes circa exactionem formulae alexandrinae* . . . et ostensa via pacis conformiter ad mentem ss. pontificum (Delphis 1711) Lovanii 1711 in 8., et 4 alia op. gemini argumenti et 4 op. pro defensione bullae »Vineam D. Sabaoth« etc. Plura (5) ejusdem op. prodierunt [1]) collecta

[1]) Cf. Feller II, 234 ed. paris. 1845.

[2]) Praetermittimus Tilemannum Guil. Backhusium canonicum, Brugensem, qui quondam Jansenianus resipuit multisque libellis impugnavit Ultrajectinos; quod etiam praestitit Hoynck. — Henricum Ant. van Berchem († 10. Jan. 1729), Aubertum Rollandum O. Cap., de quo cf. suppl. ad nova A. E. II, 349.

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1705 a. 177 p. 2020—31; Feller III, 212; in primis Biogr. nat. V, 73—77.

Lovanii 1703 in 12; *Cartesius seipsum destruens,* Lovanii 1675 in 12. — Thomas du Jardin (Dujardin) O. Praed. Lovanii s. Scripturae interpres, provinciae suae praepositus, pluribus scriptis Jansenismum impugnavit [1]), cujusmodi sunt: Diss. theologica *de bulla Unigenitus,* in qua compendiose ostenditur, bullam ut primum Romae edita fuit, ab omnibus fidelibus propter infallibilem rom. pontificis auctoritatem acceptandam fuisse praeveniendo etiam acceptationem Ecclesiae. Dato non concesso rom. pontificem in docenda fide non esse infallibilem: interim tamen illi tamquam supremo Ecclesiae visibilis capiti obediendum, bullamque ab omnibus necessario sequendam fore, quamdiu ab Ecclesia non rejicitur et falsitatis non convincitur; eandem bullam, cum jam omnium totius Europae episcoporum (si paucos appellantes gallos exceperis) calculo recepta et probata sit, hodie saltem a nemine sine manifesta haereseos nota posse rejici aut improbari; proinde omnes teneri, eam tamquam certissimam optimi Dei regulam admittere, Gandavi 1723; *Nota in prop. P. Quesnelli* a Clemente XI. per const. Unigenitus damnatas; accedunt ejus constitutionis vindiciae, ib. 1729; *de officio sacerdotis* qua judicis et medici in sacramento poenitentiae instructio brevis, Bruxellis 1701 in 8; Mechliniae 1728; 1816 etc. *Spoore der catholychen,* Gandavi 1715 in f., in quo quidquid controversiarum hactenus agitatum est aut etiam disputatur, clarissime resolvitur. Decessit Dujardin 15. Jun. 1733. — Isaacus de Bruyn S. J. Antwerpiensis n. 25. Nov. 1650, theologiae professor († 10. Oct. 1724), acriter exagitavit Jansenianos pluribus editis propugnatisque Lovanii thesibus, restitit quoque erroribus Martini Henrici de Swaen (cf. p. 412 a.). — Alphonsus Huylenbroucq S. J. Bruxellensis, in seminario gandavensi theologiae professor, Th. Philippo archiep. mechlinensi a confessionibus (n. 2. Aug. 1667; † 31. Maj. 1722), praeter alia edidit [1]): *Haeresis jansenianae praeclusa effugia* 1708—9 pp. 2 in 8. sub nomine Antonini de Luca; p. 3. mansit inedita; *errores et synopsis vitae Pasch. Quesnel,* cujus 101 prop. constitutione ss. D. N. Clementis papae XI., quae incipit *Unigenitus,* per Ecclesiam damnatae sacris literis ac doctrinae ss. patrum opponuntur; accedunt instrumenta publicationum, quibus eadem constitutio per Europam est annunciata, Antwerpiae 1717 in 8; *scriptum cui titulus: qq. de constitutione Unigenitus* (quod tribuitur Opstraet) *refutatum* a Belga catholico, Bruxellis 1719. Ipsius etiam videtur esse *Defensio veritatis catholicae* contra scriptum jansenianum, cui titulus; De quaestione facti janseniana etc. quod hic totum refertur et refutatur, s. l. 1708.

459. Eandem bullam defendit Bartholomaeus des Bosses S. J., in *epistolis* (e gallico latine redditis) *abbatis N. ad episcopum N.,* quibus demonstratur aequitas const. *Unigenitus* . . . necnon libellis adversus hanc const. editis respondetur, Coloniae 1715 in 12; 1716; et Lovanii 1716. Graecii 1716 ed. aucta. Natus est des Bosses Herviae a. 1668. Ornatus erat variis iisque praeclaris naturae et gratiae donis, quae assiduis virtutum et scientiae exercitiis toto tempore vitae suae augere et perficere conatus est. Feli-

[1]) Cf. Roskovány VI, 665; Bibl. nat. VI, 26 ss.; suppl. ad nova A. E. II, 14—16.

[1]) Reliquit ms. imaginem primi seculi Jansenistarum v. 3 in f. cum parte 4. In ea exhibet bibliothecam chronologicam ll. praecipuorum Jansenistarum seu eorum, qui suspecti sunt de hac haeresi. Cf. Bibl. nat. de Belg. IX, 749 ss. Alius est a Francisco H., qui dictus est Archangelus Teneramundanus O. Cap., qui partem habuit in edenda *theologia capuccino-seraphica* Fr. Mariae Bruxellensis, Gandavi 1709 (cf. supra p. 651).

cissima ad haec pollebat memoria, ut instar bibliothecae vivae esset, hinc apud omnes magno erat in pretio et aestimatione. Inter catholicos em. Ptolomaei, Tournemine et Lacroix, inter protestantes Godefr. Leibnitii et Christiani Wolfii literis et elogiis commendari non semel meruit. Tria problemata maxime cordi habebat, quibus solvendis vigilias et curas suas dicavit. Primum de origine mali in mundo a Deo Optimo condito, cui nodo solvendo cum Leibnitii Theodiceam aptam judicaret, eam latinam fecit praemissis catholicis documentis, quibus licentiam in opinionibus Leibnitii omnes christianorum sectas ad unam reducere praesumentis ac somniantis damnabat ac coërcebat. Prodiit opus inscriptum: *G. Guil. Leibnitii tentamina theodiceae de bonitate Dei, libertate hominis et origine mali* latine versa et annotationibus illustrata, Francofurti 1719 in 12., quam versionem Leibnitius ipse recensuit additamentaque quae in originali desunt adjecit. Alterum argumentum erat doctrina s. Augustini de gratia primi et lapsi hominis magnoque illo perseverantiae dono. Tertium saxum, quod fere ad mortem usque versabat, erat restitutio antiqui et puri systematis physici aristotelici et thomistici; cum enim videret, nullum etiam suo aevo excogitatum systema ut Keppleri, Cartesii, Gassendi, Newtoni, satisfacere, optabat illud antiquum, rigidum et unice sibi verum physices generalis systema reviviscere. Meditabatur etiam propriam accidentis physici et absoluti, adeoque a materia realiter distincti et separabilis rationem optimis argumentis asserere, ut hoc principio semel stabilito realem Christi in eucharistia praesentiam sub solis speciebus cum humana ratione in concordiam evidenter redigeret. Verum cum a. 36 haesisset in scholis otium nactus est nunquam, et cathedra relicta illico morbo non uno conflictari coepit; quare consilii exsecutionem senectus et mors praeverterunt, quam 24. Aprilis oppetiit 1738.

460. Prae ceteris vero bullam *Unigenitus* solide et erudite defendit Jacobus Fontana (La Fontaine) S. J. exegesis, dein theologiae dogmaticae professor (n. 28. Febr. 1650; † 18. Febr. 1728) in op. praegrandi *Ss. D. N. Clementis papae XI. constitutio Unigenitus theologice propugnata . . .* cum synopsi (in qua succincte complectitur, quod fusius antea disputaverat), Romae 1717—24 v. 4 in f. sub nomine Christophori Jacobi; Dilingae 1720—25 v. 4 in f. Singulas seorsim vel plures prop. affines simul expendit, omni theologicorum argumentorum genere refellit, et quidquid Jansenianorum sagacitate excogitatum unquam fuit pro iis tuendis, accurate discutit, ut ita damnationis aequitatem demonstret. Praeter *theses* publice Lovanii propugnatas et *epistolas* contra Jansenistas nomine Didaci de Oropega editas scripsit *ad Innocentium XII. P. M. disquisitionem historico-theologicam*, an Jansenismus sit merum phantasma, Coloniae 1692 pp. 3 in 8., sub nomine Jacobi de Monbron; ea tamen fuit prohibita decr. 19. Maj. et 7. Dec. 1694. *Difficultates propositae* eximio D. Mart. H. de Swaen ejusque approbatoribus DD. Gummaro Huygens, Jo. Lovino, Joan. Sullivane, Joan. Lib. Hennebel, Joan. de Cuyper, P. Agathangelo a s. Clemente p. 1. et 2., Lovanii 1691. 1692; p. 3. Coloniae 1692; respondit de Swaen ep. ad Didacum (uti se vocat) de Oropega sive *resolutio difficultatum* etc. 1692 in 4. *Fraus quinque articulorum* a pseudo-Augustini discipulis primum Alexandro VII., nunc iterum Alexandro VIII. obtrusorum sive eorum cum Augustino iprensi convenientia demonstrata per Corn. a Cranebergh lovaniensem theologum [1]), Coloniae

[1]) Opuscula, quibus hoc scriptum occasionem dedit, vel quae respicit, cf. apud

1690 in 4., proh. 30. Jan. 1692. — Bernardus Desirant O. S. Aug. Brugensis, s. theologiae doctor lovaniensis, historiographus regius et historiae in academia lovaniensi professor, ab episcopis Belgii ad s. sedem contra Jansenistas fuit deputatus. A Clemente XI. Romam accitus factus est in Sapientia s. Scripturae professor et in collegio de propaganda fide studiorum propraefectus († 1725). Graves lites habuit cum Van Espen, Malcorps etc., quarum tamen occasione ita incaute se gessit, ut gravem incurrerit tribunalium censuram, muneribus privatus et in exsilium fuerit pulsus (1708): sed a Josepho I. honorificentissime fuit habitus suisque honoribus restitutus. Contra Jansenianos etiam et Quesnellianos disputavit. Praeter plura alia ipsius sunt [1]): Actio epistolaris *de gratia et libero arbitrio* contra Jansenianismum latentem in 33 prop. excerptis e quibusdam R. D. Nic. Heyendal, prioris rodensis et lectoris, dictatis [2]). Aquisgrani 1712 in 4; cum *prosecutione* hujus actionis epistolaris, ib. 1713; *s. Augustinus vindicatus* contra Quesnelli prop. et contra Joan. Frickii inclementiam Clementis XI. examinatam, J. W. Jegeri et G. F. Jenicken examina bullae Clementis XI. et anonymi (Quesnelli) hexaplas, Romae 1721—23 t. 7 in v. 3 in 4, opus aestimatum; *Honorius papa vindicatus* salva integritate conc. VI. seu historia monothelismi contra ultima Jansenistarum effugia, Aquisgrani 1711 in 4; *de auxiliis divinis in via media s. Augustini,* Lovanii 1687; *de Ecclesia et pontifice,* ib. 1684; *de rom. pontificis infallibilitate* [1]), ib. 1687; *de methodo romano-catholica remittendi peccata,* Lovanii 1688; *de praescriptionibus,* ib. 1689; *Consilium pietatis* de non sequendis errantibus, sed corrigendis, ad appellantes, Coloniae 1720 t. 3 in 1 v.

461. De eodem argumento disseruit Matthaeus Dolmans O. Praed. († 1730) in op. eleganti: *Certa infallibilitas Ecclesiae romanae et pontificum* non solum circa fidem et mores, sed etiam in canonizatione sanctorum adversus Meusonem Heydenryck. — Petrus Ludovicus Danes Flander n. 1684, docuit cum satisfactione Lovanii philosophiam: dein 1714 constitutus est Antwerpiae parochus ad s. Jacobum, mox (1717) Ypram vocatus, factus est canonicus, seminarii episcopalis praeses atque poenitentiarius. Defuncto Daelman successit (1732) Lovanii in cathedra theologica († 28. Maj. 1736). Reliquit *institutiones doctrinae christianae* sive compendium theologiae dogmaticae et moralis methodo catechetica concinnatum, Lovanii 1713; Venetiis 1733 t. 2 in 12. ed. secundis curis retractata et aucta; *de fide, spe et caritate,* Lovanii 1735 in 12., quem tr. Feller impense laudat praestantioribusque de hoc argumento accenset; *generalis temporum notio,* Ypris 1726; aucta a Martino Page, Lovanii 1741; notis illustrata et continuata ad a. 1772 a M. Paquot, ib. 1773, quae ed. est commendatione digna. — Joannes

---

Backer I, 1903; Sommervogel III, 843 ss. Ossinger pag. 291 s.; Rivista Augustiniana 1883 II, 157. Duo tamen ex ejus libris in indicem relati fuere.

[1]) Cf. decretum in Annuaire de l'Univ. cath. de Louvain 1862 p. 280 et apud Roskovány VI, 664. Cf. Bibl. nat. de Belg. V, 732—41.

[2]) Cf. Suppl. act. lips. IX, 551.

[1]) Joannes Poelman O. Praed. Gandavensis (n. 1677), in conventu lovaniensi studiorum regens, Romae praefectus bibliothecae casanatensis (1706—22), post reditum Lovanii prior († 1736) edidit l. inscriptum: *S. Thomas ejusque discipuli* ab impactis sibi calumniis quod in definiendis fidei et morum quaestionibus non censuerit (ille) summum pontificem infallibilem hi vero etiam fallibilem docuerint *vindicati,* Lovani 1721. Echard tribuit hunc l. Guilelmo P., quem a Joanne distinguit (II, 805 col. app. 8).

Baptista Hannot O. Min. Recoll. († 1737) edidit *religionis catholicae justam defensionem* sive apologiam contra P. Henr. a s. Ignatio Carm. l. Gratiae per se efficacis justa defensio, Leodii 1714; Index ou *Catalogue des principaux livres condamnés* et défendus par l'Eglise, extrait fidèlement du grand Index Romain et d'un Appendice fidelle avec des Réflexions historiques et théologiques sur les plus considérables Décrets et Constitutions des Souverains Pontifes touchant les Matières du temps, Namurci 1714, qui libellus valde rarus est et magni aestimatur pro historia controversiarum illius temporis per Belgium; *Discours* sur les trois Règles fondamentales de la Foy, Leodii 1727. — In facultate duacena fortiter stetit pro fide catholica contra Jansenianos Hadrianus Delcourt (n. 16. Maj. 1662; † 5. Maj. 1740), qui primum rexit controversiarum cathedram, deinde transiit ad cathedram s. Scripturae electusque est in praepositum s. Petri atque academiae cancellarium [1]).

562. Petrus Lambertus le Drou O. S. Aug. Leodiensis adhuc juvenis confratres suos Huyi, Bruxellis atque Lovanii docere jussus est altiores literas, quod tanto discipulorum profectu et nominis fama praestitit, ut inter universitatis lovaniensis doctores cooptaretur (26. Sept. 1673). Romae postmodum degens additus est a facultate lovaniensi deputatis, quos ipsa miserat ad Innocentium XI. pro urgenda plurium prop. laxarum damnatione (cf. pag. 523), quae impetrata fuit (2. Mart. 1679) post plures congregationis sessiones, quibus saepe ipse pontifex interfuit. In Belgium redux theologicam cathedram iterum conscendit; a. 1680 designatus est studiorum regens in lovaniensi coenobio et a. 1682 electus in provincialem per Belgium. Bononiam vocatus sacras literas ibidem exposuit, sed mox a. 1687 a pontifice Romam accitus, publicus s. Scripturae in Sapientia interpres studiorumque praefectus in collegio de propaganda fide est declaratus, ab academia lovaniensi inter octo doctores regentes adnumeratus, et demum a summo pontifice sacrarii apostolici praefectus et episcopus porphyriensis (1692) dictus. Josephus Clemens ex ducibus Bavariae, Coloniae elector et leodiensis episcopus, dotibus viri captus ejusque zelum in animarum salutem perspectum habens a summo pontifice enixis precibus impetravit, ut sibi porphyriensem episcopum cederet, quem sedis leodiensis vicarium generalem in spiritualibus constitueret (1712). Decessit octogenarius 6. Maji 1721. Edidit: *Trias patrum* sive theologia ex tribus ss. patribus Aur. Augustino, Gregorio M., mellifluo Bernardo, necnon ex ss. canonibus deprompta, Leodii 1679. Controversias excitarunt ejus *diss. quatuor de contritione et attritione,* quibus ostenditur, non requiri in reconciliationis sacramento perfectam et se sola justificantem contritionem, certum tamen non esse, nec a tridentino definitum, imo nec verum, quod sufficiat attritio servilis, praesertim cognita, sed opus esse aliquo saltem imperfectae caritatis actu, seu Dei propter se super omnia dilectione, hancque cum peccato et extra gratiae sanctificantis consortium stare posse ac demum singularum ejusmodi opinionum genealogia texitur [1]), Romae 1707; Lovanii 1707; Monachii 1708. Scripsit has controversias sine stili acrimonia adversus Barth. Ricci sodalem, qui disputans de attritione cum anonymo auctore (Francolini) l. *de dolore ad sacr. poenitentiae rite suscipiendum necessario* Romae 1706, statuerat, sufficere ad sacramentum poe-

[1]) Cf. ejus minoris molis libellos adversus jansenianos in Biogr. nat. V, 347—50.

[1]) Cf. de hoc opere Journ. d. Sav. XLVI, 241—246; Mém. de Tr. 1709 t. a. 16 p. 245—262.

nitentiae attritionem ex timore servili profectam. In hoc vero certe errat le Drou, quod doctrinam concilii tridentini, qua declaratur, contritionem caritate perfectam justificare etiam antequam actu sacramentum suscipiatur, intelligat de contritione caritate *habituali* formata, et quod ad contritionem perfectam, quae extra sacramentum justificet, exigat non quamcunque caritatem perfectam, sed eam quae sit in certo gradu intensionis et fervoris. Contra has diss. scripsit Aug. Michl canonicus regularis understorfiensis O. S. Aug. (de quo ad an. 1751) *discussionem theologicam* 4 diss., quas in puncto contritionis et attritionis posuit rev. et illust. D. P. Lamb. Ledrou, Augustae Vind. 1710 in 4; cui opusculo opposuit auctor noster aliud inscriptum *confutatio discussionis theologicae* etc., Patavii 1713 in 8. Exinde conquievit haec controversia.

463. Haud mediocrem nominis famam adeptus est Livinus de Meyer[1]) (Meyere) S. J. Gandavensis dignus discipulus P. Isaaci du Bruyn (cf. supra p. 1061) n. 25. Febr. 1655. Literas humaniores tradidit sexennio, in quibus adeo excelluit, ut egregia carmina non solum lingua latina, sed et patria[2]) pangeret; philosophiam docuit quadriennio, dein interpretatus est s. Scripturam, mox theologiae moralis et scholasticae rexit cathedram († 19. Martii 1730). Potiora ejusdem opera sunt: *De operibus poenalibus sacramenti poenitentiae et certitudine morali* tr. rigori quorundam circa baptismum (de quo scripserat Joan. Opstraet, qui dein suas opiniones editis libellis adversus hunc tr. nisus est tueri) oppositus, Lovanii 1696 in 8. sine auctoris nomine; *Praxis et doctrina communis Ecclesiae absolvendi mox peccatores ordinarios* vindicata adversus doctrinam de laborioso baptismo ejusque appendicem (ed. ab Opstraet Leodii 1696 in 8); cum *animadversione* in ep. cui titulus: *Lettre d'un docteur catholique au P. Cyprien,* Lovanii 1697 in 8; cui mox adjecit *confutationem* (Coloniae 1697 in 8.) responsionis Jo. Opstraet. *De mente s. concilii tridentini circa gratiam physice praedeterminantem* diss. prima contra l., qui sub nomine Ant. Reginaldi nuper prodiit (cf. pag. 47), auctore Liberio Gratiano theologo Antwerpiae 1707 in 8; 1709; contra quam duo prodierunt libelli, quorum unus (seu ep. quatuor, Antwerpiae 1712 in 8.) est Hier. Henneguier O. Praed. *Dissertatio secunda,* qua argumenta Ant. Reginaldi ex conc. tridentino refelluntur et in illum retorquentur, Bruxellis 1708; 1709 in 8; *diss. tertia* contra l., qui sub nomine Reginaldi prodiit, et nuperos ejus defensores, ib. 1708. 1709 in 8. In praefatione prolixa l. refellit: *Chimère du jansénisme. De pelagianorum et massiliensium contra fidem erroribus diss. quarta,* qua Jansenii et aliorum in hac materia errata referuntur et confutantur; cum *appendice,* qua diss. 3. ab objectis vindicatur; accedit *appendix secunda* adversus recentem Clementis XI. denunciatorem schismaticum Aeg. de Witte[1]) etc., ib. 1709; 1710 etiam

[1]) Alius ab eo est Lud. de Meyere O. Praed. Gandavensis (forte cognatus) missionarius strenuus per Frisiam et insignis concionator (fl. sec. XVIII ineunte), de quo cf. Echard II, 799; Bergmans Biogr. nat. XIV, 777.

[2]) Ce poëme (de ira, quam non solum latine ll. 3, Antwerpiae 1694, sed et lingua patria Amstelodami 1725 descripsit) a eté jugé par des critiques neerlandais comme le meilleur que possédait la littérature flamande au XVIIIe siècle. Biogr. nat. 5, 552.

[1]) Aeg. de Witte Gandavensis n. 1648, parochus mechlinensis 1684 obedire detrectans suo pastori archiepiscopo Precipiano, munere pastorali se abdixit, in Hollandiam secessit innumerisque libellis, quorum ad 140 edidisse fertur, causam factionemque jansenianam promovit († 7. Apr. 1721). Ea plerumque absque auctoris

in Zaccaria *thesauro theolog.* t. 5. In hac dissertatione eleganti et accurata a. 5. probat contra Alvarez et Lemos (et etiam recentissimos, qui eundem errorem transcribere solent) Pelagium ex sententia Augustini nunquam necessitatem gratiae interioris fuisse confessum: et quidem falli insigniter eos, qui loquendo de tertio quodam Pelagii stadio, illum gratiam sufficientem admisisse contendunt, ut exinde probent nihil plus gratiae Molinae et Lessii asseclas exigere, quam Pelagius aliquando exigeret [1]). *Parallelum antiquae et praesentis Ecclesiae* in praescribenda et exigenda fidei formula adversus haereses exortas, et veterum ac recentiorum refractariorum in eadem formula impugnanda, Bruxellis 1711 in 8; Lovanii 1728; *responsio ad l. F. Henrici a s. Ignatio* (cf. sup. pag. 943), cui titulus *gratiae per se efficacis sive augustiniano-thomisticae* adversus injustam Jansenismi accusationem justa defensio, ubi etiam theologia moralis sanctorum adversus injustos detractores defenditur (Lovanii 1713), Bruxellis 1715 in 8; *quaestio theologica,* an liceat juxta mentem apostolicae sedis et nominatim juxta declarationem constitutionis Clementis XI., quae incipit „Vineam Domini Sabaoth", jurare formulam Alexandri VII. retento interius obvio, proprio et naturali sensu quinque prop., quem reipsa in l. Jansenii habent, ib. 1716 in 4; *aurea sententia s. Augustini:* „Roma rescripta venerunt, causa finita est", infallibilitati summi pontificis favere ostenditur et a nuperis patroni protestantium (scil. adversus acceptationem bullae Unigenitus per facultatem theologicam lovaniensem factam) cavillis vindicatur per theologum romano-catholicum, Lovanii 1719; *causam Cypriani non favere, sed obesse causae protestantium* ostenditur per theologum romano-catholicum; accedit appendix, qua refutatur scriptum: *Fraus septuplex libelli seditiosi,* qui inscribitur: *Dogma triplex* a paucis Lovanii protestantibus assertum utrique potestati ecclesiasticae et seculari expendendum (qui libellus est nostri auctoris hac eadem in causa, Lovanii 1719), detecta per discipulos facultatis theologicae lovaniensis antiquae (i. e. a jansenistis) et utrique potestati ecclesiasticae et saeculari denunciata, Lovanii 1719 in 8: quod argumentum novo conatu retractavit, ib. 1719; *patronus protestantium in causa Liberii et concilii ariminensis ad extrema redactus* ostenditur per theologum romano-catholicum [1]), ib. 1719 in 8; *diss. de operibus referendis in Deum et de operibus infidelium,* Lovanii 1729 in 8., pro qua Joannes Baptista Velle S. J. († 3. Jan. 1744) *vindicias* scripsit. Praecipuum vero ejusdem opus est: *Historiae controversiarum de divinae gratiae auxiliis* sub summis pontificibus Sixto V., Clemente VIII. et Paulo V. ll. 6, quibus demonstrantur ac refelluntur errores et

---

nomine prodierunt vel sub nominibus Aeg. Candidi, Albani, Palladii aliisque fictis. Illorum haud pauci proscripti fuere. Cf. Reusch II, 705 ss. et passim alibi. Biblia etiam belgice vertit adjectis notis in loca difficiliora Bruxellis 1717 t. 2 in f. — Alius famosus sectae jansenianae assecla fuit Paulus Ernestus Ruth d'Ans, qui morienti Arnaldo astitit († 1728). Cf. Feller VII, 363; Biogr. nat. I, 319. — Gervasius Hoffreumont parochus nomine 75 presbyterorum Viennam profectus est ad Carolum, ut ejus imploraret auxilium adversus bullam *Unigenitus,* sed frustra: imo munere pastorali privatus Amersfordiam secessit decessitque 1737. Cf. Reusch II, 743.

[1]) Cf. Mich a s. Joseph III, 222 s.; Roskovány III, 800.

[1]) Plurimos libellos ex utraque parte ad hanc causam spectantes cf. apud Backer II, 1286 ss.; Roskovány III, 809 ss.; 819. Certaminis socius fuit Ant. Parmentier doctor lovaniensis et praeses collegii magni theologorum († 12. Maj. 1722), qui pro bulla ‚Unigenitus' contra Opstraet edidit quaedam opuscula Lovanii 1718. De aliis hujus nominis scriptoribus cf. Biogr. nat. de Belg. XVI, 643 ss.

imposturae innumerae, quae in *historia congr. de auxiliis* edita sub nomine Aug. le Blanc (Serry) notatae sunt, et refutantur *acta* omnia *earundem congregationum,* quae sub nomine Fr. Th. de Lemos prodierunt. Auctore Theodoro Eleutherio theologo, Antwerpiae 1705 in f. Praefatio prolixa seorsim prodiit Venetiis 1745. Cum vero Serry l. apologeticum adversus hanc historiam ediderit, opposuit Meyer *historiae controversiarum de divinae gratiae auxiliis . . . ab objectionibus R. P. Hyacinthi Serry vindicatae ll. 3;* accedunt diss. quatuor (quas supra laudavimus), Bruxellis 1715 in f.; Venetiis 1742. In hac historia auctor noster veritati maxime studet, et quae ipsi adversantur certis monumentis dissipat [1]).

464. Ad *Galliam* transeuntes, a celebri Livini de Meyere antagonista incipiemus, cujus jam mentionem fecimus. Jacobus Hyacinthus Serry O. Praed. natus est Tolonii patre doctore physico regiaeque classis archiatro. Ingenio acri et vivido humaniores literas ea facilitate didicit, ut supra sodales seu stricta seu soluta oratione palmam semper reportaret. Philosophiam docuit sodales parisienses non mediocri nominis sui fama, nec minorem e sacro pulpito gloriam in regia urbe sibi comparavit. Ab ordinis magistro a. 1690 Romam vocatus est, moxque a cardinali Alterio in theologum adscitus, et etiam congregationis Indicis adlectus est consultor. Parisios rediit a. 1696 ad capiendam magisterii lauream, qua donatus est 23. Martii 1697. Eodem anno eruditionis ejus fama excitus senatus venetus eum selegit, qui Patavii cathedram theologicam regeret. Decessit 12. Martii 1738 a. aetatis 79 exactis 40 magna nominis fama in docendi munere. Haec ex ultra 50 potiora ejusdem sunt opera: *Historiae congr. de auxiliis divinae gratiae* sub summis pont. Clemente VIII. et Paulo V. ll. 4, quibus etiam data opera confutantur recentiores hujus historiae depravatores, maxime vero nuperrimus auctor libelli gallici inscripti: *Remontrances à M. l' archévêque de Rheims* sur son ordonnance du 15. Juill. 1697, et actorum fides adversus inanes epistolae leodiensis argutias vindicatur, auctore Augustino le Blanc s. theol. doctore, Lovanii 1700 in f. Huic op. paulo post subjunxit: *Addenda suis locis* in historia congr. de auxiliis etc. Nondum prelum egressa erat haec historia, cum jam aliqui illam aggrederentur, quorum unus ad auctorem scripsit: *Lettre de Mons. l' Abbé . . . sur la nouvelle histoire des disputes de auxiliis,* qu' il prépare, Leodii 1698 in 12. Cui post historiae perfectam ed. respondit auctor: *Lettre de M. l' abbé Blanc* auteur de l' histoire de la congr. de Auxiliis pour servir de response à la lettre du secrétaire de Liège, 1699 in 12. Sed paulo post prodierunt Leodii circa a. 1701: *Questions importantes à l' occasion de la nouvelle histoire des congr. de auxiliis.* Respondit illico Serry l. inscripto [1]): *L' histoire des*

[1]) Cf. Mich. a s. Joseph III, 222; Mém. des. Trév., quae operis prolixam exhibent epitomen a. 1705 a. 151 pag. 1709—1744, quam ita absolvunt: Au reste le caractère particulier de cette histoire est la force et la solidité. L' Auteur n'y avance rien sans preuve; et ses preuves sont ordinairement convaincantes. Ceux qui se donneront la peine de comparer son Ouvrage avec l'Histoire qui a paru sous le nom d' Augustin le Blanc, demeureront pleinement convaincus que cette dernière n' est qu' une longue suite de faussetez, avancées sans preuves ou sur des témoignages qui ne peuvent avoir aucun poids." A. E. lips. a 1707 p. 368 scribunt: „Eruditionis atque ingenii praestantissimi laudem Eleutherio, nec ipsis ejus, ut putamus, invitis adversariis tribuemus. Namque res hoc ipsa docet, et dicendi quoque genus elegans, comptum, vegetum, argumento, quod tractat, aocommodatum satis superque comprobat." Cf. ib. p. 388—397; et 1717 pag. 1—14; 59—69.

[1]) Cf. Journ. des Sav. XXX, 516—547; de responso sequenti ib. XXXII, 547—550.

congr. de auxiliis justifiée contre l'auteur des questions importantes etc., Lovanii 1702 in 12. Reposuit iterum leodiensis scriptor l.: *Errata de l'histoire des congr. de auxiliis . . .* condamnée par l'inquisition générale d'Espagne[1]), avec une réfutation de la réponse au livre des Questions importantes, Leodii 1702 in 8. Cui Serry satisfacere nisus est libello: *Le correcteur corrigé,* suite de la justification de l'histoire des congr. de auxiliis contre l'auteur du faux errata de cet ouvrage; avec une lettre au même auteur touchant sa prétendue réfutation de la réponse aux questions importantes, Namurci 1704 in 12. Comparuit demum historia supra laudata Liv. de Meyer, cui opposuit Serry jam sub suo nomine: *Historia congr. de auxiliis divinae gratiae* sub summis pont. Clemente VIII. et Paulo V. in 4 ll. distributa sub ascititio nomine Aug. le Blanc Lovanii primum publicata, nunc autem magna rerum accessione aucta insertisque passim pro re nata adversus nuperos oppugnatores vindicationibus asserta, defensa, illustrata: cui praeterea accedit l. 5. superiorum ll. apologeticus adv. Theod. Eleutherii eodem de argumento pseudo-historiam, auctore et defensore F. J. H. Serry O. Praed. etc.[1]), Antwerpiae 1709 in f.; Venetiis 1740.

465. Interea prodiit *Véritable tradition de l'Eglise sur la predestination et la de grâce* par M. de Launoy, Leodii 1702 in 12. opus posthumum, de quo nonnemo dubitat utrum sit Launoyi[2]). In hac opella Launojus s. Augustinum velut traditae antea de praedestinatione et gratia in Ecclesia doctrinae desertorem suggillat et ceu novorum dogmatum fabricatorem sequentibus seculis a doctoribus ecclesiasticis impugnatum contendit, ut Lutheri, Calvini similiumque a sana doctrina segregum praecursor habendus sit. Eam impugnavit Serry: *S. Augustinus summus praedestinationis et gratiae doctor* a calumnia vindicatus adv. Joan. Launoji traditionem foetu posthumo recens editam et peculiari Clementis XI. P. M. decreto nuper (28. Jan.

[1]) Haec historia revera proscripta fuit ab inquisitione hispana a. 1701 tamquam continens prop. scandalosas, seditiosas, summis pontificibus, s. inquisitionis officio, inquisitori magno pluribusque viris illustribus injuriosas. Quod vero Feller VIII, 6 refert: Ce fut le P. Quesnel qui révit le manuscrit et qui se charge d'en dirigér l'édition, affirmavit jam Liv. de Meyer, dein auctor op. Dict. des livres jans. II, 235. Id tamen factum esse auctore inscio, rogatu bibliopolae atque ita, ut Quesnellus nihil in opere mutaverit, testatur ipse Serry in ed. sua hist. 1, 5. Hanc excusationem veritate non niti idem Meyer in praef. suae hist. a. 2 tuetur. Cf. Schneemann Controversiarum de div. gr. liberique arb. Concordia initia et progressus p. 345. Impense laudarunt Janseniani Serii historiam, cum in ea defendatur opinio ipsorum famosa de commate piano. Cf. Meyer l. 6 c. 25. Scripta, quibus occassionem praebuit, diligenter recenset Roskovány III, 795 ss.

[1]) Cf. Jour. des Sav. XLVII, 350 ss.

[2]) Cf. plura de hoc et Serri responsione apud Mich. a s. Joseph II, 528 col. 1, 407 ss., ubi inter alia scribit: „Nos in doctissimo Serrio eruditionem zelumque laudamus, qui fulgentissimum Ecclesiae jubar Augustinum strenue vindicat a pestifero illo impiae satyrae consarcinatore .... Non proinde tamen probare in Serrio possumus, quod egregrios vereque eximios e societate (Jesu) theologos tamquam ejusdem temeritatis et impietatis reos accuset, quos ille ignorare non potuit strenuos ejusdem Augustini vindices exstitisse in iis doctrinae capitibus, quae catholica dogmata spectant, quamquam non eum receperint circa alias opiniones, quae citra omnem fidei orthodoxae jacturam ab iis probabiliter propugnantur, ab aliis autem probabiliter etiam rejiciuntur.“ Cf. etiam Journ. des Sav. XXXIII, 498—507. Ceterum etiam P. Daniel, de quo mox, hunc l. Launojo adscriptum refellit in op.: *Défense de s. Augustin* contre un livre, qui a paru depuis peu sous le nom de M. de Launoy, où l'on fait passer ce s. Père pour un novateur sur la prédestination et sur la grâce, Parisiis 1704; de quo cf. Journ. des Sav. XXXII, 149—162 et Mém. de Trév. 1704 a 1 pag. 3—17.

1704) inustam, Coloniae 1704 in 8. Haec controversia pluribus aliis libellis occasionem praebuit. Cum vero Gabriel Daniel S. J. edidisset *Traité théologique touchant l'efficacité de la grâce,* où l'on examine ce qui est de foi sur ce sujet et ce qui n'en est pas, ce qui est de s. Augustin et ce qui n'en est pas [1]), Parisiis 1705 in 12; (Luxemburgi) 1706; et Parisiis 1706, Serrius respondit l.: *Schola thomistica vindicata:* seu Gabr. Danielis e S. J. tr. theologicus adversus gratiam se ipsa efficacem censoris animadversionibus confutatus: quibus moliniana inventa pro fidei dogmatibus ab eodem Daniele venditari, Augustini doctrinam non exponi, sed impeti, scholam angelicam inique traduci ac suggillari demonstratur [2]), Coloniae 1706 in 8. Respondit [3]) Daniel *tr. theologici* t. 2., Parisiis 1706 in 12. *Exercitationes historicae, criticae, polemicae de Christo ejusque virgine matre:* quibus Judaeorum errores de promisso sibi liberatore nova methodo refelluntur; christianae religionis mysteria omnia ad certam historiae fidem exiguntur, explicantur, defenduntur, Venetiis 1719 in 4. et eodem anno Mediolani (ed. neglectior et penitus invenusta), proh. 11. Martii 1722. Has impugnavit Matthaeus Basile olim (1727) minister generalis ord. s. Franc., dein (1731) archiepiscopus panormitanus, cui ipse Carolus III. Siciliae rex sepulcrum suis expensis erexit (1736), in *diss. (8) posthumis,* quae accurante Jac. Basile S. J. fratris filio Neapoli prodierunt 1755, in quarum 1. agit de muneribus critici christiani; in 2. utrum nomina parentum b. V. Mariae Joachim et Anna sint historice certa; in 3. quid sit tenendum de eorundem sterilitate et fecunditate miraculose concessa, ut in legendis traditur; 4. de Virginis praesentatione et institutione in templo; 5. de ejus desponsatione cum s. Josepho a. aetatis 14. vel 15. facta; in 6. respondet exceptionibus Serrii contra traditionem popularem praesepio adfuisse bovem et asinum; in 7. ostendit tres fuisse magos eosque reges; in 8. s. Joseph comitatum esse Mariam in visitatione Elisabeth. Etiam Sandini in *historia familiae s.* quasdem Serrii opiniones impugnat: hinc edidit Serry *Animadversiones anticriticae in historiam s. familiae* ab Ant. Sandini novissime scriptam, Parisiis 1735 in 8., et cum hae non omnibus satisfacerent, suppresso typographi nomine, loco et anno adjecit *mantissam ad animadversiones anticriticas* in historiam sacrae familiae in 8. Post Serrii mortem prodierunt ejus diss. critico-dogmaticae *de vindiciis d. Petri* adversus magdeburgenses aliosque haereticos; accedit diss. Eleutherii vindicias complectens (adversus accusationem eum approbasse montanismum),

[1]) Propter materiae affinitatem mentionem hic faciemus etiam Angeli a Passione in seculo dicti Beritaut O. Carm. provinciae aremoricae († 3. Jul. 1731 a. aetatis 72), theologiae professoris, qui scripsit: *Le disciple pacifique de s. Augustin sur la liberté, la grâce et la prédestination:* avec une diss. de l'autorité de s. Augustin dans les dites matières, Parisiis 1715 et 1729 t. 2 in 4., ubi de erroribus Pelagii et semipelagianorum, necnon de conciliis eos damnantibus disserit. Scripsit etiam *la Théologie des Pères des premiers siècles de l'Eglise,* Rhedonis 1728 t. 3 in 8.

[2]) Cf. Journ. des S. XXXIV, 1069—1070.

[3]) Alia opuscula, quae prodierunt occasione controversiarum inter P. Daniel et Fr. Hyac. Serry cf. apud Backer I, 1516; Roskovány III, 797; Journ. des Sav. XXXIII. 534—538. De op. P. Daniel mox laudato cf. ib. p. 880 ss.; XXXV, 1—13, ubi inter alia legimus: „Il (Daniel) entreprend encore de montrer, que ces disciples s. Thomae ne s'accordent nullement avec leur maître, et qu'ils ont renoncé à la doctrine de l'Ange de l'Ecole, pour embrasser celles de Bañes. Il ne nie pas à la verité que s. Thomas n'ait enseigné une prémosion, même physique; mais il prétend qu'il y a une contradiction parfaite entre ce que dit le s. Docteur sur cet article et ce que contiennent les nouveaux Thomistes. Cf. etiam Mém. de Trév. 1705 a. 126 pag. 1407—1415; 1706 a. 152 p. 1843—53; de Loë KL. XI, 195.

Panormi 1736. *D. Augustinus d. Thomae ejusque angelicae scholae conciliatus* in q. de gratia primi hominis et angelorum [1]), Patavii 1723 in 8; 1724 ed. multo auctior magnaque rerum accessione illustrata.

466. Occasione bullae *Unigenitus* [2]) acres ubique locorum agitabantur controversiae de rom. pontificis infallibilitate, aliis eam strenue vindicantibus, aliis eam negantibus. Mediam viam ingredi sibi videbatur Serry in op. *de rom. pontifice in ferendo de fide moribusque judicio falli et fallere nescio* et conc. oecumenici auctoritate, potestate et jurisdictione superiori; accedit: de mente ecclesiae gallicanae et academiae parisiensis circa praefata duo sedis apostolicae privilegia, Patavii 1732, in quo propugnat, papam quidem in rebus fidei ac morum infallibilem esse, dummodo praecesserit matura cum celebrioribus theologis consultatio et demum judicialis cardinalium consensus accesserit (proh. decr. 14. Jan. 1733). Acriter illud impugnavit anonymus (Aloysius Maria Lucini O. Praed. theologiae magister et romanae inquisitionis commissarius generalis) in l.: *Rom. pontificis privilegia* adversus novissimos osores vindicata, duplex diss. cum duplici app. Venetiis 1734. Mox respondit Serry adversario op.: *Infallibitatis pontificiae justis terminis circumscriptae explicatio atque defensio,* necnon diss. apologetica adversus novissimum privilegiorum pontificiorum vindicem, Coloniae 1734 impressum, quod senatus venetus libri editionem non permitteret. Hinc Lucini vindicias suas appendice auctas iterum edidit a. 1735: contra quas prodiit 1735 non Parisiis, ut in titulo fingitur, sed Venetiis *Fr. H. Serry* ... ab Al. M. Lucinio R. J. C. G. aperta jam fronte provocati *iterata defensio* seu infallibilitatis pontificiae justis terminis circumscriptae fusior explicatio firmiorque defensio, diss. apologetica secundis curis adornata [1]). Quae altera defensio non est prohibita. Reposuit Lucinius *antithesim* contra H. Serrium conantem pontificiam infallibilitatem certis terminis circumscribere. Non tacuit Serry expressitque *dictionarium latinum* ex lucinianae antithesis phrasibus censoriis Orbilii notis emendatum. — *Ambrosii Catharini vindiciae* de necessaria in perficiendis sacramentis intentione theologica disputatio [2]), Patavii 1727 in 8., contra quam prodiit diss. theologica, historica, dogmatica, scholastica, moralis *de intentione in sacramentorum ministro necessaria,* auctore Fr. Lamberto Gaud Valreascensi O. Praed. in avenionensi academia doctore aggregato, necnon perpetuo in cathedro s. Thomae moralis theologiae professore, 1729. Hoc in op. Lambertus, omnes quidem theologos refellere aggreditur, qui sua aetate Catharini sententiae patrocinium suscepere; at in Serrium potissimum stilum suum exa-

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1724 a. 18 p. 581—601; suppl. ad act. er. l. IX, 92—96.

[2]) Contra hanc ferrea contumacia stetit Car. Joachim Colbert de Croissi montepesulanus episcopus (1697; † 1738), qui innumeras emisit literas et instructiones pastorales admodum acres et vehementes contra rom. pontificem, conc. embrodunense, episcopatui et Ecclesiae injuriosas: hinc ingens ecclesiae gallicanae intulit damnum. Eaeque collectae prodierunt1740 t. 3 in 4. Plures fuere prohibitae. Stetit pro convulsionibus et miraculis ludicris sectae jansenianae.

[1]) Cf. Suppl. ad nova E. E. L. III, 215—20.

[2]) Cf. J. de Sav. LXXXVI, 534—43. Pro Serry stetit Adolphus a s. Benedicto Nemetsényi O. sch. p. Hungarus Marothiensis (n. 1719; † 1757) philosophiae et theologiae lector, provinciae praepositus editis *Vindiciis vindiciarum pro H. Serry O. Pr.* animadversionibus illustratis insignibus cum praefatione memorabili, Jaurini 1753 in 8. Edidit quoque *s. Bernardi epistolas* et s. Augustini soliloquia, ib.; *Marci Aurelii philosophi vitam* notis illustratam, Posonii 1739 in 4.

cuit, qui hoc argumentum prae ceteris latius pertractaverat. Id causae fuit, cur Serry emiserit *Vindicias vindiciarum Ambrosii Catharini* seu de necessaria in perficiendis sacramentis intentione theologicam diss., contra domesticum impugnatorem vindicatam, defensam, confirmatam magnaque rerum accessione auctam et illustratam, Patavii 1730 in 8; 1733; Jaurini 1742. — Graeci theologi *de Christo pascha suum praemature atque in pane fermentato celebrante* diss. a theologo latino censoriis notis dispuncta et confutata, ib. 1730. Demum [1]) post ejus mortem prodierunt *praelectiones theologicae-dogmaticae-polemicae-scholasticae* habitae in patavina academia, adjectis variis auctoris opusculis alias jam editis sed rarioribus, Venetiis 1742 t. 5 in 4.

467. Haud minoris celebritatis est alter Serrii adversarius, cujus jam mentionem fecimus, Gabriel Daniel S. J. Rotomagensis n. 1649, philosophiae et theologiae professor, qui decessit a. 1728 relictis quam plurimis operibus stilo eleganti conscriptis [2]). Ad rem nostram haec potiora sunt: Traduction du système d'un docteur Espagnol (Lud. de Leon, de quo cf. III^3, 230) *sur la dernière Pâque de N. S. J. Christ* avec des réflexions sur ce système et sur la discipline des anciens Quatuordécimans par rapport à ce sujet [1]), Parisiis 1695. *Lettres théologiques* (10) au R. P. (Noel, Natalis) Alexandre, ou se fait le parallèle de la doctrine des Thomistes avec celle des Jésuites sur la Morale et Grâce, Coloniae bis (sed revera Rotomagi et Lugduni) 1698 in 12. editae; 1704; etiam in thes. theol. Zachariae II, 86—156; IV, 353—97; prius seorsim Rotomogi 1696—1697. Eae vere eximiae sunt, nam singulari prorsus perspicuitate et accuratione de argumentis subtilibus disputat, ut infra videbimus. *Diss. théologique* sur cet axiome de s. Augustin: *Quod amplius nos delectat, secundum id operemur necesse est,* Parisiis 1714 in 12. (ed. 2.); diss. théologique *sur la nécessité morale et l'impuissance par rapport aux bonnes oeuvres,* ib. 1714 in 12. cum continuatione, quae directae sunt adversus theologiam scholasticam et moralem Lud. Haberti, de qua supra egimus p. 740. *Lettre à une Dame de qualité* où l'on examine jusqu'à quel point il est permis aux Dames de raisonner sur les matières de religion, Parisiis 1715; Leodii et Lugduni 1715. Cartesii philosophiam sagaci subjecit crisi in op. celebri *Voyage du monde de Descartes*, Parisiis 1690, cujus altera pars est *Nouvelles difficultés* proposées par un Péripatéticien, ib. 1693. Potiora opuscula collecta prodierunt sub inscriptione [2]): *Recueil des divers ouvrages philosophiques, historiques, apologétiques et de critique,* Parisiis 1724 t. 3 in 4.

[1]) Plura de ipso cf. apud Echard II, 803 ss. et in praef. *praelectionum theolog.* Indiculum operum suorum adjecit Serry *vindiciis vindiciarum* A. Catharini, quarum supra mentionem fecimus. A nonnulis ipsi adscribitur *theologia supplex* coram Clemente XII. P. M. clementinae const. *Unigenitus Dei Filius* explicationem et intelgentiam submisse rogans, Coloniae 1736 (damnata decr. 14. Jen. 1737), in qua auctor variis subdola arte propositis probatisque dubiis reapse quesnellianarum thesium patronum agit.

[2]) Cf. prolixum elenchum apud Sommervogel II, 1795—1815 et IX, 1703. Scripsit autem non solum adversus Serrium, sed etiam adversus Blasii Pascal *Lettres provinciales,* Vivianum Laborde etc. Non immerito laudatur op. *Histoire de France* depuis l'établissement de la monarchie française dans les Gaules, Parisiis 1713 t. 3 in f.; 1755—60 t. 17 in 4. ed. optima; saepius edita et in varias linguas versa. In compendium redacta Parisiis 1724 t. 8; continuata a Petro Ren. Dorival S. J. († 1748) ad a. 1715 adjectis t. 4 ib. 1751. Cf. Feller III, 189.

[1]) Cf. Journ. des Sav. XXIV, 13—16.

[2]) Cf. de hac sylloge Mém. de Trév. 1825 a. 94 p. 1856—96.

468. Adversus *Jansenianos* [1]) pugnarunt: Joan. le Porcque Boulognensis congr. Or. n. 28. Oct. 1636 († 5. Apr. 1722), philosophiae et theologiae, apud sodales lector [2]) in op. *Sentiments de s. Augustin* sur la grâce opposés au ceux de Jansénius, Paris 1682 in 4; 1700 ed. aucta, quod opus bilem movit Arnaldi et Nicolii — Dusaussoy (Dusaussoir) († 1727) — Andreas de Grazac O. Cap. in *Traité théologique* où l'on démontre que les fidèles ne peuvent communiquer en matière de religion avec les ennemis déclarés de la bulle Unigenitus, Nancaei 1726 in 8; *Principes catholiques* opposés à ceux des tolérants qui reçoivent dans leur communion les ennemis de la bulle Unigenitus, Avenione 1727 in 8; *Réplique aux tolérants de ce temps,* qui soutiennent que la communion ecclésiastique avec les vrais hérétiques et schismatiques notoires, n'est défendue que de droit ecclésiastique, où l'on démontre qu'elle est défendue de droit divin et naturel, ib. 1729 in 8., quae opera meruerunt collaudari [3]) a Benedicto XIII. et Clemente XIII. — Vincentius Thuillier [1]) O. S. Ben. congr. s. Mauri, natus 1685 in oppido Coucy dioecesis laudunensis, vir acer ingenio et labore indefessus, diu philosophiae et theologiae professor († 1736), praeter alia edidit *Ouvrages posthumes de Dom Jean Mabillon et de Dom Thierri Ruinart,* Parisiis 1724 v. 3 in 4; latine vertit ll. 8 *Origenis adversus Celsum,* quam versionem de la Rue suae ed. op. Origenis inseruit; *Histoire de la nouvelle édition de s. Augustin* donnée par les PP. Bénédictins de la Congr. de S. Maur, quae non statim prodiit, sed nonnisi reformata in melius curis ut dicitur a Reusch B. Pezii bibl. germ. XXXIII (?), a. 1735. Hinc Goujet ed. originalem publicae luci Parisiis 1736 dedit cum introductione et annotationibus [2]). Appellaverat Thuillier cum tot aliis sectae jansenianae fautoribus a bulla *Unigenitus,* sed appellatione retractata scripsit: *Lettre d'un ancien Professeur en Théologie* de la Congr. de S. Maur, qui a revoqué son appel à un autre Professeur de la même Congr., qui persiste dans le sien, ib. 1727 in 12., quam secuta est eodem anno alia ep. de eodem argumento, et a. sequenti tertia: 1729 ed. 3., quibus in literis candide appellantium artes et fraudes narrat, quibus et ipse inductus fuit ad appellandum [3]). Eae magnum rumorem per Galliam excitarunt pluresque induxerunt ad appellationem revocandam. Hinc a quatuordecim episcopis meruerunt approbari, altera vero ex parte appellantium turbam, imo et aliquot sodales ad iram provocarunt et vindictam, quam pro more editis libellis et dicteriis infamibus sumpserunt. Coepit concinnare historiam bullae

[1]) Jansenistis accenseri debent Joannes Louail († 1724), de quo cf. Feller III, 8. — Antonius Dorsanne, doctor sorbonicus, vicarius et officialis card. Noaillii, quem ipse, ut sedi apostolicae tam pertinaciter se opponeret, instigavit († 1728), facta et fabellas collegit pro conscribenda historia (non tamen sincera) Jansenismi. Cf. Feller II, 605 — Theodoricus Josephus Franciscus Fagnier de Viaixnes O. S. Ben. (n. 10. Martii 1659; † 1732), qui edidisse dicitur Serrii historiam congr. de auxiliis eum praefatione 200 pag. (in pluribus exemplaribus suppressa). Disserit in ea de vita et scriptis Thomae Lemosii, sed stilo acri in Jesuitas — Jacob. Fouillon, licentiatus sorbonicus, plura pro causa janseniana scripsit, praesertim opus malum suppresso nomine: *Les Hexaples* ou les six colonnes etc. († 1736). Cf. Adelung II, 1185. — Franciscus Louvart O. S. Ben. congr. s. Mauri († 1739), de quo cf. de Lama p. 143.

[2]) Cf. Batterol Mém. IV, 514—22.

[3]) Cf. Quérard II, 458.

[1]) Ejus frater, qui vocabatur Antonius Vincentius T., pariter congr. s. Mauri latine vertit Historiam ecclesiasticam Fleurii atque etiam in nonnullis correxit. Cf. Quérard la France littéraire IX, 468.

[2]) Cf. Tassin p. 529; Reusch II, 686.

[3]) Cf. Journ. des S. LXXXIII, 360-371.

Unigenitus. Ex msc., quod complectitur ll. 36, edidit A. M. P. Ingold *Rome et la France* la seconde Phase de Jansénisme, Paris 1901 ll. scil. 7—13, opus magni momenti pro historia. Defuncto Thuillier illud continuavit Le Seur. — Joannes le Porcq (Porcus) congr. Orat. per 50 annos theologiae professor († 1722) scripsit [1]) *Les sentimens de s. Augustin sur la grâce* opposez à ceux de Jansénius, 1682 in 4; seconde éd. revue et augmentée par l'Auteur en differens endroits et en particulier d'une XVII. preuve, où l'on fait voir l'opposition des sentimens de Jansénius avec l'esprit de piété par les ouvrages de piété des Auteurs de ce temps de la plus grande réputation, Lugduni 1700 in 4. — Simon Petrus Stievenard, Fenelonio a secretis, qui eum etiam canonicum fecit 1703, curavit novam ed. *instructionis pastoralis* hujus episcopi de Jansenianorum systemate atque in ejusdem praefatione accuratum exhibet praesulis illius opp. catalogum 1715. Vindicavit quoque Fenelonium triplici *apologia* adversus Billuart, qui eum in op. *Thomisme triomphant* 1725 accusaverat, quod thomistarum systema cum systemate Jansenianorum confuderit. Edidit insuper *concertationes Jansenianorum*, Coloniae 1730 in 8. Obiit [2]) 19. Aug. 1735.

469. In primis vero causam catholicam strenue egit Henricus de Thyard de Bissy cardinalis et meldensis episcopus n. 25. Maji 1657 in Burgundia. In prima statim aetate probitatis ac sagacitatis igniculi tam luculenter elucebant, ut ad res praeclare gerendas et magna Ecclesiae obsequia olim praestanda ipso naturae beneficio procreatus crederetur. Sedulo incubuit studiis theologicis et canonicis factoque publico suae doctrinae experimento in Sorbona doctoratus honores adeptus est. Tum vero s. Scripturae patrumque lectioni intentus fidei veritates adversus sectarios tueri studuit seque in controversiis tam dogmaticis quam theologicis versatissimum reddidit. Curante P. de la Chaise abbas Nobiliaci dictus est, mox renunciatus episcopus tullensis (1687), quam ecclesiam a. 17 non sine magno zeli apostolici elogio rexit. Defuncto celeberrimo Bossueto (1704) ad ecclesiam translatus est meldensem. Alacri solertique animo impugnavit Jansenianorum sectam, contra quam 1710 *instructionem pastoralem* edidit, in qua Ecclesiae auctoritatem in decidendis factis dogmaticis egregie stabilivit et Juenini institutiones theologicas (cf. supra p. 737) proscripsit. Non defuere tamen qui eam impugnare molirentur: ipse vero eorum subterfugia 1712 et 1716 doctissimis observationibus refutavit non sine magna summi pontificis omniumque recte sentientium approbatione. Ampliorem laudem sibi conciliavit, dum pro const. *Unigenitus* impenso studio semper steterit edito de ea *Traité théologique*, Parisiis 1722 t. 2 in 4., in quo decisionis hujus pontificiae hostes acerrime insectatus, eorum erroribus tenacissimus fidei catholicae assertor sese opposuit [1]). *Mandement et Instruction pastorale* . . . contenant la réfutation d'un Ecrit adopté par MM. les Evêques de Pamier, de Senez, de Montpélier, de Boulogne, d'Auxerre et de Mâcon et intitulé: Réponse à l'Instr. Pastorale de M. le Card. de Bissy de 1722 sur la Const. *Unigenitus* [2]), Parisiis 1725 in 4., quibus in ll. edendis

[1]) Cf. Biogr. univ. XXXV, 416.
[2]) Cf. Biogr. univ. XLIII, 548.

[1]) Feller VIII, 182: „Son Traité théologique sur la constitution *Unigenitus* passe pour un des plus estimés et des plus complets sur cette matière," Bure Bibliographie instructive, Théologie, p. 280: „Ouvrage recherché et un des plus estimés qui aient paru sur cette matière. Les Exemplaires n'en sont point communs."
[2]) Cf. Journ. des Sav. LXXIX, 235—261.

usus est opera Thomae Dupré S. J. (n. 1680; † 14. Junii 1758). Quapropter Ludovicus XIV. egregium hunc pastorem, cui ecclesia gallicana tantum debuit, sacra etiam purpura dignum censuit. Regis votis Clemens XI. obsecundans eum hisce verbis cardinalem creavit (22. Maj. 1715): »Creare similiter intendimus alium cardinalem, nempe ven. fratrem Henr. de Thyard de Bissy episcopum meldensem, cujus eximia in Nos, in Ecclesiam universam, imo et in ipsam catholicam religionem merita, sive pro ecclesiastica libertate tuenda, cum tullensi ecclesiae praeesset, sive pro orthodoxae veritate doctrinae propugnanda, postquam ad meldensem translatus fuit, satis nobis comperta sunt et nota.« Magnis expensis praesul his novas aperuit in sua dioecesi scholas, largis assignatis stipendiis pro selectioribus philosophiae et theologiae studiosis. Antecessorum suorum statuta pro restauranda cleri disciplina in unum collegit librum, et novis iisque oppido salutaribus auxit. Ludovico regi usque ad extremum vitae halitum immote adstitit, ac sedulo accessum card. Noaillio archiep. parisiensi ad regem moribundum praepedivit, ne ejus suasionibus regia statuta contra Jansenianos edita forte immutarentur. Nil praetermisit eorum, quae ad hunc cardinalem sacrae sedi conciliandum conferre censeret. Postquam vero Jansenistarum oppositio ad eum temeritatis gradum pervenit, ut etiam a papa ad generale concilium provocarent, ac reipsa quatuor Galliae praesules appellarent, Henricus contra illos scriptum praestantissimum elucubravit (1720), quod tamen, cum illud regius procurator ceu gallicanae ecclesiae libertatibus adversum denunciaret, non modo typis edere prohibitum fuit, verum etiam parisino clero comitia habere vetitum, ne forte plura ejusmodi scripta publici juris fierent. Nihilominus velut murum aeneum factioni jansenianae conatibus, ubicunque potuit, se opposuit. Iterum contra Quesnellistas in potestatis pontificiae defensionem et appellantium confusionem edidit *pastoralem instructionem*, qua hi impotenter exacerbati fuere, unde pro more parlamentum parisiense ultimum ipsorum refugium instigarunt, ut in card. instructionem inquiri juberet: quod tamen Ludovicus XV. parlamento interdixit. Non tamen propterea quievit turbulenta factio. Quo enim ardentius cardinalis pontificis jura et constitutionis aequitatem verbis et scriptis propugnabat, eo magis Ecclesiae adversarii dicteriis et calumniis eundem insectabantur, adeo ut suis querelis tandem tanti praesulis ab urbe parisina exsilii causa exsisterent. Mox tamen detecta malevolorum nequitia, cardinalis victor inter festivas proborum acclamationes Parisios revocatus est. Paulo post idem fatum eodemque successu tulit, quin propterea deterreretur, devios in viam veritatis reducere et diuturna haec, quibus gallicana ecclesia scindebatur, dissidia componere. Demum tot laborum assiduitate fractus ac lento corporis languore tabescens vitae suae finem appropinquare praesensit; quocirca sepositis omnibus aliis curis unice de animae suae salute sollicitus fuit pieque obiit 26. Jul. 1737 a. aetatis 81.

470. Opportune mentio fieri hic potest op. impostoris, quod sub nomine Renati Jos. du Bois S. J. prodiit inscriptum *Collectio nova Actorum publicorum* const. Clementinae »Unigenitus« .... Benedicto XIII. oblata, Lugduni 1725 in 4. Merito autem de ejus genuinitate dubitat Sommervogel I, 1602, cum acta Soc. J. auctorem hujus nominis ignorent et collectio complectatur documenta janseniana ipsiusque Quesnelli, genuina omittat etc. Hinc

[1]) Cf. Alex. a s. Joanne in cont. H. E. Fleurii l. 230 § 25; Gallia christ. VIII, 1661 ss.; Gams KL. XI, 1608.

conjicit eam compilatam esse a Jansenianis et per fraudem Jesuitae suppositam. Fraudem certo subesse colligit [1]) Jos. Hild collatione instituta inter hoc opus et *novam editionem actorum publicorum* const. Unigenitus a Clemente XI. contra P. Quesnellum conditae adornatam a Christ. Matth. Pfaffio Tubingae 1723 in 4., nam omissa hujus praefatione historica illa collectio cum hac verbotenus consonat solo mutato collectoris nomine, qui fingitur esse Jesuita, ut facilius catholici deciperentur et confusio in dies cresceret. Suspicatur autem idem sagax theologus ipsum Pfaffium, qui et famosa fragmenta finxerit et Irenaeo supposuerit in damnum rei catholicae, haberi posse pro impostore.

461. De *apologia religionis* revelatae et christianae multi meruerunt [2]), cum jam exeunte sec. XVII. et ineunte XVIII. quaquaversus incredulitatis semina per Galliam diffunderentur. Ita Denyse, Parisiis philosophiae professor, in op.: *La vérité de la Religion chrétienne* démontrée par ordre géométrique [1]), Parisiis 1717 in 12., quod a viris doctis libris hoc in genere melioribus accensetur propter accurationem, soliditatem, perspicuitatem — Petrus Jac. Blondel Parisiensis († 1730) in op.: *Les Vérités de la Religion enseignées par principes* [2]), Parisiis 1705 in 12 — Chr. L. Dugard sacrae facultatis parisiensis magister in or. *de spiritualitate et immortalitate animae humanae* [3]), Parisiis 1735 in 4; diss. *de praecipuis religionis fundamentis,* ib. 1750 in 4. Edidit quoque Paraphrase *sur les Psaumes,* ib. 1754. — Zacharias Chardon de Lugny, quem ad veram Ecclesiam reduxit Bossuet († 23. Junii 1733 a. aetatis 90), vir admodum modestus et strenuus, cujus plura exstant opera [4]): *Traité de la religion chrétienne,* dans lequel on voit le pouvoir que J. Christ a donné à son Eglise, sa différence d'avec les églises hérétiques et l'obligation qu'ont tous les Chrétiens de s'attacher étroitement à la vraie Eglise, Parisiis 1697 t. 2 in 12; *Recueil des Falsifications* que les Ministres de Génève ont faites dans l'Ecriture Sainte en leur dernière traduction de la Bible: avec les motifs pour lesquels il paroit, qu'ils les ont faites et la réfutation de leurs excuses sur ces faits, ib. 1707 in 12; *nouvelle méthode pour réfuter l'établissement des églises prétendues réformées* et de leurs religions et pour défendre la stabilité de l'Eglise et de la Religion catholique, apostolique et romaine dans sa possession perpétuelle, ib. 1731 in 12. — Claudius Buffier S. J. in Polonia parentibus gallis a. 1661 natus, vir in omni literarum, humaniorum praesertim genere versatus († 1737), plurima reliquit opera ingeniose et venuste con-

[1]) Litteris ad me datis 14. Dec. 1908.

[2]) Ignatius de Laubrussel S. J. Verdunensis n. 27. Sept. 1663, philosophiae, dein theologiae scholasticae professor († 9. Oct. 1730), scripsit: *Traité des Abus de la Critique en matière de Religion,* Parisiis 1710 t. 2 in 12., de quo ita judicat Backer II, 660: „Cet ouvrage montre beaucoup de lecture et beaucoup de critique; mais nous ne le croyons pas exempt de préjugés." Cf. Jour. des Savans 50, 89—101 et Mém. de Trév. 1711 t. 2 a. 114 pag. 1311—1338; Feller V, 173 scribit: „Son but était de venger la religion des coups impuissants que lui portent les incrédules et les hérétiques; il y a de bonnes choses, mais elles pourraient être énoncées avec plus de dignité et de force." — Claudius Sicard SJ. missionarius in Syria et Aegypto (n. 4. Maj. 1677; † 12. Apr. 1727) duos ll. apologeticos lingua araba scripsit. Innotuit suis de hisce religionibus notitiis utilibus, ex quibus demum prodiit *Description de l'Egypte* suivie des Mémoires sur l'Ethiophie, Parisiis 1845. Cf. Sommervogel VII, 1885—89: Hillig SJ. KL. XI, 250.

[1]) Cf. Journ. des Sav. 62, 543—551.

[2]) Cf. Jour. des S. XXXIII, 570—575.

[3]) Cf. Mém. de Tr. 1736 a. 11 p. 163 ss.

[4]) Cf. Journ. des S. XXV, 287; XXXVI, 593.

scripta [1]), quorum aliquot collecta prodiere hoc titulo: *Cours général et particulier des sciences* sur des principes nouveaux et simples pour former le langage, l'esprit et le coeur dans l'usage ordinaire de la vie, Parisiis 1732 in f. Huc vero spectat: *Exposition des preuves les plus sensibles de la vraie Religion* [2]), ib. 1732 in 12; 1761; in collectione illa laudata et t. 9. coll. editae a Migne: *Démonstrations évangéliques* etc., Parisiis 1844. Strenuus quoque socius fuit in edendis doctissimis memoriis trivultiensibus ab a. 1701—37.

471. Omnium tamen, qui huc referri possunt, celeberrimus est Petrus Daniel Huetius Cadomensis n. 8. Febr. 1630. Vivaci praeditus ingenio et insatiabili discendi ardore omnia vicit impedimenta, quae haud pauca, ipso adhuc puero, ejus studiis obstitere [3]). Nondum excessit annum decimum et tertium, et jam absolverat politioris humanitatis curriculum. Cui cum incumberet, magnum prodidit poeticae artis talentum, quod si data opera excoluisset, celebre sibi ea adeptus esset nomen: specimina saltem, quae subinde dedit, laudem prorsus merent. Exinde geographiae et philosophiae studio se dedit ducibus Hallaeo professore regio et Mambruno S. J., qui traditum sibi discipulum tenero amore prosecutus est et quam diligentissime sibi instituendum proposuit. Quem in finem eum mathesim docuit. At degustata vel primoribus labris geometria, tanta Huetio insedit hujus scientiae percipiendae cupiditas, ut in ea excolenda noctes atque dies consumeret omniaque ei sorderent prae geometria. Magnopere quidem id improbabat Mambrunus, sed nil effecit, quam ut discipulus cautius cum ipso ageret studiumque quo ardebat dissimularet, plusculumque temporis tribueret philosophiae. Adeo autem in mathesis studio profecit, ut adoles-

---

[1]) Cf. eorum catalogum apud Sommervogel II, 330—59 sub n. 49, et post ejusdem elogium in Mém. de Tr. 1737 a. 85 pag. 1500—1510, ubi de eo inter alia legimus: „C goût ressemble assez à celui du sage Socrate, qui consistoit à instruire en amusant, et à insinuer la raison par un détour agréable et de fins raisonnemens, qui mènent à convenir qu'on auroit eû tort de penser autrement que lui... Celui qui le caracterisoit le plus, consistoit à répandre sans y penser, sur ses entretiens, sur ses Ecrits et sur ses manières toujours ouvertes un air de decence et de gayeté, d'enjouement et de vérité, qui l'a fait chérir jusqu'à la mort dans le monde poli et savant." Cf. Feller II, 339, qui nonnihil rigidius de ejusdem operibus judicat. Biogr. univ. VI, 233.

[2]) Cf. Mém. de Tr. 1732 a. 46 pag. 888—917; ubi a. 49 pag. 957—972 reperitur *Addition au Traité du P. Buffier* sur les preuves les plus sensibles de la Religion, Lettre à M. le Ce . . de . . .: J. des Sav. XCVII, 94—110; A. E. L. 1735 p. 230—232. De ejusdem cum Colbert archiep. rotomagensi controversia cf. contin. H. E. Fleurii l. 212 § 38 s.

[3]) Has difficultates et studendi ardorem ita ipse describit in *commentario de rebus ad illum pertinentibus* l. 1: „Cum invidiam illorum (condiscipulorum) excitaret amor ille literarum, qui in me erat, nihil praetermissum ab illis est, quo me averti posse crederent a studiis: libri mei subrepti, chartae concerptae, vel aqua perfusae, vel sevo illitae, ut scripturam nostram respuerent; cubiculi nostri occlusae fores, ne, dum ipsi ludo darent operam, ego illic cum libello delitescerem; quod et saepe factum a me deprehenderant. Cum autem rure ageremus, per autumnales ferias, tum vero nefas esse putabant, libros attingere, totosque dies vel lusitando vel venando vel deambulando duci jubebant. Me vero cum alia traheret voluptas, antequam excitati essent e somno, exoriente sole, domo clam egressus, vel condebam me in silvam, vel raptim certe opacam aliquam sectabar umbram, quae me placide legentem et studentem ab oculis eorum protegeret. At illi me diu per dumos quaesitum, velut indagine cinctum, extrahebant tandem e latibulis, vel lapillorum madentiumve glebarum jactu, vel aqua clam per siphones inter arborum ramos immissa. Sed quantum conatus nostros tardabat condiscipulorum livor ac malignitas, tantum eos provehebat insitum mihi a natura infinitum illud discendi desiderium."

cens annorum 16 publice et cum magna auditorum approbatione disputaret de omnibus ejusdem partibus. Emisit per illos dies Cartesius novam philosophandi methodum, quae juvenilem quidem et inexpertem Huetii animum cepit diuque tenuit, sed in provectiori aetate vitiis ejus perspectis non amplius ei probabatur [1]), ut patet ex ipsius *censura philosophiae cartesianae*, Parisiis 1689 in 12; 1694 aucta; Helmstadii 1690 in 4; Franequerae 1690 in 12; Hanoverae 1690, Campis (Campen) 1690. Postea edidit: *Noveaux Mémoires pour servir à l'histoire du Cartesianisme*, Parisiis 1692; Amstelodami 1698 in 12. ed. auctior, sed absque auctoris nomine. Ex altera parte ad amoeniorum literarum delicias et antiquitatis notitiam traxit ipsum Samuelis Bocharti *geographia sacra*, quae tum excudi coepta est Cadomi: ex quo op. erudito suam non modo intellexit inopiam, sed graviter quoque tulit; quam ob rem apud se decrevit reliquis abstinere studiis, quoad hebraicae et graecae literaturae non omnino rudem notitiam acquireret [2]): quam ut copiosius hauriret ipsum Bochartium convenit, licet Cadomi ministrum calvinistarum, cujus saepe, sed caute et occulte ac fere noctu, consuetudine familiariter est usus. Cum Christina Suecorum regina Bochartium ad se vocasset, Huetius itineris socium se ipsi adjunxit. Antea tamen adivit Lutetiam cum ob celebritatem urbis, tum ob comparandos libros, tum ad visendos reipublicae literariae viros principes, Sirmondum in primis, Petavium, Labbeum, Vavassorem, Rapinum, Cossartium, Comirium, Dechamps, Garnerium, Puteanos fratres, Naudaeum etc., quorum conversatio ipsius discendi ardorem plurimum accendit et promovit. Anno 1652 cum Bocharto viam per Hollandiam in Sueciam aggressus est, qua occasione Salmasium et Vossium invisit: sed cum reginae valetudo ex nimia studendi contentione male esset affecta ideoque ejus fervor literarius remitteret, parum liberaliter exceptus fuit Bochartus. Huetius post trium mensium commorationem [1]) patriam repetiit, interim tamen sedulo rariores codices perlustraverat et ex praestanti codice commentariorum tomos aliquot Origenis in Matthaeum et tr. ejusdem de oratione descripserat: unde prodiit origenianorum commentariorum editio, quam post aliquot annos curavit.

[1]) Qua de re ita scribit comment. cit. l, 1: „Nec facile dixerim, quantum admirabilitatem fecerit nova haec philosophandi ratio in animo juvenili, et veterum sectarum rudi; cum ex simplicissimis et facillimis principiis deprompta viderem speciosa miracula, et velut sponte exortam mundi hujus compagem totamque rerum naturam. Ac per multos certe annos arctissime devinctum me tenuit cartesianae factionis studium; tum praecipue cum per Hollandiam et Germaniam viros graves atque doctos velut fascinatione quadam tenaciter Cartesio viderem addictos; diuque insanientis hujus sapientiae consultus erravi, donec maturescente aetate, totoque hoc doctrinae apparatu a fundamentis perspecto, vela dare retrorsum, et cursus iterare sum coactus, cum inanibus structuris niti eam, totamque ab imo solo vacillare certissima ratione deprehendissem."

[2]) Qua diligentia literarum hebraicarum studio incumberet ipse refert comment. cit. l. 1. hisce verbis: Idem studium „majore conatu post annos aliquot repetii. Exinde vero per continuos 30 annos nulla abiit dies, quin duas tresve horas studio huic impenderim vel libris sacris evolvendis, vel terendis rabbinorum scriptionibus, nullis absterritus vel itinerum vel negotiorum impedimentis: ita ut omnes divinae legis libros hebraice scriptos quater et vicies a capite ad calcem hactenus perlegerim."

[1]) Postquam Christina regno se abdicavit Romamque se recepit, Huetium accersiit (n. 1659), qui tamen totus Origenis editioni immersus, memor quoque fatorum Bochartii, causas hinc inde quaesitas praetexuit, quominus regio favore uteretur. Pariter recusavit munus admodum honorificum instituendi in literis regis suecici suffragiis regni procerum ei delatum.

471. Jam ergo post longas excursiones, quarum occasione ubique locorum omnes celebriores viros invisere solebat, otii compos factus in bibliothecae suae latebras se retulit, in iisque latuit annos sexdecim, per mensem tamen quotannis ad lustrandas bibliothecas Lutetiam adiit. Quo tempore praecipua ei cura fuit commentarios Origenis a se descriptos retractare ad eosque latine reddendos et observationibus exornandos et cum reliquis hujus auctoris ejusdem generis scriptionibus, quascunque nancisci posset, edendos sedulo se comparare. Ultra decennium protractus est labor, qui occasio ei fuit scribendi prius *de interpretatione* ll. 2 Parisiis 1661 in 4; Stade 1680 in 12; Hagae Comitum 1683 in 8., quo opere immoderatam interpretum licentiam coercere conatus est, eosque potissimum, qui in ll. ss. transferendis suam navant operam. Laudatur in eo magna eruditio, sagax crisis et stilus latinus exquisitus. Ad promovenda studia in sua patria novam condidit cum doctis amicis (1662) academiam, in qua sodales dissererent de rebus physicis, de chirurgia in primis et medicina, de astronomia et chymia. Propter tam sollertem studiorum promovendorum, praesertim vero literarum humaniorum ardorem annua pensione donatus fuit a Ludovico rege. Tandem prodiit opus, cui tamdiu se consecraverat, scil. *Origenis commentaria* (non omnia) *in s. Scripturam* graece-latine cum latina interpretatione, notis et observationibus Rothomagi 1668; Parisiis 1679; Francofurti 1686 t. 2 in f. Adjecit ll. tres, quibus omnia, quae ad Origenis vitam, scripta erroresque spectant, erudite et solide enucleavit [1]). Cogitavit de edendis omnibus Origenis op., sed aliis occupationibus praepeditus fuit. Cum hisce aliisque scriptis magis semper inclaresceret Huetii fama atque innotesceret omnigena ejus eruditio, rex ad meliorem Delphini filii institutionem inter alios literatos viros, quorum congressu proficeret, ipsum etiam selegit (1669): sed obstitit Perinius principis institutor, quo fatis functo (1670) successit in ejus locum Bossuetus, eique Huetius additus fuit in tanto munere adjutor. In Delphini familiam et comitatum adscitus, licet multum temporis deberet ejus studiis [1]) aulicisque officiis impendere vitamque inquietam agere, nam saepe mutandae erant sedes, suscipienda itinera, varia adeunda et percurrenda loca; apud se statuit, nullas sinere omnino sibi perire horas, ne eas quidem, quae aliis vacuae esse solent frustraque conteri vel in faciendo itinere, vel in levando animo vel in conciliando somno, quem admodum contraxit. Haec subcesiva tempora novo necnon eruditissimo adornando operi consecravit, quod inscripsit: *Demonstratio evangelica,* Parisiis 1679 in f., ed. rara, prae ceteris exquisita, quod in ea nonnulla reperiantur, quae ceteris ed. desunt; 1687; 1690 ed. recognita, castigata et amplificata; Amstelodami 1680 t. 2 in 8., 1694 in 4; Lipsiae 1694; 1704 et 1722 in 4; Bassani 1782; in Migne *cursu compl. s. Script.* II, 262—679. Hoc opus majori plausu receptum fuit ab exteris, quam a Gallis. Omnes quidem admirantur summam et exquisitam eruditionem, desiderant tamen nonnulli majorem probandi soliditatem [2]). Methodo utitur mathema-

[1]) Cf. Journ. des Sav. II, 353—358 et in primis Joan. Alb. Fabricius bibl. graecae V, 216.

[1]) Magnam partem habuit in edendis auctoribus classicis *in usum Delphini,* verum, ut ipse ait in comment. de rebus suis, non ut operarius, sed ut operis procurator et ἐργοδιώκτης.

[2]) Ita scribit Buddeus in isagoge historico-theol. universa l. 2 c. 1 § 17 p. 431: „Diversa, quod non dissimulandum, opus hocce expertum est doctorum virorum judicia. Nihil de Jo. Tolando dicam atheorum facile impudentissimo, a cujus iniquis obtrectationibus Huetium vindicarunt Jac. Fayus in defensione religionis nec non

tica veterisque in eo Testamenti cum novo foedere cohaerentiam et concordiam demonstrat. Dividitur vero in 6 libros. In 1. auctoritatem et antiquitatem V. et N. Testamenti probat; in 2. agit de canone ss. librorum; in 3. prophetias V. T. exponit; in 4. exhibet parallelismum V. T. cum N.; in 5. disputat de sceptro Judae et in 6. de 70 hebdomadibus Danielis [1]). Vaticinia in Christo adimpleta esse ostendit atque ita pretiosam nostra adhuc aetate utilem religionis christianae apologiam exhibet.

473. Dum huic vacaret operi, assidua sanctorum voluminum tractatione et attenta rerum sacrarum meditatione sensit se ad ecclesiasticum vitae institutum allectum, nec ita tamen, ut initiari jam tum vellet sacris ordinibus, quibus se necdum maturum putabat, sed ut saltem voluntatem suam externo cultu testaretur. Post aliquot dein annos, cum 46 aetatis annum ageret, parendum vocantis Dei nutibus etiam in hoc esse duxit, ut sacros ordines susciperet (a. 1676). Mox (1678) ei rex contulit alnetanam abbatiam ordinis cisterciensis, cujus loci deliciis ita captus est, ut post suum ab aula secessum (1680) summo illuc recurreret studio singulis quibusque annis ad primum hirundinis volatum, totasque aestates transigeret in dulcissimo otio, noctesque et dies versaretur in exquisitarum doctrinarum meditatione, non alias tam quietam tamque beatam studiorum sedem nactus. Inde prodierunt *alnetanae quaestiones*, quibus difficilis argumenti assumpsit tractationem de rationis et fidei concordia; quae partes esse debeant rationis in suscipienda fide, usquequo pertinere debeat fidei in rationem imperium. Tum etiam adductis

---

Mosis et gentis judaicae diss. poster. cap. 1. et 2. pag. 168 ss. et Morinus in peculiari diss., quae exstat in dissert. varii argumenti de religione et philologia a Tilladeto lingua gallica editis p. 438 ss.; nec Chateletium commemorabo auctorem libelli: *la politique du clergé de France*, qui p. 1 pag. 74 scribere non veretur, confirmari potius ex ejus lectione atheos in sua impietate quam emendari: cujus aliis merito improbatur sententia, ut observat Mart. Diefenbachius de vero mortis genere, ex quo Henricus VII. imp. obiit, s. 1 § 37 pag. 89, ubi plura de opere hocce huetiano suppeditat. Fuerunt namque et alii, qui laudi hujus operis nihil detractum voluerunt; nec tamen dissimularunt, non ubique eam conspici concludendi rationem, quae omnibus satisfaciat." Cf. Joan. Fabricius in hist. bibl. fabr. IV; 30, qui plures hujus operis laudatores affert, e quibus ita Sam. Puffendorf fratri suo scribit (acta erud. lips. suppl. II, 98): „Fateor, ita impense me istius operis lectione captum, ut magnopere seculo gratulandum judicem, reperto tanto ingenio, cui infinitam eruditionis ac judicii vim circa ejusmodi potissimum materiam occupare placuit, quam nobilitate ac utilitate sua nulla alia superat. Augusta hic omnia, ornata, ad gravitatem composita, quali maximi regum (Ludovici XIV.) filio offerre decebat." Cf. Werner Geschichte der apol. und polem. Literatur der christ. Theologie V, 137 ss.; Espenberger die apolog. Bestrebungen des B. Huet v. A. historisch und ktritisch gewürdigt, Freiburg 1905.

[1]) Ubique penes philosophos et poetas gentiles studet reperire reliquias vel vestigia licet deformata revelationis divinae. „Id tamen systema, inquit Genér theol. dogmatico-scholast. t. 3 pag. 3 annot., quamlibet acutissimo ingenio uberrimaque eruditione propositum et explanatum haud omnibus probatum est, quod nempe veteres quosque philosophos ad patriarchas hebraeorum, praeprimis ad Moysen, obtorto collo et in obsequium fidei trahere videatur. Hic quidem Bruckeri sensus in hist. philos. t. 4 p. 561, qui alias in huetianis commentariis, quos infinita propemodum selectaque eruditione confertos jure depraedicat, solidiorem severioremque criticen desiderat." Affine est opus eruditum Guilelmi de Lavaur, advocati parlamenti parisiensis († 1730), *Conférence de la Fable avec l' Histoire Sainte*, où l' on voit que les grandes Fables, le Culte et les Mystères du Paganisme ne sont que des copies altérées des Histoires, des Usages et des Traditions des Hébreux, Parisiis 1730 t. 2 in 12., in quo tamen occurrunt conjecturae minus probabiles. Cf. Journ. des Sav. XCII, 183—92.

docuit exemplis, nihil tam alienum a sensu communi vel ad credendum vel ad agendum proponi nobis a sancta nostra religione, quorum dogmatum et praeceptorum vel consimilia vel etiam a fide moribusque hominum magis aliena gentes optimis institutis temperatae vel non crediderint, vel in usum consuetudinemque non receperint; proptereaque nullam superesse causam, cur ea ab impiis hominibus repudientur [1]). Prodiit opus Cadomi 1690 in 4; Lipsiae 1692; 1701 et 1709 in 4; Venetiis 1761, in quo tamen nonnulli forte plus ingenii quam judicii deprehendunt, nam in eo Pyrrhonismo munit viam et, ut inquit Brucker [2]), revelationis assertionem rationis eversione inaedificat. Indidem ex alnetano secessu manavit opus *de la situation du Paradis terrestre* [3]), Parisiis 1691 in 12., a Joan. Georgio Pritio latine versum Lipsiae 1694; Amstelodami 1698 et inter *criticos sacros* receptum, cum l. *de navigationibus Salomonis*, quem pariter Alneti scripsit. Hoc vero argumentum eum induxit, ut opus componeret immensae eruditionis inscriptum: *Histoire du commerce et de la Navigation des Anciens,* Parisiis 1716 in 12; Bruxellis 1717.

[1]) Acta erud. lips. a. 1692 p. 145—153.

[2]) L. cit. pag. 564, et pag. 565 addit: „Imbecillia pleraque sunt quae affert, confusa et ad accuratae ratiocinationis leges haud exacta; quae vero ex omnium religionum silva congessit et ad demonstrandam veritatem religionis christianae attulit, ita depravata a domestica significatione et proprio ac genuino sensu sunt, ut plane indigna huetiana fama ea tractatio videri queat. Maxime vero vehementer veterum philosophorum systemata corrupit, et perditissimos errores inducto fuco ita pinxit, ut concordare cum sacris dogmatibus videri queant. Quae ratio est, cur valde hic labor viris doctis displicuerit, et innumeros in eo naevos illi detexerint."

[3]) Cf. Journ. des Sav. XX, 1—13; acta erud. lips. 1692 p. 297, ubi et tabula chorographica, qua Huetius sententiam suam illustrat, exhibetur.

474. Anno 1685 designatus fuit Huetius episcopus suessionensis; cum autem omnis fere negotiorum ratio inter sedem apostolicam et aulam regiam propter varias controversias sublata esset, plures abiere anni, donec pontificium confirmationis diploma impetraret: interim vero Sillerii precibus inductus sedem regio favore sibi destinatam cum abrincensi commutavit (1689). Ecclesiam suam administravit decem propemodum annos nihilque ei fuit antiquius, quam ut collapsam tanto jam tempore episcopo carentis disciplinam in integrum restitueret. Quamobrem mature expensis priscorum antistitum legibus, quae statuta synodalia vulgo appellantur, et aliis undecunque collectis, novas easque prudentia et spiritu ecclesiastico plenas ipse condidit ac rite promulgavit. Cumque progressu temporis notior in dies ipsi fieret commissus grex et ea, quae ex usu erant accuratius procuranda, in comitiis dioeceseos, quae singulis annis convocare solebat, exorientia mala novis institutis coercebat. Qua sollicitudine et zelo ecclesiae sibi concreditae faciem feliciter renovavit. Abdicato 1699 episcopatu primum se recepit Fontanetum, cujus abbatiam rex illi concesserat, verum propter innumeras lites, quae occasione hujus transmigrationis et commorationis oriebantur, taedio affectus Parisios secessit, ubi penes patres Soc. Jesu sedem fixit. Hic ultimos 20 vitae a. transegit, tempus a morbis liberum inter pietatis officia et studia literaria dividens [1]). Decessit demum

[1]) Plura de ipso cf. in *commentario de rebus ad eum pertinentibus,* Amstelodami 1718 in 12., cum *qq. alnetanis,* Lipsiae 1719 in 4; Venetiis 1761; Mém. de Trév. 1721 a. 34 pag. 708—733; a. 42 pag. 900—906; Niceron, Nachrichten etc. herausgegeben von Siegm. Jac. Baumgarten, Halae 1749 I, 331—46; Biogr. univ. XXI, 17; Kl. VI, 335; acta erud. lips. 1710 p. 53; Feller IV, 505, qui ita inter alia scribit: „Huet est un des trois évêques qui ont le plus honoré le siècle de Louis XIV.

optimus senex 26. Jan. 1721 a. aetatis 91. Praeter opera, quorum jam mentionem fecimus vel quae argumenti theologici non sunt, scripsit: *Lettre de M. Morin* de l'Academie des inscriptions à M. Huet (sed ea est ipsius Huetii) touchant le livre de M. Tolandus, Anglois, intitulé *Adeisidaemon et origines judaicae,* in memoriis trivultiensibus 1709 a. 121 pag. 1588—1618 et in sylloge opusculorum Huetii, quam curavit Jo. Maria de la Marque de Tilladet[1]), prius miles, dein sodalis congr. Or. (1677—99) et socius Academiae inscriptionum († 15. Jul. 1715), hoc titulo: *Diss.* (24) *sur diverses matières de la religion et de philologie*[2]), Parisiis 1712 t. 2 in 12; Hagae 1714; 1720. Florentiae 1738 cum annot. Thomae M. Griselli; Traité philosophique *de la faiblesse de l' Esprit humain,* Amstelodami 1723 in 12. Quo in l. (ex qq. alnetanarum parte priori derivato) scepticorum cavillationes ita produxit, ut animum ad scepticismum saltem philosophicum (nam fidei agnoscit certitudinem) pronum demonstraret ac traditionalistarum systemati viam sterneret, et ipsemet, inquit Buddeus[3]), de intellectus imbecillitate scribens eandem memorabili exemplo confirmat. *Huetiana* ou Pensées diverses du M. Huet, cura Olivet Parisiis 1722 in 12., in quibus praeter ea, quae ad ejus vitam, atque ad illos viros eruditos, quibuscum familiariter conversatus est, spectant, plura alia reperiuntur, quae de rebus theologicis, interpretationem Scripturae in primis concernentibus, philologicis, criticis, physicis et mathematicis passim commentatus est[1]). Hactenus de Huetii operibus. „Inerant illi, inquit Brucker l. c. p. 573, eae animi dotes eoque fruebatur naturae favore, sine quibus mediis ad gloriae culmina in civitate erudita grassari haud licet. Maxime vero illi, quam a natura praestantissimam acceperat, indoli summam junxit diligentiam laborisque improbi patientiam prorsus inexpugnabilem, eam studiorum contentionem, ut nec inter edendum, nec inter quiescendum a studiis sibi temperaret. Cumque facultatibus affluueret et nativitatis praerogativa facile summis ubique viris commendaretur, non potuit industriae ejus amplissima deesse materies, suppeditatis iis auxiliis, quibus immensa lectionis copia parari solet . . . Maxime vero ingenium nactus erat supra modum elegans, fecundum vivum et vi quadam imaginationis concinna suffultum . . . Nec memoriae defuit fidelitas ea largissime suggerens, quae ex multorum annorum lectione infinita in commentarios retulerat . . . Verum quas affluentissimas possidebat

---

par leurs lumières. Le mérite de Fénelon et de Bossuet balance depuis longtemps les suffrages, pourquoi ne placerait on pas avec eux, dans cette espèce de concurrence, l' illustre évêque d' Avranches? Son savoir a peut-être moins de grâce française; mais il a plus de grâce grecque et latine: il a moins d' éclat, mais peut-être plus de profondeur, et certainement plus de variété et d'étendue. L' usage modeste et sans prétention qu' il en a fait, le silence et la retraite qui l' ont dérobé aux yeux des hommes, semblent ajouter aux titres de sa gloire." Brucker l. c. IV, 552—574; Flottes Etudes sur de Huet, Montispessuli 1857; Bartholomès Huet . . . ou le Scepticisme théologique, Parisiis 1850.

[1]) Cf. Batterel Mémoires IV. 317—22. Alius est a Mich. Cassagnet de T. episcopo de Mâcon, qui a bulla Unigenitus appellaverat, sed appellationem ante mortem retractavit († 5. Sept. 1731).

[2]) Cf. Journ. des Sav. LII, 169—176 et 243—252.

[3]) In isagoge cit. l. 1. c. 4 § 22 p. 230. Hinc nonnemo de hujus libri genuinitate dubitavit, indignum tanto viro judicans ea recoquere et per compendium reddere, quae a Sexto Empirico olim proposita et dudum explosa sunt. Cf. A. E. L. 1724 pag. 230—237; sed in primis Mém. de Trév. 1725 a. 47 pag. 989—1021. Olivet l. editor, genuinitatem tuetur in apologia memoriis trivolt. opposita, Parisiis 1726 in 8. Cf. Hist. litt. de l' Europe 1716 Août a. 3.

[1]) Cf. acta erud. lips. 1724 pag. 463; Journ. des Sav. LXXII, 167.

eruditionis divitias parem judicandi aciem non adfuisse merito dolendum est . . . Ceteras vero animi virtutes virum magnum egregie ornavisse omnino fatendum est. In aulae enim luxu et vitae commoditatibus admodum affluentibus sobrie vixit . . . Solas autem vitae delicias ex literarum studiis et conversatione virorum eruditorum captavit, quibus, licet religionis professione dissentirent, humanum se, comem et serviendi cupidum praebuit.«

472. Fidem catholicam praesertim *adversus protestantes* propugnarunt[1]): Ludovicus Gerardus de Cordemoy Parisiensis (n. 7. Dec. 1651), doctor sorbonicus, strenuus et indefessus fidei catholicae apologeta († 7. Febr. 1722). Haec potiora ejusdem sunt opera: *La méthode, dont les Pères se sont servis* en traitant des Mystères (ex scriptis ab. de Moissy), Parisiis 1683 in 4; *Récit de la conférence du Diable avec Luther*, fait par Luther même dans son Livre de la Messe privée et de l'Onction des Prêtres, traduit du Latin avec des Remarques, ib. 1681 et 1684 in 12; *Traité de l'Invocation des Saints*, ib. 1686 in 12; *Traité de l'Eucharistie*, ib. 1687 in 12., quae collectim prodiere cum *Réflexions sur l'union des Calvinistes et des Luthériens* sub titulo *Divers Traités de Controverses*, ib. 1701 in 12. *Traité contre les Sociniens*, ou la conduite, qu'a tenue l'Eglise dans les trois Siècles en parlant de la Trinité et de l'incarnation du Verbe, ib. 1696 in 12., quod opus est apologia fidei nicaenae patrumque antenicaenorum[1]). *L'éternité des peines de l'Enfer* contre les Sociniens[2]), ib. 1697 in 12; *Lettres sur différens sujets de Controverse*, ib. 1702 in 12; *Traité de l'infaillibilité de l'Eglise*[3]), ib. 1713 in 12; *Traité des saintes Images* prouvé par l'Ecriture et par la Tradition contre les nouveaux Iconoclastes, ib. 1715 in 12., addita sunt tria alia opuscula: *Traité des saintes Reliques*[4]), ib. 1719 in 12., in quibus tractatibus auctor noster nitide, accurate et solide disputat de dogmatibus catholicis. — David Augustinus Brueys Montepessulanus[5]) n. 1640 parentibus calvinianis scripsit quidem contra Bossueti expositionem fidei catholicae, sed Bossueti opera veritatem agnovit ed ad veram rediit Ecclesiam, cujus fidem strenue deinceps propugnavit adversus Jurieu, Lenfant et La Roque, qui a. 1719 († 5. Sept. 1731) et ipse amplexus est fidem catholicam. Suae conversionis rationes exponit in op. nobili et irenico stilo conscripto: *Examen des raisons, qui ont donné lieu à la séparation des Protestans*, Lutetiae 1683 in 12., adversus quod plures, etiam Jurieu, calamum arripuerunt[6]). Quare Brueys iterum contra Jurieu et Claudium in certamen descendit edito l.: *Traité de l'Eglise en forme d'Entretiens*, ib. 1687 in 12., in quo omissis qq. de ea agitatis demonstrat, Calvinistas sibi in principiis contradicere[7]). *Traité de l'Eu-*

[1]) Huc referri posset Guillotii de Marcily *Relation historique et théologique d'un voyage* en Hollande et autres Provinces des Pais-Bas, dans laquelle on verra le détail des conversations de l'Auteur avec M. le Marquis de Langallerie sur les principaux points de la Religion enrichie de notes critiques, historiques et chronologiques, Paris 1719 in 12., quae est tr. de controversiis inter catholicum et calvinianum, de quo cf. Journ. des Sav. LXVII, 347—356.

[1]) Cf. Journ. des Sav. 24, 487—94.

[2]) Cf. Journ. des Sav. 26, 340. Anastasius quidam O. S. Franc. edidit *Histoire du Socianisme*, son origine et son progrès avec les charactères, erreurs et livres distingués de la secte, Parisiis 1723 in 4., cujus epitomen exhibent acta erud. lips. 1726 p. 259 ss.

[3]) Cf. Mém. de Trév. 1714 a. 87 pag. 1213—1233; Journ. des Sav. 56, 143—150.

[4]) Cf. Mém. de Trév. 1719 a. 72 pag. 1357—71; Journ. des Sav. 66, 235—240.

[5]) Cf. Biogr. univ. VI, 88; Raess VIII, 232 ss.

[6]) Cf. A. E. L. 1684 pag. 446—457.

[7]) Cf. A. E. L. 1688 pag. 193 s. Simile

charistie en forme d' entretiens, 1686; *Traité de la sainte Messe* 1683; 1700; *Histoire du fanatisme de notre temps*, 1692 t. 4 in 12; 1709: 1713; 1737; *Traité du légitime usage de la raison* principalement sur les objets de la foi, Parisiis 1717 in 16; 1727. *Défense du culte extérieur catholique* et les défauts du service public de la religion réformée, avec la réfutation des deux réponses à l'examen des raisons de la séparation des Protestants et réponse à Jurieu contre l'adoration de l'Eucharistie, Amstelodami 1686 in 12: quae opuscula solide, concinne et stilo eleganti sunt conscripta. *Traité de l'obéissance des Chrétiens aux Puissances temporelles*, où l'on montre par l'Ecriture sainte et par l'Histoire de l'Eglise, en quoi les Chrétiens doivent obéir à leurs Souverains de contraire Religion, en quoi ils doivent refuser de leur obéir et quelle conduite ils doivent tenir dans leur refus [1]), ib. 1710 in 12; Ultrajecti 1635; Hagae 1735. Defuncta uxore ordinatus est sacerdos. Postmodum tamen relictis disputationibus theologicis otium ingeniumque suum ad scribendas fabulas pro scena impendit († 25. Nov. 1723 a. aetatis 83).

476. Joannes Lombard S. J. Ludovico XIV. a concionibus († 1727) reliquit opusculum plane egregium [2]): *Abrégé des controverses sur la Religion* ou Méthode courte pour discerner la véritable Religion chrétienne d' avec les fausses qui prennent ce nom, Nancaei 1723 in 16; Parisiis 1725 in 12; 1731; 1736; 1755; Mechliniae 1817; in coll. Migne *Démonstrations evang.*, Parisiis 1847 t. XIV, 1070—1178. — Josephi de Bonnières de Souastre S. J. (n. 1658; † 22. Dec. 1726) exstant Lettres *sur le culte et l'invocation de la très-sainte Vierge et des Saints*, Insulis 1710 in 8. Ipsi quoque tribuitur (aliis tamen reclamantibus) famosum: *Problème ecclésiastique* proposé à M. l'abbé Boileau, de l'archevêché de Paris: à qui l'on doit croire de M. Louis Ant. de Noailles, Evêque de Châlons en 1696 (qui approbaverat Quesnelli Réflexions): ou de M. L. A. de Noailles Archevêque de Paris en 1696 (quo a. prohibuit l. de Barcos Exposition de la doctrine chrétienne eodem spiritu infectum), Bruxellis 1698. — Ambrosius Lallouette Parisiensis n. c. 1653, aliquamdiu (1681—87) Oratorii sodalis canonicus († 9. Maj. 1724) reducendis ad Ecclesiam protestantibus non absque fructu intentus, scripsit *Discours sur la présence réelle*, Parisiis 1687 in 12; *Discours de la communion sous une espèce* [1]); *Histoire des traductions françaises de l'Ecri-*

quoque opus edidit Carolus Pietre O. S. Ben.: *La vraye et la fausse Religion* par forme d' entretiens entre un Religieux et un Protestant, qui doutant de sa Religion médite son retour dans l' Eglise Romaine, Parisiis 1729 in 12., de quo cf. Mém. de Tr. a. 18 p. 197—233.

[1]) Cf. Journ. des Sav. XLVII, 660—668.

[2]) De quo Feller, qui illud adscribit Petro Jos. Orléans S. J. († 1698), ita censet VI, 333: „L' ordre, la clarté, la simplicité et l' évidence des réflexions entraînent et persuadent tout lecteur que le préjugé n' aveugle pas. Nous n' avons rien de mieux en ce genre, à considérer la brièveté et le laconisme de l' ouvrage, sinon, peut-être, le petit traité de Lessius, *de capessenda vera religione.*" Cf. Mém. de Trév. a. 1724 p. 1925—1941.

[1]) De hac scripsit etiam Petrus Varignon Cadomensis (n. 1654; † 1722), sacerdos, insignis alioquin mathematicus, cujus est *Démonstration de la possibilité de la présence réelle du Corps de J. Christ dans l' Eucharistie*, in coll. *Pièces fugitives sur l' eucharistie*, Genevae 1730, in qua utitur methodo geometrica et principiis philosophiae cartesianae, cui erat addictus. Sed Franciscus David doctor parisiensis ipsi opposuit: *Réfutation d' un système imaginé par un Philosophe Cartésien*, qui a prétendu démontrer géométriquement la possibilité de la Présence réelle, Parisiis 1729 in 12. Hujus doctoris pariter est *Liber Psalmorum* vulgatae ed. cum notis, in quibus explicatur titulus, occasio et argumentum cujusque psalmi, dilucidatur sensus literalis, paucis attingitur mysticus. ib. 1729 t. 2 in 12; 1747.

ture sainte, tant manuscrites qu'imprimées soit par les Catholiques soit par les Protestants, ib. 1692 in 12., opus rarum a Cottonio S. J. coeptum, a Veronio continuatum, ab ipso absolutum, in quo protestantium mutationes detegit factaque singularia (sed non semper exacte) refert [1]). Haec simul prodierunt ib. 1692. — Renatus de Vois seu Theodorus a s. Renato O. Carm. Pictaviensis (n. 1665; † 1728) solide scripsit adversus Courrayer *Justification de l' Eglise romaine sur la réordination des Anglais épiscopaux* [2]), Parisiis 1718 t. 2 in 11. — Adversus Calvinianos disputavit Ludovicus Daures [3]) Occitanus Rhutenensis, et ipse quondam Calvinianus hujus sectae ministerio destinatus. Ad veram fidem aetate jam maturus conversus ingressus est ordinem Praed. († 10. Maji 1728). In eorum gratiam, qui iisdem ac ipse olim detinerentur erroribus, stilo facili, puro et nervoso scripsit erudite. *L'Eglise protestante détruite par elle même* ou les Calvinistes ramenés par leurs seuls principes à la véritable foy, Parisiis 1689 in 8. adversus Claudium. — Maynard canonicus tolosanus in op. *La religion Protestante convaincue de faux* dans ses régles de foy et raisonnemens de ses défenseurs, Parisiis t. 2; et in *Conférence avec M. Claude,* Parisiis 1740 t. 2 in 8. — Adversus N. Travers presbyterorum jura nimis urgentem defendit hierarchiam ecclesiasticam Bernardus Atrebatensis O. Cap. theologiae lector, pluribus libris, in primis in l. *l' ordre de l' Eglise* ou la primauté et la subordination ecclésiastique selon s. Thomas [4]), Parisiis 1736 in 12. Ejus quoque est *Le ministère primitif de la pénitence* enseigné dans toute l'église gallicane, ib. 1752, opus a Benedicto XIV. collaudatum.

477. Pontificis infallibilitatem asseruit Matthaeus Petit-Didier (Parvo-Desiderius) O. S. Ben. congr. s. Vitonis [1]), bonarum artium cultu ornatus, bonus theologus, exercitatus historicus, religionis catholicae propugnator zelosus. Natus est in s. Nicolai Lotharingiae oppido 18. Dec. 1659. Studiis philosophicis et theologicis summa cum laude decursis, a capitulo generali congregationis a. 1682, cum necdum diaconus esset, ad philosophiam et theologiam sodalibus praelegendam selectus fuit. Utraque sparta feliciter expleta cuidam religiosorum doctrina insigniorum sodalitio praefectus, coepit cum iisdem ss. Ecclesiae patrum scripta discutere, cujus studii fructus exstitit opus eximium adversus multos Dupinii errores *Remarques sur la Bibliothèque ecclesiastique de M. Dupin,* Parisiis 1691—93 t. 3. Anno 1715 electus fuit in abbatem senonensem, dein 1723 in praesidem generalem congregationis. Post biennium Romam adiit, ubi a Benedicto XIII. benigne exceptus a. 1726 episcopus macranensis in partibus infidelium et praelatus assistens creatus est. Quin sacrum benedictionis munus pontifex ipse eidem impertire dignatus, eumque collata pretiosa infula in haec verba affatus est: „Quia intinxisti calamum pro summa sede, ipsa sedes sancta te remunerat." Scripserat nimirum eo tempore,

[1]) Cf. Batterel Mém. IV, 545—49.
[2]) Cf. bibl. carmelit. II, 786 ss.; Biogr. univ. XLIX, 400.
[3]) Cf. Raess VIII, 385—95.
[4]) Cf. Mém. de Tr. 1736 a. 88 pag. 1850—59; Bern. a Bononia pag. 48; Quérard I, 288.

[1]) Hujus frater Joannes Jos. Petit didier S. J., seminarii argentoratensis director et universitatis mussipontanae cancellarius, vir eruditus et strenuus († 10. Aug. 1756), plura reliquit, inter quae *Diss. sur les mariages des Catholiques avec les Hérétiques,* quae non solum valida, sed et licita esse tuetur; *Lettres critiques sur les Vies des saints par Baillet* in 12., numero 13, quae seorsim prodierunt sine nomine typographi, auctoris, loci etc.; simul junctae sunt admodum rarae. Scripsit etiam contra Juenin, Jansenistas etc.

quo maxime controversia de pontificis infallibilitate in Gallia exarsit, *Traité de l'infallibilité du Pape,* Luxemburgi 1724 in 12. (etiam in Migne curs. theol. IV, 1141 ss.), mutata priori sententia, quam cum plerisque aliis illius aetatis theologis gallis propter famosam cleri gallicani declarationem a. 1682 tenuerat et satisfaciens pro sua a bulla *Unigenitus* appellatione. Quod opus mox prohibitum fuit a parlamento metensi et parisiensi [1]), igni traditum et impugnatum a Buddeo. Jussu pontificis versum est in linguam italicam, et a Gallo Cartier O. S. Ben. latinitate donatum Augustae V. 1727; Romae 1731. Hujus velut appendix est: *Dissertation historique et théologique,* dans laquelle on examine quel a été le sentiment du Concile de Constance et des principaux Théologiens qui y ont assisté sur l'autorité du Pape et sur son infaillibilité [2]), Luxemburgi 1724 in 12., quam pariter Cartier latine vertit. In ea tuetur synodum definisse tantum superioritatem concilii supra papam pro tempore schismatis. Roma in Lotharingiam redux pro defensione summae sedis praeclarum edidit opusculum hac inscriptione: *Justification de la Morale et de la discipline de Rome et de toute l'Italie* contre un livre anonyme, qui a pour titre: *La Morale des Jésuites et la Constitution Unigenitus* comparée à la Morale des Payens [1]), 1727 in 12. *Selecta monumenta,* quibus evidens fit, Jansenianos et Quesnellistas in numerum haereticorum esse referendos, Romae 1731, ut videtur, subjuncta op. supra citato. Obiit repentina morte in sua abbatia d. 15. Jul. 1727. Reliquit [2]) praeterea *diss. (34) historicas, criticas, chronologicas in Scripturam s. V. T.,* Tulli Leucorum 1699 in 4.

478. Plures composuerunt *cursum theologiae* vel positivae vel etiam polemicae vel per modum catechesis [3]).

[1]) Cf. Ziegelbauer II, 154, ubi etiam breve Benedicti XIII. ad auctorem nostrum exhibetur; suppl. ad. N. A. L. I, 341—48.

[2]) On trouve, inquit Feller VI, 489, dans cet ouvrage des extraits d'un traité de Gerson, qui ne répond guère à l'idée que l'on a ordinairement de cet homme célèbre; mais il y a apparence ou que ce traité n'est pas de lui, ou qu'il a été substantiellement altéré par le luthérien Van der Hart, qui le publia le premier, quoiqu'on puisse en excuser plusieurs expressions par les circonstances tout-à-fait pénibles et alarmantes où se trouvait l'Eglise durant le grand schisme." Cf. Ziegelbauer, qui occasione hujus libri scribit II, 499: „Quid? quod Gersonii doctrina plane sit seditiosa, pestifera, exsecrabilis, utpote quae non modo rebellionibus ac seditionibus, sed et generalibus subditorum a suis principibus defectionibus januam pandat, imo potestatem tribuat eos vita privandi?"

[1]) Cf. Journ. des S. LXXXVI, 661—69.

[2]) Cf. Journ. des S. XXVIII, 212—229; A. E. L. 1700 pag. 16—18. Adscribitur ei *Apologie des Lettres au Provincial* (famosi Paschalis) contra P. Danielem S. J. Attamen ipse Petitdidier Romae in suis *documentis sanae et orthodoxae doctrinae P. Matth. Petit-Didier* declaravit (30. Sept. 1726), se illius auctorem non esse. Hoc saltem certum videtur, apologiam hanc, si est ipsius, non eo, quo illam composuit modo, sed cum pluribus haud exiguis additionibus prodiisse. Cf. Ziegelbauer III, 455, deque hac apologia II, 188.

[3]) Huc referri possent *Institutiones catholicae* in modum catecheseos (gallice 1702; 1705 etc.), in quibus quidquid ad religionis historiam, Ecclesiae dogmata, mores, sacramenta, preces, usus, caeremonias pertinet, brevi compendio explanatur, ex gallico idiomate in latinum translatae Parisiis 1725; Venetiis 1768 t. 2 in f.; 1780; Avenione 1737 t. 12 in 8; Mediolani 1846 t. 7 in 8. Operis gallici auctor est Franciscus Amatus Pouget Orat., doctor sorbonicus, natus Montepessulis 28. Aug. 1666. Bullam Unigenitus noluit admittere, tamen Colbertus montispessulensis episcopus eum sui seminarii constituit rectorem. Opus supra indicatum innotuit primum sub nomine catechismi montispessulensis. Proh. fuit 21. Jan. 1721 Romae et a pluribus Galliae episcopis. Versiones sunt prohibitae, latina tamen non fuit prohibita. Hanc coepit auctor ipse, sed morte praeventus (1723) edere non potuit, quod praestitit ejusdem

Inter hos eminet Honoratus Tournely, Antipoli (Antibes) parentibus conditionis humilis 28. Aug. 1658 natus. Puerulus porcos pascebat, sed ab avunculo sacerdote adjutus eo fructu literas Parisiis didicit, ut brevi inter aequales ingenii sagacitate, doctrinae copia ac dictionis elegantia plurimum excelluerit. Vix licentiae stadium egressus ac doctoratu ornatus (1686) Duacum mittitur (1688) ad docendam theologiam. Quadriennio expleto Parisios a collegio sorbonico revocatur. Docendi munus ibidem magna nominis fama sustinuit ad annum usque 1716. Vixit deinde privatus dignus honoribus, quos non habuit, neque unquam concupivit. Vir erat spectatae virtutis, magnae docilitatis erga Ecclesiae judicia, quae strenue semper propugnavit. Apoplexia tactus oculis captus est atque demum decessit 26. Dec. 1729. Strenue exagitavit Jansenianos, quorum virus detexit ab his vicissim conviciis muneratus. Plurimum contulit, ut a facultate theologica reciperetur bulla *Unigenitus* atque ut doctores dissidentes ad debitam subjectionem inducerentur [1]). Haec ejusdem sunt opera: *Praelectiones theologicae*, Parisiis 1725—30; t. 16 in 8; quae merito laudantur ab eruditione, doctrinae soliditate et perspicuitate, stilique nitore. Eae (cum supplementis Colleti) optimum forte theologiae cursum constituunt, ex quo quam plurimi theologi illius seculi sua volumina irrigarunt. Auctor anonymus (Collet) adjecit [1]) 1733 — 60 theologiam moralem (et dogmaticam quoad sacramenta complementi instar, licet Tournely haec jam tractaverit), t. 15 in v. 17 hinc integer cursus complectitur t. 33. Saepius prodierunt vel cum Colleti supplementis vel sine eisdem. Coloniae 1752—65; Venetiis 1765 t. 11 cur. Zaccaria etc. Urbanus Robi-

sodalis P. N. Desmolets, atque ita prodiit opus simul correctum; Colbertus tamen eam versionem damnavit: admodum commendatur a Feller VII, 88. Cf. Biogr. univ. XXXV, 543.

[1]) Cf. Alexander a s. Joan. de Cruce in cont. H. E. Fleurii l. 225 § 17 et 44, ubi refertur ejus elogium coram facultatis patribus a syndico pronunciatum, in quo praeter alia legimus: „Flebilis ille quidem bonis omnibus occidit, sed nulli ordini flebilior quam nostro, cujus erat, et erit semper eximium ornamentum. Tanta erat verborum ejus in comitiis nostris auctoritas et gratia, et adeo suavi pollebat eloquio, adeo splendido nitore amantem veri mentem suam exponebat, ut facile ad se raperet animos, eosque, vi blanda, ad suam plenam judicii amplectendam sententiam adduceret. Praeditus omnibus ingenii dotibus, sua singulari eruditione insignis, meritis conspicuus, apud magnates viros magno positus in loco, jamque a multis annis amplissima fruens fama sui, alienus erat prorsus, qui sibi inde aliquid arrogaret; vir convictu facilis, suavissimae indolis ac beneficae, nocere cuiquam nescius, studens prodesse cunctis . . . Libri autem, quos tanto studio defunctus magister ad rei literariae ornamentum, ad ordinis nostri decus et gloriam, ad scholarum theologicarum commodum et utilitatem typis edidit, laudem ejus enunciabunt in Ecclesia, praestabuntque, ut non recedat memoria ejus, sed nomen ejus requiratur a generatione in generationem.“ Cf. Pohle KL. XI², 105 ss.

[1]) Hujus ed. t. 2 fuse recensentur a Mich. a s. Joseph II, 476 ss. De toto opere cf. Mém. de Tr. 1725 a. 56 p. 1137—1200; a. 59 p. 1230—1276; 1726 a. 15 p. 332—380; Julii a. 3 p. 82—125; a. 90 p. 1821—1859; 1727 a. 54 p. 1083—1120; a. 84 p. 1655—1694; 1728 a. 29 p. 426—458; 1730 a. 19 p. 342—54; a. 43 p. 782—796; Journ. des S. LXXXI, 156—172; 384—405; LXXXIII, 136—50; LXXXIV, 23—38; LXXXVI, 409—418; 617—640; LXXXIX, 146—55; XCII, 82—88; XCIV, 25—39. Acrius vero impugnavit Tournelium auctor anonymus (Mougenot O. S. Ben.) in op. *Tournely convaincu d' erreurs et de mauvaise foi* dans ce qu'il a écrit sur les matières de la grâce: exposition des vrais sentimens sur ces sujets, t 1. Coloniae 1761; t. 2. et 3. (alicubi in Gallia) 1771, in quo tamen op. erronea defenduntur. Cf. Nova biblioth. eccles. friburg. t. 1 fasc. 4 pag. 551 ss. De ed. veneta a. 1751 advertit Feller VIII, 231: „On s'y est donné la liberté de faire; surtout au traité de Ecclesia, des retranchements qui n'ont pas fait honneur à l'éditeur.“ Cf. Rohrbacher Hist. univ. de l'Eglise cath. l. 48 t. XII, 411 ed. Vivès Parisiis 1876.

net doctor sorbonicus, canonicus et vicarius generalis parisiensis (n. 1683; † 29. Sept. 1758) Tornelianas praelectiones in compendium contraxit, Parisiis 1731 t. 2 in 8; ita et Montagne et Collet, de quibus agemus t. seq. Prodiit sine auctoris nomine *Medulla theologiae tournelianae* sive praelectionum theologicarum de gratia Christi, quibus damnata Baji, Jansenii et Quesnelli dogmata clare et nervose refelluntur, Coloniae 1735 t. 2 in 4.

479. Ludovicus Dumesnil S. J., academiae argentoratensis cancellarius († 26. Jul. 1727), *doctrinam et disciplinam Ecclesiae* ipsis verbis ss. codicum, conciliorum, patrum et veterum genuinorum monumentorum secundum seriem temporum digessit et exposuit, (usque ad a. 1198, quo pertingit in suis annalibus Baronius), Coloniae 1730 t. 4 in f.; 1732; Venetiis 1752; 1777, opus ab eruditis laudatum. Nam in eo non solum historicum agit sinceram vitae Ecclesiae imaginem exhibens, sed et theologum, dum a narrationis serie et simplicitate non recedens singularum aetatum recta pravaque dogmata, non adulterata, sed ipsis auctorum verbis expressa recitat atque recenset, et recensendo confirmat vel confutat. Praeterea reperitur in hoc opere quaedam velut bibliotheca scriptorum ecclesiasticorum, quorum praecipua opera designat, argumenta recitat atque de eorundem qualitate sobria quadam ac prudenti critica edisserit [1]). — Joannes Claudius de la Poype de Vertrieu episcopus pictaviensis († 1732) cooperante P. Jo. Jos. Salton S. J. († 1731) in lucem dedit compendiosas *institutiones theologicas* in usum seminarii, Pictavii 1708 t. 2 in 8; 1753 t. 6; 1772 t. 4; 1778 t. 6 in 12; Venetiis 1731 in f., quae clero minus arriserunt. — Ejusmodi *institutiones* ad usum seminariorum edidit etiam Edmundus Simmonet S. J. Langrensis (n. 1662), s. theologiae professor et universitatis mussipontanae cancellarius († 18. Apr. 1733) Nancaei 1721—28 t. 11 in 8; Venetiis 1731 t. 3 in f. Quo in opere rigidis censoribus adeo displicuit propositio, pontificem posse approbare confessarium in dioecesi invito episcopo, ut eam eliminare debuerit. Antiprobabilismum tamen juxta sententiam Th. Gonzalez tuetur. — Joannes Claudius Sommier Vallisvilleriis in Burgundia 22. Jul. 1661 natus, collegiatae ecclesiae ad s. Didacum praepositus et archiepiscopus caesariensis a Benedicto XIII. creatus († 5. Oct. 1737 a. aetatis 76) edidit eruditam atque bene dispositam *Histoire dogmatique de la Religion* ou Religion prouvée par l'autorité divine et humaine et par les lumières de la Raison t. 6 in 4; in t. 1. et 2. Campis (Champs) 1708 disserit [1]) de religione in statu naturae ante legem mosaicam; in 3. et 4. de religione in statu legis, Parisiis 1710; in 5. et 6. de ea in statu gratiae (Nancaei); *Histoire dogmatique du saint Siège,* Nancaei et s. Didaci 1716—33 t. 7 in 12., quae Gallis non placuit [2]). Eam latine reddidit Cajetanus Cenni; *Histoire de l'église de s. Diez,* s. Didaci 1721 in 12, *Apologie de l'Histoire* de l'église de Saint-Diez, ib. 1737 in 4., adversus Nicolai de Brouilli canonici *Défense de l'église de Toul* 1727 in 4. — Caspar Car. La Feuille O. Praed. Lotharingus, philosophiae et theologiae lector († 1725) praeter ascetica concinnavit *La theologie* de l'esprit et du coeur, Lingonis t. 6 in 12; Calvomontii 1710 in 12; *Theologie* des Dames, Parisiis 1700 in 12. etc.

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1731 pag. 2128—50; Mich. a s. Joseph III, 244; Storia della Lett. it. VII, 479—509.

[1]) Cf. Journ. des S. XLIII, 77—83; LI, 50—57; Mém. de Tr. 1710 a. 139 pag. 1699—1716; Bibliogr. univ. XLIII, 81 s.

[2]) Synopsin quandam exhibet Migne patrol. lat. 127, 937—970.

III. Disciplinae ad ss. literas spectantes.

481. Ex iis, qui ss. literas coluerunt, vix unus est alicujus nominis exegeta. Inter eos vero, qui disciplinis auxiliaribus operam dederunt, eminet Jacobus le Long Parisiensis n. 19. Apr. 1665. A patre Melitam mittitur, ut ordini equitum melitensium s. Joannis hierosol. se adjungeret, sed ante absolutum tirocinium sanitatis causa Parisios rediit, ubi studiis absolutis Oratorium est ingressus (1686). Admodum delectabatur mathesi et philosophia cartesiana, unde magna animarum conjunctio inter ipsum et Malebranche orta est; plurimas quoque linguas callebat, necnon versatus admodum erat in historia literaria, hinc bibliothecae in conventu parisiensi ad s. Honoratum praeficitur (1699), quam etiam plurimis codd. auxit. Reliquam vitam ibi inter studia fervore insatiabili transegit [1]). Per tres aut quatuor menses quotannis noctes ducebat insomnes: cui morbo nullum unquam remedium adhibuit, gaudens econtra se vel noctes in studiis transigere posse. Prandium aut coena vix quartam horae partem absumebant, cibos vorare potius quam gustare solitus. E mensa in libros advolabat; hinc maxima stomachi nata debilitas, ac tandem mors consecuta. Sero pane tantum et pomis coenabat. Paucissimo vino semper usus est, nullis autem unquam deliciosis liquoribus, nec ipsius fabae arabicae potu, quem literati fere omnes tanti aestimant, et etiam ad studia promovenda quam maxime idoneum judicant. Ab officiis divinis raro abfuit, licet multiplicibus studiis intentus curisque aliis distractus. Ingenium illi sagax, judicium acre, vis imaginationis mediocris aut nulla. Poëtae omnes, Virgilius etiam et Homerus, illi sordebant: ad Gallorum carminum recitationem dormitabat. Solebatque artem rhetoricam mendaciorum artem vocare. Hinc non mirum illius sermonem rudem esse et incomptum, cum elegantias omnes flosculosque sermonis uti vitia resecaret, ab eisque refugeret. Erga pauperes largus, sibi maxime parcus erat, hereditatesque pingues vel adire nolebat vel inter egenos distribuebat [1]). Decessit 13. Aug. 1721 a. aetatis 56. Haec potiora ejusdem opera: *Bibliotheca sacra* sive syllabus omnium fere s. Scripturae editionum ac versionum, Parisiis 1709 t. 2 in 8., quam auctam edidit Christ. Frider. Börner Lipsiae eodem anno t. 2 in 8. Interim auctor noster opus multum ampliavit adjectis quam plurimis aliis scriptis ad s. Scripturam spectantibus atque ita multum aucta prodiit, eo interim defuncto, cura sodalis Desmolets inscripta: *Bibliotheca sacra* in binos syllabos distincta, quorum prior, qui jam tertio auctior prodiit, omnes sive textus sacri sive versionum ejusdem quavis lingua expressarum editiones [2]), necnon prae-

[1]) Cf. *biographia*, auctore Desmolets praefixa ed. 2 bibliothecae sacrae; Niceron I, 428—434; Journ. des S. 74, 107—115; Biogr. univ. XXIV, 24; Feller V, 304: Fabricius hist. bibl. fabric. VI, 159, qui p. 162 refert: „Morti vicino parochus ad ipsum vocatus sacramenta denegavit, nisi appellationem revocaret contra bullam *Unigenitus* . . . sed card. et archiep. Noaillius benigniorem se exhibuit . . . ac de vicariis quempiam ad eum ablegavit, qui id officii praestaret;“ Seback KL. VII,1712.

[1]) Ita in vita ejus supra citata.

[2]) Edidit jam antea: *Discours historique sur les principales éditions des Bibles Polyglottes*, Parisiis 1713 in 8, de quo cf. Mém. de Tr. 1713 a. 143. De ipsa bibliotheca s. cf. Mich. a s. Joseph II, 540—51; J. des Sav. XLIII, 181—91; et 209—221;

stantiores mss. codices cum notis historicis et criticis exhibet; posterior vero continet omnia eorum opera quovis idiomate conscripta, qui huc usque in s. Scripturam quidpiam ediderunt, simul collecta tum ordine auctorum alphabetico disposita, tum serie ss. librorum. Huic coronidis loco subjiciuntur grammaticae et lexica linguarum praesertim orientalium, quae ad illustrandas ss. paginas aliquid adjumenti conferre possunt, Parisiis 1723 t. 2 in f. Ed. hanc (ex parte) emendavit, supplevit, continuavit A. G. Masch Halae 1778—99 p. 2 (ex 4) t. 4 in 4. *Bibliothèque historique de la France*, contenant le Catalogue de tous les Ouvrages tant imprimés que mss. qui traitent de l'Histoire de ce Royaume ou qui ont rapport, avec des notes critiques, Parisiis 1719 in f., opus immensae eruditionis, quod ter quaterque integrum sua manu conscripsit. Novam mox hujus operis accuratioremque ed. cogitavit, at morbo interveniente id quod animo conceperat perficere non potuit. Ceterum ingentem adhibuit in ea adornanda diligentiam. »Testis ipse sum, inquit in ejus vita Desmolets, sexcenties hunc Lutetiam fere totam peragrasse, ut annum, quo quis obierat, aut unam nominis literulam a propinquis demortui sciscitaretur. Testes erunt exteri, quoties eos eadem de re per literas interrogavit. Nec tempori scil. parcebat, nec marsupio, ut in re vel minimi momenti veritatem certitudinemque assequeretur. Memini hunc a R. P. Nic. Malebranche, cui prae theologia, metaphysica, mathesi et physica disciplinae omnes sordebant, saepius et quidem blandiuscule irrisum fuisse, quod in res tam parvi momenti tempus tereret; cui noster reponebat: Veritatem vel in minimis semper sectandam eamque tanti esse faciendam, ut omnes ad eam adipiscendam vires intendere debeamus.« De Fontette novam adornavit ed. correctam et auctam, 1768 t. 5 in f. Dum his operibus insudaret, ad aliud immensae prorsus molis opus se accinxit vir impiger, historiae scil. Franciae scriptores coaetaneos sub praelum mittere tresque quotannis duosve saltem in folio tomos edere cogitabat. Summa itaque cura ex probatis monumentis regum francorum chronologiam contexuit eamque contulit cum doctissimorum aevi chronologorum tabulis, Petavii scil., Cointii, Mabillonii, Fr. Pagi et ab. de Longueruë, quam deinde Fontette in suam recepit ed. Curavit [1]) etiam ed. op. Hadriani Baillet *Histoire des démêlés du Pape Boniface VIII. avec Philippe le Bel,* Parisiis 1718 in 12.

482. Petrus de Bretagne O. S. Aug., Gallus, doctor sorbonicus, Maximiliano II. electori Bavariae a confessionibus († 1733), edidit: *Clavis davidica* seu compendiosus ad s. Scripturam apparatus; exponuntur s. Scripturae origo, antiquitas, sensus, auctoritas, divinitas, canones etc.; explicantur editiones variae orientales, hebraicae, syriacae, arabicae, graecae, septuaginta, latinae, vulgatae, polyglotta etc., Monachii 1718 in 8; tr. *de excellentia musicae antiquae Hebraeorum* et eorum instrumentis musicis ex s. Scriptura, ss. patribus et auctoribus antiquis illustratus cum figuris, ib. 1718 sine auctoris nomine. — Paschasius Sala Valentinus et in patria academia ss. literarum interpres scripsit *sacrum veterum Hebraeorum calendarium* diss. illustratum, 1752, opus posthumum; sicut et commentarius *de ponderibus et mensuris veterum Hebraeorum* ad s. Scripturae intelligentiam, Matriti 1772

Mém. de Tr. 1709 a. 76 pag. 964—974; A. E. L. 1710 pag. 426—438.

[1]) Cf. etiam Journ. des S. LXVII, 643—651, ubi exstat ejusdem epistola ad Martin pastorem ultrajectensem de celebri testimonio l. ep. Joan. 5, 7 et XXXV, 79 supplementum historiae dictionariorum hebraicorum Wolffii addit.

in 8. — Petrus Polo O. Min. Recol. Arensis, theologiae lector, provinciarum majoricensis et catalaunae, posteaque valentinae minister provincialis, totius ordinis definitor generalis, descripsit *mansiones festaque Hebraeorum* cum diario duplici, altero sacro, in quo gesta ex s. Scriptura per anni dies adducuntur, loca sacra describuntur, exponuntur et interpretantur: altero sacro-profano, in quo et per anni dies fasti festaque gentilium adducuntur, vertuntur ad sacra, christianae religionis proponuntur fasti, Barcinonae 1725 t. 2 in f., opus concionatoribus destinatum, et si Emmanueli de Villaroël in prologo galeato suarum ephemeridum credimus, humili stilo magnaque oscitantia conscriptum. Hujus op. velut continuatio sunt *Mansiones morales et mysticae* ad fratres et moniales simulque mansiones encomiasticae [1]), Valentiae 1737. 1738 t. 3. et 4. in f. — Petrus Franciscus collegit *Polygraphiam sacram* sive elucidarium biblicum historico-mysticum Augustae 1725 t. 22 in v. 6 in f. suo tempore ut dicitur expetitum. — Petrus Guarin O. S. Ben. congr. s. Mauri, Gallus, in linguis orientalibus peritus (n. 1678; † 29. Dec. 1729), praeter *grammaticam hebraicam* et *chaldaicam,* Parisiis 1724 t. 2 in 4., composuit *Lexicon hebraicum et chaldaeo-biblicum,* in quo non solum voces primigeniae, verum etiam derivatae cum omnibus earum accentibus ordine alphabetico disponuntur et latinis earum interpretationibus, quas exhibent optima, quae hactenus prodierunt, vocabularia hebraica et chaldaica: praemittuntur graecae, quas suppeditant LXX interpretum translatio, et quae supersunt, Aquilae, Symmachi, Theodotionis, V., VI. et VII. editionum fragmenta: accedunt nomina propria virorum, mulierum, idolorum, populorum, regionum, urbium, montium, fluviorum etc. cum praecipuis eorum etymologiis, Lutetiae Parisiorum 1746 t. 2 in 4. Auctor pervenerat tantum ad literam ב inclusive, sequentes 7 literas elaboravit Nicolaus le Tournois, reliquas Philibertus Girardet O. S. Ben. († 1754); praefatio est Jacobi Martin. Praemittitur editioni vita auctoris.

483. De *chronologia* sacra disputarunt: Vincentius Mascarell S. J. Valentiae n. 8. Apr. 1660, in academia salmanticensi scholasticae theologiae professor et divinorum librorum interpres († 13. Apr. 1730), qui reliquit *sacras dissertationes* doctas praesertim chronologicas in divinam Scripturam, Vallissoleti 1721—29 t. 4 in 8. Scripsit quoque tr. theologicum, dogmaticum et canonicum *de libertate actus divinae fidei,* ex quo 43 Quesnelli propositionum justa deducitur damnatio ad mentem Clementis XI. P. M. in const. *Unigenitus Dei Filius,* Salmantiae 1719 in f. — Christophorus Grangel S. J. Hispanus, theologiae professor Valentiae († 3. Maj. 1732) propugnavit *Historiam et chronologiam s. Scripturae* ad scholae usum; sed prodiit tantum t. 1. complectens diss. 15 in Pentateuchum, Valentiae 1731 in 4. — Valerius Felix Azzoguidi Bononiensis († 18. Apr. 1728) edidit *chronologicam et apologeticam diss.* super qq. (duas) in s. Genesis historiam excitatas, Bononiae 1720 in 4., scil. de anno vocationis Abrahami, et de tempore commorationis Israelitarum in Aegypto [1]). — Referri huc etiam possunt: Franciscus Maria Biacca, eruditus presbyter parmensis (n. 12. Mart. 1673; † 15. Sept. 1735), qui edidit *Trattenimento istorico e cronologico* [1]) opposto al Trattenimento del P. Cesare Calino (de quo infra), con che si mostra, non esser la storia delle Antichità Giudaiche di Gioffeso Ebreo ne falsa, ne discordante dalla s. Scrittura, della

[1]) Cf. Mich. a s. Joseph III, 464.

[1]) Cf. acta erud. lips. 1721 p. 246.

quale a luogo si discutono diversi Passi. Si aggiungono le Tavole Cronologiche si moderne che antiche ad insieme conciliate; ed al compimento dell' Opera si danno per Appendice due diss. intorno alle settimane di Daniello, Neapoli (verius Mediolani) 1728 t. 2 in 4., cum duplici responso ad apologiam [1]) op. Calini, Neapoli (Mediolani) 1728 et Veronae 1734. — Lesquevin canonicus noviodunensis proposuit *Système tiré de l' Ecriture Sainte sur la durée du Monde* depuis le premier avénement de J. Christ jusqu' à la fin des Siècles, Parisiis 1733 in 12., in quo contendit[2]) inter primum et secundum Christi adventum spatium intercedere a. 2401. — Claudius Hennequin [3]), vicarius generalis albensis et canonicus parisiensis († 1738 a. aetatis a. 84), edidit *Biblia sacra selectis vulgatae ed. . . . annotationibus* ex optimis quibusque interpretibus excerptis, *tabulis historicis, geographicis et chronologicis illustrata* 1731 t. 2 in f.

484. *Sacram historiam* texuerunt Franciscus Raguenet [4]) Rotomagensis (natus c. 1660; † 1722). et Joannes Heuzet [5]) natus c. 1660 s. Quintini, professor parisiensis († 1728) — Huc referri potest et Vinc. Baccalar y Sanna origine Hispanus, natione Sardus, propter merita a Philippo V. dictus marchio s. Philippi († 1726), ob suam *Historiam monarchiae Hebraeorum*, gallice etiam versam t. 2 in 4. — Franciscus Macaeus (Macé), Parisiensis n. 1640, canonicus (Chévecier) ecclesiae s. Opportuni (1685), a consiliis et eleemosynis Ludovico XIV., vir eruditus et pius († 1721) exhibuit *Abrégé chronologique, historique, moral de l' A. et du N. Testament,* Parisiis 1704 t. 2 in 4., quae synopsis est utilis commentarius in biblia universa [1]). Alia ejusdem opera sunt: *Pseaumes et Cantiques de l' Eglise* latin et français avec des notes tirées du commentaire latin de L. Ferrand, ib. 1686 in 8; 1706 in 12; *La Science de l' Ecriture Sainte* divisée en quatre Tables, dont la première est de l'Ecriture S. en général; la seconde de l'A. Testament; la troisième du N.; la quatrième contient les Comparaisons du N. avec l'Ancien [2]), ib. 1708 in 4., quod utile censetur. — Fusius de universa s. Scriptura in forma dialogorum disputavit Paulus Sebastianus Medici, qui ex judaica superstitione ad fidem catholicam conversus ferventissimus verbi divini praeco Judaeos ad verae fidei cognitionem adducere immoto studio adlaborabat. Magni Etruriae ducis theologus fuit et theologiae necnon linguae hebraicae in academia florentina professor († 18. Sept. 1738). Ad promovendam Judaeorum conversionem plurima reliquit scripta [3]), ut *Riti e costumi degli ebrei* confutati etc., quem l. Nicolaus Stratta, olim rabbinus, postea catholicus, notis illustratum iterum edidit addita epistola ad totam gentem Judaeorum, Venetiis 1740 in 8. In primis huc spectant *dialoghi sacri,* Venetiis 1731—34

[1]) Cf. plura de eo deque ejus scriptis ad literas humaniores spectantibus apud Affò Mem. degli Scrittori e Letterati purmigiani VII, 60—65.

[2]) Cf. Mém. de Tr. 1734 a. 28 p. 522—32.

[3]) Cf. Bibl. univ. XX, 65.

[4]) Cf. Feller VI, 183; Biogr. univ. XLVI, 546. Ejus quoque sunt: Les *Monumens de Rome* ou Descriptions des plus beaux Ouvrages de Peinture, de Sculpture et Architecture qui se voient à Rome et aux environs avec des Observations, Amsterdam 1701 in 12; *Historie d' Olivier Cromwel,* 1691.

[5]) Biogr. univ. LXVII, 179.

[1]) Mém. de Tr. 1704 a. 167; Journ. des S. XXXIII, 158—167, in quibus hic commentarius admodum commendatur.

[2]) Journ. des S. XXXIX, 487. Vertit quoque gallice Testamentum duodecim patriarcharum notisque illustravit, Parisiis 1713 in 12. Cf. ibid. LIV, 78—88.

[3]) Cf. Alex. a s. Jo. de Cruce in contin. H. E. Fl. l. 231 § 35; suppl. ad n. acta lips. III, 376; Rotermund IV, 1153.

t. 30 in V. T. et 11 in N. T. in 8; adjecta est: *La cantica dei Cantici di Salomone* tradotta in versi italiani, auctore Josepho Bianchini Pratensi.

485. Commentarium in s. Scripturam admodum utilem Menochii iterum edidit Josephus Renatus Tournemine, Rhedonensis, vir eruditissimus et in variis disciplinis summus. Natus est parentibus nobilibus 2. Apr. 1661. Juvenis 19 annorum Soc. Jesu est ingressus, in qua magno plausu literas humaniores docuit, dein philosophiam et sexennio theologiam. Cum in omni disciplinarum genere versatus esset, felici ingenio, tenaci memoria, judicio sagaci, stilo nitido et eleganti praeditus, Parisios adscitus fuit (1701) qui operam suam conferret in edendis memoriis trivultiensibus[1]). Per plures annos doctissimas in iis publicavit diss. et operum synopses (57), quibus eruditorum in se convertit animos. Eas diligenter recenset Sommervogel VIII, 179—94 et op. infra cit. Ab eo tempore per a. circa 40 epistolarum commercium fovit cum omnibus fere viris doctis: quoscunque poterat, juniores praesertim, consilio et opera juvabat, gaudens de eorum profectu tamquam

[1]) Cum *Mémoires de Trévoux* saepe utamur atque Tournemine magnas habuerit in iisdem edendis per plures annos partes, quaedam de illis dicemus. Inchoatae fuere Trivultii ab a. 1701 fasc. menstruis in 12. inscriptae: *Mémoires pour l' Histoire des sciences et des beaux arts.* De earum scopo haec legimus in praefatione: „Ces nouveaux Mémoires doivent contenir des extraits de tous les livres de science imprimez en France, en Espagne, en Italie, en Allemagne, et dans les royaumes du Nord, en Angleterre etc.“ Insuper promittunt publicationem „des pièces manuscrites de critique; des explications des médailles curieuses; de nouveaux éclaircissemens sur des passages de l' Ecriture sainte; des découvertes qui regardent la physique, la médecine et les mathématiques; quelque nouveau phénomène; quelque machine nouvellement inventée etc.“ Editores fuerunt patres Soc. Jesu, plerumque celebriores, qui illa aetate floruerunt. Primus et velut memoriarum conditor fuit Catrou († 1737, de quo infra), cui adjunctus est Tournemine. Inter socios, qui temporis lapsu strenue operam suam in iis edendis contulerunt, laudari merent Hardouin, Despineul, Merlin, Germon, Le Tellier, Buffier, Jos. de Courbeville († 23. Jun. 1746), Jos. de Blainville († 12. Febr. 1752), Hongnant († 1745), Jos. Ant. du Cerceau († 1730), Ludov. Bertrand Castel, scriptor ferax in mathematicis et physicis disciplinis in quibus erat admodum versatus, multarum propterea societatum doctarum membrum († 11. Jan. 1758), Bougeant, Lud. Marquer vel Marquet († 1725), Souciet, Brumoy, Jo. Jacobus du Chatelard insignis astronomus († 5. Oct. 1757), Jul. Bonin († 1760), Jo. Ant. Duclos († 1743), Nic. Sarrabat († 1733), Panel († 1777), Charlevoix († 1761), Petr. Jul. Rouillé († 1740), Simon de la Tour († 1766), Berthier († 1782), sub cujus administratione (1745—1762) maximam forte celebritatem et pretium sunt adeptae. Sed cum 1762 in Gallia societas Jesu fuerit suppressa, ordinis socii opus continuare non poterant. Alii in eorum locum successerunt, ut Jo. Lud. Jolivet, medicinae professor rotomagensis († 1764), Mercier congr. s. Genovefae, Saint-Leger, Guyot (brevi admodum tempore), Aubert (ab a. 1766 sub titulo *Journal des Beaux-Arts et des Sciences),* Castilhon (ab a. 1774), Grosier quondam S. J. (ab a. 1778 sub inscriptione *Journal de Littérature, Sciences et Arts).* Demum a. 1782 prodire desierunt. Magna fuit harum memoriarum suo tempore celebritas et auctoritas, hinc versae fuere in linguam italicam; Calviniani batavi, duce ut videtur Clerico, novam curarunt ed., sed immutatam secundum eorum placita, quae ultra priora 9 vol. (1701—1705) non est progressa. Ne tot margaritae hisce 180 voluminibus absconditae gravi eruditorum damno perirent, illorum velut substantiam seu flores exhibuit Poncius Augustinus Alletz advocatus eruditus († 1785) in op. *l' Esprit des Journalistes de Trévoux,* Parisiis 1771 t. 4 in 12. Selectas vero diss. seu animadversiones collegit ultimus earum editor Grosier in op.: *Mémoires d' une société célèbre:* verum ex 6 t. prodierunt tantum tres 1791. Cf. plura ap. Sommervogel in Essai hist. sur les Mém. de Trévoux, quod prostat in ejusdem Table méthodique des Mém. de Trév. (1701—1775) t. 3 Parisiis 1864 p. 1; Kneller KL. XI, 2019.

de suo. Neque solum in literis juvenum procurabat profectum, sed et in pietate: ipse enim praeerat piis studiosorum sodalitatibus, eorum excipiebat confessiones, quotannis tradebat exercitia spiritualia atque frequentibus exhortationibus ad virtutis excitabat studium. Imo vel populi rudis curam gessit subinde rus excurrens atque missionibus apostolicis ad poenitentiam melioremque frugem excitans. Magna interim moliebatur opera, sed nimium minoribus intentus, nunquam illa exsequi poterat. Secum rigidus erat, erga alios humanus, comis et obsequiosus. Decessit magno eruditorum moerore 16. Maji 1739 a. aetatis 79.

486. Haec potiora ejusdem opera: *R. P. Joan. Menochii commentarii totius Scripturae* ex optimis quibusque auctoribus collecti [1]), Lutetiae Parisiorum 1719 t. 2 in f., de qua praestantissima ed. jam egimus III, 1060. Hic tantum recensebimus diss. eruditas, quas Tournemine t. 2. adjecit: 1. de annis patriarcharum cum app. (2.), utrum sententia superiori diss. explicata contraria sit patribus, vulgaris autem chronologia in patrum consensu fundata; 3. de primo sacrae et profanae chronologiae vinculo, epocha Sesostris; 4. de nova ratione chronologiae Judicum disponendae; 5. de chronologia regum Juda et regum Israel; 6. de chronologia regum Assyriorum, quorum historia cum historia sacra connexa est; 7. de regibus Medorum, quorum mentio in s. Scriptura; 8. animadversiones in P. Possini S. J. diss. de Assuero Estheri et Dario Medo Danielis; 9. diss. de Amane Amalecita et Macedone, in qua difficillima quaedam Scripturae loca explicantur; 10. de regibus chaldaeis, praesentim de Nabuchodonosore; 11. de Cyro rege Persarum; 12. de 70 hebdomadibus Danielis, etiam in ed. dogmatum theologicorum Petavii, quam curavit Zaccaria. Hae diss. prodierant jam in memoriis trivultiensibus; nonnullae exstant etiam in *thesauro theologico* ed. Zaccaria. Nititur auctor in hisce diss. miro labore et conatu profanam historiam cum sacra conciliare, novas init vias antea intentatas, nimis facile et audacter patrum deserit hac in re traditiones: hinc graviter carpitur a Mich. a s. Joseph in bibliogr. crit. IV, 62—66. Tourneminii ed. saepius recusa fuit, Venetiis 1722. 1731. 1743; Parisiis 1724; Venetiis 1758 aucta ejus diss. de historicis ll. biblicis nos inter et protestantes controversiis, cur. Zaccaria, qui et alias curavit editiones, ut alias diximus. *Lettre sur la question, si N. S. mangea l' Agneau Pascal la dernière année de sa vie,* quae directa est ad Honoratum a s. Maria, qui eam edidit t. 2. op. *Réflexions sur la Critique,* eique ibidem respondet. Negative solverat quaestionem auctor noster. *Eclaircissemens sur quelques endroits de l' Histoire des Juifs de M. Prideaux,* doyen de Norwich, in quibus disputat 1. de destructione Ninive et duratione imperii Assyriorum; 1. de libris V. T., quos protestantes a canone excludunt, in ed. operis Prideaux parisiensi [1]) 1726; *Réflexions sur l' athéisme attribué à quelques peuples par les premiers Missionnaires,* qui leur ont annoncé l' Evangile [2]). De atheismo disputat etiam adversus Bayle et Spinoza in praef. praemissa operi Fenelonii *Démonstration de l' Existence de Dieu* tirée de la connaissance de la nature et proportionnée à la foible intelligence des plus simples, Pariis 1713 in 12; sed in una tantum ed. ex duabus, quae ib. eodem a. prodierunt, ea praefatio reperitur. *Conjectures sur la supposition de quelques ouvrages de s. Cyprien et de la lettre de Firmilien* [3]); Conjec-

[1]) Cf. Journ. des S. LXVI, 64—72.

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1727 a. 1 p. 5—36.
[2]) In Mém. de Tr. 1717 p. 36 ss.
[3]) Ib. 1734 p. 2247—62. Raymundus Missorius O. Conv. de eodem hoc argu-

tures *sur l' union de l' âme et du corps* in Mém. de Trev. 1703 mens. Majo et Jun., quae occasionem praebuerunt Dan. Stadler explicandi Commercium inter corpus et animam, Friburgi 1741.

487. Plures s. Scripturae libros commentariis auxit Jacobus Josephus Duguet natus Montbrisonii prope Lugdunum 9. Dec. 1649. Juvenis 18 annorum ingressus est congr. Oratorii (1667) et post paucos annos destinatur Trecas ad docendam philosophiam. Sacerdos factus 1677 docendae theologiae scholasticae applicatur Parisiis, dein 1679 theologiae positivae. Qua occasione habuit collationes de s. Scriptura, disciplina et historia ecclesiastica, quibus magnam excitavit admirationem propter eruditionem et ingenii nitorem. Reliquit tamen 1685 Oratorium, quod nollet subscribere formulae sodalibus Oratorii praescriptae, qua damnabantur Jansenii errores. Bruxellam se contulit ad Arnaldum, sed cum urbis illius aer valetudini ipsius esset noxius, Parisios rediit, ubi diu vitam solitariam penes praesidem de Menars degit. Quesnello tam arcta familiaritate jungebatur, ut hic suas reflexiones morales eidem revidendas corrigendasque mitteret; sectae jansenianae ex corde erat addictus, et consiliorum schisma foventium strenuus fautor; propterea saepe domicilium mutare, latere et fugere cogebatur. Decessit in appellatione persistens Parisiis 25. Oct. 1733 a. aetatis 84. Scripsit quamplurima opera, quae laudantur a stili elegantia, splendore, puritate et ingenii sagacitate, sed deest debita accuratio: *Explication sur la Génèse* où selon la méthode des ss. Pères l' on s' attache à découvrir les Mystères de J. Christ et les règles des Moeurs renfermées dans la Lettre même de l' Ecriture, Parisiis 1732 t. 6 in 12., quorum primus agit erudite de opificio sex dierum (1731; in 12; cur. M. de Sacy cum Tr. de la Prière in *Choix des traités* de morale chret. Paris 1857); *Explication du l. de Job* [1]), 1732 t. 4 in 12; *Explication du l. des*

mento edidit: In duas celeberr. ep., quae exstant inter cyprianicas adv. decretum s. Stephani Papae de non iterando haereticorum baptismo, quarum altera est s. Cypriani ad Pompejum n. 74: altera s. Firmiliani ep. ad eundem Cyprianum n. 75. *diss. criticae,* quibus unam et alteram a donatistis fuisse confictam nunc primum demonstrat, Venetiis 1733, quo in op. nititur praeterea ostendere (sed nimis audacter), Eusebii historiam de orientalium et afrorum anabaptismo in falsis esse habendam; conc. plenarium, cui haereticorum baptismum ratum fuisse dicit Augustinus, esse arelatense; s. Stephani decretum confictum vel a Donatistis adulteratum fuisse, conc. carthaginiense III. ex numero conciliorum esse removendum, rebaptismi maculam immerito Cypriano inuri etc.; Donastistarum errorem accurate exponit atque oppositam Augustini doctrinam. Cf. A. E. L. 1736 p. 26—30, quae censuram ita absolvunt: „Non possumus, quin prae nobis feramus, auctorem historiae ecclesiasticae esse peritissimum, criticum acutum, sedis romanae studiosissimum, stili perspicui architectum, et in evolvendis animi notionibus felicem ac facilem.“ Hujus op. veluti supplementum est ejusdem Missorii *de canonibus vulgo apostolicis* et de papae judicio comparate ad concilium pro vindicando s. Augustino a tergiversationibus nuperrimi defensoris declarationis gallicanae diss. duabus ep. comprehensa: altera critica Const. Rotigni († 1776) monachi cassinensis (qui in ep. ad auctorem data dubia moverat circa ipsius de canonibus ap. sententiam), altera apologetica Missorii, Venetiis 1734, de qua cf. suppl. ad nova A. E. IV, 445—50. Ceterum plura de Tournemine cf. in Mém. de Tr. 1739 pag. 1964 ss.; Biogr. univ. XLVI; Feller VIII, 233.

[1]) Cf. J. des Sav. C, 195—215. In Job exstant etiam Antonii Mariae Guicciardi S. J. Valtelini, philosophiae, theologiae et s. Scripturae professoris (n. 15. Sept. 1655; † 23. Febr. 1739) *Lezioni sacre e morali* sopra i libri di Giobbe Profeta santo e pazientissimo distribuite in 3 pp., che contengono le azioni e virtù esercitate dal Santo nel primo stato di felicità; nel secondo di estreme calamità, e nel terzo del suo risorgimento a vita più fortunata e gloriosa, Venetiis 1741 in 4.

Pseaumes de David, 1733 t. 7 in 12; *Explication de la prophetie d' Isaie,* 1734 t. 5 in 12. (in c. 25), quibus d'Asfeld quatuor adjecit tomulos majori ex parte ex Dugueti schedis, quorum ultimo explicantur 5 cap. Deuteronomii, prophetiae Habacuc et Jonae, necnon Ecclesiastis c. 12; *Explication des livres des Rois* et de Paralipomènes 1738—1740 t. 5 in 12., quorum substantia debetur Dugueto, quam fusius dilatavit d'Asfeld; 1769 t. 6 in v. 7 (cum ll. Esdrae et Nehemiae). *Cantique des Cantiques,* Paris 1704; 1754. Hisce in commentariis sensum quidem literalem exponit, et difficultates contra illum explanat, sed praecipue vaticiniorum typorumque eventum demonstrat, harmoniam inter V. et N. T. illustrat atque inde religionis christianae veritatem confirmare nititur, ingenio tamen suo saepe indulget. *L' Explication du Mystère de la Passion de N. S. J. Christ* suivant la Concorde, 1733 t. 9 in 14 v. in 12., qua complectitur quae seorsim de singulis passionis mysteriis antea jam prodierant. *Explication de l' épitre de S. Paul aux Romains,* 1756; *Explication des qualités ou des charactères que s. Paul donne à la charité,* 1727 in 12; dein saepius; optima ed. Bruxellis 1735, prohibita tamen d. c. decr. 7. Oct. 1746. *Règles pour l' intelligence de l' Ecriture s.,* in quibus nimis indulget theoriae omnia figurate interpretandi: fuit enim, ut dicunt, „figurista", Parisiis 1716 in 12., quas regulas primum impugnavit Fourmont archaeologus in academia professor (sub nomine Rabbi Ismael Ben Abraham † 1745) in l. *Monacha, Ceinture de douleur* ou réfutation du l. intitulé *Règles* etc. 1723; dein anonymus (Leonard) in l. *Réfutation du l. des Règles* et *Traité du sens littéral* et du sens mystique des saintes écritures Parisiis 1727, cui alius anonymus (Fourquevaux) opposuit: *Lettre d' un Prieur à un de ses amis au sujet de la nouvelle Réfutation* 1727; verum ille respondit op.: *Traité du sens littéral et du sens mystique des ss. Ecritures* selon la doctrine des Pères, cui Dugueti apologeta occurrit quatuor aliis epistolis 1729. *Traité de la Prière publique* et sur les dispositions pour offrir les ss. Mystères, 1707, quinquies uno anno editus, et saepissime deinceps, in forma epistolari [1]), quod opus tamen, sicut et alia, spiritu quesnelliano inficitur. Adversus illud scripsit Franc. Lamy O. S. Ben.: *Réflexions sur le Traité de la Prière publique:* et anonymus *Sentimens critiques* d'un Chanoine sur divers Traités de Morale à l'Auteur de la Prière publique 1710 in 12. *Réfutation du Système de M. Nicole touchant la grâce générale,* s. l. 1716; Ultrajecti 1736; Dissertation théologique et dogmatique *sur les Exorcismes et les autres Cérémonies du Baptême,* quae prodiit simul cum *Traité dogmatique sur l' Eucharistie,* Parisiis 1727 in 12; *Principes de la Foy Chrétienne* [2]) 1736 t. 3 in 12, quod opus laude dignum morte praepeditus absolvere non potuit. *Conférences Ecclésiastiques* (67) ou dissertations sur les auteurs, les Conciles et la discipline des premiers siècles de l'Eglise, Coloniae 1742 t. 2 in 4; 1789 t. 6 in 8. et plura alia ad theologiam moralem vel asceticam spectantia [3]). Multum laudatur ejus *Institution d' un Prince* (pedemontani) ou Traité des qualités, des Vertus et des Devoirs d'un Souverain 1740 in 4. et t. 4 in 12; in Gallia suppressa; Londini 1743, cum auctoris vita scripta a Goujet. *Lettres sur divers sujets* de morale et de

---

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1717 a. 73 p. 1025—51; 1723 a. 121 p. 169—90; 1728 a. 1 p. 5—40.

[2]) Cf. Journ. des Sav. CXI, 321—34; 471—86.

[3]) Cf. Niceron V, 428—626; Ingold p. 187—197; André L'esprit de M. Duguet ou précis de la morale chrét., tiré de ses ouvrages, Paris 1764; Chetelat Etude sur D., ib. 1879; Welte KL. III, 2109.

piété, Parisiis 1708 et saepissime seorsim editae.

488. *Pentateuchum* commentario paraphrastico explicavit Hieronymus Ragusa S. J. Motycensis, Siculus († 23. Jan. 1727), Messanae 1713 in 8. Collegit quoque *elogia Siculorum,* qui veteri memoria literis floruerunt, Lugduni 1690 in 12; Avenione 1692; Romae 1700; Lugduni Bat. 1725; prolixiores vitas illustriorum (4) servorum Dei, edidit italice — Christophorus Berlanga S. J. Matritensis (n. 31. Martii 1649; † 11. Febr. 1731) edidit *interrogationum et responsionum seu qq. in l. Geneseos* juxta methodum magni Alcuini, Valentiae 1699—1715 t. 6 in 4. — Antonius de Silveira (Silveyra) O. SS. Trin. Red. Capt., Lusitanus, vir boni ingenii et indefessi studii, nisus est antilogias apparentes in s. Scriptura dissolvere in *discordia concordi,* cujus pars 1. complectens ll. Pentateuchi, Josue, Judicum et Ruth prodiit Olisipone occidentali 1738 in 12. Utrum aliae prodierint partes nos latet. — Psalmos illustrarunt Stephanus Thiroux S. J. Augustodunensis theologiae professor (n. 1647; † 26. Apr. 1727) in *scholiis* seu brevibus elucidationibus, Lugduni 1727 in 12. — et Joannes Petrus Artinger in *plectro davidico* sive psalmodia practica et explicata (absque auctoris nomine), Ingolstadii 1726. Ejus quoque est *Officium divinum* sive methodus recitandi horas canonicas 1727. Fuit Artinger patria Ingolstadiensis, piscatoris filius, ex qua humili conditione meritis, quae sibi cum Romae, ubi per plures annos versatus est, tum in Bavaria collegit, ad magnos honorum gradus ascendit. Obiit die 2. Oct. 1729 anno aetatis 61, postquam fuit universitatis ingolstadiensis procancellarius et s. Scripturae professor [1]) — Joannes B. Morvan de Bellegard quondam Soc. J. fuisse refertur, qua tamen eggressus dicitur ob opiniones cartesianas (sed nulla ejus apud Sommervogel mentio). Patrum opera vertit, sed non satis accurate. Edidit *Livres moraux* de l'A. T. où sont renfermées les maximes de la sagesse divine avec les devoirs de la vie civile, Paris 1701. Praemisit praefationes breves sed graves, adjecit versionem, summaria et commentarium bonum juxta Rey in Dict. de la Bible ed. Vigouroux I, 1569. Decessit auctor 26. Apr. 1734.

489. Evangelia interpretati sunt [1]) Emmanuel a Resurrectione O. Praed. († 1721) in *Matthaeo explanato,* Olisipone 1710 t. 4 in f. — Joannes Polinier Occitanus, canonicus regularis, abbas s. Genovefae et sui sodalitii praepositus generalis († 1727), gallice, Parisiis 1699 ss. t. 5 in 8. — Cajetanus Potesta O. Min. Siculus, theologiae lector in op. *Evangelica historia* seu sancta quatuor evangelia in unum redacta et secundum seriem historiae ordine suo disposita ac concordata cum suis commentariis, Panormi 1726 t. 2 in f.; adnexus est t. 2. commentarius *in Apocalypsim* [2]) — Nicolaus Guerin S. J. († 2. Aug. 1736) in op. *Le texte des quatre évangélistes réduit en un corps d' histoire* ou la vie et la doctrine de J. C. avec des notes sur les principales difficultez de l'Evangile, Parisiis 1709; Nancaei 1733 in 8. — Carolus Joannes de Lattaignant S. J. († 30. Jan. 1728 a. aetatis 88) Parisiensis [3]) in op. *L' Esprit des saints Evangiles* ou le véritable dessein que chaque Evangéliste se propose, Parisiis 1714 in 12.

[1]) Cf. Mederer annal. academiae ingolstad. III, 160; 170; 177.

[1]) In Evangelia t. 3 *sermonum* publicae luci tradidisse legitur Innocentius Casanova O. Carth. († 1727) inscriptos: *Gli empirei fiori del Vangelo* moralizzato nel corso festivo di tutto l'anno. Cf. Dict. de la Bible ed. Vigouroux II, 612.

[2]) Ejus quoque est *La vera sapienza* ovvero mystica teologia, Panormi 1703.

[3]) Journ. de S. LVII, 538 l. impense commendat.

— Dominicus Guillaerts Belga, canonicus antwerpiensis († 1723), cujus sunt *annotationes in Ev. secundum Joannem,* in sex priora cap. secundum Matthaeum et in tria priora cap. secundum Lucam [1]), Gandavi 1724 in 4. — et Marcellinus Siuri Valentinus, generosa stirpe oriundus, ex praeposito Valentiae in Edetanis episcopus primum auriensis, dein cordubensis, qui utramque ecclesiam verbo et exemplo mirifice illustravit magnumque sui desiderium omnibus reliquit. Parvulorum doctor, glorioso sane cognomine, appellatus est, quod pastor eximius frequentem puerorum coetum christianae sapientiae elementis crebro instituerit. Sacerdotalibus virtutibus indefessum ss. literarum studium addidit († 1734). Praeter eximiam *theologiam de novissimis,* Valentiae 1756 (ed. altera), edidit in *sacrosancta quatuor J. Christi evangelia commentarios exegeticos,* Cordubae t. 3 in f. 1723. 1725. 1727. Literalem sensum ubique sectatur; opus in tr. et capita dividit; stilo utitur scholastico, sed nec sicco, nec incompto. In firmandis propriis sensibus judicii soliditatem conjunctam cum ingenii acumine ostendit, nec tamen aliorum placita eorumque fundamenta dissimulat vel absque congrua praeterit solutione. Criticum perpetuo agit, sed modestum semper ac sobrium et cui minime novitates placeant aut cavillationes. Quae veteri hominum fide probata sunt, eo ipso recipienda existimat, quamvis reclament subtiliores quaedam criticorum conjecturae: vel revelationes quasdam privatas non tamen sine selectu in confirmationem suarum sententiarum adducit [1]). — Ferdinandus Zucconi S. J. (n. 17. Oct. 1647; † 4. Maj. 1732) lectiones in s. Scripturam a. 37 Florentiae ad populum habuit, quae saepe prodierunt: *Lezioni sacre* sopra la divina Scrittura t. 5 in 4. Venetiis 1 714—34; 1741; 1762; 1791.

490. Ignatius Georgius O. S. Ben. e congr. melitensi, Ragusinus, edidit l. inscriptum: *D. Paulus ap. in mari,* quod nunc venetus sinus dicitur, *naufragus* et Melitae dalmatensis insulae post naufragium hospes sive de genuino significatu duorum locorum in Act. apost. 27, 27 et 28, 1 inspectiones anticriticae, Venetiis 1730 in 4., de quo ita habent A. E. lips. suppl. II, 296: „Gratulamur auctori de exantlato tam difficili ac intricato labore venerantes notitiam ejus theologicam, philosophicam, geographicam et graecarum literarum penitiorem peritiam ac cum maxime ingenuam sentiendi confidentiam.“ Auctoris sententia pluribus non arrisit, qui eam impugnarunt ut Joseph Claudius Guiot de Marne [2]) in diss. Romae ed. 1731, Bonav. Attardi O. S. Aug. in l. *Bilancia della verità,* Panormi 1738, Rupertus a s. Gaspardo [3]) in diss. *Paulus ap. e*

[1]) De quo scribit Journ. des S. LXXV, 88: „Ouvrage posthume . . . c'est un in quarto de 500 pages, qui rend un témoignage très-avantageux de la suffisance, de l'exactitude et du discernement de son auteur, ce commentaire étant écrit avec beaucoup d'érudition et d'onction tout ensemble, et développant le sens littéral de son texte par des explications claires et solides, la plupart soutenuës par des passages choisis de l'Ecriture sainte et des saints Pères. Il a encore cela de singulier, qu'il est enrichi d'un grand nombre de concordances à côté, de la plupart des versets du texte sacré, qui donnent des lumières sûres pour expliquer l'écriture sainte par elle-même et des preuves évidentes des recherches laborieuses de l'écrivain. L'ouvrage sera d'une grande utilité pour l'intelligence de l'Evangile: le style en est noble et pur.“

[1]) Cf. Mich. a s. Joseph IV, 214.

[2]) Natus est Guiot in civitate Bar le Duc. n. 8. Jan. 1693 fuitque vicarius ord. eq. melitin. Edidisse legitur commentarium in Acta Ap., Panormi.

[3]) Fuit hic patria Cortracensis, in seculo dictus Balthasar de Santander († 1744) et reliquit suppresso nomine *controversiarum* t. 3, Bruxellis 1712 in 8.

Melita illyricana in africanam quondam, nunc vero s. Joannis hieros. equitum *feliciter redux,* Venetiis 1739 t. 2, et Joannes Antonius comes Ciantar, qui edidit *de b. Paulo ap. in Melitam siculo-adriatici maris insulam naufragio ejecto* diss. apologeticas [1]), Venetiis 1738 in 4. Stephanus vero Sciugliaga († 1791) Georgii opinionem tuetur. — *Epistolas apostolicas* vindicavit Ludovicus Riclos O. S. Ben. [2]) e congr. ss. Vitonis et Hidulphi († 1738). — Joannes Gerardus Kerkherdère n. 7. Nov. 1677 Hulsbergae in ditione limburgica vir in antiquitate et studiis criticis versatus, poeta et historiographus caesareus († 16. Mart. 1738), proposuit *systema apocalypticum,* Lovanii 1708 in 12., quod est specimen op. inscripti [3]): *De monarchia Romae paganae* secundum concordiam inter ss. prophetas Danielem et Joannem nunquam hactenus tentatam consequens historia a monarchiae conditoribus usque ad urbis et imperii ruinam; accessit series historiae apocalypticae Lovanii 1727 in 12; *prodromus danielicus* sive novi conatus historici critici in celeberrimas difficultates historiae V. T., monarchiarum Asiae etc., et praecipue in Danielem prophetam [4]), Lovanii 1708 in 12; *de situ paradisi terrestris,* ib. 1731 in 12., cui praemittitur *conatus novus de Cepha reprehenso,* in quo auctor contendit, Cepham a Paulo reprehensum alium esse a s. Petro. — Commentarium *in Apocalypsim* Duaci 1762 in 12. reliquit Guilelmus Pierart (n. 1665; † 19. Maj. 1724) theologiae doctor et s. Scripturae interpres Duaci.

491. Jacobus Maria Ayroli S. J. Genuensis († 27. Mart. 1721) card. Ptolomaei in cathedra de controversiis successor, edidit *diss. biblicam,* in qua Scripturae textus aliquot insigniores adhibitis linguis hebraica, syriaca, chaldaica, arabica, graeca, latina per dialogismum dilucidantur [1]), Romae 1704 in 4; *liber LXX hebd. resignatus* seu Danielis vaticinium celeberrimum ex vulgata ed. et hebraico textu enodatum [2]), Romae 1713; 1714 in 4; 1748 in 8; etiam in ed. commentariorum Menochii in s. Scripturam veneta 1722 et bassanensi 1771. Cum P. Tournemine ejus sententiam impugnasset, auctor se defendit editis *thesibus contra Judaeos de LXX hebd.,* Romae 1720 in 4. Diss. chronologica [3])

---

[1]) Cf. Journ. des S. CXXXVI, 100.

[2]) De hujus paraphrasi in ep. s. Pauli et in ep. canonicas (Parisiis 1709 et 1718, Metis 1727 t. 4 in 8.) legimus in Bibl. génér. des écriv. de l'ordre de S. Bénoît, Bouillon 1777 II, 474: „Ouvrage extrêmement goûté . . . le tout avec tant de piété, de justesse, de doctrine, de lumières et d'onction, que l'auteur semble avoir participé à l'esprit des écrivains sacrés; en un mot, les ouvrages de D. Riclos passent pour parfaits en leur genre."

[3]) Cf. Journ. des S. XLIX, 467.

[4]) Feller V, 70: L'érudition est répandue à pleines mains dans ces deux ouvrages; les hypothèses qu'on y propose ont de grandes vraisemblances et jettent beaucoup de jour sur les dificultés historiques, chronologiques et géographiques de l'Ecriture sainte." Cf. de auctore ejusque operibus Biogr. nat. de Belg. X, 657—59: Neyen, biogr. lux. app. p. 41.

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1705 p. 1821 ss.

[2]) Cf. Mém. de Tr. 1713 p. 296—310 a. derivatus ex auctoris diss. Romae habita 1712; Storia Letter. d'It. XI, 233—36: M. a s. Joseph II, 554 ss.; A. E. L. 1717 pag. 422—28, qui recensionem ita absolvunt: „Ex his omnibus praeclara atque singularis auctoris nostri non tantum in philologicis, sed et chronologicis ac historicis doctrina apparet, quae cujusvis cupiditatem accendit, eandem materiam uberius diductam et ab adversariorum technis liberatam in opere ipsius quadripartito, cui haec reservavit, conspiciendi, quod ut propediem feliciter absolvat, magnoque eruditi et christiani orbis emolumento edat, enixe optamus."

[3]) Hujus synopsis prostat in Mém. de Tr. 1720 p. 657—668. In his exstat quoque a. 1721 pag. 1369—1387 et in Journ. des S. 1722 p. 559—74: *Explication du premier verset du chap. 12. (13.) du pre-*

de anno, mense et die mortis D. N. J. Chr., Romae 1718 in f. — Martinus Brictius S. J. Pruthenovarmiensis (n. 11. Nov. 1665; † 25. Maj. 1727), reliquit *qq. exegeticas* in s. Scripturam V. et N. T. et earum elucidationes collectas ex variis auctoribus in gratiam eorum, quibus deest copia interpretum, Brunsbergae 1727 pp. 2 in f. — Joannes Mallemans [1]) prius militum dux, uxore defuncta sacerdos et canonicus ad s. Opportunum Parisiis, ubi decessit 1740 annos natus 91, vir singularium opinionum, reliquit plures diss. in loca difficiliora s. Scripturae, quae passim prostant in Memoriis trivult. Ita a. 1707 a. 123 p. 1635—54: *Lettre à Mr. le Comte de Noirval* où est donnée l'évidente intelligence du second verset du sixième Chapitre de la Génèse et où le véritable Système du Paradis terrestre est établi contre le sentiment de Calvin, de Scaliger, et autres Modernes. Scripsit quoque *Pensées sur le sens littéral* des dix-huit premiers versets de l'Evangile de s. Jean 1718, quem l. vocavit *l'Histoire de l'éternité; Histoire de la Religion depuis le commencement du monde* jusqu'a l'empire de Jovien [2]) t. 6 in 12., quae parum suis aequalibus arrisit. — Emmanuel Villaroel O. S. Ben. († 1731) Pincianus, ss. literarum interpres, edidit *Commentaria literalia in sacras tautologias* cum illustrationibus panegyricis, anagogicis, tropologicis et politicis, Matriti 1703—29 t. 8 in f.; 1740, concionatoribus destinata, in quibus sensus sub vocibus pleonasmis latentes eruuntur, enucleantur, exornantur. Universo operi praefixus est prologus galeatus pro Scripturae tautologiis, qui est velut argumentum totius operis. Ibi auctor eruditus disserit de Scripturae fecunditate, ad cujus dignitatem pertineat, ut diversis hominum intellectibus conveniat et unusquisque miretur, se in ss. literis posse invenire veritatem, quam mente concepit: ex quo fiat, ut omnis veritas, quas salva literae circumstantia potest divinae Scripturae aptari, sit ejus sensus, sicut sensuit jam s. Augustinus [1]). Quam diffuse auctor de singularibus disputet textibus, inde liquet, quod t. 1. agat tantum de Gen. 1, 2 et 26; 2, 2. 7 et 17; 3, 16, quibus paraphrasi literali elucidatis subjicit plurima testimonia ex auctoribus sacris et profanis deprompta. Aliud ejusdem auctoris opus eruditum est: *Ephemerides sacrae et profanae,* thesaurus temporum in quatuor tempora ib., cujus pars hyemalis tres priores anni menses complectens prodiit Matriti 1730 in f.; pars verna (posthuma et absoluta a Perez) 1738. — Josephus Lud. Busserus O. Carm., in quo dictus est Jos. Angelus a Nativitate V. (n. 1659; † 14. Sept. 1724), Mediolanensis, philosophiae ac theologiae lector in coenobiis bononiensi, tridentino et placentino, auctor est op. inscripti *Lector biblicus* sive bibliae s. antilogiae ad concordiam redactae juxta mentem doctoris angelici, Cremonae 1725 in f. t. 1. (et unicus). — Matthaeus de Barneville Orat. Dublinii natus (c. 1659; † c. 1739) Parisiis studiis operam dedit. Ut s. Scripturae lectionem inter fideles promoveret, N. Testamentum gallice vertit suppresso nomine Parisiis 1719, quae versio ad a. 1753 duodecies saltem prodiit — Cornelius Nary Kildarensis n. 1660, juris utri-

mier livre des Rois. Ejus diss. *de annis ab exitu Israel de Aegypto ad 4. Salomonis* exstat in ed. Menochii t. II. venetae et bassanensis III.

[1]) Alius ab eo est Claudius Mallemant de Messanges aliquandiu sodalis Oratorii (1674—78, † forte 1723), cujus est opus singulare *L'ouvrage de la création,* traité de physique du monde, Paris 1679 in 12., in quo novo nititur modo exponere Gen. 1. Cf. Batterel IV, 523—26.

[2]) Cf. Mém. de Tr. 1704 a. 92 p. 1047 —1055.

[1]) Cf. Mich. a s. Joseph II, 219 ss.; Biogr. univ. LXXXV, 385.

usque doctor parisiensis, Dublini parochum egit et praeter scripta de controversiis [1]) N. T. anglice vertit cum annot. marginalibus Londini 1705—8. Ea prohibita fuit a s. Officio (1722) et suspecta habebatur, quod jansenismo faveret. Vir alioquin dicitur virtute, zelo, doctrina clarus († 3. Mart. 1738).

[1]) Cf. Bellesheim III, 714; Bi. un. XVIII, 184; Journ. des S. LXXVI, 665—70.

— De Franc. Tobia, qui collegit *Biblia Gregoriana* Augustae V. 1731, egimus I[3], 560 a. — De Romano Krinner OSB. solerti bibliothecario et meritissimo chronista tegernseensi († 2. Maj. 1738), qui edidit Jo. Wirceburgensis (cf. II, 137) *descriptionem terrae s.* apud Pez thes. anecd. I p. 3 (pag. 483—534), cf. Lindner Familia s. Quir. in Tegernsee, qui pag. 102-13 ejus autobiographiam exhibet.

IV. Patrologia.

492. Hac quoque epocha viros reperimus, qui de patrum operibus bene meruerunt, non quidem multos, sed quod praeferendum est, summos. Horum plerique sunt *Galli*. Ex *Italis* occurrit Joannes Salinas, Neapolitanus, can. reg. lat. et s. theologiae lector, qui edidit *ss. Prosperi Aquitani et Honorati Mass. opera* (aliquot) notis observationibusque illustrata [1]), Romae 1732 in 8; *Vincentii Lirin. et Hilarii Arel. opera* notis et observationibus illustrata, ib. 1731 in 8. Addere cogitabat tertium volumen, in quo peculiari diss. ostendere sibi proposuit Vincentium, Hilarium et Honoratum re vera ab orthodoxis doctoribus de gratia non dissentire [2]), una cum observationibus, quas studiose collegerat, de lirinensi coenobio: sed mors doctas ejus meditationes intercepisse videtur. *S. Aurelii Augustini vita auctore Possidio* [1]), ib. 1731; Augustae V. 1768. Scripsit quoque *Possidii vitam,* Romae 1731 in 8. — Angelus Maria Ricci, in florentino lyceo professor graecarum literarum hoc eodem tempore *Andreae Cretensis in natalem diem ss. Dominae N. orationem* primum e laurentiana bibl. medicea eruit, Florentiae 1732 in 4. — et Joannes Bapt. Caraccioli in pisano lyceo philosophiae professor *s. P. N. Gregorii ep. Nyssae ep. septem* primo vertit et edidit et commentariis nonnullisque animadversionibus adjectis illustravit [2]), Florentiae 1731 in f.

[1]) Cf. suppl. ad nova A. L. II, 17—20.

[2]) Vel Faustum rejensem a pelagianismo vindicare nisus est Laur. Jodocus Le Clerc congr. s. Sulp. Parisiensis 22. Aug. 1677, theologiae lector apud sodales († 7. Maj. 1736) in Mém. de Trév. 1736 mense Julio p. 1541—82. Auctor quoque est Diss. *sur l' auteur du Symbole ‚Quicumque vult salvus esse'* etc., Lugduni 1730, in qua illud s. Athanasio asserit; *Lettre critique sur le dictionnaire Bayle,* Hagae C. 1722 in 12, in qua ostendit gravissimos ejus errores et falsitates in enarrandis factis historicis. *Remarques critiques* sur divers articles . . . du Dictionnaire de Bayle, in ed. 5 hujus dictionarii emendata et aucta M. Des Maizeaux, Amsterdam 1734 p. 825—1000; receptae etiam in ed. cur. Beuchot, Parisiis 1820—24 t. 16; iisque usus est Joly in suis Remarques critiques in idem dictionarium, Paris 1748. *Remarques* sur differents articles . . . du Dictionnaire de Moreri de l'ed. de 1718 suppresso nomine (Aureliani) 1719—21 t. 3 in 8. Pluribus scriptoribus submisit additiones et notitias. Reliquit quam plurima inedita. Cf. Vie, Ecrits et Correspondance littéraire de Laur. Josse Le Clerc, Paris 1877; Bertrand Biblioth. Sulpicienne 1, 257—76.

[1]) Cf. A. E. lips. 1734 p. 18—20; de priori op. ib. 502—7.

[2]) Cf. A. E. lips. 1739 p. 337—9.

493. Ex *Germanis* [1]) mentione dignissimus est Bernardus (in baptismo Leopoldus dictus) Pez [2]) O. S. Ben., cui patria fuit Isidis pons (Ipsium, Ibs) inferioris Austriae oppidum a. 1683. Jam in tenera aetate vim ingenii magnam singularemque virtutis indolem prae se tulit. Puerilibus ludis abstinuit, soli jam tum libri ei in deliciis fuere. Quod vel ex eo patet, quia illam quoque pecuniam, quam ad relaxandum animum a parentibus acceperat, in libros erogare solebat. Ubi 16. a. vix attigit, monasterium mellicense adiit, ut in s. Benedicti familiam reciperetur. In tirocinio multas expertus est adversitates, adeo ut etiam de ejus deliberatum dimissione neque diutius quam dum illi capilli crescerent, facultas in monasterio permanendi data fuerit. Verum novitiorum moderator ejus suscipiens patrocinium rem eo perduxit, ut in tirocinio persistere illi liceret. Quo exacto cum saniorum judicio majorem constanter de se, quam vulgo fieri assolet, exspectationem concitasset, morumque puritas et vitae innocentia, egregiae animi dotes, qualis in adulta aetate futurus esset, satis portendissent, ad votorum nuncupationem a. 1700 admissus fuit. Cursu philosophico confecto grammaticae docendae a. 1703 admovetur. Quidquid vero temporis superfuit, studiis elegantioribus legendisque optimis scriptoribus qua latinis, qua graecis impendit. Humaniorum igitur literarum notitia sibi comparata Viennam a. 1704 mittitur theologiae operam daturus, in qua et lauream promeruit. Post suum in monasterium reditum ad critices studia, ad quae nativa quadam propensione ferebatur, animum applicare constituit. Exinde bibliothecam benedictinam scribendam suscepit. Quem in finem aliorum monasteriorum bibliothecas invisere statuit. Fructum studiorum suorum exhibuit in *Bibliotheca benedictino-mauriana* seu de ortu, vitis et scriptis PP. Bened. e celeberrima congr. s. Mauri ll. 2, quibus adjecit etiam anonymum *de scriptoribus eccl.* ex mss. bibl. mellicensis [1]), Augustae V. et Graecii 1716. Jam longius iter aggressus est cum fratre suo Hieronymo 3. Maji 1717 in Bavariam et Sueviam. Hujus itineris literarii, in quo ultra 8000 codd. et monumenta mss. excussit, descriptio habetur p. 1. Anecd., atque a Kropfio relata fuit in *bibliothecam benedictino-mellicensem;* fructus vero prostant in *thesauro anecd. novissimo* seu veterum monumentorum praecipue ecclesiasticorum ex germanicis potissimum bibliothecis adornata collectione recentissima, Augustae Vind. et Graecii 1721—29 t. 7 in f., quae collectio (integra) est rarissima (m. 250). Quilibet t. in tres veluti pp. est divisus: in 1. censentur div. literarum interpretes; in 2. theologi, patres, philosophi, ascetae; in 3. chronica, codices diplomatici, monasteriorum historiae, SS. vitae, itineraria, alia monumenta historica; omnia vero illustrantur praefationibus et observationibus praeviis [2]). Potiora scripta, quae in eo reperiuntur, sunt: Notkeri Balbuli († 1412) *de interpretibus div. Scripturarum;* Angelomi luxoviensis monachi (fl. c. 1435) *commentarius in Genesim;* anonymi *glossarium* latino-theodiscum in biblia s.; Engelberti ab. admontensis *l. de causis longaevitatis hominum* ante diluvium, et l. *de gratiis et virtutibus b. Mariae;* Pasch. Radberti *de fide, spe et caritate* ll. 3;

[1]) Philippus a s. Jacobo Pütner O. Schol. piar. Bohemus (n. 1656; † 1729) in utilitatem concionatorum ss. patrum bibliothecam maximam lugdunensem 27 vol. comprehensam in epitomen redegit ordine alphabetico illustriores sententias et selectiora dicta exhibens, Augustae V. et Graecii 1719 t. 2 in f.

[2]) De ejus fratre pariter eruditissimo agemus in seq. periodo.

[1]) Cf. A. E. lips. 1717 p. 119 ss.

[2]) Cf. A. E. lips. 1722 p. 1 ss.

Gerberti (postea Silvestri II.) *l. de corpore et sanguine Domini;* Gerhohi praepositi reicherspergensis O. S. Aug. (sec. XII.) l. *de gloria et honore Filii hominis;* l. *adv. haereses* sui temporis; *commentarii in psalmos et cantica ferialia;* Alani Magni O. Cist. ll. 5 *de arte catholicae fidei* ex rationibus demonstrata; *codex diplomaticus ratisbonensis;* Honorii Augustod. (sec. XII.) *Hexaemeron, in Psalmos selectos, sacramentarium;* l. *de corpore et sanguine Domini* cum aliis novem opusculis; Galtheri l. *de Trinitate,* Hervaei monachi dolensis *commentariorum in Isaiam ll. 8;* Irimberti ab. *commentarii in ll. Judicum et Ruth,* Walafridi Strabonis *expositio in priores 20 Psalmos; vitae* plurium SS. medii aevi et *historiae monasteriorum* etc. T. VI. continetur codex diplomatico-historico-epistolaris a sec. V. ad a. 1438 totius Europae historiam illustrans. Magnum sibi nomen hoc thesauro penes eruditos omnes, etiam protestantes, praesertim per Germaniam peperit [1]).

494. Alius interea indefessi ejusdem studii fructus prodiit inscriptus *Bibliotheca ascetica antiquo-nova,* hoc est collectio veterum quorundam opusculorum asceticorum, quae hucusque in variis mss. codd. et bibliothecis delituerunt, Ratisbonae 1723—40 t. 12 in 8. Initio cujusque tomuli de vita, aetate, rebus gestis auctorum paucis agit [2]). Comiti de Sinzendorff, cancellario supremo Caroli VI., auctor fuit, ut de instituenda literarum academia Viennae ad promovendum studiorum in Austria fervorem alacritatemque cogitaret. Qua de re etsi diu multumque deliberatum, actum consultumque est, ad exitum tamen perduci non potuit. Ipso agente instructum fuit monasterium mellicense bibliotheca insigni, excitata studendi alacritas, promota sunt literarum studia. Haud raro sacrum quoque conscendit suggestum, mira perspicuitate magnoque ardore ad populum dixit. Summa ejus eruditio majorem nacta est splendorem singulari qua praeditus erat humilitate et modestia. Nihil illo fuit promptius in ope aliis ferenda, adeo ut aliis magis quam sibi vivere videretur. Nimiis laboribus ante tempus confectus incidit morbum lethalem, quo oppressus die ipso s. Ruperti festo, pro cujus aetate et gloria strenue decertaverat, 27. Martii 1735 animam Deo reddidit annos tantum 53 natus [1]). Ex ejusdem op., quae partim jam indicavimus, praetermissis iis, quae minus ad nos spectant, mentione sunt adhuc digna: *Ven. Godefridi* sec. XII. abbatis admontensis O. S. Ben. in Styria *homiliae in dominicas et festa totius anni,* Augustae Vind. 1725 t. 2 in f.; *ep. ad cl. P. M. Hansizium S. J.* aliosque in Germania, Gallia et Italia viros, Viennae 1731 in 4., in qua vetustissima acta s. Trutperti M. in Brisgovia, auctore Erchanbaldo circa a. 700 ab. sanct-Trutpertino, nunc primum publici juris facit, et illorum super eorundem sinceritate et authentia sententiam rogat, simulque diluit quae eruditissimi homines contra receptam apud salisburgenses de s. Ruperti aetate traditionem scripserunt [2]). Reliquit plura op. mss. vel inchoata, collegerat enim ingentem notitiarum et monumentorum thesau-

[1]) Cf. Ziegelbauer II c. 5 sect. 3.

[2]) Bibliothecae conspectum exhibent Ziegelbauer IV, 97 s. et A. E. lips. 1723 p. 518 s.; 1724 p. 323 s.; 483 ss.; 1726 p. 262 s.; 319 s.; 1727 p. 84 s.

[1]) Plura de ejus vita atque operibus cf. apud Kropfium in biblioth. mellic. pag. 545—656; unde sua hausit Ziegelbauer l. c.; Krones allg. d. Biogr. XXV, 569—73; Wurzbach, biogr. Lexikon des Kaiserth. Oesterreich XXII, 145—49, qui et alios fontes indicat; Wilkens Zeitschr. für Kirchengesch. XI. fasc. 3 (1890); maxime vero Katschthaler Ueber B. Pez u. dessen Briefwechsel, Melk 1899, cujus epitomen exhibent hist. pol. Bl. 1892 t. 109 p. 255 ss.

[2]) Cf. A. E. lips. 1731 p. 242—45.

rum [1]). Hinc vere pro Germania fuit, quod pro Gallia fuerunt D'Achery, Mabillon, Martène etc. Minus tamen criticum et prudentem se probavit in edendis duobus opusculis, scil. *vita et revelationes v. V. Agnetis Blannbekuin* auctore anonymo O. Min.; accessit *Pothonis l. de miraculis s. Dei Genitricis Mariae,* Viennae 1731 in 8; liber uterque censura caesarea confixus ac suppressus fuit, ne laicis offendiculo esse possit [2]).

495. E *Gallis* primus, qui commendari meret, est Petrus Coustant Compendii apud Valesios 30. Apr. 1654 natus. A prima pueritia inter condiscipulos suos studendi diligentia excelluit. Annos natus decem et septem in remensi s. Remigii monasterio s. Benedicti amplexus est regulam. In novitiatu insignis pietatis specimina dedit, adeo ut ceteris tironibus exemplaris instar praeluceret. Emissa professione (17. Jun. 1672) philosophiae operam dedit sub Fr. Lamy (p. 733). Scholasticis studiis cum laude defunctus se totum veterum scriptorum ac patrum libris involvit, ac licet juvenis, adhibitus fuit socius laboris in ed. op. s. Augustini. Cum Edm. Martene et Rob. Morel composuit indicem rerum t. 4; cum Claudio Guesnie indicem rerum totius ed., et menda typographica t. 5. ipse emendavit, magnam in omnibus prodens judicii sagacitatem. Operam quoque suam conferre jussus est ad discernenda s. Augustini scripta genuina a spuriis. Hinc ipsi debentur censura et indices opusculorum suppositorum s. Augustini, quae habentur in app. t. 6., et app. t. 5. complectens sermones supposititios in quatuor classes digestos, quibus inserti sunt sermones Caesarii ep. arelatensis, ad quos appendices tam diligenter edendos herculeus requirebatur labor miraque patientia. Hac industria adeo meruit superiorum approbationem, ut sollicitante Mabillonio ei committerent (1687) difficilem admodum opp. s. Hilarii Pict. editionem, cui plures annos impendit. Prodierunt *s. Hilarii Pict. ep. opera* ad mss. codd. gallicanos, romanos, belgicos, necnon ad veteres ed. castigata, aliquot aucta opusculis, praeviis in locos difficiles disp., praefationibus, admonitionibus, notis, nova s. confessoris vita et copiosissimis Scripturarum, rerum, glossarum indicibus locupletata et illustrata, Parisiis 1693 in f. In hac ed. prorsus egregia effecit, ut Hilarius non modo purior et emendatior prodiret tandem, sed et intelligeretur facilius et legeretur commodius. Momenta quaedam celebriora aut difficiliora in prolegomenis exquisita diligentia elaboratis curatius expedita sunt, ut ipsius scripta non prius offerrentur, quam praecipuae suspicionum nebulae prorsus fuissent dissipatae. Praemissae sunt singulis operibus admonitiones aut praefationes, in quibus quidquid ad eorum occasionem, tempus, scopum, veritatem et id genus alia spectant, explicatur. Verbo praestitit doctissimus editor quidquid vel morosus censor in op. ed. desiderare possit [1]). Recusa fuit haec ed. aucta aliquot scriptis antea ineditis et lectionibus variantibus Veronae 1730 t. 2 in f. cura cl. Scip. Maffei, ed. optima; Venetiis 1749 (ed. mendosa); in P. L. ed. Migne t. 9. 10 (sed mendose).

496. Hoc opere perfecto aliud ei imposuerunt superiores longe difficilius majorisque utilitatis, editionem scil. ep. omnium pontificum rom. Prodire coepit opus hac inscriptione: *Epistolae RR. PP. et eae, quae ad eos scriptae*

---

[1]) Cf. Mayer OSB. der Nachlaß der Gebr. Pez in Hormayr Archiv f. Gesch etc. XVIII et XIX (1827. 1828).

[2]) Cf. Fleurii H. E. cont. l. 227 § 20 s.

[1]) Cf. Schoenemann bibl. historico-literaria PP. lat. sub Hilario; A. E. lips. supplem. III, 47—55.

siunt, a s. Clemente I. usque ad Innocentium III. quotquot reperiri potuerunt seu novae sive diversis in locis sparsim editae adjunctis fragmentis, spuriis segregatis, in unum secundum ordinem temporum collectae, ad veterum codd. fidem recognitae et emendatae, praeviis admonitionibus, ubi opus fuerit, notis criticis ac diss., quae historiam, dogmata, disciplinam explicant, illustratae. T. 1. ab a. 67. ad a. 440, Parisiis 1721 in f. In prolixa eruditaque praefatione ex antiquitatis monumentis rom. sedis primatum comprobat, deinde varias antiquas canonum et decretalium collectiones recenset, qua occasione Quesnelli opiniones refellit, demum crisi subjicit priores decretalium editiones. Genuinas rom. pontificum epistolas doctis annotationibus illustrat, in earum occasionem, tempus, argumentum inquirit; omnes ep. deperditas sagaciter determinare nititur, spurias sollicite indicat [1]). Dolendum eum opus tanti meriti tantaeque utilitatis absolvere non potuisse. Fere parata ed. erant volumina 2. et 3. cum vitam morte commutavit 18. Oct. 1721. Prodiit volumen primum iterum Goettingae 1796 ed. Schoenemann; ed. continuare aggressus est Andreas Thiel, cujus sollicitudini et diligentiae debemus [2]) *epistolas a s. Hilario usque ad s. Hormisdam* a. 461—523, Brunsbergae 1868 in 8. Utinam haec egregia editio ad finem felicem perduceretur. De controversia Coustantii cum Barth. Germonio S. J. de veterum codd. genuinitate supra egimus pag. 869. Fuit Coustantius vir vere religiosus solidaeque pietatis. Honores et dignitates vel minores sui ordinis sincera humilitate fugiebat sibique invito impositas quam primum poterat abjicere moliebatur; solitudinis laborisque amans salutationes et recreationes declinabat, et licet 40 fere a. Parisiis degeret, nunquam pedem e cella movit, ut ea quae in urbe visenda sunt, aspiceret: semel tantum quotannis excursionem quatuor vel quinque dierum sibi indulsit, sed pedes, memor paupertatis. Hiemis tempore, etiamsi dirum vigeret frigus, camino abstinuit. Morbis saepe afflictabatur; eos tamen quamdiu poterat celare nitebatur, ita et ultimum cui succubuit, per mensem, quin eum aperiret, patienter tolerabat, in eoque magna animi resignatione totum se aliorum arbitrio permittebat [1]).

497. Julianus Garnier [2]) O. S. Ben. congr. s. Mauri natus est in oppido Connerai circa a. 1670 ordinemque ingressus 1689. Mabillonius eum socium studiorum suorum habere voluit, quare adscitus fuit Parisios 1699. Superiorum jussu totum se impendit edendis s. Basilii op. Prodierunt ad

---

[1]) Cf. de hac editione Mém. de Tr. 1722 a. 92 pag. 1541—1563; et a. 103 p. 1679—1700; Journ. des S. LXXI, 21—30 et 166—176; suppl. ad A. E. lips. IX, 337—42; Tüb. Qschr. 1880 p. 222 ss.

[2]) Cf. Pitra in Analectis novissimis t. 110 ss., ubi card. doctissimus ostendit, quantum ex schedis Coustantii profecerit Thiel atque ex eisdem publicae luci dat Apologiam Vigilii (p. 370—461) a Coustantio et Mopinot elaboratam. Adjutorem habuit Coustant Simonem Mopinot Remensem sodalem († 1724), cui tribuuntur praefatio in ep. rom. pont. necnon plures hymni sacri qui laudantur. Cf. Feller VI, 156.

[1]) Vitam ipsius gallice scripsit Martene, quam vertit latine Car. Clemencet. Cf. praeterea Tassin Gelehrtengesch. der Congr. von St. Maur ed. germ. Frankfurt und Leipzig 1774 II, 30—48; Mopinot J. des S. 1722 p. 227—233; Biogr. univ. X, 271; Kerker KL. III, 1167; Berlière Nouv. Suppl. à l'Hist. Litér. de la congr. de S. Maure, Paris 1908 p. 138—43.

[2]) Ab eo distingui debent Joannes G., de quo cf. pag. 490, et Petrus Ignatius G. S. J. lugdunensis († 1763), cujus exstant *Pensées du marquis . . .* sur la religion et l'Eglise avec un *Traité* de l'Eucharistie, les Prophéties sur le Messie et quelques Notes sur la Religion, sur l'Eglise et sur tous les Points de la Doctrine de Calvin, Parisiis 1759 in 8.

antiquiores ed. castigata, multis aucta, nova interpretatione, criticis praefationibus, notis, variis lectionibus illustrata, nova s. doctoris vita et copiosissimis indicibus locupletata, Parisiis 1721 t. 1; 1722 t. 2. Dum tertio t. parando insisteret, qui complecti debebat epistolas s. doctoris, earumque dimidiam partem vertisset, mente fuit alienatus († 3. Jun. 1725). Vir erat sane eruditus, graece callens, admodum amabilis et in conversatione comis. Editio ipsius inter praestantiores, quae cura sodalium prodierunt, censetur [1]): nonnulli tamen eum reprehendunt, quod nimium fiderit argumento satis ancipiti et incerto ex stili scil. diversitate petito, atque propterea nimis facile quaedam s. Basilio abjudicaverit opera ab aliis ei tributa. Maranus opus coeptum absolvit, addens vitam s. Basilii ex ipsius op. haustam, annotationes in priores duos tomos etc., Parisiis 1730 in f. Prodiit iterum Venetiis 1750—51; Parisiis 1838—41 t. 6 in 8. emendata et aucta a D. Senner; 1857 t. 4 in 8. ed. Migne.

598. Lucas Urbanus Mangeant pius et doctus presbyter parisiensis (n. 1656; † 1727), edidit *opera Fulgentii Ruspensis,* Parisiis 1684 in 4; Venetiis 1742 cum Amadei ep. lausaniensis homiliis; *opera s. Prosperi Aquitani,* adjecta vita s. Prosperi ex ejusdem op. aliisque scriptorum ecclesiasticorum libris concinnata [2]), Parisiis 1711 in f.; Venetiis 1744 t. 2 in 4; 1782 (cum *homiliis Asterii Amaseni);* in qua ed. praestantissima socium ipsi addit Schoenemann Joannem Bapt. le Brun Desmarettes dictum Rotomagensem, qui in Portu regio (Port-Royal-des-Champs) institutus sectae jansenianae addictus erat, qua de causa 5 annis carcere fuerat detentus. Acolythi tantum ordine erat initiatus († 19. Mart. 1731). Huic certo debemus bonam ed. *operum s. Paulini Nolani* [1]), Parisiis 1685 t. 2 in 4; iterum cura Muratorii adjectis tribus carminibus, quae ipse primum repererat, doctisque annotationibus, Veronae 1736 in f., et *operum Lactantii* ed. diligenter ad codd. mss. collatorum, quae annot. illustravit. Ultimam manum apposuit Lenglet du Fresnoy, cujus cura prodierunt Parisiis 1748 t. 2 in 4. Sub nomine de Moleon edidit *Voyages liturgiques de France* ou recherches en diverses villes du Royaume contenant plusieurs particularités touchant les Rites et les usages des Egiises avec des découvertes sur l'antiquité ecclésiastique et payenne, ib. 1718 in 8. Novam curavit Joannis Abrincensis (cf. I[3], 1086) de officiis ecclesiasticis ed. Una cum Tourneux composuit *Concordiam ll. Regum et Paralipomenon* complectentem historiam regum Israel et Juda, ib. 1691 (absque auctorum nomine).

499. Stephanus Chamillart S. J. Bituricis (n. 1656; † 1. Jul. 1730), vir apostolicus et sagax antiquitatis, nummorum in primis, investigator, illustravit interpretatione et notis *Aurelii Prudentii Clementis opera* ad usum ser. Delphini, Parisiis 1687 in 4. ed. rara, docta et correcta; interpretatio tamen minus placet. Scripsit quam plurimas eruditas diss. de antiquis numismatibus, quae fere omnes prodierunt in memoriis trivult., aliquot (18) collectim Parisiis 1711 in 4. inscri-

[1]) Cf. A. E. lips. 1722 p. 465 ss.; 1731 p. 491—94; 537; Fabricius bibl. graec. t. IX.; Journ. des S. LXX, 683 ss. Cf. Tassin l. c. 115—119.

[2]) Cf. Journ. des S. LII, 284 ss. Edidit versionem quoque s. Scripturae gallicam Sacii (de quo cf. p. 459) cum textu latino et annot. gallicis, Parisiis 1696—1702 t. 16 in 12; Leodii 1702 t. 3 in f.

[1]) Cf. A. E. lips. a. 1685 p. 482; de ipso auctore Biogr. univ. XXIII, 502.

[2]) Cf. Mém. de Tr. 1710 a. 22 pag. 423—456; A. E. lips. 1719 p. 397—402; J. des S. 66, 22—31.

ptae: *Dissertations sur plusieurs médailles et pierres gravées* de son cabinet et autres Monumens d'Antiquité [1]). — De Origene meruit Carolus de la Rue O. S. Ben. e congr. s. Mauri, Corbiensis n. 29. Jul. 1685. Cum ingenio excelleret, Montfaucon eum sibi socium studiorum selegit. Sub tanto duce adeo profecit, ut idoneus censeretur et esset, qui difficillimam opp. Origenis ed. aggrederetur [2]). Prodiit t. 1. Clementi XII. dedicatus hac inscriptione: Ωριγενους τα ευρισκομενα παντα. *Originis opera omnia,* quae graece vel latine tantum exstant et ejus nomine circumferuntur et ex variis edit. et codd. manu exaratis, gallicanis, italicis, germanicis et anglicis collecta, recensita, latine versa, atque annotationibus illustrata cum copiosis indicibus, vita auctoris et multis diss., Parisiis t. 2. ib. 1733. Dum cogitaret de t. 3. edendo, paralysi correptus, inter paucos dies exstinctus est 6. Oct. 1739; eum edidit 1740 Vincentius de la Rue fratris filius, ejusdem congr. († 1762, de quo infra), qui et t. 4., cui Carolus primam manum adhibuit, absolvit ediditque 1759 (fr. 225); Venetiis 1743 t. 3 latine versa ex ed. paris.; Wirceburgi 1780—94 t. 15 in 8; recensuit, emendavit, castigavit C. H. E. Lommatzsch, Berolini 1831—48 t. 25 in 8; Parisiis ed. Migne 1857 t. 7 in 8.

500. Omnium tamen editorum laboriosissimus fuit Edmundus Martene O. S. Ben. e congr. s. Mauri (n. 22. Dec. 1654), cui editis votis se dicavit 8. Sept. 1672. Dum adhuc studiis operam daret, magna sedulitate veteres auctores asceticos evolvit, ut inde omnia apis instar colligeret, quibus regula s. patriarchae Benedicti illustrari posset. Hunc primum fructum diligentiae suae edidit inscriptum: *Commentarius in regulam s. P. Benedicti literalis, moralis, historicus* ex variis antiquorum scriptorum commentationibus, actis SS., monasteriorum ritibus aliisque monumentis cum editis tum mss. concinnatus, Parisiis 1690 in 4; 1695 (fr. 40). Hujus velut appendix sunt *de antiquis monachorum ritibus ll. 5* collecti ex variis ordinariis, consuetudinariis ritualibusque mss., ex antiquis monachorum regulis, ex diversis SS. actis, monasteriorum chronicis et historiis aliisque probatis auctoribus permultis [1]), Lugduni 1690 t. 2 in 1 v. in 4; Venetiis 1765, ed. locupletata. Multum eum juvarunt in suis studiis consilio et opera Dacherius et Mabillon, neque indignum se praestitit discipulum, ut innumera opera, quae temporum cursu composuit vel saltem e tenebris eruit, testantur. Potiora sunt: *De antiquis Ecclesiae ritibus ll. 4* collecti ex variarum insigniorum ecclesiarum ll. pontificalibus, sacramentariis missalibus, breviariis, ritualibus seu manualibus, ordinariis seu consuetudinariis cum mss. tum editis, ex diversis, conciliorum decretis, episcoporum statutis aliisque auctoribus probatis permultis [2]), Rotomagi 1700—2 t. 2 in 4., quibusque continetur tantum l. primus comprehendens ritus antiquos sacramentorum. Neque tamen nudam sacramentalium caeremoniarum descriptionem sistit auctor, sed complura

[3]) Cf. Journ. des S. 1711 p. 273—81.

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1740 a. 112 p. 2339—2353; in articulo subjecto (113 p. 2353—2363) explicatio duorum textuum Origenis refellitur novaque ei substituitur; J. des S. 102, 34—44; 253—61; A. E. lips. 1738 p. 289—96; 1747 p. 237; 529. Alius a nostro est Car. de la Rue S. J. parisiensis (n. 3. Aug. 1643; † 27. Maj. 1725) in literis humanioribus, quas ad mortem usque est professus, egregie versatus. Erat et illustris concionator, cujus *Sermons* saepe prodierunt Parisiis 1719 t. 4 in 12; Tolosae 1782; in Migne inter Orateurs sacrés XXVIII, 199—1570; *Sermons choisis,* Paris 1829 t. 2 in 18. Sommervogel ejus opera recenset VII, 290—307 sub n. 41.

[1]) Cf. A. E. lips. suppl. II, 67—73.

[2]) Cf. J. des S. XXVIII, 562—566; XXX, 574—589.

etiam antiquae disciplinae ecclesiasticae monumenta ac praecipua fidei dogmata de materia praesertim et forma et ministris sacramentorum pertractat; adeo ut non solis ss. rituum studiosis lectoribus utiles esse isti libri, sed etiam veteris disciplinae sectatores multa inde testimonia formandis in melius clericorum moribus apta haurire, ipsique theologi enodandis illustrandisque de re sacramentaria quaestionibus non parum lucis accipere possint. Tomus 3. prodiit 1702 in 4. et complectitur l. 2. et 3., in quibus ritus ad sacras benedictiones atque ad disciplinam ecclesiasticam spectantes commentariis illustrantur. Liber 4. prodiit inscriptus tr. *de antiqua Ecclesiae disciplina* in divinis celebrandis officiis varios diversarum ecclesiarum ritus et usus exhibens Italiae, Germaniae, Hispaniae, Angliae, sed maxime Galliae, collectos ex variis insigniorum ecclesiarum ll. pontificalibus, sacramentariis, missalibus [1]) etc., Lugduni 1706 in 4; Antwerpiae (Mediolani) 1736—38 t. 4 in f., quae ed. ultra tertiam partem aucta complectitur etiam ll. 5 de antiquis monachorum ritibus; Venetiis 1763—64 t. 4 in f. ed. mendis deturpata; 1783; Bassani 1788 (m. 80). *Veterum scriptorum et monumentorum* moralium, historicorum, dogmaticorum ad res ecclesiasticas, monasticas et politicas illustrandas collectio, Rotomagi 1700 in 4., quae est continuatio spicilegii dacheriani (cf. p. 480), quocirca etiam iisdem typis eademque forma est impressa. Exhibet in ea *s. Orientii commonitorium* dudum ab eruditis expetitum [2]). *Histoire de l' abbaye de Marmontier* 1874—75 ed. M. Chevalier t. 2 seu t. XXIV et XXV in Mémoires de la Soc. archéol. de Tourraine; *La vie du v. Dom Cl. Martin,* Parisiis 1697 enthusiastice conscripta et a congr. praeposito prohibita; Rotomagi 1698.

501. Ad promovendam Galliae christianae editionem, in qua Sanmarthanus desudabat, jussus est Martene peragrare omnes Galliae dioeceses atque earundem lustrare archivia. Ad tantum opus strenuum sollertemque socium sibi delegit Ursinum Durandum, quocum sexennio totas pene Gallias scrutatus est, ecclesiasque cathedrales circiter centum, abbatias minimum octingentas adivit et excussis summo studio tabulariis repertisque supra bis mille documentis non modo effecit, ut e Roberti et Sanmarthanorum Gallia christiana innumeri fere errores tollerentur et saltem trecenti episcopi illis minus noti e tenebris in lucem protraherentur, verum etiam ingentes antiquitatis thesauros collegit, quibus quinque replevit tomos (receptis etiam iis, quae priori collectione ediderat), quos edidit inscriptos [1]): *Thesaurus novus anecdotorum* (ultra 2000), Lutetiae Parisiorum 1717 in f. Tomus 1. complectitur regum ac principum aliorumque virorum illustrium epistolas et diplomata bene multa; 2. Urbani IV. ep. 64, Clementis IV. ep. 711, Joannis XXII. processus varios in Ludovicum Bavarum et ejus asseclas; Innocentii VI. registrum epistolarum a. 1361, aliaque plura de schismate pontificum avenionensium monumenta; t. 3. chronica varia aliaque cum ecclesiastica tum civilia omnium pene nationum monumenta historica; t. 4. varia concilia, episcoporum statuta synodalia, illustrium monasteriorum ac congregationum edita

[1]) Cf. J. des S. XXXIV, 49—55; A. E. lips. 1739 pag. 433—8.

[2]) Cf. A. E. lips. 1701 pag. 133; J. des S. XXIII, 787—795.

[1]) Cf. A. E. lips. 1718 p. 481—487; Mém. de Tr. 1718 a. 65 p. 1047—79; 1722 a. 7 p. 143—179; a. 37 p. 673—708; Bibliothéque ancienne et moderne XV, 237—330; J. des S. LXIII, 125—137; 243—261; 363—376.

praesertim in capitulis generalibus decreta; t. 5. ss. patrum aliorumque auctorum ecclesiasticorum omnium fere seculorum a IV. ad XIV. opuscula. Ne vero quid in collectione hac elegantissima desideretur, non tomis modo, verum et scriptis quovis t. contentis praemissa sunt, quae vel ad auctorem resque ab illo pertractatas vel codicum antiquitatem spectant: praeterea indices singulis tomis adjecti sunt locupletissimi et quinto accessit index onomasticus vocum barbararum et exoticarum in toto opere obviarum, qui, dum breviter illae explicantur, glossarii utique vicem obtinet. Ceteros peregrinationis fructus congesserunt in opus inscriptum: *Voyage littéraire de deux Religieux Bénédictins de la congr. de s. Maure,* où l'on trouvera 1. quantité de pièces, d'inscriptions et d'épitaphes servantes à éclaircir l'Histoire, les Généalogies des anciennes familles; 2. plusieurs usages des Eglises cathédrales et des monastères touchant la discipline et l'Histoire des Eglises des Gaules; 3. les fondations des monastères et une infinité de recherches curieuses et interessantes, qu'ils ont faites dans près de cent Evêchés et huit cent abbayes, qu'ils ont parcourus [1]), ib. 1717 in 4; cui postea aliud iter literarium per Germaniae partes t. 2. ib. 1724 adjecerunt [2]): quod opus integrum est pretiosum et rarum. Fructum vero literarium itineris per Germaniam exhibuerunt in *veterum scriptorum et monumentorum historicorum, dogmaticorum et moralium amplissima collectione* [3]), Parisiis 1724—33 t. 9 in f., quae licet care vendatur, non tanti aestimatur, cum monumenta minus apte sint digesta. T. 1. complectitur regum ac principum aliorumque virorum illustrium epistolas et diplomata bene multa (ultra 1300) ab a. 528—1590; t. 2. continet vetera monumenta imperialis monasterii stabulensis, Willibaldi ab. stabulensis et corbejensis in Saxonia ep. (ultra 400), Alexandri III. registrum ep. (495) pro remensi provincia, ep. variorum ad s. Hildegardem cum responsis ad eosdem; Friderici II. imp. ep. varias cum summariis privilegiorum ecclesiae romanae et quibusdam aliorum ep.; in t. 3. exstant Ambrosii O. Camald. praepositi generalis aliorumque epistolae; t. 4. complectitur plures scriptores historicos de rebus praesertim germanicis; t. 5. historicos de rebus praesertim gallicis, anglicis, italicis, constantinopolitanis et terrae sanctae; t. 6. scriptores historicos de variis ordinibus religiosis, antiqua martyrologia nonnulla cum quibusdam ss. actis; t. 7. et 8. continent varia concilia, episcoporum statuta synodalia, acta plurima, quae concilium pisanum praecesserunt ac subsecuta sunt, collectionem actorum ad concilium basileense pertinentium, et duplicem historiam conc. tridentini Angeli Massarelli et Torelli Phola; denique t. 9. habentur opuscula ss. patrum et aliorum auctorum ecclesiasticorum, uti Juvenci, Hilarii pictaviensis, Radberti, Ratherii etc. Senex jam octogenarius ad complendum tomum sextum annalium O. S. Ben., quem inchoatum reliquerat Mabillonius, se accinxit et infra paucos menses ducenta et amplius maximi momenti facta eidem inseruit praeter ea, quae addenda ad priores tomos in appendice adjecit: atque ita prodiit [1]) *Annales ord. s. Benedicti t. 6.,* qui complectitur res gestas ab a. Christi 1117—1157 inclusive, Parisiis 1739 in f. Demum post tot exantlatos labores editaque opera apoplexia correptus decessit 20. Jun. 1739 a. aetatis 85. Posthumam

[1]) Cf. J. des S. 63, 64—75.
[2]) Cf. J. des S. 76, 3—10.
[3]) Cf. J. des S. 73, 459—497; 76, 99—108; 243—251; 89, 520—30; 99, 147—57; 291—99; 103, 54—64; 230—41; 464—71; 104, 50—60; acta erud. lips. 1725 p. 145—150.

[1]) Cf. J. des S. 119, 327—343.

edidit Chevalier 1874 ejus *Histoire de la abbaye de Marmontier* in Mém. de la société archéol. de Touraine t. 24. 25. Ejus *Histoire* de la congr. de St. Maure (usque ad a 1739) mansit inedita. Fuit vir regularis observantiae, modestiae aliarumque virtutum cultor eximius; vino semper abstinuit vel in suis itineribus [1]).

502. Ex Praedicatorum sodalitate mentione dignissimus est Michael le Quien Bononiae (Boulogne) natus 8. Octobri 1661, vir in antiquitatis monumentis, in hebraico, graeco et arabico idiomate versatus, bibliothecae ord. parisinae praefectus († 12. Mart. 1733). Viris clarissimis ut Longuerue, Renaudot, Fleury, Hardouin, Montfaucon, Quetif etc. amicitiae foedere erat junctus [2]). Celebre sibi nomen comparavit nova editione graeco-latina *operum s. Joannis Damasceni,* Parisiis 1712 t. 2 in f., quae annotationibus et diss. doctis illustravit [3]); Venetiis 1748; in Migne P. G. t. 94—96. Tomum tertium promisit, in quo lucubrationes alias Jo. Damasceni nomine falso insignitas cum genuinis aliquot sermonibus asceticis, quos repererat, daturus erat, quibus aliorum quorundam auctorum tr. hactenus ineditos adjungere cogitabat; sed aliis laboribus distentus, ab ejus editione impeditus fuit. *Stephani de Altimura Ponticensis panoplia contra schisma Graecorum;* qua romana et occidentalis Eccclesia defenditur adversus criminationes Nectarii nuper patriarchae hierosolymitani, quas congessit in l. περὶ ἀρχῆς τοῦ πάπα, 1718 in 4. Quod opus, etsi le Quien nomen suum addere noluerit, ejus foetum esse omnes ab eruditione ecclesiastica potissimum orientali et stilo agnoverunt. *Défense du texte Hébreu et de la version vulgate* servant de réponse au livre de Dom P. Pezron de l'antiquité des temps [1]), ib. 1690 in 8; etiam in *cursu s. Scripturae* ed. Migne 3, 1526—1586, quae apologia non caret pretio propter notitias chronologicas. Adversus eundem scripsit: *L'Antiquité des temps détruite,* Réponse au livre de Pezron écrit pour la défense de son livre de l'antiquité des temps, Parisiis 1693 in 12. et *Dissertation ou Remarques* sur un livre de Pezron intitulé; Essai de commentaire sur les prophètes, in *Mémoires de Trévoux* 1711 a. 36 pag. 416—465. Cf. de hac controversia supra p. 829. Opus vero praestantissimum et eruditissimum est: *Oriens christianus* in quatuor patriarchatus digestus, in quo exhibentur Ecclesiae patriarchae ceterique praesules Orientis, Parisiis 1740 t. 3 in f. (m. 450) ad Galliam christianam Sanmarthani expressum, in qua geographice et historice describit singulas ecclesias quatuor magnis patriarchatibus constantinopolitano, alexandrino, antiocheno et hierosolymitano subjectas. Earum proinde refert origines, fata, amplitudinem, privilegia, usus, consuetudines cum successionis ordine episcoporum. Adjecit et Africam christianam, ejusque ecclesiae quondam florentissimae singulas ecclesias earumque praesules suo quoque ordine recenset [2]). *Nullité des Ordinations Anglicanes* [3]) ou Réfutation d'un Livre

---

[1]) Cf. Tassin Hist. lit. de la congr. de s. Maur p. 542—71. Rotermund IV, 810—14.

[2]) Cf. Echard 2, 808; J. des S. CI, 164—168; Biogr. univ. 24, 219; A. E. lips. 1734 pag. 43—46.

[3]) Cf. A. E. lips. 1713 pag. 1—8; Mém. de Tr. 1713 a. 1 pag. 1—40; J. des S. LI, 86—99.

[1]) Cf. A. E. lips. 1691 pag. 162—173.

[2]) Cf. A. E. lips. 1746 p. 289—315. Supplementa et additamenta reperies in E. Golubinskij Kurze Skizzen der orthodoxen bulgar., serb. und Moldau-Wallachischen Kirchen, Moskau 1871 (opus russice conscriptum).

[3]) Cf. J. des Sav. LXXVIII, 186—225; 318—345. Eodem fere tempore adversus eundem le Courayer scripsit Fennell decanus laudunensis in Hibernia: *Mémoires*

intitulé: Dissertation sur la validité des Ordinations des Anglois, Parisiis 1725 t. 2, quae est apostatae le Courayer, qui non tacuit sed opposuit: *Défense de la Dissertation* sur la validité des Ordinations des Anglois contre les différentes Réponses qui y ont été faites avec les preuves justificatives des faits avancés dans cet Ouvrage, Bruxellis 1726 t. 4 in 12. Verum neque auctor noster siluit edito opere erudito et solido: *La Nullité des Ordinations Anglicanes* démontrée de nouveau tant pour le fait, que pour le Droit contre la Défense du R. P. Courayer [1]), Parisiis 1730 t. 2 in 12. Debentur illi praeterea varii generis dissertationes in diario eruditorum, quod sub titulo *Mémoires de Littérature d' Histoire* ed. Desmolets prodiit, ut de Sanchoniato Phoenices scriptore, de s. Nicolao et Portu Iccio, quae singularum ejus doctrinam testantur.

503. Ad patrum opera illustranda[2]) plurimum contulit Nicolaus le Nourry O. S. Ben. congr. s. Mauri Dieppae in Normannia a. 1647 natus [1]). Socius datus fuit Jo. Garet in edendo Cassiodoro, cujus vitam scripsit et prolegomena in ejusdem opera; Jac. du Frische juvit in edendo Ambrosio (1686—90). Ultimos 40 a. vitae operibus doctis edendis transegit Parisiis, ubi finem vivendi fecit 24. Martii 1724 a. aetatis 77. Huc nimirum spectat ejus eruditus *apparatus ad bibliothecam maximam veterum patrum et antiquorum scriptorum* Lugduni editam; in quo quidquid ad eorum scripta et doctrinam variosque scribendi et docendi modos pertinet diss. criticis examinatur et illustratur, t. 1. de scriptoribus I. et II. sec. ac de omnibus Clementis alex. operibus, Parisiis 1703; t. 2. de scriptoribus latinis III. et IV. Ecclesiae seculi, qui christianae religionis veritatem adversus ethnicos vindicaverunt, Parisiis 1694—97 t. 2 in 8; ib. 1703—1715 in f. ed. emendata et aucta opus admodum rarum (fr. 180). Permotum se ad eum scribendum profitetur, quod in animum induxisset novam bibliothecam patrum dare et animadvertisset, in iis, quae hucusque lucem adspexerunt, opera spuria et suppositita a genuinis non satis accurate esse discreta. Constituit ita omnia veterum Ecclesiae patrum et antiquorum ecclesiasticorum scriptorum opera, quae in maxima lugdunensi bibliotheca patrum continentur, ad severiores criticorum regulas singillatim examinare. Primum vero ea, quae ad cujusque seculi scriptores generatim pertinent, expendit consideratque, quodnam fuerit illorum ingenium, quae studia, quae occupationes, quae scribendi occasiones, quos Ecclesiae inimicos aut haereticos impugnaverint aut debellaverint, quae fuerint eorum

ou dissertation sur la validité des Ordinations des Anglois et sur la succession des Evêques Anglicans, Parisiis 1726 in 8., de qua cf. J. des Sav. LXXXI. 221—230. Cf. de hac controversia Fleurii H. E. contin. l. 222 § 10.

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1730 a. 79 p. 1470—1400; 1517—1536; J. des Sav. XCII, 353—70; 515—22. De apologia le Courayer cf. J. des Sav. LXXXII, 454—473, qui et a. 1731 duplici suo operi supplementum adjecit, Le Quien publicavit quoque *Lettre sur les Ordinations anglicanes,* in Mercurio gallico 1731 mense Aprilis; Courayer (gallice) *Historiam apologeticam controversiae,* quam excitavit sua de validitate ordinationum ecclesiae anglicanae dissertatio, Amstelodami 1729 t. 2 in 12., de qua cf. A. E. lips. 1731 p. 389—92.

[2]) Hunc in finem inservire forte poterunt *Etymologiae sacrae graeco-latinae* seu e graecis fontibus depromptae, in quibus omnia pene vocabula a Hellade oriunda ad theologiam positivam, scholasticam et moralem spectantia in didacticis, polemicis et hierohistoricis magis obvia explicantur et variis eruditionibus illustrantur, Romae 1703 in f. auctore Nicolao du Mortier cl. reg. infirmis ministrantium

tornacensi, sodalitii sui quondam praeposito generali († 1730).

[1]) Cf. Tassin II, 60 ss.; Niceron ed. Baumgarten, Halae 1750 II, pag. 92 ss., J. des S. LXXV, 362—365.

ac reliquorum christianorum scholae etc. Deinde praemissa cujusque scripti accurata analysi num genuinum, an adulterum illud sit disquirit, simulque de codd. mss. et edit. disserit. Varias denique animadversiones, quae dissertationum instar esse possunt, subjicit, in quibus, quae in scriptis patrum observatu digna occurrunt, fusius explicat atque illustrat. Atque hae quidem lectu dignae sunt, cum in iis quidquid eruditionis theologicae, historicae, philosophicae in patrum scriptis occurrit velut in compendio quodam exhibeatur [1]). Verum opus tantae molis prosequi non potuit. Edidit quoque *Lucii Caecilii liber ad Donatum confessorem de mortibus persecutorum;* accessit diss., in qua de hujus l. auctore disputatur et omnia illius loca dubia illustrantur [2]), Parisiis 1710 in 8. Conatu magno nititur librum Lactantio abjudicare, et L. Caecilio assignare; plures tamen nactus est adversarios, ut De la Croze[3]), Heumann, Liron, Maichel, Ceilier etc. Editionem curavit op. *Firm. Lactantii epitome institutionum divinarum* ad Pentadium fratrem; *historia* anonymi *de haeresi Manichaeorum;* fragmentum de origine generis humani et Q. Julii Hilariani expositio de ratione paschae et mensis, quae ex antiquissimo bibliothecae regiae taurinensis cod. eruit, recensuit lucique publicae dedit atque etiam diss. praeliminari illustravit Christ. Matth. Pfaffius, Parisiis 1712 in 8.

[1]) Cf. Buddeus in Isag. l. 2 c. 3 § 2 p. 541: Migne patrol. lat. I, 69; III, IV; Ziegelbauer IV, 107 ss.; Mém. de Tr. 1703 a. 171 p. 1799—1816; 2031—2046; 1716 a. 54 p. 803—837; J. des S. XXXI, 426—441; LX, 29—36. De priori editione cf. ib. XXV, 321—337; A. E. lips. suppl. II, 527—539; 1698 p. 550—556; de altera editione 1704 p. 1—7.

[2]) Bibl. anc. et mod. 3, 431—444; J. des Sav. 48, 312—320; A. E. L. 1711 p. 470—474.

[3]) Sub nomine Lestoc cf. J. des Sav. LIX, 698.

504. Eduardus de Vitry S. J. Catalauni natus 31. Martii 1666, primum Cadomi mathesis et astronomiae, dein theologiae professor († 30. Oct. 1729), diss. doctis atque selecta eruditione refertis, quas in *memoriis trivultiensibus* 1716—22 edidit, plura ss. patrum loca illustravit [1]) ut Clementis Alex., Hieronymi, Augustini, Theophili Alex., Paulini Nol. etc. Scripsit quoque conclusiones theologicas *de gratia Dei et libero hominis arbitrio,* quae exstant in Zaccaria *thes. theolog.* III, 380—397. — Nicolaus Gervaise Parisiensis, non confundendus cum fratre Armando Francisco († 1751) de quo alias, fuit missionarius in regno siamensi; post quadriennium rediit in Galliam secum ducens duos filios regis Madagascariae. Factus dein est praepositus ecclesiae s. Martini Turone. Romam profectus consecratus est episcopus in partibus infidelium. Missionem suam adiens interfectus est cum sociis a barbaris a. 1729. Scri-

[1]) De eo ita scribit Merlin in praef. l. *Véritable Clef des ouvrages de s. Augustin* contre les Pélagiens: „Vitry était un de ces génies vastes et aisés qui embrassent toutes les sciences et qui excellent dans toutes, comme s'ils s'étaient uniquement appliqués à approfondir chacune en particulier. En quelque lieu qu'il se trouvât, il était l'agent général de la république des lettres, et chez lui était le bureau d'adresses des savants en tout genre, qui me dérobèrent souvent la conversation. Je lui rendis bien des visites inutiles. Quand nous étions sur le point d'entamer les matières de la grâce, une Titiana, un Probus (numismata antiqua atque rara), un passage de Pline ou de Lycophron (auctor graecus valde obscurus), une nouvelle découverte en physique ou en astronomie, un problème de géométrie était jeté á la traverse. Je ne m'en retournai jamais sans être instruit de cent belles choses, mais précisément de celles qui je n'étais pas curieux de savoir. Enfin le moment arriva où je le forçai d'acquitter sa promesse; et le hasard mit l'ordre dans les choses que je tirai de lui.“ Partem habuit in componendo *dictionario trivultiensi.* Cf. Biogr. univ. XLIX, 329.

psit erudite [1]) *Vie de S. Martin,* Turone 1699 in 4., in qua negat s. Martinum fuisse monachum; quocirca eum impugnavit sat acriter Joan. Stephanus Badier O. S. Ben. congr. s. Mauri (n. 1650; † 1719) in op. *La sainteté de l'état monastique,* où l'on fait l'histoire de l'abbaye de Marmoutier et de l'Eglise royale de s. Martin de Tours, depuis leur fondation jusqu'à notre temps, Turone 1700 in 12. Auctoris nostri est etiam *Histoire de Boèce* avec l'analyse de tous ses ouvrages, des notes et dissertations historiques et théologiques (eruditis et criticis), Parisiis 1715 t. 2 in 12. — Alexander a Passione O. Carm. antea Beritaut dictus, Aremoricus, philosophiae et theologiae professor († 1731) magni a sodalibus factus concinnavit *la Théologie des Pères* des premiers siècles de l'Eglise, Rhedonis 1728 t. 3 in 8; *le Disciple Pacifique de s. Augustin,* Parisiis 1715. 1718 t. 2 in 4., in quo op. primum disserit de s. doctoris discipulis, de Orosio scil., Prospero, Fulgentio; dein de haeresi pelagiana et semipelagiana, demum de gratia et libero arbitrio exhibita operum s. Augustini analysi. *Inquisitor canonum* sive expositio et resolutio conscientiae casuum ex regulis canonicis deducta, Rhedonis 1724—26 t. 3 in 12.

[1]) Cf. Feller IV, 160.

V. Historia ecclesiastica.

505. Cum plurimi occurrant, qui de historia ecclesiastica meruere, eos primum nominabimus, qui *de arte critica* deque *chronologia* tam necessaria in hac disciplina scripserunt. De arte critica bene meruit Honoratus a s. Maria O. Carm., in seculo dictus Blasius Vauzeulle, Lemovicis honestis parentibus 4. Jul. 1651 natus. In conventu tolosano professionem emisit 8. Martii 1671. Emenso philosophiae et theologiae curriculo, salutis animarum zelo accensus se missionibus devovit. Verum a superioribus philosophiae ac theologiae praelector fuit designatus; postmodum prioris, definitoris, provincialis ac trium provinciarum in Gallia visitatoris generalis functus est officiis. Piissime decessit Insulis 8. Nov. 1729. Rem literariam hisce operibus ditavit: *Réflexions sur les règles et sur l'usage de la critique* touchant l'histoire de l'Eglise, les ouvrages des Pères, les actes des anciens Martyrs, les vies des Saints, et sur la méthode qu'un Ecrivain (i. e. Rich. Simon, de quo cf. p. 779) a donnée pour faire une version de la Bible plus exacte que tout ce qui a paru jusqu'à présent avec des notes historiques, chronologiques et critiques [1]), t. 2 Parisiis 1713 et 1717 t. l. et 2; Lugduni t. 3 in 4. (fr. 60), opus admodum eruditum, quod magno plausu fuit exceptum. Lectione nimirum historicorum celebriorum (Tillemont, Baillet, Ruinart, R. Simon, Dupin, N. Alexander) comperit, eos certis fixisque principiis criticis caruisse, ideoque in suis investigationibus a vero haud raro

[1]) Eundem fere scopum prosequitur Petrus Josephus Miranda Elizalde et Ursua philosophiae et theologiae professor in academia complutensi, dein canonicus lector in ecclesia metropol. caesaraugustana in op. *Propugnaculo de las Tradiciones en general* contra la regla de los criticos severos y volontarios, Caesaraugustae 1734 in f., de quo cf. Mém. de Tr. 1735 a. 58 pag. 1041—1054, in quo bonae animadversiones reperiuntur, praesertim adversus usum argumentii quod ajunt, negativi; nimis tamen favet auctor credulitati rationibus non sat firmis innixae.

aberrasse: hinc ostendere nititur, quantum ars critica sit adhuc rudis et defectibus obnoxia, in horum defectuum radices et fontes investigare ac principia quaedam generalia statuere, ut hisce defectibus occuratur et ars illa firmior reddatur atque certior. Verum felicior fuit in priori parte, quae propterea magis aestimatur, quam in altera, in qua nimis favet credulitati. Ceterum clare, nitide, perspicue sua proponit principia, regulas profert atque argumenta adversariorum, quorum intemperantem judicandi pruriginem merito castigat, dissolvit. Confert illud ad judicii rectitudinem sobrietatemque acquirendam, et deservire potest ad antiquorum lectionem et ad historiae pelagus feliciter enavigandum. Innumera antiquitatis ecclesiasticae facta copiose expendit atque tuetur. Magna ubique elucet modestia atque idcirco eruditorum meruit elogia [1]). Versum fuit illud opus varias in linguas, ut in latinam a Marco a s. Francisco O. Carm. († 1793), Venetiis 1738 t. 3 in 4; in italam, hispanam etc.

506. Edidit praeterea: *Philosophiae disputationes* miro ordine ac artificio digestae adjecto parallelo thomisticae ac recentioris philosophiae (Cartesianorum et Gassendistarum), quibus ostendit istam a s. Scriptura, conciliis ac ss. patribus academiisque dissidere, Claromonti 1686; Theologiae propositiones sub titulo: *Expositio symboli apostolorum* dogmatica, historico-haeretica, historico-positiva, scholastica etc., Perpiniani 1689; *Theologiae propositiones* circa Scripturam s., quarum priores circa omnes difficultates chronologicas ab orbe condito usque ad Christum, posteriores circa canonem V. T., circa aliqua monumenta aliquibus adscripta ac circa traditiones divinas, versantur, Tolosae 1706; *Traité des indulgences et du jubilé,* Burdigalae 1701 in 12. saepius editus; *Tradition des Pères et des Auteurs Ecclèsiastiques* sur la contemplation, où l'on explique ce qui regarde le dogme et la pratique de ce saint Exercice, Parisiis 1708 t. 2 in 8., opus praeclarum, solidum et eruditum [1]), cui notitias biographicas, bibliographicas et criticas de auctoribus, quorum facit mentionem, apte inserit. Illud in alias quoque linguas fuit versum. Ejus veluti complementum est: *Les motifs et la pratique de l'amour de Dieu,* ib. 1713 in 8., in quo solide disputat de amore Dei puro atque funditus pseudo-mysticorum errores destruit. Cum quidam libellum edidisset, quem extractum dixit ex Jo. Cheron O. Carm. Examen de la Theologie Mystique, opposuit *Diss. apologétique* ou Réfutation de ce qu'on impose aux Mystiques dans quelques Extraits tirés depuis peu de l'Examen de la Théologie Mystique etc., Burdigalae 1701 in 12. *Problème proposé aux Savans touchant les livres attribués à s. Denys l'Aréopagite,* où l'on demande s'il faut dire que cet Auteur a tiré ses principes, une partie de sa doctrine et le Traité de sa Théologie Mystique de s. Clément d'Alexandrie et de s. Grégoire de Nysse, ou si ces deux Pères ont pris de lui, ib. 1708 in 8., in quo l. magna eruditione et aequitate nitide et succincte argumenta pro et contra genuinitatem horum librorum affert et in

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1713 a. 109 p. 1305—1336; 1718 a. 5 p. 83—117; 1722 a. 124 p. 1991—2013; a. 127 p. 2033—50; J. des S. LIII, 609—520; LXII, 551—566; LXIII, 9—20; l'Europe sav. III, 215—272, ubi prolixus quidem exhibetur operis conspectus, sed opus ipsum ut minoris utilitatis censetur, Journ. Littéraire, la Haye 1713 II a. 7. p. 369—433: A. E. lips. 1714 p. 145—154; suppl. VII, 49—54; 1724 p. 180—183.

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1709 a. 14 pag. 201—224; J. des Sav. XLI, 299—311, ubi initio legimus: „Cet ouvrage a dû coûter beaucoup au P. Honoré. Jusqu'à présent, personne n'avoit traité si au long, ni si méthodiquement les Matières qu'il tâche d'éclaircir."

utramque sententiam problema propositum discutit [1]). *Dissertations Historiques et Critiques* sur la Chevalerie ancienne et moderne, Séculière et Régulière avec des Notes [2]), ib. 1718 in 4; Brixiae 1761; *Dificultates propositae auctori »examinis theologici*, in quibus aequitas const. *Unigenitus* et instructionis pastoralis cleri gallicani ostenditur, suppresso nomine auctoris (Mariani Brockie O. S. Ben. prioris Scotorum in monasterio ratisbonensi, Erfurti 1720)«, typographi et loci, 1720 t. 2, et 1722 alii t. 2 in 12. gallice. In t. 1. agit de gratia necessitante Jansenii ejusque discipulorum, addita dissertatione de delectatione victrice; in 2. versatur circa comparationem gratiae cum praecipuis omnipotentiae divinae miraculis, adjecta dissertatione, in qua ostendit, Quesnellum non vero, sed verbotenus agnovisse gratiam sufficientem. In 3. disserit de voluntate Dei salutifera universali; sequuntur dissertationes duae, in quarum priori examinat, an s. Remigius archiep. lugdunensis auctor sit duorum operum, quae ei tribuuntur; in altera explicat particulam *dumtaxat*, quae est in censura propos. 5. Jansenii. In t. 4. disputat de morte Christi pro salute omnium hominum. In adjecta dissert. agit de controversiis ortis sec. IX. circa gratiam. *Justificatio epistolarum in forma Brevis SS. D. Benedicti XIII.* ad omnes professores ord. Praedicatorum contra sparsas in ss. Augustini et Thomae discipulos calumnias, Bruxellis 1725 in 4. gallice; *Observations dogmatiques, historiques, critiques des oeuvres de Jansénius*, Saint-Cyran, Arnauld, Quesnel, Petitpied etc., quae illorum multiplices defectus ostendunt variaque sophismata manifestant, Ypris 1724 in 4; Vicetiae 1786; Fulginate 1792. *Dissertations sur la constitution Unigenitus*, Bruxellis 1727 in 4., quae sunt ad-

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1709 a. 57 p. 743-77.
[2]) J. des Sav. LXVIII, 39—49; 131—140.

modum solidae, quibus Janseniani haud facile aliquid opponere possunt; et alia opuscula contra Jansenianos. *Dénonciation de l'Histoire ecclésiastique de Fleury* au clergé de France, 1726 absque nomine auctoris, loci et typographi; Mechliniae 1727 ed 2., in qua reprehendit Fleurii dicta de Ecclesia romana, de auctoritate et dignitate papae; de depositionibus et translationibus episcoporum, de erectionibus et divisionibus dioecesium, de appellationibus ad summos pontifices, de submissione canonibus debita, de excommunicatione, de absolutione post confessionem, de jubilaeo, de sacris bellis cruciatarum, de miraculis et reliquiis, de jurisdictione episcoporum [1]).

507. Quaestiones ad *chronologiam* spectantes tractarunt: Fridericus Geiger [2]) S. J. Alsata, aliquamdiu philosophiae et theologiae professor Bambergae (n. 18. Mart. 1655; † 7. Jul. 1734), concinnavit *computum ecclesiasticum* sive tr. chronologicum, in quo agitur de scientia observandi, calculandi aut supputandi solis et lunae motus, quatenus juxta majorem horum duorum siderum cursus et recursus solent disponi, ordinari et celebrari festa ritu et cultu publico in communitatibus christianorum . . . omnia succinctis regulis et exemplis tam practice quam theorice illustrata etc., Manhemi 1731 in 8. Proposuit etiam *theses inaugura-*

[1]) Reperies hanc denunciationem in contin. H. E. Fleurii LI, 603—709 edit. Augustae V. a. 1772. Cf. de auctore deque ejus scriptis editis et ineditis ib. LXXIII, 180 ss.; Martialis a s. Joan. B. p. 197—208; et Cosmas de Villiers a s. Stephano in bibl. carm., Aureliani 1752 I, 661—65; Bibl. univ. XX, 516; Jungmann KL. VI, 228.

[2]) Alius ab eo est Antonius G. (n. 26. Jan. 1698; † 16. Aug. 1752), qui explicavit *assertiones canonico-theologicas* de sponsalibus et matrimonii sacramento per varios casus practicos ex solidis tum theologiae tum canonum principiis breviter resolutos, Duderstadii 1740 in 8.

les philosophicas, Herbipoli 1694 in 8. — Augustini Aetini O. S. Aug. Perusini sunt *breve sacrum chronicon,* in quo a mundi exordio usque ad Christi nativitatem et passionem per cyclum lunisolarem a. 1932 juxta tabulas romano-ecclesiasticas nedum ortus patriarcharum, principum Israelis, Assyriorum regum, rom. imperatorum certum tempus statuitur, sed et novilunium paschale non amplius loco movendum perpetuo figitur; *Calendarium chronologicum,* ubi aerae et epochae a creatione mundi usque ad persecutionem Diocletiani et Hegiram arabum die, mense et anno signatis describuntur: quae duo opera cura Jo. B. Cotta a Tenda prodierunt. — Eustachius Manfredi Bononiensis, celeber mathesis professor et astronomus, academiae parisiensis et londinensis socius († 15. Febr. 1739), inter cujus opera prodiit posthumum *Elementi della Cronologia* con diverse scritture appartenenti al Calendario Romano [1]), Bononiae 1744. — Ignatius Bagnati [2]) O. Carm. Neapolitanus, qui in mathesi et astronomia absque magistro adeo profecit, ut juvenis 24 annorum in concursu literario cathedram matheseos in academia neapolitana meruerit († 24. Jan. 1724). Reliquit opus, quod cura et diligentia discipuli et sodalis Andreae Mariae Coscioni prodiit inscriptum *Veri mundi aetas definita et demonstrata,* Neapoli 1742 in 4; in quo probat 1. J. Christum mortuum esse 3. Apr. anno aetatis suae 33; 2. aeram communem christianam esse veram, verissimam et inemendabilem; 3. ab orbe condito ad diem natalem Christi effluxisse a. 4080, menses novem. — Nicasius Grammatici S. J. Tridentinus († 17. vel 28. Sept. 1726), magnus astronomus, in dissert. chronologica *de aera* seu *epocha conditi et per natales ac mortem Filii Dei reparati terrarum orbis,* in qua e s. Scripturae infallibilibus oraculis nec non indubiis astronomiae characteribus ostenditur mundi aetas verumque nati ac passi Christi Domini tempus, Ingolstadii 1734 in 4., probat Christum natum esse anno mundi 4000, mortuum 18. Martii a. 29 aerae vulg., a. aetatis 33 cum 3 mensibus. Tota dissertatio a disputandi commendatur soliditate et modestia et conjiciendi sagacitate [1]). — Ejus sodalis Jos. Falk Friburgensis, Helvetus (n. 2. Maj. 1680; † 19. Apr. 1737) reliquit posthumam diss. *Christianum pascha* in Calendario gregoriano rite celebratum, Ratisbonae 1740. — Michel Tullensis exhibuit *Système chronologique sur les trois textes* de la Bible (hebraico, samaritano et graeco) avec l'Histoire des anciennes Monarchies, Tulli 1733 in 4., in quo satis pro arbitrio modo textu hebraico, modo utitur graeco [2]) etc. — Ludovici Dufour abbatis de Longuerue, viri suo tempore eruditissimi (n. Carolopoli 1642; † 22. Nov. 1733) exstat diss. chronologica *de variis epochis et anni forma veterum orientalium* h. e. de duabus aeris ab Alexandro; de anno solari Macedonum, de epocha Antiochiae urbis et ejusdem mensibus, de epocha Laodiciae ad mare, de mensibus et epochis Gazensium, de anno Persarum, quam e ms. edidit Joan. Diet. Winkler superintendens Hildeshemensis; accedunt dissert. 4 historicae de vita Justini M., de Athenagora, de tempore, quo nata est haeresis Montani, de origine haeresum Valentini, Cerdonis atque Marcionis; et commercium litera-

[1]) Cf. A. E. lips. 1748 p. 591—95; de auctore Fantuzzi V, 183—93.

[2]) Ejus forte frater est Simon Bagnati S. J. Neapolitanus (n. 28. Oct. 1651; † 19. Oct. 1727), insignis concionator, cujus plurimae prodierunt conciones, et *Lezioni sacre* sopra i fatti illustri della divina Scrittura, Venetiis 1732 t. 5 in 4., opus posthumum.

[1]) Cf. A. E. lips. 1736 p. 229—33; Mém. de Tr. 1734 p. 559—63.

[2]) Cf. Mém. de Tr. 1733 a. 63 p. 1352—67; J. des Sav. CII, 238—252.

rium Ludov. Pisquesii, Thomae Eduardi et Andreae Acoluthi et Jobi Ludolfi atque relatio historica de Choadja Morado regis Aethiopiae quondam ad Batavos legato [1]), Lipsiae 1750 in 4. Puer erat ingenii adeo praecocis, ut Ludovicus XIV. transiens per ejus patriam eum videre voluerit. Anno aetatis 14. studio incubuit linguarum orientalium, quas cum plerisque linguis Europae addidicit. Plura alia reliquit suae eruditionis argumenta, quae huc non spectant; sed etiam diss. de historia ecclesiastica in variis diariis vel collectionibus doctis, inter quas diss. *sur le passage de Fl. Joseph* en faveur de J. Christ in Bibl. anc. et mod. ed. le Clerc; diss. *in Tatianum,* in ed. Worthiana Oxonii 1700; *Annales Arsacidarum,* Argentorati 1732.

508. Historiam Ecclesiae *universalis* plures descripserunt. Annales Baronii post Raynaldum prosequutus est Jac. Laderchi congr. Oratorii Faventinus († 25. Apr. 1738) ab a. 1565—1571 v. 3 in f., Romae 1727—37, quae continuatio non magni aestimatur, cum sit nimis diffusa, parum critica et referta documentis minoris momenti [2]); editio vero coloniensis mendis abundat. Concinnavit fuse admodum *vitam s. Petri Damiani* [3]), Romae 1702 t. 3 in 4; adversus quam non solum scripsit Guido Grandi in suis diss. camaldulensibus 4, sed prodiit censura nimis acris inscripta [4]): Sejani et Rufini *dialogus* de laderchiana historia s. P. Damiani, Parisiis 1705 in 4. — Diss. historica *de basilicis ss. Marcellini presb. et Petri exorcistae de Urbe* [5]), Romae 1705 in 4; *Acta passionis ss. Cresci et sociorum martyrum* ex mss. codd. bibliothecae mediceo-laurentianae, metropolitanae ecclesiae florentinae et Sapientiae romanae nunc primum edita, asserta et illustrata, ib. 1707 in f., quibus Ant. Franciscus Felicius Romanus adjecit appendicem perpetui eorum cultus monimenta complectentem [1]), Florentiae 1707 in f. Plures eam impugnarunt, praesertim Ger. M. Capassi (cf. supra p. 996) literis inscriptis Justo Fontanini. Respondit Laderchi *Lettera* inscripta equiti florentino. Rediit ad pugnam Capassi in libro nimis acri: *Nugae laderchiana* in ep. ad eq. florentinum sub nomine Petri Donati Polydori vulgata, Centuria 1. accurante Ant. Gatti [2]) Genuae 1709. — *La Critica d' oggidi* osia l'abuso della Critica odierna, Romae 1726 in 4., l. scriptus occasione controversiarum, quas habuit cum pluribus viris doctis propter illa acta. — *Sanctorum patriarcharum et prophetarum*, confessorum pontificum et non pontificum, virginum et non virginum cultus perpetuus in Ecclesia catholica assertus et illustratus, Romae 1730 in 4; *Acta s. Caeciliae* et transtiberina basilica illustrata, Romae 1722 t. 2 in 4; *Acta ss. Christi martyrum vindicata*, sub nomine anagrammatico Odoardi Ilbachi, ib. 1723 t. 2 in 4., quo in opere se tuetur adversus tot exceptiones: sed illius ed. fuit aliquamdiu impedita: prodiit postea cura Ant. M. Mozzi 1770.

[1]) Cf. A. E. lips. 1752 p. 326.

[2]) Cf. suppl. ad nova actu lips. II, 175—80; de aliis ejus scriptis Quérard V, 347; Michaud Bi. un. XXV, 79.

[3]) Cf. A. E. lips. 1703 p. 482—87; J. des Sav. XXXIV, 857.

[4]) Cf. A. E. lips. suppl. IV, 8—12; J. des S. XLIV, 107—110.

[5]) Cf. A. E. lips. 1706 pag. 281—284; J. des Sav. XXXVIII, 28—42.

[1]) Cf. A. E. lips. 1709 p. 97—101; J. des S. XLIII, 463—66 et 549. Cf. de controversiis exinde ortis ib. XLV, 665 et XLVII, 96 s.; Fabronius in vita Capassii (inter vitas italorum VII, 235 ss.); Affò, Mém. degli Scrittori et Letterati Parmigiani V, 376 s.; Jungmann KL. VII, 1316.

[2]) Marcus Ant. Gatti juris professor ticinus, historicus et philologus scripsit quoque *Historiam gymnasii ticinensis*, Mediolani 1704 et in Burmanni thes. it. t. IV p. 2. Contra quasdam ejusdem assertiones scripsit Paulus Mazzuchelli sub nomine Justi Vicecomitis et Steph. d' Adda. *Epistola* ad Jac. Bernardum pro

509. In *Gallia* quatuor majorem nominis famam consecuti sunt. Claudius Fleury n. 6. Dec. 1640 Parisiis, primum juris studio se dedit et jam a. 18. aetatis suae parlamenti advocatum egit (1658) idque per novennium. Hoc vero vivendi genere pertaesus theologiae se applicuit sacrosque ordines suscepit. Instruendos accepit (1672) principes borbonicos de Conti, quos sodales dederat Ludovicus XIV. Delphino, postea etiam principem de Vermandois filium regis naturalem (1680). In praemium muneris bene expleti abbatia Loci Dei (Loc-Dieu) O. Cist. a rege donatus fuit (1684). Verum post aliquot annos iterum ad aulam vocatur, ut sub Fenelonio institutionem nepotum regiorum dirigeret. Anno 1696 adsciscitur inter socios academiae gallicae. A Philippo duce aurelianensi, regni gallici moderatore, designatus fuit, ut esset Ludovico XV. regi adolescenti a confessionibus (1716), cui muneri propter aetatem nimis provectam a. 1722 renunciavit. Decessit 14. Julii 1723 anno aetatis 83. Laudatur a morum candore, insigni modestia et comitate vitaque exemplari. Licet in aula degeret, abstinebat aulico vivendi genere tempusque omne liberum libris scribendis consecrabat [1]). Horum praecipui sunt: *Histoire ecclésiastique* (usque ad a. 1414), Parisiis 1691—1720 t. 20 in 4. et 12. Adjecit dissertationes octo (seorsim ib. 1752 t. 2 in 12), quae potius conspectum generalem, quam disquisitiones criticas exhibent. Magno plausu ea excepta fuit, se enim plerumque commendat stili elegantia, narrationis nitore, disserendi facilitate, quae controversias criticas et implexas cavet, ideoque omnibus est accommodata [1]). Est in narrando diffusus et bona summaria ex actis martyrum patrumque operibus operi suo inseruit. Nemo ante ipsum tam longam historiae periodum descripsit primusque est, qui tam compto stilo et methodo illam narraverit. Potius est historiae scriptor, qui feliciter usus est documentis ab aliis, praesertim a Baronio et Labbeo, congestis, quam historicus criticus, qui proprio studio et sagacitate antiquitatis monumenta conquireret, controversias obortas componeret iisque lumen inferret. Inficitur tamen ejus historia spiritu gallicano, veterem semper disciplinam imprudenter commendat, traditionem parvipendit, naevos pontificum libenter refert exaggeratque, animum minus propensum in sedem apostolicam saepe prodit, cujus fere exsistentiam primis Ecclesiae seculis ignorare videtur. Quocirca multos natus est adversarios satis rigidos ut Honoratum a s. Maria (cf. p. 1168), Balduinum de Housta O. S. Aug. († 1760), cujus est l.: *Mala fides D. Ab. Fleurii* per textus ss. patrum, conciliorum aliorumque auctorum ecclesiasticorum, quos in sua historia omisit, truncavit aut infideliter transtulit, demonstrata, Mechliniae 1733; Petrus Fr. Lantheaume S. J. († 13. Jan. 1748) in op. Observations théologiques, historiques, critiques etc. *sur l' Histoire ecclés. de feu Mons. l'abbé Fleurii* avec des Dissertations, Analyses des Pières et autres pièces detachées, Avenione 1736—37 t. 2 in 4; Bruxellis 1746 in 8; Rossignol († 1807)

vindicis antiquorum diplomatum Justi Fontanini, Amstelodami 1707.

[1]) Cf. Niceron ed. germ. Baumgarten IX, 136; Feller III, 600; Biogr. univ. XV, 61, ss., Rohrbacher Hist. univ. de l'Eglise cath. XII, 425 ss. ed. Vivès, Parisiis 1876, qui eum accusat, quod Baji errores in suis catechismis renovaverit deque eo scribit: „Aussi n'avons nous pas encore recontré d'auteur où, sous une apparence de précision et de netteté, il y eut autant d'idées inexactes, incomplètes, fausses et même contradictoires;“ Aimé Martin l'abbé Fleury, Parisiis 1844 t. 2 in 18.

[1]) Cf. passim in Mém. de Tr. a. 1703 s. deinceps; J. des Sav. XIX ss.; A. E. lips. 1692 p. 447 etc.; de continuatione cf. J. des Sav. XCVIII, 525—35 etc.; Tüb. Qtlschr. 1845 p. 331—47; Knoepfler KL. VII, 555: Gams ib. IV, 1552 ss.

in op. *Reflexions sur l' Histoire ecclésiastique,* Parisiis 1802 in 8; Marchetti, *critica della Storia eccles. e dei discorsi di Fleury,* Venetiis 1794 t. 2 ed. gallica ex itala, Parisiis 1803; Bisontione 1829 t. 2 in 12; Muzzarelli 1806 etc. — Fleurii opus in compendium redegit [1]) Franciscus Morenas († 1774); continuavit vero Joan. Claudius Faber (Fabre) Orat. († 22. Oct. 1753) t. 16 (1722—37) ad annum usque 1595, quae tamen continuatio pretio caret; nimis enim prolixa et referta est factis ad historiam profanam spectantibus, destituitur judicio theologico et critico, multumque magis spiritu gallicano inficitur quam opus fleurianum: quocirca studiose collecta reperies, quae in dedecus rom. pontificum utcunque vergunt, calumniasque iniquas cupide lectoribus propinat, adeo ut ei demum, quominus opus continuaret, interdiceretur. T. alium adjecit Goujet *Discours sur le renouvellement des Etudes et principalement des Etudes ecclésiastiques* depuis le XIV. siècle; indicem rerum composuit Rondet, Parisiis 1750—54 t. 37 in 4. Opus latine verterunt Bruno Parode O. S. Ben. Namurcensis (n. 14. Mart. 1710; † 10. Maj. 1763) historiae professor in academia nobilium ettalensi; Dominicus Ziegler ejusdem ord. et monasterii Bavarus (n. 1710; † 1791) et Alex. a s. Joanne de Cruce, qui ipsum prosecutus est ad a. 1765 t. 35 in 8., Fabro quidem melius, absque sufficienti tamen judicio critico; illique praemisit (t. 5) Calmeti *introductionem in historiam ecclesiasticam* seu historiam V. et N. Testamenti a se latine versam; alium demum tomum (usque ad a. 1768) adjecit ejus sodalis Benno, adeo ut opus universum ed. aug. 1768—1798 nnmeret t. 86 (91) cum t. 2 indicis. Continuatio ex Fleurii mss. compendiosas ab a. 1414—1517 prodiit Parisiis 1840 t. 6; 1858: ea vero multum distat a prioribus Fleurii t., unde omnia suadent eam non esse opus expolitum et absolutum, sed primam veluti operis continuandi rudimenta indigestamque argumentorum collectionem [1]). Historiae ecclesiasticae introductionis loco sunt: *Les Moeurs des Israelites,* Parisiis 1681 in 12; *Les Moeurs des Chrétiens,* ib. 1682 in 12. et deinceps saepius sicut praecedens, quae multum commendantur a dictionis nitore et unctione. Hunc l. latine versum iterum edidit Zaccaria S. J.: *Disciplina populi Dei in N. T.* ex scriptoribus sacris et profanis collecta adnotationibus et variorum dissertationibus illustrata, Venetiis 1761 v. 2 in 4; 1782 t. 3 in 4.

510. Alia Fleurii opera sunt: *Traité du Choix et de la Méthode des Etudes,* 1686 in 12; editiones, quae hunc annum praecessere, adornatas male sedulis aut intempestivis aliorum studiis, non agnovit auctor ut suas. *Histoire du droit francais,* Paris 1674; *Catéchisme historique* contenant en abrégé l' Histoire sainte et la doctrine chrétienne, ib. 1679 in 12., saepius editus, sed non satis exactus, ideoque indici librorum prohibitorum decr. 5. Apr. 1728 insertus „donec corrigatur"; permitti-

[1]) Cavendum est ab opere pessimo et antichristiano *Abrégé de l' histoire ecclésiastique* par M. Fleury, Bernae (verius Berolini) 1766 t. 2 auctore ab. de Prades, qui illud composuit suasore Friderico II., Borussiae rege, cujus est etiam praefatio adeo infamis, ut propterea ipsa epitome Bernae flammis addiceretur a. 1766. Ceterum in Cont. H. E. Fleurii l. 264 sect. VII. opus M. de Prades abjudicatur. Plura habes de hoc abbate ibid., qui irreligiosas plane theses statuerat 1751 reprobatas a Sorbona, parlamento et Brevi Benedicti XIV. 22. Mart. 1752. Agente episcopo wratislawiensi et summo pontifice impias suas assertiones retractavit (1754) obiitque archidiaconus opeliensis 1782. Cf. Feller VII, 94.

[1]) Cf. Hefele, Beiträge zur Kirchengeschichte II, 89—100.

tur ed. Avenione 1859 decr. 7. Jul. 1859; prohibita pariter fuit 21. Apr. 1693 ejus *institution au Droit* ecclésiastique sensu gallicano concinnata, in qua pontificis romani ne mentio quidem fit, quae inscio auctore cura M. de Massac († 1676) prodiit 1676, apposito nomine (ut nonnullis videtur ficto) Caroli Bonel causidici. Dum conquestus est Fleurius apud amicos, suum librum aliis supponi, fraude detecta deceptum se vidit typographus rogavitque veniam. Auctor longam erratorum seriem calci operis appendi jussit, non autem permisit mutato titulo nomen apponi suum; sed promisit novam se curaturum editionem et ampliorem et accuratiorem, quae secuta est a. 1687 praefixo ipsius nomine. Anno 1711 comparuit ab auctore multis accessionibus locupletior ejusdem op. alia editio, saepius dein recusa. *Institutiones* latine reddidit J. Dan. Gruber professor juris publici Halae, qui tamen advertit, Fleurium ita loqui ambigue de pontificis romani primatu, ut hunc potius subvertat, quam adstruat, auctoremque esse adnumerandum potioribus testibus veritatis (lutheranae). Haec translatio iteratis typis descripta fuit adjectis observationibus Justi Heningii Boehmeri, Lipsiae 1724 et saepius, proh. 17. Jan. 1729; cura Clementis Beckii a. 1774 Monasterii Westphaliae. Anno 1762 Parisiis nova adornata est editio gallica studio Boucherii de Argis jurisconsulti, qui notis plurimis adjectis textum fleurianum jusque ecclesiasticum illustrare studuit. Subjunxit quoque tabulas exhibentes in synopsi leges ecclesiasticas, libros ad eandem disciplinam necessarios; 1767 ed. priore castigatior auctiorque. *Neuvième discours sur les Libertés de l' Eglise Gallicane,* Parisiis 1724 in 12., tr. posthumus adjectis ab editore, qui censetur Ludov. Debonnaire [1]), congr. Or. († 28. Jun. 1752), adnotationibus pravis et erroneis, propterea a parlamento 9. Sept. ejusdem a. prohibitus; in indicem librorum prohibitorum relatus est decr. 13. Febr. 1725 et 2: Jan. 1753. Succedentibus annis sermo hic eas subiit mutationes non solum in notis, sed in ipso etiam textu, ut difficile fuerit judicatu, quid scripserit Fleury, quid alii addiderint: Fleurianam dissertationem recensuit additisque notis (haud probandis) illustravit etiam Boucherius de Argis, quae ed. reperitur in coll. dissertationum Fleurii a. 1763 Parisiis editarum eaque a praecedentibus differt in multis sive textum spectes sive notas. Tandem Emery superior generalis congr. s. Sulpicii edidit 1807 nova quaedam Fleurii opuscula, atque in primis hujus sermonis manuscriptum autographum. In praefatione erudita et solida Fleurium tuetur a calumniis Jansenistarum, qui eum suae factioni favisse jactant atque in genere benigne de eo judicat. *Discours sur l' Ecriture s.,* quem primus vulgavit 1731 Desmolets in *Recueil de Mémoires* sur divers sujets de Littérature et d'Histoire t. 2 p. 1. Disserit Fleurius in hoc opusculo de antiquitate divinorum librorum, de pulchritudine, majestate ac simplicitate stili. Accedit *discours sur la Poésie des Hébreux,* quem Aug. Calmetus primum luci exposuit a. 1713 in suo *commentario in Psalmos* t. 2., dein Desmolets op. cit., cujus tamen editio in multis discrepat ab ea, quam Calmet evulgaverat. Omnia haec opuscula cum plurimis aliis, quae praetermisimus, collecta prodierunt [1]) hac inscriptione

[1]) Idem cum Bodiot composuit Traités historiques et polémiques *de la fin du monde,* de la venne d' Elie et du retour des Juifs, Amstelodami 1717. 1738 t. 3 in 12., opus valde eruditum; *Vérité* de l' histoire de l'église de St. Omer, Parisiis 1754 in 4; *Examen critique, physique et théologique des convulsions,* 1733 pp. 3 in 4. Cf. Quérard I, 403, qui plura ejusdem opera recenset.

[1]) Cf. Nova biblioth. eccl. frib. 1781 VI, 1, 41—59.

Opuscules de M. l' Abbé Fleury, Nemausii 1780 t. 5 in 8. Inserta est etiam Apologia Fleurii adversus Honoratum a s. Maria et Bald. de Housta a Tranquillo Bajocensi O. Cap. haud bono spiritu conscripta. *Nouveaux opuscules,* Paris 1807 cur. Emery prodierunt.

511. Mox post mortem Fleurii obiit 21. Aug. 1724 a. aetatis 86 Natalis (Noel) Alexander O. Praed. n. Rotomagi 19. Jan. 1639. Adolescens erat acris ingenii ac supra sodales, dum studia humanitatis in gymnasio prosequeretur, ita eminens, ut in actionibus publicis palmam semper ferret et aliquando visus sit prima omnia praemia reportasse. Ordinem s. Dominici tirocinio exacto professus est 9. Maji 1755. Impensissimo fervore studiis incubuit theologicis et historiae ecclesiasticae ut inter sodales sane doctos excelleret. Nullo adjutore usus omnia ipse conquisivit, digessit, scripsit; fere nunquam domo exiit. Solutionem famosi casus conscientiae [1]) cum plurimis aliis doctoribus parisiensibus a. 1704 scripto approbavit; quocirca Parisiis secedere jussus est, ac nonnisi retractata sua subscriptione redire est permissus. Subtracta quoque (1723) ei fuit annua 800 libr. a clero gallicano assignata pensio, quam tamen card. Noaillius ex suo ei restituit, unde liquet eum in Jansenianorum sectam fuisse sat propensum. Anno 1706 electus est in praepositum provinciae, quo munere zelo magno pro disciplina regulari stabilienda quadriennium de more functus est. In extrema aetate oculis laboravit, quod incommodum patientissime tulit: eoque non obstante quotidie sacrum sollicite obtulit. Dolendum quod et ipse appellaverit a bulla Unigenitus: appellationem tamen parum ante mortem retractavit. Magnae auctoritatis erat penes Galliae episcopos virorumque in scientia praecipuorum ut cardinalium Norisii, Aguirre, Ursini (postea Benedictus XIII., cujus extant ad ipsum epistolae quatuordecim) aestimatione et amicitia fruebatur.

512. Ex collationibus sub auspiciis Colberti literarum strenui hac aetate promotoris pro instruendo suo filio habitas, quas Alexander mira dexteritate et concinnitate literis consignavit, prodiit ejus historia ecclesiastica. Hortantibus nimirum sociis et ipso Colberto ea methodo systematice et ad scientiae normas exacta singula Ecclesiae universalis secula pertractare est aggressus, atque a. 1676 prodiit Parisiis tomus primus inscriptus: *Selecta historiae ecclesiasticae capita* et in loca ejusdem insignia dissertationes historicae, criticae, dogmaticae in 8., et jam a. 1686 prodiit t. 24. et ultimus, qui complectitur historiam usque ad finem concilii tridentini, quibus anno seq. praemisit t. 6 de historia V. T.; Parisiis 1687 t. 30 in 8. Ejus methodus prorsus distinguitur ab ea, qua usus est Fleury, neque enim continua oratione fata Ecclesiae prosequitur, sed distinctis capitulis disserit solide quidem, sed stilo magis arido de Ecclesiae persecutionibus, de pontificibus qui Ecclesiam rexerint, de conciliis habitis, de haeresibus quae eam turbarunt, de Ecclesiae scriptoribus et de iis quae ad

[1]) Casus est hic: Clerico moribundo absolutio sacramentalis denegata fuit, eo quod declarasset, se revera quinque Jansenii prop. simpliciter et absolute damnare ac formulae fidei Alexandri VII. subscripsisse quidem, nihilominus quantum ad quaestionem facti seu attributionem illarum quinque propositionum libro Jansenii, existimare se, sufficere obsequiosum silentium. Quem casum 40 doctores parisienses hisce verbis solverunt: „Doctores infrascripti visa casus expositione hujus ecclesiastici viri sententiam nec novam esse nec singularem nec ab Ecclesia damnatam, neque talem ut confessarius possit ipsi sacramentalem denegare absolutionem, nisi eam retractaverit. Deliberatum in Sorbona d. 20. Jul. 1701. Ast hanc responsionem Clemens XI. reprobavit damnavitque decreto edito 13. Febr. 1703.

Ecclesiae politam et disciplinam spectant; subjicit dein dissertationes eruditas chronologicas et criticas de factis et quaestionibus majoris momenti, atque disputationes prolixas, sed admodum utiles et eruditione refertas methodo potius scholastica de dogmatibus catholicis adversus haereses eo seculo ortas, quas solide refellit. Dolendum est et hanc historiam infici spiritu gallicano et sedi apostolicae infenso. In primis agendi rationem Gregorii VII. carpit, hinc ejus sodalis Franciscus d'Enghien librum ei opposuit inscriptum: *Auctoritas sedis apostolicae pro Gregorio VII. vindicata* adversus Nat. Alexandrum, Coloniae Agrippinae 1684 in 8. (cf. supra pag. 722). Cui respondere nititur Alexander dissertatione prolixa, quam inseruit t. 8. pag. 445—495 ed. 2. Etiam Jacobus Lefevre ipsum est aggressus, ut supra p. 752 diximus. Innocentius XI. vero, licet priores tomos collaudaverit, eam sub excommunicationis poena prohibuit 10. Jul. 1684; 6. Apr. 1685 et 26. Febr. 1687. Quapropter tertiam editionem curavit P. Alexander, cui adjecit scholia, in quibus assertiones a censoribus notatas explicat vel emendat vel tuetur, atque in praefatione historiam aliaque opera sua judicio sedis apostolicae subjicit, Parisiis 1699 t. 6 in f.; 1715; 1730 ed. rara. Editionem castigatam in lucem dedit Roncaglia Lucae 1734 t. 9 in f., in qua textum Alexandri integrum exhibet, sed assertiones censura dignas scholiis adjectis corrigit et subinde integris dissertationibus refellit. Quocirca Benedictus XIII. auctoris nostri historiam secundum hanc editionem permisit; Benedictus XIV. vero decr. 8. Jul. 1754 sustulit excommunicationem latam pro quacunque editione. Inter editiones optima est ea, quam curavit adnotationibusque illustravit celeberrimus Mansi Lucae 1749 t. 9 in f. Anonymus quidam adjecit *supplementum* distributum in duas partes, in quarum 1. opem ferentibus viris eruditissimis aliquot tridentini conc. decreta illustrantur, et in 2. dissertationibus historicis res Ecclesiae et imperii sec. XVII. et XVIII., quae in ea historia desiderantur, recensentur et ad nostra tempora producuntur, Bassani 1778 t. 2 in f. Cum hoc supplemento et bibliotheca selecta historiae ecclesiasticae cura Zaccaria ea iterum prodiit [1]) Venetiis 1778—93 t. 11 in f. (fr. 90); Bingii 1784 t. 20 in 4.

513. Aliud opus praecipuum P. Alexandri est ejus *theologia dogmatica et moralis* secundum ordinem catechismi tridentini, Parisiis 1693 t. 10 in 8; 1703; 1743; 1768; adversus quam scripsit Claudius Buffier S. J. (cf. supra p. 1090), neque enim satis dissentit a Jansenianis in materia de gratia: *Difficultés proposées à M. l' Archevêque de Rouen* par un ecclésiastique de son diocèse sur divers endroits des livres et surtout de la theologie dogmatique du P. Alexandre, dont il recommande la lecture à ses curés, 1696 in 12., in quo libello 22 capita ad doctrinam et mores spectantia censura digna notantur. Cui opposuit P. Alexander [2]): *Eclaircissemens des prétendues difficultés* proposées a Mons. l'archevêque de Rouen sur plusieurs points importants de la morale de J. Christ, 1697 in 12. Hujus controversiae occasione P. Daniel (de quo cf. p. 1082) scripsit: *Lettres théologiques* (10) au R. P. Alexander, où se fait le parallèle de la doctrine des Thomistes avec celle

[1]) Cf. Storia della Lett. d'It. VI, 535—38; Schüz in comment. crit. de script. et scriptor. hist. p. 56—61.

[2]) Prodierunt etiam literae doctrinae P. Alexandri apologeticae hoc titulo: *Lettres (5) d'une dame de qualité à une autre dame savante,* Montibus 1679 in 12., in quibus abbas quidam inducitur festive garriens in doctarum circulo mulierum ibique de theologia Dominicanorum et Societatis J. ita pronuncians, ut illis probam doctrinam ac sanam, his deteriorem assignet.

des Jésuites sur la Morale et Grâce, Rotomagi 1696—97, Coloniae 1698 in 12; 1704. His respondet P. Alexander editis: *Lettres* (6) *d'un théologien au RR. PP. Jésuites* pour servir de réponse aux lettres addressées au P. Alexandre etc., 1697. Tribus prioribus ostendit doctrinam moralem theologorum O. Praed. probabilismum non tueri; tribus posterioribus nititur adversarii argumentis respondere, et probare ss. Augustini et Thomae sententias ad literam esse accipiendas. Epistolae utriusque simul junctae prodierunt Delphis 1698 inscriptae: *Recueil de plusieurs pièces pour la défense de la Morale et de la Grâce de J. Christ.* Demum rex utrique parti silentium imposuit [1]). Objectionibus adversus doctrinam suam moralem, in qua in multis Jansenianorum rigori se accommodat, respondet et contra probabilismum disputat in l. *Paralipomena theologiae moralis* seu variae de rebus moralibus epistolae [2]), Delphis 1701 in 8; simul cum theologia Parisiis 1703 t. 2 in f.; Venetiis 1705 t. 2 in f.; 1769; 1783 t. 3 in 4; typis einsidlensibus 1768—72 t. 10 cura Mariani principis et abbatis aucta, illustrata et locupletata plurimis accessionibus et notis, variis epistolis et monumentis, etc. Adjectus est index concionatorius, in quo Summam operis distribuit in schemata concionum per integrum annum. Roselli O. Praed. theologiam P. Alexandri in epitomen redegit, Venetiis 1786 t. 4 in 8; Fr. Basseliers composuit *Summam alexandrinam* sive R. P. Nat. Alexandri theologiae moralis compendium absolutissimum, Romae 1705 t. 4 in 8.

514. His duobus operibus majoribus subjicimus tertium, *expositionem literalem et moralem s. Evangelii* secundum quatuor evangelistas, Parisiis 1703 in f.; Venetiis 1782 t. 2 in 4; et *commentarium literalem et moralem in omnes ep. s. Pauli Ap. et in septem ep. canonicas,* Rotomagi 1710 in f.; Venetiis 1788 v. 3 in 4; simul Parisiis 1745 et 1746 t. 5 in 4., quo in commentario secundum memorias trivultienses (1711 a. 17) omnem arripit occasionem ad reprobandam Jansenianorum sectam. Sequuntur opera minora: *Dissertationum ecclesiasticarum trias:* 1. de divina episcoporum supra presbyteros eminentia adversus Blondellum, in qua agit etiam de chorepiscopis, quos veros fuisse episcopos negat; 2. de sacrorum ministrorum coelibatu sive de historia Paphnutii cum nicaeno canone concilianda; 3. de vulgata Scripturae s. versione, Parisiis 1678, quam acriter impugnavit Frassen (de quo cf. p. 655) in suis disquisitionibus biblicis c. 6., cui non minus acerbe respondet P. Alexander in *dissertatione ecclesiastica apologetica et anticritica* adversus Cl. Frassen seu diss. alexandrinae de vulgata s. Scripturae versione vindiciis, Parisiis 1682 in 8; dissertatio polemica *de confessione sacramentali* adversus ll. 4 Jo. Dallaei Calvinistae divinam ejus institutionem et usum in Ecclesia perpetuum impugnantis, ib. 1678 in 8; *Summa d. Thomae vindicata* et eidem angelico doctori asserta contra praeposteram Jo. Launojii dubitationem; item *contra launojanas circa simoniam observationes animadversio,* ib. 1675 in 8. Haec tria opera tamen Brevi Innocentii XI. d. 10. Jul. 1684 prohibita fuere. Diss. (rara), in qua officium ven. sacramenti s. Thomae vindicat contra Henschenium et Papebrochium, deinde titulus praeceptoris s. Thomae ex elogio Alexandri Hal. expungitur, ib. 1680; quas diss. in suam historiam ecclesiasticam recepit. *Institutio concionatorum tripartita* seu praecepta et regulae ad praedicatores informandos cum ideis sive rudimentis concionum per totum annum, Delphis 1701 in 8; Parisiis 1702 ed. auctior et correctior;

[1]) Cf. Backer I, 1514.
[2]) Cf. A. E. lips. 1701 p. 421—424.

Augustae 1763. Et aliis praetermissis plures (7) quoque *epistolas* scripsit ad PP. Dez et le Comte S. J. contra Le Gobien, Le Tellier, Daniel occasione controversiarum de ritibus sinensibus[1]).

515. Minoris eruditionis et celebritatis fuit Franciscus Timoleon de Choisy, decanus ecclesiae bajocensis et socius academiae gallicae, n. Parisiis 1644. In juventute liberiorem vivendi rationem secutus est. Missus a. 1685 legatus ad regem siamensem in India sacris ordinibus voluit initiari. Decessit octogenarius Parisiis 1724 (secundum Fleurii continuat. 1725). Prodiit ejus *Histoire de l' Eglise,* Parisiis 1703—1721 t. 11 in 4., in qua tamen multa ex historia profana fuse prosequitur, quaestiones criticas, controversias et haereses vel praetermittit vel levi manu attingit, lectorem amoena factorum narratione oblectare potius mavult, quam methodo critica solide erudire[2]). Quocirca ejus opus nullius fere est pretii atque etiam mox oblivioni fuit datum. Praeter plura alia opera, quae ad historiam profanam spectant, edidit quoque *Histoire de la vie de David,* Parisiis 1690 ed. 3. (rara m. 25), cui adjecit interpretationem Psalmorum; Quatre dialogues[3]) *sur l' immortalité de l' ame, sur l' existence de Dieu, sur la providence et sur la religion,* Parisiis 1684 in 12; 1768.

516. Ignatius Hyacinthus Amat de Graveson O. Pr. Avenionensis (n. 13. Jul. 1670) Sorbonae doctor et variis in locis theologiae professor, a magistro ordinis Romam accitus et in collegium theologorum casanatensium cooptatus, Summae s. Thomae theologicae ad literam et ad sensum s. doctoris exponendae provinciam sortitus est. Huic viro utpote doctrinae praestantia, ingenii subtilitate et eruditionis copia celebri M. Antonius princeps Burghesius de Sulmone filium suum Franciscum, postea cardinalem, literis instituendum tradidit, in cujus utilitatem et usum Gravesonius historiam ecclesiasticam in varia digessit colloquia. Interfuit theologus concilio romano a Benedicto XIII. Romae 1725 celebrato operamque suam contulit ad reconciliandum card. Noaillium sedi apostolicae († 26. Jul. 1733). Prodierunt ejus *opera omnia* Venetiis 1728 t. 15 absque epistolis; 1740 t. 7 in 4. et 1761 t. 15 in 4., scil. *Historia ecclesiastica V. T.* in rem theologiae candidatorum per sex mundi aetates ab o. c. ad natale usque J. Christi, Servatoris N. continenti ordine producta variisque colloquiis digesta: ubi res praecipuae, quae vel ad historiam s. et ejus chronologiam, legem ac disciplinam Hebraeorum spectant, vel quae ad prophetarum gesta, vaticinia in J. Chr. adamussim impleta et ad div. ss. librorum, quibus continetur historia V. T., auctoritatem attinet per breves interrogationes et responsiones perstringuntur et in praeclaro ordine collocantur t. 3; *Historia ecclesiastica* variis colloquiis digesta, ubi pro theologiae candidatis res praecatholicam. Vir literatissimus erat et membrum academiae plerasque Europae linguas callebat (n. Parisiis 1643; † 1. Jan. 1723). Cf. Feller III, 168.

[1]) Cf. Echard II, 810 ss.; Niceron (ed. germ.) IV, 131—144; Hefele KL. I, 501; Feret V, 247—60.

[2]) Cf. Feller II, 560; Biogr. univ. 8, 438; Mém. de Tr. 1703 a. 180 p. 1895—1923; 1701 a. 72 p. 994—1010; 1712 a. 42 p. 553—566; 1715 a 5 p. 71—78; 1716 a. 50 p. 737—748; 1719 a. 83 p. 5—19; 1721 a. 29 p. 575—621, in quibus impense laudatur praesertim propter narrationis amoenitatem et stili nitorem. J. des Sav. XXXIII, 1066; XXXVII, 31; LI, 296; LIII, 311; LVIII, 22; LX, 253; LXVI, 286; in quibus articulis pariter hujus operis utilitas et amoenitas commendantur. A. E. lips. 1703 p. 516.

[3]) Horum unus vel alter est, si non omnes quatuor, Ludovici Courcillon de Dangeau. Contra eos scripsit Jurieu Cologne (la Haye) 1685. Porro Lud. Courcillon cura Bossueti conversus fuit ad fidem

cipuae, non solum ad historiam, sed etiam ad dogmata, criticam, chronologiam et Ecclesiae disciplinam pertinentes, per breves interrogationes et responsiones perstringuntur et in praeclaro ordine collocantur t. 9. Prodiit primum Romae 1717; Venetiis 1726 t. 9 in 5 v. cum notis Mansi, dein cum op. praecedenti Lausanae et Genevae 1737 t. 12 in f.; Augustae V. 1752 t. 2 in f.; 1762, quam cl. Mansi continuavit usque ad a. 1760 notisque illustravit, ib. 1762 t. 2 in f. Laudatur haec historia ab eruditione, diligentia et stilo sat eleganti, sed immunis non est a partium studio. Stilum »quo vix quidquam elegantius aut jucundius inveniri possit«, cautamque criticam impense laudat Mich. a s. Joseph II, 342, qui tamen inter alia scribit: »Scholae thomisticae placita non solum avide complectitur, verum et propugnat ardentissime et strenuissime vindicat. Praemotionibus physicis, quas de mente esse angelici praeceptoris, a nemine dubitari permittit, ita adhaeret, ut videatur non minori impetu a veritatis amore in ipsas ferri, quam si duceretur intuitiva ejusdem veritatis cognitione. Hinc assertores suae sententiae liberalissime laudibus cumulare solet, et si contingat eorum aliquem circa alia errare, eum errorem facile dissimulat, ac si unus praedeterminationis amor errata quaeque contegat. Hujus forte amoris gratia placuit Gravesono honorifice multaque cum laude loqui de Antonio Arnaldo et Petro Nicolio, vitia omnia silentio premens, quae publica cunctisque notoria sunt ex eorum scriptis. Erit enim, qui suspicetur laudabiles illos apud Gravesonum reddidisse, quod Molinistas, uti ajunt, acerrime exagitaverint, enormissimisque jactis in Jesuitarum doctrinam calumniis, nunquam persequi destiterint . . . Edmundum quoque Richerium sub catholici nomine pseudo-theologum atque hostem rom. ecclesiae nimis infensum nulla censura dimittit, et quasi nullius erroris reum fere cum Duvallio componit.« Modo haec historia antiquata est. Tractatus *de vita, mysteriis, annis Jesu Christi* servatoris nostri contra infideles, Judaeos et haereticos, dissertationibus dogmaticis et chronologicis, nec non observationibus historicis et criticis juxta germanam d. Thomae mentem illustratus et ad usum scholae accommodatus, ad cujus calcem, in rem chronologiae sacrae studiosorum, attexuntur apparatus et canon chronologicus per sex mundi aetates et praecipuas periodos ac nobiliores epochas a creatione mundi usque ad ascensionem Christi Domini digestus. Editio ab auctore recognita, tribus novis dissertationibus multisque observationibus historicis, criticis, necnon tabulis chronologicis auctior, locupletior et emendatior [1]), Romae 1711 t. 2; *Tractatus de Scriptura sacra,* in quo ex ipsius revelatione, inspiratione et antiquitate evincitur contra ethnicos, Jesum Christum esse verum Messiam; et omnium librorum cum V. tum N. T., quos sacro canoni accensuit conc. tridentinum, divina auctoritas contra haereticos asseritur ac vindicatur. Exhibentur sacrorum librorum primigenii textus, versiones, sensus, auctores, idioma, analysis et oracula, quae ad J. Christum verum Messiam referuntur, Venetiis 1735 in 4. *Epistolae ad amicum scriptae theologico-historico-polemicae,* in quibus doctrina de gratia seipsa efficaci et de praedestinatione gratuita ad gloriam ante omnem praevisionem meritorum contra scholae thomisticae adversarios asseritur et vindicatur, Romae 1728—30 t. 3 in 4., quae eruditae quidem sunt, felle tamen non carent, imo jacula et ignem spirant, maxime cum Jesuitarum doctrinas auctor insectatur [2]). Ejus quoque esse dicitur

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1713 a. 160 p. 1950—55; acta erud. lips. 1713 p. 534—539.

[2]) Cf. Mém. de Tr. a. 1731 a. 5 p. 98—196; auctor Caducei theolog. p. 2 punct.

Laqueus contritus seu falsa calumnia vera confutata responsione, qua doctrina Augustino-thomistica de Dei gratia et creata libertate ss. pontificum decretis, Jansenii et Molinistarum propria confessione ac rom. censorum judicio a Calvinismi et Jansenismi atroci, horrendo impacto crimine et a laqueo venantium verboque aspero liberatur, quod prodiit sub nomine Eman. Picardi a s. Augustino Lugduni 1740, cui mox Joannes B. Velle S. J. Lovanii studiorum praefectus (cf. supra p. 1072) opposuit *depulsionem calumniarum*, quas impostor quidam . . . Soc. Jesu ejusque doctrinae ac theologis impingit, Lovanii 1740 in 8.

517. *Synopsim variarum resolutionum in historiam sacram V. et N. T.* (usque ad sec. XVIII.) in modum catechismi redactam exhibuit Vincentius Nicolle O. Pr. quondam provincialis et s. theologiae magister († 1739), Duaci 1725 in 4., in qua praesertim haeresum praecipuarum per singula secula rationem habet. — Gerardus Castel ord. fratrum crucigerorum coloniensis (n. 1667; † 1733) reliquit *controversias ecclesiastico-historicas* utiliter curiosas, non compositas sed dispositas, ac studio partium seposito eruditorum lectorum placitis expositas, Coloniae 1734; 1757 in 4., in quibus agit de romano pontifice; ita controv. 13. de simulatione Cephae et reprehensione Pauli; controv. 14. de Petri ap. itinere romano; 19. de excommunicatione Victoris P. in Asianos; 24. de Marcellini P. lapsu; 29. de Liberio; 31. de appellationibus ad sedem romanam; 35. de Honorio; 44. de decretis conc. constantiensis sess. IV. et V. etc. — Hisce adde quosdam, qui historiae Ecclesiae universalis compendia concinnavere ut Gabriel Froehlich S. J. alius a celebriori Erasmo Froehlich, de quo infra, philosophiae et theologiae professor, (n. 7. Oct. 1657; † 1725), cujus est *Ecclesia nascens* martyrum sanguine ac literato doctorum sudore irrigata per quinque priora secula et crescens compendiosa selectioris historiae ecclesiasticae narratione repraesentata, Viennae in 12. s. a. — Gelasius Heiber O. S. Aug. Suevus concionator suo tempore per Bavariam celeber [1]), qui facundia et zelo haud paucos a vera fide devios in Ecclesiae reduxit sinum († 1731), edidit *Gepredigte Religionsgeschichte,* Augustae, Dilingae et Ratisbonae 1726—33 t. 3 in f.; *vita s. Augustini,* Monachii 1720 in 4. — De Augustino Sartorio infra recurret mentio.

518. Romanorum pontificum gesta illustravit Franciscus Pagi O. Min. Lambescae in Provincia 7. Sept. 1654 natus, celebris Antonii (cf. p. 506) ex fratre nepos ejusque in studiis historicis strenuus socius († 21. Jan. 1721). Post avunculi mortem hujus *criticam in Baronii annales* edidit adjunctis catalogis decem veterum ss. pontificum, elaboravitque *breviarium historico-chronologico-criticum* illustriora pontificum rom. gesta (usque ad a. 1447), conciliorum generalium acta necnon tum ss. rituum cum antiquae Ecclesiae disciplinae capita complectens [2]), Antwerpiae 1717 t. 1. et 2; 1718 t. 3; 1727 t. 4. in 4; Venetiis 1730 t. 4. Ejus ex fratre nepos Antonius Pagi pariter O. Min. junior dictus, ut distingueretur a seniore, de quo supra egimus, opus continuavit adjecitque 1784 t. 5. et 1753 t. 6., opus eruditum, exactum bonaque methodo dispositum,

1 p. 237 et ex eo Mich. a s. Joseph l. c. p. 343 ss.; J. des Sav. XCVI, 460—75.

[1]) Cf. Scheeben period. Blätter II, 164, qui ejus conciones collaudat; Rivista Agust. 1884 I, 351.

[2]) Cf. Mém. de Tr. 1717 a. 150 p. 1939—1967; 1719 t. 4 fasc. 2 pag. 22; Bibliothèque anc. et mod. VIII, 119—200; X, 28 ss.; XXVIII, 211—228; J. des Sav. LXII, 189—198; LXV, 274—280.

in quo solide rom. pontificis jura et praerogativas tuetur et vindicat.

519. Franciscus Blanchinius (Bianchini) Veronae n. 13. Dec. 1662 versatus erat non solum in disciplinis historicis, sed etiam in geometria, astronomia, botanica et anatomia. Romam profectus 1684 bibliothecae locupletis praefectum egit apud card. Petrum Ottoboni, qui postmodum electus fuit (1689) in pontificem sub nomine Alexandri VIII., ejusque conversatione libenter fruebatur. Diaconatus ordinem suscepit a. 1699, sed presbyter prae modestia nunquam voluit ordinari. A Clemente XI. factus est cubicularius et praelatus necnon patricius romanus, atque cum omnibus agnatis familiae bianchinae inter nobiles est receptus [1]). Selectus quoque fuit in secretarium pro reformatione calendarii ipseque duxit lineam meridiani in ecclesia s. Mariae de Angelis: quà de re cf. ejus ep. de nummo et gnomone clementino. Cum iter instituerat per Galliam et Hollandiam, ubique a viris doctis summo honore fuit exceptus, imo in Anglia receptus est expensis academiae oxoniensis. Novis semper honoribus auctus est a summis pontificibus; praefuit antiquitatibus eruendis custodiendisque, et a Benedicto XIII. designatus est primus historiographus concilii romani a. 1725. Piissime cilicio indutus obiit 2. Martii 1729. Urbs patria monumentum ei in ecclesia cathedrali (simile illi quod positum fuit card. Norisio) et capitulum in sua bibliotheca posuerunt. Magni factus est propter insignem sagacemque eruditionem quavis fere in disciplina a viris sua aetate doctissimis, Romae vero in primis a Scheelstrate, Fabretti, Ciampini etc. Multarum academiarum in Italia et extra eandem fuit socius. Non minor erat ejus vitae integritas, morum candor et in summa nominis fama animi modestia [1]). Haec potiora ejusdem opera: *Istoria universale* (profana) provata con monumenti e figurata con simboli degi Antichi, Romae 1697 in 4. Prodiit tantum t. I. complectens sec. 32 usque ad interitum imperii Assyriorum. Singula secula dividit in 5 periodos 20 annorum, cujus initio reperitur aliquod antiquitatis monumentum incisum exhibens quasi characterem ejus periodi, quod memoriam juvet. Opus est insigne. Simili methodo cogitavit describere Ecclesiae historiam. *Memorie concernenti* la città d' Urbino, Roma 1721 in f. *De Kalendario et cyclo Caesaris ac de paschali canone s. Hippolyti M.* diss. 2, quibus inseritur descriptio et explanatio basis in campo Martio nuper dedectae sub columna Antonio Pio olim dicata; his accessit enarratio per ep. ad amicum de nummo et gnomone clementino, Romae 1703 in f.; 1704, quae ab eruditis magni aestimantur [2]). *Solutio problematis paschalis,* ib. 1703 in f., in qua constituit cyclum annorum 1184, in quibus pascha absque errore celebrari possit; diss. *de tribus generibus instrumentorum* musicae veterum organicae [3]), ib. 1742. Haec pluraque alia ejusdem opuscula collecta prodierunt cura Gasp. et Franc. Bianchini Romae 1753 in 4., in quibus praeter diss. physicas, astronomicas, archaeologicas agit etiam de anno

[1]) In diplomate dicitur: „Sectatus vestigia praeclarissimorum concivium On. Panvinii et card. Norisii admirationi esse potuit in ea Urbe, quae juxta vetus elogium nihil unquam admiratur... Proinde romano nomine indignum existimantes eum adhuc exterorum jure censeri, per quem nostris in rebus tot exteri esse desierunt, tanti viri virtutem publico S. P. Q. R. testimonio decorare, nec non civitate donare summa omnium consensione decrevimus etc.“

[1]) Cf. Mazzuchelli II, 1167 ss.; Mem. de Tr. 1730 a. 70 p. 1269—1288 et p. 2078 s.; Biogr. un. IV, 443—48; in primis Fabronius VI, 284—352; Saxius V, 314.

[2]) Cf. Journ. des S. XXXIV, 904—920; Biblioth. choisie XXVII, 178—196.

[3]) Cf. A. E. lips. 1745 p. 295—302.

mortis Christi, de Olympiadis, annis Gregorianis et Julianis etc. Praecipue vero huc spectat propter opus: *Vitae rom. pontificum* a b. Petro ap. ad Nicolaum I. perductae cura Anastasii S. R. E. bibliothecarii, adjectis vitis Adriani II. et Stephani VI. auctore Guillelmo bibliothecario editae primum Moguntiae typis Albini a. 1602 ex bibliotheca Marci Velseri augustanae r. p. cl. viri; deinde Parisiis a Carolo Annibale Fabrotto i. e. typis regiis 1647, cum variis lectionibus exceptis tum ex codd. mss. bibliothecae vaticanae, tum ex conciliorum tomis Crabbei et Binii, tum ex annalibus ecclesiasticis card. Baronii, necnon ex aliis codd. mss. Germaniae et Galliae, praesertim Freherianis, 2. regio, Mazarino et Thuanis 2. Nunc tertium prodeunt cum auctario variantium lectionum jampridem descriptarum ex vetustissimis exemplaribus et catalogis mss. vaticanis 2, florentinis 2, cassinensi, regio, farnesiano, bibliothecae caesareae vindobonensis, reginae Sueciae et colbertinse per L. Holstenium et Em. a Schelstrate bibliothecae vaticanae praefectos; additis etiam pluribus collectis ex veteri cod. msc. cavensi a Fr. Peña s. rotae romanae auditore, antea non editis, cum praefatione et indice locupletiori t. 4 in f. Romae 1718. 1723. 1728 et 1735, in quorum t. 2. continentur editoris prolegomena sat ampla, in quibus catalogi quidam antiquissimi pontificum rom., tum Em. Schelstraten dissertatio de antiquis rom. pontificum catalogis, ex quibus l. pontificalis concinnatus fuit, et editoris diss. de antiquis rom. pontificum catalogis eorumque comparatione et delectu instituendo aliaque ejusdem generis exhibentur [1]). Dolendum tamen editionem hanc stupenda eruditione refertam, ad quam viri eruditi ultra tercentos operam contulisse dicuntur, mendis typographicis non carere.

520. Aliam editionem ejusdem operis curavit Joannes Vignolius (Desvignoles), bibliothecae vaticanae post mortem Zaccagnii praefectus alter atque utriusque signaturae referendarius († 1753), quam inscripsit: *Liber pontificalis* seu de gestis rom. pontificum, quem cum codd. mss. vaticanis aliisque (19) summo studio et labore collatum emendavit, supplevit additis variantibus lectionibus, notis et novo rerum verborumque obscuriorum indice locupletissimo etc., accessit interpretatio vocum ecclesiasticarum O. Panvinii, Romae 1724—55 t. 3 in 4. Textum operis castigavit, a mendis purgavit, supplevit ubi mutilus erat, et quoad fieri potuit, pristinae integritati eundem restituere maluit, quam pro more priorum editorum servato textu corrupto indigestam variantium lectionum molem aut margini adscribere aut ad operis calcem rejicere. Inde factum est, ut ejus textus multum diversus sit ab illo Fabrotti et illo, qui ad hujus exemplum expressus est, cl. Blanchinii. Animadversiones simul adjecit, breves quidem et succinctas, quibus obscuriora cum obsoletis vocibus explicantur et quae sub romanorum pontificum regimine gesta fuerunt, illustrantur [1]). Scripsit quoque dissertationem *de anno primo imperii Severi Alexandri Aug.*, quem praefert cathedra marmorea s. Hippolyti ep. in bibliotheca vaticana, Romae 1709; addita ep. ad Ant. Gallandium de nummo quodam Antonini Pii iterum edita et recognita [2]), Romae 1712 in 4., quae concertationi inter eruditos variisque scriptis occasionem praebuit; quapropter *dissertationem apologeticam*, qua potissimum pro-

[1]) Cf. A. E. lips. 1719 pag. 425; 1725 p. 153—59: 1631 p. 149—53.

[1]) Cf. A. E. lips. 1727 p. 52—55; Mém. de Tr. 1727 a. 6 p. 89—99; Storia Lett. d'It. XII, 368.

[2]) Cf. A. E. lipps. 1714 p. 302—307—312; 1716 p. 120—125.

gramma Cycli paschalis s. Hippolyti iterum exponitur, ib. 1714 in 4. edidit. *Antiquiores pontificum rom. denarii,* ib. 1709; tertia parte auctum cura et diligentia cl. Floravantes 1734 in 4. cum figuris incisis. — Hoc argumentum magna eruditione et diligentia saltem ex parte prosequutus est Philippus Buonanni (Bonannus) S. J. Romanus, tabularii domus professae et bibliothecae collegii romani praefectus († 30. Mart. 1725), in opere *Numismata ss. pontificum templi vaticani fabricam indicantia* chronologica ejusdem fabricae narratione ac multiplici eruditione explicata, atque uberiori numismatum omnium pontificiorum lucubrationi veluti prodromus praemissa, Romae 1696; 1700 in f.; 1715 in f.; *numismata pontificum rom.,* quae a tempore Martini V. usque ad a. 1669 vel auctoritate publica vel privato genio in lucem prodiere explicata ac multiplici eruditione sacra et profana illustrata, Romae 1699 t. 2 in f.; cura Ridofini Venuti iterum impressum et continuatum usque ad Benedictum XIV., Romae 1744 in 4. *Ordinum religiosorum in Ecclesia militanti catalogus* eorumque indumenta in iconibus expressa, Romae 1706 in 4. cum 141 tabulis; 1712; pars 2. continens virgines Deo dicatas, ib. 1707 cum tabulis 108, uterque t. Venetiis 1707 additionibus auctus (sed incisiones minus sunt perfectae, quam in ed. romana); p. 3. complectens aliquos ordines in l. ed. omissos, diversa etiam alumnorum collegia et feminarum congregationes, quibus more religiosorum regulae vivendi et indumenta praescribuntur, ut singuli a ceteris dignoscantur, Romae 1710 cum tabulis 75; *ordinum equestrium et militarium catalogus* imaginibus expositus et cum brevi narratione [1]), ib. 1711 in 4. cum tabulis 166; Romae 1722 t. 3 in 4; Norimbergae 1732 t. 4 cum accuratis incisionibus. *La gerarchia Ecclesiastica* considerata nelle vesti sagre e civili usate da quelli, li quali la compongono espresse e spiegate con le imagini di ciascun grado della medesima, Romae 1720; *Museum Kircherianum,* ib. 1709 in f.; *Catalogus provinciarum Soc. J.,* domorum, collegiorum, residentiarum, seminariorum et missionum, quae in unaquaque provincia numerabantur anno 1679, Romae 1679; 1717 etc. — Josephus Alvarez de la Fuente O. Min. Matritensis scripsit sermone hispanico *de successione pontificia* seu vitas pontificum t. 8 in 8., Matriti 1731 et *diarium historicum politico-canonicum et morale,* 1732 t. 8 in 12.

521. De *conciliis* [1]) plures quoque fuerunt solliciti. Franciscus Salmon n. 1677 Parisiis, s. theologiae doctor et bibliothecae sorbonicae praefectus († 1736), evulgavit *Traité de l'étude des conciles et de leurs collections* avec un catalogue des auteurs qui en ont traité, et des éclairissements sur les ouvrages qui concernent cette matière et sur le choix de leurs éditions, Parisiis 1724; 1726 in 4; latine Lipsiae 1729; Venetiis 1764 in f., opus admodum eruditum, in quo primus introductionem in lectionem conciliorum dedit et de eorum utilitate, collectionum varietate et legendi utilitate, sagaciter, sed nimia forte confidentia, disseruit [2]). — Joannes Hermant

[1]) Cf. A. E. lips. 1708 p. 117; suppl. V, 397; VI, 234.

[1]) Praetermittimus Marianum O. Praem., qui edidit quaestiones selectas *de conciliis oecumenicis,* Veteris Pragae 1740 in 12. et Bourgeois de Chastenet, parlamenti advocatum, cujus exstat *Nouvelle Histoire du Concile de Constance,* où l'on fait voir combien la France a contribué à l'exstinction du Schisme, avec plusieurs Pièces qui n'ont point encore paru, Parisiis 1718 in 4., de qua cf. Journ. des Sav. LXIII, 646—51.

[2]) Cf. Journ. des Sav. LXXVII, 3—24; Mém. de Tr. 1752 a. 21 p. 419—462; A. E. lips. 1726 p. 52—78, ubi accurata operis epitome exhibetur; Biogr. univ. XL. 205.

Cadomensis, parochus maltotensis et canonicus bajocensis (n. 1650; † 1725), scripsit *Histoire des Conciles* contenant en abrégé ce qui s'est passé de plus considérable dans l'Eglise depuis sa naissance jusqu'à présent. Ensemble les canons de l'Eglise, l'Abrégé chronologique de la vie des Papes et leurs décisions. Avec des notes pour l'intelligence des Canons obscurs et difficiles ou qui méritent quelques observations particulières. Les Déclarations des Assemblées générales du Clergé de France sur les points de Discipline et celles du Roy sur la même matière ou pour le maintien de la Jurisdiction Ecclésiastique. Avec les Edits et Déclarations touchant les mariages [1]), Rotomagi 1695; 1730 t. 4 in 12. (ed. 4.). Alia ejusdem auctoris opera sunt: *Histoire du Diocèse de Bayeux* 1. p. contenant l'Histoire des Evêques avec celle des Saints, dès Doyens et des Hommes illustres de l'Eglise Cathédrale ou du Diocèse, Cadomi 1705 in 4., ex tribus, quas promiserat, unica [2]), sat rara. *Histoire des Hérésies*, où l'on verra par ordre alphabétique le nom et l'Histoire des Hérésiarques, qui ont troublé l'Eglise depuis la naissance de J. Christ jusqu'à présent, et les erreurs qu'ils y ont répandues avec un traité, qui résout plusieurs questions générales touchant l'hérésie, traduit du Latin d'Alph. de Castro [3]), Rotomagi 1712 t. 3 in 12. *Histoire des Ordres Religieux* et des Congrégations Régulières et Séculières de l'Eglise avec l'éloge et la vie en abrégé de tous les Patriarches et de ceux qui y ont mis la réforme selon l'ordre des temps; le Catalogue de toutes les Maisons et Couvens de France, le nom des Fondateurs et Fondatrices et les années de leur fondation, Rotomagi 1697 in 8; 1710 t. 4 in 12. ed. 2; *Histoire des Religions ou Ordres Militaires* [1]), Rotomagi 1678; 1698 in 8; 1725.

522. *Acta conciliorum* edidit Joannes Hardouin S. J., quo ea aetate vix doctiorem habuit societas Jesu. Natus est in oppido Quimper in Britannia minori a. 1646. Annos natus 16 ingressus est Soc. Jesu, a quo tempore omne otium omnesque vires scribendis edendisque dicavit literis, adeo ut operum ejusdem recensio, sit etiam vitae († 3. Sept. 1729 a. aetatis 83) descriptio; ingens vero est illorum numerus [2]): editorum numerantur ultra 90; alia manserunt msc. Plurima spectant ad illustrandos locos scriptorum antiquorum et numismaticam, in qua eximie excelluit, ut patet ex op. *Nummi antiqui populorum et urbium illustrati*, Parisiis 1684 in 4., in quo circa bis mille numismata illustrat [3]). Versatissimus quoque erat in philosophia et theologia, historia et archaeologia tam sacra quam profana, in linguis etc. Sed dolendum, quod opinionum plane singularium et, si urgerentur, admo-

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1704 a. 151 p. 1738—1743.

[2]) Cf. ibid. 1706 a. 92 p. 1177—1192.

[3]) Cf. ibid. 1712 a. 136 p. 1699—1723; J. des Sav. LII, 536—48.

[1]) Cf. A. E. lips. suppl. III, 532—35. Réné Aubert de Vertot d'Auboeuf Normannus n. 25. Dec. 1655, aliquamdiu O. Cap., dein O. Praem. quem tamen reliquit, academiae inscriptionum socius, ordinis eq. melit. historiographus († 15. Jun. 1735), plura opera sagaci et critico judicio et eleganti stilo conscripta reliquit, inter quae *Histoire des Chevaliers Hospitaliers de S. Jean de Jérusalem*, appellés depuis Chevaliers de Rhodes, aujourd'hui Chevaliers de Malta, Parisiis 1726 t. 4 in 4; 1755 t. 7 in 12. etc.; de qua cf. J. des Sav. LXXXIII, 3—36; 435—70; LXXXIV, 325—356; proh. 9. Nov. 1728. Cf. Goovaerts Ecrivains de l'ord. de Prém. II, 338 ss.; Feller VIII, 336; Querard X, 128—131.

[2]) Cf. eorum catalogum ap. Sommervogel IV, 84—111 sub 107 n.; Saxius V, 320 ss.

[3]) Cf. A. E. lips. 1685 p. 274 et suppl. I p. 475.

dum periculosarum, fuerit auctor et fautor, unde eruditorum sibi accersivit censuras et dicteria [1]). Praecipuum opinionis portentum illud fuit, quod ita refert doctissimus card. Quirinus [2]): »Liberis igitur verbis affirmare mihi non dubitavit, veterum numismatum auctoritatem maximi faciendam, insuper vulgatam divinorum bibliorum editionem et concilii tridentini canones, quandoquidem alia sacrae antiquitatis monumenta pleraqua omnia justa sublestae fidei suspicione laborarent. Somniaverat ille, quemadmodum antiquissimos profanos scriptores seu oratores seu poetas seu historicos seu philosophos, ita Ecclesiae patres, synodos episcopales, decretales pontificum atque alia hujusmodi scripta, nihil aliud quam suppositiones esse doctorum coenobitarum, qui, una simul sec. XIII. conjuratione inita, tantis fallaciis struendis et concinnandis animum calamumque appulissent; uno verbo, vulgatae versionis, concilii tridentini et priscorum numismatum fidei christianam religionem inniti, labantibus ac nutantibus ex ea suspicione ceteris omnibus ejusdem fundamentis, quae hucusque locata fuerunt.« Hinc universae propemodum antiquitati bellum indixit. Negabat enim operum ss. patrum tam graecorum quam latinorum, ipsius versionis alexandrinae genuinitatem. Praepositi Societatis solemniter reprobarunt ejus somnia pluriumque operum editionem [1]): imo ipse censurae huic subscripsit, in eaque inter alia profitetur: »Cuncta hujus declarationis verba sincere confirmo, et quidquid in ea circa meos libros ibi damnatum est, candide condemno, praecipue vero, quae de scelerata quadam hominum societate scripsi, perinde ac si ipsi ante aliquot secula tam ecclesiasticorum quam profanorum scriptorum opera, quae hucusque pro antiquis scriptis fuissent habita, suo marte consarcinassent: me hac in re tamdiu caecutiisse, vehementer doleo, et meis superioribus me obstrictum profiteor, quod me ab hoc errore deduxerint. Promitto, me nec ore nec calamo unquam propugnaturum, quod ullo pacto huic meae declarationi adversari posset, et si forte cujusdam operis antiquitatem, de qua ante me nemo dubitavit, ceu suspectam haberem, ea usurum cautela, ut dumtaxat meas dubitandi rationes sub meo nomine et accedente superiorum licentia et censorum approbatione prolaturus sim etc.« Mirum proinde est quod plures viri eruditi in refutandis his febricitantis somniis, quae omni carent fundamento, tempus triverint. Ceterum valde bene de eo dixit Huetius (cf. Mém. de Trév. 1734 p. 111): »Il a travaillé quarante ans à ruiner sa réputation sans pouvoir en venir à bout.« Ante expletum theologiae cursum edidit *Caji Plinii Secundi naturalis historiae ll. 38* interpretatione et notis illustratos, Parisiis 1685 t. 5 in 4., ed. optima, quae propter stupendam eruditionem, conjiciendi et interpretandi sagacitatem eum jam tunc celebrem reddidit: sed jam tunc criticorum calamos in se concitavit. Prodiit aucta Parisiis 1723 t. 3 in f.; adjecit descriptionem ducentorum fere numismatum

[1]) Ita non defuit, qui illum atheis ac censeret: Vernet theologiae professor genevensis hoc epitaphio ei parentavit:

In expectatione judicii
hic jacet
Hominum paradoxotatos,
Natione Gallus, religione Romanus.
Orbis literati portentum:
Venerandae antiquitatis cultor
Et destructor,
Docte febricitans
Somnia et inaudita commenta
Vigilans edidit,
Scepticum pie egit.
Credulitate puer, audacia juvenis
Deliriis senex.

[2]) In commentariis l. 2 c. 2 p. 1 pag. 97.

[1]) Cf. superiorum Soc. J. protestationem apud Alexandrum a s. Joan. in contin. H. E. Fleurii t. LXXIII, 173 ss.

antiquorum, sed annotationes abundant opinionibus paradoxis, et t. 1. adjecit diss. *de situ paradisi terrestris,* 1741 in f.; Basileae 1741; Biponte 1738; Lipsiae 1778—91; Paris 1827 etc. *Nummi antiqui* (c. 600) populorum et urbium illustrati, Parisiis 1684 etc.

523. Potiora ejusdem scripta, quae spectant ad rem nostram, sunt: *Collectio regia maxima conciliorum* seu acta conciliorum (usque ad a. 1714) et epistolae decretales ac constitutiones summorum pontificum graece et latine, ad Philippi Labbei et Gabr. Cossartii labores haud modica accessione facta et emendationibus pluribus additis praesertim ex codd. mss. cum novis eximiis et locupletissimis indicibus (pontificum, conciliorum, episcoporum, episcopatuum et rerum), Parisiis 1715 t. 11 in v. 12 (5. in 2 v. diviso) in f. (fr. 350); locupletior ed. curante Coleto Venetiis 1728—32 v. 23 et 2 apparatus in f., cui adjecit supplementum v. 6, de qua editione alias. Haec collectio plura habet, quae in aliis collectionibus frustra quaeras omniumque maxime est completa, multa etiam in ea singulari studio sunt emendata vel notis prorsus ad rem facientibus illustrata, quocirca magni fit et cum editione cl. Mansi est omnium praestantissima. Nihilominus tamen plurium censuram incurrit [1]), praesertim quod aliqua omiserit, quae inserenda fuissent, adeo ut viris eruditis necessitatem imposuerit aliam collectionem cum hacce conjungendi. Cum ea doctorum sorbonicorum, Witasse, Pirot, Dupin, Anquetil, le Merre censurae subjecta fuisset, plura ab iis atro notanda lapillo sunt inventa, quae adversarentur libertatibus gallicanis, quocirca parlamenti parisiensis decreto venditio tantisper inhibita fuit; sed regius senatus neglecto Parlamenti decreto eam permisit, quin praemitteretur censorum judicium [1]), ut ipsi tamen exegerant.

524. *De baptismo quaestio triplex:* de baptismo pro mortuis, de baptismo in vino, de baptismo in nomine Christi [2]), Parisiis 1687 in 4. etiam in *thesauro theol.* ed. Zaccaria t. X, 95—109; in ep. tamen ad Langheumantel canonicum augustanum sententiam suam de prima et tertia quaestione mutat. *S. Jo. Chrysostomi ep. ad Caesarium monachum,* notis illustrata et cum dissert. de sacramento altaris et de potestate consecrandi diaconis et laicis non concessa, Parisiis 1689 in 4. Cum autem Jo. le Clerc in eandem ep. annotationes in sua *Bibliothèque universelle* edidisset, auctor noster opposuit: *Défense de la Lettre de S. Chrysostome à Césaire,* ib. 1690, in quo scripto contendit, Facundum, Liberatum, Marium Mercatorum, Victorem tunensem, Cassiodorum, Isidorum aliosque nequaquam, ut communiter affirmatur, adeo antiquos esse, omnesque libros, qui sub nomine Justini M. circumferuntur, excepto ejus dialogo cum Tryphone, esse supposititios. *De numis samaritanis* epistola, 1691 in 4; *Chronologiae ex nummis antiquis restitutae prolusio* de nummis Herodiadum, 1693 in 4., in qua contendit, aliquot retro seculis (sec. XIII.) exstitisse societatem hominum, qui primorum seculorum historiam quae penitus

[1]) Cf. Salmon op. mox laudato pag. 216—227 et 517—547, et quae ex eo repetuntur in J. des Sav. LXXIII, 3 ss.; A. E. lips. 1715 p. 377—389.

[1]) Libellum accusatorium Dupini exhibet una cum decreto parlamenti Christoph. Pfaffius in introd. in hist. theol. liter. IV, 220 ss. Cf. Alex. a s. Joanne in continuat. hist. Fleurii l. 219 § 37 ss. Prodiit libellus ille etiam Ultrajecti 1730 inscriptus: *Avis des Censeurs* nommés par la Cour du Parlament de Paris pour l'Examen de la nouvelle Collection des Conciles faite par les soins de J. Hardouin Jés. avec les Arrêts du Conseil qui en a empêché la publication. Cf. Biblioth. rais. VI, 409—39.

[2]) Cf. A. E. lips. 1687 p. 303—305, et suppl. ad nova acta IV, 137—42.

perierit, restauraturi, ex Cicerone, Plinio, Virgilio in Georgiis et Horatii satyris et libris, necnon ex veterum diariis atque inscriptionibus historiam novam seu verius fabulam consarcinaverint. Pro spuriis declarat Ciceronis orationes, Terentii comoedias, Livii historiam, Virgilii Aeneidem, quae ipsi non est nisi allegorica descriptio romani itineris s. Petri etc. Propter quae paradoxa Societatis praesides, quotquot exemplaria hujus prolusionis similiumque scriptorum conquirere poterant, suppresserunt [1]). *De supremo Christi Domini paschate* (ad prolusionem chronologiae etc.) embolum, 1693 in 4., in quo contendit Christum D. more Galilaeorum comedisse eo anno agnum paschalem feria V., reliquos judaeos feria VI. Adjecit postea embolum: *Quid sit mysterium fidei in consecratione calicis.* In alio scripto respondet ad exceptiones Bernardi Lamy. *Chronologiae ex nummis antiquis restitutae specimen primum;* numismata seculi constantiniani 1696 in 4; *Chronologia V. T. ad vulgatam versionem exacta* et nummis antiquis illustrata: chronologiae ex nummis antiquis restitutae specimen alterum [2]), 1697 in 4., quod cum jussu parlamenti fuerit suppressum, nitidioribus typis prodiit Argentorati eodem anno; Lugduni 1699; Lipsiae 1709 in 4; et quam plurimae aliae diss. de singularibus quibusdam nummis secutae sunt; dissertatio chronologica *de 70 hebdomadis* contra B. Lami (sub nomine Eusebii Franco-Romani) in Petavii opere *de doctrina temporum* t. 1., quem ipse auxit notis et emendationibus quam plurimis, quas manu sua codici adscripserat D. Petavius Antwerpiae 1703 vel 1705 t. 3 in f. In ea diss. censet, septuaginta hebdomadas non desinere in morte Christi, sed in morte Oniae summi sacerdotis et typi Christi, qui interfectus fuit ab Antiocho. Haec opuscula cum plurimis dissertationibus [1]), quas praesertim de re numismatica inseruerat memoriis trivultianis, quarum impiger fuit socius ab a. 1701—1729, prodierunt inscripta: *J. Harduini e S. J. presb. opera selecta,* tum quae jam pridem Parisiis edita nunc emendatiora et multo auctiora prodeunt, tum quae nunc primum edita [2]), Amstelodami 1709 in f., prohibita decreto 2. Jul. 1737. Successionem et ordinationem episcoporum anglicanorum primum aggressus est in memoriis trivult. a. 1724 p. 1350—1360; postmodum edidit: La dissertation du P. le Courayer *sur la succession des Evêques anglois* et sur la validité de leurs ordinations refutée 1. p. la question de Fait, Parisiis 1724 in 12; 2. p. *la question de Droit,* 1725. *Réflexions sur quelques endroits du l. de la Nullité des ordinations anglicanes* ou Défense du Pontifical Romain, in quo opere ostendit, Anglicanos carere veris episcopis, tum quia Parker eorum consecrator non erat episcopus, tum quia alio usus est ritu [3]). Quo de argumento cum Courayer respondere niteretur, fusius iterum egit in op.: *La Défense des ordinations anglicanes refutée* [4]), ib. 1727

[1]) Cf. hujus operis alioquin doctissimi prolixum conspectum in A. E. lips. suppl. II, 375—395. De sequenti scripto cf. ib. p. 395—400.

[2]) Cf. A. E. lips. 1700 pag. 180—190.

[1]) Ex quibus mentio digna: *Traduction et explication du 67. Pseaume de David* en J. des Sav. XXXVI, 343—365. Elenchum dissertationum, quas inseruit memoriis trivult. vel Journal des Savans cf. apud Saxium Onomasticon V, 323. Huc spectant ejus expositio 1. Reg. 7, 6; de concordia s. Stephani et Moysis; de Alexandro I. juxta l. 1. Machabaeorum; de variis locis Gen. 4; de Is. 5, 1 s.; de apparitione Christi Matth. 28, 16; de synagoga libertinorum etc.

[2]) Cf. Mém. de Tr. 1708 p. 1660—64; 1709 p. 367—71; J. des Sav. XLI, 436; Biblioth. choisie XVII, 373—404; XVIII, 250—308; A. E. lips. 1750 p. 49—69.

[3]) Cf. Mém. de Tr. 1725 a. 23 p. 469—96; 1726 a. 49 p. 989—1030; Jour. des Sav. LXXIX, 626; LXXX, 435—449.

[4]) Cf. J. des Sav. LXXXV, 88—97. Hu-

t. 2 in 12. *Paraphrase de l' Ecclésiaste* avec le latin de la vulgate à la marge, avec l'explication des mots Urim et Thumim et avec des remarques, 1729 in 12; *le Livre de Job selon la Vulgate paraphrasé* avec des remarques [1]), ib. 1729 in 12. Tuetur autem Job floruisse circa a. 770 ante Christum, et esse quidem auctorem partis dramaticae libri a 3, 3—42, 7; sed Ezechielem librum redegisse et reliqua adjecisse. *Opera varia* [2]), Amstelodami 1733 in f. proh. 2. Jul. 1737, inter quae reperitur unum inscriptum: *Athei detecti,* qui secundum Harduinum sunt: Jansenius, Quesnellus, P. Andreas Martin, Thomassinus, Malebranche, Arnauld, Nicole, Pascal, Cartesius, le Grand et Silvanus Regis. *Commentarius in N. T.;* accedit lucubratio, in cujus p. 1. ostenditur, Cepham a Paulo reprehensum [3]) Petrum non esse (etiam inter opera selecta), quam impugnavit Boileau (cf. p. 754); in altera p. Joannis ap. de ss. Trinitate locus explanatur et eidem suo auctori vindicatur [4]),

jus controversiae occasione scripsit Franciscus Vivant, canonicus poenitentiarius, vicarius generalis Ecclesiae parisiensis et cancellarius universitatis (n. 1688; 2 1739), qui multum contulit, ut monasterium Portus regii supprimeretur: *La vraye Manière de contribuer à la réunion de l' Eglise Anglicaine à l' Eglise catholique;* ou Examen de differens endroits de deux Livres, l'un intitulé: Dissertation sur la validité etc.; et l'autre: Défense de la Dissertation etc., Parisiis 1728 in 8., de quo cf. J. des Sav. LXXIV, 366—74. Cf. Feller VIII, 379.

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1729 a. 99 p. 1852—1872.

[2]) Cf. Mém. de Tr. 1733 p. 1677; de ipsa editione 1734 a. 3 pag. 76—111; a. 14 p. 306—36; Bibl. raisonnée XI, 437, 478; A. E. lips. 1735 p. 481—90.

[3]) Cf. de hac quaestione etiam Hieronymus Constantini in *Quaestione di fatto,* se il Cefa ripreso da s. Paolo possa con ragione credersi il principe degli Apostoli s. Pietro, Venetiis 1763.

[4]) Cf. Bibl. rais. XXVII, 162—202; XXVIII, 166—180. Plura de Harduino

Amstelodami 1741 in f., in quo, licet sagacem et criticum exegetam se saepe exhibeat, paradoxa etiam tradit, ut ex. gr. Christum et apostolos latine praedicasse. Distinguit quoque inter Verbum aeternum et Dei Filium, qui carnem assumpsit, unde a nonnemine nestorianismi vel adoptianismi accusatur; ejusque etiam commentarius relatus fuit 13. Jun. 1742 in indicem librorum prohibitorum. S. P. N. et confessoris *Theodori Studitis praepositi parva catechesis* graecum textum e codd. multis nunc primum critice descriptum ut et latinam P. J. Harduini S. J. interpretationem nondum vulgatam edidit Emmanuel Auvray ... et annotatione historica instruxit A. Tongard, Parisiis 1891 in 4.

525. Joannes Baptista Salerni S. J. Cosentinus nobilibus parentibus n. 24. Jun. 1670, a Clemente XI. magni aestimatus, Hannibali Albano legato pontificio Hagas C., Viennam et in Poloniam comes datus est, demum in meritorum praemium 29. Nov. 1709 inter cardinales fuit adlectus († 30. Jan. 1729). Exhibuit *specimen orientalis ecclesiae* ab origine ad conc. nicaenum primum, in quo paucis exponitur, quae fuerit orientalis ecclesia primis tribus a Christo seculis, et quid senserit de primatu Petri et romani episcopi, Romae 1702 in 8; 1706. — Lud. Franc. Josephus de la Barre Tornacii 1688 natus, academiae inscriptionum socius († 23. Maj. 1738), praeter novam editionem Spicilegii Dacherii, de quo egimus pag. 481, et dictionarii Morerii (1725) aliaque opera historica cum Anselmo Banduri, de quo infra, edidit illustravitque *imperium orientale,* Parisiis 1711 t. 2 in f., receptum inter scriptores byzantinos. — Cui addere licet Joannem Boivinium cognomine de Villeneuve (vulgo Msr. Boivin le

cf. in Bibl. univ. XIX. 406—11; Zimmermann SJ. KL. V, 1501 ss.

Cadet n. 1663; † 1726), qui edidit graece et latine *Nicephori Gregorae byzantina historia* t. 1. ll. 11 ab Hier. Wolfio jam prius latini facti et in lucem editi, iidem nunc auctiores et castigatiores quam antea; t. 2. ll. 13 nunc primum e codd. msc. eruti et typis mandati, Parisiis 1702 in f. cum annotationibus admodum eruditis et praefatione docta [1]).

526. Inter eos, qui de historia ecclesiastica integrarum nationum meruerunt, eminet Dionysius Sanmarthanus (de Sainte Marthe) O. S. Ben. Natus is est 24. Maj. 1650 Lutetiae Parisiorum ex nobili gente tot virorum eruditione clarorum per tria secula nutrice. Parens eum usque ad aetatis a. 15. ipse diligenter instituit, dein patribus benedictinis congr. s. Mauri in gymnasio pontileviensi ulterius instruendum tradidit. Ea in schola adolescens non solum noxios huic aetati scopulos effugit, non solum nulla prorsus aura vitiorum afflatus est, sed etiam concessis oblectamentis parum movebatur, gravitatem quandam suavitate temperatam prae se ferens, ita ut eum sodales vulgo *pusillum senem* cognominarent, nec tamen quemquam plus diligerent. Nec summa pietas literarum studiis nocebat, ut in utroque primas facile obtineret. Absoluto rhetoricae cursu ingressus est congr. s. Mauri. Post emissa vota (12. Aug. 1668) praeter morem in tirocinio est relictus, ut novitiis esset exemplo, duosque adhuc annos in spirituali exercitatione consumpsit. Ab a. 1679 philosophiae, dein et theologiae lectorem per 11 annos in monasteriis s. Remigii, s. Germani a Pratis ac demum s. Dionysii cum laude egit: deinde ad varia congregationis munera provectus est. Erat iis carissimus, quos regendos susceperat, cum esset admodum comis et observantiae regularis exemplar; erga alios beneficus, in se austerus et parcus. Cum muneribus officii sui multum impediretur in studiis literariis, magnam noctis partem somno eripiebat, nam post matutinas laudes, ad quas de more secunda post mediam noctem hora surgebat vix semihoram reficiendo corpori adhuc insumsit. His vigiliis, quas sic per annos 35 sustinuit, debemus *vitam s. Gregorii M.* (1697), atque ipsam ejusdem s. doctoris op. editionem a. 1705. Praefuit congregationis s. Mauri comitiis generalibus a. 1714, iterum a. 1720, in quibus magno omnium plausu electus est in praepositum generalem. Nihil de vitae austeritate detraxit nova dignitas, nihil de animi modestia; idem semper paupertatis amor, eadem in obeundis vitae regularis exercitationibus diligentia. Accrevit cum potestate liberalitas in pauperes. Studia literaria congregationis insigniter promovit. Sollicite studuit ut sodales, quorum non pauci bullae Unigenitus adversabantur sicut ipse quondam, ad subjectionem induceret haud casso fructu. Laboribus et studiis attritus, sexennio sui regiminis nondum expleto pie in Domino obdormivit 30. Mart. feria VI. Parasceves 1725 a. aetatis 75. Ultima morientis verba directa erant ad sodales, quibus eos hortabatur ad studendi fervorem, sed ita ut studiorum occasione animum non dissiparent, quum prius oporteret esse sanctum quam doctum. Universa Congregatio eum luxit, quod caput suum dignissimum, decus et ornamentum, patrem de se meritum sibi ereptum videret. Exsequiae plurimorum nobilium ac procerorum virorum tum secularium tum ecclesiasticorum cunctorumque ordinum religiosorum concursu celebratae sunt [1]).

---

[1]) Cf. J. des Sav. XXXI, 373—82; Saxius V, 410—3; Feller II, 27.

[2]) Alius est a Claudio de Sainte Marthe, de quo alibi egimus.

[1]) Cf. Ziegelbauer III, 31: Tassin, Gelehrtengesch. II, 75—112; J. des Sav.

527. Hortante clero gallicano ingens et laboriosissimum suscepit opus [1]), cujus tomus primus prodiit inscriptus: *Gallia christiana in provincias ecclesiasticas distributa,* qua series et historia archiepiscoporum, episcoporum et abbatum Franciae vicinarumque ditionum ab origine ecclesiarum ad nostra tempora deducitur et probatur ex authenticis instrumentis ad calcem appositis, Lutetiae Parisiorum 1715 in f., cum tabulis chronologicis et geographicis chartis; 1720 t. 2; 1725 t. 3. Hos tomos absolvit auctor noster, sodales opus continuarunt, a. 1728 prodiit t. 4. cum vita Dion. Sanmarthani; 1731 t. 5; 1739 t. 6; 1744 t. 7. et 8; 1751 t. 9. et 10; anno 1759 prodiit t. 11. cura Petri Henri et Jacobi Taschereau; 1770 t. 12. 13. ib. 1785, quos secuti sunt ad a. 1856—1870 cur. Haureau alii t. 4 (t. 17 fr. 1500), quorum 6. et 13. sunt admodum rari (fr. 600—800). Nova ed. coepta fuit curis Pauli Piolin (t. 1—5; 11. 13), ib. 1870—74; t. 6. 7. 8. 9. 10 et 12 iterum edidit Welter ib. 1899. Ea alia sed longe perfectior et copiosior editio est *Galliae christianae* Sanmarthanorum, de qua egimus t. III pag. 1118. Edidit operam conferentibus Bartholomaeo de la Croix, Guilelmo Bessin [1]) et Joan. Bapt. de Noyville O. Cist. *s. Gregorii Papae I. cognomento Magni opera omnia* ad ms. codd. romanos, gallicanos, anglicanos emendata, et illustrata, 1705 t. 4 in f., in cujus editionis praemium Clemens XI. eum magno numismate aureo donavit, simulque duo numismata argentea ejusdem formae Mabillonio et Monfauconio,

XCVIII, 210—23; A. E. lips. 1731 p. 348—60; praesertim Une famille d'auteurs au XVIe, XVIIe et XVIIIe siècle Les sainte-Marthe Paris 1891.

[1]) Laboris socios habuit Joannem Thiroux Augustodunensem (qui alius est a Stephano Th., de quo cf. p. 1131) n. 1663, in carcerem conjectum regis jussu ab a. 1703—1710, familiaris enim erat Theodorici Viaixnes fanatici jansenistae (de quo supra p. 1083), neque bullam Unigenitus acceptare voluit († 14. Sept. 1731). Ipsi tribuitur praesertim hujus op. t. 4. et *Histoire de Lille et de sa Châtelenie,* où on voit son origine, l'état ecclésiastique etc. de Lille, 1730 in 12. — Felicem Hodin Rhedonensem († 16. Sept. 1755), qui partem habuit in ed. priorum quinque tom., sed praesertim in ed. t. 6—10, cum Steph. Gabriél Brice Parisiensi (n. 1697; † 13. Nov. 1755). — Josephum Duclou Lemovicensem, qui tumen omnes refractarii erant adversus bullam *Unigenitus.* Claudius Bohier, Martene, Durandus et Bartholomaeus Petit de la Croix symbolas suas contulerunt. Cf. Mém. de Tr. 1716 a. 92 p, 1409—1428; J. des Sav. LX, 305—322; LXIX, 105—115; 599—668; CXIX, 109—21; Fouque Gallia christiana et de ses auteurs Etude bibliogr., Parisiis 1857 in 8; Guerin Revue des qq. hist. XI (1872), 199—212. — Eodem fere tempore alter benedictinus, Beaunier, edidit *Recueil historique, chronologique et topographique des Archevêchés, Evêchés, Abbayes et Prieurés de France,* tant d'hommes que de filles, Parisiis 1726 t. 2 in 4. (fr. 50); 1743 t. 3 ed. 3., cujus tamen t. 3. in 8. est admodum rarus. Cf. J. des Sav. LXXX, 1—8. Novam ed. emendatam et auctam coeperunt Benedictini galli, cujus t. 1. prodiit 1905.

[1]) Guil. Bessin O. S. Ben. congr. s. Mauri n. 27. Martii 1654, philosophiae et theologiae professor († 18. Oct. 1726) iterum defuncto Jul. Bellaise (23. Mart. 1711) edidit, auxit atque illustravit opus a Jo. Fr. de Pommeraye (cf. supra p. 546) concinnatum: *Concilia rotomagensis provinciae;* accedunt dioecesanae synodi, pontificum epistolae, regia pro clero Normanniae diplomata nec non alia ecclesiasticae disciplinae monumenta. Ex illis non pauca hactenus inedita; quae prius edita fuerant ad mss. codd. recognita et emendata sunt, collata quaedam cum autographo, disposita omnia juxta chronologiae ordinem et observationibus, ubi convenit, illustrata, Rotomagi 1717 in f. Cf. L'Europe savante II, 83—95. *Réflexions sur le nouveau système du R. P. Lami,* ib. 1697 in 12. l., judice R. Simon omnium optimus, qui circa hanc controversiam (cf. pag. 794) tunc prodierit, in quo nititur auctor ostendere, Lamii argumenta carere probandi valore. S. Gregorii epistolas annotationibus illustravit, atque chronologicum ordinem in nova op. s. Gregorii M. editione dissertatione tuetur. Cf. Biogr. univ. IV, 395.

22 aurea minoris formae aliis doctissimis viris illius congregationis distribuenda misit. Editio haec non assequitur eam criticam accurationem, quae alioquin propria est editionibus patrum maurinorum; recusa Venetiis 1744 t. 4 in f.; aucta et in multis locis in melius mutata per J. B. Gallicioli ib. 1768—76 t. 16 in 4; in P. L. ed. Migne Paris 1849—51 t. 5. Adjecit Sanmarthanus sancti hujus pontificis vitam ex ejusdem op. collectam, quam jam antea Rotomagi 1697 gallice ediderat [1]). *Traité de la confession auriculaire* contre les erreurs des Calvinistes, où la doctrine de l'Eglise sur ce point est expliquée par l'Ecriture sainte, par la Tradition et par plusieurs faits très remarquables, Lyon et Parisiis 1685 in 8., in primis adversus Dallaeum [2]). *Réponse aux plaintes* des Protestans touchant la prétendue persécution de France, où l'on expose le sentiment de Calvin et de tous les plus célèbres Ministres sur les peines dues aux Hérétiques, ib. 1688 in 12., cui adjecit epitomen operis majoris Guilelmi Pryn sacerdotis presbyteriani inscripti: *L'appui et la défense de la puissance de la gloire des Rois* où l'on prouve par des passages tirés de l'ancien et du nouveau Testament et par le consentement des plus grands Docteurs de l'Eglise, qu'il est permis aux Magistrats de punir les Hérétiques selon la grandeur de leurs crimes. *La Vie de Cassiodore,* Chancelier et premier ministre de Théodoric le Grand et de plusieurs autres Rois d'Italie, ensuite Abbé de Viviers, avec un abrégé de l'histoire des Princes qu'il a servis et des remarques sur ses ouvrages, ib. 1694 in 12., quod opus omnium nostri auctoris optimum est.

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1707 a. 28 p. 337—415; J. des Sav. XXVI, 123—128. Cf. editionis descriptionem apud Fabricium in bibl. med. et inf. lat. II, 82—84.

[2]) Cf. J. des Sav. XIII, 309.

528. *Historiam ecclesiae gallicanae* gallice descripsit Jacobus Longueval S. J. (n. 18. Mart. 1680; † 14. Jan. 1735) vir sagacis vastique ingenii. Prodiit hoc opus magna accuratione, diligentia, judicio critico et methodo felici elaboratum atque nitido stilo conscriptum cum annotationibus et dissertationibus eruditis Parisiis 1730—49 t. 18 in 4., quorum ipse octo edidit (usque ad a. 1138); 9. et 10. absolvit Petrus Claudius Fontenay S. J. († 1742); 11. et 12. scripsit Petrus Brumoy [1]), pluribus aliis operibus rhetoricis et historicis clarus († 16. Apr. 1742), reliquos sex Berthier; 1825—28 t. 26 in 8; Nemausii 1782 t. 18. Accenseri debet haec historia melioribus operibus historicis [2]), quae magna cleri gallicani approbatione recepta fuit, qui propterea auctori stipendium pingue assignavit pro ejusdem continuatione. *Traité du Schisme,* Bruxellis 1718 in 12; 1791, quem parlamentum prohibuit; *Dissertation sur les miracles,* Parisiis a. 1730. — Aliqua, quae ad hanc historiam spectant, reperientur in operibus Ludovici Legendre [3]) Rotomagensis, canonici parisiensis et abbatis clarofontani (n. 1659; † 1733): *Histoire de France* (usque ad Ludovicum XIII), Paris 1718 v. 3 in f. et t. 8 in 12., accurata stilo simplici conscripta; *Vie de Fr. de Har-*

[1]) P. Brumoy n. est 26. Apr. 1688 et admodum excultus fuit in literis humanioribus. Plurima reliquit opera, quae diligenter resenset Sommervogel II, 243—52. Cf. Feller II, 212.

[2]) Cf. Mém. de Tr. 1730 a. 100 p. 1901—29; 1731 a. 1 p. 5—32; a. 49 p. 856—889; 1732 a. 50 p. 972—998; 1733 a. 64 p. 1368—1400; 1736 a. 37 p. 599—637; a. 111 p. 2331—64; a. 128 p. 2646—76; 1737 a. 27 p. 426—444; a. 54 p. 873—901; J. des Sav. XCIV, 40—58; 221—241; 342—55; 487—99; CII, 15—34; 159—79; CVII, 527—41; CVIII, 110—24; CXXIV, 107—125; 348—65; CXLVI, 312—30; CXLVII, 147; A. E. lips. 1734 p. 495—502; 1739 p. 589—95.

[3]) Cf. Feller V, 198.

lay archiep. parisiensis († 1695); *Essais* du règne de Louis-le Grand stilo panegyrico; *Vie du card. d'Amboise* avec un Parallèle des cardinaux qui ont gouverné les Etats-Paris 1724, *Acta cleri gallicani* collegit Ludovicus de Targny, Sorbonae doctor, laboriosus et eruditus theologus, jussu ejusdem cleri atque annotationibus illustravit t. 6; composuit etiam instructionem pastoralem 40 episcoporum circa constitutionem *Unigenitus*, pro cujus acceptatione plurimum laboravit († 1737).

529. De San Nicolas edidit: *Antiguedades ecclesiasticas de Espana* en los quatro primeros siglos de la Iglesia, Matriti 1725 in f. opus rarum. — *De prima Evangelii praedicatione* in Hispania et Lusitania scripsit Michael a s. Maria O. S. Aug., quo in op. ostendit s. Paulum, non s. Jacobum fuisse primum in Hispania episcopum († 1728). — Emmanuel Cajetanus de Sousa cler. reg. theat. Olisiponensis n. 1. Jan. 1658, quem Joannes V. propter insignem eruditionem, nam 39 opera vel opuscula edidisse et ultra 260 mss. reliquisse celebratur († 1734), selegit ad instituendam academiam historiae lusitanae, typis publicavit diss. historico-criticam: *expeditio hispanica Ap. s. Jacobi Majoris* asserta et ex s. Ap. Paulo confirmata: accessere appendices tres; 1. de aede caesaraugustana a columna dicta per s. Jacobum constructa; 2. de gravissima auctoritate breviarii romani; 3. sylloge auctorum omnium gentium omniumque ordinum, qui expeditionem hispanicam s. Jacobi M. asserunt, Olisipone 1727 et 32 t. 4 in f., in quo Michaelis a s. Maria sententiam negantem s. Jacobi adventum omni conatu refellere nititur [1]). „Digna sane lucubratio, inquit Mich. a s. Joseph IV, 226, sive variarum rerum copiam accuratamque notitiam sive multiplicem auctoris eruditionem, ordinem perspicuum nec incultum dicendi genus spectes; eamque dicit pulcherrimam et in proprio genere absolutissimam. Tamen Didacus del Corro ecclesiae metropolitanae hispalensis portionarius *dissertationem theologico criticam* Hispali vulgavit, qua etsi nostri scriptoris eruditionem et industriam commendat, vehementius in illum insurgit, quod auctoritatem breviarii romani nimium extulerit. — Thomas de Angelis [1]) O. Praed. Messanensis († 1720) composuit *annales historico-criticos Ecclesiae siculae*, Messanae 1730 opus posthumum. — Franciscus Aprile S. J. Siculus († 2. Jan. 1723) composuit *Cronologia Universale della Sicilia*, Panormi 1725 in f., in cujus p. 2. exhibet chronologiam sacram usque ad a. 845.

530. Historiam ecclesiasticam *Germaniae* multum illustravit Joan. Fridericus Schannat origine Francus, Luxemburgi tamen 25. Jul. 1685 natus, qui juris studio se dicavit atque advocatum juvenis 22 annorum egit, quod vivendi genus deinde cum sacra militia permutavit. Propter eruditionem insignem, cujus specimen adolescens dederat, ab ab. principe fuldensi Constantino Buttlar accitus fuit, qui tanti monasterii scriberet historiam. Discusso diligenter archivio primum

[1]) Cf. A. E. L. 1734 p. 145—52; 195—99; Vezzosi II, 323—29. Ejus orationes 22 reperiuntur in Colleçao Academica. —

Secundum Villiers in sua bibl. carmelit. Emmanuel de Sa O. Carm. monumenta historica exhibuit idiomate lusitano ad illustranda gesta archiepiscoporum, episcoporum, et scriptorum O. Carm. serie alphabetica, Olisipone 1724.

[1]) Alius a Dominico de Angelis canonico liciensi (Lecce) et regio historiographo Ludovici XIV. († 7. Aug. 1718), in historia liciensi bene versato, de qua plura edidit opuscula. Narrat etiam *Le Vite dei Letterati Salentini* (19), Neapoli 1710—13 pp. 2; p. 3. et 4. manserunt inedita.

edidit *vindemias literarias* h. e. veterum monumentorum ad sacram Germaniam praecipue spectantium collectionem primam, Fuldae et Lipsiae 1723 in f.; collectionem secundam 1724 in f., quae inter alia complectitur necrologium ecclesiae metropol. moguntinae, seriem abbatum monasterii weissenburgensis, vetus dyptichon fuldense, in quo nuda nomina defunctorum regum Francorum a Pipino, reginarumque et episcoporum ac comitum; diplomata et epistolas varias aliaque monumenta ad diversa monasteria spectantia [1]). *Corpus traditionum fuldensium* [2]) sive donationum in ecclesiam fuldensem collatarum ab a. 744 ad fidem usque sec. XIII., Lipsiae 1724. *Fuldischer Lehnhof,* Francofurti 1726 cum elencho clientum et codice probationum, in quo 636 diplomata; *Dioecesis fuldensis cum annexa sua hierarchia,* quae continet praeter parochiales ecclesias 60 cum filiabus 94, necnon oratoriis quam plurimis, collegiatas ecclesias 6, monasteria virorum 16 ecclesiae fuldensi tum olim tum etiam nunc immediate ac pleno jure subjecta. Accedunt varii religiosorum ordinum coetus in eandem dioecesis libertatem admissorum [3]), Francofurti ad Moenum 1727 in f., contra quam edidit jussu principis ep. herbipolensis Joan. Georgius Eckhart *animadversiones historicas et criticas* in J. F. Schannati dioecesim et hierarchiam fuldensem, Herbipoli 1727; quibus respondit Schannat *in vindiciis quorundam archivi fuldensis diplomatum,* Francofurti ad Moenum 1728. *Historia fuldensis* in 3 pp. divisa [1]), ib. 1729 in f. Post abbatis fuldensis mortem Fr. Jos. comes de Schoenborn archiepiscopus trevirensis et episcopus wormatiensis munus ei concredidit scribendi *historiam episcopatus wormatiensis* pontificum rom. bullis, regum et imperatorum diplomatibus, episcoporum ac principum chartis aliisque plurimis documentis authenticis assertam et illustratam [2]), ib. 1734 t. 2 in f. Alia opera paraverat spectantia ad historiam sive profanam, sive literariam, sive sacram Germaniae, inter quae etiam collectionem conciliorum Germaniae, nam per triennium in Italia degens, diligenter lustraverat bibliothecas: verum mors subita, quae eum exstinxit Heidelbergae 6. Mart. 1739, ea intercepit. Aetate recentiori prodiit *Eiflia illustrata* oder geographische und historische Beschreibung der Eifel aus dem lateinischen Msc. übersetzt und mit Anmerkungen und Zusätzen bereichert von Georg Bärsch [3]), Coloniae 1824 t. 1. p. 1; Aquisgrani et Lipsiae 1825 p. 2; ib. 1829 t. 2. p. 1; Lincii 1844 p. 2; Aquisgrani et Lipsiae 1852—55 t. 3 in 4 pp.; deerat adhuc t. 4: *Eiflia sacra,* quam jam edere coepit Car. Schorn, Bonnae 1888 p. 1. Alia etiam ex ejus msc. edidit Würdtwein. Leo Halkin edidit *Correspondance* de

[1]) Cf. A. E. lips. 1724 p. 51—56; 1725 p. 207—10.

[2]) Cf. ib. 1725 p. 296—302.

[3]) Cf. ib. 1727 p. 396—98; 1728 p. 481—501; 1703 p. 97—103; J. des Sav. XC, 324—37. Contra hanc scripsit et ejus sodalis Jo. Seyfried Moguntinus, in universitate wirceburgensi theologiae, dein historiae professor (n. 16. Sept. 1678; † 19. Febr. 1742). In Rhapsodiam Fr. Schannat, cui titulum fecit: *Dioecesis fuldensis . . . epistolam censoriam* Chiliiani Mainberger Ostrofranci 1721. Collegit insuper *Manuale vocabulorum exoticorum,* obscurorum, latino-barbarorum etc., Wirceburgi 1736 in 8. Cf. Sommervogel VII, 1170 ss.; Reusch allg. d. Bi. 34. 1161.

[1]) Cf. Fabricius in bibl. mediae et inf. lat, ed. Mansi, Florentiae 1852 I, 619.

[2]) Cf. A. E. lips. 1735 p. 55—57. Plura de auctore nostro cf. in *elogio historico* auctore Dela Barre de Beaumarchais adjecto *Histoire abrégé de la Maison Palatine* par Mr. l'Abbé Schannat. Francofurti 1740; Will Zeitsch. für hess. Gesch. u. Literatur 1891 fasc. 7. 8; de ejus mscr. Falk Geschichtsbl. für die rhein. Bist. p. 241.

[3]) Cf. liter. Handweiser 1865 col. 340.

J. F. Schannat avec G. de Crassier et Dom. E. Marténe, Bruxelles 1903.

531. A Schannat non est sejungendus Joannes Georgius de Eckhart (Eccard) de historia civili et philologia germanica optime meritus. Natus is est Duingae 7. Sept. 1664. Cum admodum versatus esset in literis humanioribus, historia et diplomatica, professor factus est historiae Helmstadiae 1705; Hannoverae consiliarius et historiographus 1714, bibliothecarius 1717; atque celeberrimi Leibnitii per 20 annos fuit in studiis historicis adjutor et dein biographus. Coloniae fidem amplexus est catholicam a. 1724. Propter insignem eruditionem ei a summo pontifice, imperatore, ab imperii electoribus aliisque principibus honores et dignitates variae oblatae fuere, quas tamen recusavit. Accitus a Joan. Philippo com. de Schoenborn, episcopo herbipolensi, consiliarii et bibliothecarii munere honoratus fuit. Herbipoli bibliothecas et archivia in ordinem redegit pluraque opera erudita vel edidit vel paraverat († 1730). Ex ejus operibus praeter illud, quod supra citavimus, huc in primis spectant: *Corpus historiarum medii aevi* sive scriptores res in orbe universo praecipue in Germania a temporibus maxime Caroli M. imp. usque ad finem sec. post Christum n. XV. gestas enarrantes aut illustrantes e variis codd. mss. per multos annos collecti et nunc primum editi [1]), Lipsiae 1723 t. 2 in f., quod complectitur scripta 51. *Commentarii de rebus Franciae orientalis et episcopatus wirceburgensis,* in quibus regum et imperatorum Franciae veteris Germaniaeque, episcoporum wirceburgensium et ducum Franciae orientalis gesta ex scriptoribus coaevis, bullis et diplomatibus genuinis, sigillis, nummis, gemmis, veteribus picturis monumentisque aliis exponuntur et figuris aeri incisis illustrantur [1]), Wirceburgi 1729 t. 2 in f.

532. Carolus Meichelbeck O. S. Ben., magni nominis historiographus, quem alterum Bojoariae Livium et venerandae antiquitatis illustratorem felicem appellant, lucem aspexit Oberdorfii in Algoja dioecesis augustanae municipio 29. Maji 1669, nomen Jo. Georgii in sacro fonte sortitus. Anno 1687 ordinem ingressus est S. Ben. in monasterio benedictoburano, ubi puerulus octo annorum prima literarum elementa didicerat. In professione (21. Dec. 1688) nomen Caroli est adeptus. Absolutis studiis in universitate salisburgensi, ad monasterium a. 1696 rediit et bibliothecae custodiam in se suscepit, sed jam anno seq. Frisingam missus est, ut in gymnasio, quod episcopus patribus benedictinis tradiderat, literas humaniores doceret. Post quadriennium jussus est philosophiam, mox theologiam docere in communi congregationis benedictino-bavaricae studio. Anno 1708 demandata illi fuit provincia prosequendi annales congr. a Gregorio schyrensi abbate coeptos, dein a Petro Guettrather tegernseensi abbate ad capitulum sextum a. 1698 usque productos. Pervenit usque ad a. 1732. Annales hi licet praelo digni nondum fuerunt typis impressi. Monasterii chartophylacium invicto labore atque sagaci diligentia in optimum disposuit ordinem. Fuldam a. 1720 invitatus, ut scriberet illius monasterii historiam, ex rationibus non levibus conditionem honorificam recusavit. Mense Martio a. 1722 Frisingam evocatus fuit ab episcopo et principe Jo. Francisco, qui munus ei

[1]) Cf. A. E. L. 1723 p. 377—81; 438-42.

[1]) Cf. A. E. lips. 1732 p. 145—54; 249—58. Cf. Schüz p. 181—183; Fleurii Hist. eccl. cont. l. 225 § 89, ubi insigne epitaphium reperies; Baader Lex. verst. baier. Schriftsteller, I, 127—130; Raess IX, 385 ss.; Wegele allg. d. Biogr. V, 627; Saxius VI, 81 ss.

et titulum consiliarii ecclesiastici actualis tribuit atque eum permovit, ut historiam conscriberet frisingensem, cui operi strenue magnaque diligentia se accinxit eruditorumque exspectationi plene satisfecit. Prodiit *historiae frisingensis* t. 1. in 2 v. prima quinque ab adventu s. Corbiniani primi ep. secula seu res ab a. Chr. 724 usque ad a. 1224 Frisingae gestas exhibens, Frisingae 1724; t. 2. posteriora quinque secula seu res ab a. Chr. 1224—1724 exhibens. Additur pars I. historica, in qua acta posteriorum 31 antistitum frising. a Geroldo usque ad Joan. Franciscum ordine 56. continuata etc., intermixtis quantum opus videbatur publicis Ecclesiae atque imperii actis, Augustae V. 1729; pars II. instrumentaria, in qua plus quam 400 instrumenta pontificum, cardinalium, metropolitanorum, episcoporum, canonicorum; item imperatorum, regum, archiducum, ducum etc. ad hunc alterum tomum pertinentia recensentur [1]), ib. 1729 in f. Praemiserat germanice hujus historiae veluti compendium Frisingae 1724 in 4. Qua historia absoluta ad scribendos monasterii sui annales animum appulit. Prodiit hoc opus posthumum: *Chronicon benedictoburanum,* in quo ex incunabulis, vicissitudinibus, decrementis, incrementis monasterii, actis abbatum et aliorum virorum celebrium historia Germaniae a sec. VIII. usque ad XVIII. quum maxime non tantum elucidatur, sed quam plurimae etiam veritates hactenus reconditae deteguntur et obscuritates tolluntur, ex instrumentis, codd. membranisque vetustissimis, autographis et apographis antiquissimis, quae quidem post plures devastationes, direptiones et incendia supersunt, necnon ex scriptoribus extraneis et intermixtis actis publicis collectum et divisum in 2 partes, quarum 1. historica, 2. instrumentaria continet, curante P. Alphonso Haidenfeld ejus sodali et archivario (n. Rotterdami 7. Nov. 1712; † 22. Jan. 1751), qui et auctoris vitam praemisit 1753 t. 2 in f.; in Mon. G. IX, 212 ss. Dum hisce in laboribus desudaret, non raro etiam extraneis se impendit. Multi de variis illum dubiis consulere, nonnulli antiquas inscriptiones et quas legere multi desperaverunt literas ad eum mittere, documenta ex vetustis scriniis postulare, scripta antequam in publicam lucem emitterentur ejus censurae subjicere. Quin et ad ipsam aulam caesaream non una vice invitatus fuit Caesari Carolo VI. calamum sacraturus [1]). At erant plures gravesque causae, quae ut id honoris et oneris deprecaretur, suadebant. Quantum singulari eruditione, tantum etiam pietate et religione Carolus excelluit. Paupertatem religiosam stricte adeo coluit, ut nihil unquam vel in victu vel vestitu praeter communem aliorum sortem admiserit. Somni cibique fuit parcissimus, annis praesertim postremis nunquam in publicum prodire voluit, nisi aut necessitas juberet aut manifesta suaderet utilitas, totus studiis vel boni religiosi exercitiis intentus. Spiritum Creatori piissime reddidit 2. Apr. 1734 a. aetatis 65. Edidit praeterea *exercitationes philosophicas* (11) et *theologicas* (6) publicis disputationibus expositas, tractatum polemicum adversus Jos. Dominicum

[1]) Cf. A. E. lips. 1725 pag. 390—94; 1730 p. 6—11; Mém. de Tr. 1741 a. 87 p. 1851—67. In opere edendo habuit socium laboris Leonardum Hohenauer. — Carsareus historiographus fuit Franciscus Wagner S. J. Sueves (n. 14. Aug. 1675; † 8. Febr. 1738), cui praeter plura alia opera utilia debemus *Historiam Leopoldi Magni* rom. imp., Augustae V. 1719 p. 1; 1731 p. 2 in f.; et *Historiam Josephi I. Caesaris,* Viennae 1745 opus posthumum, quae opera genium plane historicum, narrandi artem et concinnitatem produnt. Cf. Duhr Zeitschr. f. k. Theol. XIII (1889), 76 s.; Sommervogel VIII, 940—46.

[1]) Cf. Endres hist. pol. Bl. CXXVI (1900) p. 106—15.

de Senso olim abbatem apostatam (germanice), Monachii 1709, qui rationum pondere convictus iterum ad gremium Ecclesiae et ad monasterium rediit [1]).

533. De *Bohemia* multum meruit S. L. Beckowsky ord. crucigerorum prag. (n. 1658; † 1725). Retractavit enim critice *chronicam bohemicam* auctore Hajek ed. 1700, eamque continuavit inscriptam *Nuntia veritatis* ab a. 1526—1715 atque uberrime locupletavit ex fontibus editis atque ineditis, qui jam perierunt: hinc praesertim pro historia literaria summi est pretii. Verum auctor morte praeventus ejus editionem curare non potuit. Hanc demum in se suscepit Ant. Rezek eamque instruxit amplissimo apparatu literario. Prodiit t. 3 in 8 (1526—1607—1624—1715), Pragae 1879—1880. Ea scripta est lingua bohemica. — Samuel Timon S. J. Hungarus (n. 1675; † 7. Apr. 1736) de historia patria bene meritus praeter alia collegit *Purpuram panonicam* sive vitas et res gestas S. R. E. cardinalium, qui aut in ditionibus s. Coronae Hungariae nati aut regibus sanguine conjuncti aut episcopalibus hungaricis potiti fuerunt, Tyrnaviae 1715 in f.; Cassoviae 1745 ed. aucta et emendata.

534. Jam ad historiam ecclesiarum *particularium* accedamus. Inter primos referendus est Corbinianus Khamm O. S. Ben. imperialis ad ss. Udalricum et Afram Augustae Vind. monasterii coenobita, insignis historicus. Natus est Zusamalti in Suevia 25. Jan. 1645 et juvenis a. 17 mundo renunciavit, absolutisque studiis in abbatia campidonensi professoris philosophiae et theologiae et magistri novitiorum munus sustinuit. In extrema senectute per duos ferme annos lecto affixus jacuit, donec apoplexia tactus die 8. Maj. 1730 decessit anno aetatis 86., religiosae professionis 67. et sacerdotii 61. Praeter opera philosophica et quaedam, quae ad theologiam moralem spectant [1]), celebre adeptus est nomen propter opus inscriptum: *Hierarchia augustana chronologica tripartita* in partem cathedralem, collegialem et regularem. Pars 1. cathedralis, in qua non solum episcopi, proepiscopi, praepositi, decani et canonici ecclesiae cathedralis augustanae describuntur, sed etiam in ea scholastice de nomine, origine, statu, divisione, nobilitate atque dignitate canonicorum in genere, augustanorum in specie, agitur, nec non clericorum et canonicorum primordia eruuntur, Augustae 1709; Auctuarium partis 1. cathedralis, Moguntiae 1714, in quo in primis agit de ecclesia principali et exempta Elvacensi et de commendis ordinis teutonici in dioecesi augustana. Pars 2. collegialis, in qua non solum praepositi, decani et canonici ecclesiarum collegiatarum augustanae dioecesis adducuntur, sed istarum quoque ortus, progressus, status ac ornamenta in apricum proferuntur, Augustae 1712; 1790 ed. nova. Prodromus partis 3. regularis, qui in primis canonicorum reg. Ord. s. Aug. primaevam originem atque eorum cum monachis benedictinis convenientiam refert et explanat. Deinceps monachorum et monacharum ordinis s. Benedicti, canonicorum et canonissarum secularium, nec non virginum anglicanarum primaevam originem et propagationem explicat et dilucidat; demum coronidis loco supplementum partis 1., Augustae 1717. Pars 3. regularis, in qua non solum augustanae dioecesis monachorum monasteria unacum hospitali s.

[1]) Cf. Ziegelbauer III § 34; Baader 1, II p. 20 s. Baumann der baier. Geschichtsschr. C. Meichelbeck München 1897; Flosz K. L. VIII, 1184 ss.

[1]) Cf. Ziegelbauer l. c. § 33; Baader l. c. 2, I, 127; Veith, biblioth. augustana alphab. 7 p. 124—144; Stanonik allg. d. Biogr. XV, 703.

Spiritus memmingensi adducuntur, sed etiam istorum ortus et progressus, rev. dominorum praelatorum catalogus, nec non functiones ecclesiasticae praedictorum regularium luci publicae reddunt tur. Demum origo et propagatio laudatissimi equestris ordinis hierosolymitani s. Jo. Bapt. apponitur. Accessit supplementum complectens canonicorum ecclesiae cathedralis augustanae additamentum, ib. 1719. Opus integrum t. 5 est rarum. Reliquit praeterea opera philosophica et theologica pro praedeterminatione physica thomistarum. — *Vitas episcoporum et archiepiscoporum pragensium* narrat Car. Freschott, Pragae 1716.

535. Joannes Maria Amatus S. J. Panormi e principum familia 15. Jul. 1660 ortus († 1736), disseruit *de principe templo panormitano ll. 12,* in quibus ostenditur panormitana cathedra a s. Petro Ap. instituta etc., Panormi 1726 in f. Describit in hoc op. fuse templum illud cum omnibus, quae ad ipsum spectant[1]): adjecit conc. provinciale panormitanum a. 1388 conflatum a Ludovico II. Bonito panormitano archiep., in cujus prodromo notitiam exhibet 20 conc. hactenus incognitorum notasque addidit copiosas ad sacram profanamque historiam siculam illustrandam. — Michael de Judice O. S. Ben. Panormitanus n. 10. Jun. 1651, abbas in coenobio Montis regalis († 1727), edidit: *Descrizione del Real Tempio e Monasterio di S. Maria la Nuova di Monreale;* Vite dei suoi Arcivescovi, Abbati e Signori ... di Giov. Luigi Lello ... con la continuazione delle Vite degli Arcivescovi, una Tavola Cronologica della medesima Istoria e la Notizia dello stato presente dell'Arcivescovado, Panormi 1702 in f. — De ecclesia beneventana meruit Benedictus XIII. ex nobilissima principum Orsini familia 2. Febr. 1649 Romae natus primogenitus et in baptismo Petrus Franciscus appellatus. Ordinem Praed., quem jam puerulus quadrimulus aspiravit, a. 1667 victis gravissimis difficultatibus ingressus est, et in eo Vincentius Maria dictus. A Clemente X. invitus prorsus creatus est cardinalis 1672, et 1675 episcopus sipontinus (Manfredonia) in Apulia, qua sede dimissa ab Innocentio XI. cesenatensis episcopus (1680) et postea (1686) beneventanus archiepiscopus renunciatus est. Vir fuit piissimus, erga se austerum, erga alios usque ad effusionem liberalis. Disciplinae ordinis rigorem constanter etiam cardinalis servavit vestemque retinuit. Quidquid temporis curis episcopalibus suffurari poterat, pietatis officiis et studio consecrabat tanto fervore, ut inter eruditiores Italiae praesules nulli secundus haberetur. In pontificem invitus et reluctans eligitur 29. Maj. 1724. Electioni non consensit nisi ex praecepto sui ordinis magistri. Romae magnam celebravit 1725 synodum[1]); concilium embrodunense in Gallia habitum approbavit, card. Noailles tamdiu contumacem ad subjectionem induxit. Cum fama sanctitatis decessit pontifex vere apostolicus et praesulum speculum 21. Febr. 1730 a. aetatis 82. Cum esset episcopus, fere quotannis aliquid in cleri utilitatem edidit. Huc spectant: *Synodicon sanctae beneventanensis ecclesiae* continens concilia novemdecim, ss. pontificum sex, archiepiscoporum tredecim collecta summariis notisque adaucta, Beneventi 1695 in f. rarum; *Acta concilii provincialis,* quod habuit a. 1698, ib. 1701; et acta synodorum dioecesanarum (38), quas singulis, annis, et aliquoties bis, imo ter per annum habuit. *Opera* ejus *liturgica* lectu dignissima prodierunt Romae 1726 in 4; *opera theologica,* Romae 1728 t. 3; *Lezioni scritturali sopra il*

[1]) Cf. suppl. ad A. E. L. nova I, 289—94.

[1]) Cf. Fleurii H. E. cont. l. 223 § 1 ss.

sacro libro dell' Esodo recitate nella santa chiesa di Benevento, Romae 1709; *prima dioecesana synodus tusculana,* 1704, cum ex ordine presbyterorum transiit ad ordinem episcoporum optata sede tusculana. Edidit quoque *acta synodi dioecesanae ecclesiae sipontinae Ptolomaei Gallii card.* (1567); adjecta est appendix synodi sipontinae, Maceratae 1687 in 4. Ejus constitutiones (80) leguntur in Bullarii magni rom. continuatione ed. Luxemb. II (1727), 472—1507; IV (1730), 226—412. Celeberrimus card. Quirinus hac epigraphe laudes complectitur [1]): »Ursinum nominare, virtutem ipsam laudare est; Ursinum pingere, virtutem ipsam delineare est.«

536. Aliqua de episcopis viterbiensibus reperies in l. *de Etruria metropoli,* quae Turrhenia, Tursenia, Tuscania atque etiam Beterbon dicta est, in varios auctores castigationes [2]), auctore Francisco Mariani vaticanae basilicae beneficiato et bibliothecae scriptore graeco, Romae 1728 in 4; *brevis notitia antiquitatum Viterbii* dicta Etruria, Turrhenia et Tuscania ac cathedra episcoporum, ib. 1730. — Josephus Maria Stampa cler. reg. congr. somascensis († 1734) recognovit, ad examen revocavit, correxit et variis observationibus locupletavit: *Annali sacri della Città di Como,* quos conscripserat Ludovicus Tatti [3]) ejusd. congr. († 1687), t. 1. Comi 1663; t. 2. Mediolani 1683; t. 3. 1734 in 4; editionem tamen ad finem perduxit Joannes Bapt. Chicherio sodalis (opus rarum), cujus etiam sunt *Atti di s. Biagio* V. e. M., ib. 1756 in 8. — Joannes Bapt. Braschi Cesenas (n. 1664; † 1727, secundum alios 1740), hujus ecclesiae episcopus, qui tamen 1718 munere pastorali se abdicavit dictusque est archiepiscopus nisibenus, praeter alia ad archaeologiam profanam spectantia reliquit *memorias cesenates sacras et profanas,* Romae 1738 in 4; Florentiae 1758; *relationem* status ecclesiae sarsinatensis, Romae 1704 in 4; *de libertate Ecclesiae in conferendo ecclesiastica beneficia* non modo clericis indigenis, verum etiam extraneis ac de immunitate beneficiariorum mere simplicium a personalis debito residentiae, Lugduni 1718 v. 4 in f. Edidit quoque Matthaei Braschi opus *de pleno arbitrio humanae voluntatis* in testamentis, repudiatione, donationibus etc.; accedit velitatio theologico-legalis de pace in scriptis danda offensori ab offenso an obliget, Romae 1722 in f. — Nicolaus Sormani ex congr. Oblat. vulgavit *apologismorum mediolanensium* vol. 1 in 2 pp. continens diss. 2: de origine apostolica ecclesiae mediolanensis a s. Barnaba ap. deducta et de anathemate s. Ambrosii contra Gallos, ubi ambrosiana liturgia conciliatur cum historia et a vano maledicto Franciae ac Germaniae vindicatur, Mediolani 1740 in 4; *L' Origine apostolica della chiesa milanese* e del rito della stessa con documenti, ib. 1754 in 4. *La gloria dei Santi milanesi,* ib. 1767. — Philippus Anastasio Neapolitanus n. 25. Jan. 1656, juris utriusque doctor, in universitate neapolitana (1688) legum, dein juris canonici professor, archiepiscopus surrentinus ab Innocentio XII. creatus, qua cathedra a. 1724 se abdixit, demum patriarcha antiochenus († 10. Maj. 1735), praeter *praelectionem* ad ep. decr. Lucii III., quae incipit: *Ad aures* sub titulo *Simonia* in 4; *solemnem recitationem* ad C. *si aliquis* de electione, Neapoli 1689 in 4. et opus inscriptum: *Suprema rom. pontificis in Ecclesia potestas propugnata* adv. instrumentum appellationis

[1]) Cf. Commentar. II, 277. Cf. plura apud Häusle KL. II, 314; Fleury H. E. cont. l. 222 § 41 s.; l. 225 § 55 ss.

[2]) Cf. A. E. lips. 1731 p. 382—89; de altero op. suppl. ad nova acta II, 335—36.

[3]) Hujus est etiam *Sanctuarium* seu martyrologium novocomensis ecclesiae, Novocomi 1695 in 4.

quatuor Galliae episcoporum a const. *Unigenitus* ad futurum generale concilium, Beneventi 1723 in 4. (ed. 2.), reliquit *lucubrationes in surrentinorum ecclesiasticas civilesque antiquitates* [1]) Romae 1731 t. 2 in 4. opus rarum. — Hieronymus Gigli (Lilius, proprie Nenci) Senensis literarum humaniorum professor et poeta († 4. Jan. 1721), composuit *diario Sanese* [2]), in quo plura ad ecclesiam senensem spectantia referuntur quodque postmodum edidit Venturini Lucae 1723 t. 2 in 4. (fr. 75). Edidit quoque *opera* s. Catharinae Sen. ed. optima ante eam, quam curavit Tommaseo. — Franciscus Tuzii (Tutii) S. J. († 25. Dec. 1731) collegit *Memorie istoriche massimamente sacre della Città di Sora,* Romae 1727 in 4. — Carolus Caesar Scaletta patritius faventinus, mathematicus et geometra clarus praeter alia reliquit *Notizie della chiesa e diocesi di Faenza,* Faventiae 1726; opusculo cronologico *sopra l' uso del Calendario romano,* ib. 1725. — Alex. de Burgos Conv. Massanensis, episcopus catanensis, poeta (n. 1666; † 1726) Hippol. Angelerii *antiquitates urbis* Atestiae animadversionibus et emendationibus suis locupletatas ad editores Thesauri Italiae misit, qui eas t. VII. inseruerunt.

537. Reliquos tamen Italos eruditione praecellit Benedictus (in baptismo dictus Bernardinus) Bacchinius O. S. Ben. natus 31. Aug. 1651 ea in urbe parmensis ditionis, quae Burgum s. Domnini appellatur. Benedictinorum familiae nomen dedit, cum annum aetatis 17. ageret. Minus delectabatur subtilioribus philosophicis theologicisque studiis, magisque propendebat in excolenda sacra et profana eruditione, ad quod studium etiam Mabillonius et Germain, cum Parmam in suo itinere literario a. 1686 advenissent, eum multis cohortationibus excitarunt. A majoribus accepit munus ei gratum ordinandae bibliothecae coenobii parmensis. In se quoque suscepit opus arduum scribendi (1686—90) *Giornale de' Letterali* Italia, quod inceperant Romae, sed non continuarunt, Nazarius et Ciampini. Coactus sodalium laxiorum quorundam opera urbe parmensi secedere et Mutinam [1]) transire, ab eo scribendo graves ob causas omnino cessavit 1697. A mutinensi duce praefectus est bibliothecae, in qua celeberrimum Muratorium successorem habuit. Sibi beatus esse videbatur, si abdere se posset in bibliothecam rarissimis codicibus refertam. Coepit cogitare de edit. libri pontificalis Agnelli (sec. IX. cf. supra I[3], 747), quod lucem nondum aspexerat, quique vitas continet pontificum ravennatium. Labor quidem ingens, cum tot essent undique illustranda. Sed cum intelligeret vix fieri posse, ut Ravennatis metropolis originem inveniret, nisi de universa Ecclesiae hierarchia ejusque initiis separatim tractasset, omni studio ad hujusmodi opus conficiendum incubuit. Prodiit illud inscriptum de ecclesiasticae hierarchiae originibus, Mutinae 1703 t. 2 in 1 v. in 4. Tri-

[1]) Quod opus impense laudant A. E. lips. 1737 p. 15—19.

[2]) Ubertus Benvoglienti Senensis, ultimus stirpis nobilis, in historia et literis bene versatus, universitatis moderator (n. 11. Oct. 1668; † 22. Febr. 1733), symbolam contulit ad historiam episcoporum senensium in *Italia sacra* ed. venetae; ediditque *Chronicon senense* italice scriptum ab Andrea Dei et ab Ang. Turae continuatum e msc. editum cum notis, inter script. rerum ital. t. XV, et *Annales senenses* auctore Nerio Donati filio, ibidem.

[1]) Mutinae celeberrimus Muratori, juvenis tunc undeviginti annorum, Bacchinium nostrum cognovit frequentemque usum atque consuetudinem cum eo habuit. Quotidie eum semel vel etiam saepius invisit totusque ab ejus ore pependit: quapropter multum se Bacchinio debere ipse Muratori gratus professus est, quem etiam ille discipulum suum appellavit. Cf. Soli in vita Muratorii c. 1 p. 9.

partita est divisio operis. In priori p. de statu, in quo apostolorum aetate romanum erat imperium, sic disserit, ut nec aptum nec congruens illud fuisse probet condendis ecclesiis, quemadmodum conditas fuisse scimus. In altera persequitur italicarum metropolitarum origines, de ravennati separatim disputaturus in tertia. Pro certo habet Bacchinius, apostolos in instituendis ecclesiis jurisdictionem spectasse tribunalium Hebraeorum, quae synedria appellabantur, sic ut ubi frequentiora atque illustriora eadem erant principes ibidem condiderint metropoles, quae in eorum quasi locum succederent. Ideoque etiam magna eruditionis copia exponere nititur formam reipublicae hebraicae hujusque administrationis eo maxime tempore, quo vivebant apostoli [1]). Dum instaret Agnello edendo, Romam ei venire a. 1705 necesse fuit, ut opus suum tueretur adversus censorum exceptiones, et ni palam et acerrime pro eo pugnassent Thomasius et Ferrarius cardinales, et viri docti, ut Fontanini et Passioneus, illius imprimendi praecisa facultas fuisset.

538. Ut literarum studium et fervorem promoveret, in sua cella academiam seu collationes cum viris doctis habuit, quibus interfuerunt plures, qui postmodum celebre nomen sunt adepti. Anno 1708 electus fuit in majoribus comitiis Patavii habitis in abbatem rexitque (1711) monasterium mutinense, deinde (1713) regiense. Quietem cogitans remotamque a turbis vitam Bobbium se recepit (1719), qua cum nec ibidem frui liceret, Patavium se contulit, ubi curam ordinandi tabularium monasterii s. Justinae in se suscepit, multisque ostendit antiquitatis iter; dein Ferrariam ac demum Bononiam venit, ubi s. Scripturae cathedram alias jam ei destinatam obtinuit, sed mox defunctus est 1. Sept. 1721, postquam fere per totam vitam tristia expertus est fata. Vir erat vere doctus, versatus praesertim in chronologia, historia antiqua et medii aevi, in arte critica atque in ea, quae versatur in legendis interpretandisque mss., diplomatibus et nummis antiquis; cupidus alios juvandi, sed in conversatione minus affabilis. A viris doctis patriae aliarumque regionum maximi est factus, adeo ut protestans Pfaffius, cum Maffejus Bacchinium cujusdam controversiae literariae cum ipso elegisset arbitrum, scriberet, gratum sibi fore, »quod litis nostrae arbitrum esse voluerit celeberrimum Bacchinium, virum in antiquitate ecclesiastica versatissimum dignumque, qui ob eruditionem quam possidet summum in purpuratorum ordinem referatur [1])«. Alia ejusdem opera sunt: *Dell' Istoria del Monastero di s. Benedetto di Polirone* nello stato di Mantova; Mutinae 1696 in 4., opus absolutissimum [2]) et utile propter plurima documenta, quae complectitur, ad illustrandam historiam sec. XI. et XII. (ab a. 1007—1115); sed illud non

[1]) Cf. A. E. lips. 1705 p. 330—35; J. des Sav. XXXVIII, 1—10.

[1]) Cf. Edit. operum s. Irenaei venetam a. 1734 t. 2. Ceterum plura de ipso cf. apud Affò Memorie degli Scrittori e Letterati Parmigiani V, 345—420; t. VI p. 2 pag. 864—908; Fabronius VII, 176—223; Biogr. univ. III, 163; Tiraboschi VIII l. 2 c. 1 n. 14, qui de eo scribit: Uomo che nella sacra e nella profana erudizione ebbe pochi pari a quel secolo e degno anche perciò di particolar ricordanza, perchè a lui si deve in gran parte l'aver rinovato e communicato a più altri il buon gusto in cotal sorte di studi, e l'aver eccitati e animati non pochi a seguir la via da lui felicemente batutta; Mazzuchelli II p. 1 pag. 6; Ziegelbauer III § 30; Giornale di Venezia t. 34 p. 295 ss., ubi reperitur vita ab ipso Bacchinio conscripta cum continuatione Muratorii.

[2]) Teste Cenni in dissert. de chartula comitissae Mathildae n. 4. Cf. A. E. lips. suppl. 3, 131—134. De l. 6. inedito cf. Carreri in Revista benedictina I (1906), 246—252.

est prosecutus, quod exstiterint potentiores nonnulli, qui offensi animi signa Bacchinio dederunt et quid gravius minari ipsi visi sunt, si in coeptis persisteret. *Agnelli, qui et Andreas, abb. s. Mariae ad Blachernas et s. Bartholomaei liber pontificalis* seu vitae pontificum (95) ravennatum, dissertationibus (quibus singulorum episcoporum aetas diligenter exquiritur et accurate designatur) et observationibus (quae non modicam lucem affundunt) necnon appendice monumentorum illustratus et auctus [1]), Mutinae 1708 t. 2 in 4., etiam inter *scriptores rerum italicarum* ed. Muratori t. 2 (1723), et inter *monumenta Germaniae.* Inter illa monumenta reperitur compendiosa archiepiscoporum ravennatium historia ab anonymo conscripta usque ad Opizonem († 1300), qui fuit 83. ep. *Lettere polemiche (5) contro il Sig. Giacomo Picenino* Ministro (protestans) in Soglio, con le censure alle medesime e le osservazioni su di esse [2]), Altorfii 1738 in 4. opus posthumum, cujus editio quorundam censorum romanorum contradictione dilata fuit. Reliquit quam plurima opera mss. et inchoata. Ex commercio ejusdem literario cum viris eruditis sui aevi plures epistolae prodierunt in *Spicilegio benedictino,* quod Romae 1896 prodire coepit.

539. Ludovicus Ant. de Ruffy Massiliensis (n. 31. Dec. 1657; † 26. Mart. 1724) cogitavit de scribenda historia episcoporum massiliensium, sed prodiit tantum Dissertation historique, chronologique et critique *sur les Evêques de Marseille,* suivie d'un Abrégé chronologique de ses Evêques, Massiliae 1716 in 8., in qua 40 episcopos ex illis expungit, quos recensuerat Guesnay in suis *annalibus massiliensibus* (cf. III[3], 1170) aliis pro iis substitutis. *Histoire de S. Louis Evêque de Toulouse,* Avenione 1714 in 12., quae inscio auctore, hinc mendose, prodiit [1]). — Antonius de Cathala-Couture Montalbanus (n. 1652; † 1724) scripsit *Histoire politique, ecclésiastique et litéraire du Querci,* Montalbani 1787 t. 3 in 8. Auctor pertingit usque ad a. 1700; Cazamea bibiopola plurium academiarum socius illud continuavit ad a. 1784. — Joannes de Catellan episcopus valentinus († 1725) conscripsit *Les Antiquités de l'Eglise de Valence* recueillies pour l'instruction et l'édification du Clergé et du Peuple de son Diocèse, Valentiae 1724 in 4., opus admodum eruditum [2]), in cujus l. 3. data opera disserit de concilio Valentino III., in quo rejecta fuere capitula concilii carisiaci, et tr. de praedestinatianorum haeresi P. Duchesne aggreditur. — Petrus Lebrasseur Ebroicensis n. c. a. 1680 scripsit *Histoire civile et ecclésiastique du comté d' Evreux* Parisiis 1723 t. 3 in 1 v. — Joannes Bapt. Drouet de Maupertuy Parisiensis n. 1650, post laxiorem vivendi rationem mundo renuncians a. 1690, sacrae militiae nomen dedit a. 1692, et canonicus biturcensis a. 1702 factus sacros ordines suscepit atque in bona senectute in Domino quievit 10. Mart. 1730. Praeter versiones et libros asceticos reliquit *L' Histoire de la s. Eglise de Vienne* [3]) contenant la vie et les actions remarquables des 106 Archevêques, qui en ont tenu le siège depuis l'an 62. de J. Chr. qu' elle fut fondée par s. Crescent, Disciple de s. Paul, jusqu'à la présente année 1708, Lugduni 1708 in 4. — Caroli d'Aigrefeuille doctoris theologiae et canonici montispessulani est *Histoire ecclésiastique de*

[1]) Cf. A. E. lips. 1710 p. 330—36; J. des Sav. 48, 562—70; Michael a s. Jos. I, 139; Reusch Index p. 155.
[2]) Cf. suppl. ad A. E. III, 491—503.

[1]) Cf. Niceron I, 400—404.
[2]) Cf. J. des Sav. LXXIX, 459—468; Biogr. univ. VII, 359.
[3]) J. des Sav. XLIII, 148—156; Mém. de Tr. 1711 a. 164 p. 1984—1996.

Montpellier [1]) 1739 in f. — et Claudii Fyot [2]) de la Marche († 1721) *Histoire* de l'Eglise de St. Etienne de Dijon avec les preuves et le pouillé des bénéfices dépendants de cette abbaye, Divioduni 1695 in f. — Jacobus Le Groux (n. 1675; † 31. Jul. 1734) collegit *Summam statutorum synodalium* cum praevia synopsi vitae episcoporum tornacensium (ab a. 303—1725), Lille 1726, opus accuratum. Collegerat et *La Flandre gallicanne* sacrée et profane, quasi complementum op. gemini Bucelini (cf. III[3], 829), sed ea non prodiit. — Emmanuel Pereyra de Sylva Leal eques O. Christi et academicus regius, Lusitanus († 1735), reliquit *memorias para a Historia Ecclesiastica do Bispado da Guarda* [3]), Olisipone 1730 t. 2 in 8; *Catalogo dos Bispos da Idanha e Guarda* in *Colleçao* dos documentos e memorias da Academia Portugueza. Olisipone 1722. — In eadem Colleção exhibet Franciscus Leitão Ferreiro (n. 1667; † 1735) *Catalogo critico dos Bispos de Coimbra.* — *Catalogo dos Bispos de Elvas* dedit ibidem Ignatius de Carvalho e Sousa. — Franciscus da Fonseca S. J. Eboracensis (n. 12. Oct. 1668; † 3. Maj. 1738) concinnavit *Evora gloriosa* epilogo doz 4 tomos da Evora illustrada que compoz o R. P. M. Manoel Fialho (S. J. † 1718), Romae 1728 — Franciscus Muñoz de la Cueba O. s. Fran. episcopus orensis († 2. Jun. 1728) collegit *Notitias historicas* de la s. Iglesia cathedral de Orense, Matriti 1727 in 4.

540. Haud pauci historiam *ordinum religiosorum* illustrarunt. In primis huc referri debet Carolus Ludovicus Hugo can. O. Praem. Lotharingus n. 1667, s. theologiae doctor, qui abbas erat Stivagii (Estival), omnis literaturae genere conspicuus. Strenuus erat jurium suae ecclesiae propugnator, exsilia propterea et proscriptiones passus (1725—1728). Protectorem aequissimae suae causae nactus Benedictum XIII. ad suam canoniam revocatus est a Leopoldo I. Lotharingiae duce; ast ab eodem per aliorum invidiam iterato exsilio mulctatus est. Pontifex rixarum fomitem exstinguere cupiens eum episcopum Ptolemaidis in p. i. 15. Dec. 1728 dixit [1]). Potiora ejus opera sunt [2]): *Sacra antiquitatis monumenta historica, dogmatica, diplomatica,* notis (eruditis) illustrata, Stivagii 1726 t. 1. in f., qui continet epistolas Gervasii abb. et ep. sagiensis, diarium conc. tridentini auctore Nic. Psalmaeo O. Praem., Viroduni ab. et ep. (cf. III[3], 101), chronica bb. Emonis et Menconis abb. werummensium [3]); Deodati 1731; t. 2. qui complectitur pariter quaedam chronica etc. Opus iterum prodiit immutato titulo: *Accessiones novae* ad historiam ecclesiasticam et civilem sive collectio nova scriptorum ecclesiasticam et civilem ut et conc. tridentini historiam illustrantia, Francofurti 1744 in f. (m. 80). Impugnavit tritheismum

---

[1]) Cf. J. des Sav. CXXXIV, 192—210 et 366—382.

[2]) Alius ab eo est Cl. Fyot de Vaugimois, ejus agnatus, Sulpic. Divionensis n. 31. Aug. 1689, Sorbonae doctor et theologiae professor, regens seminarii lugdunensis († 16. Nov. 1758). Reliquit plura opera ascetica, inter quae *Entretiens* abregez avec Notre-Seigneur J. C., pp. 4, Lugduni 1721—29; 1740; 1741 ed. 6; 1843 t. 2 in 12., quod opus a pietate laudatur. *Avis importans* sur la pratique et l'administration du Sacrament de Pénitence pour l'utilité des Confesseurs et Pénitens, Bruxellis 1748 in 12. Cf. alia apud Bertand Bibliothèque Sulpic. I, 312—326.

[3]) Cf. A. lips. 1731 p. 159—62.

[1]) Unde occasionem accepit ejus sodalis Albertus Marion († 1750) scribendi librum *l' abbé régulier sacré Evêque in partibus infidelium* Luxemburgi 1739 in 4., de quo cf. Mém. de Tr. 1740. a. 98 p. 2009—24; 1741 a. 83 p. 1756—83. Cf. Goovaerts 1, 565.

[2]) Cf. Georgius, Spiritus literarius norbertinus p. 294—97; Kessel KL. VI, 389.

[3]) Cf. A. E. lips. 1726 p. 97—99; J. des Sav. LXXX, 108—119.

Petri Valentini Faydit (pag. 725) sagaciter in *Apologie du système des ss. Pères* sur la Trinité, Luxemburgi 1699; cum vero hic apologiam scripsisset, opposuit Hugo: *Réponse à l' Apologie de Msr. Faydit sur la Trinité* 1702 in 8; *Vie de s. Norbert,* Luxemburgi 1707 in 4., vita optima; in latinum versa Vetero-Pragae 1732 in f. Praecipuum vero opus est *Annales sacri et canonici Ord. Praem.,* Nancaei 1734 et 1736 t. 2 in f. (m. 300), opus rarum et exquisitum, in quo singulorum ordinis monasteriorum exponit historiam, cui annexuit probationes, instrumenta fundationum, privilegia pontificum, imperatorum, regum, principum [1]). Egregie eo in op. repellit calumnias ordini ab Oudin impactas. Minoris omnino pretii est *L' histoire de Moïse* tirée de la s. Ecriture, des ss. Pères, des interprètes et des plus anciens écrivains, Luxemburgi 1699.

541. Car. Josephus Morozzo (Morotius) O. Cist. congr. fuliensis generalis, episcopus salutiensis († 14. Mart. 1729), composuit [2]) *theatrum chronologicum ordinis carthusiensis,* primordia, consuetudines, priores, cardinales, episcopi, scriptores, Taurini 1681 in f., opus rarum et carum (m. 60); *Cistercii reflorescentis* seu congregationum Cistercio-monasticarum b. Mariae Fuliensis in Gallia et Reformatorum s. Bernardi in Italia *chronologica historia,* Augustae Taur. 1690 in f. (m. 48); *cursus vitae spiritualis,* Romae 1674 opus classicum, sed rarum; Ratisbonae 1891. — Augustinus Sartorius [3])

[1]) Cf. J. des Sav. CVII, 88—105. Accuratam, sagacem et prolixam crisin scripsit suppresso nomine Jo. Blanpain ejus sodalis et operum socius in Jugement des écrits de M. Hugo etc. (Nancy) 1736.

[2]) Cf. Biogr. univ. 30, 208.

[3]) Alius ab eo est Andreas Sartorius O. Min. philosophiae lector et 1720—23 suae provinciae praepositus, cujus est *Directorium Scoto-philosophicum* seu determinationes philosophicae solemniores ad mentem Duns Scoti, Ueberlingen 1695.

O. Cist. Bohemus, grabensis (Klostergrab) natus 1663, ordinem est ingressus in monasterio ossecensi 4. Nov. 1684; professor philosophiae et theologiae domi, abbatis secretarius, notarius apostolicus († 1. Nov. 1723) edidit [1]) *Cistertium bistertium* seu historia elogialis, in qua s. ord. Cist. a. D. 1698 a sua origine sexies seu bis ter secularis primordia . . . incrementa . . . recensentur, Pragae 1700 in f. (m. 40), germanice ib. 1708; *Ordo ordinum* religiosorum virorum, virginum, militum juxta ordinem temporis compendiosa serie contextus, ib. 1715 t. 2 in 8; *Compendium annalium ecclesiasticorum* em. C. Baronii, a t. 15. continuatum per P. Eust. Janka († 1742), ib. 1718—30 t. 22 in 8. — Annales O. Serv. b. M. V. a Giani coeptos (cf. III, 561) notis, additionibus, castigationibus illustravit et emendatiores in lucem denuo protulit Lucae 1719 t. 2 in f. sodalis Aloysius Maria Garbi Florentinus, philosophiae professor in universitate pisana, bis provinciae ordinis in Etruria praepositus et ad hoc opus publico sodalium decreto electus. Tertium vero t. ab a. 1609, in quo desiit Giani, diffuso doctoque calamo conscripsit usque ad a. 1698, additis etiam diversis manuscriptis usque ad a. 1708, omnia profecto complexurus nisi mors invida a. 1722 telam vitae suae inopinato recidisset [2]). Illum ad a. 1725 perduxit Placidus Maria Bonfrizieri ediditque Lucae 1725. Vir hic erat tantae humilitatis ut recusato semper omni alio munere, ad quod promoveri potuisset, se totum lectioni et scriptioni librorum ita addixerit [3]), ut ob assiduam scriptionem visum in altero oculorum amiserit († 17. Sept.

[1]) Xenia Bernardina Wien 1891 III, 244.

[2]) Markel p. 14.

[3]) Ibid. p. 269.

1732). Concinnavit quoque *Diario Sagro dell' ordine de' Servi di M. V.* in cui per ciaschedun giorno dell'anno si legge la vita d'un religioso o religiosa di detto ordine, Venetiis 1733 t. 2 in f. — Ladislaus Radossány O. Erem. Camald. Neutriensis dedit *epitomen antiquarii tripartiti s. ord. Erem. Camaldulensis,* in qua principium et progressus hujus institutionis ac irrelaxatus primaevae observantiae vigor etc. continentur, Neostadii Austriae 1726 in 4. — Nicolaus Tombeur O. S. Aug. Belga 20 annis theologiae professor († 1736) edidit *Provincia belgica O. Er. s. Aug.* olim dicta coloniensis et inferioris Germaniae, ejus origo etc. cum diss. praeliminari et compendiosa monasteriorum singulorum de scriptione chronologica. — Elisaeus Monsignani O. Carm. praepositus generalis († 1737) collegit cum J. A. Ximenes *bullarium carmelitanum,* Romae 1715—1718 t. 4. — Eusebius ab omnibus Sanctis O. Carm. semel et iterum definitor generalis condidit *Enchiridion chronologicum carmelitarum discalceatorum* congregationis italicae, Romae 1737 in 4. — Dositheus a s. Alexio O. Carm. Parisiensis (n. 11. Nov. 1687) edidit Parisiis 1727 stilo terso et eleganti *La Vie de s. Jean de la Croix* t. 2 in 4., in qua plura reperiuntur circa historiam theresianae reformationis ac plurium monasteriorum; inserta sunt quaedam opuscula et cantica, quae in ed. gallicis operum s. Joannis desiderantur, ac quorundam, quae quibusdam visa sunt difficilia, solida explanatio; recusa cura Mariae Elis. de Cruce O. Carm. priorissae, addita continuatione historiae ordinis [1]) ad recentiora tempora, ib. t. 3 in 12.

542. Florianus a s. Joseph O. ss. Trin. latine reddidit opus sodalis Didaci a Matre Dei quondam vicarii generalis ordinis, quod prodierat Matriti 1652 t. 2 in f., ediditque inscriptum: *Chronicon discalceati ord. ss. Trinitatis* de redemptione captivorum, praemissa epitome prooemiali continente vitas Jo. de Matha et Fel. de Valois. Prodiit p. 1. ad a. 1647; Pragae 1726 in f., opus rarum (m. 36). — Joannes a s. Felice O. ss. Trin. scripsit *Annales* prov. s. Josephi ord. excalc. s. Trin. red. capt. ab origine provinciae post Viennae obsidionem a. 1683 usque ad a. 1728 (cum incisionibus, quae monasteria repraesentant), Viennae 1739; *Triumphus misericordiae* et calendarium ecclesiastico-historicum O. SS. Trin., Viennae 1704; *Supplementum* ad flores SS. cum indicibus menologico, chronologico et alphabetico in t. 3. ed. coloniensis a. 1721 op. Ribadeneirae *Flores SS.* — Franciscus Antonius Montalvo O. s. Hier. reliquit *Historia general de la orden de S. Geronimo* p. 1. (et unica), Salmanticae 1704 in f. (m. 36). — Ferdinandus a Solitudine (de Solidade) O. Min. Lusitanus, academiae socius, continuavit *Historia serafica* da orden dos fradres Menores de S. Franc. na provincia de Portugal coeptam a sodali Ma. de Esparanca t. 3, adeo ut prodierit Lisboa v. 5 in f. 1656—1721. Collegit et *catalogum 670 venerabilium tertii ordinis franciscani,* ib. 1727. — Antonius da Piedade et Josephus de Jesu Maria composuerunt *Espelho de poenitentes* e chronica da provincia de s. Maria da Arrabida da regular observancia da orden do s. Francisco, 1728—37 t. 2 in f. — Antonius Olgiati O. Cap. a Novo-Como, philosophiae et theologiae lector, concionator insignis, suae provinciae bis praepositus, collegit *Annali de' FF. Min. Capuccini* t. 3. pp. 1. et 2., Tri-

[1]) In priori periodo omisimus Melchiorem a s. Anna, qui ante ingressum in ordinem carm. (1617) vocabatur Melchior Correa. Composuit *Chronica de Carmelitas Descalzos* particular do Reyno de Portugal e Provincia de s. Filippo, cujus p. 1. et, ut videtur, unica prodiit Olisipone 1657 in f.

denti 1708, Mediolani 1711 t. 2 in f., quibus adjecit Silvester Mediolanensis ejusdem ord. appendicem, Mediolani 1737. — Ant. Parkinson O. S. Fr., in ordine dictus P. Cuthbert Hibernus (1667—1728) edidit suppresso nomine *Collectanea anglo-minoritica* (anglice), 1726 verus thesaurus [1]) pro historia hujus provinciae, in quo exhibentur biographiae et monographiae conventuum, catalogi superiorum etc.

543. Ignatius Agricola [2]) S. J. Bavarus rhetoricae professor († 23. Jan. 1729) conscripsit *Historiam provinciae S. J. Germaniae superioris* quinque primas annorum complexam decades, Augustae V. 1727 in f.; p. 2. ab a. 1591—1600, ib. 1729 in f. — Adamus Flotto S. J. Palatinus (n. 1679; † 1744), qui edidit quoque quaedam polemica adversus Oeder, adjecit partem 3. ib. 1734; p. 4. et 5. Franciscus Xaverius Kropff Palatinus (n. 20. Jan. 1691; † 22. Jun. 1746), opus integrum admodum rarum (m. 150). — Josephus Antonius Patrignani Florentinus strenuus operarius in vinea Domini († 15. Febr. 1733) praeter plura ascetica collegit *Menologio* di pie memorie di alcuni Religiosi della Comp. di Giesù ... distribuite per quei giorni dell'anno ne' quali morirono dall'a. 1538—1728, Venetiis 1730 t. 4 in 4., opus rarissimum (m. 80), ideoque iterum editum et continuatum usque ad nostra tempora a Jos. Boero, Romae 1859 t. 2 in 8; sed dolendum quod prodierint tantum menses duo priores [1]). — Franc. Schinosi SJ. Neapolitanus († 30. Mart. 1723) narrat *Istoria della Comp. di Giesu* appartenente al regno di Napoli (ab a. 1538—1585) p. 1., Neapoli 1706; p. 2 ib. 1711. — Dominicus Stanisl. Alberti S. J. Panormitanus († 9. Mart. 1731) composuit *Dell' istoria della Comp. di G. La Sicilia* p. 1. ab a. 1545—89, Panormi 1702; p. 2. et 3. non prodierunt. — Emmanuel Aguilera S. J. Siculus (n. 23. Dec. 1677; † 27. Aug. 1740) narravit *Provinciae siculae Soc. J. ortum et res gestas* ab. a. 1546—1611 p. 1. Panormi 1737; p. 2. (1612—1672) ib. 1740 in f. (m. 77). Ejus quoque est *examen diss. theologicae* negantis baptismum infantis in utero editae a D. Mart. Orelli Barnabita, auctore Alex. Bautnir, Florentiae 1710. — Antonius Franco Lusitanus (n. 1662; † 3. Mart. 1732) plura scripsit ad illustrandam historiam societatis J. per Lusitaniam. Ita praeter alia: *Annus gloriosus S. J. in Lusitania* complectens sacras memorias illustrium virorum, qui virtutibus, sudoribus, sanguine fidem, Lusitananiam et societatem Jesu in Asia, Africa, America ac Europa felicissime exornarunt succincta narratione congestas, Viennae 1720 in 4; *synopsis annalium S. J.* in Lusitania ab a. 1540—1725, Augustae V. 1726 in f. — Bartholomaeus Rossi suppresso nomine scripsit *de origine et progressu congr. Oblatorum* s. Ambrosii et Caroli Mediolani ab a. congr. conditae 1578—1737, Mediolani 1739. — Carolus Edmundus Cloyseault Orat. n. 1645 seminarii cabillonensis regens ad mortem usque (3. Nov. 1628) a. fere 60 et vicarius generalis dioecesis praeter opuscula ascetica descripsit [2]) *Generalat du card. de Berulle et du P. de Condren ... du P. Bourgoing*

[1]) Magis encomiis extollunt hoc opus Etudes Franciscains XX (1908), 655, sicut et sodalis C. P. Mechan Hiberni, cujus *The rise and fall of the Irish Franciscan Monasteries* 1872 jam ed. 4. prodiit.

[2]) Alius a sodali Josepho A. philosophiae professore († 7. Jan. 1777) cujus exstant plura opuscula philosophica, ut diss. philosophica sistens aetatis nostrae *incredulum in Deum, rempublicam, seipsum injurium,* Heidelbergae 1774; *philosophus de anima sua ex ratione cogitans,* ib. 1776.

[1]) Cf. Sommervogel VI, 357—66.

[2]) Cf. Ingold Essai de Bibliogr. Orat. p. 33.

et du P. Senault . . . du P. de Sainte Marthe pp. 3, quae biographiae demum prodierunt Parisiis 1880 in 12.

544. Insignium *monasteriorum* historiae haud paucae exstant. Plurium jam fecimus mentionem; de Jac. Bouillart infra agemus p. 1249. Huc prae primis referri debet Erasmus Gattola O. S. Ben. et abbas s. Matthaei servorum Dei Cajetae natus a. 1662 († 1. Mag. 1734), vir admodum eruditus et modestus, qui manum seque totum in literarium Mabillonio usum impendit. Ipse edidit: *Historia abbatiae casinensis* per seculorum seriem distributa, qua Leonis chronicon a Petro diacono ad a. 1138 continuatum in plerisque suppletur, et ad haec usque tempora ex probatissimis authenticisque documentis producitur, insertis operis initio monasterii descriptione et ad calcem pro laudati chronici auctoribus chronologia p. 1. ab a. 529—1200, Venetiis 1733 inf.; *ad historiam abbatiae accessiones* [1]), ib. 1734 t. 2 inf., opus rarum (fr. 75). — Faustus Labbey O. S. Ben. († 1727) edidit *chronicon luxoviense*. — Humbertus Belhomme O. S. Ben. baroducensis, philosophiae et theologiae lector, concionator insignis, abbas, sexies suae congregationis praepositus generalis (n. 23. Dec. 1653; † 12 Dec. 1727) monasterium suum restauravit, bibliotheca selecta instruxit, atque celebravit *Historia Mediani* in monte Vosago monasterii O. S. Ben. ex congr. s. Vitoni et Hidulfi, Argentorati 1724 in 4., opus rarum. — Huc quadantenus referri potest Philippus Hueber O. S. Ben. Viennensis (n. 1662; † 1725), dignus fratrum Petz sodalis, archivarius monasterii mellicensis, qui *Austriam* ex archivis mellicensibus industria sagaci illustravit, Viennae 1722; 1743, quo in op. exhibet l. 1. nucleum genealogicum diplomatum, chartarum, privilegiorum etc., l. 2. sigilla, 3. collectanea genealogica. In appendice 1. continetur brevis topographia diplomatica austriaca ordine alphabetico, in 2. specimina diversarum medii aevi scripturarum ordine systematico; in 3. *sacrae et profanae antiquitates mellicenses* [1]). — Alius ab eo est Alphonsus Hueber O. S. Ben. ex Obertratnach oppido Austriae superioris n. 15. Jun. 1668, bonus parochus, optimus religiosus († 12. Jan. 1734), rerum domesticarum judice Pez longe scientissimus, de historia tegernseensis sui monasterii admodum meritus. Edidit *Chronicon monasterii tegernseensis* auctoribus tribus anonymis, quorum postremus sec. XV. vixit. Accesit ejusdem Chronici continuatio usque ad hanc aetatem (1721), in Pez Thesauro Anecd. III pag. 498—594; *Vitae synopsis* s. Bernardi auct. Waging in Pez Bibl. asc. VII praef. XVI—XXXII. Multas suppetias et notitias transmisit eidem Pez, qui iis diligenter est usus. Reliquit plura opera msc. ad historiam sui monasterii illustrandam [2]). — Nicolaus Heyendal can. reg. s. Aug. e ducatu limburgensi n. 1658, in Italia, dum juvenis studiorum causa illuc esset profectus, a venetis militibus captus ad militiam in insula corcyrensi agendam per quadriennium adactus est. Redux in patriam canoniam rolducensem est ingressus (1684), in qua theologiam et ss. literas docuit, dein 1712 electus est in abbatem († 5. Maj. 1733). Sua doctrina de gratia controversiae pluribusque scriptis occasionem praebuit censuramque incurrit theologorum leodiensium et archiepiscopi coloniensis [3]). Scripsit etiam *Literas ecclesiasticas* de

[1]) Cf. Ziegelbauer IV, 543; A. E. lips. 1735 p. 145—155; J. des Sav. CXII, 91—191; Biogr. univ. LXV, 171.

[1]) Cf. Krones allg. d. Biogr. XIII, 282.

[2]) Cf. Lindner Die Aebte und Mönche der Ben.-Abtei Tegernsee p. 197—205.

[3]) Cf. Bibl. nat. Belg. 9, 340; Haagen allg. d. Biogr. XII, 363.

vita et de obligationibus ministrorum Ecclesiae, Leodii 1703 in 12. Continuavit *annales roldenses* ab a. 1158—1700, qui primum prodierunt supplementi instar in t. 6. *Histoire du duché de Limbourg* Leodii 1837 auctore Sim. Petro Ernst.

545. Ab historia ordinum et monasteriorum transeamus ad historiam *missionum*. Joannes de Rivero S. J. († 15. vel 27. Aug. 1736) Hispanus narrat *Historia de la Misiones* de los Llanos de Casanare y los Rios Orinoco y Mata, Bogotae 1883. — Joannes Patritius Fernandez S. J. Hispanus, qui videtur obiisse 1726, scripsit *Relacion Historial de las Missiones de los Indios,* que llaman Chiquitos que estàn à cargo de los Padres de la Comp. de J. de la Provincia de Paraguay, Matriti 1726 in 4., in alias quoque linguas versa, licet non fruatur tanto pretio historico. Latine versa prodiit Augustae V. 1733 (m. 120). — Antonius Sepp de Reinegg S. J. Tirolensis Kaldariae (Kaltern) n. 21. Nov. 1655; † 13. Jan. 1733) ab a. 1691 totum se dedit missioni Paraquariae, quam diu strenue promovit. Narratur ipsius iter et labores in Reisebeschreibungen und kurzer Bericht der denkwürdigsten Sachen selbiger Landschaft, Völkern und Arbeitung der sich alldort befindenden PP. Missionariorum, qui l. concinnatus est ex ejusdem literis Gabr. Sepp OSB. ejusdem fratre, Nürnberg 1697; continuatus Ingolstadii 1709. — Joannes Baptista de la Croix Chevrière de Saint Vallier ab a. 1688 —1727 episcopus quebecensis descripsit *Estat présent* de l'Eglise et de la Colonie françoise dans la Nouvelle France, Parisiis 1688 (m. 200).

546. Quaedam ex imperio sinensi reperiuntur in *Nouveaux Mémoires sur l'Etat présent de la Chine* Parisiis 1696 t. 2 in 12; 1696 ed. 3 t. 3 (cujus t. 3. est Car. Gobien, cf. supra p. 901) etc. auctore Ludovico Daniel le Comte Burdigalensi n. 10. Oct. 1655, quondam in illa regione missionario († 19. Apr. 1728), et in ejusdem *Lettre* à Mgr. le duc du Maine sur les cérémonies de la Chine, ib. 1700 in quibus sicut et Gobien admiratione in illum populum captus nimis extollit religionem et mores veterum Sinensium: quamobrem facultas theologica parisiensis propositiones inde excerptas ipsumque librum reprobavit [1]), imo vel parlamentum illum igni addixit (6. Mart. 1762). — Claudius Gallus Brito a. 1685 in missiones sinicas est profectus atque in literis sinicis adeo profecit ut ab imperatoris filio splendido mereretur insigniri elogio. Strenue adhaesit Turonio legato per imperium sinense apostolico, qui eum invitum licet in episcopum claudiopolitanum inauguravit et vicarium instituit apostolicum. Postea (1709) delatus est Pondicherium, ubi decreta pontificia circa ritus malabaricos promulgavit. Decessit 11. Nov. 1737 a. aetatis 81. Plurima reliquit opera de historia sinensi, de Sinensium religione, ritibus, philosophis [2]) etc. Ex ejus memoriis prodiit t. IV. *Bibliothèque orientale* ou dictionnaire universel contenant tout ce qui fait connoître les peuples d'Orient auctore Herbelot, Hagae 1777 —1779 t. 4 in 4. — Thomas Carolus Fleuriau d'Armenonville S. J. Parisiensis missionum per orientem procurator (n. 20. Nov. 1651; † 15. Jun. 1735) publicae luci dedit *Nouveaux Mémoires des Missions de la C. de J. dans le Levant,* Parisiis 1715—29 t. 7 in 12., quibus Ingoult et Alex. Roger († 17. Febr. 1757) duos alios 1745 et 1755 adjecerunt. Jam antea ediderat *Estat présent* de l'Arménie tant pour le Temporel que pour le

---

[1]) Cf. Censuram apud Feret III, 373 —378.

[2]) Cf. Fleurii H. E. cont. l. 230 § 42 Sommervogel VIII, 138—43.

Spirituel, ib. 1694 in 12; *Estat* des missions de Grèce, ib. 1695 in 12. — Franciscus a Jesu Maria de san Juan de el Puerto O. S. Franc. Hispanus, missionarius in Africa, scripsit *Mission historial de Marruecos* en que se trata de los martyrios, persecuciones y trabajos che han padecido los missionarios ord. ser. s. Franc. en el imperio de Marruecos y continua la provincia de s. Diego de Franciscos Descalços de Andalucia en el mismo Imperio, Hispali 1708 in f., opus rarum (m. 80); *Chronicorum provinciae discalceatae s. Didaci in Baetica* p. 1. ib. 1724 in f. — In primis vero memorandus est Josephus Stoecklein Bavarus, diu per Hungariam capellanus castrensis (n. 30. Jul. 1676; † 28. Dec. 1733), qui laudabili industria composuit *Der Neue Weltbott* mit allerhand Nachrichten dern missionariorum S. J.: allerhand so Lehr- als Geistreiche Brief-Schrifften und Reise-Beschreibungen, welche von den missionariis der G. J. von Beyden Indien und andern über Meer gelegennen Ländern seit a. 1642 —1726 in Europa angelangt seynd, Augustae 1728—61 t. 38 in f., quo in opere [1]) plurimum usus est collectione gallica *Lettres Edifiantes* P. Gobien, cujus supra mentionem fecimus (p. 901). Edidit Stoecklein t. 24; reliquos addiderunt Carolus Meyer erfordiensis (n. 17. Oct. 1678; † 22. Non. 1742), Petrus Probst (n. 17. Apr. 1699; † 19. Febr. 1750) et Franciscua Keller (n. 16. Apr. 1700; † 10. Mart. 1762). Composuerat quoque ex relationibus P. Sicard S. J. (p. 1089) abbatis gamingensis et v. P. Felicis Ulmensis O. Praed. 1485 et 1556 editis *Neuer Weltbott* so das ausführlich vorstellt den Auszug des Volkes Israel aus Egypten von Romesse an Nil-Fluss anzufangen biss auf Galgala an den Jordam in dise Ordnung samt zwo neuen Land-Taffeln, ib. 1732 in 8; etiam latine, Gratz 1758 in f.

547. Ex *hagiographis* mentione digni sunt: Conradus Janninck S. J., qui per annos facile quadraginta vel Sanctorum acta magnam partem ipse edidit, vel a majoribus edita defendit vel a posteris edenda paravit. Natus is est Groningae in Belgio foederato 16. Nov. 1650. Societatem Jesu iniit 24. Nov. 1670. Ob egregias dotes eum Henschenius potissimum delegit, tametsi nec sacerdos esset, nec theologiae studuisset, qui cum Papebrochio acta SS. continuaret. Verum antequam totus se huic operi consecraret, Romam missus est, ut theologiae vacaret (1681). Ante reditum in Belgium (a. 1686) plures lustravit bibliothecas praesertim in regno neapolitano magno cum fructu. Mox (1688) cum Baertio in Germaniam, Bohemiam et Austriam destinatur ad lustrandas bibliothecas. Redierunt per Bavariam, Sueviam et Lotharingiam celebriores abbatias, quae ab itinere non longe aberant, invisentes. Orta interim tempestate in actorum editionem, Janningus apologiam triplicem scripsit [1]), quam t. 1. Junii praefixam habes (seorsim Antwerpiae 1695 in 8.) estque contra Seb. a s. Paulo O. Carm. (cf. p. 914). Censura vero lata ab inquisitione hispana in quatuordecim volumina priora, iterum Romam missus est (1697), ubi actorum causam feliciter egit, atque demum (1715) abrogationem censurae hispanae impetravit [2]). Rediit a. 1700 ab Urbe non sine nova actorum codicumque vetustorum sarcina iterque per Austriam instituit tanti operis profectum semper intendens. Apoplexia correptus 27. Oct. 1719 convaluit quidem studiis tamen impar. Abhinc non-

[1]) Elenchum epistolarum (780) hujus ditissimae collectionis diligenter exhibet Backer III, 1753—1857.

[1]) Cf. A. E. lips. 1696 p. 131—139.
[2]) Cf. Elogium de vita et operibus P. Conr. Janningi t. 3. Jul. acta SS. § 5.

nisi sibi et Deo vacavit. Fere per quadriennium adhuc produxit vitam crudis convulsionibus obnoxiam († 13. Aug. 1723). Operam suam contulit ad acta SS. a t. 5. Maji usque ad t. 2. Julii. Simul vero studium singulare a. facile 20 ostendit in juventute per catechismum erudienda, donec moriente Papebrochio (a. 1714) gravioribus quam ante curis implicitus abstinere hoc caritatis officio cogeretur. Magni eum fecerunt viri in scientia summi, ut Norisius, Mabillonius, Magliabechius, Schelstratius, Muratorius, Saxius, Galeardus etc., ut ex eorum literis ad eum datis patet. — Janningi biographus et laboris socius Petrus Boschius (van den Bosche) vir singularis innocentiae, ipse decessit 14. Nov. 1736. Natus erat Bruxellae 19. Oct. 1686. Juvenis studio indefesso per annos circiter duodecim christianae doctrinae rudimenta pueris puellisque inculcabat. In studiis philosophicis et theologicis adeo excelluit, ut saepius publice disputaret atque disputatione de universa theologia eadem absolveret (a. 1720). Anno sequenti (1721) inter hagiographos cooptatus est. Scribendi initium duxit a tractatu historico chronologico *de patriarchis antiochenis* tam graecis quam latinis, imo et jacobitis usque ad sedem a Saracenis eversam [1]), qui reperitur t. 4. Julii et seorsim prodiit Antwerpiae 1725 in 4; Venetiis 1748. Operam suam contulit ad quatuor ultimos tomos Julii et tres priores Augusti [2]).

548. Hagiographorum tamen praecipuus hac aetate fuit Joannes Baptista du Sollier S. J., natus in oppido Herseau prope Tornacum 28. Febr. 1669, qui a prima juventute impense studiis se dedit, in quibus adeo excelluit, ut Romae de theologia universa, quam ibidem audiverat (1697—1700), magno auditorum plausu disputaret. In Belgium redux illustrandis SS. actis Papebrochio socius additus fuit, quo in opere impensa sedulitate ad mortem fere usque duravit. Quamplurimum illud promovit, cum non solus esset sagacis ingenii, indefessae diligentiae, sed etiam in reperiendis evolvendisque antiquitatis monumentis admodum felix. Quo fervore se impenderit vel hoc unum ostendit, quod post ejus mortem reperta fuerint circa duodecim millia epistolarum, quas hac de causa scripserat. Inter ejus symbolas eminent: Tractatus historico-chronologicus *de patriarchis alexandrinis,* in quo praeter primos sanctos aliosque vere catholicos antistites etiam haeretici et schismatici copti continua serie ad sua usque tempora deducuntur immixtis parergis ad res illius ecclesiae illustrandas accommodatis. Subjungitur appendix de initiis, erroribus et institutis copto-jacobiticis [1]), Antwerpiae 1708 in f. et t. 5. mensis Junii, opus magnae sagacitatis et eruditionis. *Acta b. Raymundi Lulli collecta, digesta et illustrata,* cum dissertatione, qua Lulli doctrinam vindicat ab omnibus accusationibus contra ejus orthodoxiam prolatis, ib. 1708 in f. et t. 5. Junii. *Martyrologium Usuardi monachi* ad excusa exemplaria quatuordecim, ad codd. mss. integros 17, ad alios ferme 50 collatum, ab additamentis expurgatum, castigatum et quotidianis observationibus illustratum, cui accedunt martyrologia hieronymiana contracta, ib. 1714 in f.; Venetiis 1745. In praefatione erudita disserit de omnibus antiquis martyrologiis; opus autem est molestissimi infinitique propemodum laboris, quod eruditi magni

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1727 a. 85 p. 1802—25; A. E. lips. 1726 p. 197—206; suppl. IX, 68.

[2]) Cf. ejus elogium t. 3. Augusti; Biogr. univ. LIX, 33.

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1709 a. 88 p. 1119—57; A. E. lips. 1709 pag. 536—39; J. des Sav. XLV, 30—40; 579—603.

aestimant [1]). Acriter editionem editoremque ipsum, quod ms. sangermanense non tanti fecisset, aggressus est anonymus quidam (scil. Jac. Bouillart O. S. Ben. n. 1669; † 11. Dec. 1726) in op. *Usuardi San-Germanensis monachi martyrologium sincerum* ad autographi in San-Germanensi abbatia servati fidem editum et ab observationibus R. P. Sollerii S. J. vindicatum [2]), Parisiis 1718 in 4. Cum vero occurrant multa quidem verba, sed argumenta pauca, tacendum sibi constituit Sollerius. Omnia quae scripsit excellunt judicio critico et eruditione solida. Licet vero totus studiis immersus videretur, otium semper reperit, quod animarum regimini impenderet. Neque minus insignis erat solida virtute atque studio religiosae perfectionis. Scrupulosa fere diligentia servabat regulas, modestiam, pacem animi imperturbabilem, caritatem erga Deum et proximum in omni sua vivendi ratione prae se ferebat. Asthmate correptus 1737 mortis incidit [3]) periculum vitamque inde duxit per triennium doloribus plenam († 17. Jun. 1740).

549. Stephanus Wielowieyski S. J. Polonus, concionator clarus († 4. Nov. 1721) reliquit vitas multorum sanctorum lingua patria, quae post ejus mortem Calissii 1753—39 t. 4 in f. prodierunt. Eae tamen sunt minus criticae. — Innoc. Pokorski O. Erem. s. Pauli Varsoviae publici juris fecit *vitas* ss. patrum Paulinorum ex ordinis annalibus excerptas († 1740). — Petrus Antonius de Venetia O. Min. str. Obs. collegit *Giardino Serafico historico* fecondo di fiori e frutti di virtù, di zelo e di santità nelli tre Ordini istituti dal gran patriarca de Poveri di s. Francesco, Venetiis t. 2 in 4; *Legendarium Franciscanum,* cujus ad a. 1721 jam prodierant Mediolani t. 10 in 4. — Benedictus Chiarelli S. J. Messanensis (n. 10. Apr. 1658; † 5. Jan. 1727) reliquit *Memorie sacre della Città di Messina* nelle quali si descrivono le Istorie de' Santi, Beati, Tutelari e Patroni della medesima città con un aggiunta d'alcune persone insigni in pietà, che sono fiorite circa l'età dell'Autore, Messanae 1705 in 4. — Bern. Maria d'Amici Mediolanensis O. Olivet. Mediolanensis (n. 1672; † 1722) reliquit *Vita di cento Santi e Sante* dell' Ord. di s. Benedetto, Venetiis 1744 ed. 2. — Vitus Alexius Lobineau O. S. Ben. congr. s. Mauri rhedonensis (n. 1666; † 3. Jun. 1727) bene meruit de patria sua op. quod incepit Le Gallois (cf. supra p. 432) et inscribitur: *Histoire générale de Bretagne* composée sur les titres et les auteurs originaux (ab a. 458—1332), Parisiis 1707 t. 2 in f., in qua multa reperiuntur, quae spectant ad historiam ecclesiasticam [1]). T. 3. qui complecti debebat documenta historica, non prodiit. Socium laboris pro parte critica habuit Dionysium Briant († 28. Jan. 1716), qui et multas suppeditavit notitias pro Gallia christiana. Postea edidit: *l' Histoire ou*

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1714 a. 156 p. 2086—2108; J. des Sav. LX, 581—93; A. E. lips. 1715 p. 473—480.

[2]) Edidit Bouillart etiam *Histoire de l' abbaye royale de S. Germain des Près* contenant la vie des Abbés qui l'ont gouvernée depuis sa fondation; les hommes illustres, qu'elle a donnés à l'Eglise et à l'Etat; les privilèges accordés par les souverains Pontifes et par les Evêques; les dons des Rois, des Princes et des autres bienfaiteurs. Avec la description de l'Eglise, des tombeaux et de tout ce qu'elle contient de plus remarquable. Le tout justifié par des titres authentiques et enrichi de plans et de figures, Parisiis 1724 in f., de quo cf. J. des Sav. LXXIV, 483—494.

[3]) Cf. elogium, quod exstat act. SS. mensis Aug. t. 5 et Mém. de Tr. 1743 a. 62 p. 2250—66.

[1]) Cf. A. E. lips. 1710 p. 18—22. De scriptis, quae occasione hujus historiae prodierunt, cf. Tassin II, 135—145, J. des Sav. XLIII, 166—170; de la Boderie Correspondance et Documents, Parisiis 1880.

vies des Saints de Bretagne, que l'Eglise honore d'un culte public et des personnes d'une éminente piété qui ont vécu dans la même province avec une addition à l'Histoire de Bretagne, Rhedone 1723 in f., 1725 aucta ab ab. Tresvaux Parisiis 1836—38 t. 5, quibus t. 6. adjecit *l' Eglise de Bretagne* d'après des matériaux de D. Morice, 1839. *Histoire de la ville de Paris* composée par D. Mich. Felibien, revue, augmentée etc., Parisiis 1725 t. 5 in f., quam etiam continuavit [1]) ab a. 1661. — Josephus Grandet congr. s. Sulp. Andegavensis n. 30. Jul. 1646, regimini seminarii andegavensis diu addictus († 1. Dec. 1724) plurima reliquit opuscula edita et inedita[2]), biographica in primis, inter quae eminent *Les saints Prêtres français du XVIIe siècle,* primum cura G. Letourneau Andegavi 1896—98 editum t. 3, in quibus triplex vitarum (34, 37, 22) series exhibetur; *Mémoires* de Jos. Grandet: *Histoire du Seminaire d' Angers* (1659—95), primum ed. ab eodem G. Letourneau, Angers 1893 t. 2 in 8, cui praemissa est insignis et ampla notitia de nostro auctore. — Michael Strunk S. J. Paderbornensis n. 1. Nov. 1677, philosophiae et theologiae Paderbornae et Monasterii professor, destinatus fuit qui continuaret annales patrios a Schaten (p. 200) coeptos, sed morte sublatus 5. Dec. 1736 opus jam ex parte paratum edere non potuit. Edidit vero *Westphaliam sanctam, beatam et piam* sive vitas eorum, qui sua sanctitate et piis exemplis Westphaliam illustrarunt[1], Neuhusii 1715 p. 1. Partem alteram primum edidit (cum priore) Guilelmus Engelbertus Giefers, Paderbornae 1854. 1855 t. 2 cum auctoris elogio; germanice Monasterii 1863—64. Epitome historica *de vita,* reliquiis et beneficiis admirabilibus *s. Liborii* ep., ib. 1736. — Hadrianus van Loo Gandavensis († 14. Oct. 1727) collegit *De Levens van de Heyligen der Nederlanden,* Gandavi 1705 t. 2 in 4. Vertit ediditque plura opuscula spiritu Jansenismi infecta [1]). — Josephus Franciscus Bourgoing de Villefore Parisiensis, academiae inscriptionum socius (n. 1652; † 2. Dec. 1737) scripsit *Vies des saints Pères des déserts d' Occident,* Parisiis 1706—1708 t. 5 in 12; et stilo simplici sed nobili *Vie de s. Bernard,* ib. 1704 in 4.; *Anecdotes* ou Mémoires secrets sur la constitution *Unigenitus,* 1730 t. 3 in 12., quod opus auctorem prodit propensum in sectam jansenianam. Illud impugnavit acriter Petrus Lafitau sistaricensis episcopus effecitque, ut regis jussu supprimeretur. Reliquit plura scripta historica et versiones operum Patrum. — Aliquorum apostolorum (Andreae, Joannis et Matthiae) et s. Joannis Baptistae vitas necnon historiam monasteriorum urbis pragensis (Pragae 1715) descripsit Joannes Florianus Hammerschmid, Bohemus, s. theologiae doctor [2]), protonotarius apostolicus et canonicus wissehradensis (n. 4. Maji 1652; † 1735 a. aetatis 83), vir sagax et diligens in scrutandis antiquitatis monumentis.

550. Pinchinart O. Min. collegit *Dictionnaire chronologique, historique, critique* sur l'Origine de l'Idolatrie et de tous les principaux Hérétiques et Fanatiques qui ont causé quelque trouble dans l'Eglise, Parisiis 1736 in 4. — Ludovicus Doucin S. J. Vernonensis in Normannia, qui strenue Jansenistas impugnavit (n. 21. Aug. 1652; † 21.

[1]) Cf. J. des Sav. LXXVIII, 309—318; LXXIX, 338—47; 310—19; Biogr. univ. XXIV, 598.

[2]) Eorum elenchum bene longum exhibet Bertrand Bibliothèque Sulpicienne I, 223—41.

[1]) Cf. E. Varenbergh Bi. nat. de. Belg. XII, 375.

[3]) Wurzbach Biogr. Lex. des Kaiserth. Oesterreichs 7, 289.

Sept. 1726), egregia reliquit scripta ad haerescologiam spectantia. *Specimen observationum ad nestorianam historiam* ac varios tum veterum tum recentiorum auctorum, qui eam attigerunt, locos, Parisiis 1698 in 12; *Histoire du Nestorianisme,* ib. (etiam Hagae et Amstelodami), 1698 in 4; in qua Vigilium papam vindicat ab errore in fide et infallibilitatem sedis apostolicae tuetur; *Addition à l'histoire du Nestorianisme,* où l'on fait voir quel a été l'ancien usage de l'Eglise dans la condamnation des livres et ce qu'elle a exigé des fidèles à cet égard, Parisiis 1703 in 12., opus industria, accuratione, ordine et nitore conscriptum, quapropter magni aestimatur [1]), sicut et aliud: *Histoire de l'Origénisme* i. e. Histoire des mouvements arrivés dans l'Eglise au sujet d'Origène et de sa doctrine.[2]), ib. 1700 in 12; *Mémoire touchant le progrès du Jansénisme* en Hollande, Coloniae 1698 in 12; *Traité de l'usage du Calice* et de la Communion sous les deux espèces, Parisiis 1685 in 12; *Instruction pour les nouveaux Catholiques* où l'on explique tous les articles contestés et où on rend raison par l'Ecriture et par les Pères des premiers siècles, ib. 1686 in 12; Cadomi 1686 in 12., aliaque contra Calvinianos et Jansenianos. — Franciscus Catrou S. J. n. 8. Dec. 1659 Parisiis, in literis humanioribus graecis latinisque cultissimus, auctor fuit etiam et parens fasc. periodicorum *Mémoires de Trévoux* (cf. p. 1123) a. 1701, quibus se impendit [3]) duodecim annis († 12. Oct. 1737). Ex operibus, quae edidit, huc spectat *Histoire des Anabaptistes* contenant leur doctrine et diverses opinions qui les divisent en plusieurs sectes, Parisiis 1695 in 12; Amstelodami 1699; 1700; et sub inscriptione: *Histoire du fanatisme* dans la religion protestante depuis son origine, Parisiis 1705 t. 2; 1706; 1733 etc., cujus velut t. 3. est *histoire des Quakers* ou Trembleurs, 1733 in 12. — Joannes Baptista Louvereul congr. doctr. christ. narrat *Le fanatisme renouvelé* ou l'Histoire des sacrilèges, des incendies, des meurtres et autres attentats que les calvinistes révoltés ont commis dans les Cévennes depuis le commencement de leur révolte, Avenione 1704—6 t. 4 in 12. — Ludovicus Anastasius Guichard tertii ord. s. Franc. Senonensis († 15. Aug. 1737) luci publicae dedit *Histoire du socianisme* pp. 2, Parisiis 1723 in 4., cujus tamen t. 2. non prodiit, licet impressio fuerit coepta. — Huc denique spectat etiam Fr. van Ranst, de quo infra loquemur.

551. Haud pauci *archaelogiam* [1]) christianam excoluerunt, in primis in Italia. Pompejus Sarnelli n. Polignani a. 1649, juris et theologiae doctor, protonotarius apostolicus, demum episcopus vigiliensis (Bisceglie † 1724) scripsit *Lettere ecclesiastiche* (40), Neapoli 1686 in 4; Venetiis 1718; 1740, t. 3 in 4, sat raras, magnum judice Zaccaria sacrae eruditionis promptuarium, in quibus disputat [2]) de variis epistolarum ecclesiasticarum generibus, de mitris, canonicis, chorepiscopis, de episcoporum appellatione, bugia, an mu-

---

[1]) Cf. A. E. lips. 1699 p. 166—167; J. des Sav. XXVI, 580—83; Biogr. univ. XI, 610.

[2]) Cf. A. E. lips. 1700 p. 471—480.

[3]) Cf. plura de ejus vita et operibus in Elogio, quod legitur in Mém. de Tr. 1738 a. 43 p. 641—54.

[1]) Argumentum singulare et rarum tractavit Ant. Bombardini patavinus (n. 1666; †1726) juris antecessor et canonicus ecclesiae cathedralis, in op. *de carcere* et antiquo ejus usu ad haec usque tempora deducto, Tr. in 2 pp. distributus, quorum altera historiam carceris, altera praxim complectitur, Patavii 1713 p. 1; etiam in Poleni Novis supplem. utriusque thes. antiquitatum rom. graecarumque III, 740 ss.

[2]) Cf. A. E. L. 1687 p. 172—182; 248—254.

sica harmonica templis sit eliminanda, de corona clericorum, de canonibus, quibus clericis barba prohibetur, cur die coenae Domini tredecim pauperum pedes laventur, de bireto et berretino, de clericorum vestibus, de eorum annulo, de archidiaconorum et archipresbyterorum munere, de valore ordinum, qui ab haereticis, schismaticis etc. conferuntur, de baptismo solemni, de jejuniis, an votum solemne castitatis a pontifice relaxari possit, de anno nativitatis Christi, de imaginibus sacris etc. *Antica Basilicografia*, Neapoli 1686 opus eruditum[1]); *Memorie cronologiche de' vescovi ed arcivescovi della s. Chiesa di Benevento* colla serie de'Duchi e Principi Longobardi della stessa città, ib. 1691 in 4; *Cronologia de' Vescovi e Arcivescovi Sipontini,* Manfredoniae 1680 in 4; *Memoire de'vescovi di Bisceglia* e della stessa città, ib. 1694 in 4; *Elogi di Preti illustri* per la bontà di vita, Napoli in 4. — Michael a s. Amato (Amati) presbyter neapolitanus juris theologiae doctor, sodalis congreg. apostolicarum missionum, variis in aula muneribus auctus, protonotarius apostolicus († 15. Nov. 1729), disseruit *de opobalsami specie ad sacrum chrisma conficiendum requisita*[2]), Neapoli 1722 in 8; *de piscium atque avium esus consuetudine* apud quosdam Christi fideles in antepaschali jejunio[3]), 1723 in 12. proh. 16. Jul. 1725; in ea diss. censet avium esum permitti in jejunio; *dissertationes historico-dogmaticae,* 1. in qua ad trutinam revocatur, quibus de causis in antiquis fidei symbolis nicaeno et CP. articulus ille *descendit ad inferos* fuerit praetermissus; 2. de inferni situ adversus novum commentum cujusdam (Swinden) natione Angli; 3. in qua enucleatur, quomodo Christus in ultima coena eucharistiae benedixerit et utrum uno an pluribus calicibus usus fuerit; 4. de ritu, quo in primitiva Ecclesia fideles s. eucharistiam percepturi manibus excipiebant, ubi expenditur, quidnam fuerit dominicale, quod mulieres afferre debere jubebantur, ib. 1728 in 4. Reliquit plura inedita. — Philippus Bonarotius (Buonaroti) in explicandis monumentis antiquitatis prudentia et eruditione singulari praeditus, natus est 18. Nov. 1661. Romam profectus mox a card. Casp. Carpinaeo praefectus est bibliothecae atque musaeo magna numismatum copia instructo, quorum confecit indicem in hoc scriptionis genere omnibus numeris absolutum. Florentiam revocatus a Cosmo III. senator dictus est et postea pro ecclesiasticis negotiis pro principe praeses. Familiari consuetudine utebatur cum Norisio, Ciampini, Fontanini. Singulari doctrinae singularem adjunxit modestiam et liberalem omnibus gratificandi voluntatem († 8. Dec. 1733). Licet autem magis meruerit de archaeologia profana, huc referendus est propter opus: *Osservazioni sopra alcuni frammenti di vasi antichi di vetro ornati di figura* trovati ne'cimiteri di Roma, Florentiae 1716 in 4., opus rarum, in quo eruditissime disserit de re vestiaria omnique fere cultu illius aetatis, qua Ecclesiae velut infantia continetur; investigat originem illius ornamenti, quod nimbum veteres dixerunt et ejus historiam describit, et quidquid tangit feliciter sagaciterque illustrat[1]). Reliquit ad 60 volumina mss.

552. Antonius Maria Lupi S. J., quem de Rossi[2]) solidissimum inter vetustiores archaeologos censet, humilibus parentibus natus est Florentiae 14. Jul. 1695. Annos natus 17 societatem Jesu est ingressus; completo ty-

[1]) Cf. A. E. L. 1688 p. 168—170.
[2]) Cf. Mém. de Trév. 1723 a. 56 pag. 907 ss.
[3]) Cf. ib. 1724 a. 54 pag. 1107—19, Cf.Bibliogr. univ. LVI, 256.

[1]) Cf. Fabronius VI, 122—168; A. E. lips. suppl. VII, 145.
[2]) Roma sotteranea I, 53.

rocinio Senas missus ad tradendam rhetoricam, cui muneri egregie satisfecit. Theologiae cursum disputatione publica absolvit magna auditorum admiratione. Licet aliis muneribus et occupationibus detineretur (selectus enim fuit a societatis praeposito Generali, ut ei esset ab epistolis), quidquid illis temporis surripere potuerat, impendebat in iis undique colligendis, quae veterum christianorum consuetudinem vitamque declarabant, de quibus multa solebat pro suo singulari in religionem studio, in sermonibus quotidianis dicere. Singularis quoque erat ejus dexteritas in praeparandis ad virtutem animis. In omni enim sermone suo, in omnibus disciplinarum quae dabat magistri munere fungens praeceptis, nunquam non prudenter intexebat aliquid utile et ad pietatem spectans. Panormum missus a. 1733, ut dirigeret nobilium collegium recens ibidem erectum, omnium luctu decessit [1]) 3. Nov. 1737. Edidit: *Dissertatio et animadversiones ad nuper inventum Severae M. epitaphium*,. Panormi 1734, opus admodum eruditum, quod a viris doctis magni aestimatur: multa enim attingit et illustrat, atque data occasione disserit de cyclis et chronologia, de ornamentis, siglis, de orthographia, de interpunctione, de vocibus ac dicendi modis barbaris, qui in inscriptionibus christianis apparent. *De notis chronologicis anni mortis et nativitatis D. N. J. Christi,* Romae 1744 in 4. Zaccaria post aliam editionem opusculorum 1753 Aretii factam pleniorem curavit inscriptam: *Dissertazioni, Lettere ed altre operette del ch. P. A. M. Lupi* per la maggior parte non più stampate, ora ordinate, a luogo illustrate con Giunte e Annotazioni, Faventii 1785 t. 2 in 4., in quibus disserit erudite de antiquis baptisteriis, de nonnullis inscriptionibus, vitris, siglis christianis etc.; reperiuntur etiam ibid. *theses* historicae, chronologicae, criticae, philologicae etc. ad vitam Constantini M., spectantes quae prodierant Panormi 1736.

553. Eodem anno (1737) decessit Franciscus Orlendi (Orlandi) O. Praed., Laudensis, qui innotuit dissertatione inscripta [1]): *duplex lavacrum in coena Domini fidelibus exhibitum,* alterum ex Christi mandato de sacra pedum lotione, alterum ex veteris Ecclesiae disciplina de expiandis altaribus, Florentiae 1710 in 4., in qua respondere nititur quaestioni, cur 13 pauperibus pedes laventur; sed in primis opere, cui titulus: *Orbis sacer et profanus illustratus* [2]), seu dioeceseon, provinciarum et metropoleon tum ecclesiastica tum civilis distributio imperii romani et Europae, Asiae, Africae, Americae, Florentiae 1728—40 t. 5 in f., opus (completum) rarissimum, in quo ad normam veteris notitiae romani imperii geographiam et historiam orbis tam sacram quam profanam exhibet. — Agnellus Onorato, ecclesiae aversanae canonicus, juris ecclesiastici peritus, sacram antiquitatem illustrare conatus est aliquot dissertationibus, quae virum produnt non exiguae lectionis, sed nihil minus quam subacti judicii solidaeque doctrinae [3]). Prodierunt inscriptae: *Dissertazioni su vari punti degli antichi Riti e della Disciplina di s. Chiesa* recitate in publica Ragunanza di Letterati, Lucae 1737 in 4., in iisque disserit de canonizatione sanctorum, de mulieribus subintroductis seu agapetis, de diaconissis, de extrema unctione, de continentia conjugatorum, de communione infantium etc., *del moderato e convenevol*

[1]) Cf. Fabronius op. cit. XV. 32—53; Sommervogel V, 187—92.

[1]) Cf. J. des Sav. XLVIII, 227—29; L, 82—89, et A. E. lips. suppl. V, 176—180.

[2]) Cf. J. des Sav. CI, 157—164; 346—57; 519—25; suppl. ad nova A. E. II, 1—7; 52—58; 338—44.

[3]) Zaccaria in bibl. rit. II, 261.

numero de' Cherici secondo l'antica e moderna disciplina della Chiesa, Venetiis 1768 in 8. — Jacobus Antonius del Monaco congr. Or. († 20. Nov. 1736) scripsit Discorso su la calunnia *del culto Asinino* imputato agli antichi Cristiani, Neapoli 1715 in 4. — Jacobus Marsollier can. reg. abb. s. Genovefae, Parisiensis n. 1647, praepositus cathedralis Ucetiae, ad quam missus fuit cum nonnullis sodalibus pro reformatione capituli († 30. Aug. 1724), vir laboriosus et ferax, praeter plures biographias sat diffusas et oratorio stilo conscriptas ut card. Ximenis (Tolosae 1694), Henrici VII. regis Angliae (Parisiis 1700), s. Franc. Salesii, Joan. le Bouthillier de Rancé fundatoris congr. trappistarum, s. Franciscae de Chantal etc., scripsit [1]): *Histoire de l'Inquisition et son origine,* Coloniae 1693 in 12. sub nomine ficto Petri Marteau, proh. 19. Maj. 1694, quae prodiit postmodum aucta Parisiis t. 2; *Apologie ou justification d'Erasme* [2]), Parisiis 1713 in 12, quam tamen nonnulli tamquam nimis indulgentem impugnarunt [3]); *Histoire de l'origine des dîmes et autres biens temporels de l'Eglise* 1689 in 12., proh. 5. Jul. 1694; tract. *de antiqua Ecclesiae disciplina in diversis celebrandis officiis,* Lugduni 1706 in 4. — Insignis numismaticus fuit Petrus Jos. (non Nicolaus) de Grainville S. J. Rotomagensis (n. 13. Febr. 1642; † 2. Febr. 1730), cujus plures exstant doctae diss. in Mémoires de Trev., quibus et Harduini singulares opiniones refellit. Inter eas est Lettre *sur l'usage* qu'on peut faire des médailles par rapport à la religion, ib. 1715 p. 1411—33; Diss. *sur la vérité* de la vision de Constantin, ib. 1721 p. 1004—25.

554. Joannes Maria Crescimbeni Maceratensis (n. 9. Oct. 1663: † 8. Mart. 1728) poesi admodum deditus, pro cultura literarum humaniorum Romae auctor fuit academiae Arcadia appellatae. Is reliquit carmina, biographias aliaque opuscula archaeologica [1]), inter quae *Istoria della Basilica di s. Maria in Cosmedin* (cujus erat archipresbyter) col ristretto di molte altre Chiese di Romae con molte figure in rame, Romae 1711 t. 1; 1715 t. 2.; col catalogo cronologico dei Senatori di Roma etc., ib. 1719; *Istoria della Chiesa di s. Giovanni* a porta latina con la notizia di altre Chiese, ib. 1716; *Istoria della Basilica di s. Anastasia,* ib. 1722; *Omelie ed Orazioni* di Papa Clemente XI. volgarizzate, Firenze 1704; Venezia 1713. — Petrus Valerius Martorelli episcopus feretranus (Montefeltre) 1703—24, quo a. resignavit, copiosissime egit de domo lauretana in *Teatro istorico* della santa Casa Nazarena, Romae 1732—35 t. 3 in f., quod opus dives est repertorium documentorum ad hanc domum spectantium: complectitur quoque plura de hoc argumento opuscula. — Joannes Christophorus Battelli Sassocorvariensis dioeceseos Urbinatis clarus erat archaeologus. Romae erat canonicus Mariae Majoris, praelatus domesticus et Clementis XI. secretarius brevium ad principes. Decessit archiepiscopus amasenus 30. Jul. 1725. Multa scripsit [2]) plerumque inedita (44); prodiit diss. *de sarcophago marmoreo Probi Anicii et Probae Faltoniae* in templo vaticano, Romae 1705 in 8. Composuit quoque brevem *vitam Clementis XI.* praemis-

[1]) Cf. Niceron VII, 150—160; Feller V, 580; Biogr. univ. XXVII, 262; Quérard V, 563. Ab aliis aliter dijudicatur. Imo prodiit l. *Marsollier découvert et confondu dans ses contradictions,* 1708 in 12.

[2]) Cf. J. des Sav. LVI, 25—36.

[3]) Ita P. Gabriel O. S. Aug.: *Critique de l' Apologie d' Erasme,* Parisiis 1720 in 12., de qua cf. J. des Sav. LXVII, 174—181; et anonymus in Mémoires de Tr. 1714 a. 68 p. 954—72.

[1]) Cf. Morus bibliot. picena III, 325—33, qui opera ejus edita 28 et 11 inedita recenset.

[2]) Cf. Morus bibl. pic. II, 111.

sam hujus pontificis Bullario Romae ed. 1723. — Joannes Interian de Ayala O. b. Mariae de Merc., salmanticensis academiae doctor atque ib. s. theologiae cum sacrarum linguarum interpretatione professor (n. 1656; † 1730) opus reliquit inscriptum: *Pictor christianus eruditus* sive de erroribus, qui passim admittuntur circa pingendas atque effingendas ss. imagines, Matriti 1730 in 4., de quo Paquot in praef. ad *Molani historiam ss. imaginum* ita rigide judicat: »Librum (Ayalae) nactus pro thesauro, quod ajunt, carbones inveni; nihil enim aliud ab auctore praestitum erat, quam quod Molani libellum (cf. III^3, 320) plurimis qua scholasticis, qua concionatoriis meditationibus auctum ac pingui oratione convestitum, hispanis suis exhibuisset: critici vero examinis aut sacrae ac antiquariae et ecclesiasticae eruditionis, quam in primis quaerebam, nec vola, nec vestigium apparebat, si modo ea demeres, quae ille ex auctore nostro in codicem suum transtulit [1]).«

555. In historia *literaria* excelluit Jacobus Echard O. Praed. Rotomagensis, qui opus bibliographicum a Quetif (cf. p. 575) inchoatum summa accuratione perfecit et absolvit, cui titulus: *Scriptores O. Praedicatorum recensiti notisque historicis et criticis illustrati;* opus quo singulorum vita praeclareque gesta referuntur, chronologia insuper seu tempus, quo quisque floruit, certo statuitur, fabulae exploduntur: scripta genuina, dubia, supposititia expenduntur; recentiorum de iis judicium aut probatur, aut emendatur: codices manuscripti, variaeque e typis editiones, et ubi habeantur, indicantur: alumni dominicani, quos alieni rapuerant, vindicantur; dubii et extranei, falsoque adscripti ad cujusque seculi finem rejiciuntur et suis restituuntur. Praemittitur in prolegomenis notitia ordinis, qualis fuit ab initio ad annum 1720, tum series capitulorum generalium iis annis habitorum. Denique index eorum, qui ad ecclesiasticas dignitates promoti fuerunt vel (hic) laudatorum vel alias ab aliis omissorum, Parisiis 1719 et 1721 t. 2 in f., opus quod a viris eruditis magni (m. 300) aestimatur [1]). Edidit quoque: *S. Thomae Summa vindicata* sive de Vincentii Bellovacensis scriptis dissertatio, ib. 1708 in 8., in qua ostendit, speculum morale tam simile 2. p. Summae s. Thomae hactenus Vincentio bellovacensi tributum, unde illius partis genuinitas in dubium a nonnemine fuit vocata, esse suppositum. Obiit 15. Mart. 1724. — Opus pariter praestans quamvis non eadem accuratione, industria tamen omnino laudanda elaboratum reliquit Joannes a s. Antonio O. Min. Disc. praecipuis muneribus in ordine functus, scil. *Bibliothecam universam franciscanam* sive alumnorum trium ord. s. P. N. Francisci, qui a seraphico ordine condito usque ad praesentem diem latina sive alia quavis lingua scripto aliquid consignarunt encyclopaedia, Matriti 1732—33 t. 3 in f., opus admodum rarum et pretiosum [2]). *Franciscos descalzos* en Castilla la vieja, Chronica de la s. Provincia de s. Pablo, Salmanticae 1728 t. 1; Matriti 1729 t. 2 in f.

556. His adjungi debet Marianus Armellini O. S. Ben. Anconitanus n. 10. Dec. 1662. Religionis rudimenta posuit a. 1678 in monasterio ad s. Paulum in Urbe; dein Casinum missus fuit, ut eo in asceterio religiosae vitae rerumque monasticarum doctrina

[1]) Cf. Biogr. univ. LVI, 607.

[1]) Cf. J. des Sav. XLI, 108—23; LXIX, 574—80; A. E. lips. 1720 p. 153—61; 441—54; 1723 p. 474—482. Mém. de Trév. 1708 a. 121 p. 1479—1495, ubi sagax et solida disputandi ratio auctoris nostri impense laudatur; Biogr. univ. 12, 455.

[2]) Cf. Mich. a s. Jos. 1, 500 ss.

penitius imbueretur. Expleto studiorum curriculo sub celebri Alex. Lello philosophiae docendae applicatur a. 1687. Ab a. 1697—1722 variis in locis ad populum dixit. Tempus a concionibus vacuum concinnandae bibliothecae casinensi potissimum consecravit, ideoque etiam plura per Italiam itinera instituit literaria. Senensi monasterio praefectus fuit abbas a. 1723, translatus (1729) ad regendam abbatiam s. Petri de Assisio et 1734 ad monasterium Feliciani prope Fulgineum. Decessit 4. Maj. a. 1737. Collegit [1]) magna diligentia *bibliothecam benedictino-casinensem* sive scriptorum casin. congr. alias s. Justinae patavinae, qui in ea ad haec usque tempora floruerunt, operum ac gestorum notitiam, Assisii 1731 et 32 t. 2 in f.; Appendix *de viris literis illustribus* e congr. cas., de quibus tamen non liquet an aliquid scriptis consignaverint, Fulginei 1732; *catalogus* virorum sanctitate illustrium e congr. cas. alias s. Justinae patavinae, Assisii 1733; ejus *continuatio,* Romae 1734; *catalogi tres* episcoporum, reformatorum et virorum sanctitate illustrium etc., Assisii 1733; *catalogus monachorum* congr. cas. . . ., qui alias monachorum congregationes vel monasteria reformarunt, ib. 1733; *Additionès et correctiones* bibliothecae benedictino-casinensis primae (et secundae) p. tam quae in ipso op. ad calcem cujusque literae alphabeti ordine appositae fuerunt, tam quae postea longe majori numero adornatae sunt; accessit appendix de quibusdam aliarum per Italiam O. S. Ben. congregationum tum scriptoribus, tum episcopis tum denique viris sanctitatis opinione illustribus, Fulginei 1735; 1736. — Martialis a s. Jo. Baptista O. Carm., in seculo Joannes Lacombe appellatus, apud Lemovicenses ortus, lectorem prioremque saepius egit, definitorem quater aut quinquies, semel provincialem, visitatorem generalem parisiensis et Armoricae provinciarum († 1. Jun. 1736). Collegit digessitque stilo nitido *Bibliothecam scriptorum utriusque congregationis et sexus carmelitarum discalceatorum,* Burdigalae 1730 in 4. Fatetur auctor modeste se fere cuncta quae spectant scriptores congr. hispanae accepisse ab Anastasio a s. Theresia, qui jam praelo paratam habebat scriptorum hujus congr. bibliothecam, quam propterea noluit amplius typis edere.— Pellegrino (Peregrinus) Antonius Orlandi O. Praed. Bononiensis theologiae magister et doctor, in suo coenobio pluries praesidens et prior, vir pietate et doctrina egregius († 8. Nov. 1727 a. aetatis 68) inter plurima opera [1]) edita et inedita (24) praeter *Abecedario Pittorico,* Bononiae 1719, in quo circa 4000 artificum meminit, collegit *Notizie degli Scrittori Bolognesi* e dell' Opere loro stampate e manoscritte, Bononiae 1714; *Origine e Progressi* della Stampa o sia dell' Arte impressoria, e Notizie dell' opere stampate dall' a. 1457—1500. s. l. et a. (1722). — Joannes Benedictus Gentilottus ab Engelsbrunn O. Equestris, Tridentinus, qui magno profectu studiis operam dederat Salisburgi, Oeniponti et per octennium Romae, excelluit in utroque jure, in linguis quoque graeca, hebraica et arabica. Anno 1725 electus fuit in episcopum tridentinum, sed moerore confectus, quod tanto muneri prae modestia imparem se judicaret, eodem hoc anno 20. Sept. defunctus est. Adjuvit Montfauconium in editione *opp. s. Joannis Chrys.,* Echardum in colligendis *scriptoribus O. Praed.,* Muratorium in ed. *chronici Sicardi* ep. cremonensis; Coletum in ed. t. 5. *Italiae sacrae,* in quem exstant ejus additiones

[1]) Cf. Ziegelbauer III § 37; Biogr. univ. II, 479; A. E. lips. 1739 p. 673—76; Bibl. picena 1, 215.

[1]) Cf. Fantuzzi Notizie degli Scritt. Bol. VI, 191—97.

copiosae et eruditae; Hansizium in ed. *Germaniae sacrae* [1]) etc.

557. Nicolaus Comnensis Papadopoli Cretae natus a. aetatis 12. Romam venit et in collegio s. Athanasii theologiae operam dedit. Juris pontificii professor erat (1688) in universitate patavina († 25. Jan. 1740 a. aetatis 80), cujus etiam *historiam* conscripsit Venetiis 1726 t. 2 in f. Reliquit et *epistolam* contra Jobi Hockstoni ep. haereticam [2]); *praenotiones mystagogicas* ex jure canonico, Patavii 1697 in f., in quibus ostendere nititur graecam ecclesiam neque in moribus neque in doctrina ab Ecclesia romana dissentire; in primis vero Margunii, episcopi cytherei, Nomocanonem crisi subjicit docteque expendit quae sacris ordinibus sunt praemittenda [3]). — Huc quoque referri potest cujus supra pag. 923 mentionem fecimus, Alexander Thomas Arcudi O. Praed. patria Venetus ex celebri Arcudiorum familia, cujus est *Galatina Letterata,* nella quale si rappresentano 44 personaggi, che anno illustrato colle lettere la loro patria di s. Pietro in Galatina, Genuae 1709 in 8 sub nomine anagrammatico Candidi Malasorte Ussari, quod cum nonnullis esset ingratum, illud defendit in l. *Utraque Galatina defensa* liber et patria etc. ib. 1715. — Franciscus Stiller SJ. Pragensis (n. 3. Febr. 1641; † 25. Sept. 1721) collegit *Academiam Franciscorum* sive diss. de Franciscis literatis, Brunae (1689) in 4; *Annum Franciscorum* sive historicam eorum ephemeridem eventuum gestorumque variorum memoriis secundum anni dies conscriptam, Pragae 1680 in 4. — Pretiosae sunt *Mémoires pour servir à l'histoire des hommes illustres* dans la republique des lettres avec un catalogue raisonné de leurs ouvrages, quas collegit [1]) ediditque Parisiis 1729—45 pp. 43 in t. 44, Joannes Petrus Niceron O. Barn. Parisiensis (n. 1685; † 8. Jul. 1738). Non sunt omnes ejusdem pretii, sed multae admodum accuratae: subinde tamen nimis extollit et laudat auctores religioni christianae infensos: de scriptoribus vero catholicis acrius, quam par est, judicat vel nimis obiter de iis disserit. Ipsius sunt t. 39 priores. Cogitaverat jam longe majus opus scil. Bibliothèque française, sed morte interveniente illud exsequi non potuit. Collectionem mox laudatam ex parte pluribus memoriis omissis germanice vertit S. J. Baumgarten Halae 1749—77 t. 24. — Romanus Sedelmayr ex Bavaria superiori n. 3. Febr. 1677, O. S. Ben. in monasterio s. Blasii (1695), philosophiae et historiae professor in universitate salisburgensi, cum esset hujus academiae secretarius, consilium iniit de conscribenda ejus historia. Cum vero necessariis destitueretur documentis illi immortuus est 17. Jan. 1722. Ipsum demum opere complevit ejus sodalis Romanus Endel. Prodiit *Historia* almae et archiepiscopalis *universitatis salisburgensis* Francofurti 1728. — Fridericus Tilmez S. J. Linciensis (n. 24. Febr. 1691; † 20. Oct. 1730) exhibuit *Conspectum historiae universitatis viennensis* ab ejus initio usque ad a. 1465, Viennae 1722; quam Sebastianus Mitterdorfer Klagenfurtensis (n. 18. Jan. 1686; † 12. Jul. 1743) continuavit [2]) ad a. 1565; ib. 1724; dein ad a. 1701, ib. 1725. — Franciscus Orti (Ortinus) i Figue-

[1]) Cf. Bonelli, monumenta eccl. tridentinae III p. 2 p. 251 ss.

[2]) Cf. J. des Sav. XXXIV, 778—80.

[3]) Cf. A. E. lips. 1698 p. 1—9; Biogr. univ. XXXII, 514.

[1]) Cf. Haegele KL. IX² 262; Goujet in coll. t. 40. p. 379—96; Feller 6, 252.

[2]) Franc. Hoeller S. J. Viennensis (n. 16. Febr. 1694; † 14. Febr. 1732) dedit *Specimen* historiae cancellariorum universitatis viennensis eorumque praepositorum ecclesiae ad s. Stephanum, Viennae 1729.

rola Valentinus, Qualificator s. Officii et canonicus valentinus, universitatis rector collegit *Memorias historicas* de la fundacion é progressos de la insigne universidad de Valencia, Matriti 1730 in 4., de quo opere scribunt A. E. Lips. 1731 p. 434, auctor „ordine chronologico (sed eo non ubique servato) disposuit, quae memoriae tradidere A. Schottus, Gaspar Escolanus, Ant. Beuterius, Petrus Aug. Morla, Vinc. Marinerius, Laur. Matthaeus, Nic. Antonius et Jos. Rodriguez. . . . Habet quidem Ortinius ingenium minime contemnendum, promptam memoriam facilemque stilum, licet non ita emendatum. Critices usum parum novit, adeoque celebrat ut viros magnos, qui vix merentur nominari. De quam plurimis, qui magni fuerunt aut sunt, neque verbum facit. Quos amat, tollit ad astra: quos aversatur, deprimit aut silentio involvit: in eo laudandus, quod ad fontem solet digitum intendere, ut facile queat discerni, utrum aqua limpida aut coenosa prout ejus origo.“ — *Bbliotheca Valentina* i Catalogo de los insignes Escritores naturales de la Ciudad i Reino de Valencia collegit Jos. Rodriguez O. SS. Trin., de quo op. censent eadem Acta E. Lips. 1731 ib. 434: „Hic liber excusus est, sed publici nondum factus juris ob praematuram mortem auctoris, qui fuit homo diligentissimus, sed parum doctus et parum emunctae naris. Semper tamen digitum intendit, ut scire possis, unde biberit.“

VI. Theologia practica.

558. Quatuor hac periodo obierunt pontifices romani, quorum primus fuit Clemens XI. Patria fuit illi Urbinum natusque est 23. Jul. 1649 ex illustri Albanorum familia atque dictus Joannes Franciscus. Romae egregie institutus in liberalibus praesertim disciplinis utriusque juris doctor fuit creatus, atque in templis eloquentia et in academiis eruditione excelluit simulque morum integritate se commendavit. Per varia munera egregie gesta ad alteriores ascendit dignitates atque ab Alexandro VIII. inter patres purpuratos fuit receptus (13. Febr. 1690), primum ut diaconus, ab Innocentio XII. ut presbyter (1700): quo defuncto cardinalium communi consensu electus est in pontificem. Per triduum restitit eorum voto, tandem inter lacrymas et suspiria in electionem consensit voluitque Clemens XI. dici. Cum nondum esset episcopus, consecratus est 30. Nov. Vix pontificatum auspicatus erat, cum illico suis consanguineis denunciaret se de constitutione praedecessoris sui contra nepotismum ne latum unguem discessurum. Diu tenuit sedem apostolicam, sed plurimas undique incurrit amaritudines. Ut peremptorie prosterneret Jansenismum, edidit (16. Jul. 1705) constitutionem „Vineam Domini Sabbaoth“, qua omnia illius effugia occlusit et bulla celebri „Unigenitus“ (8. Sept. 1713) damnavit 101 prop. Quesnelli. Hinc ortae turbae graves admodum in Gallia, cujus cleri magna pars duce praesertim Noailles ep. parisiensi et cardinali noluit se subjicere et a pontifice appellavit ad concilium. Controversiae etiam acres de ritibus Sinensium inter Dominicanos et Jesuitas turbarunt pacem in missionibus magno earum damno. Cum praecipuis Europae aulis tristes ortae sunt lites eaeque haud leves. Sed non obstantibus tot procellis magna animi fortitudine rexit Ecclesiae clavum ejusque bonum semper prae oculis habuit. Festum conceptionis b. M. Virginis insti-

tuit, subsidia copiosa Venetis pro bello contra Turcas submisit. Indefesso dilatandae religionis studio ardebat: missionarios in varias mittebat regiones et subsidiis destitutos juvabat. Ecclesiae jura strenue tuebatur adversus principes. Beneficentissimus erat jam ut cardinalis erga inopes, literarum studia promovebat, publicae securitati sedulo invigilabat et morum honestati. Licet tot regiminis curis obrutus piissimam duxit vitam. Quotidie sua errata confitebatur sacrumque offerebat. Publicas supplicationes pedibus ac sine omni pompa obibat; nosocomia lustrabat et in xenodochio ss. Trinitatis peregrinantium pedes lavit, saepius confessiones excipiebat. In mortis momento heroicam animi fortitudinem prae se ferebat, atque Albanum cardinalem accersens, „Care nepos, dixit, nihil in hoc mundo magnum erat, nisi quod in oculis Dei magnum est“. Post vitam virtutibus illustrem meritisque plenam piissime obiit die s. Joseph, quem sibi semper praecipuum assumpserat patronum 19. Mart. 1721. Sex tantum pontifices ante ipsum fuerunt, qui diutius sedem apostolicam ornarunt [1]). Reliquit plurimas constitutiones, decreta, epistolas etc., quae ex parte habentur in Bull. rom. contin. p. II (1727), 1—466; alias p. VI (1739), 351—614. Ejus *epistolas* et *brevia* selecta, *homilias* (28) et *orationes* (94) consistoriales vere eloquentes et nitido concinnatas, *bullas, epistolas* et brevia selectiora edidit quam splendidissime Hannibal Albanus ejus nepos et cardinalis (de quo infra) Romae 1724—29 t. 4; Patavii 1752 t. 2.

569. Clementem XI. excepit 8. Maj. 1721 Innocentius XIII. ex nobilissima familia de Comitibus Romae 8. Maji 1655 n. et in baptismo Michael Angelus dictus. Post alia munera legatus missus est in Helvetiam et in Lusitaniam, qua in aula a. 12 commoratus est. Redux creatus est cardinalis (1706), episcopus auximanus (1709) et a. 1712 ad sedem viterbiensem translatus est. Post conclave sat turbatum [1]) unanimi omnium suffragio in pontificem est electus. Non diu tamen apostolicam tenuit sedem. A longiori jam tempore laborabat virium debilitate, quae aucta mortem demum attulit 7. Mart. 1724. magno omnium luctu: quamvis enim brevis esset ejusdem pontificatus, haud pauca in magnam Ecclesiae populique romani utilitatem disposuerat. Copiosa subsidia contulit pro tuenda adversus Turcas insula melitinensi. Constitutionis „Unigenitus“ observantiam strenue urgebat, licet ab initio Quesnellistae sibi blandirentur pontificem praedecessoris sui severitatem hac in re reprobare. — Ei substitutus fuit 29. Maj. 1724 Benedictus XIII., de quo jam supra egimus p. 1223. — Rexit deinde Ecclesiam Clemens XII. vocatus antea Laurentius ex nobilissima Corsiniorum gente Florentiae prognatus 16. Apr. 1652. A Clemente XI. dictus est cardinalis 17. Maj. 1706 et post longum conclave praeter omnium exspectationem unanimi omnium prorsus suffragio 12. Jul. 1730 electus in pontificem. Artes et scientias promovit; ad ditandam bibliothecam novis codicibus celebrem Assemani in Orientem misit, disciplinam ecclesiasticam salubribus promovit decretis, bonum commune populi prae oculis habuit, de missionibus in Oriente fuit sollicitus neque sine fructu: nam circa 10.000 Coptorum redierunt ad unionem cum Ecclesia romana. Sed admodum senex lumine oculorum privatus fuit et ob continuas infirmitates diu lecto affixus

[1]) Plura de ipso cf. in Polidori II. VI de vita et rebus gestis Clementis XI, Urbinate 1727 (suppresso nomine); Jo. Christ. Batelli ut supra diximus p. 1260. Kupper KL. III, 491—496; Fleuri H. E. contin. ll. 212—221 passim et praesertim l. 221 § 25 ss. 88.

[1]) M. v. Mayer Papstwahl Innocenz XIII, 1874.

haesit. Negotia plane amara ei attulerunt aulae borbonicae, quae invalescente spiritu libertinismi et incredulitatis de die in diem factae sunt arrogantiores [1]). Societates secretas damnavit, amplissima subsidia pro bello contra Turcas imperatori submsit, beneficientissimus in omnes decessi[2]) 8. Febr. 1740 a. 88. aetatis suae. Constitutiones ejusdem (277) leguntur in Bullario rom. continuat. p. VIII (Luxemburgi 1740), 1—352 et p. IX (ib. 1748), 1—348.

560. Ex innumeris, qui theologiam practicam suis operibus illustrarunt dignissimus est, qui omnium primus nominetur, Justus Fontanini. Is natus est 30. Oct. 1666, in oppido, cui s. Danielis nomen, provinciae forojuliensis. Ad excolendum doctrina animum Venetias primum se contulit, dein Patavium. A cardinali Jos. Renato Imperialis selectus est in bibliothecae praefectum. Quapropter Romam venit a. 1697, ubi doctissimorum virorum coetus adibat, eum praesertim, cui propagandae fidei nomen erat, in quo plures dissertationes seu collationes praelegit. Ita gradatim inter eruditos inclaruit, unde factum est, ut illi a Clemente XI., cui maxime curae erat, ut ad veterem splendorem dignitatemque revocaretur archigymnasium romanum, munus docendae in eo eloquentiae deferretur. Postmodum pontifex eum, utpote de sede apostolica bene meritum, sibi a cubiculo esse voluit auxitque pingui beneficio. Multum se dedit antiquitatis studio, in quo profecit adeo ut a maurinis monachis saepe consuleretur de rebus ad illam spectantibus. Ideoque etiam a pontifice veniam obtinuit lustrandi Italiam ad conquirenda undique monumenta antique religiosa praesertim, et adeundi homines, qui eruditione atque doctrina excellere putabantur. Minus acceptus fuit Clementis XI. successori Innocentio XIII., hinc e pontificis aedibus, in quibus antea habitabat, abire debuit. Quo defuncto benigniorem expertus est Benedictum XIII., qui eum ancyranum archiepiscopum et canonicum liberianae basilicae constituit; praeposuit etiam officio, quod visa de curia appellatur, assignavitque ei aedes in pulcherrimo Urbis loco, ut ibi tranquille et placide suis studiis vacaret Nulla res major per illa tempora Romae in controversiam disceptationemque vocata fuit, quin Fontanini sententia cognosceretur. Accurate disputavit de liturgicis libris romanae ecclesiae, cum defensionem suscepisset card. Jos. M. Thomasii, qui eosdem vulgaverat atque illustraverat. Cum etiam juris pontificii peritus judicaretur, designatus fuit qui vulgaret quinque Gratianei decreti libros eo ordine, quo illos disposuerat card. Turrecremata. Hic ordo idem erat, qui librorum et titulorum epistolarum decretalium, quae Gregorii IX. dicuntur. In hoc opere haud facili et sat molesto propter tot collationes et observationes criticas sexdecim insumpsit menses, sociosque laboris habuit Thomam Moneliam et Dom. Georgium viros divinarum rerum scientia claros. Prodiit inscriptum: *Gratiani decretorum ll. 5 secundum gregorianos decretalium ll. titulosque distincti* per Joan. a Turrecremata, praefatione, scholiis et indicibus illustrati, Romae 1726 t. 2 in f., opus admodum rarum. In docta praefatione disserit de collectionibus canonum, praesertim illa Gratiani, de auctoritatis decretorum causis et progressibus, de emendatione Gratiani auctoritate pontificum suscepta, de Turrecrematae opera in Gratianum collata [1]). Verum Clemens XII. ei iterum animi minus propensi signa dedit eumque Quirinalibus aedibus abire

[1]) Cf. Fleurii H. E. cont. l. 229 § 25 s.
[2]) Cf. Häusle-Küpper KL. III, 496.

[1]) Cf. A. E. lips. 1727 p. 211—13.

jussit. Apoplexi tactus decessit 17. Apr. 1736. Vir erat, ut ejus opera testantur, omni sacra et profana doctrina instructus, sed praeproperus et festinus in scribendo et judicando de alienis scriptis ac nimis fervidi ingenii, imo et iracundi in eos, qui vel de levissimo errore eum coarguerent, adeo ut disrumperetur propterea fere dolore [1]).

561. Potiora ejusdem opera sunt: *Vindiciae antiquiorum diplomatum* adv. B. Germonii disceptationem de veteribus regum francorum diplomatibus et arte secernendi antiqua diplomata vera a falsis ll. 2, quibus accedit veterum actorum appendix [2]), Romae 1705 in 4., opus a Mabillonio impense laudatum (cf. pag. 869). *Della eloquenza italiana,* ib. 1706 in 4; 1728 ed. aucta, l. saepius editus, sed et a pluribus impugnatus, quorum scripta prodierunt collecta sub inscriptione *Esami di vari autori* sopra il libro etc., Roboreti 1739 in 4; annotationibus ab Apost. Zeno illustratus, Venetiis 1753 t. 2 in 4; *de primariis precibus imperialibus,* Friburgi 1706; 1707 in 8. sub nomine Conr. Oligenii, in quo jus illud imperatoribus abjudicat et pontifici tribuit. *De antiquitatibus Hortae* [1]), coloniae Etruscorum ll. 3, cum figuris aeri incisis et gemina appendice monumentorum ex codd. potissimum vaticanis, in quibus eminet genuinum decretum s. Gelasii I., Romae 1723 in 4. ed. aucta (prima prodiit 1708); 1732 in 4; *de amplitudine peculiaris provinciae summi pontificis* ut romani metropolitae deque episcopatu eugubino in eodem posito commentatiuncula, Romae 1725 in 4: *Discus votivus argenteus* (Perusiae repertus) commentario illustratus ib. 1728 in 4., in quo multa habet de donariis aliisque ritibus christianis; *de corpore s. Augustini* hipp. ep. disquisitio [2]), Romae 1728 in 4., qua occasione de antiquorum ritibus in sepeliendis sanctorum cadaveribus, de phialis oleo plenis, quae in eorum sepulcris reperiuntur, de velis aliisque hujusmodi rebus copiose disputat. *Codex constitutionum,* quas summi pontifices ediderunt in solemni canonizatione sanctorum a Joanne XV. ad Benedictum XIII. sive ab a. 993—1729, Romae 1729 in f.; *Historiae literariae aquilejensis ll. 5;* accedit dissertatio de anno emortuali (372) s. Athanasii patriarchae alex., necnon virorum illustrium provinciae Fori Julii catalogus, 1742 in

[1]) Cf. Fabronius XIII, 202—262; Fabricius biblioth. fabric. VI, 364; Dominicus Fontanini, fratris filius, in Memorie della Vita di Mons. G. Fontanini etc., Venetiis (Cf. histor. liter. Ital. 13, 253 ss.); Biogr. univ. XV, 209—14; Adelung II, 1155.

[2]) Cf. Journal des Sav. XXIV, 1015—1023. Dominicus Lazzarini de Murro (di Morro) patricius maceratensis (n. 20. Aug. 1668) scripsit adversus memorias trivultienses *epistolam ad amicum paris.* pro vindiciis antiquorum diplomatum J. Fontaninii, Romae (potius Parisiis) 1706; aliam ad ipsum Fontanini contra Germonii disceptationem, Macerata 1707, cum *apologia* Venetiis 1708. Culti fervidique ingenii erat et jam a. 1690 in patrio gymnasio jus civile et post quadriennium jus pontificium tradidit. Adiit postmodum Florentiam, Bononiam et Romam atque ubique virorum doctorum consuetudine utebatur. A senatu veneto vocatus fuit Patavium ad docendas graecas latinasque literas (1711), in quibus excelluit, et quorum studio totum se consecraverat († 12. Jul. 1734). Cf. Fabronius XIV, 99—153; Vita quae absque nomine auctoris prodiit Maceratae 1785. Bibl. picena V, 252—75.

[1]) Cf. A. E. lips. 1709 p. 1—8: 1725 p. 62—67; Journ. des Sav. XLIV, 35—41.

[2]) Cf. Mém. de Tr. 1731 a. 27 p. 499—519; J. des Sav. LXXXVII, 620 ss.; A. E. 1728 p. 149—52; 1730 p. 91—94. Cf. de hoc argumento *collectionem actorum atque allegatorum,* quibus ossa sacra Ticini in confessione s. Petri in Coelo aureo a. 1695 reperta esse sacras s. Augustini hip. ep. et Ecclesiae Doctoris exuvias probatum est et novissime judicatum, quam edidit Venetiis 1729 in 4. Fulgentius Bellelli O. S. Aug., de qua cf. A. E. 1731 p. 215—20.

4. opus posthumum, quod prodiit cura Dom. Fontanini [1]).

562. Hunc excipiunt, qui *libros decretalium* commentariis vel alia ratione illustrarunt [2]). Benedictus Laudati O. S. Ben. congr. casinensis, Altamurensis, Apulus, Romae juris can. professor et in variis monasteriis abbas († 18. Oct. 1724), edidit: *ad ll. decretalium Gregorii papae IX. prolepsis* Neapoli 1698—1703 t. 4 absque auctoris nomine, t. 5. Romae 1710 apposito auctoris nomine. Isti 5 ll. fuerunt velut specimen majoris commentarii, quos in eosdem ll. paratos habuit. — Ejus sodalis Placidus Caparelli ejusdem congr. Neapolitanus, philosophiae et theologiae professor, elaboravit *synopsin ad 1. Gregorii IX. decretalium epistolarum l.,* Mantuae 1727, et *synopsin ad sacram dogmaticam theologiam hebraicam graeco-latinam,* Neapoli 1712. — Jacobus Hoffsteter O. Min. edidit *controversias celebres in 4. et 5. l. decretalium,* Labaci 1711. — Ildephonsus Seidl O. S. Ben. Bavarus (n. 15. Martii 1677; † 8. Apr. 1739) praeter alia [3]) elaboravit *epitomen canonicam* ad ll. 1—5. decretalium, Frisingae 1722—1732 in 8. cum appendice, Ratisbonae 1733 in 8. — Joannes Baptista d'Antoine juris doctor et advocatus parlamenti lugdunensis exhibuit *Les règles du Droit Canon,* dans le même ordre qu'elles sont disposées au dernier titre du cinquième Livre des Décretales traduites en François avec des explications et des commentaires sur chaque Règle [1]), Lugduni 1720 in 4; Bruxellis 1741.

563. *Jus canonicum* universum vel magna ex parte exposuerunt [2]) plures iique magni nominis et doctrina celebres. Inter hos sunt plures *Germani.* Petrus Leurenius S. J. Coloniensis n. 13. Maji 1646 docuit theologiam scholasticam et jus canonicum annis multis calluitque etiam linguas orientales hebraicam, chaldaicam, syriacam

---

[1]) Journ. des Sav. CXXXV, 44—61.

[2]) Franciscus Bertheau (Berthauld) advocatus (n. 15. Aug. 1690; † 1724) edidit *clavem utriusque juris* i. e. titulorum omnium juris civilis indices ordine alphabetico ad omnes editiones accommodatos cum oeconomia et explicatione notarum abbreviatarum juris civilis et canonici etc., Divione in 8.

[3]) Cf. Baader 2, II, 145.

[1]) Cf. Journ. des Sav. LXVIII, 89—97.

[2]) Aliqui *epitomen* confecerunt, ut Christianus Holzbecher S. J. n. 10. Dec. 1659 Jablonae in Bohemia, Pragae juris canonici et theologiae professor († 18. Oct. 1722), Pragae 1719 in 8. — Blasius Stephanus S. O. Praem. canonicus strahoviensis, ss. canonum professor in collegio archiepiscopali († 29. Aug. 1734), qui reliquit *manuductionem juridico-moralem* sive materiarum canonicarum prima elementa, Pragae 1719. *Micae cadentes de mensa . . .* unacum contradictionibus apparentibus A. et N. T. (Pragae 1720?) — Gerardus Kolb O. S. Ben., cui debemus *examen juris canonici* juxta 5 ll. decretalium ad mentem recentissimorum canonistarum in utilitatem ac facilitatem discentium theoretico-practice adornatum, Viennae 1728 in 8; annotationibus auctum iterum ab Ad. Jos. Greneck Silesio, Viennae juris canonici professore, editum ib. 1737; Havniae 1744, de quo cf. J. d. Sav. LXXIX, 507—512. — Arnoldus Hackhoffer O. Min. lector sodalium Viennae compilavit *compendium alphabeticum scotistico-juridicum* et juridico-canonicum, Lincii 1739 t. 3; 1741, in quo refert varias opiniones et scriptores de materiis canonicis; *compendium alphabetico-scotisticum* tractatuum theologico-polemicorum de sacramentis in genere, et in specie de baptismo, confirmatione et eucharistia; item de indulgentiis et de purgatorio, ib. 1739 t. 2. — Bernardinus Thenhaven O. S. Franc. Vechtae natus, suae provinciae praepositus elaboravit *nucleum juris canonici,* Coloniae 1739; *nucleum theologiae canonico-moralis* 1726. — Lamothe dictus La Hode quondam S. J. († 1738) scripsit *Histoire du droit public ecclésiastique français,* où l'on traite de sa nature, établissement, variation et décadence, Londini (La Haye) 1737 et (Paris) 1740 t. 2 in 12., adjectis duobus opusculis du Boulay scil. vitis Alexandri VI. et Leonis X.

atque arabicam. Vastam sibi comparavit eruditionem studio perpetuo. Doctrinam ornabant solidae virtutes († 16. Nov. 1723). Praeter alia [1]) scripsit (admodum fuse et plene): *Forum ecclesiasticum,* in quo jus canonicum universum ll. ac titulorum ordine per quaestiones et responsa tam canonistarum veterum et recentiorum, quam legistarum in iis, quae utrique juri canonico et civili communia sunt, auctoritate stabilita, methodo clara et facili explanantur, Moguntiae 1717—20 ll. 5; Venetiis 1729 t. 5 in 4 v. in f.; Augustae V. t. 4 in f. *Forum beneficiale* sive quaestiones et responsa canonica materiam de beneficiis universam ex beneficialistarum tam antiquorum quam recentiorum placitis complectentia, Coloniae 1706 t. 3 in f.; 1735; Venetiis 1742 t. 2 in f.; *vicarius episcopalis* sive tractatus quaternarius per quaestiones et responsa canonica deductus . . . de episcoporum vicariis, quales sunt et in jure dicuntur: vicarius episcopi generalis, ejusdemque coadjutor, capitulum sede vacante et archiadiaconus, Coloniae 1707 in f., 1739; Venetiis 1709. — Petrus (in baptismo Michael dictus) Guetrather (Guthrath) O. S. Ben. n. 29. Sept. 1662 Salisburgi, utriusque juris doctor, juris canonici in studio communi congr. professor (1698—1712), abbas tegernseensis (1715), qui in suo monasterio literarum studium fovit celebremque reddidit [2]) ejusdem typographiam († 19. Dec. 1725). *Jus canonicum ad normam institutionum* in quatuor ll. contraxit, Ratisbonae 1706 in 8. — Hoc longe celebrior est ejus sodalis Franciscus Schmier, Grönenbacensis n. 8. Dec. 1680, in ottoburano monasterio professus (1696), in universitate salisburgensi juris canonici interpres, subinde etiam universitatis rector, necnon archiepiscopi consiliarius intimus († 22. Nov. 1728). Tractatus XIII seorsim editos [1]) in unum collegit, unde prodiit: *Jurisprudentia canonico-civilis* seu jus canonicum universum juxta 5 ll. decretalium nova et facili methodo explanatum, ss. congregationum decretis, s. rotae romanae decisionibus summorumque pontificum constitutionibus roboratum, necnon amplissima totius juris civilis peritia pro theoria et praxi locupletatum in 3 t. distinctum, Salisburgi 1716 in f., Ingolstadii 1726 in f., cum *supplemento* (posthumo), Salisburgi 1729 t. 4; Venetiis 1754 etc.; Consultationes canonicae de *coadjutoribus et coadjutoriis perpetuis pro ecclesiis Germaniae* electivis potissimum conscriptae, ib. 1724 in 4; *jurisprudentia practico-consiliaria,* opus canonum legumque auctoritate communitum, posthumum, Augustae V. 1737; *Jurisprudentia publica universalis* ex jure tum naturali, tum divino positivo, necnon jure gentium, 1722 in f.; 1742 ed. 4; *jurisprudentia publica imperii romano-germanici* nova et scientifica methodo concinnata, ib. 1731, opus posthumum in f. ed. a Benedicto Schmier ejus fratre; *scholasticum personae ecclesiasticae pro foro poli et soli breviarium* exhibens universam theologiam moralem controversiis fidei et juris canonici permixtum, ib. 1733; Augustae V. 1737.

564. Non minus celeber fuit Franciscus Schmalzgrueber S. J., Bavarus, n. in Burghausen 9. Oct. 1663. Plures academias nominis sui fama illustravit, in primis dilinganam [2]), ubi etiam egit universitatis cancellarium, ac ingolstadiensem; in hac ad munus professoris ss. canonum ordinarii et

[1]) Cf. Hartzheim biblioth. colon. p. 275; Sommervogel IV, 1761.

[2]) Cf. Lindner Die Aebte und Mönche der Ben.-Abtei Tegernsee p. 76—83.

[1]) Cf. de nonnullis J. des Sav. XLVII, 140—46; 154—62; A. E. lips a. 1709 p. 308; Storia Lett. d'Ital. X, 486.

[2]) Cf. Specht Gesch. der Universität Dillingen, Freiburg 1902 p. 330.

primarii provectus, egregias suas commentationes in libros decretalium edidit. In iis vero censorum judicio, »omnes, quae ad textum pertinent et sparsim in doctoribus moveri solent quaestiones velut in nuce Iliadem mira dexteritate, amoena claritate ac limato judicio solidissime conclusit« († 7. Nov. 1753). Varii tractatus, quos de jure canonico seorsim ediderat, collecti prodiere sub inscriptione: *Jus ecclesiasticum universum* brevi methodo ad discentium utilitatem explicatum seu lucubrationes canonicae in 5 ll. decretalium Gregorii IX. P. M., in quibus praecipuae, quae tum in theoria tum in praxi occurrunt, difficultates solvuntur, allatis etiam contra sentientium fundamentis et horum solutionibus, Ingolstadii 1717 t. 7 in 4; 1727; 1728 t. 7 in f.; Neapoli 1738 t. 5; Romae 1843—45 t. 12 in 4., in quo sequitur Reiffenstuel. Opus hoc magna fruitur auctoritate penes congregationes romanas; prodiit ejus compendium: *Succincta ss. canonum doctrina* seu decretalium Gregorii IX. P. M. ll. 5., Augustae Vind. 1747 t. 3 in 8; vel *compendium juris ecclesiastici,* ib. 1747 in f. *Consilia seu responsa juris,* Dillingae 1740 t. 2 in f.; *Sponsalia et matrimonium,* Ingolstadii 1712. — Hunc secutus est anno sequenti († 15. Febr. 1736) celeber Vitus Pichler S. J. Natus est in oppido Grossberkhoven in Bavaria a. 1670. Ante ingressum in Soc. Jesu sacerdos animarum curam egerat. Scholis deinde applicitus praecipue in juris canonici scientia coepit excellere, clarumque adeptus est inter canonistas nomen. Theologiam polemicam docuit Augustae, jus canonicum a. 19 Dillingae et Ingolstadii, Schmalzgruberi successor, unde Monachium abiit, ut studiorum superiorum praefectum ageret. Haec potiora ejusdem opera: *Examen polemicum super augustana confessione* vid. an illa sit infallibile fidei lutheranae symbolum, Augustae Vind. 1708; germanice 1730; *Papatus nunquam errans in proponendis fidei articulis* h. e. rom. pontifex J. Christi in terris vicarius, d. Petri successor, universalis Ecclesiae pastor et rector, judex controversiarum ad fidem et mores pertinentium, auctoritate summus, potestate maximus, sententia infallibilis publicae disputationi propositus, ib. 1709 in 8, liber admodum utilis et eruditus[1]); *iter polemicum ad Ecclesiae catholicae veritatem* per omnium infidelium errores evidenter detectos tamquam per totidem recti tramitis demonstrationes certissime deducens praeeunte lumine naturali institutum, ib. 1708 in 8; *Lutheranismus constanter errans in primis fidei principiis* vid. in repudiando verbo Dei non scripto; in recipiendo et discernendo verbo Dei scripto; in intelligendo verbo Dei scripto, 1709 in 8; hos et alios libellos complexus est in *cursu theologiae polemicae universae,* in quo veritas catholica contra omnis generis infideles, praesertim haereticos, modernos sectarios, speciatim Lutheranos, brevi, clara solidaque nimirum scholastica methodo proponitur . . . Accedit in fine textus augustanae confessionis authenticus, cum examine illius theologico et quibusdam reflexionibus super eadem, ib. 1713 t. 2 in 4; 1719 ed. 6; Francofurti 1725 et saepius alibi[2]): opus enim fuit admodum utile, quod laudatur a solididate, concinno ordine et apta methodo. *Jus canonicum practice explicatum* seu decisiones casuum (150) ad singulos decretalium Gregorii IX. titulos et ad consuetum referendi modum accommodatae, Ingolstadii 1728—34 t. 2 in 4; 1735 in 1 v. in f.; 1746 et alibi saepius; editio optima sed rara est ea, quam curavit annotationibus vindiciisque auxit Franc. Zaccaria, Pisauri 1758, qui adjecit quo-

[1]) Cf. Hist.-polit. Blätter LXXI, 837; Sommervogel VI, 706—14.

[2]) Cf. Mém. de Tr. 1725 a. 26 p. 506—16, in quo recensetur ed. 3. augustana a. 1719, quae est admodum mendosa.

que *epitomen praenotionum canonicarum Doujatii* (cf. p. 584): *Summa jurisprudentia sacrae universae* seu jus canonicum secundum 5 decretalium Gregorii P. IX. titulos explicatum, Augustae Vind. (Francofurti) 1723 in f. (ed. 3.); 1728; Ravennae 1741 etc., quae est collectio variorum opusculorum de jure canonico, quae jam seorsim prodierant; *candidatus jurisprudentiae sacrae* seu juris canonici secundum Gregorii IX. decretalium titulos explanati ll. 4., Ingolstadii 1722 t. 5 in 8; Augustae Vind. 1733; Varsaviae 1760—62 t. 5 in 8; *candidatus abbreviatus jurisprudentiae sacrae* h. e. juris canonici sec. Gregorii P. IX. ll. 5 decr. explanati summa seu compendium, Augustae Vind. 1733 t. 2 in 8; 1736 t. 2 in 12. (ed. 3.); 1752 (ed. 5.; Viennae 1753; 1754; 1756 etc., diu in Austria in scholis adhibitum. — Minoris jam auctoritatis est Philippus Braun Romae uberius excultus, seminarii herbipolensis regens (1683), juris canonici professor (1684), canonicus (1693), vicarius generalis (1705), protonotarius apostolicus et (1711) capituli decanus († 1. Jun. 1735), qui edidit *principia juris canonici*, Norimbergae 1698 in 4.

565. Eruditus fuit et in jure canonico bene versatus, sed dubiae famae, Zeger Bernardus van Espen, Lovaniensis n. 1646, diu juris canonici in collegio Hadriani VI. professor, ab a. tamen 65. aetatis suae caecus. Factioni jansenianae erat addictus causamque egit Steenoven archiepiscopi schismatici ultrajectensis [1]). In suis scriptis sub specie zeli et reformationis praetextu auctoritatem ecclesiasticam admodum deprimit, pontifici episcopos adaequat, laicam potestatem extollit eique adulatur, adeo ut praeformator systematis Febronii merito censeri possit: et revera Hontheim ejus quondam fuit auditor. Hinc ejus opera omnia hoc spiritu infecta damnata fuere a. 1704. 1713 et 1732. Archiepiscopus mechlinensis tres ei proposuit quaestiones: 1. utrum corde sincero adhaereat professioni tridentinae; 2. utrum jurare paratus sit juxta formularium Alexandri VII. et bullam Clementis XI. *Vineam Domini;* 3. utrum sincere et simpliciter amplectatur bullam *Unigenitus* omnesque propositiones ea reprobatas damnet. Verum Van Espen aufugere in Hollandiam ad schismaticos maluit 1728; sententia quoque rectoris universitatis a divinis suspensus et dignitatibus academicis privatus fuit. Decessit [1]) 2. Oct. 1728 a. aetatis 82. Inter ejus opera praecipuum est: *Jus ecclesiasticum universum* hodiernae disciplinae, praesertim Belgii, Galliae et vicinarum provinciarum accommodatum ex ss. canonibus, jure decretalium, synodis potissimum belgicis, principum edictis et magistratus tam ecclesiastici quam civilis judicatis depromptum, Lovanii 1700 t. 2 in f., Bruxellis 1710 t. 3 in f.; Moguntiae 1791 t. 3 in 4., quod opus laudem certe meret, cum auctor, relicta priori methodo, concinno et perspicuo ordine omnia quae de singulis argumentis per universum juris canonici corpus fusa habentur, sub uno conspectu et simul proponat, allatis omnibus quae ad eadem spectant ex constitutionibus pontificum, conciliis, patrum operibus, principum edictis aliorumque celebrium auctorum scriptis; neque deest magna eruditio, quam fere omnem ex Thomassino hausit, quin eum nominet. Hinc et Benedictus XIV. eum allegat in suo op. de synodo dioecesana. Spiritus sectae in hoc op. minus comparet quam in aliis ejusdem scriptis. Dissertatio

[1]) Cf. Alex. a s. Jo. de Cruce in cont. H. E. Fleurii l. 222 § 58; l. 225 § 6.

[1]) Cf. l.: *De Zegero B. van Espen*, auctore Wilh. Bachusio (libellus perrarus); Schroedl KL. IV, 904; Biogr. univ. XIII, 321; Biogr. nat. VI, 699; Laurent, Van Espen Bruxellis 1860.

canonica *de pristinis altarium et ecclesiarum incorporationibus,* necnon varia de earum specie et effectu notantur circa acquisitionem decimarum novalium, item de jure ad temporalia, quod presbyteris sive vicariis perpetuis illarum ecclesiarum competit et denique quis titulus praescribendi ex illis donationibus resultet [1]), Lovanii 1711 in 4. *De promulgatione legum ecclesiasticarum* ac speciatim bullarum et rescriptorum curiae romanae, ubi et de placito regio, quod ante earum publicationem et executionem in provinciis requiritur. In quo placiti usum tum apud belgas, tum apud alias nationes jampridem usitatum fuisse ostenditur atque attento ejusdem placiti scopo, ejus usum sine ulla libertatis ecclesiasticae aut potestatis pontificiae violatione aut infractione ad omnes indifferenter bullas etiam dogmaticas extendi. Subjungitur appendix monumentorum, quae ad adstruendum hunc placiti usum in hoc tractatu impensa fuere, et in quorum pluribus hoc jus placiti egregie adstruitur et ab adversariorum objectionibus vindicatur [2]), Bruxellis 1721 in 4. Auctoris sententiam pluribus scriptis impugnavit Petrus Govaerts Turnhutensis n. 1644, canonicus brugensis et lovaniensis, vicarius apostolicus buscoducensis († 1726), quae collecta prodierunt Lovanii 1830 in 12., inter quae *Motivum juris de placito regis in tres dialogos digestum* 1722, liber egregius, qui Van Espenii tr. penitus convellit. *De censuris ecclesiasticis* 1709 in 12. sine civitatis et typographi nomine, liber schismaticus in sectae favorem conscriptus[1]); *de recursu ad principem,* Lovanii 1726, quem archiepiscopus mechliniensis impugnavit; *De peculio in religione et simonia in ingressu religionis,* Lovanii 1684; 1688; Parisiis 1693; *de officiis canonicorum; repagulum canonicum adversus nimiam exemptionum extensionem* contra Jacobum a s. Antonio O. Carm., qui *consultationes canonicas* pro regularium exemptione una cum consultatoria appendice ediderat, quibus dein subjecit aliud *canonicum repagulum* contra Espenium, Coloniae 1689; *De ecclesiasticarum immunitatum concordia cum regiis juribus; de nobilium (protestantium) in Hollandia jure nominandi et praesentandi episcopo pastores,* quam impugnarunt Nic. du Bois s. Scripturae professor et Rasserycus vicarius generalis silvaducensis etc. Prodierunt opera Espenii saepius collecta; optima censetur editio, quam curavit Jos. Barre Lovanii (Parisiis) 1753 t. 4 in f. cum annotationibus Giberti; Bellegarde, qui etiam auctoris descripsit vitam, adjecit *supplementum* ad varias collectiones operum Z. B. Van Espen, Bruxellis 1768 qui est op. t. 5; Lovanii 1759 t. 7 in 3 v. in f.; Coloniae 1777—78 ed. castigata; cum additamentis J. Silvestri (quibus auctoris sententias mollire nititur) et annotationibus Giberti, Venetiis 1781—82 t. 11 in f.; Moguntiae 1791 t. 3. Seorsim edidit Leplat juris canonici professor lovaniensis *commentarium in jus canonicum novum,* Lovanii 1777 t. 2 in 8. B. Oberhauser jus ecclesiasticum Vanespenii in compendium redegit Augustae V. 1728 t. 2 in 8; Cillejae 1795. Eruditus *commentarius in canones et decreta* post auctoris mortem prodiit Lovanii 1759 in f.

[1]) Cf. Journ. des Sav. L, 224—28. Contra hanc diss. scripsit Nicolaus Richart baccalaureus et parochus bruxellensis († 22. Mart. 1727): *Jus pastorum titularium et ecclesiarum parochalium ad oblationes et decimas et maxime novales,* Bruxellis 1716 t. 2 in 12., de quo op. cf. ib. LX, 350—58 et Mém. de Trév. 1716 a. 93 p. 1492—1514. Scripsit et l. *Pastor primitivus sub lege naturae* ex Scriptura et canonibus, Leodii 1726. Cf. L. Willems in Biogr. nat. de Belg. XIX, 284.

[2]) Cf. Journ. des Sav. LIII, 136—141. Librum hunc refutavit Decker mechliniensis ecclesiae decanus.

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1711 a. 83 pag. 927—43.

566. Joannes Petrus Gibert[1]), cujus n. praeced. fecimus mentionem, natus est 1660 Aquis Sextiis, ubi etiam juri canonico et theologiae operam dedit, et utriusque doctoratum adeptus est. Postquam in duobus seminariis theologiam docuit, Parisios adiit (1703), mediaque in urbe vitam anachoretae sat rigidam egit totusque studiis pietatisque exercitiis immersus. Licet celeberrimus haberetur canonista, omnia beneficia constanter recusavit, quare et pauper ad mortem (2. Oct. 1736) usque fuit. Magni fit ejus *corpus juris canonici* per regulas naturali ordine digestas usuque temperatas ex eodem jure et conciliis, patribus atque aliunde desumptas expositi, Coloniae Allobrogum 1735 t. 3 in f. Lugduni 1737. »Conatus igitur scopusque auctoris est[2]), juris canonici defectus in ordine reparare; ejusdem juris omissiones et lacunas replere; inutilia resecare; suppositities canones quibusdam notis a legitimis distinguere; regni gallici senatuum oracula hactenus in archivis involuta diligenter invenire, inventaque in lucem proferre; regum eorumque intimi consilii leges et edicta exponere: totumque opus in partes membraque convenienter apteque dividere. Intentio auctoris fuit medium in omnibus tenere: sed quam hoc difficile, maxime gallico scriptori, qui arduum sane ac periculi plenum opus aggressus est, volens pontificiae regiaeque potestati limites praescribere, ac neutrius jura laedere.« Et revera non omnia probari possunt, quae Gibertus in hoc opere tradit. Ita negat t. 1 tit. 8. potuisse Ecclesiam poenas statuere temporales, quae citra approbationem potestatis secularis vere obligent. Contendit etiam institutionem impedimentorum matrimonii ad potestatem tam secularem quam ecclesiasticam pertinere, non tamen competere summo pontifici, sed concilio dumtaxat oecumenico, in quo solo secundum ipsum residet suprema potestas spiritualis: unde infert, neque papam dispensare posse in impedimentis dirimentibus; si tamen dispenset, id facere vi facultatis a concilio aliquo generali acceptae, cujus si praescriptae commissionis in dispensationibus terminos excedat, has ipsas esse invalidas etc. *Tradition ou Histoire de l' Eglise sur le sacrement du mariage,* tirée des monuments plus authentiques de chaque siècle, Parisiis 1725 t. 3 in 4., in quo erudite traditionis suffragio ostendit, semper matrimonium obnoxium fuisse jurisdictioni Ecclesiae. *De doctrina canonum corpore juris inclusorum* circa requisitum ad filiorum matrimonia parentum consensum. Accedunt notae marginales, desideratos canones legesve ex aliis collectionibus tum graecis tum latinis, mox verbatim, mox summatim adjicientes; necnon earundem notarum auctarium, quo simul habeas, quidquid a Christo ad nos canonum legumve conditores sanxere[1]), 1709 in 12., in

[1]) Cf. Bougerel Abrégé de la vie de J. P. Gilbert, Paris 1737. — Alius ab eo est Jo. Gisbert S. J. cujus mentionem fecimus p. 956 et Blasius Gisbert S. J. Divionensis (n. 1657; † 28. Febr. 1731) insignis rhetor, cujus exstat *Le bon goût de l' Eloquence chrétienne,* Lugduni 1702 in 12. opus ob utilitatem suam saepius recusum (iterum Parisiis 1860; 1865) et varias in linguas versum. Cf. J. des Sav. LVII. 603—12; et Balthasar Gibert († 1741) in op. *Jugemens des Savans sur les auteurs qui ont traité de la rhétorique* avec un Précis de la doctrine de ces auteurs, Parisiis 1713—19 t. 3. p. 410—430, de quo cf. Feller IV, 167; Biogr. univ. XVII, 318.

[2]) Ita Mich. a s. Joseph III, 449. Cf. etiam J. des Sav. XCVIII, 467—74.

[1]) De hoc argumento erudite scripsit etiam Petrus le Merre advocatus cleri et parlamenti parisiensis et regius professor juris canonici († 1728) in op. *Justification des usages de France sur les mariages des enfans de famille* faits sans le consentement de leurs parents, 1686. Cf. Biogr. univ. XXIV, 46. Ejus quoque est *Recueil des actes, titres et mémoires concernant les affaires du Clergé de France* augmenté et mis en nouvel ordre, Paris 1716

quo op. non obstante decreto concilii trident. sess. 24. c. 1. de reform., quo anathemate damnat eos »qui falso affirmant, matrimonia a filiis familias sine consensu parentum contracta irrita esse, et parentes ea rata vel irrita facere posse,« statuit, ejusmodi matrimonia esse irrita vel saltem irritabilia auctoritate competenti, quam quidem non parentibus, sed principibus vel Ecclesiae tribuit [1]). *Consultations canoniques sur les sacrements en général et en particulier* fondées sur l'Ecriture s., les Conciles, les Statuts Synodaux, les Ordonnances Royales et sur l'usage, où l'on explique ce qu'il y a de plus important dans les Commandemens de Dieu et de l'Eglise et dans les Loix Civiles qui les font exécuter [2]), 1725 t. 12 in 12; 1730; Dissertation *sur l'autorité du second ordre dans le synode diocésain,* Rotomagi 1722 in 4; *Institutions Ecclésiastiques et Bénéficiales* suivant les principes du Droit commun et les Usages de France [3]), Parisiis 1720 in 4; 1736 ed. aucta animadversionibus derivatis ex actis cleri gallicani t. 2 in 4; *Mémoires concernant l'Ecriture s., la théologie scholastique et l'histoire de l'Eglise* pour servir aux conférences des ecclésiastiques, 1710 in 12., ultra t. 1. non productae. In theologia morali auctoribus probabilistis gravibus adnumeratur [4]).

567. Denique in *Italia* Lazarus Benedictus Migliorucci juris canonici interpres in academia pisana († 23. Jun. 1724) composuit eruditas et prolixas *institutiones juris canonici* cum explicationibus, in quibus universum jus pontificium proponitur et notitia historiae ecclesiasticae passim illustratur, Pisis 1712—23 t. 4 in 4. — Caspar Torelli pariter reliquit *institutionum canonicarum ll. 4,* quibus additae sunt prop. damnatae ab Innocentio XI., Neapoli 1735 t. 2 in f. — Ita et Franciscus Maria Gasparri juris canonici professor, cujus *institutiones juris canonici* saepius prodierunt ut Romae 1705; 1726 pp. 3 in 4; Venetiis 1729; 1741; 1755; 1792.

568. De argumentis *specialibus* juris canonici praeter alios [1]) scripserunt in

—50 t. 15 in f. (12. et 13. sunt ejus filii), cui addi debet: *Abrégé du Recueil des actes* au Table raisonnée, ib. 1752 et 1764; Avenione 1771 t. 14 in 4. (ed. minus correcta). *Traité des dixmes,* Parisiis 1732 t. 2 in 12; *De l'Etendue de la puissance ecclésiastique et de la temporelle* et de leur subordination, 1754 in 12. Tuebatur episcoporum a pontifice ad concilium appellationem.

[1]) Cf. Journ. des Sav. 1709 p. 468—74; Mém. de Tr. 1720 a. 12 p. 129—133.

[2]) Cf. Journ. des Sav. LXXXII, 109—17; 266—75.

[3]) Cf. Mém. de Tr. 1721 a. 81 p. 1721—49; Journ. de Sav. CIX, 349—55.

[4]) Cf. Biogr. univ. XVII, 317; Goujet *Eloge de Gibert,* Parisiis 1736 in 4.

[1]) In Gallia Sachot parlamenti advocatus collegit et ordine alphabetico digessit notas Car. Molinaei, Georgii Louet et Ant. le Vaillant circa rem beneficiariam, Parisiis 1723 in 12.— Roch. Drapier Virodunensis, advocatus parlamenti parisiensis († 20. Jun. 1734). *Recueil* de décisions sur les matières bénéficiales etc., Parisiis 1720; 1732 t. 2; *sur les dimes,* les portions congrues etc., ib. 1730; 1740 t. 2. — Ludovicus Fuet Aurelianensis (n. 1681; † 4. Sept. 1739), appellantium factioni addictus, reliquit traité *des matières bénéficiales,* Parisiis 1721. 1723. — Ludovicus Pisant O. S. Ben. congr. Mauri n. 1646 in oppido Sassetot dioecesis rotomagensis († 5. Maji 1727) edidit *Traité historique et dogmatique des privilèges et exemptions ecclésiastiques,* sine loco impressionis (Luxemburgi). — In Germania praetermissis Laur. Alb. Verlohner Tirolensi († 1732). — Joan. Valentino Strauss Moguntiae juris professore — Daniel Flender S. J. n. 2. Jan. 1665, theologiae dogmaticae et juris canonici in academiis bambergensi, heidelbergensi et herbipolensi professor († 13. Sept. 1723), praeter alia reliquit *theses* de variis argumentis juris canonici et pp. 3 l. 2. decretalium *de judiciis* etc. Bambergae 1716 in 8. — Gundisalvus Suarez de Paz Hispanus edidit *praxim ecclesiasticam et secularem;* accedunt s. Rotae romanae decisiones novissimae, Lugduni 1739 in f.; Matriti 1790 etc.

Gallia: Michael Duperray advocatus parlamenti parisiensis, in utroque jure admodum versatus († 1730 a. aetatis c. 90). Ejus opera sunt quidem erudita, sed desideratur methodus concinna, stilus est neglectus, eaque saepe continent non tam decisiones quam dubia. Potiora sunt: *Traité Historique et Chronologique des Dixmes* suivant les Conciles, Constitutions Canoniques, Ordonnances et Coûtumes du Royaume conformément aux Arrêts, Parisiis 1719 in 12; 1738 aucta a Brunet, saepe editus; *Traité des Dispenses de Mariage,* de leur validité ou invalidité et de l'état des personnes suivant les dispositions canoniques, Ordonnances et Arrêts, ib. 1719 in 12., in quo tuetur necessitatem benedictionis parochi ad nuptiarum valorem; *Traité des Portions Congrues des Curés et Vicairs perpetuels* [1]) *avec plusieurs* questions sur les Offrandes, pensions, incompatibilité des Bénéfices et autres, ib. 1682; 1720 in 12. ed. retractata, emendata et aucta; 1739 t. 2 in 12; *Traité des Moyens canoniques pour acquérir et conserver les Bénéfices et Biens Ecclésiastiques,* autorités des Papes et des Princes conformément à nos Ordonnances et Arrêts [2]), 1726 in 12; 1743 t. 4 in 12; *Traité de la Régale* suite des Moyens canoniques etc., dans lequel on rapporte l'origine et les principes de ce Droit qui est général dans tout le Royaume 1724 t. 4 in 12; *Traité sur le Partage des Fruits des Bénéfices entre les Bénéficiers et leurs Prédecesseurs ou leurs hérétiers* et les charges, dont ils sont tenus, ib. 1722; 1742 in 12; *Traité de l'état et de la capacité des ecclésiastiques pour les ordres et les bénéfices* 1703; 1738, etiam sub titulo *Le droit canonique de la France; Notes et Observations* sur l'Edit de 1695 concernant la jurisdiction ecclésiastique [3]), Paris 1703 in 4; 1718; 1723 t. 2 in 12; *Traité des Droits honorifiques et utiles des Patrons et Curez primitifs,* de leurs charges et de celle des Décimateurs, ib. 1720 in 12; *Observations* sur le concordat fait entre Leon X. et François I., ib. 1720; 1750; Questions *sur le concordat,* ib. 1723 t. 2 in 12.

569. Joannes Kugler S. J. Bohemus, theologiae dogmaticae et juris canonici professor, academiae wratislaviensis per 20 annos cancellarius (n. 23. Apr. 1654; † 22. Febr. 1721) edidit: Tr. theologico-canonicus *de ma-*

— Belga origine erat Franciscus Rütger de Haren, Moguntiae tamen canonicus et juris canonici et civilis professor, protonotarius apostolicus et universitatis cancellarius († 14. Oct. 1724), qui plurima reliquit scripta, inter quae etiam aliqua de jure canonico. — *De concordia sacerdotii et imperii* (Lovanii 1723) disseruit Amand Bauwens amicus Van Espenii et Hontheimii professor, juris canonici et civilis Lovanii professor († 7. Dec. 1724), l. proh. 18. Febr. 1725. — Ludovicus Paxy O. Erem. s. Paul. collegit *Florilegium sponsalitium* canonico-morale juxta dogmata s. Thomae, Comaromii 1740 in 4. — Matthias Guilelmus de Louvrex Leodiensis, clarus jurisconsultus magni meriti magnaeque apud omnes auctoritatis, episcopo a consiliis (n. 1665; † 15. Sept. 1734) scripsit diss. canonicas (eruditas 25) *de origine, electione, officio et juribus praepositorum et decanorum* ecclesiarum cathedralium et collegiatarum, Leodii 1729 in f. Cf. Feller V, 386; Alph. Le Roy in Biogr. nat. de Belg. XII, 512—16. — Cajetanus Argento dux, jurisconsultus, regii senatus neapolitani praeses († 1730), edidit *de re beneficiaria* diss. 3 s. l. et a. (1708), proh. 17. Febr. 1710 a Clemente XI. — Nicolaus Cuygius notis illustravit *Bullarium totius ord. hospitalaris* s. Joannis de Deo, Romae 1724 in f. (m. 30). — De Carolo Majelli neapolitano (n. 1669; † 1738), qui gratia fruebatur Innocentii XII. et XIII., Clementis XI. et Benedicti XIII., cf. Rotermund IV, 393. Praeter alia illustravit diss. acta martyrum Eusebii.

[1]) Cf. Journ. des Sav. LXV, 392—401; LXVII, 21—27; LXX, 159—168; Mém. de Tr. 1721 a. 56 p. 1255—1276.

[2]) Cf. Journ. des Sav. LXXXI, 107—15; de opere sequenti cf. ib. LXXXVIII, 182—188; Mém. de Tr. 1723 a. 84 pag. 1460—93.

[3]) Cf. Feller VI, 472; Biogr. univ. XII, 258.

trimonio[1]) 1. sui p. continens naturam et essentiam contractus matrimonialis cum quaestionibus in hac materia magis controversis; p. 2. matrimonii impedimenta et de his quaestiones accuratius discussas, unacum opusculo de sponsalibus theologico-canonico (quod jam prius prodierat Norimbergae 1705 in 8.), Norimbergae 1713 t. 1; t. 2. tertia p. continens naturam et essentiam divortii maritalis cum quaestionibus in hac materia controversis; p. 4. naturam et essentiam dispensationum et de his quaestiones accuratius discussas, Wratislaviae 1728 in f. *Crisis theologica,* quam super prop. 65 ab Innocentio damnatas fuse conscripsit Joan. de Cardenas S. J. (cf. p. 610.) in compendium redacta, Norimbergae 1705. — Justus Redn O. S. Franc. Brixinensis, provinciae suae praepositus († 3. Aug. 1728), edidit opus canonico-politicum *de electione et de electionis praeside* ex principiis juris canonico-civilis compositum in obsequium utriusque fori, Augustae Vind. in f. 1721. — Jo. Sigmundus de Zeller alumnus collegii germanici, episcopus auxiliaris et vicarius generalis dioecesis frisingensis († 1729) typis dedit *Consilia* seu responsa practica (de capitulo etc.), Ingolstadii 1710 in f. — Joannes Bapt. Ebberth O. S. Ben. garstensis monasterii, ss. canonibus in universitate salisburgensi docendis vires animumque impendit 1695—1706 († 20. Oct. 1738) pluraque reliquit opera, ut *controversias selectas ex universo jure,* Salisburgi 1698. 1699 pp. 2 in 4; *de jubilaeo,* ib. 1700 in f.; *bellum in selecta ex universo jure certamina divisum,* ib. 1702. — Ignatius Glowacki S. J. Polonus († 26. Juni 1729) reliquit l. inscriptum: *Gladius evaginatus pro defensione immunitatis ecclesiasticae* seu immunitas ecclesiastica jure tum divino tum humano, in aliquibus etiam statutis regni Poloniae adv. impugnatores propugnata, Calissii 1725 in 4.

570. Prolixius tamen in hoc argumento versatus est in Italia Joannes Bapt. C. Fattolilli in suo *theatro immunitatis et libertatis ecclesiasticae* juxta gregorianam bullam et constitutionem benedictinam, Romae 1714—30 t. 3 in 1 v. in f. — Josephus Sacripanti Narniensis, cardinalis et praefectus congr. de propaganda fide († 4. Jan. 1727), scripsit *defensionem* jurisdictionis ecclesiasticae, 1711. — Virginius Valsecchi O. S. Ben. congr. casin. Brixianus, historicus et archaeologus, et in universitate pisana s. Scripturae professor († 9. Jun. 1739), edidit: Theologico-canonica *de sponsalium ad instantiam parentum a filiofamilias contra eorum voluntatem cum imparis conditionis puella initorum solubilitate* resolutio, Florentiae 1710 in f., cui resolutioni omnes doctores totaque facultas theologica subscripserunt. *De M. Aurelii Antonini Elagabali tribunitia potestate V.* dissertatio historico-chronologica, ib. 1711, qua plures quaestiones chronologicas ad sec. III. spectantes solvit[1]). — Franciscus Maria Pitonius episcopus Imeriae et auditor Benedicti XIII. († 2. Apr. 1729) collegit *disceptationes ecclesiasticas* t. 6 in f., Venetiis 1733; 1742 ss.; 1763, quorum t. 1. et 2. agunt de controversiis patronorum necnon ab eis prae-

[1]) Alius ab eo est Franciscus Kugler S. J., Pragensis (n. 10. Oct. 1697; † 21. Jun. 1761), qui pariter disputavit de matrimonio. Cf. Sommervogel IV, 1271. — De eodem hoc argumento disseruit et Eugenius Worell O. Cist. Pragensis (n. 1685; † 1732) in op. *Contractus ratus* in lege gratiae ab auctore gratiae ad dignitatem sacramenti elevatus seu tr. theologicus de magno sacramento matrimonii, Pragae 1724 in 4. Alia ejusdem scripta cf. in Xeniis Bernard. III, 244. Alius ab hoc est Car. Worel, S. J. Nimburgensis, Bohemus († 13. Mart. 1744), cujus exstat tr. theologico-canonico-moralis, Pragae 1723 in 4.

[1]) Cf. J. des Sav. LI, 413—26; Fabronius VI, 353—66.

sentatorum ad beneficia et capellanias quascunque et ad alia relicta pia, ubi casus practici, qui in materia jurispatronatus per ecclesiasticas curias ventilantur, et in quibus auctor vel ad defensam scripsit vel pro veritate consuluit, additis judicatis diversorum romani fori tribunalium, signanter s. Rotae [1]), maturiori examine disceptantur; alii t. 4 continent frequentiora ecclesiastici fori litigia una cum decretis tam Datariae apostolicae, quam ss. congregationum particularium et generalium, necnon decisionibus s. Rotae romanae. Collegit quoque constitutiones pontificias et rom. congregationum decisiones *ad confessarios utriusque cleri spectantes,* Venetiis 1715 in f., Augustae V. s. a; *ad matrimonium* tum constans, tum etiam solutum canonice et civiliter spectantes, Venetiis 1727 t. 3; *ad s. ritus spectantes,* ib. 1740 t. 2 in f. — Prodierunt Romae 1716—23 t. 9 in 6 v. in f. et Venetiis t. 11 in v. 8 in f. 1724—1736 *disceptationes ecclesiasticae* Dominici Ursajae una cum resolutionibus seu judicatis ss. congregationum, in quibus pro una parte scripsit vel pro veritate consultus respondit; quae in congregationibus romanis magni aestimantur. — Franciscus a Mostazzo disseruit *de causis piis in genere et in specie* seu de donationibus piis, missis et earum stipendiis, legatis, anniversariis, capellaniis relictis Deo, monasteriis ac pauperibus etc., additis tr. *de sodalitiis* seu confraternitatibus ecclesiasticis et laicis et *de vicario apostolico* (Romae 1725 in f.; 1739) J. B. Bassi ep. anagnini († 1736), Venetiis 1735 t. 3 in 1 v. — Franciscus Paulus de Nicolai Messinensis n. 22. Juli 1657 theologiae doctor, episc. caput-acquensis, archiepiscopus conzanus († 1731) vulgavit dissertationem historico-canonicam (eruditam) *de episcopo visitatore* seu de antiquo ecclesiae vacantis regimine, ad intelligentiam verborum in registro epistolarum s. Gregorii M.: *visitator accedas* [1]), Romae 1710 in 4. — Josephus Riganti episcopus teramensis († 1720) scripsit *de protonotariis apostolicis* tam de numero participantium quam supra numerum, necnon titularibus seu non participantium, Romae 1751 in f. — Joannes Baptista Riganti melfitanus n. 1661, adeo a prima juventute in jure versatus erat, ut a celebri card. Bondino Panciatico prodatario eligeretur annos natus 22 in auditorem, quo munere functus est per annos 35. Magni aestimabatur propter virtutem et scientiam a viris doctis, etiam a card. Lambertino (qui postmodum fuit pontifex sub nomine Benedicti XIV.). Decessit Romae 1735. Reliquit *commentaria in regulas, constitutiones et ordinationes cancellariae apostolicae,* quae edita et annotationibus aucta fuere a duobus nepotibus Nicolao et Joanne Baptista Riganti, Romae 1744, Coloniae 1751 t. 4 in 2 v. ed. melior. — Vincentii de Giusti opus de dispensationibus matrimonialibus, Venetiis 1739 censebatur olim classicum.

571. Jam ad theologiam *moralem* accedamus [2]), quam plures excoluerunt, ex quibus inter *Italos* potiores videntur: Dionysius Joachim Canieres de Belmonte O. Serv. b. M. V., epi-

[1]) *Decisiones rotae* juxta seriem temporis dispositas cum argumentis et summariis publicavit Thomas Ratto y Ottonelli, Valentinus, ejusdem S. R. auditor, dein episcopus cordubensis († 17. Febr. 1738), Romae 1749—54 t. 4, qui tamen complectuntur eas tantum decisiones, quae eo praesente editae fuere.

[1]) Cf. A. E. lips. 1713 p. 381—83.

[2]) Praetermittimus Antonium Barbeito O. S. Franc. reg. obs. Hispanum, qui hispanice vulgavit *Granum theologiae moralis,* Compostellae 1726 in 4. — Franciscum Echarri sodalem, cujus est *Directorium morale* una cum expositione propositionum damnatarum, Pampilonae 1728 in 4.

scopus algarenus (1730; † 1732), qui reliquit *theologiam moralem* breviter expositam in usum juventutis, Astae 1712 t. 5 in 12. — Petrus Catalano S. J. Siculus n. 4. Jul. 1658 in oppido Buccherela, literarum humaniorum et philosophiae magister, deinde theologiae moralis per annos tredecim professor, probabilista gravis († 12. Febr. 1732), *universi juris theologico-moralis corpus integrum* t. 2 comprehendit et in 4 pp. distribuit, quarum 1. prodromum ad universum jus theologico-morale continet; 2. est de Deo loquente; 3. de Christo sanctificante; 4. demum de Ecclesia jubente, puniente et favente, Venetiis 1728 t. 2 in f.; accesserunt propositiones a summis pontificibus damnatae, Barcinone 1743 ed. auctior et emendatior. — In primis vero memorandus est Constantinus Roncaglia congr. Matris Dei, qui ortum habuit Lucae e patritia familia 1677. Praestans sortitus est a natura ingenium optimamque indolem. Congregationem Matris Dei ingressus est Neapoli a. 1697, cujus ornamentum fuit et propter virtutem et propter insignem eruditionem, in primis in theologia morali, in qua est probabilista valde moderatus et secundum s. Alphonsum auctor classicus, et regularum practicarum expositione ac doctrina sana inter plerosque ceteros theologos eminere videtur [1]). Decessit 27. Febr. 1737. Haec potiora ejusdem opera: *Universa theologia moralis,* Lucae 1730 t. 2; Venetiis 1731; 1736; 1738 t. 2 in 1 v. in f.; 1740; 1753; cum *animadversionibus* Jos. Alex. Bambacari ejusd. congr. 1773—74 t. 3 in 2 v. in f.; iterum notis et additionibus illustrata et locupletata cura Optati Bellotti O. Min., Lucae 1833—35 t. 10 in 8. *Alcune conversazioni* (cum mulieribus) *esaminati coi principi della teologia,* Lucae 1710 in 8. absque auctoris nomine; quem l. dein ita inscriptum edidit: *Le moderne conversazioni volgaremente detti dei cicisbei,* 1720; *familia christiana instituta in suis officiis,* 1711 in 8; Venetiis 1713; *Effetti della riforma di Lutero e Calvino e del Gansenianismo,* Lucae 1714 in 8; *quaesita dogmatica et moralia de s. Ecclesiae sacramentis;* accedit opusculum valde rarum de speciebus eucharisticis adversus atomistas, 1715 in f. (m. 30); *lezioni sacre intorno alla venuta, costumi e monarchia dell'Anticristo,* 1718 in 8. *Storia delle Variazioni,* Romae 1713, compendium gemini operis Bossueti. Adnotationes quoque antidoti instar adjecit ad historiam ecclesiasticam Natalis Alexandri, quae alioquin esset in indice, sed cum hisce adnotationibus permittitur, Lucae 1734 t. 9 in f.; et cura cl. Mansi Neapoli et Parisiis 1740 t. 18 in 4.

572. *Hispani* fuere: Gutierres Ildephonsus Hurtado S. J. Toletanus, Matriti professor theologiae scholasticae atque moralis (n. 18. Sept. 1667, † 1. Febr. 1721), cujus est *theologia moralis* a sede apostolica per decreta Alexandri VII. atque Innocentii XI. castigata, ad sanum ex communi doctorum sensum exposita ac restituta, Matriti 1718 in f., in qua antequam accedat ad proscriptas theses dilucide explicandas et rationibus comprobandas, breviter sed luculenter probat rom. pontificum decreta in controversiis liciti et illiciti esse infallibilis veritatis. — Alphonsus ab Angelis O. Carm., patria Zecluvin in Extremudura, philosophiae atque theologiae professor 2. p. t. 12. salmanticensium theologorum cursui Lugduni 1704 manum extremam imposuit, et t. 6. *cursus theologiae moralis salmanticensium* (Matriti 1724) ad finem perduxit. — Angelus a s. Maria O. Carm. elaboravit *breviarium morale carmelitanum* juxta angelicam

[1]) Cf. Sartheschi de script. congreg. Matris Dei a. 83; supplem. ad Nat. Alex. hist. p. XVI a. 1778; Biogr. univ. XXXVIII, 543.

doctrinam s. Thomae Aq., Olisipone 1734 t. 5 in f., quod multum laudatur; *consulta varia theologica,* moralia, juridica, legalia ac regularia, 1742 in f. — Antonius Guerrerus O. Erem. s. Aug. scripsit *theologiam moralem d. Augustini,* in qua omnis doctrina morum directiva in veritatis doctore protoparente Augustino fundata traditur, cujus t. 1. Matriti 1733 prodiit in f. Utrum alii tomi prodierint nos latet. Porro in illo agit de moralitate, conscientia, peccatis, de ignorantia, de actibus humanis, de lege et praecepto, de sacramentis. — In *Belgio* Jacobus van Bossuyt O. S. Aug., facultatis lovaniensis doctor, regens et professor, praefectus apostolicus missionis hollandicae († 1727), *theologiam moralem* contractam 2 t. in 8. edidit Lovanii 1709; Venetiis 1767. — Walbertus a s. Adelgunde O. Carm. reliquit *theologiam moralem* seu resolutionem casuum conscientiae juxta inconcussam d. Thomae Aq. quinti Ecclesiae doctoris et aliorum patrum mentem viam sternentem mediam inter rigidiores laxioresque casuistarum opiniones, Montibus 1738 t. 4 in 7 v. in 12. — In *Germania* Sebaldus a s. Christophoro O. Carm. († 1726) vulgavit *theologiam juridico-canonico-polemico-moralem* pro confessariis, Wirceburgi 1740 t. 3 in f.; *theologia historico-polemica* pro vindicanda contra haereticos catholica Ecclesia, ib. 1747 pp. 2 in 1 v. . . cujus pars prior videtur esse *Scientia salutis* gentium, Judaeorum et haereticorum errores confundens seu selectae controversiae contra religionis catholicae hostes, Bambergae 1758 pp. 2 in 1 v. in f.; *quaestiones morales* de actibus humanis, conscientia, legibus, fide et regulis fidei, quas ex synodo tridentina, ss. canonibus et auctoribus probatissimis collegit, Herbipoli t. 10 in 6 v. 1725—26. — Reimann reliquit *cursum theologiae moralis salisburgensis,* Augustae 1718.

573. Argumenta *specialia* in primis de regula morum et conscientia deque probabilismo nonnulli tractarunt. Ita Christophorus Rassler [1]) S. J. in academia dilingana, dein ingolstadiensi theologiae professor, Romae revisor librorum et studiorum praefectus in collegio romano († 16. Jul. 1723) in sua *Norma recti* seu tr. theologico, in quo tum de objectiva tum etiam de formali regula honestatis ac praecipue de recto usu opinionum probabilium magna accuratione ita disseritur, ut et rigore lenitas et lenitate rigor salubriter temperetur, ostendendo scil. quod in concursu opinionum utrimque probabilium circa honestatem vel licentiam alicujus actionis partem minus tutam seu faventem libertati fas sit in operando sequi non tunc solum, cum eadem operanti magis probabilis appareret, sed etiam quando aequalem prae se fert probabilitatem cum opposita tutiore stante pro lege, non tamen etiam quando habere videtur notabiliter minorem, Ingolstadii 1713 in f., quo in op. moderatum tuetur probabilismum. Jam antea (1694) coeperat edere *controversiam* prolixam theologicam tripartitam academice disputationi subjectam *de recto usu opinionum probabilium* adversus opinionem P. Gonzalez (p. 953), quae tamen suppressa fuit, eam enim neque complere neque pu-

[1]) Ejus fratres vel cognati fuere tres alii sodales scil. Franciscus R. philosophiae professor in academia dilingana († 25. Nov. 1734), qui scripta quaedam philosophica edidit; Joannes Ev. R., cujus est *Pallas sagata et togata Hungariae servatrix,* Serviae liberatrix, sive concordia praedeterminationis physicae vere thomisticae cum libertate, Dilingae 1719 in f. (constans tantum p. 86); Maximilianus R. (n. 20. Jan. 1645; † 2 Febr. 1718), qui plura opera P. Segneri latine vertit ediditque *Monarchiae rom. pontificis coelestis origo* contra S. Puffendorfium academicis diss. propugnata Dilingae 1703 in 4. Cf. Sommervogel VI, 1466—1476.

blicae lucidare licuit[1]). Edidit praeterea *controversias philosophicas et theologicas de ultima resolutione fidei,* Dilingae 1696 in 8; *de regula externa fidei divinae,* Ingolstadii 1701 in 8., in qua agit adversus idololatras, philosophos religionis naturalis sectatores, Judaeos, Mohammedanos, haereticos, et adversus declarationem cleri gallicani a. 1682 romani pontificis infallibilitatem tuetur[2]); *de physica praedeterminatione,* ib. 1697. Auctor quoque est *vindiciarum Gobatianarum* (cf. p. 271). — Tacito nomine Gonzalez impugnavit et pro probabilismo stetit Jo. Banholzer S. J. Rassleri collega Constantiensis (n. 1645; † 1725) in *Ethice christiana* seu de regula morum, Ingolstadii 1694. Disputavit quoque *de scientia Dei,* ib. 1692. — Coelestini Reittmayr O. S. Ben. Straubingensis, theologiae professoris († 21. Dec. 1729), *est Basis et fundamentum totius theologiae moralis* h. e. disputatio speculativo-moralis de conscientia, Ratisbonae 1701 in 8.

574. Augustinus Magg O. S. Ben. Weingartensis Oeniponte n. 1665, controversiarum fidei, casuum, demum theologiae scholasticae professor († 6. Febr. 1736), disseruit *de amussi boni et mali interna,* Salisburgi 1713 in 4; *de legibus* 1712; *de Deo,* 1712 in 4. — Ludovicus Vincentius Mamiani della Rovere S. J., Pisauri natus, diu in Brasilia missionarius († 1730) in op.: *concordia doctrinae probabilistarum cum doctrina probabilioristarum,* in qua componitur sententia de licito usu opinionis minus tutae et minus probabilis in concursu tutioris et simul probabilioris cum sententia docente non esse licitam in praxi opinionem minus tutam, nisi appareat opinanti attenta ratione et auctoritate manifeste ac evidenter probabilior, quam opposita tutior[1]), Romae 1708 in 4. — Dominicus Maria Molinari de Sarzana O. Praed. scripsit *Scrutinium de opinionibus in praxi deligendis:* duabus interpositis appendicibus, quarum una Joannis de Cardenas (p. 610), altera vero Nic. Peguleti opiniones confutantur: omnia juxta doctrinam Thomae Aq., quod edidit Jo. Bapt. Joani sarzanensis patritius, Massae 1725 in 8. Ejus quoque est tr. rarus et carus (l. 81) *de poenitentia,* ib. 1743 t. 2 in 4. — Carolus Antonius Casnedi S. J. Mediolanensis n. 1643, philosophiae et theologiae professor († 11. Maj. 1725) in *Crisi theologica* selectiores et acriores hujus et elapsi seculi controversias discutit, t. 1, Olisipone 1711 in f.; in t. 2. selectiores et acriores de probabilitate theologica controversias prolixe expendit; in t. 3. duplex gordius conscientiae nodus, unde in incertis certitudo conscientiae et anxiatis certitudo reflexa certae probabilitatis perfectissima Deiparae et angelorum praxi et omnium scholarum calculo solvitur. Quaestio novissima contra paucos neotericos; accedit ad calcem digressio de sacramento poenitentiae ad normam decretorum pontificiorum, 1712; in t. 4. contra Mich. de Molinos et recentissime exortos et damnatos caco-mysticos, eucharistice transubstantiatos, sublimiora theologiae mysticae arcana intermixta difficiliorum a pontificibus damnatarum expositione, necnon novis et curiosis et practicis digressionibus non tentata hactenus scholastica methodo tractantur, ib. 1719 in f.; in t. 5. pleraeque difficiliores (prop.) ab Alexandro VII. et VIII., ab Innocentio XI., et nuperrime a. SS. D. N. P. Clemente XI. damnatae, insertis pluribus aeque arduis

[1]) Cf. Specht Gesch. der Univ. Dillingen p. 296; Döllinger-Reusch Gesch. der Moralstreitigkeiten I, 236—245.

[2]) Cf. J. des Sav. XXXI, 505—10.

[1]) Cf. Mich. a s. Joseph I, 190, qui illud vocat, opus subtilitate multiplicibusque reflexionibus intricatum.

ac novis quaestionibus praecipue ad utrumque judiciale internum et externum forum spectantibus, discutiuntur, ib. 1719 in f. — Sed acerrimis conviciis probabilismum impugnavit[1]) Ignatius de Camargo S. J. n. 26. Dec. 1650 Soriae in Hispania, theologiae professor Salmanticae annis 17 († 22. Dec. 1722), qui Elizaldum sectatus absolute tenuit sententiam rigidam in op. *Regula honestatis moralis* seu tr. tripartitus de regula moraliter agendi[2]), p. 1. et unica Neapoli 1702 in f., in quo agit in primis contra Terillum, Esparsa etc.

575. De argumentis aliis specialibus[3]) in *Belgio* docte disputavit Franciscus van Ranst[4]) O. Praed. Antwerpiensis apud sodales theologiae professor, Romae theologus casanatensis († 31. Maj. 1727). Haec potiora ejusdem opera: *Veritas in medio* seu d. Thomas propositiones omnes circa theoriam et praxim, rigorem ac laxitatem versantes a bajanis usque ad quesnellianas 101 inclusive per tutissima et inconcussa atque ab omni extremo remota dogmata praedamnans: inserta sunt vitae Baji, Jansenii aliaque gesta historica, Antwerpiae 1715; accedunt responsio ad Quesnellum (ib. 1718); errores et synopsis vitae P. Quesnelli, cujus 101 prop. ss. literis ac doctrinae ss. patrum opponuntur, Venetiis 1720; 1743; *historia haereticorum et haeresum,* seu Thomas omnium errorum tenebras profligans: cujuslibet seculi erroribus praefigitur erronum vita; accessit singularis diss. adversus modernos sectarios, Venetiis 1735; *Lux fidei* seu d. Thomas splendidissimus catholicae fidei athleta, Maestricht t. 2 ed. aucta; prior prodierat Antwerpiae 1717; *de indulgentiis et jubilaeo* anni sancti imminentis, Romae 1724; Monachii 1725; quae collecta simul prodierunt Venetiis 1759—60 t. 3 in 2 v.

576. Ex *Germanis* huc referri possunt[1]): Simon Karchne (Kaerchne) S. J. Carniolus n. 2. Oct. 1649, philosophiae et ss. canonum professor in academia graecensi, cujus etiam fuit cancellarius († 11. Dec. 1722), qui vulgavit: Dissertationes *de actibus humanis*[2]) cum principiis posterioribus theologiae moralis materiis applicatae ac copiosis inde deductis practicis resolutionibus in magnum confessariorum commodum declaratae, Augustae Vind. 1716 in 4; diss. *de jure et justitia* ad praxim fere omnium statuum

---

[1]) Contra Probabilismum scripsit etiam Vincentius Ferrerius O. Praed., de quo egimus p. 1017. Probabilioristis accenseri quoque debet Paulus Lugd. O. Cap. (cf. p. 1001).

[2]) Cf. J. des Sav. XXXII, 250—64.

[3]) Elias a s. Francisco O. Carm. dedit ideam theologiae moralis *de sacramentis et censuris* in fundamentis Joannis de Baccone, Varsaviae 1726 in 4.

[4]) Alius ab eo est Franc. van Ranst pariter Antwerpiensis O. Praem. theologiae diu professor († 3. Dec. 1720), cujus plurimas theses, opuscula ad theologiam moralem spectantia et rarissimam theologiae moralis p. 1. (et unicam), Antwerpiae 1711, recenset Goovaerts II, 310 ss. De nostro cf. Van Calven Biogr. nat. de Belg. XVIII, 679.

[1]) Praetermittimus Aquilinum Aman O. S. Fr. († 1727), de quo cf. Baader Gelehrtes Bayern p. 19 — Joannem Frain Andegavensem (n. 1641; † 1724), de quo cf. Feller IV, 3; Biogr. univ. XV, 424 — Franciscum Latenay O. Carm., Sorbonae doctorem, qui Clementi XI. et Ludovico XIV. fuit acceptissimus († 1732), de quo cf. Alex. a s. Joanne in contin. H. E. Fleurii 74, 179 ss. — Joannem Bapt. Viglioni Neapolitanum, cujus est enchiridion tres tractatus complectens *de somniis, cabalis et cacodaemonibus,* Neapoli 1723 in 4.

[2]) De his disseruit (Treviri 1716 in 4.) etiam Paulus Aler S. J. n. 9. Nov. 1656 in oppido S. Viti olim in ducatu luxemburgensi, theologiae professor in academia trevirensi († 2. Maji 1727), qui tamen magis innotuit quam plurimis tragoediis latinis, quas Coloniae repraesentare solebat, aliisque operibus ad poesim spectantibus. Cf. Neyen Biogr. Luxemb. I, 12 s.; Sommervogel I, 160—67.

directae plurimisque rarioribus quaestionibus instructae, ib. 1714 in 4; tr. canonisticus *In l. 4 decretalium* judici utriusque fori ecclesiastici accommodatus multumque utilis ac necessarius, in quo universa materia de sponsalibus et matrimonio, hujus impedimentis, dispensationibus istarumque clausulis explicatis tam a s. poenitentiaria, quam a romana Dataria inseri consuetis pertractatur, ib. 1713 in 8. — Joannes Ev. Rottner O. S. Ben. in monte s. Joannis ap. et evang. Mallerstorphii professus [1]), communis studii congr. director, theologiae et s. Scripturae professor (n. 1667; † 26. Jun. 1725), disputavit *de formali peccati, distinctione specifica peccatorum et macula peccati,* Frisingae 1712 in 8; *de poenitentia,* Monachii 1714 in 8; *de restitutione honoris et famae,* Ratisbonae 1715 in 8; *de gratia actuali,* Monachii 1714 in 8; *Status religiosus* asceticotheologice expensus ad mentem ss. Augustini, Anselmi et Thomae, Augustae V. 1719 in 4. etc. — *De jure et justitia* exstat tractatus Ferdinandi Sieghard S. J. Nissae in Silesia n. 13. Aug. 1667, theologiae professoris († 19. Febr. 1733), et *Liber novus in Maria Matre dolorosa propositus et explicatus* per V. T. typos, vindicatus a novorum haereticorum furoribus atque quaestionibus ad hyperduliam marianam directis illustratus, praefixa universa theologia scholastica in compendium redacta [2]), ib. 1715 in 4. — Paulus Zettl (Zetl, Zetel) S. J. Schleishemianus n. 1618, philosophiae (1715) et theologiae moralis (1718—25) professor Ingolstadii († 30. Mart. 1740), scripsit opus: *Clericus curatus circa obligationes restitutionis quoad bona fortunae theologice et practice instructus,* t. 3 Ingolstadii 1727 in 8; 1728. — Josephus Dalbert S. J. Moravus n. 14. Oct. 1683, Olomucii professor juris canonici et theologiae († 17. Maj. 1740), edidit: *Sacramentum matrimonii* quomodo impediatur et quomodo ab impedimentis praesertim via dispensationis expediatur, pro usu praecipue versantium in tribunali sacramenti poenitentiae adaptatum, Pragae 1730 in 8; 1734; *Infallibilis Ecclesiae romanocatholicae auctoritas* in legitimis conciliis definientibus controversias fidei ac morum, 1736 in f.; *notitia conciliorum particularium* interpositis quibusdam dissertationibus controversisticis, ib. 1736 in 8; *sacramentum poenitentiae* juxta mentem praeprimis conc. tridentini ac trium pontificum Alexandri VII., Innocentii XI., Alexandri VIII. damnantium quasdam propositiones hoc sacramentum etiam quoad ejus materiam remotam concernentes expositum pp. 3, ib. 1733. 1735 in 4. — De hujus sacramenti ministro (Monachii 1689 in 8.) egit David Winther O. S. Franc. Monacensis (n. 1654), theologiae lector († 13. Jan. 1724). Scripsit quoque *de silentio triplici,* naturali, civili et sacramentali, 1701; *de missae stipendio,* ib. 1697. — Henricus Hardter O. S. Ben. ad s. Emeranum Ratisbonae n. 1670, ibidem philosophiae et theologiae professor, dein (1721) abbas michelfeldensis in palatinatu superiore († 8. Maj. 1738), edidit praeter alia diss. *de efficacia poenitentiae in peccata venialia,* 1710 in 8; *disputationem theologico-juridicam,* an judex condemnare valeat convictum nocentem, quem privata scientia novit innocentem, Frisingae 1711 in 8.

577. In *Gallia* Edmundus Bernardus Bourrée congr. Or. (n. 1652; † 26. Maji 1722) praeter alia utilia [1]) reliquit *Conférences ecclésiastiques* du diocèse de Langres, Lugduni, 1684 t. 2 in 12; 1693 t. 3 in 12; 1734 t. 3 in 12. ed. aucta; *Explication, des épîtres et des*

[1]) Cf. Baader Lexikon II, 2, 58.
[2]) Cf. A. E. lips. suppl. VI, 278—81.

[1]) Cf. Adelung 1, 2158: Ingold Essai de Biogr. Orat. p. 25.

évangiles des dimanches et fêtes, Lugduni t. 2 in 8; 1697 t. 5 in 8; 1713. — Joannes Laurentius le Semelier congr. doctrinae christ., n. 1660 Parisiis, egregius theologiae professor († 1725), edidit utiles Conférences Ecclésiastiques de Paris *sur l' usure et la restitution* où l' on concilie la Discipline de l' Eglise avec la Jurisprudence du Royaume de France [1]), Parisiis 1718 t. 4 in 12; 1724 (ed. melior); *Conférence sur le mariage,* 1715 t. 5 in 12; *sur les péchés* t. 3 in 12. Ex ejusdem mss. derivati fuere alii 10 tomuli 1755 et 1759, quorum quatuor sunt de decalogo. — Ejusmodi collationes edidit etiam Franciscus Babin Andegavensis n. 1651, canonicus, vicarius generalis et decanus facultatis theologicae in academia andegavensi, in qua a. 20 cathedram rexit († 19. Dec. 1734), scil. *Conférences du diocèse d' Angers* t. 18, quae commendantur a methodo, expositionis nitore et perspicuitate. Adjecti deinceps fuere alii t. curis Vautier, Audebois († 1759) et ex mandato cleri gallicani a Cotelle de la Blandinière († 1795) non aequalis meriti [2]). Hi redacti fuere ad t. 14, quibus additi alii 5; prodierunt iterum 1785 t. 24 in 12; Bisontione et Parisiis 1829 in 8. et 12. — Carolus Franciscus Dubos [3]) Avernus, decanus capituli et vicarius generalis luxoniensis (n. 1666; † 3. Oct. 1724), vir eruditus et modestus, et quod plus laudandum, pater pauperum, continuavit *Conférences de Luçon,* quarum ab. Louis jam ediderat t. 5 a. 1685, modo sunt t. 26 in 12. — Joannes Franciscus Paulus Lefèvre (Lefebure) de Caumartin [1]) episcopus blessensis († 30. Aug. 1733) edidit *Instructions sur les Sacremens et sur la Messe de Paroisse* tirées du Rituel de Blois, Blesis 1730 t. 2 in 12., quae laudantur in Mém. de Tr. 1732 IV a. 80 p. 1706—17. — Norbertus Jomart O. S. Ben. congr. s. Mauri († 1738) contra Deschamps (p. 773) edidit *Avis touchant la crainte servile,* in 12; et *Avis important touchant la conscience erronée,* 1712. — Joannes Boillot O. Min. (n. 22. Febr. 1658; † 16. Mart. 1728) scripsit *Lettres sur le Secret de la Confession,* Coloniae (Divione) 1703 in 12; *la vraye Pénitence,* ses motifs et ses Conditions avec des Réflexions, Divione 1707 in 12. — Alphonsus Costadau O. Praed. († c. 1730) edidit: *Traité historique et critique des principaux signes,* dont nous nous servons pour manifester nos pensées, Lugduni 1717—24 in 12. in 3 pp., in quarum 1. agit de signis humanis; in 2. de signis superstitiosis et diabolicis; et in 3. de signis divinis. — Petrus Forestier [2]) canonicus aballonensis († 30. Nov. 1723) edidit *Histoire des Indulgences et des Jubilés,* Parisiis 1700 in 12; *Vies des Saints,* Patrons et Evêques d' Autun, Divione 1700.

578. In *Italia* Antonius Maria Bonucci S. J. Aretinus, in Brasilia aliquamdiu missionarius († 29. Mart. 1728), praeter plura alia ad ascesim praesertim spectantia [3]) edidit *vindicias*

[1]) Cf. J. des Sav. LXIII, 429—39; 528—37; Mém. de Trév. 1708 IV a. 54 p. 810—852.

[2]) Cf. Feller I, 349; Biogr. univ. III, 157.

[3]) Alius ab eo Jo. B. Dubos Parisiensis publicis negotiis addictus, vir tamen admodum eruditus, in literatura antiqua et recentiore versatissimus et in linguis classicis, secretarius *perpetuus academiae* gallicae († 1742). Ex pluribus ejusdem op. multum laudatur *Reflexions critiques* sur la Poésie, la Peinture, la Musique, Trajecti 1732 t. 2 in 8; Parisiis 1633 pp. 3. Ex numismatibus eruit *Histoire des quatre Gordiens,* Parisiis 1695; cum *Vindiciis* 1700. Cf. Feller 3, 333.

[1]) Cf. Kerviler Un evêque de Vannes àl' Académie française J. F. P. Lefèvre . . . Etude historique etc. Vannes 1876.

[2]) Cf. Biogr. univ. 15, 264.

[3]) Cf. Sommervogel I, 1764—71, qui ei tribuit op. 47, inter quae plures sunt SS. biographiae. De opere, cujus mentio-

aequissimi decreti Alexandri VIII. P. M. adversus propositiones 31 in eo damnatas divinis utriusque T. oraculis, sacerrimis conciliorum sanctionibus, veterum patrum chirographis, castigatioris theologiae calculis ac eruditionis humanae monumentis obsignatas, Romae 1704 in 4; *Istoria del Pontefice O. M. il b. Gregorio X.* descritta in tre libri, Romae 1711; *Istoria della Vita, Martyrio e Miracoli di S. Gregorio,* Arcivescovo e Primate della Armenia[1]), ib. 1717 in 4; *Il Salomone* descritto in 100 lezioni sulla divina Scrittura, ib. 1720—21 t. 4; *Ephemerides eucharisticae* veritatem atque cultum sacrosancti fidei nostrae mysterio luculentis ss. pontificum, cardinalium ... qui ad singulos anni dies in sacris tabulis veluti sibi natalitios accedunt, monumentis consignantes: s. paginae oraculis, conciliorum sanctionibus, PP. testimoniis ac ethicis observationibus illustratae, Romae 1715—28 t. 4 in 4; *manuductio ad rhetoricen* e severiori veterum oratorum disciplina et praesertim e sacris utriusque linguae patribus ... breviter deprompta. — Cajetanus Corazza cler. reg. min. scripsit methodo scholastica *de conscientia* seu de regula interna actuum humanorum et de peccatis, Venetiis 1735 in 4; *de sacramentis baptismi et poenitentiae*[2]) ib. 1736 in 4. — Paulus Antonius de Carusis, molochiensis presbyter, disseruit *de obligatione denunciandi confessarios in confessione sollicitantes* ex vi multarum constitutionum apostolicarum, prasertim novissimae constit. Gregorii XV.; continentur quaesita 158 ex doctrina recentiorum theologorum diligenter collecta et canonice discussa, Messanae 1730 in 8. — Fidelis Pedrolus († c. 1738) scripsit *de approbatione et jurisdictione ministri sacramenti poenitentiae,* Mediolani 1701 in 4. — Eusebius de ss. Sacramento, Madritanus, vir apostolica praedicatione in Hispania et Lusitania celeberrimus et in ipsa Roma urbe, supremo Ecclesiae pastori Benedicto XIII. et purpuratis patribus acceptissimus, hora aetatis suae prima vocatus a Deo, religioni Excalceatorum ss. Trinitatis adscribi voluit. Clara mente praeditus et stupenda ad miraculum usque memoria cumulatus, quidquid scientiae et eruditionis summa quadam facilitate comparavit, incredibili prorsus felicitate retinuit. Scripturam s. memoriter recitabat universam. Animarum zelo inflammatus lacrymis a superioribus obtinuit, ut ei liceret, uni praedicationis muneri se totum mancipare. Per 30 ferme a. fere singulis diebus concionem habuit imo non raro eodem die bis aut ter: populorum vero concursus ad eum audiendum erat incredibilis. Vox ejus robusta quandoque a viginti millibus hominum in campo concioni adstantium clare audita est. Poenitentibus nulla hora defuit: conscientiarum nodos mira dexteritate extricabat. Aegrotantibus praesto fuit, nullique vel pauperrimo vel sordidissimo jacenti loco extrema caritatis et misericordiae officia denegavit. Dissidentes ad concordiam, non tam hortabatur, quam cogebat. Ab Hispaniarum supremo s. fidei senatu librorum expurgationi destinatus, vir otii prorsus nescius, innumeros bibliothecarum libros ad normam hispani indicis fidelissime emaculavit. Scripsit *de pertinentibus ad celebrationem jejunii ecclesiastici quatuor anni temporum,* Romae 1724 in 4. — Joannes de Ascargorta O. S. Franc. edidit praeter *lectiones theologiae mysticae* (hispanice), Granatae 1712 in 8., *instructionem novi concionatoris,* ib. 1716 in 8., et *Manuale confessariorum* ad mentem subtilis doctoris, Matriti 1724 ed. 3.

---

nem facimus, cf. J. des Sav. XXXIV, 809—18; A. E. lips. 1708 p. 178—181.

[1]) Cf. A. E. lips. 1719 p. 237—41 et suppl. VII, 4—8.

[2]) Cf. suppl. ad A. N. lips. 11, 417.

579. Ad theologiam *pastoralem* praeter alios, quos jam laudavimus [1]), referri possunt: Ant. a s. Angelo Ca. Lusitanus, cujus est *Director dos Directores* para o governo das almas, Olisipone 1738 in 4. — Caspar a s. Maria Magdalena de Pazzis O. Carm., in seculo dictus Bormans, natione Belga, philosophiae et theologiae professor († 1722), qui edidit bonam *praxim confessariorum* sive methodum bene administrandi poenitentiae sacramentum, Antwerpiae 1703, et scripsit etiam *de opinione probabili ejusque abusu et usu,* Hasseleti 1717. — Antonius Maria Affaitati ab Albogasio ditionis mediolanensis O. Cap. nobilitate natalium, suavitate morum laboribusque assiduis clarus, damnatos ad mortem juvandos selegit eventu semper felici († 26. Apr. 1721). Hinc praeter alia scripsit *Il Caritativo assistente* in pratica. *Metodo per ajutare e confortare i Condannati a morte* ad un felice passagio, Mediolani 1719. Collegit quoque *Fiori istorici* o Compendio di erudizione virtuosa e fatti illustri d'Uomini grandi . . . e loro detti memorabili ib. 1711; 1732 ed. aucta et in 3 t. distributa. — Josaphat Battistelli juris civilis doctor n. 17. Mart. 1659, episcopus primum (1705) ripanus (Ripatronsone), dein (1717) fulginatensis († 31. Mart. 1735) praeter alia [2]) dedit *Ricordi a' Parochi e Confessori* Foligno 1720; *de parochi residentia,* s. a.; *dioecesana synodus* a. 1722 t. 2; Mutinae 1724 t. 2 in 4 etc. — Cajetanus Alessandri O. Theat. Bergomas, ordinis (1719) praepositus († 18. Jan. 1730), auctor est operis *Confessarius monialium* commoda, brevi et practica methodo instructus circa earum obligationes, privilegia et cetera fere omnia ad hanc materiam spectantia, Venetiis 1706 in 12. sub ficto nomine Aniceti Alinas de Xerda; 1713 (sub suo nomine), et saepius deinceps; Romae 1763 in 12. — Joannes de Burgo edidit *pupillam oculi de septem sacramentorum administratione,* de decem praeceptis decalogi ceterisque ecclesiasticorum officiis, Argentorati 1718 in 4. — Franciscus Masclef canonicus et regens seminarii ambianensis, in linguis orientalibus [1]) bene versatus († 14. Nov. 1728) edidit *Conférences du diocèse d' Amiens* sur les devoirs et les obligations de l'état ecclésiastique et sur les principales vérités de la religion. — Franciscus Anceaume O. S. B. congr. s. Mauri prior († 21. Aug. 1729) *Sujets de conférences ecclésiastiques* in 4. — Antonius Léget (n. 1657; † 1728) *Conduit des confesseurs* dans le tribunal de la pénitence. — Aegidius Vauge Orat. theologiae in seminario gratiopolitano professor († 1739) *Directeur des âmes pénitentes* t. 2 in 12. — Simon Michael Treuvé congr. doctrinae christ. (quam tamen reliquit 1673), a Bossueto canonicatu donatus, factioni jansenianae addictus († 1730), scripsit inter alia [2]): *Le Devoir des Pasteurs,* Bruxellis 1699 in 18. — Ludovicus Flieger scripsit *tribunal confessariorum,* Coloniae 1721 — Nicolaus Tausch resolutiones theologicas *de administratione sacramentorum,* Monachii 1736 — Ubaldus Stoiber O. Min., theologiae lector, composuit *armamentarium ecclesiasticum* complectens arma spiritualia fortissima ad insultus diabolicos elidendos et feliciter superandos, Augustae Vind. 1726 p. 2 in 8. proh. 20. Aug. 1753 — et Joannes Georgius Spengler *instructionem parochi* pro visitatione infirmorum et administratione sacramentorum poenitentiae, eucharistiae et ex-

[1]) Huc spectat etiam Franc. Hertzig S. J. pag. 1050.

[2]) Cf. Bibl. picena II, 124—6; Tuzj S. J. Brevi ragguagli della vita di alcuni Servi di Dio, Romae 1727.

[1]) Cf. Michaud Bi. un. XXVII, 180.

[2]) Cf. Feller VIII, 244 et Biogr. univ. XLVI, 499; Dict. des Livres jansén. I, 441—43; II, 332—38.

tremae unctionis, pro assistentia extremae luctae, Constantiae 1731; 1739 in 8. (ed. 3); Augustae 1749; 1757 t. 4 in 1 v.; *manuductio practica* ad sancte exacteque ministrandum sacramentum baptismi adjectoque examine pro obstetrice, Augustae 1749 in 8. (ed. 4.); *instructio parochi pro assistentia ss. contractuum solemnium sponsalium et matrimonii,* adjecto examine pro contracturis, ib. 1744; 1749 (ed. 6.); *instructio parochi circa missam privatam;* conscientiae dubia, obligationes, ritus et caeremoniae, praeparatio, ib. 1744 in 8. — De Christophoro Tootell sacerdote anglo et missionario (n. 1660; † 18. Nov. 1727) cf. Gillow V, 547. — Mentio fieri hic posset Philippi Hecquet medici doctrina et peritia celebris n. Abbavillae 11. Febr. 1661, qui absoluto theologiae studio medicinae operam dedit, atque medicum egit in famoso Portu regio (Port Royal 1688—93), et ab a. 1697 Parisiis, ubi tot aegroti ejus implorarunt auxilium, ut currus, quo vehebatur, ipsi esset museum. Per 30 omnino annos nec carnibus vescebatur, nec vinum gustabat. Aetate sat provectus (a. 1727) Carmelitarum institutum est amplexus. Decessit a. aetatis 76. d. 12. Apr. 1737. Innumera reliquit opera eruditione quidem referta sed stilo negligenti conscripta, quae ad rem medicam spectant. Ad rem nostram sunt: *Traité des Dispenses du Carême,* Parisiis 1710—1712 t. 3, auctus et emendatus 1741, in quo abstinentiae legem valetudini opportunam ostendit [1]): *La medicine théologique* ou la Medicine créée telle qu'elle se fait voir sortie des mains de Dieu, Créateur de la Nature et regie par ses Loix. Ouvrage où s'explique l'Hygiène par les principes du Méchanisme: puis par de semblables notions tirées des Sciences les plus propres à perfectionner la Médicine; l'on y développe les idées des vraies causes des maladies, de l'ordre auquel elles apartiennent et de leurs vrais remèdes, 1733 t. 2 in 12., in quo scite ostendit, impossibile esse ut ex mira organismi corporis humani structura medicus non agnoscat digitum Dei [1]); *le naturalisme des convulsions* (jansenistarum), t. 3 in 12. etc. Dolendum est ipsum appellandi pruritum hujus sectae esse secutum.

580. *Conscientiae casus* collegerunt et solverunt Laurentius Tapolcsány S. J. Hungarus n. 26. Jul. 1669, juris canonici et theologiae dogmaticae professor († 30. Sept. 1719), Tyrnaviae 1716 et Viennae 1728 in 8., qui etiam statuit theses theologicas *de Deo uno et trino,* Tyrnaviae 1727 in 8; *de peccatis, gratia et merito,* ib. 1727 in 8. — Antonius Bovari O. Minim. Veronensis n. 1649, per annos multos apud suos thoologiae lector et in seminario veronensi († 24. Jan. 1726), cujus sunt *problemata theologico-moralia* Venetiis 1709 in f.; *gemmae theologico-morales,* ib. 1710 in f. — Joannes Baptista Badalini O. Serv. b. M. V. natus Sabionetae in ditione cremonensi, philosophiae et theologiae professor († 1730), edidit *fragmentorum theologicorum moralium* seu casuum conscientiae diversorum *collectionem,* Senogalliae 1730; Venetiis 1752. — In primis Joannes Pontas natus in oppido s. Hilarii de Harecourt in diocesi abrincensi a. 1638, juris utriusque doctor, parochus in urbe parisiensi et ecclesiae parisiensis subpoenitentiarius († 27. Apr. 1728 fere nonagenarius), qui probabilioristis adnumeratur et a Benedicto XIV. in const. ad Joannem Oscensem a. 1746 ‚praeclarus theologus' vocatur. Edidit: *Examen général de conscience,* Paris 1728 in 12; *Dictionnaire*

[1]) Cf. A. E. lips. 1713 p. 555—59.

[1]) Cf. J. des Sav. CI, 213—37; suppl. ad nova A. E. II, 115—20; Feller IV, 380; Roger, Hecquet docteur-régent et ancien doyen, sa vie, ses oeuvres, Paris 1889.

des Cas de Conscience ou décisions des plus considérables difficultés touchant la Morale et la Discipline Ecclésiastique, tirée de l'Ecriture, des Conciles, des Décrétales des Papes, des Pères et de plus célèbres Théologiens et Canonistes [1]), Parisiis 1715 t. 2 in f.; *Supplément du Dictionnaire des Cas de Conscience,* dont la 1. p. contient un grand nombre de nouvelles décisions; la 2. les additions, corrections et changemens ajoutés à la première Edition de cet Ouvrage; la 3. la Table Historique des Auteurs corrigée et beaucoup augmentée etc.; 1718; totum opus 1724; 1726; 1730 t. 3 in f. Merito autem reprehenditur usus linguae gallicae in hac materia. Latine redditum prodiit Genevae 1731—1732 t. 3 in f.; Augustae 1733; Venetiis 1758 cura Concinae t. 2 inf.; Collet illud ad t. 2 in 4. Parisiis 1764 redegit atque responsa ad varios casus data sibi minus bene constantia ad concordiam revocavit. Prodiit iterum ib. 1763 t. 4 in 8; et apud Migne secundum hanc emendationem 1847—48 t. 2 in 4. Lamet et Fromageau addiderunt *Supplément* au Dictionnaire des cas de conscience, Parisiis 1733 t. 2 in f. *Scriptura sacra sibi ubique constans* sive difficiliores s. Scripturae loci (330) in speciem secum pugnantes juxta ss. patrum celeberrimorumque theologorum sententiam conciliati t. 1. (et unicus) complectens Pentateuchum [2]), Parisiis 1698 in 4.

581. Multi *s. liturgiam* investigarunt et illustrarunt. Inter quos celeberrimus forte est Petrus le Brun congr. Orat. Brinolii in Provincia 11. Jun. 1661 natus, philosophiae, dein theologiae professor. In seminario s. Maglorii annos tredecim de historia ecclesiastica collationes habuit. Edita bulla *Unigenitus* se sedis apostolicae judicio non subjecit, imo iis se adjunxit, qui ad futurum concilium appellarunt, sed divina favente gratia ante mortem, quae eum 6. Jan. 1729 exstinxit, appellationem retractavit [1]). Inter ejus opera eruditissimum, apta methodo et sagaci judicio dispositum, modo adhuc pretiosum, est: *Explication littérale, historique et dogmatique des prières et des cérémonies de la Messe* avec des dissertations (15) historiques et dogmatiques sur les liturgies de toutes les Eglises du monde chrétien, où l'on voit ces liturgies, le temps auquel elles ont été écrites, comment elles se sont répandues et conservées dans tous les patriarchats, leur uniformité dans tout ce qu'il y a d'essentiel au sacrifice et cette uniformité abandonnée par les sectaires du XVI. siècle [2]), Parisiis 1716 et 1726 t. 4 in 8; 1736 ed. auctior; 1741; 1767; 1860; Leodii 1777 t. 8 in 8; Venetiis 1760; latine auct. Dalmasio 1770; Avenione 1843 etc., in compendium redactum et saepius editum. Quum autem P. Bougeant auctoris de eucharisticae consecrationis forma sententiam, quae ἐπικλησις necessitatem ad consecrationem urget, confutasset in l.: *Réfutation de la Dissertation* du R. P. Le Brun sur la forme de la consécration de l'Eucharistie,

[1]) Cf. J. des Sav. LIX, 416—22; et de supplemento LXV, 561—68; Mém. de Trév. 1716 a. 59 p. 961—87; Fell KL. X, 183.

[2]) Cf. J. d. Sav. XXVI, 529; A. E. lips. a. 1700 p. 18—22. De ipso auctore cf. Feller VII, 68; Biogr. univ. XXXV, 368.

[1]) Cf. Niceron IX, 235 ss.; Biogr. univ. XXIII, 498; Feller II, 214; Jungmann KL. VII, 1588; Ingold, 73 ss.

[2]) Hujus t. III p. 52—368 reperitur versio liturgiae armenae, quam adornavit Aloysius Maria Pidou de s. Olon Theat. Gallus. Hic natione Gallus insignis fuit missionarius missus in Poloniam cum Clem. Galano (cf. supra p. 118) ad conciliandos Armenos cum Ecclesia romana. Qua feliciter peracta transiit ad Armenos in Oriente et Persas. Versatissimus erat in literatura armena. In meritorum praemium dictus est ab Innocentio XI. episcopus Babyloniae (1687; † 20. Nov. 1717). Cf. Vezzosi II, 182—85.

Parisiis 1727 in 12., opposuit hic *Défense de l' ancien sentiment sur la forme de la Consécration de l' Eucharistie* ou réponse à la réfutation par le P. Bougeant [1]), 1727 in 8., quam 29 doctores in approbatione propter solidam eruditionem et modestiam laudarunt. *Histoire critique des Pratiques superstitieuses,* qui ont séduit les peuples et embarassé les savans, avec la méthode et les principes pour discerner les effets naturels avec ceux, qui ne le sont pas, Rotomagi 1701; 1702 in 12. Eo in opere fuse disputat adversus virgas divinatorias, quarum effectus et phaenomena daemoni adscribit, et contra quas ediderat jam a. 1693 *Lettres* pour prouver l' illusion des philosophes sur la baguette divinatoire; Amsterdam 1696. Prodiit hoc opus multis auctum [1]) cum auctoris elogio cura ab. Bellon Parisiis 1732 t. 3 in 12., qui et t. 4. adjecit 1737 complectens Recueil de pièces pour servir à l' histoire des pratiques superstitieuses, in quo habentur 3 diss. auctoris nostri. *Discours sur la Comédie* ou traité historique et dogmatique des Jeux de Théâtre et des autres divertissemens comiques soufferts ou condamnés depuis le premier siècle de l' Eglise jusqu' à présent, avec un discours sur les pièces de Théâtre tirées de l' Ecriture Sainte [2]), 1694 in 4; 1731 in 12., opus eruditum adversus P. Franc. Caffaro O. Theat. († 31. Dec. 1720), qui in opusc. *Lettre d' un Théologien illustre* par sa qualité et par son mérite consulté par l' Auteur (Boursault in op. *Théâtre*), pour savoir si la Comédie peut être permise ou doit être absolument défendue, commedias permiserat. Adversus hanc ep. scripsit etiam Bossuet, quocirca auctor (Caffaro) aliam scripsit ep. (a. 1694) ad Harlay archiep. parisiensem, in qua sententiam suam retractat. Eam habes in Lebrun *Discours* etc. nova ed. et in Hist. eccl. Nat. Alexander t. IV p. 103 seq. ed. paris. 1699. *Essai de la Concordance des temps* avec des Tables

[1]) De op. P. Bougeant cf. J. des Sav. LXXXIII, 471—92. Post auctoris nostri mortem edidit Bougeant *Traité théologique sur la forme de la consécration de l' Eucharistie* divisée en deux parties, où l'on démontre par l' unanimité des Ecoles, par la tradition de l' Eglise latine et grecque, par la définition de plusieurs Conciles, et par la pratique de l' Eglise universelle la nouveauté du sentiment des grecques modernes et du R. P. Le Brun et où l' on éclaircit par de nouvelles recherches la décision du Concile de Florence et le vrai sens des liturgies Orientales, Lugduni 1729 t. 2 in 12: de quo op. fuse referunt Mém. de Trév. 1729 a. 82 p. 1447—67; a. 91 p. 1644—67; J. des Sav. XC, 34—48. Alii quoque impugnarunt Lebrunii sententiam, ut Cl. Hognant S. J. in op. *Apologie des anciens docteurs de la faculté de théologie de Paris,* Claude de Sainctes et Nic. Isambert contre une Lettre du R. P. Le Brun insérée dans les Mém. de Trév. de Juillet 1728 III, 1306 ss. sur la forme de la Consécration de l' Eucharistie, Parisiis 1728 in 12. et Mém. de Tr. 1728 t. IV. in fine — Petrus Benedictus S. J. in dissert. (in thes. theolog. ed. Zaccaria X, 525 ss.) *de augustissimo Eucharistiae sacramento antirrheticon* adversus R. P. Lebrunum et Eus. Renaudotium, quam tamen P. Perrone censet nimis vehementem et acrem adversus homines adeo bene de veritate catholica meritos. Cf. de opere P. Le Brun Mém. de Tr. 1717 a. 65 p. 872—94; 1727 a. 58; p. 1181—1206. Cf. etiam a. 1728 t. 1 p. 564—72; J. des Sav. LV, 568—71; LX, 676—85; LXXXI, 198—220; 406—20; 494—509; LXXXII, 246—63; 403—21; 481—505; LXXXV, 239—64: coll. LXXXVII, 690—701.

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1732 t. 4 a. 78 p. 1661—81; a. 86 p. 1825—50; a. 95 p. 2013—38, ubi advertitur: „Il faut quelquefois se défier des décisions du P. le Brun. L' étendue de son érudition et son zèle contre le relâchement lui ont fait outrer bien des choses et faire de mauvais raisonnemens." Feller vero addit l. c.: „Tout l' ouvrage n' est qu' une compilation assez mal digérée, et dont il serait aussi difficile de former un résultat décidé, que de l' Histoire des apparitions de Lenglet du Fresnoy ou de celle des Vampyres de Dom. Calmet." Cf. etiam J. des Sav. XXX, 169—79; XCVIII, 192—210; 311—27; A. E. lips. 1738 p. 145—49.

[2]) Cf. J. des Sav. XCV, 459—93.

pour la Concordance des Eres et des Epoques, dans lequel on peut voir d'un coup d'oeil par le moyen des colonnes l'accord ou la différence des Epoques, 1700 in 4., specimen (praeclarum) majoris operis, quod tamen non prodiit.

582. Joannes Grancolas, Parisinus, Sorbonae doctor, aurelianensis ducis sacellanus, vir quidem eruditus [1]) erat, sed singularis et rigidus, baccalaureorum terror. Magna sedulitate et industria collegit patrum canonumque effata et liturgiarum preces, pluraque inde composuit opera, ratione habita materiae admodum erudita et utilia, sed stilo rudi (gallice) et absque methodo et ordine concinno conscripta († 1. Aug. 1732). Edidit: *Traité de l'antiquité des cérémonies des sacraments,* Parisiis 1692; *de l'Intinction* ou de la coutume de tremper le pain consacré dans le vin, ib. 1693; *Les anciennes Liturgies* ou la manière dont on a dit la Sainte Messe dans chaque siècle dans les Eglises d'Orient et dans celles d'Occident [2]), Parisiis 1697 et 1704 in 4 (fr. 36); *l'ancien Sacramentaire de l'Eglise* ou la manière dont on administroit les Sacraments chez les Grecs et chez les Latins [3]), 1699 t. 2 in 8; 1704; *Traité de la Messe et de l'Office divin,* où l'on trouve une explication littérale des anciennes pratiques et des cérémonies de l'Eglise [4]), 1713 in 12; *Dissertations sur les Messes quotidiennes et sur la Confession* [1]), 1715; *le Quiétisme contraire à la Doctrine des Sacrements* avec l'histoire et la réfutation de cette hérésie [2]), 1695 in 12., ipse enim forte primus fuit, qui quietismum impugnaret; *La science des Confesseurs* ou la manière d'administrer le Sacrement de Pénitence selon les Conciles et les ss. Pères avec la règle qu'on doit suivre pour la conduite des âmes [3]), 1697; 1700 t. 2 in 12; *L'ancienne discipline de l'Eglise sur la confession* et sur les pratiques les plus importantes de la pénitence, 1697; *l'ancien Pénitencier de l'Eglise* ou les Pénitences que l'on imposait autrefois pour chaque péché, 1698; *Les Catéchèses de s. Cyrille de Jérusalem* avec des Notes et des Dissertations dogmatiques [4]), 1715 in 4; *Commentaire Historique sur le Bréviaire Romain* avec les Usages des autres Eglises particulières et principalement de l'Eglise de Paris [5]), 1727 t. 2 in 12., opus rarum et eruditum, in quo tamen opiniones nonnihil singulares prodit (fr. 38), latine versum Venetiis 1734 in 4; *Critique abrégée des ouvrages des Auteurs Ecclésiastiques* [6]), Parisiis 1716 t. 2 in 12., opus minoris pretii literarii; Venetiis 1734 in 4; *Histoire de la communion sous une seule espèce,* Parisiis 1696 in 12; *Instruction sur les vérités de la religion et sur les sacraments,* 1696 in 12., opus rarum: *La liturgie ancienne et moderne* ou instructions historiques sur l'institut des Prières,

[1]) Ejus eruditionem laudant Sala, Dupin etc. et protestans Walchius in bibl. theol. III, 709 de eo scribit: „Studia sua ita collocavit, ut non solum singularem industriam, sed etiam eruditionem omnibus, qui harum literarum periti sunt, multum probaret.“ Cf. Feller IV, 228; Biogr. univ. XVIII, 284; Kerker KL. V, 1017; Thalhofer I, 101.

[2]) Cf. J. de Sav. XXV, 686—95.

[3]) Cf. J. des Sav. XXVIII, 327—39; 356—62.

[4]) Cf. J. des Sav. LIII, 428—37; Mém. de Trév. 1713 a. 168 p. 2049—64.

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1718 t. 4 a. 67 p. 998—1019.

[2]) Cf. J. des S. XXIV, 241—46; LXVII, 506—10.

[3]) Cf. J. des S. XXV, 402 et 495—500; XXIX, 197—201.

[4]) Cf. J. des. S. LIX, 248—56; Mém. de Tr. 1718 t. 3 a. 15 p. 186—207.

[5]) Cf. J. des Sav. LXXXV, 609—17; suppl. ad nova A. E. I, 201—6; in primis Guéranger Instit. liturg. Parisiis 1841 II, 410 ss.

[6]) Cf. Mém. de Trév. 1713 a. 76 p. 1098—1115.

fêtes et solemnités de l'Eglise et sur les différentes pratiques et cérémonies qui ont été ou qui sont à présent usitées, 1752 in 12; *La tradition de l' Eglise sur le péché originel* et la réprobation des Enfants morts sans baptême, 1698 in 12; *Histoire abrégée de l' Eglise et de l' université de la ville de Paris* 1728 t. 2 in 12., quod opus petente Noaillio cardinali a regimine suppressum fuit.

583. Michael Theraize, Picardus, Sorbonae doctor, canonicus et parochus peronensis († 1726), reliquit etiam opus valde eruditum: *Questions sur la messe publique et solennelle* 1690, in quo historice et ad literam ritus ejusdem explicat. — Haud multum differt *Traité Historique de la Liturgie sacrée* ou de la Messe, Parisiis 1701 in 8., libellus succi plenus et eruditus, Lazari Andreae Bocquillot, in quo tamen aliqua occurrunt non facile concedenda, ex. gr. usum ss. vestium ante VII. sec. non obtinuisse. Natus est Bocquillot Aballone in Burgundia a. 1649. Primum juri operam dedit atque etiam advocatum egit, sed mundi negotia pertaesus, vitam clericalem amplexus est, qua etiam relicta Constantinopolim cum legato gallico profectus est (1672). In patriam redux nomen dedit ordini Carthusianorum, quem tamen postea reliquit. Sacros ordines suscepit a. 1674, et parochiam Chastelux administravit ad a. usque 1683, quo propter surditatem, quam contraxerat, ad munera pastoralia inhabilis factus ei renunciavit. In Portum regium se recepit, ubi triennium commoratus est, donec ab episcopo suo revocatus canonicatum obtinuit. Apoplexia tactus 12. Sept. 1728 decessit 22. Sept. anno aetatis 80. Reliquit etiam plures homilias seu instructiones [1]). — Petrus Le Lorrain, qui vulgo dicitur abbas de Vallemont (n. 1649; † 1721), praeter alia opera scripsit: *Du secret des Mystères* ou Apologie de la Rubrique des Missels dissertation théologique et historique, ou l' on montre que la Rubrique des Missels, qui ordonne de dire secrétement le Canon de la Messe est une continuation de la discipline du secret et du silence que l' Eglise Primitive observoit sur le Mystère de l' Eucharistie [1]), Parisiis 1710 p. 2 in 12., quibus subjecit p. 3. *du Secret des Mystères* ou l' Examen des Réflexions de M. l' Abbé Dupin sur les deux premières Parties 1715, quae diss. omnigena eruditione est referta, in qua refutat Vert, qui contenderat, secretas alta voce esse recitandas. In nonnullis tamen peccat, quae Benedictus XIV. *de ss. missae sacrif.* lib. II. c. 23 n. 21 complectitur his verbis: „Gaudemus, inquit, quod videamus rubricae observantiam de secretis strenue ab eo quoque propugnatam. Verum ejus rationibus subscribere omnino non possumus. Exstimat enim, idque verissimum est, catechumenos, energumenos, infideles et publicos poenitentes dimitti consuevisse, quum recitari coeperat canon missae: putat praeterea, iis dimissis, quum soli fideles, neque energumeni, neque poenitentes, neque catechumeni remanerent in templo, reliquum missae alta voce dici consuevisse; quod tamen est falsum; arcani enim disciplina vetabat, ne sacrosancta mysteria vel fidelibus ipsis enunciarentur. Tandem censet octavo seculo, quum ad missam unicuique pateret aditus, opportunum visum esse, ut quemadmodum olim neque catechumeni, neque energumeni, neque poenitentes canonis, ideoque nec consecrationis verba audiebant, ita deinde unumquemque hominum, qui missae adesset, totum id celaretur, quod a ve-

[1]) Niceron IX, 13 ss.; Biogr. univ. IV, 633; Feller II, 5; Adelung II, 1943.

[1]) Mém. de Trév. 1710 a. 132 p. 1603—32; J. des Sav. LVIII, 363—73; Feller VIII, 293. Alius est a Joanne Le Lorrain, de quo supra p. 892 egimus.

ritate quantum absit, satis apparet ex iis, quae superius diximus.« *Les Elements de l' Histoire,* Paris 1729 ed. 5. t. 4 in 12; 1758 t. 5 in 12.

584. Georgius Rhodigni praefectus bibliothecae Jos. Renati Imperialis card. edidit: *De liturgia rom. pontificis* in solemni celebratione missarum ll. 2, ubi sacra mysteria ex antiquis codd. praesertim vaticanis aliisque monumentis plurimum illustrantur [1]), Romae 1731 t. 2 in 4. — Petrus Moretti eruditissimus s. Mariae trans Tiberim canonicus, cujus opera nunquam sine laudis praefatione Catalanus in suis ad S. R. E. caeremonias commentariis memorat [2]), edidit *Ritum dandi presbyterium* papae, cardinalibus et clericis nonnullarum ecclesiarum Urbis nunc primum investigatum et explanatum, Romae 1741; cum *parergo* sive de festo in honorem principis ap. Romae ad diem 25. Apr. instituto enarratio, ib. 1742; *De s. Calixto P. et M. ejusque basilica s. Mariae trans Tiberim nuncupata* disquisitiones duae criticae [3]), t. 1. primam disquisitionem complectens, in qua universa, quae de s. pontifice, deque initiis basilicae quaeri possunt, recensentur, expenduntur, dilucidantur. Accedit pro appendice necessaria disp. de translatione corporum bb. ap. Petri et Pauli ad catacumbas. Adjicitur quoque opusculum inscriptum: *Notitia cardinalium* titularium insignis basilicae s. Mariae trans Tiberim, Romae 1752 inf.; 1767 opus rarum; *de ritu ostensionis ss. reliquiarum,* ib. 1721 in 4. (m. 12). — Fr. Macchietta publicavit *de divino officio* commentarium historico-theologicum, ubi ex sacris literis, conciliorum decretis, patrum effatis nec non variis tum occidentalis Ecclesiae monumentis, monachorum regulis, sanctorum actis etc. exhibentur divini officii exordia, progessus, leges, quibus laici, clerici, monachi atque moniales ipsius recitationi addicebantur, Venetiis 1739 in 4; in quo etiam occasione data bene disserit de ritu expositionis SS. per 40 horas. — Antonius Baldassari S. J. Recanatensis, ad s. Petri Romae poenitentiarius (n. 28. Oct. 1646; † 3. Nov. 1724) edidit *La sacra Liturgia dilucidata,* in cui con chiara dottrina e con scelta erudizione si spiega ciò che concerne il divino Sacrificio della messa, Forojulii 1697—1700 pp. 4 in 12; 1703 t. 2; aucta Venetiis 1723 t. 2 in 8; *Compendioso ristretto* delle vite di quasi tutti gli autori allegati nei ll. della s. Liturgia, Pistoriae 1699; 1703; *Il Sacerdote Sacrificante* a Dio nell' Altare con la norma delle Rubriche cioè il Sacerdote reso esperto nelle Ceremonie della Messa, ib. 1699 in 12; *I Pontificj Agnus Dei dilucidati,* Romae 1700 in 12; 1716 ed. 4; *La Rosa d' oro* che si benedice nella 4. Domenica della Quaresima dal s. Pontefice, Venetiis 1709; 1759 in 8; *il Pallio apostolico,* ib. 1719 in 12; *Istoria compendiosa de' Concilj Ecumenici . . .* con la scelta d' alcuni Concilj Nazionali e Provinciali, ib. 1708 t. 2 in 12; 1713—21 pp. 4; *Compendioso Ristretto* delle vite di personaggi alcuni illustri per la Scienza ed alcuni celebri per Santità e Dottrina, Fulginei (1711); Venetiis 1724 in 8.

585. Joannes Baptista Halden S. J. in oppido Blumenegg prope Brigantium a. 1649 natus, theologiae professor et studiorum Oeniponti praefectus († 1726), collegit *Ephemerologium ecclesiastico-rubricisticum novum* continens singularia dominicarum ac feriarum, necnon festorum ac profestorum seu vigiliarum diversis temporibus ac locis diversimode per anni decursum respective occurrentium simulque aphorismos cujuslibet diei officium (in

[1]) Cf. A. E. lips. 1732 p. 61—66.

[2]) Cf. Zaccaria bibl. rit. II, 252; A. E. lips. 1734 p. 359.

[3]) Cf. Storia della Letteratura ital. VII, 510—525, ubi habetur doctissima hujus operis recensio.

quacunque respective occurrentia et concurrentia) ut et missas quascunque (etiam votivas ac defunctorum) tam solemnes quam privatas in quorumlibet locorum ecclesiis, breviario ac missali romano utentibus tam intra quam extra chorum debite ordinandi pro totius v. cleri ad breviarium ac missale rom. adstricti usu ac practica in quibuslibet dubiis rubricisticis directione ex ejusdem breviarii et missalis romani rubricis harumque praecipuis interpretibus, necnon ex variis qua ss. pontificum qua s. r. congregationum decretis, ordinationibus etc. depromptos, Oeniponte 1717 pp. 3 in v.; Brixinae 1719 cum addendis, Oeniponte 1723. Edidit praeterea *Concilii trid. de eucharistiae mysterio doctrina*, Oeniponte 1691 in 4. *Pastor bonus* secundum praecipuas suas dotes ac munia doctrina theologico-morali illustratus, Augustae 1703. — Antonius Gregorius Rippel schlestadiensis n. 10. Jun. 1681 quondam S. J., dein parochus († 6. Jan. 1729) forma dialogi scripsit *Alterthumb, Ursprung und Bedeutung aller Ceremonien,* Gebräuchen und Gewohnheiten der h. kath. Kirchen, Argentorati 1723 saepius editum; cura Himioben retractatum et editum sub titulo: *Schönheit der kath. Kirche* in ihren äusseren Gebräuchen, Moguntiae 1841; 1885 ed. jam 21; retractata cur. Rothert Osnabrück 1895; Augustae 1896. Numerantur saltem ed. 32. Scripsit quoque *Lutheranus inexcusabilis,* Argentorati 1721. — Franciscus de Almeida Lusitanus scripsit *Apparato para a disciplina e ritos Ecclesiasticos* de Portugal, Olisipone 1735—37 t. 3 in 4. Ipsius quoque esse videtur Primeira diss. critica *contra as memorias do Bispado da Guarda*, Lisboa 1733. Prodierant illae *Memorias* ib. 1729 t. 1. Forte hac crisi deterritus episcopus, eas non continuavit. — Eustachius a s. Maria O. Carm., theologiae professor et a Benedicto XIII. theologus deputatus in concilio romano († 1726), edidit *Scrutinium sanctitatis in examine heroicitatis virtutum*, Romae 1729 in f.; *scrutinium sanctitatis in examine heroicitatis donorum*, ib. 1730 in f.; *scrutinium sanctitatis in examine gratiarum* [1]), ib. 1731 in f.

586. De theologia *mystica* egimus supra p. 1027. Auctores *asceticos* inter theologos laudavimus jam plurimos [2]), quibus addendi sunt Jo. Croiset S. J. Massiliensis (n. 1656; † 31. Jan. 1738) ob opera doctrina spirituali omnigena referta [3]), quae saepissime varias quoque in linguas versa prodierunt. Inter haec praecipuam laudem merent *Réflexions chrétiennes* sur divers sujets de morale utiles à toutes sortes de personnes, Parisiis 1707 in 12 etc.; *Exercices de Piété* pour tous les jours de l'année contenant l'explication du Mystère ou la Vie du Saint de chaque jour avec des réflexions sur l'Epître et une médiation sur l'Evangile de la Messe, Lugduni 1712—20 t. 12 in 12; Parisiis 1852—66 t. 9 in 8. etc.; *Des illusions du coeur* dans toutes sortes d'états et de conditions, Lugduni 1736 t. 2 in 12; germanice P. Hattler interprete, Ratisbonae 1889 in 12. — Jacobus Coret S. J. Belga vir piissimus animarum saluti penitus deditus (n. 1631; † 16. Dec. 1728) reliquit quam plurima opuscula ascetica [4]) saepissime edita; inter quae xenia spiritualia (gallice) singulis annis 1662—

[1]) De Ignatio Antonio Palou, valentino presbytero, ss. canonum doctore ac metropolitanae ecclesiae beneficiato cf. Mich. a s. Joseph II, 569 ss.

[2]) His accenseri potest Thomas Ceva S. J. Mediolanensis, a. 38 matheseos professor (n. 20. Dec. 1648; † 3. Febr. 1737) celeber quidem mathematicus, sed et verus poëta. Reliquit plurima opera (cf. Sommervogel II, 1015—24; IX, 24), inter quae plures biographiae et carmina. Horum prae primis placuit epos *Puer Jesus,* saepe editum, adhuc Dilingae 1842. Mediolani 1844.

[3]) Cf. Sommervogel II, 1661—86.

[4]) Sommervogel II, 1447—66.

1712 exhibita, collecta t. 2 Leodii 1718. 1719; et ex s. Scripturis patribusque concinnavit prolixam *Histoire de Moyse,* Leodii 1699. — Eodem a. (19. Sept. 1721) decessit Alexander Diotallevi SJ. Ariminensis (n. 24. Sept. 1648), cujus *Opere* collecta prodierunt Venetiis 1762—70 t. 2 in 4. — Leo Maroten O. S. Aug. († 27. Febr. 1729 a. aetatis 71) prior conventus bruxellensis [1]). — Multum laudantur a stili nitore et nobilitate, a spiritus unctione et utilitate opuscula [2]) Jo. Baptistae Eliae Arillon O. Minim. Parisiensis (n. 1652; † 16. Maj. 1729). — Claudius Judde S. J. Rotomagensis, novitiorum magister (21. Dec. 1661; † 11. Mart. 1735), cujus opera a vitae asceticae studiosis magni aestimantur. Ea prodierunt in *Collection complète des Oeuvres spirituelles,* Parisiis 1782; 1860; 1876 t. 5 etc. — Joannes Paulus du Sault OSB. congr. s. Mauri († 16. Jan. 1724), cujus opuscula ascetica magni aestimabantur in congr. et saepe prodierunt, ut ejus *Entretiens* avec J. C. dans le très saint Sacrement de l'autel, Tolosae 1701; 1703 t. 5 in 12; Paris 1840.

587. Praeter tot alios, quos jam laudavimus, *concionatores* insignes fuere Josephus Lambert, Parisiensis, Sorbonae doctor, inde vero ob suam contumaciam, qua pontificiae constitutioni sese opposuerat, ejectus. Impense vero laudatur qua parochus a Feller V, 136. Concionibus enim suis plures haereticos et peccatores contumaces convertit atque pauperum erat benefactor solicitissimus († 31. Jan. 1722). Ejus sermones, instructiones etc. quam plurimae saepe prodierunt, adhuc Parisiis 1831 t. 3 in 12, et commendantur ab utilitate, eloquentia dulci et spiritus unctione. — Julius Fontana S. J. n. Modiglianae ditionis parmensis († 29. Mart. 1723) socius celebris missionarii Pauli Segneri, quorum methodum exhibet Marcus Aur. Franchini, qui licet sacerdos secularis Fontanae fuit socius in *Pratica della Missioni* del P. P. Segneri ... continuata dal P. F. Fontana, Venetiis 1714 t. 2 in 4. — Prae primis nominandus est Vincentius Houdry S. J. prope Turonem 22. Jan. 1631 († 19. Mart. 1729 prope centenarius), cujus *Sermons* sur les sujets de la morale chretienne prodierant Parisiis 1696—1702 t. 17 et selecti in Migne Coll. des orateurs sacrés, ib. 1854 t. XXXVI. XXXVII. Collegit quoque (minus critice) *La Bibliothèque des Predicateurs,* quae excrevit ad t. 23 Lugduni 1712—25; latine versa, Venetiis 1742 t. 4 in f.; 1750 t. 5 in f.; 1786; Augustae V. 1757 t. 5 in f. etc. et germanice ib. 1739 etc. — Gelasius Hieber O. S. Aug. Bavarus, quem aliqui ob suam eloquentiam Ciceroni comparârunt, Monachii concionibus suis inclaruit (1706—24; † 12. Febr. 1731). Ejus conciones prodierunt inscriptae: *Gepredigte Religions-Histori* d. i. J. Christus und seine Kirchen, offenbahrlich dargezeigt von Urbegin der Welt bis an das Ende der Zeiten pp. 3 Augustae et Dillingae, et Ratisbonae 1726-33. — Multum quondam laudabatur Antonius Anselme, academiarum literarum humanarum, inscriptionum et picturarum socius (n. 13. Jan. 1652; † 1737 a. aetatis 86). Ejus *sermones* prodierunt t. 7, Parisiis 1718—31. — Joannes Ant. Ardia S. J. Neapolitanus († 1724). — Franciscus Xaverius Brean S. J. Viennensis (n. 20. Dec. 1678; † 15. Jul. 1735), a. 22 concionator aulicus. Plures sermones prodierunt collectae sub inscriptione *Christliche Wahrheiten,* Viennae 1733—35 t. 3; 1761, quibus accessit alia pars Viennae 1739. Nonnullos inseruit Brischar Sammlung der kath. Kanzelredner Deutschlands. —

[1]) Biogr. nat. de Belg. XIII, 846.
[2]) Cf. Feller 1, 342: Adelung 1, 1277.
[3]) Feller VII, 435.

[1]) Cf. Streber KL. V, 2005.

Ambrosius a Novis O. Cap. fervidus Mariae V. immaculatae encomiastes, cujus laudes celebrat in pluribus operibus, praesertim in *Alfabetto di vera sapienza* sopra la grandezza di Maria V. Madre di Dio immaculata, Genuae 1712—22 t. 4 in f. Pervenit usque ad literam J.; ceterae literae et tomi desiderantur ob jam ingravescentem auctoris aetatem, qui decessit octogenarius 1727.

V.

Theologi annorum 1741—1763.

I. Theologia scholastica.

588. Praemittemus quosdam, qui *philosophiam,* quae tanti momenti est pro theologiae praesertim scholastica, excoluerunt. Ingens eorum occurrit numerus. Eos tamen pro scopo nostro, qui non est historia philosophiae, breviter expediemus. Praeter eos, quorum inter theologos mentionem faciemus, memoria adhuc digni sunt. Ita Ant. a s. Maria Angelorum Melgaco O. S. Franc., cujus est *Scotus aristotelicus* seu philosophia peripatetica juxta mentem Duns Scoti concinnata, Olisipone 1747 inf. — Ignatius Ponce-Pacca (Vaca cf. supra p. 687) O. Carm. composuit *Artium cursum* et primo quas summulas dicunt institutiones ex Aristotele juxta mentem Resoluti doctoris (Jo. Baconis), Matriti 1748; *commentaria* in Aristotelis logicam juxta mentem etc., ib. 1748 t. 2 in 4. — Gilbertus Paricker O. Praem. evulgavit *Viridarium philosophicum* celebrioribus philosophiae quaestionibus studiose selectis ... irrigatum etc., 1749 in 4. — Ejus sodalis Liborius Jo. Ge. Ube canonicus strahowiensis, Pragensis († 18. Sept. 1745) auctor est l. rari *Homo philosophus* et philosophicus seu universa philosophia, Pragae 1721. — Joannes Dominicus Agnani O. Pr., Mutinensis n. 11. Febr. 1681, philosophiae, theologiae moralis et dogmaticae professor et (1728) praefectus bibliothecae casanatensis († 17. Nov. 1746), edidit opus inscriptum: *Philosophia Neopalaea* d. Thoma Aq. magistro ad christianismi et rationis normam, novae ac veteris scholae dogmata expendens, Romae 1734 in 4. l. primus et ultimus, neque eam prosecutus est. Cum enim quidam pseudonymus probabiliter Raviglia scripsisset *Lettera del P. Venturelli* al. P. Maestro Agnani intorno al l. da questo pubblicato col titolo etc., sine nota loci, anni etc., Agnani illam antequam legeret, deposuit ad pedes crucifixi cum proposito non respondendi. — Cyrianus Benaglia O. S. Ben. Brixianus, mathesis et philosophiae moralis Brixiae, dein 1705 Patavii juris canonici professor, congregationis casinensis praeses (n. 26. Aug. 1676; † 28. Febr. 1750), instituit *Examen* philosophiae novae et veteris, Brixiae 1699 pp. 4. Ejus epistolae de variis argumentis ad celebrem card. Quirini prodierunt una cum hujus epistolis. —

Andreas Gordon O. S. Ben. origine Scotus e nobilissima prosapia (n. 15. Jun. 1712; † 22. Aug. 1751), Erfurti philosophiae professor, philosophiae scholasticae adversarius, cartesianae fuit sectator. Ejus est *philosophia utilis et jucunda* (potius jejuna), Stadt am Hof 1745 t. 3 in 8. De ejus cum jesuitis aliisque controversiis ob suas opiniones cf. Adelung II, 1528; Lauchert allg. d. Biogr. 49, 461; Meusel IV. 287 ss. — Andreas a s. Justo Prochart schol. piar. († 1752) composuit *scholam piam aristotelico-thomisticam* sive philosophiae cursum juxta mentem angelici doctoris, Caesar-Augustae 1745—58 t. 4 in 4. — Bertholdus Hauser S. J. Bavarus, philosophiae, dein mathesis Dilingae professor († 14. Mart. 1762) conscripsit *Elementa philosophiae* ad rationis et experientiae ductum, Augustae 1755—64 t. 8 in 8. — Udalricus Huhndorf OSB. Moguntinus, Salisburgi philosophiae professor (n. 4. Febr. 1702; † 15. Oct. 1758), de quo cf. Studien u. Mitth. VI (1885), II, 12. — Alexander Podlesiecki SJ. († 18. Jun. 1762 a. aetatis 80), praeter alia reliquit *Compendium philosophiae aristotelicae*, Sandomirii 1731. — Ant. Vanossi SJ. origine Italus n. Jaurini 3. Jun. 1683; philosophiae et theologiae moralis Viennae professor († 11. Apr. 1757), auctor est op. *Idea sapientis* i. e. Philosophiae morum pp. 3 Ethica, theo-politico-oeconomica, Tyrnaviae 1746 in 14.

589. Plurimos jam nominabimus, qui inter theologos *scholasticos* utcunque recenseri possint, pauci tamen digni sunt, qui illis magnis viris adnumerentur, quos aluit fovitque sec. XVI. et XVII. Ceteras nationes *germana* praecellere videtur [1]). Cursum integrum vel fere integrum composuerunt plures ex inclito ordine s. Benedicti, qui fere

— Christophorum Goergei S. J. Hungarum (n. 1686; † 1. Dec. 1747). — Bernardum Raschdorf S. J. Silesium (n. 20. Nov. 1683; † 17. Apr. 1759), alium a sodali Martino Raschdorf († 1742). — Honorium Cordier O. Min., cujus sunt: *Articuli catholicae fidei* de Deo ad intra et extra consistente et operante ex b. Raymundi Lulli doctoris illuminati principiis ostensi, Coloniae Ubiorum 1760 in 8; *libertas Dei ad extra operantis* discussa et exposita, Moguntiae 1754 in 4. (a quo alius est Philippus Lud. Cordier S. J. Lingoniensis † 5. Febr. 1753, cujus est: *Nouveau système sur la Prédestination* appuyé sur l'autorité de l'Ecriture, des s. Pères et de la raison, Amstelodami 1746). — Franciscum Xav. Sterzinger S. J., Tirolensem, in universitate oenipontana theologiae scholasticae professorem († 29. Dec. 1741), qui edidit: *Scientia media plane conciliata cum s. doctrina angelici doctoris s. Thomae Aqu.*, Oeniponte 1728 in 8. — Philippum Saller can. reg. O. S. Aug. in canonia Pollingana, Augustanum (n. 1664; † 11. Jan. 1744, de quo cf. Baader Lexikon verstorbener bayerischer Schriftsteller II, 2, 66. — Leonardum Piertz S. J., Wolfsbergensem, Carinthium n. 9. Nov. 1662, theologiae professorem Wirceburgi († 31. Dec. 1741), cujus exstant compendia plurium tractatuum, quos disputationi publicae exposuit (cf. Backer II, 1962). — Henricum Menschengen S. J., Moguntinum n. 7. Febr. 1679, theologiae professorem et academiae bambergensis cancellarium, cujus exstant theses, controversiae, dissertationes de variis argumentis theologicis occasione disputationum publicarum († 24. Jan. 1754); cf. Backer II, 1252 et de utroque Ruland Series et vitae profess. s. theologiae, qui Wirceburgi docuerunt p. 94 et 104. — Aemil. Dratzieher O. S. Ben. in monasterio tegernseensi (n. 10. Sept. 1702; † 31. Aug. 1754), philosophiae professorem, de quo cf. Lindner die Schriftsteller des Benediktinerordens im heutigen Königreiche Bayern vom J. 1750 bis zur Gegenwart, et die Aebte und Mönche der Ben.-Abtei Tegernsee p. 146 ss. — De Dominico Ulrich O. Praem. Pragensi cf. Goovaerts II, 264. — Casimirus Grustner de Grustdorff, Epanensis O. Praem. in canonia wiltinensi (n. 29. Aug. 1690), qui Romae in coll. germanico studiis operam dederat, in monasterio philosophiae et theologiae lector († 27. Jul. 1754), inter alia compo-

[1]) Praetermittimus Leonardum Kloz O. S. Ben. monasterii Wessofontani in academia salisburgensi professorem (n. 30. Nov. 1685; † 18. Oct. 1742), de quo cf. Rotermund III, 526 col. V, C et VII, 595.

omnes academiam salisburgensem illustrarunt. Benedictus Schmier, Groenenbachii n. 5. Jan. 1682, e monasterio ottoburano, frater celebris canonistae Francisci Schmier (de quo cf. p. 1277), in universitate salisburgensi professor philosophiae (1713), juris canonici (1714—21), theologiae moralis et dogmaticae, prorector, notarius apostolicus et consiliarius ecclesiasticus archiepiscopi salisburgensis († 28. Jun. 1744), edidit *theologiam scholastico-polemico-practicam* tr. 29 complectentem, Augustae Vind. 1737 t. 3 in f. Universo operi praemittitur utilis apparatus, in quo variae res novello theologiae studioso scitu prius necessariae, quam ad ejusdem studium accedat 28 paragraphis explicantur. In tr. de Ecclesia 50 rationes et motiva proponit, cur in tanta confessionum varietate sola religio romano-catholica sit eligenda et omnibus aliis praeferenda: romanique pontificis infallibilitatem strenue adversus Gallicanos propugnat. In tract. de gratia tuetur contra Molinam gratiam ex se et ab intrinseco efficacem [1]).

Elucidavit quoque *ll. 5 decretalium* Gregorii IX., Salisburgi 1718—22 t. 5 in 4; aliaque scripsit opera, quae ad jus canonicum spectant, ut *fundamentum et vertex universi juris canonici* i. e. romanus et summus pontifex, ib. 1716 in 4; *s. Ecclesiae* in genere cum suis praerogativis tr. juridico circumornatae, ib. 1717; *sacratissimus ordo episcoporum* cum ecclesiis cathedralibus, canonicatibus et ss. officiis, ib. 1718 in f.; *de potestate clavium* in distribuendis ex thesauro Ecclesiae indulgentiis cum annexo tr. *de jubilaeis*, ib. 1726; 1729; *de potestate clavium* in concedendis jubilaeis universalibus tam ordinariis quam extraordinariis, necnon de facultatibus eorum accessoriis, 1729 in 4; *potestas clavium* fori interni seu de virtute et sacramento poenitentiae, 1729 in 4; potestas clavium fori externi circa censuras ecclesiasticas, ib. 1731 etc. Haec et alia collecta prodierunt *Opuscula theologica, philosophica, canonica*, Augustae V. 1744 in f. et in theol. scholastica. — Ejus sodalis Anselmus Schnell [1]) in monasterio weingartensi

---

suit *naturalis theologiae nucleum* sive tr. de exsistentia et essentia entis increati, Oeniponti 1720 in 8. Cf. Goovaerts I, 354. — De Hieronymo Besnecker O. Cist. abbate ossecensi (n. 1678; † 14. Jun. 1747) cf. Xenia Bernard. III, 244. — Polonus erat Ignatius Wilkinowicz S. J. theologiae professor († 1757), cujus exstat tr. *de Deo uno et trino* olim scholastica cura in usus discipulorum privatos elaboratus etc., Vilnae 1739. — Joannes Clarkson O. Praed., philosophiae et theologiae lector, aliquamdiu in Anglia missionarius, in Belgio provinciae praepositus (n. 1697; † 26. Mart. 1763), de quo cf. Gillow I, 493, ubi reperies theses, quas de variis theologiae tractatibus Lovanii propugnandas statuit. — De Aurelio Reichenbach O. S. Aug. Vindobonensi († 1760) cf. Lanterius III, 339.

[1]) Cf. Ziegelbauer Hist. rei literariae O. S. Ben. IV, 118 ss.; hist. pol. Blätter LXXII, 500, ubi inter alia legimus: „Das genannte Werk, obgleich noch immer im streng thomistischen Geiste gehalten, zeigt doch schon merklich den Anbruch einer neueren Zeit, indem es, gelegen und ungelegen, aus der Geschichte bereits so vieles Beiwerk aufnimmt, dass, wenn es dadurch immerhin inhaltlich sehr reichhaltig wird, die Form sehr leidet und der aufgehäufte Stoff bereits die scholastische Hülle zu zerreissen droht.“ Schulte III, 166. Prodiit quoque ejus *philosophia quadripartita* (sat singularis), Salisburgi 1716 in 4.

[1]) Alius a Frid. Aug. Lud. Schnell, cujus exstat disquisitio theologico-historica *de episcoporum electionibus* juxta veterem et novam Ecclesiae disciplinam, Wirceburgi 1749, in qua suis locis haereticorum refutat cavillationes, jus principum in electionibus praesulum unice concessioni Ecclesiae deberi, ad rom. pontificis auctoritatem unice spectare ostendit. In eodem monasterio floruerunr: Placidus Renz senior, cujus *philosophia* ad mentem ang. doctoris d. Thomae Aquinatis t. 3 in 8. prodiit Coloniae 1697; Altdorfii 1717; Coloniae 1723 ab auctore aucta et revisa; et *theologia* ad mentem d. Thomae pp. 12, Augustae V. 1740 opus posthumum, editum ab ejus cognato Placido Renz, qui junior dictus est. Fuit hic Salisburgi phi-

professus, prior, religiosus solide pius et doctus († 24. Aug. 1751) edidit *cursum theologiae scholastico abbreviatum,* Altdorfiii 1737 t. 8 in 4 v. in 18; Augustae Vind. 1744, in quo fere sequitur Vit. Pichler (cf. p. 1280), sicut etiam in *jure canonico abbreviato ll. 5,* ib. 1742 t. 5 in 1 v.; 1744 in 8; edidit quoque *cursum theologiae moralis abbreviatum,* accedit supplementum seu instructio P. Jac. Dorsi seorsim Augustae 1746), Ratisbonae 1740—44 in 8; Lincii 1747; Augustae V. 1747, pp. 8; et *cursum theologiae polemicae abbreviatum,* ib. 1744 in 8; *cursum philosophiae aristotelico-thomisticae abbreviatum,* 1737 pp. 3, in 8: quae omnia collecta prodierunt [1]) ib. 1744 t. 2 in f., quibus continentur pp. 23.

590. Marcus Maria Struggl Serv. b. M. V., Carinthus, Tressnicensis (al. Tranicensis) n. 16. Jan., vicarius generalis, Viennae ad divam Annunciatam s. theologiae lector emeritus († 7. Apr. 1760), edidit *theologiam universam in via recentiorum,* Viennae 1744 t. 2 in f., in qua tuetur quidem praedestinationem ante praevisa merita, sed praemotionem physicam tamquam minus conformem doctrinae concilii tridentini, s. Augustini et ipsius s. Thomae impugnat; *Tyrocinium confessariorum* probe omnibus sufficiens seu theologia moralis, Lincii 1751 in f. In theologia morali accensetur probabilistis gravibus. — Rutger Simon Braunmann O. Praem., Aquisgranensis, natus 1. Jan. 1673 theologiae lector per 23 et amplius annos, lovaniensis collegii ordinis praeses, tandem abbas Ecclesiae b. M. V. et s. Joan. Baptistae in Averbodio, quam dignitatem lacrimis profusis a se arcere, sed frustra, nisus est († 22. Dec. 1747). Posthumos reliquit *tractatus theologicos* tum praxi, tum speculationi accommodatos, Lovanii 1751 t. 8 in 12., qui ea aetate pretio theologico non caruerunt. — Cajetanus Franck, in seculo dictus Franciscus Jos. Ignatius Franck de Frankenberg, natus Oeniponti 2. Oct. 1689, habitum sacrum induit O. Praem. 27. Maj. 1707; in canonia wiltinensi philosophiae, dein theologiae lectorem egit; a. 1736 transiit ad servos b. M. V. nomenque accepit Benignus († 2. Jan. 1747), scripsitque *Manuale speculativo-theologicum* synoptice complectens praecipuas quaestiones ex 4 tr. Oeniponti 1724—25 t. 2. — Gundislaus Kaltenhauser O. Praed. edidit *theologiam thomisticam* antehac in studio generali fratrum O. Praed. Bulsani dictatam, Tridenti 1742—43 t. 3 in 4., contra quam disputavit Mannhart in op. ingenua indoles scientiae mediae, probabilismi etc. — Hermannus Josephus a s. Hilario O. S. Aug. elaboravit *theologiam augustiniano-thomisticam* juxta mentem d. Thomae tr. VII cum suppl., Viennae 1751 t. 4. — Crescentius Krisper O. Min. Reform. Graecensis, lector emeritus, provinciae suae praepositus, philosophiam et theologiam ad mentem doctoris subtilis illustravit. Ob doctrinae praestantiam et res dextre agendi excellentiam in generali capitulo mediolanensi a. 1727 definitor generalis, dein Romae 1730 totius cismontanae familiae tam Observantium quam Reformatorum commissarius generalis, e natione germana primus electus est. Superior erat cunctis suavis, accessibilis, affabilis, humilis, non ministrari cupiens, sed ministrare [1]). Decessit

losophiae, dein theologiae professor, sui monasterii (weingartensis) abbas (1738—45), qui dignitate se abdicavit († 28. Jul. 1748). Composuit sermone nitido *Philosophiam aristotelico-tomisticam* ac quantum in schola d. Thomae licet problematicam pp. 4 in 1 v., Augustae V. 1740 in f. Cf. de his. Mittermüller die Hauptvertreter der theol.-phil. Wissenschaft an der Benedictiner Univ. Salzburg in Studien und Mitth. aus dem Ben. u. Cist.-Orden V, (1884), 122—48.

[1]) Lindner Stud. u. Mitth. III (1882) fasc. 3 p. 127.

[1]) Greiderer Germania franciscana l. 3 n. 389 et 499.

14. Jan. 1749 anno aetatis 70, religionis 53. Edidit: *Theologia scholae scotisticae universa* (solide et perspicue elaborata), Augustae 1728 et 1729 t. 4 in f., 1748, quae est commentarius in 4 ll. sententiarum; *theologia textualis Scoti* in duas pp. divisa et ad supplementum theologiae universae ordinata, Viennae 1738; *Nubila jansenismi et quesnellianismi luce dogmatico-scholastica dispulsa,* Augustae Vind. 1726 t. 2 in 4; *philosophia scholae scotisticae,* ib. 1735. — Ejus sodalis Christophorus Antonius Fröhlich O. S. Franc. Oenipontanus, s. theologiae lector († 1760), scripsit *Scotum systematizatum* seu compendium theologiae scotisticae, Friburgi 1745 in 4.

591. E societate Jesu fuere: Antonius Mayr, qui primam lucem aspexit Nesselwangii in Allgoja 24. Nov. 1673. Philosophiam, dein theologiam in academia ingolstadiensi tradidit. „Doctrinae soliditas, inquit Mederer [1]), quae ex ejus scriptis elucet, quamque omnes semper in publicis praelectionibus ac disputationibus mirati sunt, facit, ut summis eum academiae nostrae viris comparem; conjuncta vero doctrinae modestia et morum sanctitas, quam moralium quoque sententiarum rigore dissimulare non potuit, eundem absque invidiae periculo superiorem omnibus praedicare me jubent.“ Obiit 3. Jul. 1749. Haec potiora opera: *Theologia scholastica,* Ingolstadii 1729—32 t. 8 in 8; 1732 t. 2 in f.; *de primo et secundo adventu Christi Domini ejusque vita in terris:* item de gestis ac privilegiis bb. Virginis ac plurium Servatoris nostri consanguineorum aut familiarium, 1742 in 8; *Augustinus doctor gratiae,* ib. 1721; quaestiones theologicae *de contritione,* 1746 in 4; *philosophia peripatetica* antiquorum principiis et recentiorum experimentis confirmata, ib. 1739 t. 4 in 4; Coloniae Allobrogum 1746 t. 3 in f. — Josephus Redelhammer S. J. n. 20. Oct. 1713, philosophiam docuit Lincii, Graecii et Viennae, ubi cathedram theologiae conscendit. Dum praelectionem haberet, apoplexia tactus obiit 9. Jul. 1761. Post editam *philosophiam rationalem* Viennae 1752 et 1753; *naturalem,* quae complectitur metaphysicam t. 2, ib. 1753; et *physicam,* Viennae 1755; publici juris fecit *institutiones scholastico-dogmaticas,* (de Deo, incarnatione, gratia et virtutibus infusis), ib. 1756—1759 t. 4 in 4; 1760—67 t. 3. — Ejus sodalis Autonius Erber, Lugstallensis in Carinthia (n. 12. Oct. 1695; † 3. Oct. 1746), philosophiae et theologiae professor Graecii et Viennae, pariter auctor est *theologiae speculativae* Viennae 1747. 1748 t. 8 in 8. Edidit quoque diss. theologicas *de conciliis oecumenicis,* Graeci 1736 in 8; *epitomen controversiarum religionem spectantium,* ib. 1739 in 8; *cursum philosophicum* methodo scholastica elucubratum, Vienne 1750 t. 3 in 8. cum institutionibus dialecticis seu brevi *introductione* ad philosophiam, ib. 1750 in 8; Tyrnaviae 1752; 1761. — Georgius Tonauer S. J. Tirolensis (n. 28. Febr.; † 2. Jul. 1751) concinnavit *synopsim 4 tr. theologicorum* 1. de Deo; 2. de angelis et actibus; 3. de peccatis et gratia; 4. de virtutibus theologicis, Oeniponte 1707 in 8. — Ludovicus Simonzin S. J. Salurnensis in Tiroli n. 1662, theologiam scholasticam docuit Dilingae et Ambergae, polemicam Tridenti, moralem Oeniponti († 1742) disputavit *de ineffabili ss. Trinitatis mysterio,* Dilingae 1709; *Libertas creata* cum praecipuis theologiae difficultatibus conciliata et contra hostes propugnata, ib. 1711; *Moderamen conscientiae dubiae* theologico-morali ratiocinio stabilitum, Tridenti 1718 in 4., proh. 15. Jan. 1726. — Albertus Prack S. J. deprompsit praelectiones theologicas in 1. l. sententiarum *de Deo uno et trino* ex s. Scripturae, conciliorum et ss. pa-

[1]) Annal. academiae ingolstad. III, 240.

trum, maxime Augustini et Thomae fontibus, Bulsani 1750 in 4. — Josephus Gautier S. J., theologiae in universitate coloniensi professor († 1755), succinctum sed admodum utilem et completum elaboravit *prodromum ad theologiam dogmatico-scholasticam,* Coloniae Aggrippinae 1756 in 8., quem auxit et in suum recepit *thesaurum theol.* Zaccaria I, 1—320, et animadversiones in l., cui titulus: *Principia juris publici ecclesiastici catholicorum* ad statum Germaniae accommodata in usum tironum, Francofurti et Lipsiae 1746; Coloniae 1750 in 8.

592. Willibaldus Mohrenwalder O. Praed. († 1762) reliquit *commentaria scholastica* seu theologiam speculativam in 1. p. s. Thomae t. 2: de theologia, de Deo uno, de locis theologicis seu de s. Scriptura, traditione, auctoritate conciliorum, s. pontificis, patrum, theologorum scholasticorum, juris pontificii, de ratione naturali, Ginsbergae 1759 in f. — Candidus Briger O. Cist. Droesingae in Austria inferiori 1. Jan. 1689 natus, monasterium campoliliense est ingressus, theologiae professor, doctor et decanus facultatis theologicae graecensis fuit († 25. Dec. 1760). Haec ejus opera: *Beatitudo* . . . ultimus hominis finis ex ss. patrum scriptis, praecipue s. Bernardi et s. Thomae, addito indice pro usu praeconum verbi divini, Kremsii 1732; *opera* in hoc mundo, de hoc mundo seu actus humani mali, vitia et peccata, ib. 1732; *de Deo uno et trino,* Viennae 1723; tr. *de Deo creante* sive de angelis et primo homine per theses dispositus, ib. 1724; *theologalis trinitas virtutis* per quam summa Trinitas hominem ad beatitudinem amissam reduxit h. e. fides, spes, caritas, cui adnexa est praxis agendi cum haereticis, Stiriae 1726. — Joannes a s. Antonio Walbrecht schol. piar., Bohemus Liboriensis (n. 1692), philosophiae, theologiae et juris canonici professor († 15. Apr. 1747), praeter scripta philosophica et *resolutiones canonicas* in utroque jure controversas Znaymae 1738 in 4. (cum resolutionibus Remigii Maschat Venetiis 1764 in f.) disputavit *de Deo uno et trino* juxta inconcussa principia s. Thomae Aq., Vetero-Pragae 1732 in 4. — De eodem argumento disseruit (Olomucii 1727) et *de augustissimo Verbi divini increati mysterio,* Oppavii 1732, Raphael Nolbeck O. Praem., Nicolsburgi in Moravia 10. Jan. 1692 natus, et in baptismate Daniel dictus. Philosophiam, jus pontificium, theologiam moralem et dogmaticam ex cathedra docuit; a. 1738 electus est in praepositum infulatum ecclesiae csornensis in regno Hungariae sitae († 10. Jan. 1757). — Ambrosius Coelestinus Hermann OSB. abbas ad s. Trudbertum in Brisgoja edidit *theologiam selectam secundum Scoti principia* de Deo uno et trino, de angelis, de incarnatione Verbi, de gratia, justicatione et merito, Augustae V. 1720 t. 3 in 4; idea exacta *de bono principe* . . . divisa in 5 pp. scil. de cura religionis, de cura regni, de religione controversistica bono principi necessaria, de jure belli et obligatione subditorum, de lege aeterna, de jure naturali et gentium, Friburgi B. 1740 in 8.

593. Quaestiones *de praedestinatione,* Monachii 1712 in 4. et *de sacramento poenitentiae* sub tituto *pharus naufragantium,* ib. 1709 in 4. solvit Thomas Aq. Schöttl O. S. Aug. Monacensis, theologiae lector et quarto suae provinciae rector († 11. Sept. 1752 a. aetatis 76). — Etiam Christianus Schardt S. J., Pragensis, in academia pragensi theologiae professor (n. 1671; † 15. Nov. 1754), disputavit *de praedestinatione et reprobatione,* Olomucii 1733; *de sacramento poenitentiae* juxta mentem praeprimis concilii tridentini, Pragae 1733; *de matrimonio* ib. 1734. — Udalricus Munier S. J., Aschaffen-

burgensis n. 13. Aug. 1698, diu (24 a.), praesertim Wirceburgi, theologiae professor († 6. Apr. 1759), praeter quamplurimas theses et dissertationes (inter quas *Vindicatio Honorii pontificis rom.*, Wirceburgi 1748 in 4.) coepit cum sodali Ignatio Seitz *institutiones theologicas,* in quibus praeter fidei dogmata propugnantur quaestiones theologicae, quae ad notitiam ss. Scripturarum, traditionum, conciliorum et haeresum confutationem conducunt, t. 4, scil. *de incarnatione Verbi divini,* Wirceburgi 1749 in 8; *de jure et justitia,* ib. 1749 in 8; *de sacramentis generatim, item de baptismo, confirmatione et eucharistia; de sacramentis poenitentiae et extrema unctione,* ib. 1756 in 8., qui tr. ultimus partem constituit theologiae wirceburgensis, de qua alias. Ign. Seitz [1]) ejus collega, Hammelburgensis (n. 12. Febr. 1706; † 31. Jul. 1749) elaboravit tantum tr. *de angelis; de beatitudine et actibus humanis,* ib. 1749. — Bonifacius Sanftl O. S. Ben. Bavarus, in academia salisburgensi philosophiae et theologiae professor (n. 1691; † 1758), praeter scripta philosophica reliquit: *Ornamentum animae supernaturale* seu gratia justificativa hominis theologico-scholastico-thomistice expensa, Straubingae 1734 in 8. et *gemina regula actuum humanorum* seu lex et conscientia, una cum parergis ex tota theologia, ib. 1735 in 8. — Coelestinus Mayr O. S. Ben., n. 21. Apr. 1679 Donavertiae, in academia salisburgensi philosophiae (1711), theologiae polemicae (1713) et dogmaticae (1714—32) professor, universitatis procancellarius (1719) et rector magnificus (1729) per triennium, demum (17. Jul. 1735) suffragio unanimi abbas imperialis ss. Udalrici et Afrae Augustae Vind. monasterii, auctor exstitit, ut in academia salisburgensi erigeretur (1730) cathedra juris publici, et in suo monasterio studia promovit auxitque bibliothecam († 19. Martii 1753). Praeter tr. *de jure et justitia,* Salisburgi 1715; *de vener. eucharistiae sacramento,* 1717; *de fide divina,* 1717; *de Verbi divini incarnatione* 1718; *de mysteriis Verbi div.* incarnationem antecedentibus, comitantibus et consequentibus 1719 in 4; *de vita, morte aliisque mysteriis* usque ad secundum Christi adventum, 1720 in 4; *de secundo Christi adventu,* 1721; *de statu futuri seculi* seu de futura mundi, beatorum, damnatorum et parvulorum conditione, 1722 etc., edidit: *Hyperdulia mariana* seu festa Dei parentis cultu symbolico, philosophico, historico, morali publica disputatione celebrata, 1713 in f., opus magnificum cum figuris et symbolis elegantissimis, sed rarissimum [1]). — — Ex eodem monasterio fuit Reginbaldus Berkmar († 1742), vir immanis et fatigari nesciae diligentiae.

594. Gregorius, in baptismo Aloysius dictus, Plaichshirn O. S. Ben. philosophiae et theologiae apud sodales lector, abbas tegernseensis (29. Jan. 1726), quater fuit praeses generalis congregationis bavaricae (1735). Bibliothecam sui monasterii operibus locupletavit illudque in statum si unquam floridum provexit († 27. Maji 1762). Edidit [2]) inter alia: *Quaestiones disputatae* Thomistas inter et Scotistas, Straubingae 1717 in 8; *meritum reviviscens* diss. theologico-historica, Ratisbonae 1718 in 8; *Tò formale peccati* diss. theol. 1721 in 8; *gratia s. Augustini* a diversis tam praeterito quam nostro

[1]) Alius ab eo est Placidus Seitz OSB. Bavarus n. 13. Sept. 1672 meritissimus abbas etalensis (1709; † 2. Oct. 1736). Instituit enim academiam nobilium in suo monasterio, quae laetos protulit fructus: undique enim concurrerunt juvenes nobiles, ut christiane instituerentur.

[1]) Cf. Baader 2, I, 185; Lindner II, 120; Wurzbach XVIII, 96.

[2]) Cf. Lindner Familia s. Quirini in Tegernsee p. 127—135.

tempore imputatis erroribus immunis, 1725 in 8. — Joannes Benedictus Bayer O. Praem. in canonia strahoviensi (2. Febr. 1709) Bohemus Planensis, professor theologiae in seminario archiepiscopali, praepositus doxanensis votis omnibus postulatus († 2. Febr. 1754), solvit quaestiones theologiae moralis *de sacramento baptismi,* Pragae 1732; qq. theologicas *de fide divina,* Pragae 1730; *de spe et caritate* 1731 in 8; de quibus etiam disseruerunt Joannes Liebig (Libig) S. J. Silesius, Glogaviensis (n. 1681; † 14. Aug. 1757), philosophiae et theologiae professor et decennio cancellarius universitatis olomucensis — Elias Schulderpacher O. Praem. in canonia wiltinensi Oenipontanus n. 1686, philosophiae et theologiae professor, prior († 17. Mart. 1761) in *Gloria fidei divinae* in ejus resolutione adumbrata, Oeniponti 1720 — et Gregorius Lhotsky S. J. Bohemus, philosophiae, exegesis, theologiae moralis et dogmaticae, necnon juris canonici professor (n. 1709; † 1758), cujus est doctrina theologica *de fide, spe et caritate,* Pragae 1755 in 4; *de gratia, justificatione, merito, virtutibus, vitiis et peccatis,* ib. 1753 in 4. — *De peccato originali* disseruit Sigismundus Büttner O. S. Aug. Mellrichstadiensis, philosophiae et Wirceburgi theologiae magister († 1742), Herbipoli 1735; *de Ecclesiae monarchia* et rom. pontificis auctoritate, ib. 1733 in 4, *Vera et sincera animae peccatricis in Deum offensum conversio* per poenitentiam caritate formatam theologice explicata sive disp. theologica, in qua ostenditur, ad poenitentiam fructuose peragendam satis non esse attritionem servilem, sed necessariam esse filialem: immerito igitur sententiam attritionis servilis sufficientiam asserentem dici theologice certam, ib. 1728 in 4. — Anselmus Schwab O. Cist. edidit *Schibboleth thomisticum* i. e. gratia gloriosa seipsa efficax libertatis sospita d. Thomae Aq. ejusque scholae, Augustae V. 1745 pp. 2 in 1 v. in 4. — Godefridus Herman S. J., Aubensis, Franco, n. 7. April. 1689, Bambergae juris canonici interpres, in academia wirceburgensi theologiae professor doctus († 1743), disseruit *de salute gentilium,* Wirceburgi 1738 in 4., in qua tuetur 1. non satis esse ad consequendam salutem cognitionem naturalem de Deo, sed requiri aliquam supernaturalem seu fidei; 2. non tamen requiri explicitam ss. Trinitatis et incarnationis fidem; sed eam ad quam 3. omnes etiam gentiles possint pervenire; 4. imprudenter et temere dici, nullum hac ratione salutem aeternam esse consecutum; *de usurae vitio,* ib. 1738; *de causis usurae vitium purgantibus,* ib. 1738; *de Ecclesia,* ib. 1738, ubi comparationem instituit inter Ecclesiam romano-catholicam et Ecclesiam primorum quatuor sec.; *de possibilitate Dei hominis,* ib. 1739, qua occasione expendit vaticinium Jacobeum Gen. 49, 10 et in Christo adimpletum ostendit; *de exsistentia Dei hominis* ex Dan. 9, ib. 1739; *quod Christus sit Deus* ex miraculis ejusdem apud evangelistas [1]).

594. Alphonsus Wenzel O. S. Ben. in mallerstorphensi coenobio professus, n. 8. Apr. 1660 Salisburgi, annos 47 cathedram cum laude rexit († 29. Jul. 1743). *Controversias selectas ex universa theologia scholastica* t. 4 in f. exhibuit Ratisbonae 1722—26, 1733, ad mentem doctoris angelici ejusque scholae, opus eruditum et insigne. Praeter alia ejusdem opera [2]) mentione digna sunt: *Philosophia angelico-thomistica* seu quaestiones peripateticae ad mentem d. Thomae et accuratam scholae angelicae methodum concinnatae, Augustae V. 1739 t. 3 in f. *Signum magnum apocalypticum* b. Virgo Maria quaestionibus theologicis illu-

[1]) Cf. Ruland l. c. p. 111.
[2]) Cf. Baader t. 2. II, 230.

strata, Ratisbonae 1702 in 8. — Matthias Hayko S. J. (n. 1680; † 25. Jun. 1742) *immaculatam conceptionem* magnae Dei matris V. semper fidelis Mariae conclusionibus theologicis et diss. 2 illustravit et asseruit, Pragae 1717. — Immunitatem magnae Dei Matris vel a debito proximo contrahendi peccatum originale aperuit et publicae concertationi exposuit Dilingae 1707 in 8. Petrus Pfister S. J. Monacensis (n. 1667; † 11. Oct. 1743) in academia oenipontana philosophiae et in dilingana theologiae professor. Alia minoris momenti opera supersunt. — De hac Virginis praerogativa asserenda et illustranda admodum sollicitus fuit Jos. Zoller de Zollershausen O. S. Ben. in monasterio s. Udalrici augustano († 1750). Praeter alia exhibuit *Conceptum* chronographicum de concepta s. Deipara septingentis s. Scripturae, ss. patrum etc. suffragiis roboratum ac totidem praefixis chronographicis annum currentem prodentibus copiose illustratum, Augustae V. 1712 in f. — Anastasius a Cruce O. Carm., in seculo dictus Ignatius Falk, n. Monasterii (Münster) in palatinatu neoburgensi 9. Apr. 1701, morte sua (1761) calcographis augustanis magnum attulit luctum, qui ejus opera in rem suam perpetuo feliciterque usi fuerant. Nam cum eximiam artis poëticae scientiam haberet, eorundem in usum artificiosa imaginum aeri incidendarum themata excogitavit, easdemque ingeniosis emblematis, symbolis, typis, denique elegantibus epigrammatis exornavit. Ita ejus est *theologia sacra bibliorum figuris illustrata,* symbolis adumbrata, assertis scholasticis, dogmaticis, moralibus elucidata, iconismis aeneis (50) exhibita, publicae disputationi proposita, Augustae Vind. 1738 (pag. 100). *Trinum imperfectum ex perfecto* seu asserta scholastica, polemica, moralia de vitiis et peccatis ac gratia et ex doctoris angelici theologia ad mentem salmanticensium elimata in 8; quasi pars altera operis prioris, sed sine imaginibus. *Effigies rom. pontificum* (29) ex perantiquis exemplaribus mutuatae, elogiis adumbratae, notis eruditis illustratae[1]), Augustae Vind. 1751 in f. — Jo. Reichart OSB. Augiae brigantinae, Hallensis (n. 16. Mart. 1701; † 18. Jan. 1761) exponit *Controversiam* sub ss. pont. Clemente VIII. et Paulo V. Dominicanos inter et Jesuitas diutius agitatam, Campiduni 1736.

596. Antonius Ruerk O. Min. Hibernus composuit *cursum theologiae scholasticae* in via ven. Jo. Duns Scoti decursum per quatuor ejusdem sententiarum libros, Vallisoleti 1746 t. 2 in 4. — Marianus Brokie O. S. Ben. Scotus philosophiae et theologiae doctor, earundem in academia erfurtensi professor, per annos 12 in Scotia missionarius († 1757), edidit: *Scotus a scoto propugnatus* seu principaliores quaestiones aristotelico-philosophicae cum parergis ex universa philosophia ad mentem Joan. Duns Scoti, Ratisbonae 1711 in 4; *Holstenii Codex regularum monasticarum et canonicarum additamentis auctus,* 1759 t. 6 in f.; *examen theologicum doctrinae quesnellianae,* quo aequitas et justitia constitutionis dogmaticae *Unigenitus* demonstratur, Erfurti 1720 in 8., cui Honoratus a s. Maria opposuit *difficultates* Parisiis, 1720.

597. In *Belgio* celebre nomen sibi peperit Carolus Renatus Billuart O. Praed., Thomistarum sui aevi facile antesignanus et princeps, n. 8. Jan. 1685 in oppido Revin, diu theologiae dogmaticae et moralis professor, tertio suae provinciae praepositus († 20. Jan. 1757). Opus ejusdem praecipuum est *Summa s. Thomae* hodiernis academiarum moribus accommodata sive cursus

[1]) Cf. Veith, biblioth. augustana, alphab. X. pag. 1 ss.

theologiae universalis juxta mentem et in quantum licuit juxta ordinem et literam d. Thomae in sua Summa, Leodii 1746—51 t. 18 in 8., cui accessit 1759 t. 19. i. e. supplementum seu opus posthumum (de opere sex dierum, de statu religioso et mysteriis Christi) auctore Deodato Labye ejus cognato et sodali († 7. Jan. 1792). Eam replevit multis digressionibus historicis et exegeticis magna ex parte ex N. Alexandri historia ecclesiastica derivatis. Prodiit saepius, etiam inscriptum *Cursus theologiae universalis,* ut Wirceburgi 1758—1760 t. 20 in 8; Venetiis 1761 in t. 3 in f.; Romae 1836 t. 4 in f.; Parisiis 1828; 1840 t. 10 in 8; 1907 t. 9 in 4. cum appendice continente constitutiones, decreta et resolutiones sedis apost. usque ad praesens, ed. 9. Omissis digressionibus cursum ad breviorem formam redegit Deodatus Labye inscripsitque *Summam Summae s. Thomae,* Leodii 1754 t. 6 in 8; Gandavi 1763; Wirceburgi 1765—1766; Parisiis 1884—90 t. 6 in 12; Genua 1894—95 t. 4. Hoc in opere non solum Molinae systema impugnat, sed praesertim Honoratum Tournely pressis vestigiis insequitur. *De mente Ecclesiae catholicae circa accidentia eucharistiae* contra D. Legrand (cf. supra p. 504), Leodii 1715 in 12; *Le Thomisme vengé de sa prétendue condemnation* par la Constitution *Unigenitus,* 1720 in 12; *Le Thomisme triomphant* etc. In theologia morali teste Gury est probabiliorista moderatus, perspicuitate, doctrina, soliditate et eruditione inter probatissimos theologos recensendus [1]). — Lud. Philippus Preingué ejus sodalis in ordine dictus P. Jourdain, studiorum regens Lovanii (n. 31. Jan. 1704; † 14. Jan. 1752) concinnavit *theologiam speculativam et moralem* Gandavi, 1745—47 pp. 11 in 8.; *Theologiae moralis repetitio* pp. 2, quae constituunt t. 12. operis majoris. In t. 10 tuetur absolutionem sub conditione: ‚si es dispositus', esse illicitam: hinc orta controversia cum fratribus Min. pluraque opuscula inde prodierunt [1]). — Paulus Petrus Vernaelde Insulensis ex dictatis Joannis Boursier S. J. professoris in academia duacena († 12. Jan. 1742) edidit tr. in 3. p. s. Thomae *de sacramentis* in genere et in specie Duaci 1734—35 t. 2 in 4. — Ignatius Albertus Sverts O. S. Aug. lovaniensis doctor († 5. Mart. 1748) concinnavit *synopsin quaestionum theologicarum* in s. theologiae prolegomena et in 1. p. Summae s. Thomae, Coloniae 1732. — Leonardus van Grinsven S. J. plurimas proposuit theses de s. Scriptura, de sacramentis [2]) etc. propugnandas († 2. Jul. 1752). — Famosus Raymundus Lullus strenuum fautorem nactus est Ludovicum Flandrensem O. Cap., qui semper in Hispania degisse videtur. Ad omnem graduum apicem sua provincia illum evocavit, nempe lectoris theologi, custodis, definitoris et provincialis. Sententiae card. Cienfuegos (p. 1023) de intima unione animae Christi cum digne communicante etiam eucharisticis destructis speciebus, quae aegre sequaces invenit, adhaesit et anonymum adversarium impugnavit. In abdita R. Lulli penetrare, eaque illustrare et omnibus patefacere nisus est variis operibus, cujusmodi sunt [3]): Tractatus *de theologico systemate lulliano* cum expositione figurarum et elementorum ad tuto percurrenda opera sapientissimi magistri et doctoris illuminati b. Raym. Lulli, hispanice, Majoricae 1741; tr. et summarium *de chaos lulliano,* hispanice ib. 1740 in 8; in primis vero magno opere

[1]) Cf. ejus vita auctore Deodato Labye sodali in ed. Maastricht 1770 et posterioribus ed.

[1]) Cf. A. C. de Schrevel in Biogr. nat. de Belg. XVIII, 216—18.

[2]) Cf. Sommervogel III, 1835.

[3]) Cf. Bibliotheca script. O. Min. s. Francisci Capuc. p. 174.

(philosophico) inscripto: *Antiquus academicus* contra modernum scepticum rigidum aut moderatum, Matriti 1743—45 t. 3 in 4. Num t. 4. quem promiserat prodierit nobis non constat.

598. In *Hispania* alias tot celebrium scholasticorum feraci vix aliquos reperimus, quos huc referre liceat. De Th. Madalena († 1746) supra egimus p. 1024 Antonio Albalate O. Min. tribuitur *cursus theologicus.* — Hujus sodalis Didacus Gonzalez Matthaeus auctor fertur *theologiae scoticae* t. 4. — Josephus de Araujo S. J., Portucalensis, Ulissipone primarius scholastices professor, quem ferunt [1]) ingressum esse 1743 ordinem s. Dominici († 1759), auctor est *cursus theologici,* Ulissipone 1734 et 1737 t. 2 inf. — Bernardus Vargas S. J. Malacensis, theologiae professor († 19. Mart. 1752) inchoavit *cursum theologicum speculativum* sive scholasticum selectarum quaestionum compendio traditum in 1. p. et 1. 2. d. Thomae, Granatae 1731 t. 4 in 12., in quibus agit de Deo in essentia uno et in personis trino, de Deo sciente, volente et praedestinante, de beatitudine et actibus humanis, sed ultra progressus non videtur. — Aloysius Antonius Verney, eques torquatus et archidiaconus eborensis, composuit *apparatum ad philosophiam et theologiam* ad usum lusitanorum adolescentium [2]), Romae 1751; disp. *de re logica,* ib. 1751; 1757; *de re metaphysica,* 1753. — Antonius Gutierrez de la Sal S. J. Segurensis, 25 a. theologiae moralis et scholasticae professor (n. 14. Febr. 1665; † 30. Aug. 1745), reliquit tr. scholasticum (rarum) *de incarnatione Verbi divini,* Matriti 1729; *de fide, spe et caritate,* ib. 1728. — L. Ramirez O. S. Franc. edidit opus inscriptum *de triplici agone scholastico,* scotico, thomistico, academico, s. l. et a. — Ejus sodalis Bonaventura Telladus edidit *trutinam metaphysico-theologicam* ad mentem Scoti, Salmanticae 1744 in 4; p. 1. doctrinalis agit de formalitatibus rerum ac divinis perfectionibus; p. 2. problematica de peculiaribus divinarum personarum constitutivis; p. 3. resolutiva de non perfectione notionalium. — Emmanuel Ignatius Coutinho O. Carm. reliquit praeter alia *philosophiae cursum* juxta inconcussam doctrinam Joan. Baconii doctoris resoluti, 1750 t. 5 in 3 v. in 4; *compendium philosophico-theologicum* ad tirones baconistas utilissimum juxta doct. resol. J. Baconium, Ulissipone 1734 in 4; *systema quaquaversum aristotelicum* ceteris praeferendum de formis materialibus tam substantialibus quam accidentalibus juxta Baconii expositionem cum appendice de accidentibus eucharisticis, 1751 in 4; *artem syllogisticam* sive commentarium in libros Aristotelis de interpretatione etc., 1739 in 4; *de cultu sacro debitae servitutis* pro invocatione sanctorum adversus gentiles, Mohammedanos atque haereticos, praesertim Wicleffitas, Lutheranos atque Calvinianos, Conimbricae 1765 in 4; *de peccato originali et immunitate Deiparae* a debito illud contrahendi cum vindicationibus Melliflui et doctoris angelici, in quibus ostenditur b. M. V. conceptionem nuspiam eos maculasse, Coloniae 1767 in 4. — *De immaculata V. conceptione* disseruit Fr. X. Lazcano S. J. Mexici 1750; Venetiis 1755. Insignis asceta plura reliquit [1]) Ascetica († 13. Maj. 1762) — Jos. Maria Fonseca Figuereido y Sousa O. S. Franc. Lusitanus († 1760), ordinis praepositus generalis aliisque muneribus Romae functus et episcopus portucalensis edidit *philosophiam et theologiam* Frassenii (p. 653), correctam et emenda-

[1]) Ita Bauer KL. I, 1228; secundum Sommervogel VIII, 1683 app. obiisse videtur 1748.

[2]) Cf. A. E. 1754 p. 555; 1759 p. 11.

[1]) Cf. Sommervogel IV, 1601—8.

tam, Romae 1726 t. 16 in 4. — Josephus de Ribas O. Pr. *de virtutibus theologicis* disseruit. — Joanni Ximenes O. Carm. tribuit Genér in *theol. dogmatico-schol.* 1, 186 *l. de potentia et causalitate primi motoris* juxta germanam mentem Joan. de Bacone et tract. *de beatitudine supernaturali patriae.* — Hispanis accensere licet Joannem Jos. de Eguiara y Eguren Mexicanum, primarium et emeritum theologiae professorem et rectorem, qui recusavit episcopatum meridanum (Yucatan). Scripsit *dissertationes scholasticas* de Deo, de sancto Josepho, de dominica incarnatione tomis 3 distinctas; num vero et ubi prodierint nos latet — et Nicolaum de Segura S. J. pariter Mexicanum n. 20. Nov. 1676, theologiae professorem, per insidias in cubiculo interfectum 6. Mart. 1743, cujus exstant *tractatus theologici* pro variis gravibus difficultatibus enodandis, Matriti 1731 t. 2 in f.; *de contractibus in genere et de testamentis,* Salmanticae 1731 in 4. — Josephi Picazzo *cursus integer scholasticus* prodiit Compluti 1746 in f.

599. E *Gallis* huc referri possunt: Paulus Gabriel Antoine S. J. Lunaevillensis n. 1679, in academia mussipontana theologiae professor († 22. Jan. 1743), cujus *theologia universa speculativa et dogmatica,* complectens omnia dogmata et singulas quaestiones theologicas, quae in scholis tractari solent, Mussiponti 1723, saepissime prodiit ut Parisiis 1742 t. 7 in 12 etc.; recentiori tempore Venetiis 1821 t. 2 in 4; 1839; aucta et quaestionibus criticis, historicis et dogmaticis illustrata, Moguntiae 1765—69 t. 8 in 8. cura Pauli Opfermann S. J., vel etiam cum ejusdem *theologia morali,* Augustae Vind. 1762 t. 3 in 4. Nec immerito tam saepe recusa fuit; laudem enim meret a perspicuitate et soliditate. Saepius etiam prodiit ejus *theologia moralis universa* complectens omnia morum praecepta et principia decisionis omnium conscientiae casuum, suis quaeque momentis stabilita [1]), Nancaei 1726 t. 3 in 12; emendatior et non parum aucta 1731 in 4. et t. 4 in 12. Cui deinde ab aliis alia adjecta fuere, ut a Philippo de Carboneano (Carbognano) O. Min. Romae 1747 in 4. etc., a Bonaventura Staidel Passavii 1766—68 t. 7. in 8; a Joan. Dominico Mansi Venetiis 1776 t. 3 in 4; 1805 t. 6 in 4; Avenione 1818 t. 6 in 8. cum supplemento 1819; Bassani 1830 t. 2 in 4; Mediolani 1834 et 1835. Ea etiam fuit in compendium redacta, Venetiis 1776 t. 2 in 8; 1802; 1833. Licet autem teste s. Alph. Ligorio [2]) sit auctor valde rigidae sententiae, et teste Gury „in severiores generatim doctrinas propendeat ultra modum," eam tamen Benedictus XIV. tanti fecit, ut ejus usum (cum adnotationibus Carboneani) praescripserit alumnis collegii de Propaganda fide, quod exemplum multi episcopi Galliae et Italiae imitati sunt. Et revera se commendat soliditate, brevitate, perspicuitate et integritate. Quaedam propositiones reprehensionem quorundam incurrunt. Ita Cassianus Fenici comes de Aztemberg aliquot crisi subjecit in suis *institutionibus theologiae ascetico-moralis,* Coloniae 1769. *Démonstration de la vérité de la Religion chrétienne et catholique,* absque auctoris nomine Nancaei 1739 in 12. — Simon Petrus de La Fosse de Champdorat congr. s. Sulp. Lemovici natus est 14. Jan. 1701. Postquam Parisiis philosophiae theologiaeque studuisset in collegio s. Sulpitii, in seminariis dedit operam junioribus clericis informandis edocendisque [3]). Praelectiones theologicas *de*

[1]) Cl. Mém. de Tr. 1732 a. 83 p. 1761—78, et 1743 a. 6 p. 167—179 de ejus theologia dogmatica; Carboneanus et Justus Cassuanasgelphus in suis ad theol. moralem proleg.; Sommervogel I, 419—27.

[2]) Homo apostolicus 16, 108.

[3]) Cf. Betrand Bibl. Sulpic. 1, 278—82.

Deo ac divinis attributis sub ementito Tournelii nomine vulgavit, Parisiis 1730; auctas 1746 t. in 12. († 19. Nov. 1745). Legrand illas insigniter auctas tertio edidit, quae ed. recusa fuit a Migne in *theol. cursu compl.* VII. 9 ss.

600. Prae ceteris celebrem theologum reperimus in *Italia* [1]) Vincentium Ludovicum Gotti O. Praed. Bononiensem n. 5. Sept. 1664. Annos natus 13 rhetoricam audivit sub disciplina patrum Soc. Jesu. Cum autem a prima infantia religiosae vitae esset percupidus, insciis familiaribus et affinibus, anno aetatis 16. in coenobium s. Dominici se recepit, obtentoque parentum assensu ordinem est ingressus. Philosophiae incumbens adeo reliquos praecellit, ut superiores eum Salmanticam miserint, quo felicius in philosophia et theologia excoleretur. Studia absolvit magno actu publico ex universa theologia eo successu, ut magistrorum excitaret admirationem. Rediit Gotti in Italiam 1688 ac Mantuam mittitur, ut in coenobio illius civitatis doceret philosophiam. Munere vix inchoato a magistro generali Romam advocatur, ut in coenobio minervitano eandem regeret cathedram; novum deinde philosophiae cursum Bononiae auspicari jussus est. Quo absoluto Faventiae confratribus theologiae lector datur, sed mox (1695) a senatu bononiensi publicus assumitur theologiae (in via d. Thomae, ut ajunt) professor. Anno 1708 bononiensis coenobii prior (et 1714 iterum) eligitur, et biennio vix absoluto universae provinciae praeses renunciatur. Clemens vero XI. eum generalem dixit (1715) fidei quaesitorem in urbe mediolanensi, quod munus sibi insperato oblatum omni ope refugere curavit, sed frustra. Ibi dum fidei puritati custodiendae pervigilem navaret operam, in ejus manus incidit l. Jacobi Picenini apud Rhaetos calviniani magistri: *Apologia per i Reformatori,* Curiae 1706. Exitiosum opus alii quoque impugnarunt, ut Al. Andruzzi (infra p. 1366), Andreas Semery S. J. (cf. p. 751) et Hyacinthus Tonti O. S. Aug. (cf. p. 1038). Sed Piceninus novo opere in eos insurrexit: *Trionfo della vera religione,* Curiae 1714. Utrumque igitur opus impugnandum sibi selegit Gotti in praeclaro opere: *La vera chiesa di G. Christo* dimostrata dai segni et dai dogmi contro i due Libri di Giacomo Picenino, Bononiae 1719 t. 3 in 4. Ipso inscio revisor quidam operis stilum in adversarium exacuit, qua de re conqueritur in praef. operis *colloquia theologico-polemica.* „Sciebam enim, inquit, cum haereticis pro veritate quidem certandum esse, sed caritatem non amittendam, ut ad veram fidem redeant, non ut ab ea magis arceantur; pugnandum esse intellectu, non voluntate.“ Prodiit iterum purgatum et auctum, Mediolani 1734 t. 2 v. 3 in 4. et latine redditum notisque illustratum a Vinc. Thoma Covi O. Praed. († 6. Sept. 1752) Bononiae 1750 t. 3 in 4.

601. Munus generalis fidei Quaesitoris, quod invitus susceperat, molesto semper animo retinuit nullumque non movit lapidem, ut eo se abdicare posset. Annuit demum pontifex a 1717. Quare Gotti Bononiam rediit, ubi a senatu cathedra theologiae polemicae, quam

[1]) Joannes Mazzucato et Joannes de Augustinis uterque O. S. Franc. de Obs. nomine reticito ediderunt *opera s. Bonaventurae* Venetiis 1751 t. 13 in 4., quae tamen judicibus editoribus recentissimae collectionis (Ad Claras Aquas 1882 t. I. praef. gen. § 1) scatet mendis et lacunis gravioribus quam praecedentes editiones (3), et critica qua usi sunt, plus aequo est intemperans et quadam levitate laborat, nam illorum editorum judicio inter 13 vol. quinque tantum sunt, quae certa s. Doctoris opera (28) continent. Plura opera spuria receperunt et genuina inter spuria ablegarunt. Ceterum de Augustinis († 1755) ad priora tantum volumina operam suam contulit, et circa vol. 72 manuscripta reliquisse legitur.

prius celeber Bacchini (p. 1227) occuparat, donatus est. Interim iterum electus est in coenobii priorem (1720), in provinciae praepositum, et parum abfuit, quin eligeretur in magistrum generalem totius ordinis. Benedictus XIII. eum nihil de tanto honore cogitantem 30. Apr. 1728 patriarcham hierosolymitanum designavit et inter presbyteros cardinales retulit. Nuncius vero hujus promotionis illum rusticantem invenit in quodam suburbano fundo, qui Ronzani dicitur, eodem prorsus loco, quo morabatur quondam Benedictus XIII., cum reluctans et ingemiscens a Clemente X. purpura donatus fuit; ideoque locus hic duorum cardinalium modestia praeclarus perenni ornatus fuit monumento. Gotti insperato honore quasi fulmine ita correptus est, ut nisi amicorum prohibuisset auctoritas, fugam et latebram quaesivisset. Universa civitas omnesque incolarum ordines accensis ignibus festivisque plausibus ejus promotionem celebrabant. Romam petens peramanter a pontifice fuit exceptus atque novem congregationibus addictus, quibus diligentissime semper interfuit, totumque se impendit in christianae reipublicae commodum. Licet autem amplissima auctus esset dignitate, idem tamen semper adhibuit vitae genus. Eadem fuit illi vitae austeritas ac cibi parcitas, eadem orandi et studendi horarum distributio; incruentum sacrificium, praemissa bis terve per hebdomadam confessione quotidie magna cum religione offerebat: reliquum quod ei a congregationibus superfuit tempus, in studiis ut plurimum theologicis, insumebat. Comitiis interfuit Clementis XII. et Benedicti XIV., in quo extremo conclavi „potior suffragantium pars per integrum mensem Julium et Augustum in Gottium conspirabat[1]). " Ob ejus diuturnitatem usque ad aestivos calores producti coepit variis morbis afflictari. Verum infirmitas, quam contraxit, binos per annos protracta fuit. Die 13. Sept. 1742 vi morbi adeo contabuit, ut jam prope ad extrema deduci ipse cognoverit. Nihilo tamen secius ob dominicae crucis reverentiam 14. Sept. supremo labentium virium conatu a lecto surgere et sacris operari devotissime voluit. Factum. At vero gravius inde decumbente medicorum sententia pronunciatum, de ejus vita prorsus actum esse. Letalem nuncium tranquillitate animi ac vultus serenitate excepit, statimque petiit ultima sibi exhiberi catholicae religionis munimenta, quae ad aeternitatis iter aggrediendum conferuntur. Die 18. Sept. 1742 placide quievit in Domino. Benedictus XIV. moribundum invisere statuit ejusque in domum se contulit, sed quia jam conclamata erat ejus salus, ipsum adire non potuit[1]). „Emicuit in eo, ita Ricchinius, perspicuitas ingenii summa, judicium acre ac solidum, studium pertinax, ampla eruditio, rara discendi scribendique facilitas cum eximia doctrina et perspicuitate conjuncta. Ad mores quod attinet, mitissimo fuit ingenio, facili atque humanissima indole ad bene de omnibus merendum prona, moderatus et humilis, prudens et candidus, religiosus ac pius, disciplinae tenax, fidei vindex, religionis assertor" etc. Magni factus est a quatuor pontificibus Clemente XI. et XII., Benedicto XIII. et XIV., a cardinalibus, a regibus Victore Amadeo II. ejusque filio Emmanuele, a Maria Clementina Sobieski, magnae Britanniae

[1]) Ita narrat Alex. a S. Joanne de Cruce in contin. H. E. Fl. l. 232 § 51.

[1]) Plura de Gotti cf. in commentario de vita et studiis Fr. Vinc. Ludov. G.O. Pr. etc., Romae 1742 auctore Thoma Ricchinio, recuso in Raccolta d'opuscoli scientifici e filologici ed. Calogera XXVIII, p. 351—405; apud Guarnacci, hist. rom. pont. et card. II, 525 ss.; Alex. a S. Jo. de Cruce l. c. l. 234 § 59; comment. de vita auctoris praemissus ejus theologiae ed. ven. 1750; Fantuzzi, Notizie degli Scrittori bolog. IV, 194—205; Streber KL. V, 939.

regina, quae coram et absens per epistolas de conscientiae arcanis frequenter cum illo egit, atque ab aliis viris summis.

602. Praeter opus supra laudatum adversus Piceninum, aliud contra ejusdem op. *Concordia matrimonii cum ministerio,* Tiguri 1709 in 4. pro coelibatu elaboravit circa a. 1717, sed plurimis curis distentus nonnisi a. 1727 Bononiae in lucem edidit inscriptum: *Colloquia theologica polemica* in tres classes distributa. In 1. sacrorum ministrorum coelibatus; in 2. rom. pont. auctoritas; in 3. aliae catholicae veritates propugnantur, adjectis Gregorii VII. vindiciis. Praecipuum tamen ejus opus est: *Theologia scholastico-dogmatica* juxta mentem d. Thomae Aq., Bononiae 1727—35 t. 16 in 4., quorum 1. complectitur prolegomena et locos theologicos [1]), ceteri exhibent varios tractatus secundum ordinem Summae; ultimus agit de statu animae post vitam, de fine mundi et de judicio universali, et de consequentibus ipsum. Laudatur merito opus a claritate, soliditate et nitore. Prodiit iterum Venetiis 1750 t. 6 in 3 v. in f.; 1783 t. 3 in f. *De eligenda inter dissentientes christianos sententia* l. adversus Joan. Clericum [2]), Bononiae 1734 in 8; Ratisbonae 1740. *Veritas religionis christianae* et librorum, quibus innititur contra atheos, polytheos, idololatras, Mohammedanos et Judaeos demonstrata [3]), Romae 1735 et 1736 t. 3 in 4; *Veritas religionis christianae* ex genere, conceptu, ortu, gestis, mysteriis ac prodigiis J. Christi, nec non Virginis Deiparae confirmata t. 4 pp. 2 Romae 1737 in 4; *ex mirabili ejus propagatione* per apostolos et eorum gesta comprobata, t. 5., ib. 1737; *ex prodigiis,* ejus inter paganorum persecutiones augmento et mirabili constantia martyrum, ib. 1738 t. 6; *ex devictis haeresibus* directe ejus veritatem impugnantibus t. 7. et 8. pp. 5. Romae 1738—40.

603. S. Anselmi doctrinam in systema redigere nisus est Nicolaus Maria Tedeschi duplici opere: *Scholae d. Anselmi doctrina* sive 1080 theses ex logica, physica, metaphysica, morali seu ethica, theologia scholastica et dogmatica ad mentem d. Anselmi, Romae 1705 in 4; *doctrinae synopsis,* in qua universa theologia tum scholastica, tum dogmatica ad s. Scripturae auctoritatem, pontificum sanctiones, decreta conciliorum ac ss. patrum dogmata, praecipue vero d. Anselmi... collimata proponitur necnon ex ecclesiastica historia selectae controversiae ad illam spectantes juxta veterum scriptorum fidem, chronologiae rationem et criticae scientiae leges excitantur et dirimuntur, ib. 1708 in 4. Natus est Tedeschi nobilibus parentibus Catanae 1671 et adolescens inter hierosolymitanos equites receptus. Cui militiae mox renuncians ordinem s. Benedicti est ingressus obnitentibus patre et consanguineis, quibus propterea ter fuga est elapsus. Studiis absolutis s. theologiae laurea in catanensi universitate fuit donatus. Romam accersitus theologiam docuit juxta s. Anselmi mentem in collegio s. Pauli. A Clemente XI. episcopus liparensis creatus est a. 1710. Cum ob causam cum regia curia Romam recurrerit, retentus est factusque consultor s. Officii et congregationis ss. rituum secretarius, partemque habuit in congregatione de Quesnelli causa instituta. Post aliquot annos dictus est (1722) archiepiscopus apamiensis. Sub

[1]) De locis theologicis scholastice egit quoque Alexander Mazzinelli († 1741) in op. *Totius theologiae dogmatico-scholasticae* t. 1. cum supplementis Laurentii Migliacci, auctoris olim discipuli, Panormi 1743 in f. Migliacci hortante Benedicto XIV. operis totius editionem aggressus est, sed ultra t. 1., qui de locis theologicis agit, non est progressus.

[2]) Cf. suppl. ad N. A. E. lips. IV, 392-97.

[3]) Cf. A. E. lips. 1740 pag. 344—55: 544—551; 1743 p. 150—157.

Clemente XII. omnibus se abdicavit muneribus atque Sublacum se recepit: sed a Benedicto XIV. fuit revocatus, ut ad altiorem promoveretur dignitatem, cui morte invida 29. Sept. 1741 fuit praereptus [1]). — Thomas Aquinas a Nativitate b. V. O. Carm. edidit praeter *institutiones philosophicas* t. 5 in 4., etiam *institutiones theologicas,* Venetiis 1760. 1761 t. 5 in 4. — Theologiam speculativam et dogmaticam in compendium redegit Josephus Mediopica, missionarius apostolicus et archipresbyter Terrae novae in ulteriori Calabria, Neapoli 1748 t. 2 in 4. Reliquit praeterea opera homiletica et *Fons utriusque juris,* Messanae 1738. — Josephus Maria Platina († 1743) edidit *praelectiones theologicas* in 3 pp. distributas, Bononiae 1736 – 39 t. 3 in 4; *de angelis et daemonibus,* ib. 1740 in 4. — Car. Maria Angeletti O. Min. Obs. Perusii n. 1706, qui conventus sui bibliothecam pluribus optimisque libris ditavit († 1752), reliquit *asserta theologica* ad mentem subtilis Joan. Scoti, Florentiae 1739. Secundis curis perfecit et continuavit opus Julii de Venetiis ediditque inscriptum: *Chronologia historico-legalis seraphici ordinis* t. 3. continens omnia capitula et congregationes generales, constitutiones et statuta emanata ab a. 1633—1718, nunc vero in duas pp. distributas supplementis novisque accessionibus aucta et ad a. usque 1751 perducta, Romae 1752 t. 2 in f. — Melchior Briga S. J., Cesenas n. 1. Oct. 1686, philosophiae et theologiae professor († 25. Junii 1749), praeter plura ad philosophiam et astronomiam spectantia [2]), composuit *concordiam theologicorum dogmatum et problematum de Deo,* Senis 1734. — Cajetanus Maria Pezzo Theat. Neapolitanus († 14. Jun. 1743) scripsit diss. physico-theologicam *de accidentibus eucharisticis* seu an species panis et vini in eucharistia manentes accidentia sint physica et realia ab omni substantia distincta et separabilia, Neapoli 1735 in 4. et diss. physico-theologicam *de aqua sacri calicis* in Christi sanguinem convertenda seu an aqua mixta vino per consecrationem immediate in Christi sanguinem convertatur, ib. 1736 in 4; ad R. P. Felicis Potesta (p. 971) *moralem theologiam* additiones, quibus illa novis appendicibus ac selectis dissertationibus illustratur, ib. 1742 in 4.

604. De immaculata conceptione b. Mariae V. disputarunt: Bonav. Amedeus de Caesare O. Min. in op. *de Deiparae V. SS. conceptus mysterio,* Neapoli 1751 — Fridericus Donati S. J., natus quidem in Silesia 1690, sed ut videtur origine Italus († 18. Aug. 1750), in l. *Jus et ratio domus Dei,* Tyrnaviae 1718 in 4. — Marcus Antonius Gravois O. Min. in op. *de ortu et progressu cultus ac festi immaculati conceptus b. Dei genitricis V. Mariae,* Lucae 1762 in 4; 1764 — in primis Benedictus Plazza S. J. Syracusanus, clarissimus plane scholastices professor, quam Panormi docuit (n. 28. Oct. 1677; † 6. Martii 1761), in op. prorsus insigni: *Causa immaculatae conceptionis ss. Matris Dei Mariae D. N.* sacris testimoniis ordine chronologico utrimque allegatis et ad examen theologico-criticum revocatis, agitata et conclusa. Accedit oratio s. Petri Argorum ep. in conceptionem s. Annae, quando concepit s. Dei Genitricem ex graecis mss., Panormi 1747 in f.; Coloniae 1751. Accenseri debet hoc opus propter eruditionem, doctrinae solidita-

---

[1]) Cf. Zeck KL. XI, 1281.

[2]) Cf. Storia Letteraria d'Italia I, 321—333, ubi praeter alia elogia de eo dicitur: Questo Religioso veramente erudito era d'ingegno combinatorio, come si vedrà dalle sue opere . . . ed in molte facoltà versato, come nella Filosofia, nella Astronomia, nella buona Teologia. Sapeva ancor molte lingue."

tem et expositionis perspicuitatem praestantissimis, quae de hoc argumento prodierunt, imo classicum in hac materia dici debet. Scripsit in eadem causa adversus Muratori, de qua controversia plura infra dicemus [1]). *Dissertatio anagogica, theologica, paranaetica de paradiso,* opus posthumum, Panormi 1762 in 4. Inchoaverat illud Plazza senex 80 annorum, sed nonnisi ad pag. 404. perduxit; reliqua (usque ad p. 728) sunt Josephi M. Gravinae S. J. Ultimum tamen caput (scil. p. 3. cap. ult.) de electorum numero, quem auctor admodum augere nititur [2]), prohibitum fuit decreto congr. Indicis 22. Maj. 1772. Prodiit illud etiam seorsim inscriptum *de electorum hominum numero* etc., Panormi 1764. Diss. biblico-physica *de literali proprio s. Scripturae sensu,* praesertim a patribus unanimiter recepto, in rebus etiam physicis sancte observando publicae disputationi exposita, in qua multiplicibus s. Scripturae sensibus recensitis et enucleatis in quavis materia, inter proprium et figuratum Scripturae sensum proprius Scripturae sensus communisque ss. patrum interpretatio a vulgi erroribus praesertim circa mundi figuram et antipodes vindicatur, et systema tum mundi copernicanum tum brutorum mechanicum Scripturis adversum ostenditur. Ab hac autem adversitate liberantur Scripturae docentes coelos vel omnes esse fluidos et astra moveri ab interno principio. Agitur quoque ex occasione de cartesiana physici corporis idea deque supercoelestibus aquis [1]), Panormi 1734 in 4., Tyrnaviae 1749 pp. 2 in 8. (ed. ut videtur aucta, retractata et emendata).

605. Theologiam *mysticam* excoluerunt: Casimirus a Marsala O. Cap., provinciae panormitanae bis praepositus, in triplici opere: *Dissertationes mystico-scholasticae adversus pseudomysticos hujus aevi* seu contra Molininos larvatos docentes: dari tentationes irresistibiles, ostenditur Deum non permittere daemonem incubum vi opprimere virum aut mulierem omnino renuentem, Panormi 1748 in f.; *crisis mystico-dogmatica* adversus propositiones Mich. Molinos ab Innocentio XI. proscriptas, ib. 1751 t. 2 in f.; tr. *de amore erga Deum,* in quo impugnantur propositiones archiep. cameracensis D. Fr. Fenelon de Salignac, ib. 1751 in f. — Casimirus Liborius Tempesti O. Min. Conv. scripsit: *Mistica teologia* secondo lo spirito e le sentenze del S. Bonaventura uniformi allo spirito e dottrina de' più celebri ss. Padri e Dottori per i tre stati d'Incipienti, Proficienti e Perfetti, Venetiis 1748 t. 2 in 8; de ejus *Storia della Vita e geste di Sisto Quinto* agemus infra — Petri Giannotti praepositi ecclesiae cathedralis Castelli est opus valde rarum *Teologia mistica,* Lucae 1751—53 t. 3 in 4. — Nicolaus Tersaghi (Terzaghi, Terzago) Romanus, episcopus narniensis ab a. 1725 († c. a. 1761) scripsit *theologiam historico-mysticam* adversus veteres et novos pseudomysticos, quorum historia texitur et errores confutantur, Venetiis 1764 in f.; *Istruzione pratica* sopra la fedele amministrazione del Sagramento della Penitenza a tenore della Dottrina del Rituale Romano, Romae 1753; 1775 in 12.

[1]) Alia ejusdem opera occasione cujusdem controversiae cum Concina cf. Backer II, 2023; Zaccaria Storia Lett. d'It. XII, 325—329.

[2]) Cf. Genér theol. dog. sch. II, 347. Contra hanc diss. edidit Ant. M. Gardini († 1800) diss. theologicam *adversus novitates P. J. M. Gravina S. J,* coeli januas reserantis non solum haereticis et schismaticis verum etiam Hebraeis, Mahommedanis etc., Venetiis 1767. De hoc argumento exstat Sebastiani ab Alexandro O. Carm. *Libra pensilis,* in cujus gemina lance praedestinati et reprobi quoad numerum pensitantur, Romae 1671 in 4.

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1737 a. 73. p. 1301—11.

II. Theologia positiva et polemica.

606. Innumeros quidem, qui inter theologos *polemicos* referri possunt, resensere licet, sed vix unum vel alterum alicujus nominis. Quare plerumque eos nominasse sufficiet. In *Italia* disputavit adversus atheos et fatalistas Joannes Comes de Cataneo, regi Borussiae a consiliis et ejusdem apud rempublicam venetam legatus in l. *La Uranide*[1]), 1748. — Franciscus Ant. Pyrus (Piro) O. Minim. scripsit diss. sagacem[2]): *Dell' Origine de male* contro Bayle, nuovo systema antimanicheo, Neapoli 1749 in 8. — et (alio tamen methodo) Franciscus Maria Spinelli[3]), princeps Scalae, vir haud mediocris ingenii et eruditionis diss. *de origine mali,* Neapoli 1750; *de bono* 1751. — Adversus materialistas disseruit Josephus Cajetanus Moniglia, in utroque jure versatus, prius advocatus, dein provecta jam aetate sacerdos, juris canonici professor in academia florentina et plurium academiarum socius († 19. Jun. 1751), in opere, quod prodiit Lucae t. 2, dein Patavii 1751. — Adversus Judaeos disputarunt Joannes Clemens Cecchetti[1]) O. Min. in l. *Christi omnium Reparatoris fides* adversus judaicam perfidam novissime vindicata, Venetiis 1750 in 4. — Franc. Maria Ferretti Anconitanus, prius rabbinus, dein ad fidem conversus, in op. *Le verità della Fede cristianas* velate nella Sinagoga colla autorità dei piu accreditati Rabbini e confermate coi testi della s. Scrittura, Venetiis 1741 — et Jo. Antonius Constantius, quondam pariter per plures annos in Dalmatia rabbinus, dein ad fidem catholicam conversus, in op.: *La verita della Cristiana Religione* contro le vane lusinghe de'moderni Ebrei, Roma 1749. 1750 in 4. — Apologiam religionis christianae instituerat Fridericus de Judice O. Coel., abbas et ss. dogmatum in romano archigymnasio professor, in op. erudito *Institutiones theologiae dogmaticae* sive brevis demonstratio verae religionis i. e. naturalis, christianae, catholicae adversus Judaeos, deistas et heterodoxos, Romae 1754 t. 1. — Cajetanus Maria Cottone cler. reg. O. theat. († 10. Aug. 1759) reliquit *symbolum apostolico-theologicum* in 16 distributum articulos, in quibus selectiores universae theologiae polemicae et speculativae quaestiones continentur, Leopoli 1721 in f. — Apollinaris a s. Thoma O. Carm. composuit *Enchiridion polemicum dogmaticae theologiae* juxta mentem angelici doctoris et patrum salmanticensium doctrinam, Neapoli 1736 in 4. — Minoris momenti sunt *Institutiones theologiae dogmaticae* in duos

[1]) Cf. Storia lett. d'It. I, 27.

[2]) Cf. Zavarroni bibl. calabrae p. 206, qui ei tribuit praeterea: *Riflessioni intorno l'Origine delle Passioni,* colle quali s'investiga l'Economia della volontà Umana secondo i principi della Natura e della Grazia 1740 in 8. et plura opera inchoata, quae utrum prodierint, ignoramus. Cf. Storia Lett. d'It. IV, 22.

[3]) Alius a Trojano Spinelli, duce Aquinate, cujus exstat: *Lettera nella quale si dimostra non esser nota di falsità* che nel Diploma di fundazione della Chiesa di Bagnara fatta da Ruggiero Conte della Sicilia e della Calabria si ritrovi l'anno 1085 segnato coll'Indizione sesta correndo l'ottava del computo volgare al S. D. Francesco Peccheneda, Neapoli 1754 in 4., in qua docte et sagaciter agit de variis modis computandi annos Christi et indictiones ac deprehendendi sphalmata chronologica. Cf. Storia Lett. d'It. X, 507.

[1]) Alius a Raymundo Cecchetti, qui eodem hoc tempore erudite et praeclare scripsit: *Degli Asili* libri tre, Patavii 1751, in quo l. disserit de origine et progressu asylorum, de eorum speciebus et juribus, deque asylis in specie, de quibus quaerit, utrum sint juris divini, gentium et naturalis. Cf. Veneto Novellista 1751 p. 339.

tomos distributae opus posthumum Nicolai Capassi, in regio archigymnasio neopolitano olim juris civilis antecessoris, Neapoli 1754 t. 2 in 8., in quibus vim probandi argumentorum, quae patres et scholae theologi adhibere solent, in dubium vocat, substitutis aliis, sed sane minus efficacibus[1]). — *Raccolta di vari trattati filosofici e theologici* auctore Pasquale Magli, prodiit Neapoli 1747 t. 2 in 8; in quorum t. 2. agitur etiam de divina Ecclesiae catholicae institutione adversus incredulos et haereticos recentiores. — Blasius Stentucci edidit *Lettere* (40) *di risposta* d'un Teologo intorno vari quesiti sovra punti di Morale et di Religione, Venetiis 1755 in 8. — Francisci Wenceslai Barkovich Congr. Som. Dalmatae, theologiae professoris l. *Dell' esistenza, providenza e degli altri attributi di Dio,* della natura de' miracoli, dell' immaterialità, libertà e immortalità della mente umana, della distinzione del bene e del male morale[2]), prodiit Venetiis 1730 in 8. — Caroli Bonaventura Rigotti O. S. Franc. Roboretani († 3. Nov. 1763) ordinis secretarii, *quaestiones theologicae*, criticae, dogmaticae et polemicae, Romae 1747 in 8. lucem aspexerunt.

607. Adversus *Graecos* schismaticos disputarunt Franciscus Carolus a Breno O. Min. Brixianus († 29. Jan. 1745) in *Manuali missionariorum orientalium,* in quo nedum haereses omnes ecclesiam orientalium turpiter foedantes eliduntur (t. 1.), verum etiam (t. 2.) casus morales omnes, praecipue ad munus eorundem missionarium apostolicorum pertinentes, resolvuntur, Venetiis 1726 v. 2 in f. Hujus epitome prodiit Romae 1736 in pp. 4 in 4. — Joannes Andreas Tipaldi S. J. natus in insula Chios, in romano collegio s. Scripturae interpres († 1760), edidit *La Guida alla vera Chiesa d. G. C.* proposta specialmente a Seguaci di Fozio, Romae 1752 in 8. p. 1; p. 2., in cui si trattano in due punti capitali dello Scisma, cioè la Processione dello Spirito s. e il Consecrare in Azimo, 1754; p. 3., in cui si confutano gli altri errori, 1757. — In primis vero huc spectat Aloysius (seu Ludovicus) comes Andruzzi, Cyprius, natione et ritu Graecus, philosophiae ac theologiae doctor, in bononiensi archigymnasio linguae graecae professor, Romae abbas ad s. Mariam († 1753), qui plura edidit opera[1]): *Vetus Graecia de s. romana sede praeclare sentiens* sive responsio (solida) ad Dositheum patriarcham hieros. ll. 3, Venetiis 1713 in 4. In l. 1. Petrum universalis Ecclesiae pastorem a Christo coustitutum fuisse probat; in 2. ostendit, rom. pontifices tam quoad munus quam quoad potestatem Petro unice et plene succedere idque conc. oecumenica III. VI. et VII. expresse agnovisse; in 3. Dosithei argumenta refellit. Hujus operis p. 2. est: Consensus tum graecorum tum latinorum patrum *de processione Spiritus s. e Filio* contra Dositheum patr. hieros., Romae 1716 in 4; Perpetua Ecclesiae doctrina *de infallibilitate papae* in decidendis ex cathedra fidei quaestionibus extra conc. oecomenicum et ante fidelium acceptationem, Bononiae 1720 in 4; *Clementina constitutio Unigenitus* Ecclesiae traditionum vindex, ib. 1723 in 4; triumphus veritatis *de reali praesentia Christi in eucharistia* contra J. Piceninum, Romae 1725; *Peremptorium iconomachiae* per Jac. Piceninum reviscentis[2]), Venetiis 1730 in 8; *Vindiciae sermonis* s. *Ildephonsi* archiep. toletani de perpetua virginitate et parturitione Dei Genitricis M., Romae 1722 in 8., quibus contra Mabillonium, Dacherium, Pozza, qui illum Paschasio

[1]) Cf. Storia Lett. d'It. X, 389.
[2]) Cf. suppl. ad N. A. lips. III, 86—89.

[1]) Cf. Mazzuchelli I, 728.
[2]) Cf. Mém. de Tr. 1745 a. 110 p. 2203—18.

Radberto tribuunt, ejus auctorem fuisse s. Ildephonsum statuit. *Specimen philosophiae morale* expressum in praestantioribus legibus et virtutibus gentilium Graecorum, ib. 1744 in 4.

608. De *primatu* romani ponticifis egerunt: Ludovicus Maria Lucini O. Praed., Comensis, nobilibus parentibus natus 15. Jul. 1666 (sec. alios 1669), commissarius generalis inquisitionis a quatuor pontificibus constitutus et a. 1743 a Benedicto XIV. cardinalis creatus, vir pietate, eruditione et comitate insignis († 10. Jan. 1745), qui scripsit solide adversus Serry (cf. p. 1079); *Examen et vindiciae* decreti a RR. Car. Th. de Tournon Ponticheriis vulgati, Roma 1729. — Franciscus Antonius Cavalcanti cler. reg. O. Theat. Cosentinus, totius ordinis 1740 praepositus generalis et 1734 archiepiscopus cosentinus († 1748), *in vindiciis rom. pontificum ll. 8,* Romae 1749 in f., in quorum 1. non indocte agit de negatione s. Petri; in 2. de Marcellino; in 3. de Liberio; in 4. de Vigilio; in quatuor reliquis de Honorio; et in appendice adjecta Joannem XXII. a millenariorum errore purgat [1]). — Victor Amadeus Soardi Taurinensis, gubernatoris hujus urbis filius (n. 18. Oct. 1713), postquam secutus est militiam secularem, mundi vanitate perspecta secutus est castra Christi in congr. s. Lazari (1734). Docuit postmodum, theologiam in seminario s. Firmini praefuitque collegio pontificio avenionensi († 29. Oct. 1752). Scripsit *de suprema rom. pontificis auctoritate* hodierna ecclesiae gallicanae doctrina, Avenione 1747 in 4; Heidelbergae 1793 cura de Buininck, consiliarii electoris palatini: quo in opere erudito nititur ostendere clerum gallicanum, in praxi maxime, recedere a declaratione gallicana a. 1682 atque haud aegre agnoscere praerogativas primatus romani pontificis, quas declaratio illa imminuerat. Quare mirum esse non debet, si opus suppressum fuit decreto parlamenti 25. Jun. 1748: hinc rarissimum factum est, et quasi ad vitam revocatum curis D. de Buininck. *Auctoritas pontificia* notissimo Cypriani facto a neotericis impugnata, sed a Galliae theologis vindicata, Avenione 1749 in 4. et in patrol. lat. ed. Mig. III, 1274, diss. erudita et accurata, sèd rara [1]).

609. Adversus *Jansenianos* pugnavit Fortunatus (in baptismo appellatus Hieronymus), a loco nativitatis dictus Brixianus, n. 1. Dec. 1701. Ordinem fratrum Minorum Ref. ingressus a. 1718 absolutis studiis mathesim diu docuit. Hortante Raphaele praeposito generali ordinis componendo cursui theologiae dogmaticae incubuit (1748), quem tamen non absolvit. Petrus Giovennezio eum selegit (1750), ut sibi esset a secretis († 11. Maji 1754). Magno in honore fuit penes cardinales Quirini et Passionei, atque commercium epistolarum habuit cum viris doctissimis Foggini, Bottari, Maffei, Faure etc. Praeter varia opera [2]) mathematica (Brixiae 1736—40 t. 5 in 4.), *philosophiam mentis* methodice tractatam, Brixiae 1741 et 1742 t. 2 in 4; 1749, et *philosophiam sensuum mechanicam* [3]), ib. 1735. 1736 t. 2 in 4., edidit: Corn. Jansenii iprensis ep. *systema de medicinali gratia Christi Redemptoris* methodice expositum [4]), Brixiae 1751 in 8; Matriti 1756; Brixiae 1757 ed. emendatior. Anonymo, qui acrius hunc l. recensuerat, opposuit: *Osservazioni critiche* sopra un articolo delle Novelle

[1]) Cf. A. E. lips. 1758 p. 38—42.

[1]) Cf. Notices bibliogr. sur les Ecriv. de la Congr. de la Mission, Angoulême 1878 p. 213—25; Mém. de Trév. 1751 mensis Jul. p. 1711.

[2]) Cf. Zaccaria, Storia Lett. d'It. IX, 523—528; Mazzuchelli II, p. 4 pag. 2055.

[3]) Cf. A. E. lips. 1739 pag. 323—34.

[4]) De hoc opere praeclaro cf. Zaccaria l. c. III, 85—89; de seq. *Osservazioni* ib. VI, 354—373.

Letterarie di Firenze al num. 27 e 28 di quest' a. 1752, Roboreti 1752; et cum ille respondisset, edidit P. Fortunatus: *Risposta all' autore* di certo art. stampato ne' Fogli 26. 27. 28 delle Novelle Lett. di Firenze dell' a. 1753, Matriti 1754 in 4. Prodiit quoque *Esame sulle Osservazione Critiche* etc., Lucae 1753, cui libello, cum Matriti degeret, morte praeventus respondere non potuit [1]). Dissertatio physico-theologica *de qualitatibus corporum sensibilibus,* Brixiae 1740 in 4., in qua modeste, clare et methodo geometrica nititur osendere, doctrinam de accidentibus absolutis non esse adeo certam ac plerique theologi opinantur, statuitque conclusionem: „Qualitates sensibiles corporis naturalis ex mechanicis affectionibus particularum materiae, ex quibus illud compositum est, unice proveniunt.“ Speciatim deinde inquirit, utrum ea opinio adversetur doctrinae Ecclesiae; utrum ex patribus sententia de accidentibus absolutis probari, et ex conciliorum decretis definita censeri possit. Eum impugnavit [2]) Jos. Antonius Ferrari O. Conv. in *philosophia peripatetica* adversus veteres et recentiores praesertim philosophos firmioribus propugnata rationibus, Venetiis 1746 t. 3 in 4; quare P. Fortunatus dissertationem suam secundis curis recognitam, plurimum auctam et vindicatam iterum edidit, ib. 1749. Verum ea displicuit quoque Udalrico Weiss O. S. Ben. [3]), qui († 4. Juni 1763) acrem adversus ipsum scripsit (1750) epistolam, cui opposuit Noster *animadversiones criticas* in epistolam apologeticam R. P. Udl. Weiss bened. ursinensis contra P. Fort. a Brixia calumnias, ib. 1751. Posthuma prodiit dissertatio *de oratoriis domesticis,* 1757 in 4., recusa ab Assemano Romae 1766 simul cum tr. P. de Bonis ad calcem sui commentari *de ecclesiis.*

610. His addantur Joannes Chrys. a s. Joseph ex cler. reg. schol. piar., qui in diss. *de canone librorum ss. constituto a ss. patribus in magno nicaeno concilio,* Romae 1742, nititur ostendere, concilium illud eum sancivisse s. Scripturae canonem, qui a concilio tridentino iterum fuit confirmatus. *De s. Athanasii appellatione* ad s. Julium papam et perfugio ad Constantinum imp. dissertatio, Romae 1743 in 4. Disseruit quoque *de numero canonum conc. nicaeni.* — Jacobus Cavalli Veronensis, quondam legatus regis Lusitaniae ad aulam pontificiam, vir in linguis orientalibus admodum versatus († 30. Oct. 1758 a. aetatis 80), cujus exstat opus: *La vera fede portata in trionfo* nella spiegazione dell' incomparabile Misterio della ss. Trinità, Romae 1750. — Marianus degli Amatori, theologiae professor, collegit *Biblioteca Eucaristica,* in cui dopo riferiti e riflettuti i passi del N. Testamento, ne' quali Dio parla del Sacramento dell' Eucaristia [1]), si apportano gli Scrittori, che pel corso di tredici secoli successivamente nella Chiesa fiorirono, Venetiis 1744 p. 2 in 4. cum annotationibus historicis, dogmaticis, criticis et moralibus. — Benedictus de Gaëtanis, patritius et sacerdos pisanus, cujus *de suprema unctione* liber historico-dogmaticus Lucae 1747 in 8. prodiit. — Josephus Frova, canonicus lateranensis, Ver-

[1]) Examinis hujus acrem, sed accuratam censuram cf. ib. VIII, 276—299 et de P. Fortunati libro *Risposta* etc. cf. ib. IX, 206—240.

[2]) Huc etiam referri potest opus Barbarini de Angelis *Aristoteles redivivus in entis et naturae systemate,* contra atomistas 2 pp. in 1 v. Catanae 1741 in f., in quo disputat praesertim adversus E. Maignan (p. 172), et p. 114—219 agit de eucharistia et transsubstantiatione.

[3]) Ejus quoque est *de emendatione intellectus humani,* 1647 (secundum theorias Kantianas).

[1]) Laurentius Cariola Neapolitanus disseruit *de verbis eucharisticis* seu de eucharistica forma ll. 4, Mediolani 1762 in 4.

cellensis, theologiae professor disseruit *de ss. imaginibus,* Venetiis 1750; tuetur vero ss. imaginum cultum licitum quidem esse, sed primo Ecclesiae seculo nullum earum fuisse usum, quin imo eum ab apostolis oeconomiae gratia prohibitum censet; tribus vero primis seculis vix ullam sacram imaginem exstitisse. Quare etiam negat, s. Lucam ullam pinxisse: imagines ei tributas probabiliter alterius longe recentioris esse Lucae [1]).— Bonaventura a. s. Marco Blanciotti O. Carm., Perosae 30. Dec. 1713 natus, in baptismo Josephus Maria appellatus, praeclaram curavit editionem op.: *Thomae Waldensis Carm. ang. doctrinale antiquitatum fidei catholicae Ecclesiae* etc. Venetiis 1757 t. 3 in f. (Cf. II³, 818). — Fulgentius Bellelli O. S. Aug., n. Buccini in regno neapolitano 1675, sui ordinis praepositus generalis (1727) et bibliothecae angelicae praefectus († 1742), edidit: *Mens Augustini de statu naturae rationalis ante peccatum* polemica dissertatio adversus alioquot pelagianos, bajanos, jansenianos errores recentesque quorundam doctorum opiniones, Antwerpiae 1711 in 8., opus ad inquisitionis tribunal delatum, quin tamen ullam incurreret censuram. *Mens Augustini de modo reparationis humanae naturae* post lapsum adversus bajanam et jansenianam haeresim juxta apostolicas constitutiones exposita, Romae 1737 t. 2 in 4., quod opus acriter impugnatum fuit ab anonymo gallo [2]) in l.: *Le Baïanisme et le Jansénisme* ressuscités dans les livres de Bellelli et Berti. Vindicias Bellelli in se suscepit Berti, de quo infra plura. Mira tamen requiritur sollertia, ut secundum principia et theorias horum theologorum vere et non specie tenus errores Baji, Jansenii et Quesnelli refellantur. — Angelicus a Vicetia O. Min., ante Bartholomaeus Preatus nuncupatus, ordinis chronologus et per plures annos lector theologus († 10. Aug. 1760) praeter opera [1]) praesertim ascetica, scripsit: *L'uomo addottrinato nelle più considerabili erudizioni ecclesiastiche* concernenti la materia dei Sacramenti esposte metodicamente con varie diss. storico-dogmatiche e con una doviziosa notizia dell'antica e più pura disciplina della Chiesa, Veronae 1746—60 t. 5 in 8; *l'arte magica* dimostrata, Venetiis 1751 in 8. adversus Maffei (de quo infra) sub nomine Barth. Preati.

611. Cum ex *Hispanis* nullus nobis occurrerit, qui huc referri possit, ad *Angliam* et Hiberniam transeamus. Timotheus O'Brien Corcagensis in collegio Hibernorum tolosano theologiae operam dedit, in qua et lauream est adeptus, et studiis confectis ipsum collegium rexit. In patriam rediit pastor animarum proque fide catholica stetit editis quoque libris [2]), inter quos sunt: *A brief historical and authentic account* of the beginning and doctrine of the sects called Vaudois and Albigiois, Cork 1725, quem librum frustra impugnare nisus est Clayton pseudo-episcopus; *An explanation of the Jubilee* etc. († 1647). — Thomas de Tilly O. Praem., ex illustri flandrensi familia oriundus, in Hibernia natus est. A parentibus

[1]) Cf. Zaccaria Storia della Lett. d'It. II, 41—71 et IV, 318—332, ubi habetur censurae prioris apologia.

[2]) Fuit hic Joannes d'Yse de Saléon, strenuus omnino jansenismi impugnator, archiepiscopus viennensis (n. 1669; † 10. Febr. 1751), qui etiam alia scripsit ut *le système entier de Jansénius* et des Jansénistes renouvellé par Quesnel, 1719.

[1]) Inter haec sunt *La vita del serafico Patriarca s. Francesco d'Assisi,* coll'aggiunta di alcune storiche dissertazioni ad essa spettanti, Venetiis 1736 in 8., opus juxta severioris critices regulas digestum; *la vita di s. Antonio di Padova* . . . con critiche osservazioni, Venetiis 1748 in 8; *Storia cronologica dei tre Ordini istituti dal Patriarca s. Francesco,* Vicetiae 1761 t. 3 in 8. opus posthumum. Cf. Antonius Maria a Vicetia Scriptores Ord. Min. strict. observ. reform., Venetiis 1877 p. 101—8.

[2]) Cf. Mém. de Trev. 1749 p. 85—97.

Lovanium missus studiorum causa, dominicanae familiae a. aetatis 17. nomen dedit. Canonicis O. Praem. theologiam praelegit, quorum deinde quoque regulam est secutus (1740). Mox salutatus est abbas in partibus, nec ita multo post vicarius generalis missionum externarum. In reducendis ad fidem pristinam sectariis haud infelici successu operam dedit, cum septuaginta septem ex iis Ecclesiae sit lucratus. Anno 1761 designatus est abbas regularis Albae Curiae (Abbécourt) in dioecesi carnotensi. Edidit: *Défense des principaux Articles de la Foi Catholique* contre M. Elms, Ministre de l'Eglise Anglicane [1]), quem etiam convertit, Suessione 1748 in 8; et *Dictionnaire théol. dogmatique et morale,* Leodii 1741 t. 2, editio invenusta et mendosa. — Antonius Murphy O. Min. Coniacensis composuit *theologiam dogmaticam* adversus atheos, libertinos; judaeos ceterosque infideles et heterodoxos tam veteres quam recentes in 4 ll. distributam, Pragae (1754), opus rarum. — Simon Beringtonus Anglus in collegio duaceno institutus ibidem aliquamdiu philosophiam docuit, deinde in Angliam missionarius rediit, ubi strenue pro fide catholica certavit († 16. Apr. 1755) editis pluribus libris [2]), praesertim adversus incredulos: *The Great Duties of Life,* in three Parts, with respect to the Supreme Being, the Laws of Morality and the Law of Christ, Londini 1738 in 8; 1750; Diss. *on the Mosaical Account* of the Creation, Deluge, Building of Babel, Confusion of Tongues etc. grounded on the Scriptures, ib. 1750 in 8; Miscellaneous Diss. Historical, Critical and Moral *on the Origin and Antiquity of Masquerades,* Plasy etc. 1751 in 8. — Sebastianus Redfort S. J. Anglus (n. 27. Apr. 1701; † 2. Jan. 1763) scripsit; *An important inquiry,* or the nature of a Church Reformation fully considered wherein is shewn from Scripture, Reason and Antiquity that the late pretended Reformation was groundless in the attempt, and defective in the execution, Londini 1751 in 8; 1758 ed. aucta et emendata.

612. Norbertus Stanislaus K. Woykowsky O. Praem. prius canonicus pultoviensis, exposuit *controversias inter Ecclesiam romanam catholicam et alias in Polonia ab ea dissidentes* de praecipuis christianae religionis controversiis, Warsaviae 1737 in 4. — Joannes Poszakowski S. J. Lithuanus, in academia vilnensi theologiae polemicae et historiae ecclesiasticae professor († 1757), plurimis editis lingua polonica scriptis [1]) strenue doctrinam catholicam propugnavit adversus protestantes omnis sectae, Judaeos et Jansenianos, adversus quos edidit: *Absurda jansenistica* seu sceleratus in gratiam Pasch. Quesnelli Jansenistarum antesignani ab omni culpa et poena immunis, uti evidentissime demonstrat sequens dialogus, seu collatio theologi catholici cum Jansenista, nunc primum latine expositus, Varsaviae 1755 in 12.

613. Ex *Hungaris* Joannes Corneli (Kornely) S. J., theologiae polemicae professor in academia tyrnaviensi, in cassoviensi cancellarius (n. 14. Dec. 1686; † 19. Nov. 1748), reliquit praeter alia: *Oliva pacis seu theologia catholica* indifferentem et alium quemvis errantem ad unicam fidem salvificam et veram cum romana Christi Ecclesia pacem deducens, Claudiopoli 1732 pp. 2 in 8; *opusculum polemicum contra indifferentismum Puffendorfii,* Cassoviae 1735. — Ejus sodalis Joannes Bapti-

[1]) Cf. Bellesheim Gesch. der k. Kirche in Irl. III, 717; Lienhart Spir. lit. p. 558.

[2]) Cf. Gillow I, 197—99.

[1]) Quae accurate recenset P. Brown ap. Backer II, 2126—2131.

sta Szegedi[1]), in jure et historia patria versatus (n. 1699; † 8. Dec. 1760), edidit opusculum *de hierarchia ecclesiastica et de primatu s. Petri* ejusque successorum rom. pontificum, Agriae 1756 in 8. — Thomas Gál O. Min. Transilvanus, philosophiae et theologiae professor, scripsit hungarice *de controversis fidei rebus divinis dirimendis,* Claudiopoli 1754 in 8. — Hujus sodalis Ant. Steinsits composuit *Panopliam dogmaticam* adversus protestantes, Jaurini 1745 in 4; *casus varios juxta principia juris canonici breviter resolutos,* Augustae Vind. 1759 in 4.— Joannes Kazy S. J. n. 8. Sept. 1686, philosophiae et theologiae professor († 6. Maji 1759), alius a Francisco K., qui eodem decessit a., et Guilelmus Frid. Damiani de Tuhegli in vico Bosniae natus (18. Jan. 1714; † 17. Jun. 1760), cujus est *Synopsis vitae,* missionis, miraculorum et evangeliorum M. Lutheri et Jo. Calvini et *synopsis doctrinae* M. L. et J. Calvini. — Ita et Georgius Poskek S. J. (n. 1696; † 19. Mart. 1761). — Wolfgangus Bossányi, cujus *theologia polemica* prodiit Bartphae et Claudiopoli 1751 in 12. — Martinus de Padani Biró nobilibus quidem sed tenuis fortunae parentibus 15. Apr. 1695 natus, parochum primum egit tantoque zelo, ut agente Ludovico Batthyani, regni hungarici cancellario, inter canonicos vesprimenses cooptaretur et praeposituram d. Magdalenae obtineret; aliis dein honoribus auctus, electus demum est episcopus vesprimensis 9. Jul. 1735. Claruit[2]) facundia in patria lingua, prompta ad concionandum eloquentia et impenso divinae gloriae propagandae studio († 10. Aug. 1762). Praeter alia scripsit *Enchiridion de fide, haeresiarchis ac eorum asseclis,* in genere de apostatis deque constitutionibus atque decretis imperatorum ac regum contra dissipatores catholicae Ecclesiae editis etc., Jaurini 1750 in 4. Adeo in eo urget Calvinistarum ex Hungaria expulsionem, ut interveniente Friderico II. Borussiae rege Maria Theresia libri diffusionem prohibuerit. — Stanislaus Koeszeghi Schol. piar. (1725), theologiae lector reliquit *Institutionum theologicarum* pp. 3, Agriae 1761—62. Alias addere non potuit ob oculorum jacturam.

614. Ex quamplurimis theologis, quos aluit *Germania*[1]), aliquot cursum theo-

[1]) Ejus forte cognatus est Mich. Szegedi pariter S. J. (n. 23. Oct. 1706; † 23. Jan. 1752) qui narrat *res gestas* in Hungaria ab a. 1667 pp. 3 Cassoviae et Tyrnaviae 1740—46. Reliquit et opera polemica.

[2]) Magni eum factum esse a Benedicto XIV. liquet ex ejus ad episcopum nostrum literis, quas reperies apud Alex. a s. Joanne de Cruce in contin. H. E. Fleurii I. 248 § 33.

[1]) Praetermittimus Guilelmum Casparum Deiks O. Praem. — Aegidium Domer O. A. Aug. Palatinum († 24. Nov. 1742) — Franciscum Xav. Pfyffer S. J. Lucernensem, Augustae a. 28 concionatorem cathedralem (n. 21. Apr. 1680; † 29. Mart. 1750), qui concionibus praesertim fidem catholicam adversus Lutheranorum impugnationem strenue eloquenterque defendit — Thom. Binner S. J. († 26. Aug. 1743), qui scripsit contra jubilaeum a Lutheranis celebratum — Hieronymum Schaser S. J. († 28. Apr. 1743), cujus est *Innocentia Ecclesiae romano-catholicae vindicata* ab insigni calumnia quorundam protestantium, Augustae 1732 in 8 — Albertum Christianum Burgstall Graecensem (n. 12. Apr. 1671; † 24. Dec. 1744) Viennae philosophiae et theologiae professorem — Jacobum Grandvilliers S. J. Helvetum (n. 1674; † 25. Ang. 1752) theologiae scholasticae Dilingae professorem, cujus est *Ecclesia romana sola credibilis et vera,* ib. 1716 in 4. — Nonnosum Haekl (Hackl) O. S. Ben. († 1754) — Ignatium Fries S. J., n. 12. Nov. 1702 Wirceburgi († 1760), cujus est *Katholischer Gebrauch der Vernunft in Glaubenssachen,* Augustae 1742 in 8 — Casparem Trost S. J. Bavarum, theologiae polemicae et juris canonici professorem — Henricum Eickendorf can. reg. s. Aug. praepositum generalem, cujus est *Augustinus ab augustana confessione vindicatus*, Duder-

plerumque *polemicae* vel manuale controversiarum composuerunt. Ita Maria Amadeus Markel O. Serv. b. M. V., Bellicolli (Schönbichl) in Austria inferiori natus, s. theologiae lector († 28. Mart. 1760), cujus est *tuba magna Ecclesiae* antiquissimum ad heterodoxos clangens sonum seu theologia dogmatica, Augustae Vind. 1739 t. 2 in 4., opus commendatione dignum. Ejus quoque est *Speculum virtutis et scientiae* seu viri illustres O. Serv. b. M. V., qui prae ceteris quam plurimis seu religione seu eruditione conspicuis pietate, doctrina, dignitate per quinque sec. floruere, Norimbergae et Viennae 1748 in 4. — Christophorus Neuenheim S. J., n. Brunae 1699 († 29. Jun. 1749), collegit *epitomen theologico-polemicam* ex variis auctoribus, praecipue Bellarmino, Olomucii 1748 pp. 2 in 8. — Ludolphus Schaumburg S. J. (n. 1675; † 17. Aug. 1755). — Jaroslaus a s. Alexio Kapeller Schol. piar. Austriacus, Hornae n. 1705, theologiam historico-dogmaticam et sacram jurisprudentiam in seminario jaurinensi praelegit; provinciae praeses electus, quinquies apoplexia tactus muneri renunciavit atque decessit a. 1759. Scripsit *theologiam historico-dogmaticam* in 3 pp. divisam, Jaurini 1738 in 4; *philosophiam* historico-dogmaticam in 3 pp. divisam, Posonii 1746 in 4. — Leop. Grim S. J. Bohemus n. 1689, philosophiae et theologiae professor et provinciae praepositus († 1759), praeter *philosophiam scholastico-ethicam*, Pragae 1726 in f., *dissertationes theologicas* cum variis quaestionibus statum religiosum potissimum concernentibus, Wratislavii 1731 in f., composuit *Manuale controversisticum*, ib. 1732 in 8. — Ignatius Tentscher S. J. Pragensis n. 8. Maji 1720, theologiae polemicae et juris canonici professor reliquit *institutiones polemicas*, Pragae 1761 pp. 2 in 8; 1767 ed. 2; ejus *de sententia b. Joan. Chrysostomi quoad duas in Christo personas*, Pragae 1758 in 4., reperitur etiam in *thesauro* theol. Zaccaria t. IX. Obiisse legitur post a. 1773. — Angelinus Brinkmann O. S. Franc., theologiae moralis lector et provinciae praepositus scripsit *theologiam universam dogmaticam, moralem et polemicam*, Wetzlariae 1733 in 8.

615. Inter antesignanos scientiae *apologeticae* numerandus est Gabriel Ritsch Graunensis Tirolensis, cujus est Delineatio doctrinae theologicae *de vera religione et Christi Ecclesia*, Oeniponti 1755. — Egregie de controversiis scripsit Franciscus Féguely de Seedorf S. J. ortus patritio genere 31. Dec. 1691 Friburgi in Helvetia. In disciplinis omnibus ingenuis excelluit, prae-

---

stadii 1730 in 8 et qui fuse quoque disputavit *de indulgentiis* pp. 4, Granhof 1750 — Reginbaldum (Perckmayr) O. S. Ben. († 1742), qui germanice Augustae 1726 de *sacramentis et de indulgentis* disputavit — Theodoricum Grossmann O. Cist., in archiepiscopali seminario pragensi s. theologiae professorem, cujus sunt *controversiae selectiores de sacramentis* in genere et (de quatuor) in specie, Pragae 1761 t. 2 in 8 — Colomannum a s. Radegunde Stur schol. piar. hochruperdorfensem, humaniorum literarum, philosophiae, theologiae, demum juris canonici professorem (n. 1703; † 1759), cujus exstat erudita dissertatio *de s. Scriptura* cum adnexis thesibus ex universa theologia historico-dogmatica, Wildbergae 1754 in 8. — Sebastianum Baader O. S. Aug. e monasterio wangensi Ulmae (n. 1680; † 4. Maji 1755, de quo cf. Meusel Lexikon der vom J. 1750—1800 verst. deutschen Schriftsteller 1, 128) — Antonium Koniasch (Koniass) S. J. Pragensem (n. 1691; † 27. Oct. 1760), insignem verbi Dei praeconem — Romualdum Dreyer (Dreier) Ettalensem O. S. Ben. († 1750) — Joannem B. Hofer S. J. Tirolensem (n. 1677; † 1760) — Pantaleonem Eschenbrender S. J. e dioecesi Coloniensi († 1753), qui scripsit contra Scheibler — Jos. Frühwirth S. J. Tyrnaviae philosophiae et theologiae professorem († 21. Jan. 1743) — Franc. Guil. Roberti de quo Cf. Rotermund VII, 135 — Bern. Troschl O. Praem., cujus est *Columna et firmamentum veritatis* (1. Tim. 3, 15) seu vera Christi Ecclesia, Retzii 1753 etc.

sertim in scientia theologica, quam quadriennio cum plausu Ingolstadii est professus. A Carolo Philippo Electore palatino datus est instructor et confessarius principi hereditario sulzbacensi († 10. Jul. 1758). Scripsit: *Lettres* (12) *sur divers points de controverse*[1]) contenant les principaux Motifs, qui ont déterminé son Altesse Sér. Mons. le Prince Frédéric Comte Palatin du Rhin, duc de Bavière etc. à se reünir à la Sainte Eglise Romaine, Leodii 1747 t. 2 in 12; 1749. etc., quae etiam in varias linguas versae fuere. Disserit autem in iis de sacrificio missae, de Ecclesiae magisterio authentico, de purgatorio, traditione, sacramentis, de confessione, de communione sub utraque specie, de reali praesentia, de justificatione, de invocatione sanctorum et cultu imaginum et de primatu. Adjectus est duplex catalogus, principum scil. et virorum eruditorum, qui relicto protestantismo amplexi sunt fidem catholicam. Cum Matth. Pfaffius, academiae tubingensis cancellarius, illis respondere nisus esset 12 epistolis, alias opposuit Seedorf: *Lettres d'un docteur en théologie*[2]) de l'Université d'Ingolstadt à l'auteur d'un Ecrit Allemand qui a pour Titre: Réponse aux douze Lettres du P. Seedorf, Mannheimii 1750. ss., collectae 1754 in 8. — Christophorus Leopold S. J. Palatinus n. 1679, aliquamdiu (1713—1717) theologiae polemicae professor Augustae († 3. Maji 1748), elaboravit *panopliam* seu *methodum polemicam*, qua brevissime redargui possunt hodierni romanae Ecclesiae adversarii, Augustae V. 1714 in 8; Diss. polemicae *de consensione rom. imperii cum rom. Ecclesia* in rebus fidei et religionis, ib. 1714, opusculum attentione dignum. — *Prima fidei catholicae principia* juxta seriem in sacra ejusdem fidei professione occurrentem contra Lutheri sectatores methodo polemico-scholastica succincte tradidit et explicuit Gregorius Horner O. S. Ben. monasterii glunicensis in superiori Austria[1]), in universitate salisburgensi theologiae moralis professor et bis rector magnificus († 14. Mart. 1760), Salisburgi 1735 in 12., quo in l. praeclaro rom. pontificis tuetur infallibilitatem. — Jodocus Wagner O. S. B. Erfurti edidit *der kürzeste Weg* allen Religionsstreitigkeiten ein Ende zu machen, Oberammergau 1744. — Joannes Tille S. J. Bohemus, rector universitatis olomucensis, dein pragensis (n. 1702; † 1760), erexit *Tribunal polemicum*, in quo primum deciditur adversum atheistas, theistas et omnes christiani nominis hostes, demum syncretistarum, Lutheranorum, Husitarum aliorumque sectariorum errores rejiciuntur, Pragae 1747 in 4. — Plures utiles dialogos inter catholicum et Lutheranum instituit Georgius Kauffmann S. J. Graecensis († 13. Febr. 1682). — Franciscus de Borgia Goetzenberger, Bavarus, n. 9. Oct. 1709 Neoburgi, strenuus concionator[2]) Augustae et Monachii († 2. Febr. 1753), praeter alia edidit: *Lutherische Kirch und Lehr von der Kirch* mit der gesunden Vernunft nicht übereinstimmend, Augustae 1750 in 4. — Philippus Paulus Merz, „qui, ex coeno Lutheri emersus, ita in ejus epitaphio, ovile catholicum ingressus[3])

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1748 a. 25 p. 531—548; Zaccaria Storia Lett. VI, 339—350; Roskovány X, 421.

[2]) Cf. de prima Mém. de Trév. 1750 a. 130 p. 2349—2367.

[1]) Cf. Sattler Collectaneen Bl. p. 304 s.

[2]) Cf. Veith bibl. aug. alph. X, 60—64.

[3]) 12. Aug. 1725. Cf. Raess IX, 415—429; Streber KL. VII, 1296. — Fidem catholicam pariter amplexus est (cum Jo. Phil. Pfeiffer, de quo cf. pag. 404) Christianus Helwig medicus wratislaviensis, qui post suam conversionem (1794) pro fide catholica adversus protestantes plura edidit opera, quibus respondere nisi sunt von Sanden, Pesarovio et Günthern († 1744; secundum alios 20. Sept. 1740). — Jo. Christianus Franc. Goetze pastoris

et sacerdotium ultra 20 annos et curam animarum zelosissime gessit Augustae et in Schwabsoyen († 15. Oct. 1754), scripsit: *Entweder katholisch oder wider die Bibel,* von der gewissen Hoffnung die Seligkeit zu erlangen, Augustae 1726; *Thesaurus biblicus* i. e. dicta et exempla biblica seu concordantiae reales Augustae 1733; 1738; 1751; 1791; Paris 1883 etc. Hujus veluti altera pars est *Onomasticum biblicum,* Augustae V. 1738; *Quodlibetum catecheticum* d. i. vollkommener und vollständiger Christenlehrer ex 20 op. utilioribus compilatum, Augustae 1752 etc.

616. Acer protestantium adversarius fuit Nicolaus Weislinger. Natus est Pütlingae in Lotharingia 17. Sept. 1691. Diu parochum egit († 29. Aug. 1755). Plura reliquit opera, in quibus mordaci nimis stilo utitur, quem tamen, ut ipse fatetur, a Luthero ejusque asseclis didicit. Inter ea speciminis gratia sint: *Friss Vogel oder stirb!* das ist Examen von der wahren Kirche, Argentorati 1723 in 8; 1726; Wirceburgi 1804; *Huttenus delarvatus,* das ist wahrhaftige Nachricht von dem Authore oder Urheber der verschreyten epistolarum obscurorum virorum U. v. Hutten, wobei umständlich und gründlich gehandelt wird von dem Streite zwischen den berühmten J. Reuchlin und J. Pfefferkorn, wie auch von dem Leben des bekannten Franzen v. Sickingen und andern zur Kirchenhistoria des XVI. Jahrh. gehörigen raren Sachen und Merkwürdigkeiten ... wider Jac. Burkhard etc., Constantiae et Augustae 1730 in 8; prohibitum 1732; *Auserlesene Merkwürdigkeiten* von alten und neuen theol. Marktschreiern, Taschenspielern, Schleichern, Winkelpredigern, falschen Propheten, blinden Führern, Splitterrichtern, Balkenträgern, Muckenseigern, Cameelschluckern u. dgl., welche sich zu Christus Aposteln verstellen ... mit Kupfern versehen, Augustae 1737; Argentorati 1738 pp. 4 in 8; 1751; *der entlarvte lutherische Heilige* oder die gründliche Widerlegung eines Mammelucken Joh. Pf. Thaml, welcher den Orden, in dem er 24 J. gestanden, verlassen und zu Darmstadt abgefallen ist etc., Friburgi 1756 t. 3; *Schutzschrift des scharf angeklagten aber gantz unschuldig befundenen Lutherthumb* wider Dan. Michael, Argentorati 1740; Constantiae 1742 t. 2; *exceptiones una cum reconventione* contra J. C. Malschium, Capellis 1734 in 8; *Armamentarium catholicum* perantiquae bibliothecae, quae asservatur Argentorati in commenda ord. melitensis s. Joannis hieros. ex amore veritatis cum notis historico-theologicis, latino-germanicis illustratum ex ejusmodi ll., qui prodierunt 1463—1522, quo prodiit primo M. Lutheri N. Testamentum, Argentorati 1749 t. 3 in 1 v. in f. etc. Utilia quoque aliorum scripta edidit.[1]) — Corbinianus Graez O. S. Ben., Erdingensis n. 15. Oct. 1686, abbas rottensis 3. Jun. 1726 († 1757), disputavit *de alta clavium potestate circa materiam fidei,* Pedeponte 1724 in 4. — Gregorius a s. Joseph O. Carm., provinciae bavaricae provincialis et polonae visitator generalis (n. 1702; † 1763), reliquit *praelectiones isagogicas de Verbo Dei scripto* sive praeliminarem introductionem ad s. Scripturam et universam theologiam qua scholasticam

---

lutherani filius, qui inter studendum Lipsiae veritatem agnovit. In collegio germanico philosophiae et theologiae operam dedit. Rediit theologiae magister (1717) et a Clemente XI. obtinuit canonicatum Wratislaviae et ab Augusto II. Poloniae rege et Saxoniae electore factus est conservator bibliothecae dresdendis, quam codd. ditavit. Reliquit *Merkwürdigkeiten* der Dresdner Bibliothek t. 3 in 4. Obiit 1749.

[1]) Cf. Alzog Ueber J. N. Weislinger in Freiburger Diöcesan-Archiv I. (1865), 405—36; N. Paulus KL. XII, 1285 s.; Katholik 1900 II, 336—44.

qua positivam, Ratisbonae 1739 in 8., opus rarum; Monachii 1740.

617. Joannes Th. Berghauer professor pragensis scripsit opus haud spernendum *Bibliomacheia* d. i. Biblischer Feldzug und Musterung vieler verfälschter Bibeln, welche viel tausend Seelen in dumme Irr-Meinungen, Glaubensspaltungen und Ketzereien stürzen, Oberammergau 1746 in 4., in quo discutit versiones Scripturae protestantium initio facto ab illa Lutheri. — Caroli Götz O. Cist. (n. 1713; † 1759) est *candidatus theologiae* manuductus per decisiones prologeticas, necnon per quatuor locos theologicos, Pragae 1755—59 t. 2 in 4. — Serenus Egger O. Min. disseruit *de praecipuis locis theologicis* seu de praecipuis argumentorum theologicorum fontibus, quibus et haeresis confunditur et fides catholica roboratur, Augustae V. 1762 in 4. — Gregorius Hoch O. S. Fr. disputavit *de infallibilitate Ecclesiae et romani pontificis*, Pragae 1760; *continuatio nonnullarum controversiarum* de continua pontificum successione in romana cathedra et apostolica Ecclesia eorumque praerogativis annexa serie eorundem dogmatico-critico-historice expensarum, ib. 1762. — Willibald Heiss O. S. Franc. copiose admodum methodo theologico-historica adornavit *vindicias summorum pontificum* adversus omnis generis adversarios ineffabilibus, truculentissimis et horribilissimis calumniis ac mendaciis summam tiaram decussatim afficientes, Campidoniae et Augustae Vind. 1756 t. 2 in 4., una cum appendice octodecim aenigmatum et aliquot subaenigmatum a praedicantibus lutheranis solvendorum: quo in opere admodum prolixo vindicias agit pontificum tantum sec. 1. 2. et 3. usque ad Stephanum I. Edidit quoque *Memorabilium theologicorum dogmatum* tr. 3 de Deo una cum parergis ex universa theologia Duns Scoti, Passavii 1750. — Engelbertus Hoermann O. S. Ben. in monasterio Attel, Bavarus, diu theologiae dogmaticae et historiae ecclesiasticae professor (n. 7. Nov. 1711; † 18. Mart. 1754), plura edidit[1]): *Responsum s. Pont. Nicolai M. ad consulta Bulgarorum* de baptismate in nomine Christi collato ab errore vindicatum, Straubingae 1759 in 4; *dogmatica rom. pontificis Joannis XXII. sententia* de statu ss. animarum ante universalem corporum resurrectionem vindicata, Tegernsee 1751 in 4; disp. theologica *de humana Christi voluntate* una cum parergis ex universa theologia scholastica dogmatica, ib. 1752 in 4; dogmata Ecclesiae et scholae *de peccato actuali*, ib. 1753 in 4. etc. — Gregorius Kurtz O. S. Ben. Bambergensis, theologiae professor (n. 1693; † 1. Sept. 1750), composuit *theologiam sophisticam in compendio detectam* sive 537 prop. in theologia christiano-catholica male notas a conc. constantiensi contra Wicleffum et Hus; a Leone X. contra Lutherum etc., et novissime a Clemente XI. contra P. Quesnellum proscriptas et confutatas, Bambergae 1746 in 4.

618. Adversus *Husitas* disputavit Joannes Zahradka S. J. Bohemus, theologiae professor in academia pragensi (n. 1698; † 28. Nov. 1741), in op.: *Hus damnatus ad trutinam polemicam revocatus*, seu triceni Joan. Hus a conc. constantiensi et a Martino V. summo pont. damnati articuli per decem controversias methodo scholastica expensi et refutati, Pragae 1741 in 8; *vindiciae eucharisticae* sive praecipuorum errorum circa ss. eucharistiae sacramentum subinde exortorum succincta refutatio cum adjectis nonnullis quaestionibus scripturisticis eandem ss. eucharistiam concernentibus, Olomucii 1739 in 8. — Schwenkfeldianos strenue aggressus est pluribus (9) scriptis Carolus Regent S. J. Silesius, n. 2. Jul. 1689 in oppido Frankenstein,

[1]) Cf. Lindner I, 206.

strenuus missionarius († 20. Apr. 1752) — Seckendorfium Aemilianus Naisl O. S. Ben. in monasterio weihenstephanensi (n. 11. Jan. 1670), insignis asceta, „quem, ut scribit Ziegelbauer [1]), hac nostra aetate zelus domus Domini comedisse videtur († 26. Jun. 1753),“ in *refutatione theologica Ludovici a Seckendorf*, acerrimi lutherani dogmatis parastatae, Pedeponti 1730 in 4; 1734 etiam germanice. — Contra Judaeos scripserunt Dominicus Parfusius, Brunae in monte s. Petri vicarius, in op. *Lapis angularis* seu principaliora christianae religionis mysteria a Judaeorum perfidia vindicata ll. 3, Vindobonae 1756 in 8., quo in op. rabbinorum quoque utitur testimoniis — et Adolphus a s. Georgio Groll piar. schol., n. 1681 Cremsiri, in baptismo Georgius dictus, qui europaeas linguas pene omnes et orientales callebat. Anno aetatis 18. non solum V. Testamentum hebraice accurate intelligebat, sed et Talmudem, Gemaram, Zohar, Schephat-Thall, Targum hierosolymitanum aliosque plures rabbinicae eruditionis libros, tamquam patrio sermone scripti essent, legebat interpretabaturque. Episcopo viennensi erat a confessionibus et collegii viennensis rector. In comitiis generalibus ordinis a. 1724 Romae habitis primus transalpinus ad supremam in ordine dignitatem evectus est. Carolus VI. eum ex commendatione card. et archiepiscopi viennensis Sigismundi a Kolonitsch, a quo ob perspectam virtutem et prudentiam maximi fiebat, episcopum neostadiensem designavit, mox ei episcopatum jaurinensem et supremam in Hungaria prefecturam contulit. Magno zelo et vigilantia religionem catholicam in sua dioecesi et universo regno fovit et promovit († 22. Nov. 1743). Doctissimum opus hebraicum ad conciliandos christianae religioni Judaeos eruditione theologica, rabbinica et cabbalistica refertum, singularique linguae hebraicae proprietate ac nitore conscriptum, cui titulum fecit *Testis et doctor*, Francofurti 1711 in 4., edidit; versio latina prodierat jam 1709 Viennae. *Psalmi davidici* cum exegesi ac phraseologia in textum hebraicum, praemisso propylaeo psalmodico, Viennae 1757 in 4., opus posthumum cura sodalis Jaroslai Kapeller a s. Alexio, cujus supra fecimus mentionem [1]).

619. Cum jam late per *Galliam* [2]) serperet incredulitalis et atheismi virus, quod exeunte seculo tam tristes et horrendos protulit fructus, mirum esse non debet, plurimos sollicitos fuisse de tuendis vindicandisque religionis revelatae fundamentis. Ordine chronologico primus occurrit Melchior de Polignac n. 11. Oct. 1661, vir admodum cultus, sagax et prudens, qui a Ludovico XIV. in gravissimis negotiis fuit adhibitus, legatus etiam Romam missus. Nullum non movit lapidem, ut Noaillii archiepiscopi parisiensis pertinaciam adversus sedis apostolicae judicia frangeret. A Clemente XI. creatus est cardinalis 30. Jan. 1713, et a. 1726 adeptus auxitanum archiepiscopatum († 20. Nov. 1741). Carmen composuit inscriptum *Anti-Lucretius* sive de Deo et natura, quo atheismum

[1]) Hist. rei liter. O. S. Ben. 4, 148, ubi recenset ejus opera ascetica. Cf. Baader t. 1. p. II. pag. 68; Lindner 1, 198.

[1]) Cf. Horányi Script. schol. piar. II, 47—53.

[2]) Gallus erat Franciscus Xaverius Dentrecolles (D'Entrecolles) S. J. n. 25. Febr. 1664; † 2. Jul. 1741), qui majorem vitae partem in imperio sinensi transegit missionarius strenuus et missionis illius diu superior. Multa scripsit pro fide christiana lingua sinensi. Cf. Sommervogel II, 1932—35. — Jos. Anna Maria Moyrac de Mailla S. J. (n. 16. Dec. 1669; † 28. Jun. 1748); plures tractatus theologicos lingua sinensi composuit. Notior tamen est *Histoire général de la Chine* ou Annales, quam ex lingua sinensi vertit ediditque cum 13 ep. de chronologia, Paris 1777—83.

principiis philosophiae carthesianae innixus aggreditur. Ex 12 ll. 9 tantum prodierunt post ejus mortem cura ejus amici de Rothelin Paris 1745 t. 2; gallice versi interprete Bougainville 1749, quam versionem recepit Migne in coll. Demonstrations evangeliques [1]). — Eodem a. (12. Sept. 1741 a. aetatis 82) decessit Dominicus de Colonia S. J., Aquensis in Provincia n. 1660, felici admodum praeditus ingenio, in literis humanioribus, quas diu professus est, pariter excultus erat et eruditione qua sacra qua profana refertus. Tenaci pollebat memoria, ut nihil quod semel legerat obliviscereturr, facilitate insuper loquendi et stilo utebatur nitido, quo perspicue mentem suam exprimeret. Civium etiam principum atque magistratuum urbis lugdunensis, in qua degit 59 annos, animos adeo sibi conciliaverat, ut annuum ei assignaverint stipendium, quod fere in usus pios convertebat. Non minori fervore et studio, quo literis incubuit, proximorum, pauperum aeque et divitum, procurabat salutem, vere omnibus omnia factus. Theologiam positivam annis viginti et novem docuit. Praeter opera ad literas humaniores et archaeologiam spectantia, inter quae maxime celebratur: *De arte rhetorica* ll. 5, lectissimis veterum auctorum perpetuisque exemplis illustrati, Lugduni 1704 in 12. saepissime editi (etiam sec. praeterito Taurini 1834; 1844; 1858 etc.); mentione digna sunt: *La Religion chrétienne* autorisée par le témoignage des anciens auteurs païens [2]), Lugduni 1718 t. 2 in 12; Parisiis 1826 ed. aucta cura ab. Labouderie, qui auctoris elogium praemisit. Subjiciuntur dissert. de testimoniis Mohammedis, Josephi et actorum Pilati. *Histoire littéraire de la ville de Lyon* avec la Bibliothèque des auteurs lyonnais sacrez et profanes distribuez par siècles [1]), Lugduni 1728 t. 1; 1730 t. 2., opus non satis exactum, quod demum prodiit ex *Antiquitez* de la ville de Lyon, Lugduni 1701 in 8. Collegit quoque: *Bibliothèque janséniste* ou Catalogue alphabétique des livres Jansénistes, Quesnellistes, Bajanistes ou souspects de ces erreurs: avec un Traité dans lequel les cent et une propositions de Quesnel sont qualifiées en détail; avec des notes critiques sur les erreurs qui y sont contenues et sur les condemnations qui en ont été faites par le Saint Siége ou par l'Eglise gallicane ou par les Evêques diocésains, s. l. (Lugduni) 1722 in 12; s. l. 1731; ed. multum aucta 1735; Bruxellis 1739 t. 2 in 12; 1744 ed. recognita et aucta; Antwerpiae 1752 t. 4 in 12. cura P. Ludovici Patouillet; sed olim (nunc non amplius) prohibita a Congr. Indicis decr. 20. Sep. 1749 et 11. Mart. 1754, velut continens »plura respective falsa, temeraria, scholis et scriptoribus catholicis, etiam ecclesiastica dignitate eminentibus injuriosa et apostolicae sedis decretis adversantia [2]).« In Mémoire de Trevoux plures diss. archaeologicas publicavit.

620. Claudius Franciscus Houteville Parisiensis, aliquamdiu sodalis Oratorii, dein cardinali Dubois ab epistolis et ab academia gallica in perpetuum secretarium electus 1742, quo tamen anno decessit annos natus 54, edidit: *La Religion Chrétienne* prouvée par les faits, précédée d'un discours

[1]) Cf. Faucher Hist. du Card. de Polignac, Paris 1777 t. 2; Zeck KL. X, 133; Feller VII, 50; H. E. Fleurii contin. l. 234 § 30.

[2]) Cf. Mém. de Trév. 1718 mens. Nov. a. 49 pag. 719—734; 1719 a. 31 pag. 611—642; J. des Sav. LXIII, 421—21; de altera ed. Kerz Litzt. 1827 I, 323—43.

[1]) J. des Sav. XCIV, 460—470; A. E. L. 1730 p. 361—64; 1731 p. 393—98.

[2]) Cf. Roskovány VI, 658; Reusch Index II, 827 ss., suppl. ad nova acta E. L. IV, 127—30; Saxius VI, 2.

historique et critique sur la méthode des principaux auteurs, qui ont écrit pour et contre le christianisme depuis son origine[1]), Parisiis t. 3 in 4. 1724, in quo quidem imaginationem vividam, ingenium sagax et facetum prodit, et floridissimo utitur scriptionis genere, sed judicium necnon probationis responsionumque soliditas desideratur; quocirca opus gravi crisi subjectum fuit a Fourmont sub nomine R. Ismael Ben Abrâham in *Lettre à Msr. de Houteville,* Parisiis 1722, et a Claudio Renato Hongnant S. J. (cooperante ab. de Fontaine) in *Lettres* (20) *de M. l'abbé . . . à M. l' abbé Houteville* au sujet du l. De la vérité[2]) etc. Quare auctor novis curis opus retractavit editditque Parisiis 1741 t. 3 in 4; 1749 t. 4 in 12., quae editio certe est praeferenda; multa enim vere egregia in eo op. reperiuntur[3]). In diss. praemissa elogium et censura continetur celebriorum auctorum quorundam, qui vel christianam religionem defendere vel eam impugnare sunt aggressi, ut aliis omissis, Justini, Tertulliani, Clementis alex., Origenis, Celsi, Min. Felicis, Arnobii, Lactantii, Eusebii Caes., Juliani ap., Cyrilli al., Augustini, Porphyrii, Jamblichi, Eunapii, rabbinorum judaeorum, Blasii Paschalis, Laelii et Fausti Socini, Spinosae, Huetii, Baylii, Leibnitii etc. Adversus Bayle scripsit: *Essai philosophique sur la Providence,* ib. 1728.

621. Joannes Franciscus Baltus S. J. Metensis, n. 8. Jun. 1667, Societatem Jesu ingressus est 21. Nov. 1682. In literis humanioribus, in archaeologia atque historia tam sacra quam profana, in operibus patrum atque omnis generis monumentis antiquitatis erat quam maxime instructus. Argentorati ss. literas est interpretatus; dein Romam vocatur censor librorum et theologus praepositi generalis. Ob infirmam valetudinem in Galliam post biennium rediit, et quantum per vires aliaque munera licuit scribendis libris se dedit († 9. Mart. 1743). Vir erat non solum naturae dotibus et propria solertia ad studia factus, verum etiam morum innocentia teneraque pietate omnibus gratus, in conversatione comis, affabilis atque modestus. Opera ejus excellunt ordine, soliditate, nitore[1]). Potiora sunt: *Réponse à l' Histoire des Oracles* de M. de Fontenelle de l'Académie françoise, dans laquelle on réfute le système de M. Van Dale sur les auteurs des oracles du paganisme, sur la cause et le temps de leur silence; et où l'on établit le sentiment des Pères de l'Eglise sur le même sujet, Argentorati 1707 in 8; 1709 in 8., cui adjecit: *Suite de la Réponse* etc., dans laquelle on réfute les objections (Joan. Clerici) insérées dans le tome XIII. de la Bibl. Choisie et dans l'art. 2. de la République des Lettres du mois du Juin 1707, et où l'on établit sur de nouvelles preuves le sentiment des SS. Pères touchant les oracles du paganisme, ib. 1708 in 8., etiam in op. *Dictionnaire de Sciences occultes* ed. Migne, Parisiis 1848. De hac controversia scribit

---

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1722 a. 55 pag. 956 —983; a. 66 p. 1154—81, ubi opus laudatur; sed a. 78 p. 1329—47 anonymi exhibetur crisis operi minus propitia (reperitur etiam in J. des Sav. LXXIII, 631—646); 1750 a. 2 p. 21—40 et a. 35 p. 643 —662, ubi recensetur altera editio emendata; A. E. 1725 p. 251—58; J. des Sav. LXXI, 363—73; 494—505 et CXXI, 351—372; 489—506; CXXII, 18—37, ubi de altera ed. agitur; Biogr. univ. XX, 620.

[2]) Praecipua censurae capita leguntur in suppl. ad dictionarii Moreri art. Houteville. Cf. etiam J. des Sav. 1723 p. 506 —14.

[3]) Et revera illud admodum commendat Fabricius in op. Delectus argumentorum et syllabus scriptorum, qui veritatem religionis christ. etc. lucubrationibus suis asseruerunt, Hamburgi 1725 pag. 31; 641 et 703, ubi conspectum operis exactum exhibet.

[1]) Cf. Mém. de Tréf. 1744 a. 5 p. 139 —49; Bibl. univ. III, 294.

Peronne[1]): „Omnia prorsus gentilitatis oracula fraudibus sacerdotum adscribenda esse Van-Dale *de oraculis vet. ethnicorum* (Amstelodami 1682 in 8.) diss. 2. contendit, cui adstipulatus est Fontenelle[2]) *Histoires des Oracles* (Parisiis 1713 in 12.) c. 7., quibus nonnulli ex recentioribus subscribunt .... At contra Van-Dale (professione medicus, anabaptista secta † 1708) ejusque sectatores strenue adeo dimicavit P. Baltus auctoritate omnium veterum ethnicorum, si Plutarchum excipias, ss. patrum, praesertim Justini, Tertulliani, Cypriani, Athanasii, Lactantii, Augustini, qui dicebat: ‚Loquacissima simulacra pulsis daemonibus a christianis, velut sine flatu organa siluisse,' quod veteres apologetae ethnicis passim exprobrabant, praesertim Tertullianus et Cyprianus; tum factis certissimis ac testibus immediatis, cujusmodi fuit s. Joannes Chrysostomus quoad silentium oraculi daphnitici in translatione reliquiarum s. Babylae etc., ita ut Fontenelle coactus fuerit palmam dare adversario suo, festivo illo dicto: Le diable a gagné sa cause ... Sane Bergier observat, neminem ausum fuisse P. Balti opus refellere“ *Défense des ss. Pères accusez de Platonisme*[3]), Parisiis 1711 in 4; cura ab. Morel sub titulo: *Pureté du christianisme,* ou le christianisme n'a rien emprunté à la philosophie païenne, ib. et Lugduni 1838 t. 2 in 8., adversus Souverain praeconis protestantis l. *Le Platonisme dévoilé,* Coloniae 1700 et Clerici articulum in *Bibl. choisie* XXVI, 178, opus eruditum et egregium, cui auctor morbis praepeditus non videtur ultimam apposuisse limam. *Jugement des ss. Pères sur la philosophie païenne*[1]), Argentorati 1719 in 4; ed. 2. inscripta: *Parallèle de la philosophie chrétienne et de celle des payens,* 1733; *La Religion chrétienne prouvée* par l'accomplissement des Prophéties de l'Ancien et du Nouveau Testament suivant la méthode des ss. Pères[2]), 1728 in 4. *Défense des Prophéties* de la Religion chrétienne, ib. 1737 t. 3 in 12., quorum duo priores sunt contra H. Grotium, 3. adversus R. Simonium; *Lettre de l'auteur de la Défense des Prophéties* à M. .., in Mémoires de Trév. 1738 a. 36 p. 524—66 adversus Grotium, in qua ostendit admitti non posse duplicem sensum literalem prophetiarum.

622. Baylium strenue aggressus est Jacobus le Febure S. J., diu praeses seminarii archiepiscalis cameracensis († 29. Apr. 1755), in op.: *Bayle en petit* ou Anatomie de ses ouvrages, Duaci 1737 in 8; Parisiis 1738; et 1747 sub titulo: *Examen critique des ouvrages de Bayle,* in quo hujus auctoris aperit contradictiones, paralogismos, calumnias, falsificationes, mendacia, venenum per totum opus diffusum etc. *Entretiens sur la Raison,* Suite de la critique des ouvrages de Bayle, ib. 1747 in 12; *la seule Religion véritable* demonstrée contre les athées, les Déistes et tous les sectaires, ib. 1744; 1761 in 12, opus bona me-

[1]) Praelect. theol. t. 1 p. 1 c. 3 a. 2 § 2 n. 228 annot. Cf. Mém. de Trév. a. 104 p. 1389—1407; J. des Sav. XXXVII, 306—321; XLIII, 241—49.

[2]) Est hic celebratissimus ille vir, qui relicto advocati munere totum se dedit literis humanioribus et philosophiae. Anris 42 secretarius erat academiae scientiarum, cujus scripsit historiam, ex qua derivata sunt: *Eloges des académiciens* t. 2. Obiit centenarius (n. 11. Febr. 1657 Rotomagi; † 9. Jan. 1757). Opera ejus levi manu sunt conscripta et magis ad delectandum, quam ad docendum composita. Cf. Feller III, 625 ss.

[3]) Cf. Mém. de Tr. 1711 a. 51 p. 582—606: J. des Sav. XLIX, 191—207; 244—255; A. E. lips. 1711, 250—269; Werner Gesch. der apol. u. pol. Lit. V, 33 ss.

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1720 a. 39. 40 p. 815—57; A. E. lips. 1720 p. 60—69.

[2]) Cf. Mém. de Tr. 1728 a. 78 p. 1407—34; A. E. lips. suppl. VI, 321—4; 397—99, quae ejus diligentiam et soliditatem laudant.

thodo et solide conscriptum. — Ludovicus Philippus Joly [1]) canonicus divionensis, vir admodum eruditus et modestus (n. 1700; † 1755) pariter edidit *Remarques sur le Dictionnaire de Bayle,* Parisiis 1748; 1752 t. 2 in f., opus admodum eruditum, solidum, salutare antidotum adversus illius venenum. Auxit, continuavit ediditque *Bibliothèque des auteurs de Bourgogne* auctore Papillon [2]), Divione 1742. 1745 t. 2 in f. — Rudolphus du Tertre S. J., Alenconii n. 1677 († c. 1762), quondam Malebranchii assecla, quem tamen dein refutavit: *Réfutation d'un nouveau système* de metaphysique proposé par le P. Malebranche etc., Paris 1715 t. 3 in 12; *Entretiens sur la Religion* où l'on établit les fondemens de la Religion révélée contre les Athées et les Déistes [3]), Parisiis 1743 t. 3 in 12., opus praeclarum, solidum; *Le Philosophe extravagant* dans le Tr. de l'Action de Dieu sur les créatures (auctore Boursier), Bruxellis 1716 in 12. — Jo. Franc. Delamare (de Lamarche) S. J. e Britannia minori (n. 1700; † 1762) scripsit: *La foi justifiée* de tout reproche de contradiction avec la raison dans ses raisonnements contre la révélation, avec une analyse de la foi, Parisiis 1769 in 12; 1773; Bisontione 1817; recusum a Migne in *Démonstrations évangeliques* XI, 851—1008, opus vere egregium lectuque dignissimum, quod in nulla deesse deberet bibliotheca; *Instructions dogmatiques sur les indulgences* 1751. — Yvo Valois S. J. Burdigalensis, n. 2. Nov. 1684, insignis physicus, in schola rupellensi ultra annos triginta professor hydrographiae et membrum academiae urbis, scripsit *Entretiens sur les Vérités fondamentales de la Religion* pour l'instruction des Officiers et gens de mer [1]), Rupellae 1747 p. 1. et 2; *Entretiens sur les Vérités pratiques de la Religion* pour l'Instruction des Officiers et gens de mer, ib. 1748 t. 2 in 4; Lugduni 1751. 1752 t. 4 in 12; *Lettre d'un père à son fils sur l'incrédulité,* Parisiis 1756 in 12; *Avis sur l'incrédulité moderne,* ib. 1766 in 8; *Avis charitable* à ceux qui ont le malheur de vivre dans l'incrédulité, ib. 1767 in 8. etc. — Carolus Ludovicus du Gard Picardus, doctor sorbonicus et canonicus, disputavit fuse methodo scholastica de praecipuis religionis fundamentis scil. *de exsistentia Dei, spiritualitate et immortalitate animae* [2]), Parisiis 1754 in 4. — Balleur O. S. Franc. reliquit: *La religion révélée défendue* contre les ennemis qui l'ont attaquée [3]), Parisiis 1757 t. 4 in 12. — Josephus Dominicus d'Inguimbert (Inguimberti) Carpentoracensis n. 16. Aug. 1683 ingressus est ordinem Praed., quem dein cum cisterciensi commutavit, in quo dictus est Malachias. Romam missus

[1]) Cf. Journ. des Sav. 137, 338—52; 148, 159—73. Vigouroux in suo Dictionnaire III, 1602 meminit Joannis Omer Joly de Fleury eodem a. Parisiis nati eodem a. mortui (1755) sicut L. Philippus, cui tribuit *Paraphrase et explication de l'A. Testament,* Paris 1754 t. 4 in 4; *des Pseaumes,* ib. 1755; *des quatre Evangiles* reunis en un seul, ib. 1754 t. 4 in 12.

[2]) Philibertus Papillon Divionensis erat Sorbonae doctor et in patria sua canonicus (n. 1. Maj. 1666; † 23. Febr. 1738). Patriam historiam studiis scriptisque suis eruditis plurimum illustravit. Multum quoque juvit Le Long (p. 1115) in componenda tum bibliotheca historicorum Galliae tum bibliotheca sacra aliosque scriptores. Ipsius sunt et *Vita* Petri Abaelardi et *vita* Jacobi Amyot ep. antisiodorensis (gallice), 1702. Cf. Feller VI, 389.

[3]) Cf. J. des Sav. CXXXI, 147—162; 395—410; 470—86.

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1748 a. 58 pag. 1227—48; a. 68 p. 1471—92; 1752 a. 112 p. 2163—78; J. des Sav. CXLV, 259—66.

[2]) Cf. J. des Sav. CVIII, 147—171.

[3]) Cf. Feller I, 379, qui de hoc opere scribit: „Ouvrage apologétique, dans lequel l'érudition, le raisonnement, le style, la clarté se réunissent pour faire triompher la foi, soutenir et fortifier le fidèle et ramener même l'incrédule à la soumission qu'il doit à Dieu et à l'Eglise."

gratiam invenit apud Clementem XII., qui eum episcopum dixit carpentoracensem 1733. Praesul erat effusae in pauperes liberalitatis, quos et heredes instituit divitemque condidit bibliothecam in publicam utilitatem († 1757). Reliquit *specimen catholicae veritatis,* cui athei, deistae, pseudopolitici etc. velamen praetendere nituntur, Pistoriae 1722 in 4; *La vita di Arm. Is. Buttiliero di Rancé,* Romae 1725 in 4; *Bartholomaei a Martyribus opera omnia et vita,* 1727 t. 2 in f.; latine vertit tr. P. Petit-Didier (p. 1108) *de infallibilitate rom. pontificis,* Romae 1732 in f. et italice *Théologie religieuse* ou Traité sur les devoirs de la vie monastique, ib. 1731 t. 3 in f. — Daniel Le Masson de Granges (n. 1700; † 1760) auctor est operis egregii *Le philosophe moderne* ou l'Incrédule condamné au tribunal de sa raison, 1757 in 12; 1765 ed. admodum aucta. — Franciscus Picard de Saint-Adon Sorbonae doctor plura bona opuscula pro fide adversus incredulos suppresso nomine publicavit, inter quae *La raison soumise* à l'autorité en matière de foi [1]). Parisiis 1742 in 12.

623. Continuatae fuere hac quoque epocha controversiae cum *Jansenianis*[2]): quae pervenerunt usque ad appellationem a pontifice ad concilium. Dolendum quod tot episcopi et viri alioquin docti et ordinum religiosorum sodales contumaces extiterint adversus judicia sedis apostolicae. Inter propugnatores causae catholicae, speciatim bullae ‚Unigenitus', referri debent: Stephanus Josephus de

---

[1]) Cf. Feller VII, 379; Quérard VII, 137.

[2]) Praecipui *Janseniani* vel saltem fautores hujus sectae hac periodo sunt: Nicolaus Petit Pied, nepos alterius cognominis († 1705), parisiensis doctor et professor sorbonicus, cathedra tamen privatus et in exsilium pulsus (1703), quod cum aliis 39 subscripserit famosum casum conscientiae (cf. p. 1179 a.). In Batavia ad Quesnellum secessit, rediit a. 1718 novique cultus exstitit auctor; iterum tamen (1728) in exilium ejectus est († 1747). Causam sectae promovit plurimis libellis mordacissimo et virolento plane stilo conscriptis. Cf. Feller VI, 488; Quérard VII, 93. — Julianus Renatus Benjamin de Gennes e Britannia minori, n. 16. Jun. 1687. Sodalis erat congr. Oratorii atque theologiam Salmurii docuit. Sed cum thesim defendisset, quam episcopus et facultas theologica andegavensis reprobavit, cathedra motus ac demum cum se superiorum voluntati nollet subjicere, e congregatione dimissus est (1729). Novorum scandalorum auctor in carcerem fuit conjectus. Vir vere fanaticus et admirator miraculorum mendacium diaconi Paris († 1748). Cf. Feller IV, 133 et dictionnaire des jans. I, 496. — Vivianus La Borde congr. Orat. Tolosanus (n. 1680; † 1748), a card. Noaillio Romam missus in causa bullae Unigenitus, pro qua plura scripsit, quae a bullae adversariis magni fiunt. Bullae tamen se ante obitum subjecit. Libellum: *Principes sur la distinction des deux puissances* 1753 in 12., damnaverunt clerus gallicanus, romana inquisitio et iterum Benedictus XIV. literis datis ad Poloniae primatem et episcopos. Cf. Contin. H. E. Fl. l. 243 § 32; Feller II, 95; Biogr. univ. XXIII, 32; dictionnaire cit. II, 103; IV, 31. — Laurentius Franciscus Boursier n. 1679, doctor sorbonicus, ejectus tamen a facultate propter contumaciam adversus sedis apostolicae constitutiones et diu latere coactus est († 17. Febr. 1749). Ipsius est praeter plurima scripta contra Ecclesiae decreta: *L' Action de Dieu sur les créatures,* Insulis 1773; Parisiis 1714 t. 2 in 4., opus famosum, in quo methodo mathematica proponitur Jansenii systema, contra quod scripsit Malebranche (p. 731), Cf. Dictionnaire I, 23—31; Feller II, 153; Quérard I, 477. — Bouradier († 1749). — Nicolaus Travers presbyter nannetensis (n. 1686; † 15. Oct. 1750), auctor admodum turbulentus et mordax, de quo Feller VIII, 241; Biogr. univ. XLVI, 451; dictionnaire I, 340; III, 273. — Nicolaus le Gros Rotomagensis n. 1675, propter suam adversus bullam Unigenitus oppositionem ab archiepiscopo excommunicatus et profugus, quem pseudoarchiepiscopus ultrajectinus in suo seminario constituit theologiae professorem, sectae in Hollandia columen († 1751), qui etiam vertit s. Scripturam gallice. Cf. Feller IV, 275; Biogr.

la Fare episcopus et dux laudunensis († 23. Apr. 1741), cujus egregiae exstant instructiones pastorales *de submissione const. Unigenitus exhibenda,* 1730; *de immota fide subditorum* suo principi debita necnon *de sacratis episcopalis dignitatis juribus,* 1731. 1732. — Antonius Josephus Amabilis Feydeau (Faydeau) O. Carm. Molinaeus n. 1658, philosophiae et theologiae magister, plurium coenobiorum prior, moderator generalis ordinis a Benedicto XIII. institutus et a Ludovico XV. a. 1730 in episcopum diniensem electus († 30. Nov. 1741) proposuit rationes quae juvent ad recipiendam const. ‚Unigenitus' 1742 sine auctoris, typographi, loci assignatione. — Claudius Pelletier, s. theologiae doctor et canonicus rotomagensis propter suum zelum insectationes imo et exsilia passus († 12. Jun. 1743), cujus inter multa alia opera sunt [1]): *Traité dogmatique et moral de la grâce universelle* tiré du N. T., Luxemburgi 1725 in 12; *Traité dogmatique de la messe* contre le P. Le Courayer et les Anglais, Parisiis 1727 in 12; *Traité dogmatique et moral de la pénitence* [2]), 1728 in 12; *Traité de la charité envers le prochain* et de ses vrais charactères, ib. 1728 in 12; *Traité de la charité envers Dieu* ou de l'amour de Dieu et de ses vrais charactères [3]), ib. 1729 in 12., regia auctoritate suppressus; *Traité des récompenses et des peines éternelles* [4]), ib. 1738 in 12; *nouvelle Défense de la Constitution de N. S. P. le Pape* portant condamnation du N. T. du P. Quesnel où l'on démontre l'héréticité de plusieurs et la fausseté de toutes les cent et une Propositions extraitées du même N. T. et condamnées per N. S. P. le Pape Clement XI. et ensuite par toute l'Eglise, Lugduni 1715 in 8., ed 3., bis enim anno praecedenti prodierat. Pelletier fuit primus, qui vindicias egerit bullae *Unigenitus,* ostendens jure meritoque damnatas fuisse Quesnelli propositiones [5]). — Georgius Lazarus Berger de Charancy episcopus prius s. Papuli (Papoul 1735) dein montpessulanus (1738; † 14. Febr. 1748) gravissimam emisit epistolam pastoralem (1740), qua Jan-

---

un. XXIII, 586. — Daniel Car. Gabriel de Pestel, de Levis, de Tubières, de Caylus, Bossueti discipulus, Noaillii vicarius generalis, episcopus antissiodorensis appellans († 1754). — Elias Marcoul Boucher († 1754), cui cum fratre Philippo († 1768) redegit libellos, qui in singulas hebdomadas adversus concilium embrodunense inter sectarios spargebantur. — Franciscus Hyacinthus Delan († 1754). — Joannes Baptista Cadry, canonicus theologus laudanensis (n. 1680; † 1756), de quo cf. Adelung II, 12; Quérard II, 11; de Delan ib. p. 436. — Ludovicus Gabriel Guéret Parisiensis († 9. Sept. 1759), de quo cf. Biogr. un. 18, 53; Quérard IV, 507. — Gabriel Nicolaus Nivelle Parisiensis, propter spiritum sectae in carcerem conjectus († 1761), de quo cf. Feller VI, 271; Biogr. univ. XXXI, 293. — Jacobus Fontaine, parochus quondam in dioecesi turonensi, auctor (sub nomine de la Roche) ultra modum malignus, qui a. 30 ad mortem usque (26. Maji 1761) redegit ephemerides jansenianas inscriptas *Nouvelles ecclésiastiques.* Cf. Reusch Index II, 759. — Denique integra familia fratrum Desessarts, qui omnes (5) clerici erant, unus tantum Alexis († 1774) sacerdos. Hi fanatico ardore, impensis etiam suis divitiis sectae causam promovebant, in primis Alexis et Joannes Baptista diaconus († 22. Dec. 1762), qui profugis in Bataviam aedes pro refugio coëmit. Cf. Feller III, 254; Stimmen aus Maria Laach 1879 II, 224; Adelung II, 940. — Ludovicus Laniez, de quo cf. Quérard IV, 534. — Gabriel Carolus Buffard canonicus bajocensis († 7. Dec. 1763) insignis alioquin canonista cathedra motus ob suam adversus bullam Unigenitus oppositionem, gallice vertit Bossueti defensionem declarationis cleri gallicani. Cf. Séché les derniers jansénistes 1, 80 ss.

---

[1]) Cf. Biogr. univ. XXIV, 214; Feller VI, 452.

[2]) Cf. Mém. de Trév. 1728 a. 105 p. 1949—52.

[3]) Cf. J. des Sav. 1730 p. 319—342.

[4]) J. des Sav. 118, 362—66.

[5]) Cf. Mém. de Trév. 1715 a. 117 p. 1501—16.

senianorum fraudes aperit et refellit, eique subjecit *Secreta Jansenismi statuta*, quae reperta fuerunt post obitum Bonnerii parochi famosi Jansenistae[1]).

624. Josephus Galien O. Praed. († 1762) aggresus est de Gennes[2]), cujus in annot. inter Jansenianos mentionem fecimus, negantem possibilitatem status naturae purae, in *Lettres Théologiques* touchant l'état de pure Nature, la distinction du naturel et du surnaturel, et les autres matières qui en sont des conséquences[3]) Avenione 1745. — Assidua quoque pugna cum Jansenianis fuit Michaeli a Castrofranco O. Min. Cap., cui a Bernardo a Bononia plura opera tribuuntur, quin tamen indicet quaenam et quo anno et ubi prodierint. — Jacobus Philippus Lallemant S. J. strenuus auctoritatis Ecclesiae assertor diu versatus est (nam natus c. a. 1660, decessit 1748) in hoc certamine editis quamplurimis colloquiis (Entretiens) magni momenti pro his controversiis, Parisiis 1734—43 t. 9 in 12., aliisque scriptis anonymis vel pseudonymis: *Le P. Quesnel séditieux* dans ses reflexions sur le N. T., Bruxellis 1704; 1705 (p. altera est P. Le Tellier); *Jansénius condamné* par l'Eglise, par lui même et ses défenseurs, et par s. Augustin, Bruxellis 1705; *Le véritable esprit des nouveaux disciples de s. Augustin*, ib. 1706 t. 4 in 12. et t. 2 in 12; *Réflexions morales avec des Notes sur le Nouveau Testament*, Parisiis 1713—25 t. 12 in 12., oppositae operi Quesnelli, commendatae a Fenelonio aliisque 23 archiepiscopis et episcopis Galliae[1]). Prioribus 7 tomulis apposuit Michael Languedoc S. J. Rotomagensis (n. 3. Nov. 1670; † 1742) annotationes, quae respiciunt sensum literalem s. Scripturae. Quod opus, cum rarissimum esset (fertur enim Jansenianos omnia coëmisse exemplaria), Feller novam curavit ed. Leodii 1792. *Lettre d'un théologien à l'Auteur des Hexaples*, dans laquelle on montre qu'il n'a fait que copier les auteurs protestants, ib. 1714 in 12., quam altera mox secuta est. *Les Pseaumes de David* en latin et en françois ou le sens propre et littéral des Pseaumes de David exposé brièvement dans une interprétation suivie avec le sujet de chaque Pseaume, 1708 in 12., a 16 episcopis approbatum et enixe commendatum, opus saepissime editum, in varias linguas translatum, germanice Augustae V. 1778. 1783. 1786, ab utilitate et a pietate laude dignum[2]). — Joannes Josephus Languet de Gercy Divionensis n. 1677, doctor sorbonicus et episcopus (1715) suessionensis, translatus dein (1730) ad archiepiscopatum senonensem, praesul a Benedicto XIV. laudatus ut doctissimus, zelo pastorali flagrans, singulis annis literis pastoralibus aliisque scriptis impugnavit Jansenianos, quorum imposturas in venditandis fictitiis miraculis ostendit; unde ejus vita continua fuit pugna († 1753). Ejus *opera polemica* latine versa prodierunt Senone 1753 t. 2 in f. Scripsit quo-

[1]) Cf. epistolam et haec statuta in H. E. Fleurii cont. l. 223 § 3. 4. LXXVII, 22—97—120.

[2]) Alterius prorsus ab eo spiritus fuit Henr. Anna Daniel de Gennes S. J., qui variis scriptis se opposuit jansenistarum factioni. Vixit adhuc 1757. Cf. Sommervogel III, 1315—17.

[3]) Cf. Mém. de Trév. 1747 a. 243 p. 1102—21.

[1]) Cf. Muller Esprit du P. Lallement extrait de se réflexions, Tournay 1864.

[2]) Cf. Sommervogel IV, 1381—1400; Jungmann KL. VII, 1326: Biogr. univ. XXIII, 233. Secundum nonnullos socius fuit in edendo *Supplément aux Nouvelles ecclésiastiques*, quod jesuitae antidoti instar ab a. 1734—48 opposuerunt fasciculis literariis jansenianis *Nouvelles ecclésiastiques*. — Distingui debet a Lud. Lallemant, de quo egimus III², 900, et a fratribus Carolo et Hieronymo Lalemant, de quo supra facta est mentio p. 210.

[3]) Cf. Biogr. univ. XXIII, 268.

que contra de Vert (cf. p. 973); *Instructiones pastorales* pp. 3 Duaci 1721 in 4. — Franciscus Ilharart de la Chambre, Parisiensis, doctor sorbonicus (n. 2. Jan. 1698; † 16. Aug. 1755), inter alia scripsit: *Traité de la vérité de la religion* t. 5 in 12., opus nitide et solide elaboratum; *Traité de l'Eglise* t. 6 in 12; *Traité sur les Bulles contre Bajus* t. 2 in 12; *Sur la Constitution Unigenitus* t. 2 in 12; *La Réalite du Jansénisme* in 12; *Traité de la grâce* t. 4 in 12; *Traité du Formulaire* t. 4 in 12; *Exposition claire et précise des différens points de doctrine* qui ont rapport aux matières de Religion, Parisiis 1745 in 4., quae est epitome 22 tractatuum theologicorum etc. — Ludovicus Lataste O. S. Ben. Burdigalensis n. 1692, episcopus titularis Bethlehemensis († 22. Apr. 1754), visitator omnium per Gallias virginum O. Carm., scripsit *Lettres* (21) *théologiques* aux defenseurs des convulsions et miracles attribués à Paris, 1735—40 t. 2 in 4., quae sectae bilem commoverunt libidinemque conviciandi excitarunt [1]). — Praetermittendus non est Petrus Guerin de Tencin Gratianopolitanus n. 22. Aug. 1680, archidiaconus senonensis, qui favente fortuna sua sagacitate ad primarias promotus est dignitates. Factus siquidem est legatus ad aulam pontificiam, et a. 1724 archiepiscopus embrodunensis. Habuit celebre concilium embrodunense (1727), in quo fortiter stetit pro bulla „Unigenitus" et deposuit Jo. del Soanen episcopum sanitiensem (Senez) appellantem ab hac bulla ad concilium [2]). Purpura honoratus fuit 1739 et promotus ad sedem lugdunensem (1740), imo factus minister status, sed gratia regia excidit, hinc rediit ad dioecesim, obiitque 2. Mart. 1758.

625. Praetermissis Andrea le Soudier doctore theologo facultatis parisiensis et pastore ecclesiae s. Petri de Callogelo († 1758), qui composuit *cursum theologicum* facilem et sine duce tutam sternentem viam ad baccalaureatum, licentiam et doctoratum duplici tractationis forma, quarum altera dicitur institutio theologica pro examine, altera theologia argumentativa pro thesi, Parisiis 1724 in 4. — Josepho Francisco Audebois de la Chalinière, theologiae professore et canonico poenitentiario andegavensi, viro pio et strenuo († 1759), qui adjecit t. 3 de gratia collationibus andegavensibus (de quibus cf. p. 1305) — Bertholdo Crassous O. Carm. Servianensi, in conventu s. Mariae transpontinae de Urbe theologiae regente, cujus exstant *prolusiones theologico-dogmaticae* ad mentem doctoris resoluti complectentes tract. de s. doctrina, de Scriptura s., de traditione et de Ecclesia, Romae 1755 in f. — Nicolao Girardeau, Blessensi, s. facultatis parisiensis doctore theologo, ebroicensi canonico, vicario generali et officiali († c. 1750), qui reliquit prolegomena seu *praelectiones theologicas* de religione, de verbo Dei seu scripto seu tradito, de Ecclesia et conciliis cum appendice de jure ecclesiastico, Parisiis 1743 t. 2 in 8. — Ignatio Arnaud S. J. (n. 10. Oct. 1677; † c. 1754), cujus est *Theologia de sacramentis,* Avenione 1720 in 8. — Gabriele Mousson, doctore theologo parisiensi, cujus supersunt *lectiones theologicae de sacramentis,* Parisiis 1745 t. 4 in 12; *de religione,* ib. 1743 t. 3 in 12., de qua scripsit etiam de Roujoux Remensis, doctor sorbonicus et ecclesiae rupellensis canonicus theologalis, Remis 1753 t. 2 in 8. — Joanne Lagedamon Sulpic. Parisiensi (n. 8. Aug. 1689 † 2. Mart.

---

[1]) Cf. Jungmann KL. VII, 1452.

[2]) Cf. de hoc conc. Contin. H. E. Fleurii l. 224 § 7 ss. LXXII, 435—515. Fr. de Montauzon S. J. (n. 15. Dec. 1697; † 1751) coepit concinnare *Journal historique* du Concile d'Embrun tenue 1727; prodiit s. l. et nomine auctoris 1727 t. 2, sed illud non absolvit.

1755), professore theologiae, qui scripsit tract. (solidum sed incompletum) *de contractu et sacramento matrimonii* — et Jacobo Robbe Ambianensi, doctore sorbonico († 1742), cujus posthumi prodierunt tractatus *de mysterio Verbi incarnati,* Parisiis 1762 in 8; *de augustissimo eucharistiae sacramento,* Neocomi 1772 in 8; *de gratia Dei* 1780. 1781 t. 2; *Dissertation sur la manière dont on doit prononcer le canon* et quelques autres parties de la messe [1]) etc. Neocomi 1770 in 12. — Mentione digni sunt, qui de speciali controversia sacramentaria egerunt: Guilelmus Hyacinthus Bougeant S. J., n. Corisopiti (Quimper) 4. Nov. 1699 († 7. Jan. 1743), vir magni nominis, praesertim ob laudatissimam [2]) bellorum rerumque actarum, quae westphalicam pacem antecesserunt, historiam (Parisiis 1744 t. 3 in 4; 1751. t. 6 in 12; 1767 t. 3 in 4. gallice), qui scripsit adversus sententiam le Brun de forma consecrationis eucharistiae duos libellos (cf. supra p. 1314). Comoediis quoque ingeniosis et facetis insecutus est quaqueros et jansenianos. Scripsit quoque *Amusement philosophique* sur la langue des bestes, Paris 1739, saepissime editum, in quo nimis brutis tribuit, quod plures offendit, hinc ep. edita sententiam revocat. — Claudius Renatus Hongnant S. J. Parisiensis, socius in edendis memoriis trivultiensibus, qui pariter sententiam le Brunii impugnavit et adversus Houteville scripsit († 1745), ut supra p. 1389 diximus.— Contra eundem le Brun Remigius Breyer Trecensis, doctor sorbonicus et canonicus (n. 1669, † 1749), edidit: *Nouvelle dissertation sur les paroles de la consécration de la s. Eucharistie,* où l'on montre que les Liturgies orientales sont conformes à la Romaine sur le rite de la consécration et que les Scholastiques qui ont combattu l'invocation des Orientaux et les nouveaux Grecs qui l'ont voulu soutenir contre eux, n'ont pas compris le vrai sens de cette prière, ni étudié le rite de leurs liturgies, Trecis 1733 in 8; *Les vies de s. Prudence* évêque de Troyes et de s. Maure vierge, où l'on trouve des éclaircissements sur quelques faits de l'histoire ecclésiastiques du IX siècle et des remarques sur quelques points de discipline, Parisiis 1725, opera erudita quidem, sed stilo minus grato conscripta.

626. De formis omnium sacramentorum disputavit Carolus Merlin S. J., n. 6. Sept. 1678 insignis theologiae professor, strenuus in edendis memoriis trivultiensibus socius († 22. Nov. 1747), in *Traité historique et dogmatique sur les paroles ou les formes des Sacrements de l'Eglise,* Parisiis 1745 in 12., in *cursu theol.* ed Migne 21, 121—286, opus insigni eruditione elaboratum [1]). Alia ejusdem opera sunt: *Réfutation des Critiques de Mons. Bayle* sur s. Augustin, où sont contenus trois traités: le premier: Véritable Clef des ouvrages de S. Augustin contre les Pélagiens; le second: Examen des critiques répandues dans le Dictionnaire de M. Bayle sur divers endroits des Ecrits du même S. Docteur; le troisième: Dissertation touchant la nature de la Loi de Moyse [2]), Parisiis 1732 in 4. et in *cursu patrol. lat.* ed. Migne t. 47. Primus tractatus dividitur in tres partes, quarum 1. fidem Jansenii in citandis Augustini locis in dubium vocat, ipsum generale haereseos jansenianae principium huic patri falso tributum esse ostendit, et adulteram cla-

[1]) Cf. Biogr. univ. LXXIX, 196.

[2]) Cf. Mém. de Trév. 1744 a. 40 p. 967—80, in quo habetur auctoris elogium; 1745 a. 4 p. 138—155; a. 39 p. 912—29; Feller II, 124.

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1746 a. 2 p. 36—52.

[2]) Cf. A. E. lips. 1735 p. 258—61; J. des Sav. CI, 246—263.

vem ad reseranda s. Augustini opera a Jansenio datam proscribit. Pars altera declarat, doctrinam de perfectione justitiae veram et genuinam clavem esse ad recludenda s. Augustini opera adversus Pelagianos. In tertia p. examen clavis cujusdam, qua quis opera s. Augustini aperire voluit, instituitur. Respicit scil. dissertationem theologico-analyticam de vero intellectu trium celebrium cc. 10., 11. et 12. l. s. Augustini *de correptione et gratia* Stephani Lorenzoni e congr. Orat., Patavii 1729 in 4. editam. *Apologie de David* contre la Satyre que M. Bayle a faite des actions de ce saint roy, ib. 1737 in 12; *Examen exact et détaillé du fait d'Honorius,* 1738 in 12., liber insignis sana doctrina necnon ad criticae sanioris leges elucubratus, qui a doctis aestimatur; *Dissertation sur les miracles* contre les impies, 1742 in 12., et quam plurimas dissertationes in memoriis trivultiensibus, in quibus praecipue adversus Bayle disserit de Arnobio, Origene, Lactantio, patriarchis (de eorum polygamia), Almachio, Basilio, Caesario, Chrysostomo, Abel, Cain, Abraham, Elia, Abaelardo, Berengario, Bernardo, de ss. patribus generatim (adversus Blondel) etc. Inseruit quoque novam expositionem doctrinae catholicae circa praedestinationem, in qua duas praecipuas opiniones, quibus hac de re scinduntur theologi, conciliare studens, asserit, praedestinationem bona hominis opera ac universim ipsius meritum antecedere, quamquam non nisi post aliquod experimentum, quale fuit v. gr. obedientia Abrahami, secernatur. — Denique Renatus Hyacinthus Drouin O. Praed., Serrii nepos, doctor sorbonicus, qui Galliam deserere coactus Camberiaci, dein Vercellis theologiam docuit († 1742 a. aetatis 60), reliquit opus eruditum *de re sacramentaria* contra perduelles haereticos ll. 10, Venetiis 1737 t. 2 in f., in quo multum utitur Serrii scriptis, quocirca etiam cum eo Catharini de intentione ad sacramentorum valorem sufficienti sententiam tuetur. Attingit quoque graviores quaestiones ad disciplinam, historiam et moralem pertinentes, itemque theologorum praecipuas controversias, quas methodo scholastica ad mentem praeceptoris angelici expendit et discutit. Prodiit iterum Parisiis 1773 t. 9 in 12. (ed. 3.) notis et additionibus Vinc. Patuzzi et Ludov. Richardi auctum.

627. In *Belgio* Jodocus Goethals Gandavensis n. 7. Sept. 1662, juris utriusque licentiatus, philosophiae professor, ecclesiae gandavensis canonicus graduatus et archidiaconus [1]), bis vacante sede episcopali vicarius capitularis († 15. Dec. 1742), praeter *philosophiam primam* seu generalem, Lovanii 1709, admodum compendiosam, scripsit duo opuscula *de Ecclesia* lingua patria secundum doctrinam s. Augustini et Cypriani, Gandavi 1716 et 1719. — De hac disseruit flandrice et Edmundus Helias theologiae lector, Audenarde 1754. — Petrus Franciscus Thielens Bruxellensis (n. 1675; † 13. Apr. 1748) vindicavit *auctoritatem ecclesiasticam* contra politicos deprimentes ecclesiasticos. — Contra Jansenianos pugnarunt Joannes Baptista Caers S. J. Gandavensis n. 21. Apr. 1679, theologiae decennio professor († 1. Jun. 1762), qui *Veritatem et aequitatem const. Unigenitus* theologice demonstravit seu 101 Quesnelli prop. confutavit ex locis theologicis etc., Gandavi 1723; 1730 (ed. 5.); cum libello quod tribuitur (sed immerito nisi forte nova editio) Francisco Xaverio Babinet S. J. pictaviensi († c. 1757), *Theologia erronea* sive prop. a summis pontificibus et ab Ecclesia damnatae ab a. 1656 usque ad praesens tempus, juxta ordinem tractatuum theologicorum dispositae, Monachii 1704; Parisiis 1739 in 12. etc.; Soliduri 1741.

[1]) Cf. Bibl. nat. de Belg. VIII, 70.

— Ignatius Pien S. J. Gandavensis (n. 27. Oct. 1684; † 25. Jun. 1663), Romae librorum censor, pluribus operibus stetit pro bulla Unigenitus [1]).

[1]) Cf. Sommervogel VI, 727; Willems Biogr. nat. XVII, 395.

Ita sub nomine Petri Mallei edidit tres dialogos, qui saepe prodierunt, Antwerpiae (1619) etc., *defensionem*, qua ostendit bullam „Unigenitus“ esse *regulam fidei* etc.

III. Disciplinae ad ss. literas spectantes.

628. In ss. literarum studio profectum haud spernendum hac periodo animadvertimus. Plura prodierunt, quae studium diligens et accuratum produnt [1]). Vinc. Avocati (Avogadro, Advocatus) O. Praed. Panormitanus n. 12. Sept. 1702 edidit *de sanctitate librorum*, qui in Ecclesia catholica consecrantur, opus duos in ll. distributum, Panormi 1741. 1742 t. 2 in f., quorum 1. inscribitur praeparatio biblica, complectens quatuor exercitationes, in quibus de singulorum ll. auctore, aetate, argumento et versionibus; de s. Scripturae nomine, auctoritate, canone, editione disserit. Alter liber et tomus inscribitur demonstratio biblica, in qua de ss. librorum inspiratione et auctoritate disputat, eorumque vindicias agit, sed methodo et stilo sat singulari. — Didacus a s. Antonio O. Carm. provinciae flandro-belgicae, Bruxellensis, theologiae ac s. Scripturae praelector († 25. Nov. 1763), elaboravit *enchiridion scripturisticum tripartitum*, cujus p. 1. complectitur praeludia isagogica ad ss. bibliorum intelligentiam scholastice deducta; p. 2. s. historiam chronologice per aetates deductam a mundo condito usque ad Christum natum, in qua praecipuae difficultates totius V. T. per varias dissertationes scholastice elucidantur, ib. 1745; p. 3. historiam evangelicam vitae et mysteriorum J. Christi ex consensu evangelistarum, et acta apostolorum, omnia chronologice et scholastice deducta, Bruxellis 1745—48 t. 3 in 8., quibus

[1]) Huc etiam referri potest Petrus Nicolaus Desmolets congr. Orat., Parisiensis (n. 1678; † 26. April 1760), magni factus a Lamy, Malebranche, Pouget etc., qui plus meruit editione operum aliorum quam scriptorum propriorum. Edidit Lamii (cf. p. 796) *apparatum biblicum* auctum et correctum, Lugduni 1723 in 4; cujus tractatum *de tabernaculo foederis* absolvit additis auctoris vita et operum elencho, necnon diss. erudita *de templo Salomonis*, Parisiis 1720 in f.; *bibliothecam sacram* Le Long cum auctoris vita, ib. 1723 t. 2 in f.; t. 2. *historiae ecclesiae parisiensis* cum vita auctoris; ib. 1710 in f.; t. 3. et 4. op. *Explication des cérémonies de l' Eglise* avunculi sui Claudi de Vert (p. 973) cum auctoris elogio, ib. 1713 t. 2 in 8; *institutiones catholicas* Pouget (p. 1110) cum auctoris vita, ib. 1725 t. 2 in f.; *Résolution des cas de conscience Juenini*, ib. 1741 t. 3 in 12; *Continuation des Mémoires de Littérature et d' Histoire* (auctore Sallengre), ib. 1726—1731. Cf. Biogr. univ. XI, 211; Ingold p. 39 s. — Joannes Diaz de Arze canonicus mexicanus reliquit opus *de studiosis ss. bibliorum*, Romae 1750 in 4. — Diss. de chronologia biblica a. 1749 edidit Nicolaus Mansuy O. Praem. in monasterio mussipontano, philosophiae et theologiae lector, optime de missali et breviario ordinis meritus, qui tamen adhuc 1769 vixisse videtur. Cf. Gooverts, 1, 563 s. — Nicolaus Henry Verodunensis († 1752) linguae hebraicae professor in collegio regio parisiensi typis iterum dedit editionem s. Scripturae a Vatablo nuncupatam 1729—45 t. 2 in f. — Prosper Marini O. S. Aug. edidit theologico-criticam disceptationem *de ss. utriusque T. codicibus*, Mediolani 1753. — Colomannus Stura s. Radegunde schol. piar. praepositus provinciae (n. 1703; † 1759), cujus est diss. ad I. locum theologicum *de s. Scriptura*, 1745.

adjecit auctarium complectens paulinas epistolas et canonicas, et apocalypsim, omnia chronologice et scholastice deducta, ib. 1748 in 8; Wirceburgi 1759—69 t. 4; ib. et Fuldae 1787 t. 3 (ed. 3).

629. Vir doctissimus fuit Petrus Sabatier O. S. Ben. Pictaviensis n. a. 1682, sodalis congr. s. Mauri, quem Ruinart studiorum socium sibi selegit. Se nimis immiscens Jansenianorum turbis, exsilium est passus. Laboriosissimum opus in se suscepit, colligendi scil. ex omnibus antiquitatis monumentis innumerisque codd. mss. fragmenta veterum versionum s. Scripturae, illius praesertim, quae *itala* dici solet, ut illas quantum per monumenta liceret, oblivioni eriperet, atque repararet. Dum instaret tomo 2. edendo laboribus confectus decessit 24. Mart. 1742. Opus inscribitur: *Bibliorum ss. versiones antiquae* seu vetus italica et ceterae quaecunque in codd. mss. et antiquorum libris reperiri potuerunt: quae cum vulgata latina et cum textu graeco comparantur. Accedunt praefationes, observationes ac notae indexque novus ad Vulgatam e regione editam idemque locupletissimus, Remis 1743—49 v. 3 in f. (fr. 225); Parisiis 1751 v. 3 t. 6 cum 250 tabulis (m. 370). Ad ed. t. III. operam contulerunt sodales Fr. Ballart d'Inville († 1771) et Vinc. de la Rue († 1762). In eruditae praefationis, quam secundum ejus principia elaboravit Clemencet, parte prima disseritur de utilitate, numero, usu mutationum etc. antiquarum versionum; praesertim vero de versione itala; in p. 2. recensentur et expenduntur antiquitatis monumenta sive edita sive mss.. quibus in opus suum usus est; in p. 3. agitur de iis, qui jam ante Sabatier hoc in opere versati sunt, deque methodo qua ipse est usus. Quod vero attinet ipsam editionem »nihil a Sabatier praestari poterat in hoc genere doctius atque lucidius; quoniam ipse omnia quae affert loca variantia non leviter attingit, multo minus temere aut ex praejudicatis opinionibus, sed inspectis collatisque graecis exemplaribus, explorata etiam latinorum indole, in consilium insuper adhibitis operibus ss. patrum antiquiorum, singulis denique summa cum diligentia pensitatis, quae in hujusmodi inquisitione lucis quidpiam fenerari posse videbantur [1]).«

630. Carolus Josephus Frevier edidit: *La Vulgate authentique dans tout son texte,* plus authentique que les textes Hébreu et Grec qui nous restent ou apologie de Bellarmin contre le Journal de Trévoux de Juillet 1750, Romae 1753 in 12. — Nicolaus Zillich S. J. Wolfsdorfiensis in dioecesi bambergensi 9. Sep. 1716 natus, Wirceburgi theologiae exegeticae et linguae hebraicae professor († 12. Oct. 1758), edidit *concordiam vulgatae latinae cum fonte hebraico,* Wirceburgi 1756 in 4., in qua diss. tractat locos nonnullos Exodi, Numerorum et Psalmorum; *Principia didactica in universam s. Scripturam* una cum corollariis selectis ex veteris instrumenti lege, historica et polemica adversus nostri temporis haereticos, novatores et Judaeos, 1758 in 4. — Sed diligentius de Vulgata egit Bonaventura Setaro a Magdalono O. S. Franc. in *triplici biblicocritica demonstratione,* in qua Biblia ss. vulgatae editionis Sixti V. jussu recognita et Clementis VIII. auctoritate edita non vitiosa monstratur, adeo ut sit probatu difficile vel unicum men-

[1]) Ita Blanchinius in judicio de cod. vercellensi in patrol. lat. XII, 85 ed. Migne. Cf. Kerker, KL. X², 1433, Biogr. univ. XXXIX, 428; Tassin Frankf. u. Leipzig 1774 II, 343 ss. et vita in op. t. 3. — De *antiquo evangeliorum Cod. brixiano* exstat epistola prolica Phil. Garbelli (fl. 1741) ad. Jos. Blanchinium, recusa a Migne patrol. lat. XII, 11—59. *De psalterio romano* disseruit Ant. Martinetti, Romae 1745 in f.

dum in ea reperiri correctione dignum, adversus neotericos criticos heterodoxos dignitatem ejus frustra insectantes, Venetiis 1760 t. 3 in 4. Demonstrationem primam petit ex turbido fluxu hoc liernorum fontium hebraei V. T. et graeci N. T.; secundam ex fidelitate antiqui interpretis, necnon ex consonantia Vulgatae correctae cum ejusdem interpretis emendatissima editione; tertiam ex privilegio romanae Ecclesiae in deligendis et declarandis sine erroris periculo genuinis Scripturis, tum ex ejusdem doctrina et usu in favorem Vulgatae correctae. In capite prodromo diligenter disserit de typographicis mendis, quae in omnibus penitus editionibus bibliorum Sixti V. et Clementis VIII. irrepserunt, regulamque statuit inveniendi atque habendi in omnibus codd. bibliorum Clementis VIII. quovis loco et tempore editis Vulgatam latinam veterem etiam a mendis typographicis perpolitam.

631. Petrus Mekhitar Armenus, Sebastenus n. 7. Febr. 1676, a pueritia piissimae vitae se dedit et vix a. natus 14 diaconus ordinatur. Insatiabili discendi ardore ferebatur, sed duram duxit adolescens vitam. Post multos exantlatos labores et peregrinationes ad unitatem Ecclesiae catholicae rediit. Totum jam se impendit regenerationi nationis suae. Hinc et congregationem instituit (1701): sed pro tam benevolo et salutari zelo ac studio gravissimam procellam et persecutionem concivium in se excitavit, cui nonnisi iterata fuga subtrahere se potuit. Demum Venetias secessit (1717), ubi in insula celeberrimum monasterium, quod ab ipso nomen accepit et typographiam instituit ingenti commodo nationis suae († 27. Apr. 1749). Edidit inter alia *biblia armena,* Venetiis 1733—35 in f., et varia commentaria ut *in Matthaeum,* Venetiis 1737, *Ecclesiasticum,* ib. 1736; *Psalmos;* s. Thomam in linguam armenam vertit [1]) etc. — Hermannus Janssens O. Min. Antwerpiensis, s. Scripturae lector, provinciae praepositus (n. 1685; † 5. Apr. 1762), regulas tradit in vertenda s. Scriptura servandas in op. *Prodromus sacer* rectam praeparans semitam ad varia biblia sacra belgico idiomate (interprete praesertim Aegidio de Witte cf. p. 1070) impressa utiliter emendanda atque de novo juxta mentem et decretum Clementis VIII. tuto et rite imprimenda, Antwerpiae 1732 in 4. Scripsit quoque *Explanationem rubricarum missalis romani,* ib. 1755. 1757 t. 2 in 8.

632. Pius Thomas Milante O. Praed., in regia universitate neapolitana primarius professor et (1743) episcopus stabianus (Castellamare † 2. Apr. 1749), novis curis edidit *Sixti senensis bibliothecam sanctam* (III[3], 80) criticis ac theologicis animadversionibus necnon duplici adjecto sacrorum scriptorum elencho adauctam et illustratam, Neapoli 1742 t. 2 in f. Alia ejusdem opera sunt: *Theses theologico-dogmatico-polemicae,* Neapoli 1734 in 4; *De Stabiis,* de stabiana ecclesia et episcopis, Neapoli 1750 in 4., opus posthumum complectens quinque dis-

[1]) Cf. Biogr. univ. XXVIII, 173; praeprimis Kalemkiar KL. VIII, 1122—37; Petermann-Kessler Realenc. XII, 477—82. Qua occasione mentionem faciemus Jacobi Villote Barro Ducum n. 1. Nov. 1656, qui diu commoratus est in Persia et per 25 annos missionarium apud Armenos egit († 14. Jan. 1743). Edidit: commentarium *in Evangelia,* Romae 1714 in 4. armenice; *explanationem fidei orthodoxae* Urbani VIII. jussu editam, ib. 1711 in 8. armenice; *dictionarium novum latinum-armenium* ex praecipuis armeniae linguae scriptoribus concinnatum, in quo adjunctos singularum vocum sensus multiplices, multa etiam theologica, physica, moralia, historica, mathematica, geographica, chronologica suis quaeque locis passim explicantur. Accessit tabula chronologica regum et patriarcharum utriusque Armeniae, ib. 1714 in f.

sertationes: 1. de antiquitate, magnificentia et situ Stabiorum; 2. de antiquitate et praestantia ecclesiae stabianae; 3. de monte aureo ac inibi a s. Catello erecto templo in memoriam archangeli Michaelis; 4. de epocha s. Catelli; 5. de episcopis stabianis. Praemittitur vita Milantis auctore Maria Bisogni JCto neapolitano [1]). Acerrimam et conviciis refertam censuram in hoc opus scripsit Ludovicus Agnellus Anastasius [2]), archiepiscopus surrentinus, in *animadversionibus in l. Pii Th. Milante,* Neapoli 1751 in 4. Milantis vindicias sagaci judicio in se suscepit Cajetanus Martucci medicus edita *Lettera contenente alcuni Riflessioni* intorno all'opera intitolata: Animadversiones in l. F. Pii Th. Milante, Neapoli 1753 in 4., in qua contendit, Anastasium non esse animadversionum auctorem, sed nomen tantum libro praeposuisse, quin stili acrimoniam et convicia, quae libro continerentur, nosset. *Exercitationes dogmatico-morales* in propositiones proscriptas ab Alexandro VII., Neapoli 1738 in 4; ab Innocentio XI., 1739; ab Alexandro VIII., 1740. Ceterum in re morali, licet auctor sit gravis [3]), nonnihil rigidus videtur. *De viris illustribus* (usque ad a. 1577) Congregationis s. Mariae Sanitatis (cujus quondam erat vicarius generalis) O. Praed., ib. 1745 in 4; *Vindiciae regularium* in causa monasticae paupertatis [4]), ib. 1740 in 4. — Antonius Zanolini Patavinus n. 1693, qui adolescens 20 annorum jam utriusque juris lauream promeruit, praecipue in linguis orientalibus excelluit, quas etiam per 45 annos Patavii est professus († 19. Febr. 1762). Plura opera ad ss. literas interpretandas tersissimo stilo latino reliquit [1]): *Quaestiones e s. Scriptura ex linguarum orientalium interpretatione ortae,* Patavii 1725 in 8; *Lexicon hebraicum,* ib. 1732 in 4; *Lexicon syriacum,* cui accedit disputatio de lingua syriaca, versionibus syriacis et de Maronitis, quibus praecipue nunc lingua syriaca in usu est, 1742 in 4; *Lexicon chaldaico-rabbinicum* cum rabbinorum abbreviaturis; accedit disputatio *de targumim* sive paraphrasibus chaldaicis, thalmude, cabbala, commentariis rabbinorum et lingua chaldaica etc. 1747 t. 2 in 4: disputatio *de eucharistiae sacramento* cum christianorum orientalium ritibus in eo conficiendo et administrando, ib. 1755 in 8; *disputationes ad s. Scripturam spectantes* de festis et sectis Judaeorum cum ejusdem auctoris annotationibus, Venetiis 1753 in 4.

633. Franciscus Szdellar (Zdellar) S. J. Croata, n. 29. Sept. 1685, philosopiae et theologiae Tyrnaviae (cujus universitatis etiam aliquamdiu cancellarius fuit), Graecii et Viennae professor († 9. Jun. 1745), praeter alia reliquit *dissertationes selectas chronologico-biblicas* super V. Testamentum, Graecii 1736 in 8. — Henricus Michael Guedier de Saint-Aubin e dioecesi rotomagensi (n. 17. Jun. 1695; † 25. Sept. 1742) doctor, professor et praefectus bibliothecae Sorbonae, vir valde eruditus et in casibus conscientiae solvendis expertus, composuit *l'Histoire sainte des deux Alliances* [2]), 1741 t. 7 in 12. — Bern-

[1]) Cf. A. E. lips. 1755, 106—110.

[2]) Cf. Zaccaria Storia Lett. III, 347—353 et XI, 327—332. Ceterum Anastasius n. 14. Febr. 1692 Neapoli, Philippi Anastasii, de quo egimus p. 1226, ex fratre nepos, in archiepiscopatu surrentino (1724) et deinde in patriarchatu alexandrino successor († 19. Febr. 1758), scripsit etiam *Istoria degli Antipapi* (27), Neapoli 1754 t. 2 in 4.

[3]) Cf. de op. cit. Mém. de Trev. 1741 a. 11 p. 215—34.

[4]) Cf. Mém. de Trév. 1744 a. 1 p. 5—61.

[1]) Cf. Vedova, Biografia degli Scrittori padovani, Patavii 1836 II, 446; Ferrari, Vitae virorum illustrium seminarii patavini, 196—202.

[2]) De hoc opere scribit Feller IV, 287

hardus Mahy S. J., Namurciensis, operarius strenuus (n. 21. Aug. 1684; † 8. Apr. 1744) stilo oratorio scripsit: *Histoire du Peuple Hébreu* tirée de l'Ecriture Sainte depuis la création du monde jusqu'à la ruine entière de la Sinagogue sous Tite et Vespasien, Leodii 1742 t. 3 in 12. — Dominicus Scifelli O. S. Aug., Romae in Sapientia publicus divinarum Scripturarum interpres, sibi illustrandam sumpsit periodum 480 annorum ab exitu Judaeorum ex Aegypto usque ad aedificationem templi salomonici in *dissertazione cronologica sulla quarta età del mondo,* Romae 1732 in 4. — Franciscus Steinhart S. J., natus in oppido Spalt in Franconia, theologiae scholasticae professor Lucernae et Friburgi in Brisgovia († 21. Sept. 1746), edidit *sacram veterum temporum historiam* in epitomen contractam, Augustae Vind. 1728 in 4; *historiam sacram evangelicam et apostolicam,* Ingolstadii 1734 in 4. — Petrus Kwiatkowski S. J., Polonus († 1747) reliquit *Historiam V. et N. T.,* quae stilo claro et solido conscripta, ss. patrum textibus illustrata aliorumque auctorum floribus exornata prodiit Augustae V. 1781 in 4. — Josephus Charlemagne a b. Michaele O. Carm., patria Magdunensis ad Yvam (n. 1670; † 1748) collegit *Idées historiques, morales et chronologiques de tous les livres de l' Ecriture sainte* avec des Réflexions tirées des ss. Pères propres à élever l'esprit à Dieu et à corriger les moeurs, Parisiis 1737 in 8; *la conciliation des Passages et faits historiques de l' Ecriture sainte,* qui paroissent opposés les uns aux autres; t. 2. non prodiit. — Carolus Ant. Erra cler. reg. congr. Matris Dei, reliquit *historiam utriusque T.,* 1747 t. 2 in 8; Venetiis 1760 t. 8 in 12. — *De vera nativitatis Christi epocha* exstat diss. G. Jost Wirceburgi 1754 in 4.

634. Denique[1]) Isaac Josephus Berruyer S. J. Rotomagensis (n. 7. Nov. 1681; † 18. Febr. 1758) edidit: *Histoire du peuple de Dieu* depuis son origine jusqu'à la Venue du Messie tirée des seuls livres Saints ou le texte sacré des Livres de l'A. T. réduit en un corps d'Histoire, Parisiis 1728 t. 7 in 8 v. in 4; saepissime edita aucta, ita 1736 in 12. ed. jam septima; germanice interprete Ant. Weimer S. J. (1778), Luxemburgi 1753 t. 7 in 4. *Histoire du Peuple de Dieu depuis la Naissance du Messie* jusqu'à la fin de la Sinagogue, tirée etc. Hagae (Parisiis) 1753 t. 4 in 4; t. 4. ed. an. 1755 complectitur 5 quaestiones: 1. De J. Christo Scripturarum objecto; 2. de J. Christo Filio Dei; 3. de J. Christo hominis Filio; 4. de J. Christo novi cultus auctore; 5. de J. Christo in templo praesentato et V. purificata. *Histoire*

„Ouvrage inférieur à celui de Berruyer pour le coloris, la douceur, le brillant du style; mais écrit d' une manière plus digne de la sublime simplicité des livres saints. C' est une espèce de concorde de l' ancien et du nouveau Testament, enrichie de réflexions sages et de dissertations savantes et dirigée par l'intelligence des langues et par une critique judicieuse.“ Cf. Biogr. univ. 66, 201, ubi laudantur ejusdem tractatus theologici.

[1]) Huc spectat etiam Franciscus Philippus Mésenguy, Bellovaci 22. Aug 1677 natus, jansenianae factioni addictus († a. aetatis 86, 19. Febr. 1763), cujus Exposition de la doctrine chrétienne, Uetrecht 1644, catechismus janseniano veneno infectus, a nonnullis impense laudatur, a Clemente XIII, speciali brevi post maturam discussionem 14. Jun. 1761 proscripta. Scripsit *Abbrégé de l' Histoire de l' ancien T.* avec des éclaircissements et des réflexions, Parisiis 1728, dein fusius 1735—53 t. 10 in 12; 1773; N. T. cum annotationibus 1729 t. 3 in 12., ib. 1729, aliaque opera stilo quidem nitido, sed minus sobrio sunt conscripta; germanice Viennae 1770. Cf. Feller VI, 40; Biogr. un. LXVIII, 281; Jungmann KL. VIII, 1299 s.; Lequex (ejus familiaris), in Mémoires sur la vie et les ouvrages de feu M. l' abbé Fr. Ph. Mésenguy, Paris 1763: Cont. Fleurii H. E. l. 247 § 2 s.

du Peuple de Dieu troisième partie ou Paraphrase des Epîtres des Apôtres d'après le commentaire latin du P. Hardouin, Hagae (Lugduni) 1757 t. 2 in 4; Amstelodami 1758 t. 5 in 8. Opus quidem splendido, vivaci et admodum rhetorico stilo conscriptum, ingentem excitavit rumorem, atque a romanis pontificibus 17. Maji 1734 (p. 1.); 14. Apr. 1765 et brevi speciali a Benedicto XIV. die 17. Febr. 1758 (p. 2.) et a Clemente XIII. die 2. Dec. 1758 (p. 3.), a plurimis (22 die 13. Dec. 1753) episcopis Galliae, ab ordinis superioribus, a Sorbona, quae censura prolixa et rigida notavit[1]) 323 propositiones, et ab ipso parlamento parisiensi a. 1756 proscriptum fuit. Merito autem reprehenduntur in hoc opere modus narrandi historiam sacram in fabulae speciem, scriptionisque genus argumento tam sacro indignum[2]), indecens in describendis quibusdam factis licentia, chronologia male secura, propositiones haeresi ne-

storianae, imo et socinianae faventes[1]) et praesertim in 3. p. paradoxae opiniones, quas hausit ab Hardouin (p. 1199). Multum laudat Cernitori in sua bibl. polemica p. 79 diss. quam ex schedis auctoris nostri italice (libere) versam edidit Forestier: *Infallibilità del Papa* provata col Esame del 4. a. della dichiarazione del Clero di Francia radunato nel 1682, Firmii 1788.

635. Inter exegetas primum locum meret Augustinus Calmet O. S. Ben. ex congr. Vitonis et Hidulphi. Natus est 26 Febr. 1672 in oppido Ménilla Horgne in Lotharingia. Parentes habuit morum honestate magis quam fortunae bonis claros, quorum cura in virtutum et humaniorum literarum studio probe institutus, cum rhetoricam absolvisset, 31. Oct 1689 institutum s. Benedicti professus est. Dum ulterioribus studiis incumberet, discendi et proficiendi amore impulsus etiam graecam et hebraicam linguam sine ullius magisterio didicit. Inde nata est antiquitatum documenta, rabbinorum scripta et praecipue ss. literas in suo fonte lustrandi cupiditas. Atque adeo in eo profecit studio, ut post paucos annos in totum fere V. T. commentarium cum adjectis dissertationibus ad suam instructionem composuerit. Electus 1704 in subpriorem, eundem secundis curis elaboravit: simul enim s. Scripturam exponere jussus est. Qua occasione inter sodales academiam literariam instituit unice ss. literarum studio intentam, quae eum multum juvit in perficiendo suo labore. Parisios migrare permissus ibidem suadentibus Mabillonio et Dugueto gallico idiomate primum t. et dein alios in lucem edidit inscriptos: *La s. Bible en latin et en français*[2]) avec un

[1]) Auctor principalis hujus censurae fuit Ludov. Legrand. Prodiit ea inscripta Jugement doctrinae de la Fac. de Theol. de Paris etc. Paris 1762 in 4. et t. 3 in 12. Cf. Bertrand Hist. lit. de la congr. de S. Sulp. l, 372—378.

[2]) Cf. Sommervogel I, 1357—90; Vigouroux Dictionnaire l, 1627; Schloesser KE. II, 464; Alex. a s. Jo. de Cruce cont. H. E. Fleurii l. 245 § 32; Biogr. univ. III, 340; Reusch II, 804 ss. Berruyer plures edidit libellos in sui libri vel saltem suae orthodoxae defensionem, quorum aliquot etiam proscripti fuere. Acri censura illum aggressus est Joannes Bapt. Gautier (Gauthier) Colberti episcopi montepessulani episcopi theologus (n. 1685; † 1755) in *Lettres théologiques* contre le Système impie et Socinien des PP. Hardouin et Berruyer, Parisiis 1736 t. 3 in 12. Alia hujus theologi opera, quibus vel incredulos vel bullam Unigenitus stilo admodum acerbo impugnat, cf. apud Adelung II, 1363; Feller IV, 117. Prolixius adhuc Fitzjames episcopus suessionensis P. Berruyer impugnavit in *Mandament*, cujus auctor exstitit P. E. Gourlin, Parisiis 1760 t. 7 in 8.

[1]) Cf. Scheeben Handb. d. Dogm. l. 5 n. 644 ss.: Heinrich Dogm. Theol. VII, 329.

[2]) Versio est Ludov. Isaaci le Maitre de Sacy (cf. p. 459), quam jam ante a

commentaire littéral et critique, Paris 1707—16 t. 23 in 4; 1714—20 t. sii; 1724—26 t. 9 in f. ed aucta et optima. Celeberrimus Mansi eum latine versum edidit Lucae 1730—38 t. 9 in f.; Augustae 1756 in f.; Wirceburgi 1789—93 t. 19 in 4. Quo in commentario unice est intentus in eruendo sensu literali [1]) misso sensu morali et allegorico, atque ita multum promovit sanum exegesis studium; brevitati studet atque ex aliis commentariis utiliora colligit, adeo ut huic compilationi non desit sua utilitas, quam etiam agnoscunt protestantes, quorum nonnulli (Lowth, Rosenmüller) eo bene usi sunt, quin auctorem nominaverint [2]); multum tamen distat a soliditate et eruditione comentariorum Toleti, Estii, Maldonati etc. et plures locos difficiliores nimis leviter expendit. In dissertationibus (114) praeviis admodum erudite expendit quaestiones isagogicas, chronologicas, archaeologicas et historicas vel exegeticas [3]). Prodierunt seorsim inscriptae et collectae cum novis (19, quas seorsim etiam edidit Paris 1720): *Dissertations qui peuvent servir de prolégomènes de l' Ecriture sainte,* Parisiis 1720 t. 3 in 4, saepius propter utilitatem eruditionemque editae et in varias linguas versae, ut in linguam latinam a Mansi Lucae 1729 t. 2 in 4; Augustae Vind. 1732 in f., alio ordine in Trésor d'antiquités sacrées et profanes des commentaires du P. Calmet, Amsterdam 1722 t. 13 in 12, de quo cf. A. E. L. 1723 p. 353—62.

636. Non tamen defuerunt, qui rigidiori censurae subjecerint ejus commentarium, ut R. Simon, Stephanus Fourmont, vir admodum eruditus, plurium academiarum socius, linguae arabicae Parisiis professor (n. 1683; † 1745), cujus sunt: *Lettres à Monsieur* ** sur le Commentaire du P. Calmet sur la Génèse; où l'on trouvera des dissertations critiques contre les Notes de ce savant Bénédictin, des Explications nouvelles sur un grand nombre de Passages et la solution de plusieurs difficultés de l' Ecriture sainte. Ep. 1. prodiit Parisiis 1709 in 12; altera [1]) ib. 1710. Carpit censor praesertim in Calmeto, quod non probaverit genuinitatem Pentateuchi atque parvipenderit expositiones rabbinorum. Non siluit Calmet, sed scripsit *Lettres* (4) *de l' Auteur* du Commentaire Littéral sur la Génèse pour servir de Réponse à la Critique de M. Fourmont contre cet Ouvrage [2]), ib. 1710 in 12. etc. Carpunt alii quandam in scribendo

---

quibusdam in locis recognoverat ac cum textu latino vulgatae editionis vulgaverat Parisiis 1707. — Feller I, 479 tribuit Francisco Honorato Beauvilliers de St. Aignan quondam episcopo bellovacensi (1713—28; † 1751) commentarium in V.T., sed utrum et ubi prodierit nos latet.

[1]) Hinc antagonistam nactus est ex ipsa sua congregatione Petrum Guillelminum baroducanum (n. 9. Jan. 1703; † 7. Sept. 1747), cui reconditae et mysticae interpretationes in amoribus fuerant. Quas cum a Calmeti abesse commentariis animadverteret, ea in epitomen redegit omissis tamen plerisque quae ad sensus literalis pertinent intelligentiam et intrusis mysticis explanationibus. Tres tantum prodierunt ex pluribus quos cogitaverat tomi in libros Moysis inscripti: *Commentaire littéral abrégé* sur tous les livres de l' A. et N. T. avec la version française, Parisiis 1721 t. 3 in 8. Cf. Mém. de Trév. 1722 a. 58 p. 1032—39; J. des Sav. LXXIII, 34—46.

[2]) Cf. Wiseman, Zusammenhang zwischen Wissenschaft und Offenbarung, prael. 11 § 21.

[3]) Disseruit ex. gr. de baptismo, de baptismo in J. Christi nomine collato, de peccato in Spiritum s.; de vita J. Christi chronologico ordine deducta; de s. Joseph. Cf. de his J. des Sav. LI, 1—11; LXXII, 28—36; 132—41; 243—54; 363—76; 483—95; 611—24; LXXIII, 339—51; 520—33; 575—86; Mém. de Trév. 1722 p. 2051—2071; et 1723 p. 5—30.

[1]) Cf. J. d. Sav. XLVI, 225—34; XLVII, 457—77.

[2]) Cf. ib. XLVIII, 577—87; Mém. de Tr. 1711 p. 611—42.

festinationem, hinc defectum subinde sagacitatis judicii et quod proponat varias interpretationes, quin determinet, quaenam sit praeferenda. Illud quoque minus probandum est, eum lingua patria omnia congessisse, quae unquam dicta fuere adversus libros sanctos, atque ita repertorium suppeditasse incredulis, unde suas objectiones et dicteria haurire possint [1]). Hujus commentarii *compendium* reperitur etiam in op. dicto: *La Bible de Vence* 1748—50 (de qua mox n. 638, cui adjecit plures dis.) Commentariorum velut complementum (utile praecaeteris ejus operibus) est: *Dictionnaire historique et critique, chronologique, géographique et littéral de la Bible* [2]), ib 1719 t. 2, cum supplemento 1728 t. 2; 1730 t. 4 in f; Genevae 1728 ed. mendosa, et alibi editum, in varias linguas versum, latine a Mansi-Lucae 1725; 1731; Augustae V. 1729 in f.; cum supplemento 1736; 1738 t. 2 in f.; 1734 t. 8 in f.; Venetiis 1747; 1795 t. 2 in f.; germanice a protestantibus, ut a Gloeckner Liegnitz 1751—54 t. 4 in 8 et ab alio Hannover 1779—81 t. 2. Versio Jo. Glaeser non ultra fasc. 1. processit Passaviae 1835; et in *compendium* redactum, Augustae V. 1776. Complectitur in fine tabulam chronologicam generalem historiae biblicae, supputationem monetarum hebraicarum aliarumque antiquarum ad pondus marchi, mensurarum judaicarum ad gallicas, calendarium judaicum, versionem nominum in Scriptura occurrentium, uberem bibliothecam sacram auctorum, qui in s. Scripturam ejusque partes quomodocunque demum aliquid ediderunt. Ildephonsus Catelinot (Chatelinot), ejus sodalis et studiorum socius [1]), Parisiis natus 5. Maji 1670 († 1756) additionibus auxit bibliothecam sacram, quae subjicitur dictionario biblico. Plura reliquit opera mss., inter quae etiam parata reperitur editio nova operum Alcuini. Denique huc spectat: *Histoire de l' A. et du N. T.* et des Juifs (usque ad deletionem urbis Jerusalem) pour servir d'introduction à l'histoire ecclésiastique de l'abbé Fleury [2]), in qua proinde nititur hujus scribendi imitari stilum, Parisiis 1718 t. 2 in 4 (ed. rara); 1725 (ed. mendosa) etc.

637. In praemium tot meritorum prioratum titularem s. Claudii de Lays obtinuit (1715), mox (1718) invitus licet in abbatem s. Leopoldi Nancaei, dein (1727) in praesidem congregationis et in abbatem senonensem electus est (1728). Benedictus XIII. episcopalem dignitatem ei obtulit, quam tamen modestissime recusavit [3]). Erat enim vir vere religiosus magnaeque

[1]) Cf. Feller II, 299, qui de ejus dissertationibus scribit: „C'est la partie la plus agréable et la plus recherchée du Commentaire. Il compile tout ce qu'on a avancé avant lui sur la matière qu'il traite; mais il est rare qu'il fasse penser. Il y a plus de faits que de réflexions; mais comme la plupart de ces faits intéressent la curiosité des érudits, ce recueil a été très bien reçu." Ziegelbauer II, 60 s. De ejus commentariis cf. prolixos conspectus in J. des Sav. XXXVIII, 436 et tomis seqq., et Mém. de Tr. 1708 t. 2 pag. 755 et passim in t. seqq.

[2]) De eo legimus apud Feller l. c.: „C'est dommage que l'érudition l'emporte souvant sur l'exactitude, sur une critique exacte et sévère, que les difficultés y soient quelquefois proposées ou même aggravées, plutôt que véritablement éclaircies, et qu'on trouves la plupart des défauts ou des inconvénients du Commentaire.

[1]) Cf. Biogr. univ. LX, 311; Feller II, 388; A. E. lips. 1729, 165—7. Ceterum etiam Petrus Chompré, Nanceus, in literis humanioribus bene versatus, qui Parisiis seminarium instituit rexitque pro educandis adolescentibus (n. 1698; † 18. Jul. 1760) composuit: *Dictionnaire abbrégé de la Bible* pour la connaissance des tableaux historiques, Parisiis 1755; 1806 ed. aucta. Cf. Feller II, 562.

[2]) Cf. J. des Sav. LXV, 77—91.

[3]) Cf. hac de modestia Cont. H. E. Fleurii l. 245 § 27.

virtutis, qui etiam suae congregationis bonum plurimum promovit. Plus quam viginti ecclesias rurales aut recens erexit aut reparari curavit; haud procul a senonensi urbe pro pauperibus infirmis nosocomium construxit. Bibliothecam sui monasterii plurimis libris, antiquitatum monumentis, inscriptionibus, nummis auxit et locupletavit, atque adeo disciplinam studiumque literarum provexit, ut ex dissitis etiam abbatiis juvenes religiosi Senonem pro institutione mitterentur. Decessit [1]) optimus senex de literis suoque ordine tam bene meritus anno aetatis 86 die 25 Oct. 1757. Alia ejusdem opera sunt: *Histoire universelle sacrée et profane,* depuis le commencement du monde jusqu'à nos jours (1720), Argentorati et Nancaei 1735—71 t. 17 in 4; in qua Bossueti ideas et principia sequitur, sed fusius historiam sacram et monasticam narrat [2]); ea tamen non tanti aestimatur. *Histoire ecclésiastique et civile de la Lorraine,* qui comprend ce qui s'est passé de plus mémorable dans l'archevêché de Trèves, et dans les evêchés de Metz, Toul et Verdun depuis l'entrée de Jules César dans les Gaules jusqu'à la mort de Charles V. duc de Lorraine en 1690, avec les pièces justificatives à la fin. Le tout enrichi de Cartes géographiques, de Plans des Villes et d'Eglises, de Sceaux, de Monnoyes, de Médailles, de Monumens etc. Nancaei 1728 t. 4 in f.; editio altera aucta et continuata 1745—57 t. 7 absoluta non fuit. Opus ex fontibus est haustum et ab eruditis laudatum, in cujus prolegomenis occurunt dissertationes: 1. de primis episcopis ecclesiae trevirensis cum syllabo chronologico archiepiscoporum trevirensium; 2. de episcopis primis ecclesiae metensis cum syllabo chronologico episcoporum metensium; 3. de primis episcopis ecclesiae tullensis cum syllabo chronologico episcoporum tullensium; 4. de primis episcopis virdunensis ecclesiae cum syllabo episcoporum virdunensium [1]). Hujus op. compendium exhibuit in *Histoire de la Lorraine abrégée,* Nancaei 1734, et in op.: *Notice de la Lorraine,* ib 1756 t. 2 in f. alphabetice disposita; Lunavillae 1835—37 t. 2 in 8; *Bibliothèque Lorraine* ou Histoire des Hommes illustres qui ont fleuri en Lorraine dans les trois Evêchés, dans l'Archevêché de Trèves, dans le Duché de Luxembourg etc., ib. 1751 in f., in qua tamen viri sat obscuri nimiis encomiis extolluntur; in ea p. 209—17 reperitur ejus autobiographia; *Traité sur les apparitions des Anges,* des Démons et des esprits et sur les revenants et vampires [2]), Parisiis 1746; 1751 t. 2 in 12., in quo nimis credulum se exhibet, neque debito judicio critico utitur [3]). Reperiuntur jam inter ejus dissertationes biblicas duae de angelis.

638. Henricus Ludovicus de Vence, doctor sorbonicus, praepositus ecclesiae cathedralis Nancaei et praeceptor filiorum Leopoldi, ducis Lotharingiae († 1749), novam curavit editionem commentariorum P. Carrières (cf. p. 806) Nancaei 1738—43, adjectis t. 6, analysi et dissertationibus in V. T. necnon explicatione Psalmorum t. 2, 1748 t. 14 in 4; majori ex parte recusa in ed. s. Scripturae latine et gallice curante

[1]) Cf. Fangé ejus nepos et in abbatia successor in Vie du . . . A. Calmet, 1762; Biogr. univ. VI, 559; Schloesser KL. II, 1718; Digot Notice biogr. et lit. sur D. A. Calmet Nancy 1860; Vigouroux Dict. II, 72—76; Revue des Sciences 1888 p. 34 ss., ubi alii etiam fontes assignantur.

[2]) Hujus op. epitome videtur esse: *Compendium chronologicum historiae sacrae et profanae* a mundo condito ad nostra usque tempora, gallice Nancaei 1729 in 8., latine ib. 1734. Cf. Mém. de Trév. 1737 a. 52 p. 799—826.

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1723 a. 120 p. 2158—68.

[2]) Cf. ib. 1746 a 86 p. 1691—1710.

[3]) Cf. Journ. des Sav. CXLI, 440—59.

Rondet, Avenione 1767—73 t. 17 in 4; Nemausi 1779, quae editio a Vence nomen habet; Parisiis 1820—24 t. 25 in 8. Novam iterum ed. curavit Drach, quondam rabbinus, adjectis praesertim a t. 7. annotationibus et dissertationibus ex commentariis Calmeti aliisque auctoribus depromptis partim novis, Parisiis 1827—33 t. 27 in 8., ed. superfluis minusque utilibus mercibus nimis onusta. Ceterum Calmetus magni fecit dissertationes nostri auctoris [1]). — Thomas Aquinas Erhard O. S. Ben. in abbatia wessofontana, Stadlenae in Bavaria natus († 8. Jan. 1743), edidit: *Isagoge et commentarius in universa biblia vulgata,* Augustae V. 1735 t. 2 in 1 v. in f., *die Bibel lateinisch und deutsch* mit theologischen und chronologischen Anmerkungen saepius recusa, sexies ib. intra a. 1723—37, cujus appendix est: *Manuale biblicum*, ib. 1724 in 4., cum variis lexicis ad faciliorem ss. literarum usum. Inchoavit quoque *concordantias s. Scripturae utriusque T.* nova methodo, ordine commodius, sensu plenius, usu expeditius adornatas, quod opus triginta annorum socii absolverunt, scil. Maurus Luz, Weremundus Eisvogel († 7. Sept. 1761) et Coelestinus Leutner, ediderintque, propterea Brevi a Benedicto XIV. laudati [2]). Prodiit inscriptum: *Concordantiae bibliorum wessofontanae* seu repertorium biblicum etc., ib. 1751 t. 2 in f. — Germanus Cartier O. S. Ben. in monasterio Ettenheimmünster in Brisgoja, origine pruntrusinus (Porrentruy), frater Galli, de quo infra († 18. Febr. 1749), vulgatae editionem una cum nova eaque excultiore necnon ad sensum Scripturae magis accommoda germanica versione (subinde paraphrastica) adorsus est eamque sodalibus opem ferentibus vulgavit commentariis ss. patrum et aliorum probatorum interpretum, sed brevibus per modum scholiorum illustratam [1]), Constantiae 1751 t. 4 in f. cum figuris 1770 ed. 3. *Dilucidatio psalmodiae ecclesiasticae,* qua loca obscura in psalmis et canticis secundum ordinem breviarii monasterii dispositis occurrentia ad mentem ss. patrum ac probatissimorum s. Scripturae interpretum methodo cum psallentibus tum privatim recitantibus commoda breviter explicantur notisque illustrantur, Friburgi 1734, Ratisbonae 1871 curante Schneider S. J., qui adjecit non paucas notas., ex recentioribus psalmorum comentariis. — Ludovicus Eschborn S. J. s. Scripturae interpres in academia fuldensi (1748—53), scripsit *explicationem s. Scripturae* secundum sensum literalem, allegoricum, anagogicum, moralem ex praestantissimorum Ecclesiae patrum ac doctorum flore collectam, novis iisque succinctis digressionibus auctam aspersis ultra citroque controversiis breviterque discussis, Fuldae 1750—52 t. 10 in 8. — Simile opus tribuitur Ant. de Kalkstein scil. *Elucubrationes literales,* allegoricae, morales et anagogicae in totam s. scripturam V. et. N. T., Breslau 1727—54 t. 10 in 4. Fuit Antonius guardianus in conventu O. Min. vratislaviensi et obiit 19 Oct. 1748 a. aetatis 64.

639. In Italia tres reperimus, qui lectiones, ut ajunt, in s. Scripturam

---

[1]) Cf. Feller VIII, 323: Biogr. univ. XLVIII, 102.

[2]) Cf. Contin. H. E. Fleurii l. 235 § 29; Ziegelbauer IV, 66 et passim eodem tomo; Adelung II, 913; Kaulen KL. II, 639—40; Lauchert allg. d. Biogr. XLVIII, 393, qui alia ejusdem op. recenset, ut *Ars memoriae* sive clara et perspicua methodus excerpendi nucleum rerum etc., Augustae V. 1715; in breviorem formam redacta ib. 1716.

[1]) Josephus Maria comes de Thun et Hohenstein episcopus passaviensis († 15. Jun. 1763) typis mandavit novam versionem germanicam N. T. cum annotationibus Passaviae 1762 pp. 2.

ediderunt: Horatius degli Azzi O. Min. Ref., H. de Parma dictus, s. theologiae lector emeritus (n. 27. Apr. 1673; † 11. Nov. 1757), cujus sunt: *Esposizioni letterali e morali sopra la s. Scrittura,* Venetiis 1736—46 t. 13 in 4; *Pozzo profondo scoperto* alla cattolica greggia nella sacra Genesi [1]), ib. 1707 in 4., recusum sub inscriptione: *Riflessioni sopra la Genesi,* ib. 1710 t. 2 in 4; *Esposizioni Lettera-Storiali,* Morali et Profetali nei Davidici Salmi ed esposizioni letterali sopra il Cantico di Salomone e sopra tutti li Cantici, ib. 1740 t. 3 in 12. — Alter est Caesar Calino S. J. Brixianus n. 4. Febr. 1670 († 19. Aug. 1749 anno aetatis 79, religionis 65), cujus *opera omnia* [2]) prodierunt t. 9 in 4; Venetiis 1759. T. 1. continentur: *Trattenimento Istorico e Cronologico sulla serie dell' Antico Testamento,* in cui si spiegano i passi più difficili della Divina Scrittura appartenenti alla Storia e Cronologia, in quo perpetuo Josephum Flavium insectatur, et tamquam veritatis corruptorem ac fabularum et mendaciorum inventorem passim reprehendit. Prodierat jam Venetiis 1724 t. 2 in 4; 1725; 1731; contra quod scripsit Franciscus Maria Biacca (de quo cf. supra p. 1120), cui respondit Calino epistola. T. 2. *Lezioni sacre e morali* sopra li primi cinque capi del Libro 1. de' Re e le Lezioni sopra il Giuoco. T. 3. *Lezioni Scritturali e morali* sopra gli altri cinque capi del L. 1. de' Re (prodierant jam Bononiae 1711—15 t. 6 in 12). T. 4 *Trattenimento Istorico, Teologico e Scritturale sopra i santi Vangeli,* in cui si espone la Divinità e Incarnazione e Vita e Morte e Risurrezione di N. S. G. C. (Venetiis 1727 in 4) ed il Trattenimento sopra gli Atti degli Apostoli (ib. 1731; 1743 in 4.). Reliqui tomi complectuntur considerationes, sermones morales, conciones etc. — Tertius est Quiricus Rossi S. J. (n. 21. Oct. 1696; † 14. Mart. 1760), unus ex celebrioribus Italiae concionatoribus, cujus exstant *Lezioni sacre,* Venetiis 1828 t. 4: t. 1. sulla vita di Giuseppe e sullo stato del popolo Ebreo in Egitto dalla di lui morte sino alla nascita di Mosè: 2. et 3. sulla vita di Mosè; 4. sul l. d'Ester aggiuntevi 10 lez. sul l. di Giosuè.

640. Joannes Gremner S. J. Silesius, theologiae professor per 16 annos in academia pragensi (n. 28. Oct. 1695; † 16. Juni 1757), praeter philosophiam peripateticam scripsit *dissertationem theologicam dogmatico-critico-historicam* in c. 20—27. Gen. de patriarchis, Pragae 1746 in 8. — Jacobus Vincentius Bidal d'Asfeld n. 23. Jan. 1664, doctor sorbonicus, sed factioni jansenianae [1]) addictus et ardens appellans, hinc a Sorbona exclusus († 21 Maj. 1745) commentariis Dugueti (p. 1128) plures adjecit tomulos, scil. tres *in ll. Regum et Paralipomenon,* et tres *in Isaiam* [2]). Alia edidisse legitur ut in Genesim, in opificium sex dierum [3]). — Ludovicus Bourbon aurelianensis dux, Philippi II. ducis filius, qui post conjugis obitum mundana nauseare coepit,

---

[1]) De quo opere scribit Pezzana, *Memoria degli Scrittori e Letterati Parmegiani* t. 7 p. 59: „Questo libro è tutto pieno de' difetti di stile che il tristo secolo in cui nacque l'Autore gli avevano infuso."

[2]) Cf. Zaccaria *Storia Letteraria d' Italia* I, 334; Backer I, 1008. Alius a nostro est Ferdinandus Calini S. J., de quo alias.

[1]) Acerrimus jansenianus fuit Franciscus Joubert Monspesulanus (n. 1683; † 23. Dec. 1663), qui commentaria reliquit in *prophetas Jeremiam, Ezechielem et Danielem, in 12 prophetas minores, in apocalypsim* spiritu sectae referta et in quibus millenariorum somnia tuetur. Cf. Feller V, 23.

[2]) Isaiam gallice vertit Jac. Deschamps Sorbonae doctor et parochus (n. 6. Mart. 1577; † 3. Oct. 1759), quae versio prodiit posthuma Parisiis 1759 in 12.

[3]) Cf. Vigouroux Dict. I, 1090.

totumque se divinarum rerum contemplationi et pietatis exercitiis devovit († 4. Febr. 1752), reliquit *paraphrases ac commentarios literales* in magnam V. T. partem, literales versiones in Psalmos ex hebraico cum paraphrasi et notis, plures dissertationes contra Judaeos, versionem epistolarum s. Pauli et confutationem operis janseniani, cui titulus: *Hexapla contra constitutionem Unigenitus* [1]), quae tamen non videntur fuisse edita. — Anna Josephus Neuville S. J. (n. 7. Maji 1672; † 1750) reliquit *le livre de Tobie* avec des réflexions morales sur tour les versets et des notes critiques sur les endroits les plus difficiles, Parisiis 1723 in 12; *le livre de Judith* avec des réflexions etc., 1728 in 12. — *Prophetas minores* commentariis illustravit Andreas Patrono S. J. Barensis [2]) theologiae moralis professor (n. 19. Febr. 1657; † 11. Jul. 1752 a. religionis 80), Neapoli 1743 t. 2 in f. Ejus quoque est *jejunii ecclesiastici defensio,* ib. 1720 in 12. — *Psalmos* illustrarunt Fridericus, Mauritius Foinard [3]), Normanus, parochus Caleti († 29. Mart. 1743), in 1. *La Clef des Psaumes* ou l'occasion précise à laquelle ils sont composés, Parisiis 1741 in 12. et *Les Psaumes dans l'ordre historique,* 1742 in 12. — Franciscus Bellenger Lexoviensis, doctor sorbonicus (n. 1688; † 12. Apr. 1749) in historia profana versatus, cujus est *liber psalmorum* vulgatae editionis cum notis, in quibus titulus, occasio, argumentum cujusque psalmi, sensus literalis, mysticus etc. explicatur, l. utilis qui aestimatur, Parisiis 1727 in 4; 1749 in 12., in qua ed. [1]) omissae fuere praefatio, prolegomena utilia admodum et observationes subjunctae priori ed.; Paris 1832. — Nonnosus Moser O. S. Ben., abbas attilensis, Bavarus (n. 13. Febr. 1694; † 22. Nov. 1756), cujus est *psalterium Davidis* in 3 pp. distributum, explanatione literali et mystica affectuose ac in modum meditationum dilucidatum; accedunt cantica canticorum Salomonis, Straubingae 1741 in 4; Ratisbonae 1742 — et Antonius Pluche, Rotomagensis n. 1688, quem episcopus laudunensis suo seminario praefecit; munere tamen motus fuit, quod addictus esset sectae jansenianae. Erat in literis humanioribus excultus et in disciplinis physicis peritus († 1761). Scripsit [2]): *Harmonies des Psaumes et de l'Evangile* ou Traduction des Psaumes et des Cantiques de l'Eglise avec des notes relatives à la Vulgate, aux Septante et au texte hébreu, Parisiis 1765 in 12. — Diss. *de poenitentia* Salomonis proposuit Aegidius Martin O. Praem. in abbatia Bonae Spei, protonotarius apostolicus prior-curatus († 1742), Montibus 1727. — Joseph Maria Paganucci S. J. Urbinas vir laboribus apostolicis deditus (n. 16. Aug. 1667; † 5. Sept. 1742), descripsit *il tempio di Salomone*

[1]) Cf. Contin. hist. Fleurii l. 240 § 65.
[2]) Cf. Zaccaria Storia Lett. VI, 725 ss.
[3]) Cf. Biogr. univ. XV, 129. Ejus quoque est: *La Génèse* en latin et en françois avec une explication du sens littéral et du sens spirituel, Parisiis 1732 t. 2 in 12., quo tamen libro propter singulares et audaces opiniones aliorum reprehensionem incurrit et censuram, adeo ut liber fuerit suppressus et ipse fuga elabi debuerit.

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1747 a. 118 p. 2268—80; de auctore Adelung I, 1624.
[2]) Cf. de ejus operibus Feller VII, 39, Biogr. univ. XXXV, 89; Rotermund VI, 424; Quérard VII, 217. Inter haec referre huc licet: *Histoire du Ciel,* considerée selon les Idées des Poëtes, des Philosophes et de Moïse, ou l'on fait voir 1. l'origine du Ciel Poëtique; 2. la méprise des Philosophes sur la fabrique du Ciel et de la Terre: 3. la conformité de l'expérience avec la seule Physique de Moïse, Parisiis 1739 t. 2 in 12., opus eruditum, in quo exhibet historiam sagacem fere universae mythologiae, falsitatem vel incertitudinem systematum a philosophis excogitatorum de origine mundi demonstrat et sublimem simplicitatem physicae mosaicae ostendit. Cf. Journ. des Sav. CXIX, 217—243; CXX, 3—26.

materiale e mistico ovvero varie notizie di tutto ciò, ch'appartiene al tempio in senso letterale, applicate in senso morale al tempio mistico etc., Romae 1737—38 in 4. pp. 2.

641. Godefridus Kroell O. S. Ben., abbas ad s. Petrum Salisburgi († 26. Maj. 1753), coepit *Monotesseron evangelicum* [1]) sive historia evangelica ex quatuor evangelistis in unum volumen collecta, mysteria evangelica literaliter et mystice explanans, tr. 1. et 2. usque ad nativitatem Domini, 1725 in 4; tr. 3. usque ad baptismum, 1728 in 4., totum opus posthumum (ex schedis ejus continuatum) 1759 t. 2 in f. — Ant. Steyerer S. J. Brunopolitanus, Tirolensis (n. 31. Aug. 1671; † 26. Apr. 1741) concinnavit [2]) *Leben und Lehre J. Christi* secundum quatuor evangelia, Erfurt 1742; Dresden 1743; Regensburg 1745; 1762 etc. — Joannes Baptista a Gentilino (ita a pago patrio dictus) O. S. Franc., s. theologiae lector († 13. Jun. 1755), exhibuit *itinera omnia ss. Salvatoris* ex s. Evangelio desumpta, in quatuor tabulis expressa cum descriptione quarundam civitatum ac locorum Palaestinae apud s. Scripturam memorabilium, 1737. — Jacobus Pires S. J. Antwerpiensis, theologiae professor (n. 22. Jan. 1680; † 3. Jan. 1750), edidit: *Commentarius in s. J. C. Evangelium secundum Matthaeum* etiam collatum cum Ev. Marci, Lucae et Joannis in iis, quae habent communia; necnon *in s. J. C. Ev. secundum Marcum, Lucam et Joannem* seligendo potissimum ea, quae hi habent propria: praesertim desumptus ex mirabilibus s. Augustini libris de consensu evangelistarum, Maldonato, a Lapide, Tirino, literae inhaerendo cum quibusdam e re nata animadversionibus in haereticos, exhibendo concordiam, intermiscendo quosdam sensus mysticos in litera latentes, varias lectiones, seriem historiae, Lovanii 1747 in 8; Mechliniae 1823 in 8. — Singula quatuor Evangelia concionibus Viennae 1752—54 t. 4 in f. exposuit Franc. Peikhart S. J. Viennensis (n. 14. Jan. 1684; † 29. Maj. 1752) qui a. 25 suggestum sacrum ecclesiae metropolitanae viennensis illustravit. Reliquit quam plurimos sermones [1]). — Laurentius Thekal S. J. Bohemus († 3. Oct. 1748) composuit Breviarium scripturisticum *in dominicalia totius anni Evangelia*, Wratislaviae 1734—36 pp. 4. — Antonius Remy S. J. Graecensis, theologiae professor († 28. Nov. 1748), auctor est op.: *Paulus elucidatus* sive commentarius paraphrasticus in omnes ep. d. Pauli [2]), Augustae Vind. 1739 in 4; 1740; paraphrasis seu dilucida expositio *in ep. canonicas* ss. Petri, Joannis, Jacobi et Judae ap., Constantiae 1740 in 4; *propylaeum jurisprudentiae ecclesiasticae* sive tr. praeliminaris de principiis universalibus et praecognitis juris canonici, Pedeponti 1731 in 8; *scala ecclesiastica* sive tr. II. jurisprudentiae ecclesiasticae de modis acquirendi et amittendi dignitates ecclesiasticas, ib. 1732 in 8. —

[1]) Franciscus Haselbauer S. J. Bohemus, in linguis orientalibus bene versatus, hebraicae in academia pragensi professor et 45 annis ll. hebraicorum censor (n. 7. Sept. 1677; † 23. Sept. 1756) praeter opera in utilitatem Judaeorum, *Lexicon hebraico-chaldaicum* Pragae 1743 in f. reliquit *Die vier Evangelien des N. T.* vor Zeiten hebräisch u. lateinisch von Joh. B. Jona zu Rom a. 1668 herausgegeben, aufs neue in beyden u. zugegebener deuschen Sprache auch mit hebräischen Buchstaben, ib. 1746 in f.

[2]) Insignis historicus erat Steyerer, qui ingentem Documentorum copiam pro concinnanda historia Austriae collegerat, a qua tamen perficienda morte fuit praepeditus. Specimen planè egregium dedit in *commentariis pro historia Alberti III* ducis Austriae, Lipsiae 1725. Cf. Duhr Ztsch. f. k. Theol. XIII (1889), 77 s.

[1]) Cf. Sommervogel VI, 424—37,

[2]) Cf. supplem. ad N. A. E. IV, 148—52.

Epistolam b. Pauli ap. ad Romanos (philosophice potius quam theologice) explicatam in lucem dedit Parisiis 1737 in 12. Franciscus Oudin S. J. Campanus, theologiae professor insignis (n. 1673; † 28. Apr. 1752), vir in literis humanioribus admodum exercitus in ss. patribus versatus vastaeque eruditionis, cujus exstant quam plurima scripta [1]), quae tamen fere omnia ad literas humaniores spectant; plura manserunt inedita et inchoata tantum, ut bibliographia societatis Jesu: absolverat articulos 1928, qui complectuntur tantum quatuor priores alphabeti literas. — Alphonsus (Ildefonsus) Frey O. S. Ben. in abbatia ochsenhusana (n. 3. Dec. 1700; † 19. Aug. 1763) in illustranda apocalypsi versatus est. Prodiit ex ejus mscr. posthuma: *Erklärung der Offenbarung des h. Johannes* oder Fragmente und Ahnungen einer Universal-Historie der kath. Kirche, 1822 t. 2 in 8; Kirchdorfii 1831—32.

642. Varia s. Scripturae loca, difficiliora praesertim, commentariis illustravit Stephanus Souciet S. J. Bituricensis n. 12. Oct. 1671. In literis humanioribus excelluit, quas etiam cum plausu et fructu est professus; insignes enim viri ex ejus schola prodierunt. Non minus versatus erat in omni disciplinarum sacrarum et profanarum genere. Socius adjunctus est operi, quod nonnulli Pearsonii *criticis sacris* opponere cogitabant, sed ad fidem non fuit perductum. Studiorum tamen fructum exhibuit in *Recueil de Dissertations critiques* sur les endroits difficiles de l'Ecriture Sainte et sur des matières qui ont rapport à l'Ecriture [2]), t. 1. Parisiis 1715 in 4., quas eruditi laudant. Multis annis praecipuam operam collocavit in edendis *memoriis trivultiensibus*, quas plurimis dissertationibus criticis, archaeologicis etc. locupletavit et ornavit. Praecipuus fere auctor est celebris dictionarii trivultiensis quod prodiit inscriptum: *Dictionnaire universel françois et latin*, Trivultii et Parisiis 1721 t. 5 in f.; 1743 t. 6; auctum ex P. Souciet mss. cura Berthelin 1752 t. 6 in f. cum supplemento t. 2; Nancaei 1740 t. 6 in f.; Parisiis 1771 t. 8 in f. Multas egregias symbolas contulit ad *acta SS.*, quae socii Antwerpiae in lucem edebant. Cum viris praecipuis in omni scientia cujusvis regionis epistolarum commercium habuit. In conversatione cum iisdem erat admodum comis et modestus; alios in studiis literariis promovendi verbo et opere paratus, temporis parcissimus libenter latitabat in bibliotheca. Vir etiam erat vere religiosus, solidae virtutis, insignis pietatis († 14. Jan. 1744). Edidit praeterea [1]): *Recueil de Dissertations* contenant un Abrégé de chronologie; cinq dissertations contre la chronologie de M. Newton [2]), ib. 1726 t. 2 in 4; *Dissertations* contenant: 1. l'Histoire chronologique de Pythodoris, reine du Pont, de Polémon I. son mari et de Polémon II. son fils, ou Diss. sur les médailles de Pythodoris etc.; 2. l'Histoire chrono-

[1]) Cf. Sommervogel VI, 17—30 sub n. 56; Feller VI, 356; Biogr. univ. XXXII, 259.

[2]) Cf. A. E. lips. 1716 p. 337—40.

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1744 a. 31 pag. 747—56, ubi etiam ejus reperitur elogium; Backer III, 871 ss.; Feller VIII, 69; Biogr. univ. XLIII, 171.

[2]) De quibus legimus Mém. de Trév. l. c.: „Celui (ouvrage) cui lui a fait le plus d'honneur, est la Critique de la Chronologie de Newton. Il y combat le système du savant Anglois par des détails curieux et par de combinaisons rapprochées avec art. Les difficultés qui'il lui propose sur l'Epoque de Chiron, et sur celle de Rome ont suspendu le jugement des Savans. On lui a répondu, mais le Traducteur même de Newton, étonné de la vaste érudition du Jésuite, parait surpris que l'Apologiste de l'Anglois, ait osé se mésurer avec un homme si savant.“ Cf. ib. 1727 a. 74 p. 1480—1511; Journ. des Sav. LXXXII, 341—65, et de seq. op. CX, 63—72 et 147—56.

logique des rois du Bospore Cimmérien ou Diss. sur une médaille etc., ib. 1736 in 4; Critique de la Bibliothèque des auteurs ecclésiastiques et des prolegomènes de la Bible publiés par M. du Pin, avec des éclaircissemens et des supplémens aux endroits où on les a jugé nécessaires par feu M. R. Simon (p. 784), 1730 t. 4 in 8. Adjecit editor annotationes, quae utiles sunt et sagaces. Curavit sextam ed. op. Steph. Dechamps *de haeresi janseniana* ll. 3 ex auctoris autographo aucti et emendati, 1728 in f. (p. 775), cum auctoris vita accurata.

643. Jacobus Martin O. S. Ben. e congr. s. Mauri, Fanjaci in Occitania 11. Apr. 1684 natus, vir magnae quidem eruditionis, sed ferventioris animi ardentissimaeque imaginationis, cui defuit consilium atque conveniens institutio, hinc etiam ejus scripta produnt ingenium praesumptuosum, acerbum, singulare († 5. Sept. 1751). Potiora ejusdem opera sunt [1]): *Explications de plusieurs textes de l'Ecriture*, qui jusqu'à présent n'ont été bien entendus, ni bien expliqués par les Commentateurs avec des règles certaines pour l'intelligence du sens littéral de l'A. et du N. T., Parisiis 1730 t. 2 in 4., quo in opere [2]) contendit, auctores profanos, poetas in primis, plurimum commodi afferre ad interpretandas s. Scripturas. Deturpavit illud incisionibus indecentibus et salibus mordacibus adeo, ut publica auctoritate fuerit suppressum. *La Religion des Gaulois* tirée de plus pures sources de l'Antiquité [3]), 1727 t. 2 in 4; *Eclaircissemens historiques sur les origines Celtiques et Gauloises*, avec les quatre premiers siècles des Annales des Gaules, 1744 in 12., qui liber viam sternit majori inscripto: *Histoire des Gaules et des conquêtes des Gaulois* depuis leur origine jusqu'à la fondation de la Monarchie françoise, 1752. 1754 t. 2 in 4., edita et continuata ab ejus nepote et sodali Joan. Francisco de Brezillac, sed tantum usque ad a. 228 ante Christum. *S. Augustini hip. ep. epistolae duae* recens in Germania (a Besselio) repertae, notis criticis, historicis chronologicisque illustratae, ac juxta novissimam edit. omnium ejusdem s. doctoris operum a benedictinis a congr. s. Mauri concinnatam tersae atque adornatae, 1734 in f. *Explication de divers monumens singuliers* qui ont rapport à la Religion des plus anciens peuples, avec l'examen de la dernière édition des ouvrages de s. Jerôme et un traité sur l'Astrologie judiciaire[1]). Ouvrage enrichi de figures en taille douce, 1739 in 4.

644. Didacus Quadros S. J. Matritanus (n. 12. Nov. 1677; † 1. Apr. 1746), theologiae scholasticae, s. Scripturae et linguae hebraicae famigeratus professor (ut a Genér vocatur), composuit *palaestram biblicam* sive enchiridion neotericorum pro sacris codicibus rite tractandis et difficultatibus s. Scripturae scholastice discutiendis, Matriti 1723—31 t. 4 in f. Singulis tomis continetur apparatus isagogicus; in uno exponit hermeneuticae regulas, eaque quae spectant chronologiam, geographiam sacram, mensuras; catalogum exhibet interpretum s. Scripturae, adagia indicat per s. Scripturam sparsa, singulorum librorum synopsim proponit, locos varios fusius expendit aliasque quaestiones exegeticas discutit; *Enchiridion* seu manuale hebrai-

[1]) Tassin 2, 447; Feller V, 591; Biogr. univ. XXVII, 308. De ejus ep. ad Card. Quirinum (1742), qui statuerat, Platonem agnovisse ss. Trinitatis mysterium, deque controversia inde orta cf. J. des Sav. CXXXI, 487—95.

[2]) Cf. Mém. de Tr. 1730 a. 98 p. 1844—1877; 1731 a. 3 p. 54—83.

[3]) Cf. A. E. lips. 1728 p. 242—45.

[1]) J. des Sav. CXX, 435—67; CXXI, 169—189.

cum ad usum regii seminarii matritensis in 2 pp. distributum, quarum altera grammaticam cum aliquot dissertationibus continet, altera utrumque lexicum hebraeum et latinum, Romae 1733 in 4. Etiam in theologia scholastica erat admodum versatus, ut testantur opera sequentia: *Palaestra scholastica* sive ars subsidiaria pro incipientibus ad rite et recte propugnandum et impugnandum in publicis disputationibus, Matriti 1722 in 4; *Caduceus theologicus* et crisis pacifica de examine thomistico in 3 pp. divisa: quarum prima plene et plane respondet per totidem puncta ad *examen thomisticum et scrutinium theologicum* per varia theologiae puncta distributum, extraneis innixum testimoniis ad ostensionem veritatis, in lucem editum opera et studio D. Martini de Hoz presb. s. l. et a. in f. quoad omnes ejus art. suscitatos. Secunda discutit graves admodum auctores thomistas, nempe R. Massoulié, Gravesonium, Benitez, Montalvan et alios, funditus pacificeque pertractans puncta scholastica per eos attacta. Tertia jungit et cingit quidquid ex ss. Augustino et Thoma concernit ad ea, quae tractari possunt de gratia, recentemque l. de gratia R. Benitez (cf. pag. 1019) diligenter expendit, necnon parti cuilibet parergon adjicit, in quo tum instrumenta, tum arma, tum spolia, tum fidei et pacis pignora reponuntur, sub ficto nomine Martini Ortizii, Matriti 1733 in f.; prohib. 28. Jul. 1738; pars quarta et t. 2., in quo appenditur et observatur 2. ed. R. P. Cajetani Benitez, in cujus introductione Caduceum multis accusat et in quinque ejus t. eum etiam in quibusdam locis impugnare conatur. Triplex parergon adjicitur: 1. de scriptore quodam; 2. de erroribus pelagianis; 3. de circulo gloriae, ib. 1741, qui t. est accuratus, elegans, religiosi viri gravitatem, modestiam, urbanitatem omni in pagina spirans. In 1. p. de antiquitate praedeterminationis physicae disserit, cujus ne nomen quidem antiquum esse vult, minus vero rem per illud significatam menti s. Thomae plurimorumque ejus discipulorum conformem; numerum eorum, qui gratiam ex se efficacem tueri jactantur, plurimum minuit. In 2. p. discutiuntur nova rationis et auctoritatis argumenta pro physica praedeterminatione a recentioribus excogitata. In 3. p. Augustini potissimum patrocinium pro doctrina societatis Jesu diligentissime ab auctore quaeritur, meus doctoris accuratissime investigatur, atque complura ejus loca ad invicem conferuntur pariterque colliguntur eae omnes de gratia sententiae, quae in s. Augustini operibus sparsae sunt, quibus subnectitur synopsis germana et brevis totius doctrinae de gratia, quam d. Thomas affert in 1. 2., traditurque vera notio gratiae excitantis cum adjuncta tractatione de actibus indeliberatis intellectus et voluntatis [1]). *De incarnatione Verbi divini* t. 1. Matriti 1734 in f.

645. Petrus Curti S. J. Venetiis natus 9. Jul. 1701 († 4. Apr. 1762), elaboravit plures utiles dissertationes, quibus sagacissimum subtilissimumque ingenium prodit, scil.: *Elias propheta* diss. ad Mal. 4, 5 contra Calvinianos, Romae 1744 in 4; *plures et unus* diss. ad Gen. 1, 26 pro ss. Trinitatis mysterio contra Judaeos et haereticos omnes antitrinitarios, Romae 1747, etiam in *thesauro* Zaccariae t. III; *sacrificium incruentum* diss. ad Gen. 14, 18 contra Calvinianos, ib. 1748 et in *thesauro* cit. t. XI; *imago et similitudo* diss. ad Gen. 1, 26 contra anthropomorphitas, ib. 1749 in 4; *Christus sacerdos* diss. ad Ps. 109, 4 contra Judaeos et Calvinianos [2]), 1751 et in *thes.* t. IX; *sol stans* diss. ad Jos.

---

[1]) Cf. Mich. a s. Jos. III, 394.

[2]) Cf. Zaccaria Storia Lett. V, 322—328; Biogr. univ. X, 378.

10, 12—14, ib. 1753; *sol retrogradus* diss. ad Is. 38, 18, ib. 1756. — Josephus Antonius Constantini, advocatus venetus, scripsit *La verità del Diluvio universale* vindicata dai dubbi, Venetiis 1747 in 4. — De diluvio quoque disseruit Carolus Mosca scripta *Lettera al. Sig. Marchese Giovanni Paolucci* Castellano di Pesaro sua patria sopra una dissertazione spettante al Diluvio[1]), Pisauri 1755 in 8. — P. Parigi O. Carm. veritatem historicam eorum, quae de Jobo referuntur, tuetur in Lettera o sia piutosto *dissertazione epistolare* indirizzata a diversi padroni suoi ed amici etc., Coloniae (sed prodiit alibi) 1755. — Jodocus Josephus Plumyoen, n. Ipris 2. Febr. 1692 ecclesiae cathedralis iprensis canonicus, dein decanus et poenitentiarius (10. Jan. 1757), in suis *dissertationibus selectis* in Scripturam s., Ypris 1735 in 8., erudite et docte disputat[2]) de 70 hebdomadis Danielis, de quatuor monarchiis, de tempore Judith et Esther, de termino captivitatis babylonicae, de anno nativitatis et passionis Jesu Christi, de ultimo Christi paschate. *Histoire des anciens Empires d'Asie* jusq' à la mort de Cyrus, précédé de l'histoire du monde depuis la création jusq'à la dispersion des peuples servant d'introduction, ib. 1745. Conjecturis tamen indulget minusque est criticus. Plura reliquit inedita. — Joannes Seidel S. J. Silesius theologiae professor, rector magnificus universitatum pragensis, olomucensis et wratislaviensis (n. 12. Mart. 1671; † 15. Sept. 1742), solvit *quaestiones scripturisticas,* Pragae 1714 in f., et *illustriores ss. Trinitatis umbras* ex sacris paginis (cum universa theologia scholastica) exhibuit, ib. 1714 in f.; *Liber generationis J. Christi* filii David, filii Abraham ejusque illustrior familia, Pragae 1715. Princeps theologorum .... *s. Joannes Evang.,* Pragae 1717. — Antonius Casini S. J. Florentinus, s. Scripturae in collegio romano (1737) interpres (n. 5. Aug. 1687; † 4. Jan. 1755), plura reliquit ad s. Scripturam spectantia: *Encyclopaedia s. Scripturae* sive selectae in omni scientiae et doctrinae genere quaestiones ex ss. potissimum literis enodatae, Venetiis 1747 t. 2 in 4., opus non completum, neque satis bene digestum; *Clavis prophetarum* seu de vera prophetas intelligendi ratione disputatio, Romae 1749 in 4; *Prophetiae literales de Christo et Ecclesia* adversus H. Grotium et alios recentes criticos propugnatae, ib. 1754 in 4; *de ss. libris vulgatae editionis* Sixti V. et Clementis VIII. P. M. auctoritate recognitis theses selectae, ib. 1753 in 4; *de divina poësi* sive de psalmis, canticis deque omni re poëtica s. Scripturae, ib. 1751 in 4; pluresque alias theses de s. Scriptura[1]), et *theses hebraicae,* quibus veterum philosophorum doctrina scholae Zeteticae, ex qua primum deducta est, restituitur, Romae 1725 in 4. Excellens plane est ejus controversia *de statu purae naturae,* Romae 1724 in 4; recepta in editionem dogmatum Petavii t. III., quam curavit Zaccaria et in hujus *thes. theol. t. V.,* egregiis annotationibus aucta et illustrata a Scheeben, Moguntiae 1862 in 12.

646. Antilogias sive *contradictiones apparentes* s. Scripturae conciliare ni-

[1]) De qua cf. Zaccaria l. c. XIII, 368.

[2]) Cf. Mém. de Tr. 1741 a. 65 p. 1349—1390; a. 79 p. 1653—79 exhibetur synoptice explicatio vaticinii Jacobei Gen. 49, 10; suppl. ad N. A. E. lips. VI, 266—74, ubi inter alia dicitur: „Veritati vim inferremus, nisi ingenue fateremur, multum judicii, plurimum ingenii summamque industriae laudem in hisce dissertationibus selectis utramque complere paginam. Gratulamur merito aetati nostrae, qua christianorum doctores e fontibus genuinus expositiones ss. literarum norunt derivare.“ Cf. V. Chauvin Biogr. nat. de Belg. XVII, 834—30.

[1]) Cf. Zaccaria, Storia Lett. XIV, 222; II, 3; V, 314—22; VIII, 233—36; X, 409.

titur Jos. Wentzl S. J. Hallensis (n. 26. Febr. 1676; † 14. Jun. 1655. — Eas a ss. patribus et diversis interpretibus expositas in breviorem et faciliorem methodum collegit Arsenius a s. Roberto O. Carm., Lovanii 1751 in 12. (ed. 2); 1773. — Plenius hoc praestitit Franciscus Xav. Widenhofer S. J. Fuldensis n. 13. Apr. 1708, in academia wirceburgensi philosophiae et s. Scripturae professor, vir cujus cor dilectione in studiosam juventutem, in egenos aegrosque ardebat, dilectus ab omnibus († 11. Febr. 1759), in op.: *S. Scripturae dogmatice et polemice explicatae p. 1* sive T. V., in quo et apparentes antilogiae explicantur et praecipui religionis orthodoxae articuli nova methodo ex incorrupto Dei Verbo didactice demonstrantur, et heterodoxorum, maxime recentiorum, graves contra s. Scripturam errores ac corruptae ss. bibliorum versiones ex receptis principiis hermeneuticis atque ex textu originali solide refutantur, Wirceburgi 1749 t. 2 in 8; 1755. »Opus ab omnibus tunc temporis theologis summo cum applausu receptum, diversis in academiis publice praelectum est . . . N. T. auctoris morte ineditum remansit. Maximum Widenhoferi meritum interpretis in eo consistebat, ut semper ad textum originarium recurreret, et heterodoxos, qui jam omnes in uno sacro codice ac praecipue in originario textu firmissimum sibi crederent perfugium . . . quo se velut in antrum inaccessum recipere solerent, eos in ipso eorum invicto inaccessoque munimento aggrederetur. De cetero Widenhoferus pater theologiae exegeticae et philologiae sacrae in academia wirceburgensi dici et haberi potest [1]).« Praeter alia edidit quoque: *Rudimenta hebraica* paucis ad linguam sacram addiscendam praeceptionibus comprehensa, plurimis et utilissimis ad tuendam fidem orthodoxam et heterodoxorum corruptelas e textu originali confutandas illustrata, brevi lexico ad inveniendas nominum verborumque anomalias aucta, Wirceburgi 1747 in 8; 1770; *Victor serpentis stygii Gen. 3, 15 promissus,* sivi Messias verus homo et verus Deus e diabolica servitute sua nos morte liberans, ib. 1749 in 4; *ss. missae sacrificium* a Mal. 1, 11 praedictum, a cl. D. Christoph. Mathia Pfaffio . . . edita diss. oppugnatum, modo vindicatum, ib. 1750; commentatio lectu dignissima, inquit Ruland l. c., »interpretationis doctae veraeque exemplar, quae etiam in vernaculam versa ipsius auctoris annotationibus locupletata (ib. 1751 in 8.) prodiit.« *Sacrificium incruentum J. Christi sacerdotis* in aeternum secundum ordinem Melchisedech, 1751 in 4., ex msc. autographo v. servi Dei R. Bellarmini e S. J.; *de editione latina vulgata,* quo sensu a conc. tridentino definitum sit, ut éa pro authentica habeatur, nunc primum impressum, ib. 1749 in 4. — Eleazar Horn O. Min. in Franconia natus, guardianus in conventu hierosolymitano ad s. Sepulchrum († 1744) concinnavit *Ichonographiam locorum* et monumentorum veterum terrae sanctae propter delineationes pretiosam, a Golubowich demum Romae 1902 editam.

---

[1]) Ita Ruland. Cf. Sommervogel VIII, 1181—6; Mém. de Tr. 1750 a. 111 pag. 2056—64.

IV. Patrologia.

647. Primus, qui hic referri meret [1]), est Remigius Ceillier O. S. Ben. e congr. ss. Vitonis et Hidulphi baroducensis, vir eruditus (n. 14. Maj. 1688; † 17. Nov. 1761), cui debemus [2]): *Histoire générale des auteurs sacrés et ecclésiastiques,* qui contient leur vie, le catalogue, la critique, le jugement, la chronologie, l'analyse et le dénombrement des différentes éditions de leurs ouvrages; ce qu'ils renferment de plus intéressant sur le dogme, sur la morale et sur la discipline de l'église, Parisiis 1729—63 t. 4., quibus adjecta fuit: *Table générale des matières* par Rondet et Drouet, 1782 t. 2 in 4. (fr. 150); 1858—69 t. 16 (17) in 8; opus si materiam spectes magis copiosum exactum et completum, magisque etiam diffusum illo, quod Dupinio debemus (pag. 840 ss.), sed ratione formae, dispositionis, concisae perspicuitatis eo inferius [3]). Prosequitur autem scriptores ecclesiasticos et concilia usque ad medium sec. XIII. Prior pars, quae complectitur patres, magis solida est, utitur enim diligenter studiis Tillemontii et doctis Maurinorum praefationibus ad opera ss. patrum, quae ediderant; minoris pretii est pars, quae spectat scriptores posteriorum seculorum, cum ei deessent fontes tam accurati. Pro opere tam utili meruit auctor duplici Brevi a Benedicto XIV. collaudari. *Apologie de la morale des Pères de l'Eglise* contre les injustes accusations de J. Barbeyrac (in praef. ad versionem gallicam op. Puffendorfii de jure naturae et gentium), Parisiis 1718 in 4., opus eruditum et doctum, sed minus bene elaboratum [1]): cui opposuit Barbeyrac: *Traité de la morale des Pères de l'Eglise;* où en défendant un article de la préface sur Puffendorf contre l'apologie de la morale des Pères du P. Ceillier on fait diverses réflexions sur plusieurs matières importantes, Amstelodami 1728 in 4., in quo despectissime de patribus disserit. — Huic addimus Franciscum Armandum Gervaise, prius O. Carm., dein Trappista et abbas (1696—98) n. circa a. 1660, fratrem Nicolai (p. 1162), virum rigidae quidem vitae, sed ingenii sat inquieti, qui auctor est multorum librorum suppresso nomine († 1751 a. aetatis 91). Ex memoriis Tillemontii praesertim composuit (gallice) vitas plurium ss. patrum et scriptorum veterum cum analysi eorum operum, ut *Cypriani,* Parisiis 1717 in 4; *Irenaei* [2]), 1723 t. 2 in 12; *Rufini* 1725 t. 2 in 12; *Paulini* 1743 in 4; *Epiphanii* [3]) 1742 in 4; *la vie*

[1]) Praetermittimus Josephum Duranty de Bonrecueil congr. Or. († 1756 a. aetatis 94), qui reliquit operum aliquot patrum accuratas versiones gallicas. — Franciscum Florium primicerium archiepiscopalem ecclesiae utinensis, cujus exstat *Saggio della Vita di Raterio* vescovo di Verona, Romae 1754. Edidit *Bachiarii opuscula* aucta duabus diss. doctis, Romae 1748. — Andream Spanger S. J. Hungarum, Neogradensem (n. 29. Jan. 1677; † 14. Mart. 1744), qui collegit *Bibliothecae SS. PP. concionatoriae synopsin,* in qua pro singulis dominicis et festis diebus indicantur patres, qui pro illis sermones scriptos reliquerunt, Tyrnaviae 1721. — Andream Rota S. J. rhegiensem (n. 8. Mart. 1687; † 15. Aug. 1741), cujus est *Notizie istoriche* di s. Anselmo Vescovo di Lucca († 1086), coll'aggiunta di cose del santo inedite, Verona 1732 in 4.

[2]) Cf. Feller II, 417; Biogr. univ. VII, 497.

[3]) Cf. de hoc opere Mém. de Tr. 1732 a. 103 p. 2158—98 et in seqq. fasc.; J. des Sav. XCIII, 229—42 et deinceps; A. E. lips. 1742, 673 ss. et annis seqq. et suppl. ad N. A. I, 541—59; II, 7—13; 106—12; 196—201.

[1]) Cf. J. des Sav. LXV, 16—27.

[2]) Cf. J. des Sav. LXXIV, 183—96.

[3]) Cf. suppl. ad N. A. E. V, 1—6.

d' Abailard et d' Héloïse son épouse, 1720 t. 2 in 12; *la Vie de l'abbé Suger* avec des dissertations [1]), 1720 t. 5 in 12. (minus accurata); *Histoire de l'abbé Joachim,* religieux de l'ordre de Cîteaux, surnommé le prophète, 1745 t. 2 in 12., cujus vaticiniis fidit. Deest subinde in hisce vitis judicium criticum. *Lettres* (2) *d' un théologien* à un ecclésiastique de ses amis sur une Diss. touchant les ordinations anglaises (auctore Courayer), 1724 in 12., ab auctoritate politica suppressae [2]); *l'honneur de l'Eglise et des souverains pontifes défendu* contre les calomnies et invectives du P. le Courayer dans son histoire du concile de Trente, Nancaei 1742 t. 2 in 12; *Vie de s. Paul apôtre des Gentils* [3]), Parisiis 1734 t. 3 in 12. etc. Aestimatur ejus *Histoire de la réforme générale* de l'ordre de Cîteaux en France, Avenione 1746.

648. In edendis ss. patrum operibus omnium maximam nominis celebritatem adeptus est Bernardus Montfaucon (de Monte Falconis, Montefalco), ex nobili prosapia natus 16. vel 17. Jan. 1655 in arce Soulargе et in castro Rupis scissae (Roquetaillade) institutus. Juveni incidit in manus Plutarchus gallice versus, ex quo historiae hausit gustum, quo tota vita delectabatur. In eo studio juvabatur egregiis prorsus animi dotibus, tenaci memoria, addiscendi facilitate, intelligendi acumine. Lectione victoriarum clarissimorum ducum ita gloriae cupidine accensus fuit, ut militiae nomen dederit. Verum post aliquot annos, cum haud firmae esset valetudinis, ex consilio cujusdam cognati vitae illi renunciavit domumque rediit. Jam de amplectenda vita religiosa consilium cepit seque solemni votorum professione in monasterio b. Mariae deauratae e congregatione s. Mauri adolescens viginti et unum annos natus 13. Mart. 1676 Deo dicavit. Primus fuit, quem congregationis superiores graecis literis auspicato studio imbui curarunt. Ad has vero Bernardus pro insatiabili suo sciendi ardore romanarum antiquitatum graecarumque tam ecclesiasticarum quam profanarum studium adjunxit. Anno 1687 Parisios vocatur, ut in editione operum s. Jo. Chrysostomi et s. Athanasii occuparetur; qua occasione ut tanto operi magis esset idoneus, de addiscendis linguis hebraica, samaritana, chaldaica, syriaca, arabica, coptica erat sollicitus. Eundem in finem iter literarium [1]) in Italiam instituit (1698) cum Claudio Etiennot, quo morte sublato (1699) Romae ei permanendum fuit, munere procuratoris generalis suae congregationis auctus. Post triennium Parisios rediit, ubi jam totus in edendis operibus occupabatur. Inter socios honorarios academiae inscriptionum et politiorum literarum a. 1719 adlectus fuit. Cum amicis doctis societatem literariam iniit, quae in ejus honorem dicta est academia Bernardinorum. Licet jam senex quotidie octo horas studio dabat; octogenarius adhuc de operibus magnae molis atque eruditionis edendis serio cogitabat. Morte fere subitanea abreptus decessit 21. Dec. 1741 anno aetatis 87. Vir erat tantae eruditionis, sagacitatis, sollertiae, ut congregatio maurina, si forte Mabillonium

[1]) Cf. J. des Sav. LXX, 664—76.
[2]) Cf. J. des Sav. LXXVI, 288—98.
[3]) Cf. Biogr. univ. XVII, 238, ubi de eo legimus: „D. Gervaise écrivait bien; son style est net, coulant et léger, et ses pensées ne manquent pas d' élévation: mais il est inégal, souvent peu exact; exagéré quand le préjugé ou la passion le domine, il ne connait plus alors de ménagement, et sort des bornes d' une sage discrétion. Le résultat des ces défauts a été une vie semée d' épinet et continnellement agitée." Feller IV, 160.

[1]) H. Omont edidit *Voyage litteraire* de Paris a Rome en 1698. Notas de Don Paul Briois ejus socii († 1700 Romae) habes in Revue des Bibliothèques XIV (1904), 1—43.

excipias, vix parem, celebriorem certe nullum habeat. Simul fuit admodum modestus, comis et humanus, ut politissimus apud omnes viros eruditos audiret [1]). »Heu! heu! scribit doctissimus card. Quirinus occasione mortis Montfauconii ad Laneau congregationis praepositum generalem, amisit in eo homine benedictinus ordo noster decus eximium, Gallia virum toto orbe celeberrimum, literaria omnis respublica ingenium praestantissimum, aetas ista scriptorem omnium seculorum memoria dignissimum [2]).«

649. Haec potiora ejusdem opera: *Analecta graeca* sive varia opuscula graeca hactenus non edita, latine verterunt et notis illustrarunt monachi benedictini congr. s. Mauri, Parisiis 1688 in 4., scil Jac. Lopinus (pag. 479), Antonius Pouget (pag. 830) et Montfaucon, qui in hac collectione typicum seu regulam monasterii Gratiaplenae ab imp. Irene Ducaena, Alexii Comneni uxore, pro monialibus scriptam, et excerpta ex Heronis geometria, antiquum rationarium Augusti Caesaris novumque Al. Comneni ac denique tr. de mensuris et ponderibus latine interpretatus est. *La vérité de l' Histoire de Judith,* ib. 1690 in 12; 1692; dissertatio diligens, in qua veritatem hujus historiae solide et sagaciter tuetur adversus Lutherum, Grotium, Witakerum, qui eam figmentis accensent [1]). *S. P. N. Athanasii archiep. alex. opera omnia,* quae exstant vel circumferuntur, ad mss. codd. gallicanos, vaticanos etc. necnon ad commelianas lectiones castigata, multis aucta, interpretatione, praefationibus, notis, variis lectionibus illustrata; nova s. doctoris vita [2]), onomastico et copiosissimis indicibus locupletata, ib. 1698 t. 3 in f. (m. 300). Socios laboris habuit Lopin et Pouget; editio vere classica et praestans, recusa, sed aucta (ex collectione nova Montfauconii, adjecta interpretatione Psalmorum, quae prodierat Romae cura N. Antonelli 1746) opera praesertim Gradonici et Gallandii cur. Nic. Ant. Giustiniani, Patavii 1777 t. 4 in f., editio, quae minus aestimatur (m. 180); Migne P. G. 25—28. *Vindiciae editionis s. Augustini a benedictinis adornatae* adversus ep. abbatis germani, Romae 1699 in 12. (cf. supra p. 825) sub nomine Baptistae de Rivière. *Diarium italicum* sive monumentorum veterum, bibliothecarum, museorum etc. notitiae singulares in itinerario italico collectae: additis schematibus ac figuris [3]), Parisiis 1702 in 4; anglice, Londini 1703, quod itinere mabilloniano (cf. pag. 871) forte doctius diligentius et limatius est. Franc. de Ficoroni vel de Ficonoribus Labicensis, vir in antiquitatibus romanis admodum versatus [3]), socius

[1]) Plura de eo cf. apud Tassin II, 293—343; Ziegelbauer III c. 4 § 37; Biogr. univ. XXIX, 536 ss.; in primis Broglie B. de Montfaucon et les Bernardins, Parisiis 1891 pp. 2, qui I, 21 ss. primus exhibet ejus *Notes bibliographiques* sur les propres ouvrages; Hauswirth KL. VIII, 1848—52; Laubmann R. Enc. XIII³, 431—34; Berlière Nouveau suppl. a l' hist. lit. de la congr. de St. Maure II, Paris 1909.

[2]) Doctissimus Fabricius in bibl. graeca XIII, 849 de eo scribit: „Nemo vivit hodie, qui majoribus vel praeclarioribus muneribus auxerit rem literariam, et qui graecas praesertim et ecclesiasticas literas omnemque antiquitatem pulchrius ornaverit, quam nobilis genere, sed virtute, doctrina et meritis illustrior D. B. de Montfaucon congr. s. Mauri, Ben. O., gallicae gentis et aetatis suae decus τηλαυγές.“

[1]) Suppl. ad A. E. II, 49—55.

[2]) Cf. A. E. lips. 1699 p. 193—204.

[3]) Cf. A. E. lips. 1703 p. 526—34 coll. 1712 p. 396—400.

[4]) Hujus quoque praeter alia sunt *I Piombi antichi* Romae 1740, quem l. Dominicus Cantagalli latine ed. inscriptum *De plumbeis antiquorum numismatibus* tam sacris quam profanis diss., ib. 1750 in 4; *Le vestigia e rarità di Roma antica* e le singolarità di Roma moderna, Romae 1744 t. 2 in 4; *Memorie più singulari* di Roma et sue Vicinanze, 1736 in 4

academiarum parisiensis et londinensis sed ingenio vehemens et violentus († 1747) illud aggretidur in op. *Osservazioni sopra l' Antichità di Roma*, Romae 1709. Responsionem Montfauconii habes in Journal des Savans 1709 mensis Nov. p. 320. Pro eo etiam respondit Paulus Alex. Maffejus, ob singularem eruditionem ac opera archaeologica docta typis vulgata [1]) satis celeber († 1716), sub nomine Romualdi Riccobaldi in l. *L'Apologia del Diario italico*, Venetiis 1710 in 4., qui licet eruditus, ob nimiam stili acrimoniam et mordacitatem quondam prohibitus fuit sicut et l. adversarii sui, »donec corrigatur.«

650. *Collectio nova patrum et sriptorum graecorum*, Eusebii caes., Athanasii et Cosmae aegyptii (christianorum opinio de mundo sive topographia christiana): haec nunc primum ex mss. codd. graecis, italicis gallicanisque eruit, latine vertit, notis et (eruditis utilibusque) praefationibus illustravit [2]), Parisiis 1706 t. 2 in f. Probat Eusebium fuisse arianum, ejusque circa alia doctrinae capita fidem expendit; Marcellum Ancyranum excusat, plura facta ad vitam s. Athanasii spectantia critice discutit. *Palaeographia graeca* sive de ortu et progressu literarum graecarum et de variis omnium, seculorum scriptionis graecae generibus, itemque de abbreviationibus et de notis variarum artium ac disciplinarum, additis figuris et schematibus ad fidem mss. codd., ib. 1708 in f., opus classcium, laboriosissimum atque pereruditum [3]). *Le livre de Philon de la vie contemplative* traduit sur l' original grec avec des observations, où l' on fait voir, que le Thérapeutes dont il parle, etoient Chrétiens 1709 in 12., opus eruditum. Non probavit ejus conatum Bouhier de Savigny, senatus divionensis praeses [1]), qui scripsit ad Montfauconium *Lettres* (2) *pour et contre* sur la fameuse question si les Solitaires appelés Thérapeutes dont a parlé Philon le juif etaient chrétiens, in quibus illos Judaeis adnumerat [2]). Prodierunt unacum hujus responso ib. 1712 in 12. (gallice). *Epistola* (ad P. Solerium S. J. hagiographum): An vera sit narratio Rufini de baptizatis pueris ab Athanasio puero; item de tempore mortis (a. 336) Alexandri ep. al. ac de anno obitus Athanasii (a. 373), ib. 1710 in 8., etiam in t. 2. collectionis novae PP. graecorum et Hasii bibliotheca historico-philologico-theologica divis. 2. cl. 4.

651. *Hexaplorum Origenis*, quae supersunt, multis partibus auctiora, quam a Flaminio Nobilio et Joan. Drusio edita fuerint, ex mss. et libris editis eruit et notis illustravit [3]), ib. 1713 t. 2 in f., opus cui colligendo impendit 23 annos; illud recudit aliquibus omissis vel in compendium redactis Car. Frid. Bahrd, Lubecae 1769 t. 2. in 8. Sane plenior jam est ed. quam curavit Field Oxonii 1875 t. 2 in 4. *Bibliotheca coisliniana* olim sequeriana sive mss. omnium graecorum, quae in ea continentur, accurata descriptio, ubi operum singulorum notitia datur, aetas cujusque ms. indicatur, vetustiorum specimina exhibentur aliaque multa annotantur, quae ad palaeographiam

---

le memoire ritrovate nel territorio della prima e seconda città di Lebico 1545 in 4; plures diss. archaeologicae et numismaticae. Cf. Saxius Onomasticon lit. V, 434.

[1]) Cf. Saxius Onomasticon VI, 57.

[2]) Cf. conspectum apud Ziegelbauer IV, 93—95; A. E. lips. 1707, 434—40; J. des Sav. XXXV, 30.

[3]) Cf. A. E. lips. suppl. IV, 374—91 et 1701 p. 424; J. des Sav. XLI, 327; Tüb. Qtlschr. 1833 p. 30—35.

[1]) Erat is vir admodum eruditus in literis classicis, academiae gallicae socius, pius et operibus editis illustris (n. 16. Mart. 1673; † 17. Mart. 1746), de quo cf. Feller II, 126.

[2]) Cf. J. des Sav. LI, 227.

[3]) Cf. Mém. de Trév. 1714 a. 9 p. 108—125; A. E. lips. 1714 p. 1—14.

graecam pertinent; accedunt anecdota bene multa (42) ex eadem bibliotheca desumpta cum interpretatione latina [1]), ib. 1715 in f. *S. P. N. Joan. Chrysostomi archiep. CP. opera omnia,* quae exstant, vel quae ejus nomine circumferuntur, ad mss. codd. (300) gallicanos, vaticanos, anglicanos germanicosque, necnon ad savilianam et frontonianam editiones castigata, innumeris aucta; nova interpretatione, ubi opus erat, praefationibus, monitis, notis, variis lectionibus illustrata; nova s. doctoris vita, appendicibus, onomastico, ac copiosissimis indicibus, locupletata [2]) Parisiis 1718—38 t. 13 in f. (fr. 275; imo m. 450); 1734—41; 1834—39 t. 13 in 26 v. in 8 (m. 128); Venetiis 1734—55 t. 13 in f. (fr. 150; m 288); 1780 t. 14 in 4; Roboreti 1743 t. 13 in 4; Migne t. 47-64. Est haec editio insignis, castigatissima et locupletissima, eo majoris difficultatis, quod nullius patris graeci extiterit tanta codicum copia nullique tot supposita fuerint opera. Socios laboris habuit Franc. Faverolles, sagacissimum codicum collatorem, Car. de la Rue (1151), Mart. Bouquet et Jos. Doussot († 1752), qui tres etiam operam contulerunt ad sequens opus: *L'antiquité expliquée* et représentée en figures (30—40,000), 1719 t. 5 in 10 v. in f. cum tabulis 1200, latine et gallice, opus ingentis prorsus eruditionis [3]). *Supplément au livre de l'Antiquité* expliquée et representée en figures, 1724 t. 5 in f., latine et gallice, qui tomi rari sunt (fr. 350); 1722 et 1757 ed. minus praestans. *Les Monumens de la Monarchie françoise,* qui comprennent l'Histoire de France avec les figures de chaque règne que l'injure du temps a épargnées [4]), 1729—33 t. 5 in f. (fr. 300; cum praecedentibus 15 t. fr. 1250). *Dissertation sur le Phare d' Alexandrie,* sur les autres Phares etc., in Mémoires de Littérature academiae gallicae t. 6. a. 1729, in quo praeter alias dissertationes eruditas [1]) reperitur etiam *dissertation sur la plante appellée Papyrus,* sur le papier d'Egypte, sur le papier de coton et sur celui, dont on se sert aujourd'hui. *Bibliotheca bibliothecarum manuscriptorum nova,* ubi quae innumeris pene manuscriptorum bibliothecis continentur ad quodvis literaturae genus spectantia et notatu digna, describuntur et indicantur [2]), 1739 t. 2. in f. Socium laboris habuit Joannem le Maitre († 27. Dec. 1740).

652. Ex eadem congregatione fuit Prudentius Maranus, qui pariter magnam nominis famam est adeptus. Natus est Maranus in oppido Sezanne in Bria 19. Oct. 1683. Victis magnis obstaculis juvenis 19 an. ingressus est ordinem s. Benedicti (1703), quem eruditione plurimum illustravit. Propter insignes animi dotes Parisios vocatus jussus est Touttée (cf. p. 835) juvare in edendis operibus s. Cyrilli hierosolymitani, quibus editis (cum vita Touttei ipso auctore) totum se impendit studio monumentorum antiquitatis christianae, simul tamen sollicitus de instituendis in doctrina christiana pueris, domesticis, pauperibus. Agente

---

[1]) Cf. A. E. lips. 1715 p. 480—84; J. des Sav. LVIII, 357.
[2]) Cf. J. des Sav. LXIII, 84 et 537.
[3]) Cf. A. E. lips. 1720, p. 241—251.
[4]) Cf. J. des Sav. XC, 305—19; 458—67; XCIII, 318—27; CVI, 450—60; XCIX, 469—78; A. E. lips. 1731 p. 49—58; 495—97; 1739 p. 97—100; 1735 p. 442—46.

[1]) Cf. Saxius Onom. liter. V. 292.
[2]) Cf. A. E. lips. 1735 p. 285—88; 1742 p. 433—51. De ejus *literis* ad G. de Crassier cf. Capitaine Ulysse Correspondance de D. B. de Montf. . . . avec le Baron G. de Crassier, Liège 1855; de literarum commercio cum Bartenstein, qui ad fidem catholicam redierat (c. 1715), Stimmen und Mitth. aus dem Ben.-Orden XXIV (1903); Valery Correspondance inédite de Mabillon et Montf., Paris 1846 t. 3; Gigas, Kopenhagen 1892 etc.

cardinali de Bissy Parisiis secedere coactus est cum Durand, Bouquet, Dantine aliisque (1734), qui sodales inducere credebantur, ne bullam *Unigenitus* acceptarent. Post triennium redire permissus, tanta fruebatur gratia cardinalis des Gesures, archiepiscopi bituricensis, ut singulis hebdomadis curru misso ab eo invitaretur ad colloquium de rebus theologicis. Magnam semper curam gessit pauperum. Etiam a sodalibus magni fiebat et amabatur propter morum comitatem. Hydropisi laborabat senex, sed morte subitanea correptus decessit[1]) 2. Apr. 1762. Haec ejusdem opera, quae omnia suppresso nomine edidit: *Dissertations sur les Semiariens,* dans laquelle on défend la nouvelle édition de s. Cyrille de Jérusalem contre les auteurs de Mémoires de Trévoux, Parisiis 1722 in 12., in quibus nititur probare, semiarianos catholicam tenuisse de J. Christo fidem atque nonnisi ex quadam animi imbecillitate, excusabili quidem, τοῦ ὁμοουσίου professionem detrectasse. *S. Caec. Cypriani ep. carthag. et M. opera* ad mss. codd. recognita et illustrata studio ac labore Steph. Baluzii tutelensis. Absolvit post Baluzium ac praefationem (doctam et solidam) et vitam (criticam) s. Cypriani adjecit unus ex monachis s. Mauri[2]), ib 1726 in f., Venetiis 1728; 1758, vere egregia editio. Tertium adjecit volumen editioni op. s. Basilii, quam inchoaverat Jul. Garnier (cf. p. 1149), complectens s. Basilii epistolas, quarum novam adornavit versionem; adjecit s. doctoris vitam et praefationem solide et judicio critico conscriptam[3]), ib. 1730 in f., editio pariter egregia. *Justini philosophi et M. opera* quae exstant omnia; necnon Tatiani adv. Graecos oratio, Athenagorae philosophi atheniensis legatio pro christianis, s. Theophili Antiocheni tres ad Autolycum ll., Hermiae philosophi irrisio gentilium philosophorum; item in appendice supposita Justino opera cum actis illius martyrii et excerptis opp. deperditorum ejusdem Justini et Tatiani et Theophili, cum mss. collata ac novis interpretationibus, notis, admonitionibus et praefatione (prolixa sed doctissima) illustrata cum indicibus copiosis, ib. 1742 in f. editio omnium praestantissima[1]); Venetiis 1747. *Divinitas D. N. J. Christi* manifesta in Scripturis et traditione; op. in 4 pp. distributum, in quibus Christi divinitas, non omissis quae ad Spiritum s. attinent, demonstratur (praesertim adversus Socinianos): 1. ex Scripturis V. et N. T.; 2. ex perpetuo omnium catholicorum inter se et cum pluribus sectis consensu; 3. ex perpetuis contra Judaeos, ethnicos et haereticos controversiis; 4. ex unanimi ss. patrum doctrina, quorum difficilia quaeque loca explicantur et illustrantur, ib. 1746 in f., editio splendida[2]); Wirceburgi 1859. *La divinité de N. S. J. Christ* prouvée contre les Hérétiques etc. enfin par les principes de la Morale chrétienne, qui sont fondés sur le mystère du Verbe incarné, ib. 1751 t. 3 in 12., quorum duo priores tomi ex op. praecedenti derivati sunt, tertius novus est. *La doctrine de l' Ecriture et des Pères sur les guérisons miraculeuses,* ib. 1754 in 12., in quo disputat adversus protestantes, in primis adversus errores gravissimos et

[1]) Cf. Tassin 2, 541 ss.; Kerker KL. VIII, 638.

[2]) Cf. J. des Sav. LXXXIV, 528—45.

[3]) Cf. J. des Sav. XCIII, 100—114. Cf. Joseph del Pozzo O. s. Bas. abbas generalis, cujus *sunt Dilucidazioni critico-istoriche* sulle relazioni degli antichi e moderni scrittori della Vita di s. Basilio M., Romae 1746. — Alius ab hoc est Franciscus dal Pozzo congr. Or., cujus exstat *Istoria della Vita e Pontificato di s. Gregorio M.,* Romae 1754 in 8.

[1]) Cf. J. des Sav. 129, 391—410; 531—47 et A. E. L. 1750 p. 625—43; Mém. de Trév. 1743 a. 87 p. 2791—2831; a. 91 p. 2893—2938.

[2]) Cf. J. das Sav. CXLIV, 435—52; Mém. de Trév. 1748 a. 74 p. 1572—86; a. 94 p. 1941—54.

impios ab ab. de Prades († 1782) in disputatione a. 1751 in Sorbona propugnatos [1]). *Les Grandeurs de J. Christ* et la défense de sa divinité contre les PP. Hardouin et Berruyer Jésuites, 1756 in 12. Inchoaverat quoque editionem operum s. Gregorii naz., verum morte praepeditus fuit a consilio exsequendo.

653. Eodem anno (29. Mart. 1762) decessit ex eadem congregatione Vincentius de la Rue, celeberrimi Caroli (p. 1151) ex fratre nepos et laborum socius, qui editionem operum Origenis ab avunculo adornatam adjecto tomo 4. et ultimo cum editoris vita absolvit, Parisiis 1759 in f. Curavit pariter editionem t. 3. operis Petri Sabatier: *Bibliorum ss. versiones antiquae* (cf. p. 1409). — Ultimus e gallis est Petrus Josephus Tricaletius (de Tricalet) presbyter et doctor universitatis vesontiensis, rector seminarii parisiensis a s. Nicolao de Cardoneto nuncupati, Dolae in Burgundia 30. Mart. 1696 natus. Adolescentiae annos, quamvis ingenii dotibus praeclaris polleret, perdidit otio et oblectamentis nimium addictus. Religiosis Conventualibus philosophia imbuendus traditus, disciplinae jugum excutere omnibus viribus tentavit, adeo ut noctu coenobii muros admotis scalis transilierit eo se conferens, que passionum licentia eum rapiebat, pluresque dein annos in ludis, oblectationibus nugisque, seriis omnibus abrenunciatis, detrivit. Interea ejus mater s. Monicam imitata jugibus lacrymis pro filii emendatione deprecabatur ad Deum. Nec frustra, nam repente divina luce collustratus errores suos agnovit ac emendare constituit. Ingressus vesontiense seminarium sacris exercitiis animum excoluit magnumque fervorem concepit. Mox Nocillum ad patres Conventuales secessit, quos vivendi licentia, ut diximus, offenderat, ut philosophiam recoleret et vitae emendatione scandala prius data repararet. In patriam rediens eremitae instar vixit totus in melius mutatus et poenitentiae operibus commissas culpas expians. Interim studiis theologicis vacabat, in quibus 29. Jul. 1719 doctor renunciatus est; sequenti vero anno sacerdotii ordinem recepit. Paulo post Parisios petiit, atque in collegio s. Nicolai commoratus est, in quo primo professorem, dein rectorem egit, demum in omnium praesulem delectus est. Magna sedulitate, diligentia et caritate clericos sibi commissos excoluit. Archiepiscopus Vintimilia perspectis ejus prudentia, doctrina et meritis eum a. 1737 inter suos vicarios generales recepit pluraque et quidem magni momenti negotia ei commendavit. A serenissima aurelianensi ducissa in confessarium electus est, hinc etiam ipsi duci innotuit, qui eum propter perspectam prudentiam in negotio summi momenti consuluit. Cum invalescentibus morbis rus petere cogeretur, parisiensis archiepiscopus, ambianensis episcopus aliique praesules et viri nobiles eum non semel adiere; qui vero coram adire nequibant, epistolis consilia et monita exposcebant. Integro quindecim annorum spatio infirmitatibus et doloribus atrocibus fuit divexatus atque in lectulo immobilis velut clavis confixus. Has tamen sui corporis aegritudines et cruciatus, ne fidelis Dei servus quodlibet vel brevissimum temporis spatium praeterlabi sine fructu pateretur, nequaquam obstitere: imo inter hos dolores plurium librorum fuit auctor († 31. Oct. 1762). Ex his huc spectat: *Bibliothèque portative des Pères de l' Eglise,* Parisiis 1758—62 t. 9 in 8., 1785 t. 8; latine versa Bassani 1783 t. 9 in 8., Romae 1871, quae complectitur patrum vitas et gestorum breviarium; operum praecipuorum analysim; illustriora testimonia dogmata, mores, disciplinam spectantia; selecta vitae spiritualis documenta.

[1]) Cf. Feller VII, 94.

Scripsit etiam: *Précis historique de la vie de J. Christ*, Parisiis 1760 in 12., in quo de ejus doctrina etiam et miraculis, necnon de Ecclesiae exordiis disserit, additis animadversionibus et selectis observationibus religionem et infidelitatem spectantibus [1]).

654. In *Italia* [2]) jam plures quam prioribus epochis reperimus, qui de edendis et illustrandis ss. patrum operibus solliciti fuere [3]). Paulus Gagliardi (Galeardus), canonicus brixianus, historicus et archaeologus († 1742), edidit (cum fratre Julio) patrum veterum ecclesiae brixianae collectionem, *s. Philastrii et Gaudentii, Ramperti et Adelmanni episc. opera* [4]) cum notis (eruditis), Brixiae 1738 in f. Jam antea ediderat *s. Gaudentii Brixiae ep. sermones*, qui exstant; accesserunt Ramperti et Adelmanni opuscula [5]) Patavii 1720 in 4. In additionibus quoque ad Ughelli *Italiam sacram* doctrinae suae nobile dedit documentum, aliaque ad archaeologiam profanam spectantia reliquit. — Joannes Franciscus Madrisi congr. Orat. Utinensis († 1750) praeter bonam dissertationem *de symbolo fidei, s. Paulini patriarchae aquilejensis opera* ex editis ineditisque primum collegit, notis et dissertationibus illustravit [6]), Venetiis 1737 in f., editio accurata et docta; in patrol. Migne t. 99. — Sebastianus Paoli (Paullius) congreg. cler. reg. Matris Dei Lucensis, n. 4. Sept. 1684 Villae Basilicae, vir insignis virtutis, vastae eruditionis, plurium academiarum socius, propter concionandi talentum adeo clarus, ut Carolus VI. imperator eum bis audire voluerit atque diplomate, quo theologus caesareus nominabatur, honoraverit († 20. Juni 1751), edidit [1]) *s. Petri Chrysologi archiep. ravennatis sermones*; accesserunt serm. ex d. Augustino et ex Luca Dacherio et notae (doctae) editoris, in quibus mss. codd. collationes etc. comprehenduntur, Venetiis 1750 in f., editio hucusque optima; Augustae Vind. 1758 in f., et in patrol. patrum lat. ed. Migne t. 52. Scripsit quoque quam plurimas dissertationes eruditas, ut *della poesia de ss. Padri Greci e Latini* ne' primi secoli della Chiesa, Neapoli 1714 in 8; *de ritu ecclesiae neritinae exorcizandi aquam in Epiphania*, Neapoli 1719 in 4; *de patena argentea forocorneliensi* (ut fertur) s. Petri Chrysologi, cujus occasione nonnulla disseruntur d. ss. eucharistia, de vasis ad ipsam spectantibus, praecipue de calicibus et de imagine boni pastoris in eis insculpi solita; item de monogrammate Christi Christianorum sepulcris apposito contra Jac. et Samuelem Basnagios [2]) ib. 1745 in 8; *Ragionamento sopra il titolo di Divo* dato agli antichi imperatori, Lucae 1722 in 4., etiam in collectione opusculorum a Calogerà edita t. 15 p. 79—151; *de sancta ecclesia lucensi*, an provinciae romani pontificis accensenda ad patres conc. lateranensis, Romae 1725 in f.;

[1]) Cf. Biogr. univ. XLVI, 531, et praesertim vita P. J. Tricaletii ejus bibliothecae manuali Ecclesiae patrum Bassani editae praemissa t. 1 p. IX—XXXV.

[2]) In *Germania* Bonifacius Sadler O. S. Aug. Monacensis († 9. Dec. 1753) insignis mathematicus et astronomus edidit cum notis S. Augustini *de civitate Dei*, Ingolstadii 1737 t. 5.

[3]) Cf. Zaccaria l. c. V, 626—32; Adelung I, 2014; Mazzuchelli II p. 3 p. 1528; Saxius VI, 315.

[4]) Cf. Journ. des Sav. CXX, 183—204: Mém. de Trév. 1740 a. 40 p. 877—921.

[5]) Cf. A. E. lips. 1722 p. 482—92.

[6]) Cf. J. des Sav. CXXI, 238—57.

[1]) Cf. operum catalogum in Zaccaria Storia Lett. III, 735 ss., et plura de eo in Pauli Mariae Paciaudi de rebus S. Pauli congr. Matris Dei commentario epistolari ad Scip. Maffejum, Neapoli 1751 in 4; Sarteschi de Script. congr. Matris Dei p. 304 ss.; Biogr. univ. XXXII, 504. Ceterum eodem fere tempore Joseph Carol S. J. theologiae professor Tyrnaviae († ante a. 1757) eosdem sermones edidit Tyrnaviae 1749. 1750 t. 2 in 8.

[2]) Cf. A. E. lips. 1752 p. 87—92.

codice diplomatico della s. Religione Gerosolimitana [1]), Lucae 1733 t. 1. inf.; 1737 t. 2; *Lettera sopra il digiuno,* ib. 1739 in 8.

655. *Ruperti ab. tuitiensis opera omnia* edidit notisque illustravit Gregorius Cannoni O. S. Aug., Venetiis 1748—52 t. 4 in f., etiam in Migne patrol. t. 167-70. — Antonius Maria Merenda [2]) iterum collegit *s. Damasi papae opuscula et gesta* cum notis M. M. Larazani, auxitque atque illustravit diatribis duabus, altera de gestis Liberii exsulis, altera an Damasus faverit aliquando Maximo Cynico adversus Gregorium naz. et Nectarium: quibus adjiciuntur etiam opuscula apocrypha ejusdem [3]), Romae 1754 in 4. — Oduardus a s. Xaverio Franceschini O. Carm. edidit *opera Lactantii,* eaque notis et dissertationibus (40 nimis prolixis et saepe superfluis) illustravit, Romae 1754—59 t. 14 in 8. — Antonius Bongiovanni Veronensis, in literis graecis admodum excultus, de bibliotheca veneta s. Marci bene meritus, cujus codices mss. graecos (cum Zanetti Venetiis 1740 in f.), latinos quoque et italicos (pariter cum Zanetti, ib. 1741 in f.) per titulos digessit, *Theodoreti opuscula duo* primum ex cod. ms. bibliothecae vindobonensis evulgavit, Venetiis 1759 in 4; *Leontii monachi hieros. quaedam ad historiam ecclesiasticam spectantia* e graeco vertit atque novae collectioni ss. conciliorum, quam curavit Mansi, inseruit. Edidit quoque primus Euthymii *commentarium in Psalmos* inter opp. Theophylacti t. IV. Venetiis.

656. Josephus Renatus O. S. Aug. scripsit: *Storia della Vita dell' insigne Dottore della Chiesa s. Girolamo,* Venetiis 1746 in 4., quam collegit ex ejusdem epistolis et operibus [1]); scripsit quoque *Travagli della Chiesa* ovvero notizie puramente istoriche delle persecutioni, Ferrariae 1741 pp. 2 in 4. — De s. Prospero disseruit Camillus Affarosi O. S. Ben. Regiensis (n. 17. Mart. 1680), in monasterio mutinensi (1705—9) historiae ecclesiasticae professor, abbas regiensis (1740), dein mutinensis (1751; † 1756), in l. *Osservazioni di un Anonimo Reggiano sopra d' una Scrittura intitolata: de d. Prospero diss. historico-critica,* 1739, in quo iterum tuetur, quod jam statuerat in opere prolixiori: *Memoire istoriche del Monastero di s. Prospero di Reggio,* Patavii 1733 et 1737 t. 2 in 4., difficile scil. esse demonstrare, s. Prosperum aquitanum fuisse episcopum regiensem. Quod rursus statuit in appendice seu *p. 3. ad monasterii d. Prosperi reg. commentaria historica,* Patavii 1746 in 4. Cum autem anonymus (ut videtur Paulus Maria Cardi O. Serv. b. M. V., praepositus generalis, regiensis) opposuisset *tre Lettere d' Ipomenetico Filopatrido* sopra l' età e la patria di s. Prospero Vescovo di Reggio, Venetiis 1747 et 1748 in 4., respondit in *Difesa di alcune osservazioni* sparse nell' Appendice etc., Mediolani 1748. 1752 in 4 [2]). *Notizie istoriche* della Città di Reggio di Lombardia, Patavii 1755. — Franciscus Bonacchi Pistoriensis n. 19. Febr. 1685 dis-

---

[1]) Cf. A. E. lips. 1747 p. 145—149.

[2]) Alius a Joanne Antonio Merenda, qui auctor est disp. de consilio minime dando extra casus regulae ex duobus malis juxta opinionem specificantem probabiliter actum pro licito in concursu opinionis specificantis ipsum probabiliter pro illicito p. 1., proh. 2. Aug. 1661 donec corrigatur: correcta juxta decr. 20. Nov. 1663 permittitur. In ea dixerat probabilismum esse commentum diaboli. Cf Reusch II, 502.

[3]) Hujus edit. accuratus et eruditus conspectus animadversionibus plurimis illustratus exhibetur a Zaccaria Storia Lett. IX, 160—176.

[1]) Cf. A. E. lips. 1749 p. 145—48; de sequenti op. cf. 1741 p. 113.

[2]) Cf. Zaccaria Storia Lett. I, 174; V, 632; Adelung I, 283.

seruit *de sermonibus et martyrio s. Zenonis* episc. veronensis ll. 2; item *de martyrii titulo* a s. Gregorio M. s. Juvenali narniensi tributo et in E. Dupinium de Joanne Jejunatore notae, Pistorii 1740 in 4; *de s. Zenonis ep. veron. epocha* diss. critica; accessit de martyrio s. Zen. diss. 2, Venetiis 1751. Tuetur nimirum adversus fratres Ballerinios [1]) eum floruisse diu ante arianos atque fuisse martyrem (etiam in Migne patrol. 11, 599 ss.). Ipsius quoque sunt: *La debolezza del Lume naturale della mente umana* a conoscere Iddio, Critica metafisica, in cui si esamina l'opinione di Cartesio circa l'idea innata di Dio, Pistorii 1718 in 4., quam pelagianam censet. Cartesii vindicias suscepit Joan. Dominicus Stellanti in l.: *Le sensazioni e la imaginazione vindicata all'anima umana,* Lucae 1743 in 12., cui epistolam opposuit Bonacchi sub nomine Adoxi Asmeni, Pistorii 1743 in 8. — Dominicus Maria Speroni O. Min. Conv. edidit diss. (l.) *de symbolo vulgo s. Athanasii*, Patavii 1750 in 8. Utrum altera, in qua se verum auctorem hujus symboli determinare promittit, prodierit, ignoramus. — Petrus de Castro Bononiensis scripsit ep. ad monachos benedictinos congr. paris. s. Mauri super quibusdam parum consonis praetermissis atque improbabilibus in vita s. Gregorii M. ab ipsis adornata et in t. 4. operum in lucem edita repertis [2]), Matriti et Bononiae 1754.

657. Petrus Benedictus (Benedetti), quod cognomen ipse ex arabico Mobarach in latinum converterat, Gustae in Phoenice natus est mense Junio a. 1663 ex parentibus genere claris. Ejus pater post uxoris mortem aere suo in Riphone, quod est oppidulum in monte Libano positum, coenobium a fundamentis erexit sancteque gubernavit; duo ex ejus liberis s. Antonii institutum sunt secuti ac deinde archiepiscopi montis Libani creati; Petrus vero novennis Romam missus per tredecim fere annos optimis artibus ac disciplinis sedulam dedit operam in Maronitarum collegio. Deinde in Orientem rediit ea mente, ut se totum dicaret propagationi catholicae fidei reducendisque vel saltem refutandis schismaticis, magnique propterea factus est a Maronitarum patriarcha. Haud multo post antiochenae ecclesiae de gravissimis rebus ad apostolicam sedem legatus Romam revisit. Qua occasione studiose diligenterque curavit, ut dirimeretur controversia, cui ansam praebuerat Morinus haud correcta et accurata editione codicum ordinationum syriacarum, de valore scil. ordinationum Syrorum, quem erudite impenseque vindicavit. Post haec cum Syriam cogitaret, invitatus fuit a Cosmo III. magno Etruriae duce, ut Florentiae subsisteret ad ordinandos typos orientales decem forte linguarum in typographia medicea vere regia. Cumulatissime ducis votis satisfecit Benedictus, quapropter ab eo a. 1698 creatus est magister orientalium literarum. Florentiae penes patres benedictinos commorabatur, multisque eorum, in primis celeberrimo Quirino, de quo mox plura, magno adjumento exstitit ad rectam ineundam studiorum rationem. Ut magis se Deo divinaeque gloriae propagandae consecraret, societatem Jesu 1707 est ingressus. Vix tirocinio exacto a Clemente XI. jussus est una cum aliis doctis viris Graecorum libris sacris corrigendis operam dare. Sed quidquid ei supererat temporis, id totum aut in sacris habendis concionibus aut in fidelium excipiendis confessionibus libentissime insumebat. Verum hortatu card. Quirini et ex auctoritate Fr. Retzii praepositi generalis S. J. se accinxit ad s. Ephraemi opera syriaca in latinum vertenda. Dum in-

[1]) Zaccaria l. c. V, 626—32 Adelung I, 2014; Mazzuchelli II, p. 3 pag. 1528.

[2]) Cf. Zaccaria l. c. 9, 406—9.

sisteret editioni t. 3. morbo correptus jam octogenarius Romae obivit [1]) 25. Aug. 1742. Haec praecipua ejusdem opera: *S. P. N. Ephraem Syri opera omnia,* quae exstant graece, syriace, in 6 t. distributa 1732—46 (fr. 220), ad mss. codd. vaticanos aliosque castigata, multis aucta, interpretatione, praefationibus, notis, variantibus lectionibus illustrata: nunc primum sub auspiciis Clementis XII. P. M. e bibliotheca vaticana prodeunt. Syriacum textum recensuit P. Benedictus S. J., notis vocalibus animavit, latine vertit et variorum scholiis locupletavit, Romae 1737 t. 1. in f.; 1740 t. 2., cui subjunctae sunt duae Benedicti dissertationes: *Antirrheticon* seu confutatio annotationum Joan. Kohlii ad geminos s. Ephraemi sermones de sacra coena [2]), in qua transubstantiationis dogma probat non solum ex Ephraemi sed et aliorum scriptorum orientalium testimoniis et antiquissimarum ecclesiarum liturgiis. De eodem augustissimo eucharistiae sacramento *antirrheticon alterum* adversus R. P. Le Brunum (p. 1314) et Eus. Renaudotum, in quo contra utriusque hypothesim asseritur s. Ephraemi ejusque discipulorum de forma hujus sacramenti vera et certa doctrina, et Syrorum anaphorae cum eodem s. doctore et communi theologorum definitione conciliantur, in Zaccaria *thes. theol.* t. X, 525, stilo forte nimis acri conscriptum. Ephraemi editionem [3]) continuavit absolvitque Steph. Evodius Assemanus, de quo alias. T. 3. prodiit 1743 (alii tomi 1732. 1743 et 1746); opera latine tantum juxta hanc editionem cum prolegomenis recusa fuere Venetiis 1755. 1756. t. 2 in f. Latine quoque vertit Benedictus *Stephani Aldoensis patriarchae antiocheni scripta* de s. liturgia et origine gentis maronitae. Contulit quoque ad menologium graecorum a card. Albani editum, de quo infra.

658. Sed jam de eo fusius est disserendum, cujus impulsui efficaci debemus tam egregiam op. s. Ephraemi editionem, de Angelo Maria Quirino, cardinali doctissimo, literarum promotore, eruditorum fautore, patrono, maecenate humanissimo. Ortus est A. M. Quirinus ex pervetusto ac nobili Venetorum genere 30. Mart. 1680 in baptismo Hieronymus dictus. Ut totum se literis traderet decimo septimo aetatis anno, aegre id ferentibus parentibus, benedictinae familiae magna animi generositate Florentiae se aggregavit 31. Dec. 1696. Ibi familiaritate usus doctissimorum virorum, Benedicti (de quo n. praec. egimus), quo magistro didicit linguam graecam et hebraicam, Capassi O. Serv. b. M. V., Salvini, Magliabechi, Buonarroti, Montfauconii, qui eo tempore aliquamdiu Florentiae substitit, ad ingentem fervorem literarium excitatus utilibusque praeceptis imbutus fuit. A Cosmo III. magno Etruriae duce publicus in pisana universitate professor fuit expetitus, quem tamen honorem ne Quirinus admitteret, causae aliquot rationabiles intervenerunt. Non invitus tamen munus professoris s. Scripturae in florentino monasterio suscepit. Anno 1710 iter literarium instituit per Germaniam, Hollandiam, Angliam, Belgium, universam Galliam uberrimos ubique eru-

---

[1]) Plura de eo cf. in Fabronio vitis italorum XI, 174—85; in vita quae auctore Assemano habetur t. III op. s. Ephraemi, et ex hac in Mém. de Tr. 1745 a. 59 p. 1264—76.

[2]) Cf. suppl. ad N. A. E. L. 102—6.

[3]) De hac egregia editione cf. Mém. de Trév. 1740 a. 73 p. 1571—1595; 1742 a. 17 p. 377—90; 1724 a. 30 p. 749—58 et a. 39 p. 971—992, ubi epitome duarum dissert. exhibetur; 1745 a. 86 p. 1765—84; Journ. des Sav. CXVIII, 291—303; CXXXIV, 475—89; CXXXV, 97—112 et 306—321, ubi recensetur primum Antirrheticon; CXXXVI, 46—59; Fleurii cont. H. E. l. 283 § 1.

ditionis thesauros colligens virosque doctos invisens ab illis et principibus ipsis honorificentissime exceptus. Colloquia habuit cum Basnagio, Clerico (le Clerc), Quesnello, Lud. Küster, Burnet, Bentlejo, Isaac Newton, Cave, Pottero, Perizonio, Gronovio, Oudin, Vaucel, Petro Jurieu, Papebrochio, Liv. Meyer, Fenelonio, omnibusque illis viris doctissimis, quos eo tempore aluit Lutetia Parisiorum. Quadriennium fere impendit huic itineri cum ingenti eruditionis suae fructu. Vix in Italiam redux electus fuit in comitiis congregationis casinensis qui annales conscriberet Benedictinorum Italiae. Quapropter diligentissime lustravit excussitque archivia celebriora Italiae [1]). Romae degens saepius ad alloquium Clementis XI. admissus, cum eo de gallicanae ecclesiae dissidiis et scientiae arcanis diu agebat, pluriumque cardinalium familiaritate usus singularis modestiae cum rara eruditione conjunctae famam ubique reliquit. Anno 1718 novae congregationi, cui graecae liturgiae et liturgicorum librorum emendatio erat commissa, aggregatus fuit [2]) et volente summo pontifice in abbatem electus, sed ne a studiis impediretur, regimen alicujus monasterii detrectavit. Roma Venetias profectus studiis literariis semper quam maxime intentus fuit. Interim (1723) electus est invitus archiepiscopus corcyrensis. Corcyrae plura specimina dedit prudentiae pastoralis zelique apostolici in reducendis schismaticis. Limina apostolorum visitaturus Romam venit, ubi a Benedicto XIII. perhonorifice fuit exceptus, qui eum secum habere voluit in itinere beneventano. Post reditum in Urbem ab eodem s. Officii consultor, 9. Dec. 1726 cardinalis et anno seq. Brixiae episcopus nominatus est. Anno sequenti ad sedem suam contendit, ubi aere proprio ingentique magnificentia ecclesiam cathedralem erexit. A Clemente XII. constitutus est bibliothecae vaticanae praefectus, quam ampla et pretiosa librorum nummorumque copia donavit; a Benedicto XIV. praefectus est ongregationi Indicis (1740). Frequens ei erat epistolicum commercium cum viris scientia longe clarissimis, etiam protestantibus, a quibus, praesertim a göttinganis, qui occasione vicesimi episcopatus sui anni *vicennaria brixiensia* ediderunt (1748), plurimi factus eat. Anno 1747 in Helvetiam et Bavariam excurrit; cum Campidonae versaretur, colloquium Schelhornio, memmingensis bibliothecae praefecto, obtulit, qui tamen illud non acceptavit, missis sui loco duobus, qui cardinalem nomine suo salutarent. Mense Majo anni sequentis per Oenipontum et Bolsanum Brixiam rediit: quod iter describit [1]) in ep. ad serenissimum principem Hassiae Landgrafium augustanae urbis ep., quam inscripsit: *Specimen humanitatis,* qua eruditi quidam Germaniae heterodoxi prosecuti sunt svevicum iter a C. Q. peractum a. 1748. Eodem anno Bavariam, in qua jam antea honorificentissime fuerat exceptus, revisit. Flagrabat, ut lipsiensis academiae professor acatholicus scribit [2]), »aviditate ecclesiam quoque evangelicam convertendi, atque in specula quasi consistens unum oculum in Italiam, alterum autem in Germaniam adjacentesque conjiciebat terras in rebus protestantium judicandis usus oculis lynceis.« Ipsius potissimum muni-

[1]) Cf. de ejus consilio laboribusque propterea susceptis Ziegelbauer II, 427 ss.

[2]) De ejus consilio conatuque in edendis graecorum libris ad fidem veterum codd. mss. cf. ibid. pag. 531 ss.

[1]) Fleurii H. E. l. 238 § 2. in primis vero Lauchert in egregia diss. Die irenischen Bestrebungen des Kard. Querini speziell in seinem literarischen Verkehr mit deutschen protest. Gelehrten in Studien u. Mittheil. aus dem Ben. O. XXIV. (1903), 243—75.

[2]) In ep. citata in nuncupatione t. 4. *epist card. Poli.*

ficentiae debetur erectio ecclesiae catholicae in metropoli regni borussici; plurimum debent missiones in ditione rhaetica, hannoverana, pomerana et salisburgensi, quas large sustentabat. Die Epiphaniae sacra, cum cardinalis mane solemni sacrificio missae sanus vegetusque interfuisset, sumpto prandio tantisper se quieti dedit. Cum jam secundae vesperae instarent, et ipse non veniret, familiarium duo cubiculi januas tentarunt, cum nihil responsi audirent propius accedentes, cardinalem cum morte luctantem repererunt, quam etiam post aliquot horas 6. Jan. 1755 a. aetatis 75. obiit. Pauperes ex asse heredes scripsit, nihil omnino suis consanguineis reliquit. Quanti factus fuerit a viris omnis nationis et conditionis colligi potest ex honoribus, qui ei sive in vita sive post mortem delati fuere. Undique ei viri summi et doctissimi scripserunt, plures exstant epistolae Friderici II. regis Borussiae encomiis plenae ad ipsum, in quarum una (9. Martii 1752) eum appelat »un grand'homme, qui fait à la fois l'honneur de la Pourpre et de sa Patrie, et qui par la manière, dont il protège et cultive les lettres mérite d'en être considéré comme un des Mécènes, qui de nos jours y font le plus d'honneur.« A republica veneta negotia magni momenti tractanda ei fuere commissa; inscriptionibus fere innumeris nomen ejus perenni memoriae consecratum, a quam plurimis academiis socius est adscitus; numismata (9) in ejus honorem cusa, ultra quinquaginta opera virorum doctorum, non solum indigenarum sed et exterorum, non solum catholicorum, sed et acatholicorum ei dedicata fuere [1]).

659. Ex quamplurimis operibus et scriptis, quae edidit, haec potiora videntur: *Orthodoxa veteris Graeciae officia.* Officium quadragesimale recognitum et castigatum ad fidem praestantissimi cod. barbarini in latinum sermonem conversum atque diatribis (admodum eruditis) illustratum, graecolatine, Romae 1721 t. 1. in 4; t. 2. complectitur diatribas quinque, scil. 1. de antiquitate ecclesiasticorum officiorum apud Graecos; 2. de hymnis quadragesimalibus Graecorum eorumque auctoribus; 3. de aliis canticis quadragesimalibus Graecorum eorumque auctoribus; 4. de dominica publicani et pharisaei; 5. de dominica filii prodigi, ib. 1721 in 4. *Enchiridion Graecorum,* quod de horum dogmatibus et ritibus rom. pontificum decreta post schismatis epocham edita, nunc primum collecta complectitur, Beneventi 1725 in 8; *de mosaicae historiae praestantia oratio* (sagax et utilis), Florentiae 1705; Veronae 1741; *primordia Corcyrae* ex antiquissimis monumentis illustrata, Lycii (Lecce) 1725; Brixiae 1738 in 4., editio multis partibus adaucta cum appendice ad sacra spectante, opus eruditum [1]), cui adduntur: Dicta illustrium auctorum expensa et emendata in l. cui titulus Primordia etc., 1758 in 4; *specimen brixianae literaturae,* quae in urbe Brixia ejusque ditione paulo post typographiae incunabula florebat, unde praeter brixiani ingenii gloriam tam annuatim typographicorum series, quam historia literaria temporis illius illustrantur,

[1]) Cf. plura de ejus vita et scriptis in egregiis ejusdem *commentariis de rebus pertinentibus ad Ang. M. S. R. E. Card. Quirinum* p. 1. et 2. Brixiae 1749 t. 3 in 8., a Frid. Sanvitale S. J. († 8. 1761) continuatis usque ad cardinalis obitum, ib. 1761 t. 2 in 8. (cf. A. E. lips. 1750 p. 408—11; 1751 p. 120—22; 235—38); Storia Letter. d'Italia I, 183—206; II, 297—304; XIV, 130—222; Biogr. univ. XXXVI, 387; epist., quas ab. D. C. Ant. Sambuca ad ab. D. Andream Baccium insignis templi collegiati ad s. Marci Romae canonicum scripsit, Brixiae 1745 in 4 (de quibus cf. A. E. lips. 1747 p. 246); Baudrillart de card. Quirini vita et operibus, Parisiis 1889, opus utile, sed pro biographia non sufficiens; Hefele KL. X, 693.

[1]) Cf. J. des Sav. CXVIII, 206—218.

Brixiae 1739 t. 2 in 4. *Pauli II. veneti P. M. vita* ex cod. angelicae bibliothecae (auctore Mich. Canensio episcopo Castrensi † c. 1478), praemissis ipsius pontificis vindiciis adv. Platinam aliosque obtrectatores. Accedit appendix, qua comprobatur Pauli II. pontificatus felicitati deberi optimorum scriptorum editiones, quae eo tempore Romae prodierunt, cum observationibus ad easdem rei typographicae origini illustrandae valde opportunis, Romae 1740 in 4., opus stili elegantia splendidum et eruditione refertum [1]), quod composuit tempore comitiorum, e quibus demum Benedictus XIV. prodiit. *Collectio epistolarum Reginaldi Poli* S. R. E. Card. et aliorum ad ipsum; praemittuntur animadversiones in ep. J. Georg. Schelhornii, vita card. Poli et quaedam hujus scripta atque diatriba ad easdem epistolas [2]) etc., Brixiae 1744—52 t. 4 in 4; t. 4. prodiit postumus cura Frid. Sanvitale. *Imago optimi sapientissimique pontificis* expressa in gestis Pauli III. et Farnesii ad primos tantum quinque annos ejus pontificatus spectantibus [3]), ib. 1745 in 4. *Injustae secessionis ab Ecclesiae romanae sinu jam damnati* in ep. dogmaticis A. M. card. Quirini horum temporum sectarii, lutherani praesertim, nunc ejusdem card. cura edito earum epistolarum delectu, ad ovile Christi revocantur. Praemittitur confutatio scelestissimi lib. (Aug. Bertling) adv. anni jubilaei sanctitatem germanica lingua nuperrime evulgati [1]), Romae 1750 in 4. *Decem epistolarum decades* temporis cursu emisit (Brixiae 1742—54 t. 6 m. 100), quae saepe sunt dissertationes eruditissimae sat prolixae ad celeberrimos totius Europae viros scriptae, ut ad Benedictum XIV., ad cardinales Fleury et Corsinum, ad Montfauconium, Mazzochi, Claudium de Boze, Benaglia, Apostolum Zeno, Gori, Trombelli, Bignon, Frevet, Ant. Saxium, Flam. Cornejum, de Prato, Sam. Reimarum in hamburgensi lyceo publicum professorem, Rud. Kiesling et Kaestner in lyceo lipsiensi professores, Jac. Breitinger linguae graecae apud turicenses prof., Guil. Fervelinum et Gesner prof. goettingenses, Sam. Formejum regiae scientiarum ac literarum academiae borussicae secretarium perpetuum, Menkenium consil. aulicum regis Poloniae, Iselium J. C. basileensem, Georg. Guil. Kirchmaier cons. regium et professorem in acad. wittembergensi, Jac. Mascovium cons. aulicum et senatorem lipsiensem, Schelhorn etc. Quotquot latino sermone edidit, eas omnes collegit et digessit Nic. Coleti, Venetiis 1756 in f. De ejus cum Muratori controversia circa festorum imminutionem infra agemus. Ipsi dein debemus, ut supra jam diximus, magnificam operum s. Ephremi editionem, quam Petrus Benedictus et Assemanus curarunt; editionem operum veterum Brixiae episcoporum, quam curavit Galeardus (p. 1457), collectionem diptychorum a Gorio adornatam. Edidit et. diss. (anonymam) *pro conservando patriarchatu aquilejensi* [2]).

660. Doctissimus pariter vir et literarum amantissimus, quem merito Quirino adjungimus, fuit Dominicus Pas-

[1]) Cf. J. des Sav. CXIV, 291—307; A. E. lips. 1743. p. 57—67; Mém. de Trév. 1741 a. 74 p. 1541—76.

[2]) Cf. de hac edit. H. E. Fleurii contin. l. 239 § 22 ss.

[3]) De controversia orta occasione hujus vitae cum Kieslingio et Schelhornio cf. cont. H. E. Fleurii l. 239 § 26—38 p. 152—612; cf. etiam Roskovány III, 690—93; VI, 622 s. Censuram Kieslingi 36 animadversionibus solidissimis discussit atque refutavit, necnon Schelhornii exceptionibus adversus Paulum egregie respondit.

[1]) Cf. Storia Lett. d'It. III, 41—53.

[2]) Cf. de hac controversia acta et Quirini de ea scripta Fleurii H. E. cont. l. 239 § 8 ss.

sionei 2. Dec. 1682 Foro Sempronii (Fossombrone) natus. In omni disciplinarum genere diligenter excultus, cura praesertim Thomasii et Justi Fontanini, iter literarium per varias Europae regiones instituit. Peragratis ergo Gallia, Belgio, Anglia et Hollandia, ubique viros eruditione celebriores adivit magnumque fructum ex eorum colloquiis retulit. Jussu etiam pontificis ultrajectensi pacis conventui interfuit, ubi contra omnia, quae in religionis ac romanae Ecclesiae praejudicium proponebantur, strenue validisque rationibus reclamabat. A Clemente XI. missus est pontificius legatus in Helvetiam pro componendis variis negotiis, cui legationi tamen non respondit successus. Postquam biennio inquisitoris melitensis (1717) munere functus est, Romam revocatus congregationi de propaganda fide a secretis fuit. Ab Innocentio XIII. assumptus est in epistolarum latinarum secretarium, missus deinde nuncius apostolicus iterum in Helvetiam, cujus legationis (ab a. 1723—29) *acta* [1]) edidit Tugii 1729 in 4; et postea (1730) Viennam ad Caesarem, in cujus aula magna fruebatur gratia. Ibi Fridericum wirtembergicum ducem ad amplectendam fidem catholicam permovit. In laborum praemium a Clemente XII. honoratus (1738) fuit purpura, et a Benedicto XIV. bibliothecae vaticanae (1755) praefectus († 5. Jul. 1761). Bibliothecam instruxerat librorum selectu et codd. mss. antiquitate et raritate pretiosorum copia opulentam [2]), quam sibi adeo familiarem habuit, ut quamvis plusquam sexaginta librorum millibus locuples esset, nunquam tamen investigans manus inquirentem falleret. Acriter se opposuit beatificationi v. card. Bellarmini prolixo adversus eam edito voto [1]); singularis enim et manifestus erat adversarius societatis Jesu, ingenii vivacis, propriae sententiae admodum tenax. Magni aestimabatur a viris eruditis omnis nationis, quibuscum literarum commercium fovit, ut cum Ruinartio, Gronovio, Pez, Eckhart, Calmet, Schwarz, Bianchini, Maupertuis, Brucker etc. »At quam laudatus foris, inquit Cordara in suis Memoriis, tam ferme invisus ob animi elationem in urbe erat.« *Epistolam Alcuini* eruditis notis illustravit (in Fontanini *vindiciis antiquorum diplomatum),* catalogum editionum op. s. Hieronymi cum annotationibus criticis transmisit illorum editori Martianay, codices pretiosos Montfauconio, quibus hic usus est in sua Palaeographia graeca [2]). *Memorie storiche ... del Card. di Tournon* sub ejus nomine post ejus mortem editae non sunt ipsius.

[1]) Cf. A. E. L. 1788 p. 197—202.

[2]) Instruxit pariter in sua villa pretiosum museum inscriptionum, quas descripsit ejus cognatus Benedictus Passionei († 1787) in op. valde erudito: *Iscrizioni antiche con annotazioni,* Lucae 1765 in f., qui etiam edidit ep. ineditas Card. Bonae 1759 et *vitam Calmeti* annotationibus illustratam, Romae 1770 in 4. Bibliotheca card. Passionei adjuncta fuit post ejus mortem bibliothecae angelicae Augustinianorum.

[1]) Exstat in contin. H. E. Fleurii 82, 50—250.

[2]) Cf. plura apud Galletti Memoria per servire alla storia della vita del card. D. Passionei, Romae 1762 in 4: Bibliogr. univ. XXXIII, 105—8; Feller VI, 416; contin. H. E. Fleurii l. 247 § 11; Pfülf KL. IX, 1578.

V. Historia ecclesiastica.

661. Initium ducimus a duobus viris summis, qui propter eruditionis vastitatem operumque quae ediderunt varietatem disciplinarum diversarum cul-

toribus adnumerari possunt et debent: quia tamen prae ceteris disciplinas historicas illustrasse videntur, hic in primis merent laudari. De Ludovico Antonio Muratori[1]) et Scipione Maffei loquimur. Natus est ille 21. Oct. 1672 honestis parentibus sed tenuioris fortunae Vignolae, quod oppidum est duodecim fere passuum millibus Mutina dissitum. A prima juventute ad ultimam senectutem semper aliquid addiscendi flagravit desiderio. Mutinae sub Jesuitarum institutione literis humanioribus operam dedit, quo tempore quidquid otii supererat a scholasticis occupationibus, in legendis libris, praecipue latinis, quos faciebat italicos, plerumque libentius quam in puerilibus ludis insumebat. Legem sibi ipse indixit, quam per omnem exinde vitam sanctissime servavit, non amplius unquam quam septem horarum spatium somno concedendi. Ex quo clericali tonsura initiatus fuit (17. Jan. 1688), mores in melius ita mutavit, ut nullus Mutinae adolescens aut magis deditus studiis aut modestiae ceterarumque virtutum laude florentior exsisteret. Philosophiae cursum sub egregio magistro Joan. Dom. Guidotti O. S. Franc. solemni disputatione absolvit (1692). Mox legibus, theologiae morali et scholasticae, qua minus delectabatur, dein utrique juri studuit. Majorem tamen voluptatem hauriebat ex poesi, cui aliquamdiu juvenili fervore abreptus se dedit. Graecae linguae sine magistro ac duce navavit operam et paucos intra menses ita profecit, ut aliorum dux atque magister esse posset. In studio antiquitatum, a Bacchinii (cf. p. 1227) ore pendebat, qui juveni auctor fuit, ut eruditioni profanae adderet sacram. Quare conciliorum acta patrumque opera adiit eaque tanta attentione perlegit, ut ad verbum edidicisse videretur. Eruditione et ingenio stupendo oculos eruditorum in se convertit; quare licet nonnisi 21 annorum a comite Car. Borromaeo Mediolanum advocatur, ut unus esset ex ambrosianae bibliothecae praefectis (1693). Antequam illuc commigraret, in utroque jure Mutinae lauream accepit; a. 1692 sacerdotio inauguratus est. Jam se in libros abdidit veteresque codices, queis bibliotheca illa abundabat, ita scrutatus est, ut multa antea incognita inde deprompserit.

662. Verum improviso et invitus Mutinam a Raynaldo duce revocatus est (1700), ut praeesset estensi archivio, cui ordinando duos ferme insumpsit annos. Animarum salutem interim non penitus neglexit, atque a duce obtinuit, ut visitator carcerum Mutinae constitueretur, quod munus ipse miserabilium illorum hominum ibi detentorum caritate permotus, per annos bene multos exercuit. Annis 1714—16 jubente Raynaldo ac Georgio I. rege magnae Britanniae cum Petro Hercule Gherardo archivia in Italia quotquot potuit, invisit. Eorum tamen plura fuerunt ei occlusa vel ex

[1]) Hist. politische Blätter LXXIV, 335: „Muratori war ein Universalgenie; in allen Wissenschaften war er zu Hause; die Philosophie, Medicin, schönen Wissenschaften, Geschichte, Archäologie, Ethik, Jurisprudenz, Politik, Theologie, Kirchenrecht und Dogmengeschichte waren Gebiete, die er alle beherrschte. In kürzester Zeit hatte er die heterogensten Zweige des Wissens erfasst und zwar nicht in stümperhafter Weise, sondern wie wenn er Jahre lang dieselben studiert hätte und sie sein eigentliches Fach wären. So war M. nicht nur für seine Heimat Italien und seine Zeit, sondern für alle gebildeten Länder und die späteren Generationen eine reiche Quelle und ein mächtiger Anstos und Sporn zu gleichen Unternehmungen ... Sein Einfluss war fast in allen Wissenschaften regenerirend.“ Cf. plura ibidem de ipso ejusque operibus Solius, Vita di Muratori, Venetiis 1756; Fabronius vitae italorum X, 89—391 auctore Al. Brenna; biographia auctore Fr. Reina praemissa in ed. nova Annalium; Zaccaria Storia Lett. II, 541—565. coll. VI, 331.

motivis politicis vel ex cordis angustiis, qua de re ipse haud raro conqueritur [1]). Reduci in patriam munus oblatum est praepositi et parochi in ecclesia mutinensi s. Mariae, quae Pomposa dicitur. Magno commiserationis affectu ferebatur in pauperes, quos liberalissime quaqua ratione poterat juvabat. Ad quadraginta florenorum millia in eos distribuisse aestimatur. Semel etiam cum non haberet nummos, petenti, quo filiam suam inter moniales Deo sacraret, vasa quae domi habebat argentea et torquem aureum a Carolo VI. dono sibi missum commodavit oppignoranda. Saepius visebat aegrotos; saepius quos hieme per vias offendebat nimio frigore laborantes invitabat domum, ut tum igne tum cibis e mensa sua foverentur, quin et si qui non poterant per se advenire, per bajulos deferri curabat. Mulierem coecam ab aliis in via derelictam ipse domum reduxit. Societatem instituit, quae *Caritas* dicta est, ad quam promovendam scripsit *Trattato morale della Carità Cristiana,* in quanto essa è l'amor del prossimo, Mutinae 1723 in 4; Venetiis 1745 etc., quae magno pauperibus mutinensibus adjumento fuit. In egenorum pariter utilitatem montem, ut vocant, pietatis, et nosocomium Mutinae erigi curavit. Nec minas timuit, cum ageretur de animarum sibi concreditarum salute. Ita mortis aut gravissimi certe vulneris periculum subiit, cum a nefario patre filiam ab ipso prostituendam in tutiorem locum deferri curasset. Nullam ex inimico poenam per suos expeti voluit; quin etiam nihil habuit antiquius, quam ut eundem certiorem faceret, a se quidem nihil esse timendum. Criminis poenitentia ductum ac veniam postulantem amantissime complexus est. Cum variis valetudinis incommodis coepit affici, omnibus sui muneris occupationibus parem se non amplius sentiens, eodem se a. 1733 abdicavit: confessiones tamen exipiendi aut subveniendi pauperibus consuetudinem non intermisit. Nisi aliis curis necessariis interpellaretur, duodenas horas quotidie studio tribuebat. Libenter lectitabat libellum de imitatione Christi. Amicitia fruebatur virorum in scientia summorum, Norisii, Ciampini, Magliabechi, Mabillonii, Montfauconii, Papebrochii, Janningi, Maffei, Gori, Quirini etc., a quibus ad 20.000 epistolas accepit, quae adhuc supersunt. Socius erat regiae londinensis plerarumque academiarum Italiae. Deficientibus gradatim viribus gravioribusque valetudinis incommodis affectus mortem appropinquare sensit. Quamobrem 25. Nov. 1749 vitae suae culpas omnes confiteri voluit. Morbi vehementia oculorum lumen duobus mensibus ante mortem amisit, quod malum patienter, imo fortiter tulit. Piissime omniumque virtutum pii sacerdotis exercitio se ad extremum agonem praeparavit, ac demum vitam morte commutavit 23. Febr. 1750, cum annos 77, mensis 3 diesque 2 absolvisset. Paucorum erat verborum, affabilis tamen, humanus et hilaris. Humilitatem ita coluit, ut ipsam in actibus omnibus, in ipso incessu atque vestitu prae se ferret. Ideoque etiam et honores fugit et licet summorum principum, Benedicti XIV. in primis [1]),

[1]) Cf. Le Lettere inedite di L. A. Muratori a' più eruditi Toscani, Firenze 1850.

[1]) Cum is archiepiscopus bononiensis esset, familiarissime cum eo conversatus est in villa Ursii prope Mutinam; pontifex autem factus nunquam oblitus est Muratorii, quin et saepius de illo cum doctioribus familiaribus libenter verba faciebat. Si quid in lucem edebat novi, ad Muratorium illico mittebat libri exemplum. Saepius etiam eum de rebus ad sacram doctrinam spectantibus per card. Tamburini consuluit, ad eum literas dedit, eumque in suis libris magna cum honoris significatione appellat. Verum quidem est eundem pontificem ad supremum inquisitorem Hispaniae 31. Jul. 1748 scri-

gratia frueretur, nunquam eam in commodum suum convertit. Laudes fugiebat, corrigi cupiebat, adversariis absque ira et felle respondebat. Quare, ut paucis multa complectamur, non modo scriptorem in Muratorio eximium universus terrarum orbis, sed virum omnino bonum ac sacerdotem ordine suo dignissimum civitas mutinensis amisit.

663. Jam ad ejus veniamus opera, quae complent tomos 46 in folio, 34 in 4. et 13 in 8. Meditabatur Muratori rempublicam literarum, de qua constituenda plures per annos cum summis viris egit. Hujus quasi lineamenta exhibet in libro: *I primi disegni della Republica letteraria d' Italia* rubati al segreto e donati alla curiosità degli altri eruditi da Lamindo Pritanio (sub quo nomine saepius latere voluit), Venetiis 1703 in 8. Cui reipublicae sub forma regiminis aristocratici praestituit scopum literas qua repurgandi et emendandi, qua perpoliendi et perficiendi. Quocirca proponit explicatque praecepta et consilia de singulis disciplinis et artibus, de academiis et scholis reformandis, de typis dirigendis, de condendis ephemeridibus literariis, de promovendis studiis literariis, excitandis et juvandis magnae spei juvenibus etc. Magnum hic libellus per Italiam excitavit rumorem, aliis illum laudantibus, aliis impugnantibus. In eundem fidem scripsit plures epistolas. Huc adhuc spectat: *Riflessioni sopra il buon Gusto intorno le scienze e le arti,* Venetiis 1708; Neapoli (sub ementito nomine Coloniae) 1715 t. 1. et 2. et dein saepius. In eo continentur optimae reflexiones circa disciplinas varias et artes in communi et in particulari, variaque professorum et scriptorum in eisdem pertractandis vitia deteguntur, et opportuna remedia assignantur, quibus diligenter vitentur. Negari tamen nequit Muratorium minus propensum esse in theologiam scholasticam, in quam non raro vehementius invehitur [1]). Consilium vero de illa republica instituenda effectu caruit. Ex operibus (64) quae ad nos magis spectant haec videntur potiora: *Filosofia morale* esposta e proposta ai Giovani [2]), Veronae 1735 in 4; Mediolani 1736 etc.; *Tr. della forza dell' intendimento umano* ossia il Pirronismo confutato, Venetiis 1735 in 4; in quo evertere nititur quod in l. Huetii de imbecillitate mentis humanae (p. 1101) legerat, cujus ceterum genuinitatem in dubium vocat; postea vero agnovit errorem seque frustra in eo probando laborasse. *Della forza della Fantasia umana,* ib. 1745; *Governo della Peste politico, medico ed ecclesiastico,* Mutinae 1714, et saepissime; 1721 (ed. optima), liber, quem ipse usus admodum utilem comprobavit.

664. Jam sequuntur fructus, quos collegit ex bibliothecis, quas diligenter est scrutatus. *Anecdota,* quae ex ambrosianae bibliothecae codd. nunc primum eruit, notis et disquisitionibus auget, t. 1. quatuor s. Paulini ep nol.

psisse: „O quam multa reperiuntur in eis (libris Muratorii) censura digna! Quot hujusce furfuris Nos ipsi eos legentes offendimus! Quot nobis ab aemulis ei accusatoribus oblata sunt! Et nos usque adhuc abstinuimus et abstinebimus ab operum condemnatione nostrorum praedecessorum exemplis edocti, qui pacis et concordiae amore a proscribendis iis quae proscriptionem merebantur, cessarunt, quando videlicet censuerunt plus mali quam boni a proscriptione derivandum." Scimus tamen etiam ex pontificis ad Muratorium ep. 25. Sept. 1748, contra pontificis expressam voluntatem literas illas typis fuisse datas; eaque quae censura digna ipsi visa sunt, referri ad temporale romani pontificis dominium. Cf. epistolas huc spectantes ap. Solium; Reusch II, 803 ss.

[1]) Cf. Suppl. ad A. E. VII, 127—33.
[2]) Cf. Zaccaria Storia Lett. X, 182—29

poemata complectens, Mediolani 1697 in 4., quae postmodum recepit in Brunii (p. 1150), editionem operum hujus s. episcopi, quam ipse recudendam curavit [1]) Veronae 1736 t. 4 in f. T. 2. praeter veterum scriptorum monimenta commentarium continet *de corona ferrea* [2]), 1698 in 4., primum eruditionis suae specimen, quo jam omnium eruditorum oculos in se convertit: et tamen postmodum fassus est se illud multo felicius quam prudentius edidisse, quod nemine consulto nec limae, nec morae esset patiens. In 22 dissertationibus fuse agit de s. Paulino, de veterum christianorum sepulcris, de eorum votis ac votivis oblationibus in sanctorum honorem, de forma crucis; Ottium calvinianum impugnat (diss. 16.), quia Baronium reprehenderat affirmantem pretiosa supellectile veterum christianorum templa fuisse exornata, atque in iis ad martyrum sepulcra cereos ac lampades accendi consuesse. Prolegomensis et animadversionibus illustrat in t. 2. professionem fidei et apologiam Bacchiarii. Occasione expositionis fidei Ven. Fortunati, quam exhibet, disserit de auctore symboli athanasiani. Tomi 3. et 4. prodierunt Patavii 1713 in 4. *Anecdota graeca*, quae ex mss. codd. nunc primum eruit, latio donat, notis et disquisitionibus auget [3]), Patavii 1709 in 4. Continent hic t. 218 epigrammata s. Gregorii naz., ep. 45 Firmi Caesareae ep. (sec. V.), ep. 4 Juliani apostatae et ep. ad Dionysium olim (sed falso) Julio I. tributam. In disquisitionibus adjectis agit de synisactis et agapetis, de agapis earumque abrogatione, de antiquis christianorum sepulcris.

665. *Rerum italicarum scriptores* ab a. aerae christianae D—MD., quorum potissima pars nunc primum in lucem prodit ex ambrosianae, estensis aliarumque bibliothecarum codd. . . . . praefationibus auxit, nonnulos ipse, alios vero mediolanenses palatini socii [1]) ad mss. codd. fidem exactos, summoque labore ac diligentia castigatos, variis lectionibus et notis tam editis veterum eruditorum quam novissimis auxere; additis ad plenius operis et universae italicae historiae ornamentum novis tabulis geographicis et variis longobardorum regum, imperatorum aliorumque principum diplomatibus, quae ab ipsis autographis describere licuit, vel emendatis, necnon antiquo characterum specimine et figuris aereis [2]), Mediolani 1723—51 t. 25 in 28 v. in f. Hujus collectionis veluti supplementum prodiit cura J. M. Tartini *Rerum italicarum scriptores* [3]) ab a. aerae christianae M—MDC., quorum potissima

[1]) Cf. A. E. lips. 1737 p. 529—31.

[2]) Cf. A. E. lips. 1698 p. 57—59; 1699 p. 304—8; J. des Sav. XXVII, 419—30.

[3]) Cf. A. E. lips. 1710 p. 494—500; J. des Sav. XLIX, 669—78.

[1]) Ex eorum sociorum numero fuerunt Philippus Argelatti, qui magnam adhibuit industriam, diligentiam ac fidem (de quo infra); Horatius Bianchi romanus († 1756), qui operam suam in edendis praedicti Argelati operibus et collectione latinorum scriptorum utilissime collocavit. Inter scriptores rerum italicarum Pauli Warnefridi ll. 6 de gestis longobardorum, historiam Camilli Pellegrini et historiam Landulphi senioris annotationibus illustravit; ad *Caroli Signonii ll. 14 historiae ecclesiasticae* primum ex msc. cod. editos prolegomena adjecit; et Joan. Caspar Beretta O. S. Ben. Mediolanensis philosophiae et theologiae professor in academia patavina († 1. Jan. 1736) qui auctor est diss. chorographicae *de Italia medii aevi*, in thes. rer. ital. t. X, *Lychni chronologico-juridici*, Mediolani 1700 in 4. Alia cf. apud Argelati I p. 2. pag. 139.

[2]) Cf. de hoc ingenti op. passim Bibliothèque ancienne et moderne XXI, 1 ss. etc.; A. E. lips. 1724 p. 1 ss. etc.; J. des Sav. LXXVIII, 431 ss. etc. Jos. Aloysius Assemani († 1782), de quo alias, pariter edidit *italicae historiae scriptores* ex bibliothecae vaticanae codd. msc., Romae 1751—53 t. 4 in 4., quod opus non est continuatio seu supplementum operis Muratorii, sed historia regni neapolitani et siculi, cui inserta sunt fragmenta ex codd. mss.

[3]) Cf. Storia Lett. III, 209—13.

pars nunc primum in lucem prodit ex florentinarum bibliothecarum codd., Florentiae 1748—70 t. in f. (simul m. 1200). Novam ed. eamque splendidam coepit 1893 Fiorini, cujus jam multi fasciculi prodierunt in Città di Costello. — *Antiquitates Italiae medii aevi*, sive diss. 75 de moribus, ritibus, religione, regimine, magistratibus, legibus, studiis literarum, artibus, lingua, militia, nummis, principibus, libertate, servitute, foederibus, vasallis hominibus, liberis, servis, judaeis, leprosis aliisque faciem et mores italici populi referentibus post declinationem rom. imperii ad a. MD; omnia illustrantur et confirmantur ingenti copia diplomatum et chartarum veterum, nunc primum ex archivis Italiae depromptarum, additis etiam nummis, chronicis aliisque monumentis nunquam antea editis ... palatinis mediolanensibus sociis editionem curantibus [1]), ib. 1738—42 t. 6 in f.; Aretii 1777—80 t. 17 in 4., appendix velut praecedentis operis, in qua expendit quidquid ad politicum regimen Italiae post a. Christi millesimum pertinet, atque etiam de ritibus ecclesiae ambrosianae (diss. 57.), de veneratione christianorum in sanctos, de redemptione peccatorum etc. disserit. Opus hoc in compendium redegit atque in popularium utilitatem lingua vernacula edere cogitavit, sed prodiit posthumum inscriptum *Dissertazioni sopra le antichità italiane*, Mediolani (Venetiis) 1751 t. 3 in 4. Cum vero in hoc opere quemadmodum et in illo majori nonnulla sunt, quae aulae romanae merito displicerent, Cajetanus Cenni, jurium sedis apostolicae (circa dominium temporale) strenuus adversus Muratori propugnator, illud iterum edidit 1765 et praefationibus notisque castigavit emendavitque. In 3. diss. ea quoque refellit, quae Muratorius de origine cardinalium, de canonicis ecclesiarum patriarchalium Romae, de praebendis, de monasteriis romanis, de bonis ac reditibus ecclesiasticis, de indulgentiarum origine, de origine ecclesiastici principatus etc. scripserat. *Indices chronologicos* ad antiquitates et ad opera minora L. A. M. concinarunt Jo. Maria Battaglino et Jos. Calligaris, operis sibi moderamen susceperunt Car. Cepolla et Ant. Manno curatores taurinenses studiis historiae patriae promovendis, Taurini 1889. *Novus thesaurus veterum inscriptionum* [1]), Mediolani 1739—43 t. 4 in f., ed. splendida (fr. 70). Inscriptiones plerumque opportunis annotationibus illustrat. Tomus 4. exhibet inscriptiones christianas.

666. *Liturgia romana vetus* tria sacramentaria complectens leonianum scil., gelasianum et antiquum gregorianum [2]), Venetiis 1748 t. 2 in 4; Neapoli 1776. Ansam huic operi dedit Jos. Blanchinius, qui in animo habuerat hujusmodi opus per se condere, universaque sacramentaria typis jam edita rursus in illo exhibere. Verum aliis curis praepeditus nunquam id praestare potuit. Itaque Muratorio quae collegerat ipse liberaliter omnia obtulit, qui libenti animo licet jam se-

[1]) Cf. A. E. lips. 1741 p. 1—12; 241—54; 1742 p. 625—35; 1745 p. 433—48; J. des Sav. CXXVI, 328—44; 489—510; 541; CXXVII, 244—258; 435—453; CXXVIII, 487—509; CXXIX, 33—50.

[1]) De quo cf. Zaccaria, *Storia Letteraria* II, 555—59, ubi plures scriptores indicat, qui multas inscriptiones a Muratorio exhibitas emendarunt. Sed his naevis non obstantibus viri vere eruditi magnis encomiis hoc opus extollunt, ut Maffejus, Zaccaria, Corsinius etc. J. des Sav. CXXV 63—71; A. E. L. 1748, 1—11. *Supplementum* (admodum rarum) adjecit Sebastianus Donatus, Lucae 1765 t. 2 in f. (fr. 120).

[2]) Cf. A. E. L. 1749 p. 597—606; Zaccaria, ib. I, 58—71. Adversus Muratorii tractationem scripsit Joan. Aug. Ernestus *Antimuratorium* sive confutationem muritorianae disputationis de rebus liturgicis ad Salomonem Deylingium, Lipsiae 1755 in 8., de quo cf. A. E. L. 1758 pag. 145—58.

nio gravatus, operi manum admovit. At ne opus nimium excresceret, noluit omnia in eo sacramentaria describi, sed illa tria, (quae jam ediderat b. Thomasius p. 981) quibus addidit missale gothicum, francicum et gallicanum, et aliud gallicanum vetus cum duobus vetustissimis ecclesiae romanae libris ritualibus opera Mabillonii jam editis. Doctissimam tractationem de vetere ejusdem ecclesiae liturgia praemisit, quam cum aliarum vel Orientis vel Occidentis ecclesiarum liturgia comparavit, et adversus protestantes, Binghamum et Basnagium in primis, catholicam ex liturgiis de sacramento eucharistiae ac de missae sacrificio doctrinam asseruit. *Annali d'Italia* dal principio dell'Era Cristiana sino al anno 1749, Mediolani (Venetiis) 1744—1749 t. 12 in 4., quos inchoaverat hortantibus amicis suis nonnisi a. 1740, et magna celeritate absolvit. Eos Cenni rigidae et acri subjecit censurae, nam Muratori nullam praeterit occasionem labefactandi pontificiam dominationem in exarchatu; Jos. Catalanius eos criticis praefationibus illustravit atque tres adjecit annos, Romae 1752 in 8. Aucti prodierunt 1753—56 t. 17 in 4; 1818—21 t. 18; eos continuavit Antonius Coppi († 26. Febr. 1870) ab a. 1750—1819 t. 4, Romae 1824; alius usque ad medium sec. XIX. Laudatur ordo et narrationis perspicuitas, sed non carent naevis, neque semper satis sunt accurati, stilusque est neglectus [1]). *Prolegomena in Lescii Crondermi elucidationem de divinae gratiae doctrina,* Coloniae 1705 in 4. Duplicem complectitur hic tomus tractatum adversus Jansenianos, alterum Celsi Cerrii can. reg. s. Salv. abbatis (qui latere voluit sub nomine Lescii Crondermi), alterum Franc. Diroysii sorbonici doctoris.

[1]) Cf. Troya Studi intorno agli Annali d'It. del Muratori, Neapoli 1877.

667. Magnas controversias excitavit ejus l. *de ingeniorum moderatione in religionis negotio,* Parisiis 1715 (sub nomine Lamindi Pritanii) et deinde saepe alibi, adversus Joan. Clericum, qui sub nomine J. Fereponi 1702 ediderat in Augustinum animadversiones injuriosas. Hac scil. occasione Muratori scriptores aliquot catholicos quasi obiter arguit, qui nimirum ingenio nimis indulgent in ipso religionis negotio. Verumtamen qui libri editioni praefuit, veritus minime fuit nonnulla de suo adjicere, ne auctor pontificis infallibilitatem tueri videretur. Ea res Muratorio valde displicuit et de sua mente auctores ephemeridum literatorum Italiae per epistolam a. 1716 diserte monuit. Editionem (7.) accuratam, ad mentem Muratorii emendatam, Venetiis 1752 curavit Andreas Gallandi (sub nomine Grandorgaei) atque animadversionibus illustravit [1]). Illud in primis displicuit, quod doctus alioquin auctor l. 2 c. 6 votum improbaverit sanguinem ac vitam ad defensionem tum piae (quam summe piam esse ipse fatetur) opinionis de conceptione b. Virginis immaculata profundendi illud nuncupans sanguinarium. Quare plures scriptores editis libellis ejus sententiam impugnarunt. Ita Franciscus Burgio [2]) S. J.

[1]) Cf. Zaccaria ib. V, 326—37. Germanice illud verterunt Biunde et Braun Hermesiani pro causa sua Confluentiae 1837.

[2]) Franciscus Burgio Siculus n. est 24. Apr. 1674. Philosophiam et theologiam docuit annos 30, decessitque 23. Jan. 1761. Scripsit praeterea Lettera ad un amico *sopra due Dogmi* di grande importanza del Conc. Tridentino, Panormi 1756 in 4; pro Bened. Plazza; *Lettera ad un amico,* in cui si dà il parere teologico sopra il l. titolato: Defensio scholae thomisticae O. Praed. contra J. M. Gravina S. J. (auctore Vinc. Avvocati O. Pr. p. 1407); *Difesa di multi autori* della Comp. d. G. attacati nelle Riflessioni ultimamente publicati da D. Ign. Vivaldi (contra ep. praecedentem Panormi 1757), ib. 1757 in 4.

sub nomine Candidi Partenotimi in dissert. theologica: *Votum pro tuenda Deiparae conceptione* ab impugnationibus recentioris L. Pritanii vindicatum, Panormi 1739. Cum haec diss. plurimorum animos in Muratorium commovisset, ipse respondere sategit sub nomine Antonii Lampridii in l. *de superstitione vitanda* sive censura voti sanguinarii in honorem immaculatae conceptionis Deiparae emissi a C. Parthenotimo incassum vindicati [1]), Mediolani (Venetiis) 1740, quem edendum curavit Dan. Concina O. Praed. Argumentum praecipuum, quo ad impugnandum illud votum utitur, est ipsi piae sententiae tum nondum definitae incertitudo, quam multis undique conquisitis rationibus ostendere nititur: non tamen propterea dici potest, ipsum immaculatam Virginis conceptionem negasse. Respondit Burgio diss. duplici: *De pietate in Deiparam* amplificanda, in qua duplex exponitur et vindicatur votum pro tuenda ejusdem Deiparae immaculata conceptione susceptum, Panormi 1741 in 4. — Praeterea adversus Muratorium scripserunt Joan. de Luca O. Min. Obs. (p. 999) in monito praefixo piissimi l. *de immaculata b. M. V. conceptione,* Neapoli 1739 in 4.; (cum responso Venetiis 1744); Zaccaria, *Lettere* (3) *al S. Ant. Lampridio* intorno al suo l. de superstitione vitanda, Panormi 1741. — Laurentius Migliacci canonicus panormitanus [2]): *Lampridius detectus et castigatus* seu intemeratae marianae conceptionis magnanimo voto vel usque ad sanguinem propugnatae diss., ib. 1741 — Melchior de Laurentio (Lorenzo) S. J., Panormitanus, philosophiae et theologiae professor, *Risposta ad un Cavaliere erudito* desideroso di sapere ciò che debba intendere intorno al l. del S. A. Lampridio, ib. 1741; cum responso ad ep. S. Muratorii, ib. 1743 — Vespasianus Maria Trigona S. J. († 1761): *Lettera di P. A. Saguas* (sub quo nomine latere voluit) ad A. Lampridi, in cui si dimostra, che il suo l. intitolato: de superstitione etc. troppo si opponga alle legi del buon gusto già con plauso stabilite da L. Pritanio, ib. 1741 in 4; Neapoli 1742 in 8; cui ib. 1743 adjecit alias tres contra ep. interim a Muratorio editas — Bonaventura Attardi O. S. Aug.: *La risposta senza maschera* [1]), Panormi 1742 — Josephus Ignatius Milanese S. J. Panormitanus († 1750): *Lampridius ad trutinam revocatus* diss. theol. de immaculatae Mariae conceptionis certitudine ejusdemque immunitate a debito proximo originalis culpae contrahendae, ib. 1742 in 4. — Antonius Ign. Mancuso S. J. Panormitanus († 1742): *Rittrato della falsa dottrina di L. Pritanio* esposta da Fulgosio di Monte Pelero [2]), ib. 1742 in 4. — Victorius Cavalesi, cui Muratori bis respondit, et qui post Muratorii obitum sub nomine Octavii Valerii *de superstitiosa timiditate vitanda* contra eundem scripsit [3]), Tridenti 1751 in f. — Jos. Maria a Jesu O. Carm. [4]) in op. *Deipara ejusque cultores vindicati,* 1753 t. 2 sub nomine Franc. Jos. Antonii de Vera, opus rarum — Antonius Mongitore (tecto nomine): *Nuovi fervori della città di Palermo et della Sicilia in*

[1]) Cf. acta erud. lips. 1746 p. 3—10.

[2]) Ejus quoque est: *Storia biblica critica e teologica della vita di s. Giuda Taddeo Ap.*, Panormi 1848 in 4., liber nullius pretii.

[1]) Scripsit et *Lettera polemica* sopra la controversia mossa da Dominico di Leo intorno al primo vescovo di Palermo, 1736 in 4., in qua tuetur unicum episcopum a s. Petro in Siciliam missum fuisse s. Pancratium.

[2]) Ipsius quoque est *Lettera scritta ad un suo amico,* in prova che s. Filippo d'Argira fu mandato dal principe degli apostoli s. Pietro, Panormi 1738 in 4.

[3]) Cf. Zaccaria Storia Lett. V, 430—44; A. E. lips. 1755 p. 546—72.

[4]) Is erit alius a cognomine Carmelita, cujus supra p. 637 mentionem fecimus.

ossequio dell' immaculata Concezione di M. V., Panormi 1742 — Ign. Como Lilyboetanus O. Min. s. Franc. Conv. dissertatio theolog. *in vindiciis certitudinis immaculatae conceptionis s. M. V.* adversus A. Lampridii animadversiones in opusc. de superstitione vitanda, ib. 1742 — Dion. Bernardus de Morales († c. 1750) *animadversiones crit cae et dogmaticae* pro sustinendo voto tuendi ad sanguinem immaculatam b. V. M. conceptionem [1]), Ulissipone 1750 v. 2 in f. — Joannes Bapt. ex comitibus Gaddi [2]), patricius foroliviensis, praelatus domesticus Benedicti XIV., cujus sunt *de immaculata ex primo instanti M. V. conceptione apolog. diss.,* Forolivii 1750 in 8; Venetiis 1754 in 4; *votum de immunitate Deiparae V. M. ab originali peccato usque ad effusionem sanguinis* a lampridiana censura vindicatum, ib. 1754 in 4. — Constantinus Gaudio, *della illibata divozione de' Fedeli,* Messinae 1753 — G. P. Milesi O. Min. Dalmata pro vindicanda certitudine sententiae expungentis a V. Deipara originale peccatum contra L. Pritanium, A. Lampridium, Ferd. Valesium *epistolae,* Lycii 1752—54 t. 2. — Alex. Santocanale — Bened. Plazza — Georgius abbas roggenburgensis etc. Quibus respondit Muratorius l. cui titulus: *Ferd. Valdesii epistolae* (17) seu appendix ad l. de superstitione vitanda etc., Mediolani (Venetiis) 1743. — Majores forte motus Salisburgi civit Muratorii liber ejusque monitum, quod dedit in op.: *Vita del P. Paolo Segneri Juniore* ed esercizi spirituali, Mutinae 1720, de sanctorum, praesertim b. Mariae V. cultu. Duas ut hos motus compesceret, scripsit epistolas ad patres benedictinos, sed frustra: publice enim adversum eum declamatum fuit tanta utriusque partis animorum exacerbatione et zelo, ut archiepiscopus Thun auctoritate omni remediisque severioribus utendum esse censuerit [1]).

668. Alia nostri auctoris opera sunt: *De paradiso regnique coelestis gloria* non expectata corporum resurrectione justis a Deo collata adversus Thomae Burneti britanni l. de statu mortuorum et resurgentium, Veronae 1738 in 4., quem l. tribus mensibus absolvit, atque in eo ostendit animabus justorum perfecte jam mundis illico concedi visionem beatificam [2]). *Lusitanae ecclesiae religio* in administrando poenitentiae sacramento, Mutinae 1747, quo in mandatum supremi inquisitoris Lusitaniae praecipientis, ut confessarii inquirentes in complicum nomen apud s. inquisitionis tribunal deferrentur, invehitur. *Della regolata devozione de' Cristiani,* Venetiis 1747 et saepius alibi, opus quod pariter multorum animos commovit et stilum exacuit. Quum probaret et defenderet in eo consilium Benedicti XIV. de diebus festis imminuendis, celeberrimum card. Quirinum adversarium habuit, qui epistola abbati monasterii Dissentis inscripta

---

[1]) Edidit praeterea: *Corusactiones dogmaticae* universo orbi terrae pro recta sacramenti poenitentiae administratione refulgentes in varios distributae radios, quibus noxia praxis detegendi complices destruitur atque variae propositiones tum Morini tum Muratorii tum aliorum dissipantur, 1748 in 4.

[2]) Hujus forte est *Gemma clericalis* seu annotationes ad edicta circa vitam et honestatem clericorum et praesertim circa habitum et tonsuram, Forojulii 1709.

[1]) Cf. de his turbis fuse admodum Fleurii contin. H. E. l. 233 § 8 ss.; et lib. Joan. Bapt. Gaspari Αδεισιδαιμονος φιλοραωμαιου vindicae adversus sycophantes juvavienses. Coloniae (Venetiis) 1741, in quo libello famoso universitatis benedictinae professores, rector, decanus etc. indignum in modum traducuntur, unde etiam haec satyra magno studio suppressa fuit; hist. pol. Blätter LXXII, 517 ss.; Daser, qui accurate de his turbis disserit in Studien u. Mittheil. aus dem Ben.-Orden 1899 p. 25—35; 325—35; Sattler Collectaneen Blätter p. 338—58.

[2]) Cf. Mich a s. Joseph bibliogr. crit. III, 326—31.

rationes a Muratorio propositas refutare nisus est. Respondit cardinali Muratorius lib.: *Difesa di quanto ha scritto L. Pritanio* in favore della diminuzione delle troppe feste, qui exstat in *Raccolta di Scritture concernenti la diminuzione delle Feste di precetto* [1]), Lucae 1748. Verum Quirinus alia prolixa ep. ad Italiae episcopos universos Muratorii rationes confutandas evellendasque suscepit. Paravit Muratorius novum responsum, sed cum haec controversia in dies cresceret animosque concitaret, Benedictus XIV. utrique parti silentium imposuit, comminatus etiam censuras iis, qui minime parerent. Prodiit illud inter scripta inedita, quorum infra mentionem faciemus. In primis vero Bened. Plazza (n. 604) l. della regolata devozione impugnavit op. *Christianorum in sanctos sanctorumque reginam eorumque festa, imagines, reliquias propensa devotio* a praepostera cujusdam scriptoris reformatione sacrae potissimum antiquitatis monumentis ac documentis vindicata simul et illustrata. Accesserunt Christi monita maxime salutaria de cultu dilectissimae matri Mariae debite exhibendo a duacensi doctore olim proposita (adversus *salutaria monita* Adami Widenfeldt de quo cf. supra IV [3], 51) Panormi 1751 in 4. Hujus op. doctissimi veluti epitome est l. Salvatoris Maurici S. J. Siculi († 10. Apr. 1766) *La divozione de' Cristiani difesa dalla Critica di L. Pritanio* [2]), Lucae 1753 in 8. Adversus Plazza scripsit Soli, Muratorii ex sorore nepos, *L. Pritanii redivivi epistola paraenetica* [3]), Venetiis 1755 in 4. Alia de causa adversus Muratorii l. scripsit Constantinus Rotigni ex casinensibus monachis *Trattato della Confidenza Cristiana,* Venetiis 1751 sub nomine Alethophili sacerdotis, quod Muratori Molinae doctrinam de gratia Dei sequi visus fuerit. Delatus demum fuit Muratorii l. ad sacram congregationem Indicis, quae post diuturnum ejusdem examen nihil censura dignum in eo reperiri judicavit. Fridericus a s. Antonio O. Carm. e ducatu mediolanensi antea Carolus Carozza appellatus n. 30. Oct. 1730, philosophiae et theologiae lector († 3. Dec. 1779) reliquit *Avvertimenti* sopra il l. della regolata divozione, Venetiis 1757. — *De naevis in religionem incurrentibus* sive apologia ep. a SS. D. N. Benedicto XIV. P. M. ad episc. augustanum (de Crescentia Kaufburana sanctimoniali) scriptae [1]), Lucae 1749, adversus Christ. Ernestum de Windheim religione protestantem [2]). Alia opera minora vel quae ad theologiam non spectant praetermittimus. Collecta prodierunt ejus opera Aretii 1767-80 t. 36; Venetiis 1790—1810 t. 48. In memoriam secundi centenarii dein natalitii Muratorii prodierunt: *Scritti inediti di L. A. Muratori* [3]), Bononiae

---

[1]) Cf. A. E. lips. 1752 p. 350—54; contin. H. E. Fleurii l. 238 § 13. Cf. l. 245 § 16.

[2]) Cf. de utroque opere Zaccaria, Storia Lett. VIII, 246—276.

[3]) Cf. ib. XII, 310—24 et annot. ad Petavium de incarn. l. 14 c. 4 § 9, ubi de Soli apologia legimus: „Nescio quis larvatus scribillator sub L. Pritanii redivivi nomine Plazzae egregium sane librum ausus nuper est refellere. Puderet enimvero stramentitiae hujus apologiae L. Pritanium si revivisceret; doleret homines tam ineptos exstare, ut quae ipse sibi gloriae duceret recantare, perhonorificum ejus nomini existiment confirmare."

[1]) Cf. hanc ep. in contin. H. E. Fleurii l. 236 § 13.

[1]) Cf. Zaccaria ib. I, 28—34.

[2]) Cf. Civiltà Catt. 1873 t. 10 p. 446—56, ubi post insigne tanti viri elogium, merito advertitur: „In quelle (materie) che toccano la parte pratica della Religione cattolica non tutte le sentenze dell' Autore possono lodarsi." Cf. Feller VI, 193, ubi inter alia legimus: „Il faut convenir cependant que, sans le vouloir, il a donné aux ennemis de l'Eglise le moyen d'éluder ses décisions les plus solennelles, et qu'en particulier en parlant des faits dogmatiques, il met fort à leur aise tous les hérétiques qui voudront souscrire aux modifications et conditions qu'il établit à

1872 in 8. Ejus *Epistolario* edidit Matth. Campori Modena 1901 t. 8; Tacchi Venturi S. J. ed. *Corrispondenze inedite* di M. con i Padri Contucci, Lagomarsini ed Orosz della C. di G.; Zanelli ejus commercium epistolare cum card. Querini (ep. 39) in Archivio storico it. 1888 p. 324—369. M. F. Ballerini coepit edere Romae 1892 *Il Muratori* raccolta di documenti storici inediti e rari.

669. Alter hujus aetatis vir doctissimus, dignus Muratorii aemulus sed amicus, atque etiam apud exteras nationes celebratissimus est Franciscus Scipio Maffejus [1]), Veronae 1. Jun. 1675 nobilissimis parentibus ortus, qui quidem magis excoluit disciplinas profanas, literas humaniores praesertim, sed et in re theologica versatus est. Postquam aliquamdiu in Bavaria sub fratre duce secutus est arma, totum se in literas latinas et graecas abdidit omnesque antiquitatis partes. Eruditionis specimen dedit in l. elegantissime elaborato *Della Scienza chiamata Cavalleresca* [2]), Venetiis 1711 in 4., in quo opere gravissimis rationibus et verbis invehitur in certamina singularia, quae duella vocant; adjecit *de fabula equestris ordinis constantiniani,* Parisiis (Tiguri nomine) 1712 in 4., quo in libello (prob. 5. Mart. 1714) multis argumentis probat, meras nugas esse illorum, qui ut primordia familiarum augustiora facerent, ad byzantinos usque Caesares ipsa referrent. Eruditionem suam magis adhuc patefecit in *Istoria diplomatica* che serve d'introduzione all'Arte Critica in tal materia, con raccolta di documenti non ancora divulgati che rimangono in papiro Egizio con ragionamento sopra gl'Itali primitivi; per appendice l'Epistola a Cesario [1]), Atti de'SS. Fermo e Rustico, e Vita di s. Zenone [2]), Mantuae 1727 in 4; et in *Verona illustrata* [3]), 1732 t. 2 in f., t. 4 in 8., con giunte, note et correzioni inedite dell'autore, Mediolani 1835 t. 5 in 8., in cujus p. 2. de scriptoribus veronensibus agit, quorum a Catunulo ad suam usque aetatem octingentos ferme ordine enumerat et scripta refert. Cum Christophorus Pfaffius quaedam fragmenta graeca a se in regia taurinensi bibliotheca reperta s. Irenaeo tribuisset et notis observationibusque illustrasset, Maffejus erudite et sagaciter omnia expendens eadem s. doctori abjudicat in *ep. ad cl. Bacchinium* in Diar. liter. ital. 1714. XVI, 245. Qua re commotus Pfaffius a. 1715 l. edidit inscriptum: *S. Irenaei ep. lugd. fragmenta anecdota,* in quo nititur eludere exceptiones Maffeji, qui de eodem argumento alia ep. eidem occurrit. Iterum in scenam rediit Pfaffius dissertatione apologetica, Tubingae 1718, in

ce sujet (voyez le Journal hist. et littér. 1. Avr. 1790 p. 531) . . . Ses connaissances étaient immenses; mais par-la même quelquefois défectueuses, surtout dans le résultat qu'il en formait."

[1]) Alius a Maffeo theologo, cujus est *silva distinctionum thomisticarum* Lugduni 1683 in f. et a Paulo Alex. Maffejo, de quo supra egimus p. 1449. Cf. KL. VIII, 445 ss.

[3]) Cf. A. E. lips. suppl. VI, 265: et 1727 p. 537; Zeno in annot. ad Biblioth. ital. Fontanini II, 360 ss.

[2]) Prodiit jam antea; *Epistola di S. Giov. Crisostomo a Cesario* rappresentata come sta nel Codice Fiorentino, Florentiae 1721 in 8. Hanc Florentiae inventam primus ediderat Emericus Bigotius (pag. 497), qua cum protestantes contra doctrinam catholicam de eucharistia abuterentur, cumque vulgatum fuisset florentinum exemplar non amplius exstare, e re censuit Maffejus illam iterum fidelissime typis exprimere.

[3]) Cf. A. E. lips 1727 p. 529—39.

[4]) Cf. A. E. lips. 1739 p. 145—154, ubi ita legimus: „Ill. Marchionis Sc. Maffei, fama super aethera noti, opus in compendium redigere tentamus, in quo elaborando et perpoliendo omnes ingenii vires auctor inclitissimus contendit, ut scriptoris diligentissimi laudem ferret et utilia cum dulcibus conjungeret;" J. des Sav. CVIII, 465—94; CIX, 123—42; 291—311.

qua de oblationibus disserit negans, illud verbum Irenaeum usurpasse cum de Christi corpore sermonem faceret. Quare jam tertia ep. Maffejus respondet atque orthodoxam fidem s. Irenaei vindicat. Prodiit cum 2. ad calcem *historiae theologicae. Cassiodorii complexiones* in epistolas et acta apostolorum et Apocalypsim e vetustissimis canonicorum veronensium membranis nunc primum erutae [1]), Florentiae 1721 in 8; Londini 1721; Roterodami 1727, cum accurata praefatione; *supplementum acacianum* monumenta nunquam edita continens; Venetiis 1728, et t. 5. *coll. conciliorum* ed. Coleti; a de Rubeis in diss. *de una sententia damnationis in Acacium,* Venetiis 1729, illustratum. Editionum *op. s. Hilarii,* quam adornaverat Coustantius, novis curis doctissimaque praefatione auctam recudit [2]), Veronae 1730 t. 2 in f.; Venetiis 1740, quae editio mendis scatet. Multum operae, studii, diligentiae ac laboris contulit ad perficiendam s. Hieronymi op. editionem, quam Vallarsius Veronae 1734—42 curavit; et etiam aliqua ad editionem op. s. Zenonis cura fratrum Ballerinorum Veronae 1739 impressam.

670. Anno 1732 in Galliam profectus fere quatuor annos Parisiis substitit, inde perrexit in Angliam, Hollandiam, Austriam, ubique magna honoris significatione receptus. Fructus hujus itineris fuere: *Galliae antiquitates quaedam selectae* in plures epistolas (25) distributae [3]), Parisiis 1733 in 4; Veronae 1734. Exhibet in illis 150 inscriptiones plerumque usque tunc ineditas. *Istoria Teologica delle dottrine e delle opinioni* corse ne' cinque primi secoli della Chiesa in proposito della divina Grazia, del libero arbitrio e della Predestinazione, Tridenti 1742 in f., opus eruditum et doctum, Jansenianis oppositum, quod cohortante Bissio cardinali non latinum, ut ei propositum erat, sed italicum fecit, quo facilius in omnium manus perveniret. Adjunxit ep. de fragmentis Irenaeo suppositis, quas supra laudavimus; ep. ad Caesarium; bibliothecae veronensis msc. partem priorem; Cassiodorii complexiones cum diss., qua eas ostendit catholicis egregie concinere adv. Sam. Chandlerum; praef. in s. Hilarii ed., Felicis III. ep., qua percelebris, sed involuta Acacii causa in optimo tandem lumine collocatur, cum praef. et adnotationibus; Felicis III. et Gelasii ep. duas; frammento insigne di Storia ecclesiastica del IV. secolo con documenti originali etc. Historiam hanc aliqui acriter impugnarunt editis in eam animadversionibus, Francofurti 1749 in 4; Lucae 1750, et *Difesa dell'Animadversioni* [1]), Veronae 1750 etc. Auctor tam acris impugnationis fuit Ab. Migliavacca [2]): cujus concertationis occasione plura scripta in suae historiae defensionem edidit Maffei, inter quae etiam: *Giansenismo nuovo dimostrato nelle conseguenze il medesimo, e anche peggiore del vec-*

[1]) Cf. A. E. lips. 1723 p. 21—24; J. des Sav. LXXII, 664—68.

[2]) Cf. A. E. lips. suppl. X, 337—44.

[3]) Cf. J. des Sav. CIII, 204—30; A. E. lips. 1736 p. 298—304, ubi de eo ita legimus: „Ad hujus operis commendationem sufficere putamus, auctorem nominasse. Is est cel. Maffejus, cui antiquitas omnis tantum debet et in posterum debebit, ut hodie fortasse nemini plus debere videatur."

[1]) Cf. Zaccaria, Storia Lett. II. 33—41; III, 65—85; IV, 25—30; V, 582—92; VI, 373—91.

[2]) Celsus Migliavacca can. SS. Salvat. Mediolanensis (n. 26. Jul. 1673), in baptismo Andreas Dominicus dictus, abbati generali a secretis, dein abbas (1717), visitator generalis (1721—24 et 1730—33), procurator generalis ac demum abbas generalis (1736—42), biennio ante mortem oculis captus, decessit 3. Nov. 1755. Praeter libellos adversus Maffejum scripsit *de idoneis ad baptismi el poenitentiae sacramenta dispositionibus,* Venetiis 1753 in 8. Reliquit quam plurima opera msc. Cf. Zaccaria, Storia Lett. XIV. 380—3.

chio; si aggiunge una breve ricerca delle dottrine d'Aristotele, in quanto riferir si possono a tal materia (in qua ostendit Aristotelem propius quovis alio philosopho accessisse ad ideas christianas), Venetiis 1752 in 4. Harum controversiarum occasione Benedictus XIV. literas dedit ad Maffejum consolatorias [1]). Historiam hanc ex italico latine reddidit Fried. Reiffenberg S. J. Trevirensis († 1774), adjectis diss. de gratia, opusculis omnibus apologeticis pro hac historia et elogio auctoris, Francofurti 1756 in f.

671. Redux in patriam, quam maxime adamabat, et a qua nulla eum munera quamvis splendida a principibus oblata avellere poterant, coepit cogitare de condendo publico museo, in quo omnia ea antiquitatis monumenta cogerentur ordinatimque distribuerentur, quae ipse singulari studio collegerat. Ea illustravit edito eruditissimo et elegantissimo opere: *Museum veronense,* cui taurinense adjungitur et vindobonense[1]), Veronae 1749 in f. Complectitur plurimas inscriptiones latinas et graecas etiam christianas, etrusca monumenta selecta (25), arabicas inscriptiones (4) et vetera anaglypha ultra centum. In op. pariter erudito et eleganti *Dell' impiego del Denaro,* Veronae 1744 in 4; Romae 1746; Bassani 1756, nititur contra communem tunc vigentem sententiam probare, justam esse exactionem usurarum, si modicae sint et ab iis solvantur, quibus sunt fortunae et bona[3]), quam tamen sententiam Benedictus XIV. de synodo dioeces. X, 4 § 10 et solemnius in Encycl. »Vix pervenit etc.« 1. Nov. 1745 (ap. Denzinger Enchir. n. 1475 ed. 10) non sine Maffeji moerore reprobat. Usque ad ultimam aetatem inter literas degebat, fere septuagenarius literas hebraicas didicit, nunquam otiosus, erga omnes comis et liberalis. Juvenes praesertim ad praeclara studia colenda excitabat et ad magnos pro literarum et patriae gloria excipiendos labores. A civibus impense amabatur et colebatur, patriae enim gloriae erat studiosissimus: hinc vivo et defuncto fuit erecta statua. Magna ei penes ipsos auctoritas, nobilium et eruditorum erat velut centrum, plurium academiarum erat socius. Asthemate, quod sensim coaluerat, laborans, cum animadverteret jam sibi non diutius vivendum, divinis rebus unice operam dedit. Pro ejus salute publicae indictae fuere preces et publico decreto oblata centum sacra. Decessit [1]) 11. Febr. 1755 anno aetatis 80. Nobilitatem generis virtutibus christianis illustravit, solitus singulis hebdomadis ad mensam eucharisticam accedere.

672. Praeter ea, quae jam innuimus, supersunt adhuc alia. Ita disseruit contra Concinae rigorem *De' teatri antichi e moderni,* quem l. probavit Benedictus XIV. De aliis controversiis contra eundem Concina et H. Tartarotti infra agemus. *Degli anfiteatri* Veronae 1749; *Dittico Quiriniano,* ib.

---

[1]) Cf. Fleurii H. E. contin. l. 239 § 5.
[2]) Cf. A. E. lips. 1755 p. 73—96.
[3]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1879 p. 1—55. KL. XII, 1972; A. E. lips. 1756 p. 443—49. De hoc argumento scripsit etiam Joannes Baptista Chiarelli, vir sagacis ingenii: *La dottrina della Chiesa Romana circa l' impiego del denaro* difesa dalle recenti imputazioni, Lucae 1751 in 4.

[1]) Plura de ipso ejusque operibus cf. apud Fabronium vitae italorum X, 38-167; Zaccaria, Storia Lett. XIV, 236—322; Feller V, 437, qui de eo scribit: „En général, on reconnait dans ses écrits une science plus étendue que profonde, plus variée que réfléchie; plus d'érudition que de logique, plus d'élocution que de pensées. Son style manque de précision et de nerfs; il est pour l'ordinaire languissant et parasite. La marche de ses idées est quelquefois dénuée d'ordre, plus souvent de fermeté et de vigueur;" J. Pindemonte Elogio del march. Sc. Maffei, Verona 1784.

1754; *Graecorum Siglae lapidariae,* ib. 1746. Plures dissertationes eruditae admodum exstant in ejus *Osservazioni Letterarie,* che possono servire di continuazione al Giornale de' Letterati d'Italia (quod condiderat cum Apostolo Zeno), Veronae 1737—40 t. 6 in 12., ut de antiquitatibus etruscis, de mss., quae reperiuntur in bibliotheca taurinensi cum aliquot anecdotis, docta praefatio de commentario Cassiodorii in Psalmos; variae inscriptiones veteres cum explicatione. *La religione de'Gentili nel morire,* Parisiis 1736 in 4; *de haeresi semipelagiana,* Roboreti 1743 in 12., etiam adjecta *historiae gratiae* et in collect. calogeriana t. 29; ib. etiam t. 47 reperitur diss. *dei Camini degli Antichi; Leonis Sapientis homilia,* Patavii 1731 in 8., qua occasione refellit omnia, quae in ea adducuntur pro errore schismaticorum de processione Spiritus s. ex solo Patre. Post ejus mortem prodiit cura Sebastiani Donati[1]) Lucae 1765 *ars critica lapidaria* in 4 pp. distributa, sed parum limata et expolita, quae reconditam tamen eruditionem complectitur. Ipso auctore jam coeptum est, ut etiam theologi ad confirmationem dogmatum monumentis artis lapidariae sane cum magno theologiae solidae commodo utantur. Controversias literarias habuit cum quamplurimis viris doctis: cum Gagliardi, Fontanini, Nic. Madrisio, Dom. Giorgi, Joan. Antonio Volpi, Laur. Guazzesi, Lazzarini, Baitelli, Piazzoni, Jean. Dom. Polcastro, Martin (p. 1435), Muratori, Francisco Gori, Basnage, Sam. Chandlero praeter eos quorum jam mentionem fecimus. Opera ejus prodierunt collecta Venetiis 1790 t. 28 in 8. *Epistolae* Veronae 1881 cur. Biadego; Lucae 1895 cur. Gianini.

673. In disciplinis *isagogicis* ad historiam ecclesiasticam versati sunt[1]): Jacobus Betazzi Pratensis n. 19. Nov. 1684, qui septennis jam clericum egit.

[1]) Fuit Donati rector lucensis ecclesiae s. Alexii et edidit praeter supplementum ad novum thesaurum veterum inscriptiuum, de quo supra egimus, opus eruditum in 3 ll. tributum, cui titulus: *De dittici degli Antichi* profani e sacri coll appendice di alcuni Necrologi e Calendari finora non publicati, Lucae 1753 in 4., de quo cf. Zaccaria Storia Letter. VIII, 354—360.

[1]) Praetermittimus H. B. Patrick *Clef chronologique et diplomatique* ou observations sur la différence des epoques anciennes ecclésiastique, civile, gallicane et de Lorraine, pour concilier les contradictions des annalistes et les dates des diplomes, Biponti 1762 in 4: Emmanuelem Garay O. Min., e Castello veteri oriundum, lectorem emeritum, cujus est *trutina miscellaneae chronologiae sacro-profanae;* Mauritium Marchesi S. J. (n. 19. Sept. 1686; † 15. Nov. 1750) Tirolensem, cancellarium academiae graecensis, qui collegit *epitomen chronologicam scriptorum ecclesiasticorum* ad a. 1650, Graeci 1732 et 1735 p. 2 in 8; Josephum Vaissette Gaillacensem, prius advocatum, deinde religiosum Ord. S. Ben. in congregatione S. Mauri (n. 1685; † 10. Apr. 1765), auctorem (cooperante sodali Claudio de Vic congregationis procuratore generali † 23. Jan. 1734) insignis op.: *Histoire générale de Languedoc,* Parisiis 1730—45 t. 5 in f., et ejusdem Abrégé, ib. 1749 t. 6 in 12; et *Géographie historique, ecclésiastique et civile,* Parisiis 1755 t. 4 in 4. (fr. 27) et 12 in 12., in qua geographia ecclesiastica accurate est elaborata; Franciscum Leoni Veronensem, in gymnasio patavino theologiae et historiae ecclesiasticae professorem, qui disserit *de sibyllarum in veteri Ecclesiae auctoritate* et historiae ecclesiasticae ac theologiae conjunctione, Venetiis 1744 in 4; Apronianum Huber O. S. Ben. in monasterio Augiae Majoris (Mehrerau), philosophiae et theologiae lectorem, a. 31 priorem, virum undequaque doctum, cujus infinita propemodum sunt merita († 2. Febr. 1755), de quo cf. Lindner in Albo Augiae Brigantinae p. 44 ss. — Joannem Blanpain O. Praem. in monasterio mussipontano, Lotharingum (n. 21. Oct. 1704: † 1762), diu celebris sodalis C. L. Hugonis (cf. supra p. 1234) in operibus literariis socium, dein et censorem, qui edidit Balduini Ninoviensis *chronicon* (cf. II, 423) in Annalibus ab Hugone editis II, 59—190 bonis annotationibus illustratum. Cf. Goovaerts I, 62; Georgius Spir. lit. p. 101.

Absoluto theologiae curriculo parochus factus est, semper tamen delectabatur astronomiae studio. Totum se dedit computo paschali, in qua disciplina erat admodum versatus, atque praegrande de eo opus elaboravit; interim vero edidit: *Epitome operis paschalis* proferens in prooemio necessitatem emendandi correctionem gregorianam, deinde opportunam ejusdem gregorianae emendationem sine calendarii et martyrologii variatione, atque exhibens diss. quatuor et appendices duas ad materiam de cycli paschalis constitutione enucleandam. Accedit sententia, quam de paschali opere tulit vir cl. Eustachius Manfredi in bononiensi academia matheseos professor, necnon instituti scientiarum astronomus celeberrimus[1]), Florentiae 1733 in 4. Ejus sententiam impugnarunt Ant. Maria Lupi S. J. (p. 1256), Carolus Ant. Cacciardi et Melito Perpinianensis O. Cap., cujus sunt: *Gregorianae epactae illustratae et a conviciis vindicatae;* ubi impugnato novo epactarum systemate a F. Hugone Perrin Lyraci solitario commento, gregorianae correctionis principia explanantur, ejus epactae dilucidantur, propugnantur et extenduntur a creatione mundi ad decimum annorum milliarium post adventum Christi, pro annis centesimis et aliis intermixtis, Tolosae 1738 in 12. (gallice); *Gregoriana correctio illustrata,* ampliata et a vindiciis vindicata, ubi omnium primus novum stilum seculis praeteritis Ecclesiae et synagogae computo retrogrado luculenter applicat etc., Coloniae 1743 in 4. Contra hunc l. videtur esse sentimento intorno al l. del P. Melitone etc. Lucae 1744. Occurrit Melito *apologia correctionis gregorianae,* Coloniae 1745 in 4. Pro Betazzi stetit Lami in *Novellis florentinis* a. 1751; verum non tacuit Melito edita suppresso nomine Ad R. J. Betazzi pratensem plebanum s. Hippolyti in Piazzanese dioecesis pistoriensis *ep. animadversoria,* cui respondit Betazzi in iisdem *novellis* 1753. Jam de edendo opere majori cogitabat, sed morte praeventus[1]) decessit 31. Martii 1755. Tomus primus prodiit inscriptus: *de recta Paschae indictione solutiones quaestionum* ab anonymo et aliis editarum praeferentes necessitatem, utilitatem et honestatem simulque methodum facilem emendandi sine calendarii et martyrologii variatione correctionem vulgo gregorianam, ac etiam detegentes veram veterum temporum rationem ad historiae et chronologiae utilitatem, Lucae 1756 in f.; t. 2. de necessitate emendandi currentes epactas aut per novum cyclum aut per systema gregorianum in pristinum restituendum, olim certe deturpatum, nunc vero detectum, quale Gregorius XIII. P. M. vere restituit: atque illustratum nova facillimaque methodo obtinendi quocunque anno veram ejusdem Gregorii epactam absque ullis literis et tabulis, et firmo permanente calendario ipsius Gregorii et martyrologio adv. apologiam adm. R. P. Mel. a Perpignano Cap.; t. 3. de Christo suum ultimum pascha cum judaeis celebrante simulque de vero anno incarnationis et passionis D. N. J. Chr., qui tamen non videntur prodiisse[2]).

674. Angelus Floerchen (Floerken) O. S. Ben. Hildesheimii in s. Michaelis abbatia professus edidit opus inscriptum: *Chronologia universalissima* praeter doctrinae temporum epidicticae ac practicae traditionem, om-

[1]) Cf. A. E. lips. 1734 p. 419—25.

[1]) Cf. Zaccaria Stor. Let. XIV, 359—65.

[2]) Eodem a. 11. Jun. obiit et Melito, qui in ordine munia obiit varia. Saepius enim fuit guardianus, custos, definitor etc. Propter mathesis et astronomiae scientiam pluriam academiarum fuit socius. Cf. Apollinaris a Val. in Biblioth. F. Min. Cap. p. 95.

nium et singulorum annorum seriem a principio rerum ac temporum usque ad ingressum aeternitatis methodice complectens, atque celebriorum quarumlibet aerarum computos annorum expansos distincte exhibens, necnon aphoristicam omnium historiarum rerumque per singulos annos gestarum eventorumque mirabilium synopsim succincte comprehendens, subjuncto denique tractatu de paschate et computo ecclesiastico cum computo novo ac tabulis paschalibus concinnata ac publicae luci data, Hildesii 1743 in f. »Inusitatam sane et stupendam cl. auctor operi huic impendit operam, eoque nomine admiratione omnium est dignissimus. Ipsum huic negotio suoque argumento fuisse imparem, ne invidia quidem evincet [1]).« Minoris pretii est ejus *Apologia vindiciaria pro Beroso Anniano,* ut vocant, ejusve antiquitatum opusculo, injuste a quibusdam velut hypobolimaeo quondam traducto: itemque pro Berosi filia, sibyllarum novissima contra adversariorum quorundam obtrectationes [2]), Hildesii 1759. — Hyacintus Segura O. Praed. Hispanus, Alonensis, liberalium artium et s. theologiae lector, vir claro ingenio praeditus et omnimoda selectaque eruditione excultus, stilo brevi sed minime perfunctorio modestoque et accurato criterio ac dictione perspicua et inaffectata scripsit praesertim studiosae juventuti sui ordinis *Norte Critico con las reglas mas ciertas* y un Tratado preliminar para instruccion de Historicos principiantes, Valentiae 1733 in f.; copiosis additionibus auctum [3]), ib. 1736 t. 2 in 4.

675. Micolaus Lenglet du Fresnoy Belvacensis n. 5. Oct. 1674, licet pluribus fungeretur legationibus politicis saepiusque propter scribendi libertatem in carcerem fuerit conjectus, otium nactus est quamplurimos componendi libros, qui spectant ad historiam profanam potissimum et geographiam. Vir erat quidem eruditus, sed sibi non constans, regularumque quas ipse statuit negligens, scriptor mordax, cujus scripta erroribus inficiuntur. Decessit [1]) senex 82 annorum tragico casu; lectioni enim libri insistens obdormivit atque in ignem incidit, quo misere combustus periit 16. Jan. 1755. Ex ejus operibus huc spectant: *Méthode pour étudier l' histoire* avec un catalogue des principaux historiens, et remarques (saepe sat mordaces) sur la bonté de leurs ouvrages et le choix des meilleures éditions [2]), Parisiis 1713 t. 2 in 12; 1729 t. 4 in 4. ed. 5. cum *Supplément* 1740 t. 2 in 4., aucta a Drouet ib. 1772 t. 15 in 12; *Tablettes chronologiques de l' histoire universelle, sacrée e profane* [3]), 1744 t. 2 in 8; 1778 t. 2 in 8. curante Barbeau-Labruyère; Hagae Comitum 1756 t. 2. *Novum testamentum notis* (perspicuis) *historicis illustratum,* subjuncta est chronologia et geographia sacra, 1703 t. 2 in 24; 1733; Antwerpiae 1735; *Dionysii Petavii rationarium temporum* continuatum ad a. 1701) ed. novissima (sed admodum mendosa), 1703 t. 4 in 12; *Lucii Caec. Firm. Lactantii opera omnia* [4]), ad codd. 80 msc. et 40 editos collata cum notis aliorum, 1748 t. 2 in 4. *Traité historique et dogmatique du secret inviolable de la confession* [5]), 1708 in 12; 1713; 1733;

[1]) Cf. A. E. lips. 1743 p. 481—92.
[2]) Cf. A. E. lips. 1795 p. 441—5.
[3]) Cf. Mich. a s. Joseph IV, 127—39.

[1]) Cf. Michault, Mémoires pour servir à l' histoire de la vie et des ouvrages de M. l' abbé Lenglet Dufresnoy 1761 in 12; Biogr. un. XXIV, 85—90; Schwarz collegia hist. III, 401 ss.; Feller V, 201; Rotermund III, 1582.
[2]) Cf. J. des Sav. XCI, 316—27; XCII, 1—15; catalogus prodiit auctus ab J. B. Mencke, Lipsiae 1714.
[3]) Cf. J. des Sav. CXXXIII, 353—60.
[4]) De qua ed cf. A. E. lips. 1751 p. 193—200.
[5]) Cf. Mém. de Tr. 1711 a. 171 p. 2081—98; J. des Sav. LVIII, 141—9.

Traité historique et dogmatique sur les apparitions, les visions et révélations particulières avec des observations sur les dissert. du R. P. Dom. Calmet sur les apparitions et les revenants, Parisiis 1751 t. 2 in 12., opus quod jam composuerat ante 55 annos. Hujus velut supplementum est: *Recueil de dissertations anciennes et nouvelles sur les apparitions,* les visions et les songes; avec une préface historique et un catalogue des auteurs qui ont écrit sur les esprits, les visions, les apparitions, les songes et les sortilèges, 1752 t. 4 in 12., quae duo opera ordine et judicio critico carent. *La messe des fidèles* avec une explication historique et dogmatique du Sacrifice de la Messe et des pratiques de piété pour honorer le Sacrement, ib. 1743 in 12. Praemisit praefationem commentario Puteani (cf. III[3], 1180) de libertatibus gallicanis (Parisiis 1751), in qua genuinum illarum sensum evolvit et jura primatus egregie defendit simul excusando plerosque scriptores gallos, quos ad illas tuendas studium deprimendi auctoritatem pontificiam non permoverit. *Lettre à M. M. les doyen, syndics et docteurs* en théologie de la faculté de Paris 1696 *de vita b. Mariae V.,* quam concinnavit Maria de Agreda, quamque Sorbona prohibuerat.

676. Historiam Ecclesiae *universalis* descripserunt [1]): Ignatius Brentano Cimarolo Bambergae n. 26. Jun. 1673, Banthensis in Franconia coenobita O. S. Ben. († 24. Mart. 1750), in *epitome chronologica mundi christiani* (usque ad a. 1726), Augustae Vind. 1727 in f. — Hadrianus Daude S. J. Frideslariensis n. 9. Nov. 1704, Bambergae philosophiae et theologiae polemicae professor, qui dein Wirceburgi cathedram historiae (ab a. 1742) rexit atque bibliothecam historicam ib. instruxit († 12. Jun. 1755), in *Historia universali et pragmatica* romani imperii et regnorum, provinciarum, una cum insignioribus monumentis hierarchiae ecclesiasticae ex probatis scriptoribus congesta, observationibus criticis aucta, atque ad theologiae positivae, jurisprudentiae ac philosophiae usum reflexionibus dogmaticis, politicis et chronogicis illustrata [1]), t. 1. (usque ad Constantinum M.), Wirceburgi 1748 in 4; t. 2. p. 1. ib. 1751; p. 2. ib. 1754 usque ad Carolum M. Daude primus historiam universalem modo quodam pragmatico tractare studet. Morte praeventus opus absolvere non potuit; est autem illud accuratum et sagaci judicio conscriptum: cujus summam exhibet Grebner S. J. in *compendio historiae universalis* 1757—64 t. 3 in 8. *Majestas hierarchiae ecclesiasticae* a summi pontificis regali sacerdotio, cardinalium em. purpura, patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum sacratiore principatu, praesulum minorum sublimi dignitate, ecclesiarum cathedralium illustrissimo splendore, collegiatarum insigni decore, patriarchalium pietate et zelo totiusque ven. cleri pulcherrimo ordine ac disciplina commendata, ex dogmatibus theologicis, ss. canonum statutis, historia ecclesiastica et civili proposita [2]), p. I. Bam-

[1]) Praetermittimus Bonaventuram Racine (n. 1708; † 1755), qui stilo quidem nitido Fleurii vestigia sequens, sed spiritu prorsus janseniano infectum edidit: *Abrégé de l' histoire ecclésiastique*, Parisiis 1748—55 t. 13 in 12., quibus adjecti sunt t. 3 epist., proh. 27. Apr. 1756 opus Jansenianis gratum; *unde* extractae videntur ejus *Réfléxions* sur chaque siècle de l' histoire ecclésiastique, ib. 1759 (Cf. Feller VII, 179); et Joan. Claudium Fabre congr. Orat. Parisiensem (n. 15. Apr. 1668; † 22. Oct. 1755) sectae jansenianae addictum, historiae Fleurii continuatorem, de quo cf. supra p. 1175; Feller III, 500 et Alex. a s. Joan. de Cruce in contin. hist. Fleurii l. 241 § 38.

[1]) Cf. A. E. lips. 1750 p. 176—83; 1752 p. 498—505.

[2]) Cf. A. E. lips. 1760 p. 173—86; cf. Duhr Zeitschr. für k. Theol. 1889 p. 86 s.

bergae 1760 in 4; *Majestas hierarchiae ecclesiasticae* a cleri regularis antiquissimo instituto, coenobitarum altissima contemplatione, ordinum monasticorum et militarium piissima actione, asceteriorum vitam mixtam profitentium ordinatissima caritate, necnon religionum votiva sanctimonia et admirabili varietate exornata, aucta et propagata per lucubrationem historico-theologicam commonstrata, p. 2., ib. 1760. Reliquit quoque theses cum dissertationibus eruditis[1]).

677. In primis vero commemorandus est Augustinus Franciscus Orsi (Ursius) O. Praed. Florentiae 9. Maji 1692 natus. A prima pueritia magnum in eo emicuit ingenium et sollers studium. Septimum et decimum agens annum ordinem s. Dominici est ingressus 21. Febr. 1708 nomine sibi impositio Josephi Augustini. Tanto fervore incubuit studiis, historiae ecclesiasticae in primis et lectioni patrum, ut non ultra ternas vel ad summum quaternas horas somno concederet. Nunquam vero se ad studendum conferebat, quin preces praemitteret. Docuit primum philosophiam, dein theologiam magna sui nominis commendatione et auditorum frequentia. Unanimi suffragio electus fuit in coenobii priorem, quo tempore in illud recepit Thomam Mariam Mamachi, qui postmodum adeo inclaruit. Sed jam anno secundo, quo praeesse coeperat suis, Romam a card. Nerio Corsini accersitus est, ut theologi locum apud eum teneret: a Clemente XII. Corsinii avunculo dictus est theologus casanatensis, qui scil. s. Thomae Summam Romae interpretaretur; dein a 1737 factus congregationis s. Indicis secretarius. Benedictus XIV. eum voluit 1749 sacri palatii magistrum et cum ejus fama doctissimis libris in dies divulgaretur strenuusque esset propugnator prae-

[1]) Cf. Ruland p. 122—5.

rogativarum primatus, in praemium tot meritorum a Clemente XIII. in purpuratorum patrum senatum 24. Sept. 1759 cooptatus est. Nimiis studiis confectus morte fere subitanea decessit 13. Junii 1761. Vir erat[1]) qui nativo animi candore, prudentia, eruditione, pietate rarisque mentis et corporis dotibus venerationem, amorem atque admirationem in se rapuit. Hortante Benedicto XIV. incoepit judicio critico et magna eruditione *Storia ecclesiastica*, ut impediret diffusionem historiae ecclesiasticae fleurianae in linguam italam versae eique occurreret. Eam scripsit lingua patria, stilo puro, nitido, sed fuso, fleuriano certe inferiori, atque eam perduxit 20 t. ad Gregorium M. Tomum 21., qui de Gregorio M. agit, inchoaverat, inchoatum reliquit Joanni Bottari suo quondam discipulo, qui illum post ejus mortem edidit. Prodiit Romae 1746—61 t. 20; t. 21. cum auctoris elogio 1762; continuata a sodali Philippo Angelo Becchetti usque 1587, Romae 1754—97 t. 50 in 8; Venetiis 1822 t. 42 in 16; Romae 1838 t. 50. Versa etiam fuit in alias linguas [2]).

[1]) Cf. Fabronium XI, 1—37; Biogr. univ. XXXII, 173.

[2]) Doctissimus card. Quirinus postulavit ab ab. sangalensi (a. 1747) ut alicui ex monachis suis provinciam demandaret vertendae hujus historiae in linguam germanicam. Respondit optimus praesul certiorem eum faciens, se id negotii uni ex coenobitis injunxisse hoc illius operis elogium addens: „Eandem (historiam) exiguo quidem hoc tempore summo gaudio perlegebam, et revera inveni historiam, qualem jam pridem optaveram, planam scil. absque criticis ambagibus, clarissimam ac fundatissimam, quae non solum intellectum illuminat, sed et voluntatem ad Dei ac verae orthodoxae fidei ejusque disciplinae amorem inflammat, stilo dein nitidissimo conscriptam.“ Cf. Quirini ep. dec. V. ep. 10; Mém. de Tr. 1749 a. 74 p. 1347—59; a. 87 p. 1569—85 et in seq. fasc. Storia Lett. II, 202—12 et seqq. tomis, praesertim V, 532—60; VI, 515—34; VIII, 375—98; IX, 373—404; XII, 356—66.

678. Edidit praeterea: Dissertazione dogmatica e morale *contro l' uso materiale delle parole,* Romae 1727 in 4., in qua Car. Ambrosii Cattaneo S. J. († 1705) sententiam (in *Lezioni sacre,* Mediolani 1713—14 t. 2) impugnat [1]), secundum quam lex quaedam hominum consensu statuta, verbis interdum omnem adimit sensum, sic ut est et non est desinant esse notae affirmationis et negationis nihilque sonent, ideoque subinde licitas esse restrictiones mentales, quando scil. ex proditione veri nasci oporteat grave aliquod damnum, puta vitae, rei atque existimationis. Pro Cattaneo stetit Hier. Sacheri S. J. (n. s. Remi 5. Sept. 1667 † 25 Oct. 1737) ed. opusculo *L' innocenza della Verità* ossia Diss. Teologica sopra la custodia di segreti senza offesa della Veracità, et altero *Confermazione Teologica,* colla quale si prova, che il vero pregio della Veracità è l' Innocenza della medesima nella sicura custodia di segreti etc. s. l. et a. Hinc Orsi, iterum suam sententiam confirmavit in l. *La causa della verità* sostenuta contro l' Anonimo Apologista del P. C. A. Cattaneo d. C. d. G., Florentiae 1729 in 4., et in *Dimostrazione Teologica,* colla quale si prova, che ad effetto di conciliare i diritti della veracità colle obligazioni del segreto nè si può, nè si deve ricorrere ad alcuna di quelle leggi, che alcuni moderni Teologi all' umana republica attribuiscono, ma che devesi stare alle regole da' ss. Padri Agostino e Tommaso per un tal fine prescritte, Mediolani 1729.

679. Classica est ejus diss. apologetica [1]) *pro ss. Perpetuae, Felicitatis et sociorum martyrum orthodoxia* adversus Sam. Basnagium (qui illas montanismi haeresi contaminatas censuit), Florentiae 1728 in 4; *diss. historica,* qua ostenditur catholicam Ecclesiam tribus prioribus seculis capitalium criminum reis pacem et absolutionem neutiquam denegasse (adversus Martenium, Lupum, Petavium, Albaspinaeum etc.), et plures aliae incidentes quaestiones ad eorundem temporum chronologiam ecclesiasticam pertinentes quibusdam digressionibus data opera examinantur [2]), Mediolani 1730 in 4; diss. theologica *de invocatione Spiritus s. in liturgiis* Graecorum et orientalium, ib. 1731 in 4., in qua expensis omnibus antiquitatis monumentis ostenditur adversus Graecos schismaticos et R. Simonem et Touttée, invocationem s. Spiritus in liturgia non fuisse adhibitam, quod crederetur in ea sitam esse absolutionem perfectionemque eucharisticae consecrationis [3]). *De baptismo in nomine J. Christi* et de haereticis, qui baptismi formam olim adulterarunt diss. historica; accedit diss. historico-theol. de chrismate confirmatorio, ib. 1733 in 4., in quarum priori sententiam s. Thomae, baptismum ab apostolis ali-

---

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1729 a. 80 p. 1419—36, ubi etiam exhibetur conspectus op. *Allegazione in difesa del P. C. A. Cattaneo* a. 81 p. 1436—46; *Letter di un Cavaliere,* all'Anonymo Autore della Allegazione etc., et *L' Apologista* del P. Cattaneo contro la Replica del P. Orsi, a. 108 p. 2053—66. De primo Ursii responso cf. ib. 1730 a. 102 p. 1961—74; de opusculis huic oppositis *L'innocenza della Verità,* ib. a. 110 p. 2100—6; *Lettera d' una monaca* al m. R. P. Orsi a. 111 p. 2106—10; *Lettera dell' idiota* a. 112 p. 2110—4. De altero Ursii responso ib. 1731 a. 71 p. 1194— 1205 et de l. *Confermazione Teologica* illi opposita ib. a. 72 p. 1205—1212. De aliis operibus ad hanc spinosam quaestionem spectantibus cf. Backer I, 1140; SommervogelII, 892.

[1]) Cf. J. de Sav. XCV, 414—21; suppl. ad N. A. E. II, 532—37.

[2]) Cf. J. des Sav. XCV, 407—14; A. E. lips. 1732 p. 304—10.

[3]) Cf. Mém. de Trév. 1732 a. 90 p. 1909—22; J. des Sav. XCVI, 95—103.

[3]) Cf. de hac controversia J. des Sav. CIV, 253—264; CXI, 263 —[illegible] 535—38; suppl. ad N. A. E. I, 2[illegible] —[illegible] 1.

quando ex peculiari dispensatione in solius Christi nomine fuisse datum, satis probabilem esse contendit; in altera refellit Basnagium, qui contenderat, Ecclesiam usum chrismatis in sacramento confirmationis ignorasse primis temporibus eumque a Valentinianis esse mutuatum. Priorem acriter impugnavit Drouvenius (p. 1405) in diss. *de baptismo in solius J. Christi nomine nunquam consecrato,* Patavii 1734 in 4; cui Orsi respondit in *vindiciis diss. de baptismo in nomine J. Christi* a sorbonici doctoris objectis [1]), Florentiae 1735 in 4; *de Petri a Soto et Jodoci Ravesteyn de concordia gratiae et liberi arbitrii cum Ruardo Tappero epistolari disputatione* liber apologeticus, quo Soti doctrina a recentis historici censuris asseritur [2]), Romae, 1734 in 4., opus rarum, scil, adv. du Chesne, qui Petrum a Soto in sua Histoire du Bajanisme incusaverat, quasi ipse jecisset semina, unde orti sint Baji errores; *de irreformabili rom. pontificis in definiendis fidei controversiis judicio* adversus quartam cleri gallicani prop. ab ill. Bossueto propugnatam, Romae 1739 t. 2 in 3 pp. in 4; accedit diss. circa modum ab ill. P. de Marca propositum conciliandi summam ejusdem rom. pontificis auctoritatem cum libertate suffragiorum in synodis oecumenicis. In ea castigat sententiam P. de Marca quasi rom. pontificis auctoritas cum libertate suffragandi sic conciliaretur, ut plenitudo potestatis in synodis resideat prout apud romanos in republica ac senatu, ostenditque plenitudinem potestatis principi apostolorum ejusque successoribus esse collatam. In p. 3. (t. 2.) agit de rom. pontificis in synodos oecumenicas et in earum canones potestate; in fine exstat diss., qua ecclesiasticae monarchiae forma seu ratio explicatur, unde clare et dilucide constat, sitne rom. pontifex Ecclesiae legibus subjectus necne, quove sensu id affirmari vel negari commode possit, Romae 1740; 1771. Hujus op. epitomen italice edidit, ib. 1741 t. 2 in 12. *Della origine del dominio e della sovranità de' romani pontefici* sopra gli stati loro temporalmente soggetti [1]) ib. 1742 in 12; 1754 in 4; 1789 ed. 4.

681. Eduardus Ambrosius Burgis O. Praed. ad veram fidem conversus diu Lovanii docuit philosophiam, theologiam, s. Scripturam et historiam, ecclesiasticam, saepiusque praecipua ordinis munera obiit († 27. April 1747). Praeter alia primus lingua anglica prolixius descripsit *The Annals of the Church* from te Death of Christ, Londini 1738 t. 5 in 8., quibus complectitur magna accuratione et stilo grato priora 2 Ecclesiae secula. — Nicolaus Thomas Scivetti a Juvenatio O. S. Aug. in abellinensi seminario historiae ecclesiasticae professor *historiam* ecclesiasticam usque ad sec. V. t. 2 complexus est. — Huc etiam referri possunt: Conradus Hertenberger S. J. philosophiae professor Heidelbergae et Bambergae († 14. Juli 1752), qui concinnavit *historiam pragmaticam universalem sacram et profanam,* in qua quidquid ad chronologiam, genealogiam, heraldicam, geographiam et chorographiam spectat, solide et perspicue tractatur a mundi exordio ad praesens usque tempus deducta cum figuris, Francofurti et Lipsiae 1765 t. 11 in 8. ed. 2., prima prodierat 1740. — Ignatius Schwarz S. J. Bavarus annis 20 philosophiae et historiae professor Ingolstadii (n. 25. Juni 1690; † 29. Oct. 1763), praeter *Peripateticum nostri temporis* seu philosophum discursivum, Friburgi Br. 1724 in 4; Ingolstadii 1755 ed 3., typis dedit *institutiones historicas* pro academico studio romano-catholico, ubi absterso acatholicorum

[1]) Cf. suppl. ad N. A. E. I, 298—301.

[1]) Cf. Zaccaria X, 523—30.

fuligine monstratur methodica historiae ratio, ib. 1728 in 8., *collegia historica* seu quaestiones historicas ex institutionibus historicis in ordine ad dilucidandas praecipuas quasque difficultates extractas, ib. 1734—7 t. 9 in 8. opus accuratum et laude dignum: *institutiones juris publici universalis naturae et gentium* ad normam moralistarum nostri temporis, maxime protestantium H. Grotii, Puffendorfii, Thomassii, Vitriani, Heineccii aliorumque ex recentissimis et ad crisin revocatis eorum principiis, ib. 1741 t. 3 in 8: Venetiis 1760, et hujus operis epitomen, Augustae 1743 in 8.

681. *Gesta romanorum pontificum* plures narrant: Antonius Sandini Vicentinus n. 1693, diu historiae ecclesiasticae in seminario patavino professor († 23. Febr. 1751), vir eruditus [1]), cujus sunt: *Vitae pontificum romanorum* ex antiquis monumentis descriptae, Patavii 1748 ed. aucta, prodierant enim jam 1739; Venetiis 1768 t. 2 in 8: Ferrariae 1775; de quo op. ita scribit Mich. a s. Jos. IV., 104: »Auctor stilo utitur brevissimo, saepe verba usurpat aliena a gravissimis scriptoribus mutuata, quibus propter magnam veterum, qui illis usi sunt, auctoritatem afferat narrationi majestatem aliquam non sine delectatione. Porro historia haec potiora summorum antistitum gesta delibat et oblatas criminationes identidem ab ipsis depellit. Quaestiones etiam attingit, quae ad eos pertinent. Concilia item oecumenica et generalia, ritus ecclesiasticos, persecutiones et jura sedis apostolicae . . . Plerumque etiam historiae subnectuntur eruditae quaedam annotationes ex oculatioribus et probatioribus nostri aevi criticis, nempe Sirmondo, utroque Pagio, Labbeo, Bollando et ejus operis continuatore, Mabillonio etc. Opus mole quidém mediocre, sed in quo continetur magnus defaecatae eruditionis nucleus, in paucis multa et selecta complectens« [1]). *Disputationes historicae 20* ad vitas pontificum romanorum, Patavii 1742 (12 prodierant jam 1725); novis curis retractatae et auctae, Ferrariae 1755 in 8; *historia apostolica* ex antiquis monumentis collecta, Patavii 1731; 1734; Herbipoli 1737; Patavii 1765 etc., in qua non solum apostolorum gesta narrantur, sed et de 72 discipulis, de 7 diaconis etc. disseritur; *historia familiae sacrae* ex antiquis monumentis collecta, ib. 1734, in qua Serrium impugnat [2]), (cf. p. 1078), iteratis curis rectractatior et auctior 1755 in 8; Patavii 1758 in 12. etc. — Geogorius Kolb S. J. Suevus, historiae professor in academia friburgensi, dein juris canonici et theologiae moralis († 19. Aug. 1746), exhibuit *seriem romanorum pontificum*, Friburgi Brisgojae 1720 in 4., cum reflexionibus historicis contra D. Joan. Hübnerum aliosque Lutheranos, Augustae Vind. 1721 t. 2 in 8; 1727; 1738 in 4; *synopsim rerum variarum* ab o. c. ad sec. XVIII. in T. V., seriem rom. pontificum et seriem rom. imperatorum distinctam, ib. 1724 in 4; *seriem episcoporum, archiepiscoporum et electorum moguntinorum, trevirensium et coloniensium* una cum reflexionibus historicis contra Jo. Hübnerum et alios scriptores heterodoxos, Rottwilae 1725 in 4; Augustae Vind. 1733; *obligatio et jus parochorum* h. e. quaestiones variae ad obligationem et jus parochorum pertinentes ib. 1727 t. 2 in 8; Ambergae 1740 in 4; Pedeponti 1742 in 4; *Episcopus et parochus* potestatem episcopalem sciens, Eychstadii 1744 in 4. aliaque minoris momenti. — Ignatius Maria Como Neapolitanus, vir in antiquitatis monumentis admodum versatus († 26. Oct.

[1]) Cf. Zaccaria ib. III, 713—15.

[1]) Cf. Feller VII, 420: suppl. ad. N. A. E. VI, 107—28.

[2]) Cf. suppl. ad N. A. E. II, 548—52.

1751, secundum alios 1740, exhibuit *inscriptiones stilo lapidario historicas* vitas exhibentes ss. pontificum et S. R. E. cardinalium regni neapolitani; scripsit etiam *historiam ecclesiasticam neapolitanam,* 1743; *de sanctitate et magnificentia b. Laurentii* Levitae et M., Romae 1771 in f.

682. Gregorius Josephus ab Eggs, collegii germanici alumnus, s. theologiae doctor, caesareo-archiducalis collegiatae ecclesiae ad s. Martinum Rheinfeldae custos et canonicus senior († 1750 juxta alios 1755, a. aetatis 92), digessit et in lucem edidit *pontificium doctum* seu vitae, res gestae, obitus aliaque scitu ac memoratu digna ss. pontificum romanorum, eorum praecipue, qui ingenio, doctrina, eruditione, scriptis, libris editis et lucubrationibus quibuscunque ab initio nascentis Ecclesiae . . . usque ad Clementem XI. claruere, Coloniae 1718 in f.; *Purpura docta* seu vitae, legationes, res gestae, obitus aliaque scitu ac memoratu digna S. R. E. cardinalium (567), qui ingenio, doctrina, eruditione, scriptis, libris editis et elucubrationibus quibuscunque ab a. redemptionis humanae 540 usque ad aetatem nostram (a. 1695) prae ceteris orbi christiano inclaruere, in ll. 6 digesta [1]), Monachii 1714 t. 3 in f. *Supplementum novum purpurae doctae* seu vitae, legationes, res gestae, obitus aliaque scitu ac memoratu digna eorum S. R. E. cardinalium, qui in tribus purpurae doctae voluminibus hinc inde desiderantur (usque ad a. 1728), nunc vero restituti sunt, in 4 ll. divisi ac collecti, Augustae Vind. et Graecii 1729 in f., opus integrum est sat rarum. — Philippus Maria de Montibus († 17. Jän. 1754). Bononiensis n. 23 Mart. 1675, a Benedicto XIV creatus cardinalis et praeses constitutus academiae de conciliis et canonibus splendidissimo opere exhibuit *Elogia S. R. E. cardinalium* pietate. doctrina, legationibus ac rebus pro Ecclesia gestis illustrium a pontificatu Alexandri III. ad Benedictum XIII. appositis eorum imaginibus, quae in (ditissima) pinacotheca ejusdem card. spectantur, Romae 1752 in f. Tomus secundus non videtur prodiisse. Pariter card. Quirini (de quo cf. 1464) exhibuit *Tiaram et purpuram venetam* . . . auctam istorum elogiis ex Giaconiano opere depromptis novisque ad haec adnotationibus, Romae 1750 in 4. — Bernardinus Mezzardus tertii ord. S. Franc. scripsit *diss. duas criticas historicas,* unam de 25 annis romanae Petri cathedrae adversus utrumque Pagium, Romae 1747 in 4; alteram de ss. MM. Cosmae et Damiani necnon de monumentis basilicae ipsis in urbe erectae [1]). — Joannes de Lanne O. Cist., theologiae professor et bibliothecae claraevallensis praefectus, scripsit stilo sat neglecto [2]) *Histoire du Pontificat d' Eugène III.,* Nancaei 1737 in 12; *Histoire du Pontificat du Pape Innocent III.,* Parisiis 1741 in 12. — Casimirus Tempesti O. Min. Conv. (cf. p. 1362) dedit publicae luci *Storia della Vita e geste di Sisto Quinto* [3]), Romae et Venetiis 1754 t. 2 in 4; 1866. — Simon Reboulet Avenionensis (n. 9. Jun. 1687; † 1752), advocatus, praeter alia opera historica in lucem edidit *Histoire de Clément XI.,* Avenione 1752

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1720 a. 2 p. 54—76.

[1]) Cf. A. E. lips. 1756 p. 522—27.

[2]) Cf. J. des Sav. CXVI, 26—52; 362—90 et de seq. opere CXXVI, 80—93.

[3]) De qua cf. Storia Lett. IX, 406—16 et Civiltà Cattolica 1871 II, 533, quae de ea ita censet: „Il libro del Tempestiè piuttosto una preziosa raccolta di materiali ad uso dei dotti, che non una storia elaborata ed attrativa da correre per le mani del pubblico: ond'è che rimaendo poco noto all'universale e quasi dimentico, non riuscì a gran pezza a far tacere le mille bocche di quella fama bugiarda, che delle fole del Leti e d'altri cotali aveva empiuto il mondo."

t. 2 in 4., in Gallia quidem prohibita agente rege Sardiniae, cujus patris gesta in ea carpuntur [1]). *De vita et rebus gestis Clementis XI.* pariter scripsit stilo tersissimo (Urbino 1727 in f.) Petrus Polidoro e regno neapolitano card. Han. Albani auditor († 9. Aug. 1748), necnon *de gestis, vita et moribus Marcelli II.,* Romae 1744 in 4.

678. Cajetanus Cenni, presbyter beneficiatus in ecclesia vaticana, adversus Muratori collegit *monumenta dominationis pontificiae* sive codicem carolinum juxta autographum vindobonense, ep. Leonis III., diplomata Ludovici, Ottonis et Henrici, chartulam Mathildis comitissae et codicem rudolphinum chronologia, dissertationibus et notis illustratum, Romae 1760 t. 2. in 4; et in patrol. latina curante Migne t. 98; *de antiquitate ecclesiae hispanae dissertationes* (7), ib. 1740. 1741 t. 2 in 4., in quibus illustrat disciplinam illius ecclesiae usque ad sec. VIII; iisque praemittit codicem veterum canonum ecclesiae hispanae ex genuina conciliorum et decretalium epistolarum collectione s. Isidori hisp., quo illustratur antiquitas Ecclesiae praesertim occidentalis [2]). Cum vero asseruisset ordinem s. Benedicti in Hispania antiquiorem non esse sec. IX., adversarium acrem nactus est Gabrielem Mariam Scarmagli ab. ss. Florae et Lucillae O. S. Ben. congr. casinensis, qui adversus eum scripsit: *Vindiciae antiquitatum monasticarum Hispaniae* [3]), Aretii 1753; *Concilium lateranense Stephani III.* a. 769 nunc primum in lucem editum [4]), Romae 1735 in 4., l. rarus. Latine quoque vertit et auxit Nicasii opus inscriptum: *Primatus hispalensis* seu defensio primatus ecclesiae hispalensis, 3 pp., Romae 1729 in f. Ejus nepos Barth. Colti edidit post ejus mortem Diss. (22) *sopra varii punti* interessanti la storia ecclesiastica, pontificia, canonica, romana, Pistorii 1778; 1799.

684. De *historia ecclesiastica integrarum gentium* [1]) vel regionum meruerunt: Ignatius Kulczynski O. S. Bas. nobilibus parentibus Vladomiriae in polonica Volhiniae provincia ortus, Romae in collegio de Propaganda fide sexennio excultus, Polociae theologiae et philosophiae professor, dein congregationis basilianae procurator generalis et domus romanae ss. Martyrum Sergii et Bacchi ad Montes praepositus († 9. Jan. 1747). Interfuit Zamoscianae synodo a. 1720, in qua ecclesiae Ruthenorum cum romana unitae constituendae ultima quodammodo manus erat admovenda. Praeter alia reliquit [2]) eruditum, minus quidem perfectum et accuratum, sed omnino pretiosum *Specimen ecclesiae ruthenicae* ab origine susceptae fidei ad nostra usque tempora in suis capitibus seu primatibus Russiae cum s. sede apostolica romana semper unitae exhibitum, quod primo nonnullas sanctorum indigenarum vitas ac elogia, dein in moschoviticas Papebrochii ephemeridas notabiliores quasdam animadversiones, ac tandem succinctam archiepiscoporum kioviensium totiusque Russiae metropolitarum (54) chronologiam breviter complectitur, Romae 1733 ed. rarissima, cum appendice sat ubere auctum, 1734; Poczajoviae 1757 et cura P. Martinov S. J., Parisiis 1859; *menologium basilianum,* 1771 curantibus patribus basilianis provinciae Lithuaniae. — Carolus Péterffy S. J. Posoniensis (n. 21. Aug. 1700; sec.

[1]) Cf. A. E. lips. 1756 p. 570—76.
[2]) Cf. A. E. lips. 1746 p. 451—64.
[3]) Cf. Storia Lett. VII, 539—542.
[4]) Cf. suppl. ad N. A. E. VI, 342—45.

[1]) Malvoux descripsit *l' Europe ecclésiastique* ou Etat du clergé de l'Eglise universelle, Parisiis 1757; cujus confecit Abrégé . . . avec les corrections nècessaires et des additions considérables, ib. 1758.
[2]) Cf. Martinov in praef. suae ed. *Speciminis* etc.

Dankó 1699; † 24. Aug. 1746), sagax criticus, qui collegit *sacra concilia Ecclesiae romano-catholicae in regno Hungariae celebrata*; accedunt regum Hungariae et sedis apostolicae legatorum constitutiones ecclesiasticae; p. 1. ab a. 1015—1654, Posonii 1741 in f.; p. 2. ab a. 1657—1734, ib. 1742 in f., praestantissimum ingenii atque industriae monumentum, stili nitido, dispositione ac ordine accurato insigne. Sed calamo utitur persaepe acriori in suos adversarios; hinc incredibile dictu, quantum in se adversantium animos excitarit atque calamum acuerit [1]).

685. Sigismundus Calles S. J. Aspachii inferioris Austriae oppido natus 12 Martii 1695 et in academia viennensi historiae prrofessor († 3. Jan. 1701), collegit [2]) *annales ecclesiasticos Germaniae* ex antiquis sacrae augustaeque historiae monumentis et cum rebus summorum principum perpetua serie deduxit (usque ad sec. XII.), Viennae 1756—69 t. 6 in f., quod opus in N. A. E. L. (1754, 433—44) dicitur »summa profecto cura, eruditione et elegantia conscriptum.« *Series misniensium episcoporum* cum ex aliis documentis, tum praesertim ex literarum, contractuum ac donationum misniensis ecclesiae breviario msc. restituta et illustrata, Viennae et Ratisbonae 1752 in 4., opus in iisdem Actis impense laudatum [3]). Primus fuit, qui in Annalibus suspiscaretur monumenta a Hanthaler, de quo infra, allata esse conficta. — Josephus Hartzheim [4]) S. J. Coloniensis, post iter literarium per Italiam philosophiae et s. theologiae professor, dein s. Scripturae (n. 21. Jan. 1694; † 17. Jan. 1763), sexagenario major concilia Coloniae habita collegerat, eaque in lucem edere cogitabat. Quo comperto Joannes Mauritius canonicus, eum concilia totius Germaniae a cl. Joan. Friderico Schannat jam magna ex parte collecta, sed interveniente ejus obitu (p. 1214) nondum edita doleret, horum collectionem prosequendi curam Hartzheimio demandavit, qui etiam amplissimum hujus studii campum ingressus, eam collectionem auxit, continuavit, notis, digressionibus criticis, charta et dissertatione chronographica illustravit. Prodierunt *Concilia Germaniae* [1]) Coloniae 1759—63 t. 5 (usque ad a. 1500) in f. Ejus sodalis Hermannus Scholl t. 5, cui vitam auctoris praemisit, ed. curavit, et 3 alios t. adjecit 1765—69 usque ad. a. 1610; alios duos (usque ad a. 1747) Aegidius Neissen ib. 1771. 1775: Josephus Hesselmann quintuplici indice opus absolvit, ib. 1790 (m. 120). Continuatum postmodum fuit a Binterim. *De initio metropoleos ecclesiasticae Coloniae Claudiae Augustae Agrippinensium* disquisitio prima, Coloniae 1731; quam impugnavit Joannes Ignatius Roderique Malmediensis, quondam e Soc. Jesu, diu ephemeridum coloniensium editor per universam Europam notus († 6. Apr. 1758), in op.: *S. coloniensis ecclesiae de suae metropoleos origine traditio vindicata* ab impugnationibus disquisitoris anonymi, ib. 1731

[1]) Cf. Dankó in op. Constitutiones synodales almae ecclesiae strigoniensis a. D. 1450, Strigonii 1865 p. VII, A. E. lips. 1743 p. 241—55; 1747 p. 625—39.

[2]) Cf. ejus elogium in praef. t. V. Annalium; Duhr Ztschr. f. k. Theol. XIII (1889) 19 s.; opera apud Sommervogel IV, 126—32.

[3]) N. A. E. lips. 1754 p. 307—16.

[4]) Frater ejus senior Caspar de Josephi institutione optime meritus, pariter Soc. J., philosophiae et theologiae professor († 1758) *dedit Explicationem fabularum et superstitionum*, quarum in s. Scripturis fit mentio, vario hinc inde sensu praeter literalem, ut allegorico, morali, anagogico etc. exornatam, Coloniae 1724; Patavii 1731. Cf. Sommervogel IV, 126; IX, 460.

[1]) Cf. A. E. lips. 1756 p. 277—34; 1760 p. 97—101; 1762 p. 441—57; 461—91; 1763 p. 41—51. Cf. Kessel KL. V, 1523.

in 4. Tuetur Roderique non ante sec. VIII. praesules colonienses fuisse archiepiscopos [1]), neque primum episcopum fuisse Maternum, s. Petri discipulum, quod utrumque asseruerat Hartzheim, qui proptera opposuit: *De initio metropoleos ecclesiasticae C. C. A. Agrippinensium disquisitionem* secundam historico-canonicam; disq. tertiam criticam, ib. 1732. *Bibliotheca coloniensis,* in qua vita et libri et mss. recensentur omnium archidioeceseos coloniensis . . . indigenarum et incolarum scriptorum. Praemittitur chorographica descriptio omnium parochiarum etc., ib 1759 in f.; opus pro eo tempore accuratum et pretiosum [2]); *catalogus historicus criticus* codd. mss. bibliothecae metropolitanae coloniensis ib. 1752 in 4; *historia rei nummariae coloniensis,* et diss. de eadem, ib 1754 in 4. Finis auctoris est 1. historiam patriam illustrare; 2. praerogativas archiepiscoporum firmare; 3. Caesarum gesta ultra fines Coloniae exhibere; 4. chronologiam patriam stabilire; 5. religionem catholicam tueri; 6. heraldicam archiepiscoporum ostendere: 7. comitum, marchionum, ducum juliacensium seriem et ditiones et matrimonia ex nummis eruere; 8. metropoleos coloniensis dignitatem ex jure monetandi restituto partam ante oculos ponere [3]). Emendationes proposuit Ger. Christoph: Neller juris utriusque doctor, ss. canonum professor et canonicus, coloniae Tric. 1761. Reliquit quoque plures diss. historico criticas in s. Scripturam V. T. ab. a. 1736—46. *Prodromum historiae universitatis coloniensis,* Coloniae 3. Aug. 1759. Studia plurimum promovit Coloniae cum esset a. 30 regens celebris gymnasii tricoronatorum. Erat et insignis concionator, qui plurimos ad veram reduxit finem.

687. Joannes Franciscus Foppens (Foppius) Bruxellensis, canonicus et archidiaconus mechlinensis (n. 1689; † 16. Juli 1761), diligens scriptor, praeter alia edidit [1]): *Chronologia sacra episcoporum Belgii* nuper ab ill. D. de Castillion [2]) brug. ep. ad a. 1719 edita, nunc ad tempus praesens continuata, Bruxellis 1761 in 8; *historia episcopatus antverpiensis,* 1717 in 4; *historia episcopatus silvaeducensis,* 1721 in 4; *compendium chronologicum episcoporum brugensium,* 1731 in 4; *bibliotheca belgica* sive virorum (c. 3000) in Belgio vita scriptisque illustrium catalogus librorumque nomenclatura, continens scriptores a cl. viris Andrea, Aub. Miraeo, Franc. Swertio aliisque recensitos usque ad a 1680, Bruxellis 1739 t. 2 in 4. Adjecit 560 scriptores; sed dolendum, eum plura omisisse notatu digna, quae penes illos bibliographos reperiuntur, quare illorum opera superflua non reddidit [3]). *Auberti Miraei opera diplomatica et historica,* ed. 2. auctior et emendatior, Lovanii

[1]) Cf. de hac controversia ib. 1742 p. 154—61. Scripsit Roderique Disceptationes *de abbatibus,* origine primaeva et hodierna constitutione, Wirbaburgi 1728.

[2]) Cardauns censor idoneus in praef. t. XII. Chroniken der deutschen Städte Lipsiae, 1815 p. 87: Eine Masse biographischer und literarischer Notizen finden sich hier im verständigen Urtheil und guter Ordnung zusammengestellt. Die Bibl. ist eine Arbeit, wie sie damals keine einzige Diöcese aufzuweisen hatte, ein Denkmal solider Gelehrsamkeit und emsigsten Sammelfleisses, auch heute noch als Nachschlagebuch vortrefflich zu benützen. Cf. Duhr Zeitschr. f. kath. Theol. XIII (1889), 75.

[3]) Cf. A. E. lips. 1757 p. 197—201.

[1]) Cf. Biorgr. univ. XV, 232; LXIV, 255, ubi quamplurima opera ejusdem mss., quae reliquit, enumerantur; Feller III, 629; Bibl. nat. VII, 194.

[2]) Natus est Joannes Baptista Ludov. Castillion episcopus brugensis et Flandriae cancellarius 21. Sept. 1680. Prae. clarus erat sui gregis pastor, pacis cultor patriae et pauperum pater. Decessit 26. Junii 1753. Cf. hist. fleur. continuat. l. 241 § 37; Bibl. nat. dé Belg. III.

[3]) Cf. Mém. de Trév. 1740 a. 35 pag. 802—6.

1723—48 t. 4 in f. *Batavia sacra* sive res gestae apostolicorum virorum, Bruxellis 1714.

687. Petrus Claudius Fontenay S. J. Parisiensis (n. 1683; † 1742) continuavit *historiam ecclesiae gallicanae* P. Longueval (cf. p. 1212). — Stephanus Gabriel Brice O. S. Ben. congr. s. Mauri [1]) Parisiensis (n. 1697; † 13. Nov. 1755) *Galliam christianam* (cf. p. 1209). — Petrus le Merre parisiensis († 1763) advocatus celeber, juris canonici professor, *collectionem actorum cleri gallicani* a patre suo inchoatam (p. 1286). — Martinus Bouquet O. S. Ben. congr. s. Mauri Ambianensis n. 6. Aug. 1685, Montfauconii in aliquot operibus edendis erat socius. Quare ille in praefatione ed. opp. s. Jo. Chrysostomini ipsius cum laude meminit. Propter suam adversus bullam, Unigenitus oppositionem in exilium fuit pulsus († 6. Apr. 1754). Ipse collegit *rerum gallicarum et francicarum scriptores* [2]) Parisiis 1738—52 t. 8 in f., quibus alios tomos (9. et 10.) addidere Joannes Baptista Haudiquier ejusque frater Carolus; 11. a. 1767 Housseau, Germanus Poirier et Jacobus Precieux (qui postmodum congregationem deseruerunt); t. 12. 13. Clement et Brial; 14—17. J. J. Brial; 18. 19. M. Brial, Pastoret, Daunon et Naudet; 20. Daunon et Naudet; 21. Guigniaut 1855; 22. a. 1865. Wailly et Deslisle; 23. prodiit 1876 (fr. 2000); 1869 ss. t. 25 curante Leopoldo Deslisle ed. altera. Opus si esset absolutum c. 180 vol. complecteretur. Collectio propter documentorum copiam est pretiosa, sed male disposita [1]). — Plura quoque ad historiam ecclesiae gallicanae spectantia edidit Joannes Liron O. S. Ben. congr. s. Mauri Carnotensis (n. 11. Nov. 1665; † 9. Febr. 1749), cujus haec inter alia [2]) sunt: Diss. *sur un passage du 2. l. de s. Jérôme contre Jovinien* altéré dans toutes les éditions et qui est rétabli dans sa pureté originale, Parisiis 1706; 1707 cum responso ad exceptiones Coustantii; *Dissertation sur Victor de Vite* avec une nouvelle Vie de cet Evêque, Parisiis 1708 in 12; etiam in Migne *patrol.* 58, 151—78, in qua tuetur Victorem vitensem historicum alium esse ab eo, qui comparet in collatione habita Carthagine a. 484. *Apologie pour les Armoricains* et pour les Gaules, particulièrement de la province de Tours, où l'on fait voir que les Eglises de Bretagne sont plus anciennes que la descente des Bretons dans l'Armorique, et cette province a reçu la Foi chrétienne dès le quatrième siècle, 1708 in 12; *les Aménités de la critique* ou Dissertations et Remarques nouvelles sur divers points de l'Antiquité ecclésiastique et profane, 1717. 1718 t. 2 in 12., in quibus de variis scriptoribus ecclesiasticis disputat; *bibliothèque générale des Auteurs de France,* l. 1. contenant la Bibliotheque Chartraine, ou le Traité des Auteurs et des Hommes illustres de l'ancien diocèse de Chartres, qui ont laissé quelques monuments à la postérité, ou qui ont excellé dans les beaux arts, avec le catalogue de leurs ouvrages, le dénombrement des différentes éditions, qui en ont été faites et un jugement sur plusieurs des mêmes ouvrages, 1718 in 4., cui opposuit Perdoux de la Perrière sub nomine Melchioris Duplex: *Lettre d'un Conseiller de Blois* à un Chanoine de Chartres sur la Bibliothèque [3]) etc.,

[1]) Cf. monitum praefixum t. 11. Galliae christianae.

[2]) J. d. Sav. CXIX, 3—22; 261—304; CXXIV, 385; CXXXV, 291—306 etc. Quid singulis tomis contineatur cf. apud Potthast, bibliotheca historica medii aevi, Berolini 1862 pag. 35 et suppl. 1868 p. 13.

[1]) Cf. biographiam auctoris in t. 9. hujus collectionis; Sachs KL. 2, 1159.

[2]) Cf. Tassin II, 426 ed. germ. et in Suppl. Paris 1908 p. 390 ss.

[3]) Cf. de utroque op. J. des Sav. LXVI, 38—48 et LXVII, 356—62.

1719, in qua ostendit, eam esse incompletam, indiligentem, absque judicio et selectu critico adornatam. *Singularités histoiriques et littéraires* contenant plusieurs recherches, découvertes et éclaircissemens sur un grand nombre de difficultés de l'Histoire ancienne et moderne 1734—40 t. 4 in 12., opus rarum, in quo plura sagaciter animadvertuntur, quae spectant ad historiam ecclesiasticam, patrologiam, artem criticam etc. Juvit etiam le Nourry in elaborando suo apparatu ad bibliothecam maximam (p. 1159). — Ejus sodalis Petrus Hyacinthus Morice de Beaubois (n. 25. Oct. 1693; † 14. Oct. 1750) collegit *Mémoires pour servir de preuves à l' Histoire ecclésiastique et civile de Bretagne,* tirés des archives de cette province, de celle de France et d'Angleterre, des Recueils de plusieurs savans Antiquaires [1]), Parisiis 1742—46 t. 3 in f. *Histoire ecclésiastique et civile de Bretagne* composée sur les auteurs et les titres originaux, ornée de divers monumens et enrichie d'une dissertation sur l'établissement des Bretons dans l'Armorique et de plusieurs notes critiques, Parisiis 1750 in f., quae historia praefertur illi sodalis sui Lobineau; melius enim est disposita et multo longiorem periodum complectitur. Alterum t. curavit ediditque Carolus Taillander ib. 1756 (fr. 150); 1736—47 t. 20 in 8., ed. longe minoris pretii.

688. Thomas ab Incarnatione can reg. later. descripsit *historiam ecclesiae lusitanae* ab Evangelio promulgato ad sec. 14., Conimbricae 1759 t. 4 in 4., *veterem canonum codicem* lusitanae ecclesiae notis illustravit, ib. 1764. — Antonius Cajetanus de Sousa cler. reg. Theat. Olisiponensis (n. 30. Maji 1674; † 5. Jul. 1759), regi a consiliis, innotuit *Historia Genealogica* regiae domus lusitanae 1735—48 t. 12 cum t. 6 probationum 1742—48. Huc spectat, quia collegit *catalogos archiepiscoporum et episcoporum ecclesiarum Lusitaniae* cum brevi earundem notitia topographica, qui reperiuntur in *Colleçao dos Documentos, Estatutos e Memorias da Academia Real* da Historia Portugueza do anno de 1721; Olisipone 1721. 1722; *Agiologio Lusitano* dos Santos e Varoes illustres em virtude do Regno de Portugal e suas Conquistas, ib. 1744 t. 3 in f., opus incompletum. — Simon Marques reliquit *Brasilia pontificia,* Lissabon 1758. — Joannes a s. Facundo Raulin O. S. Aug. Caesaraugustanus descripsit *Historiam ecclesiae malabaricae* cum diamperidana synodo apud indos nestorianos s. Thomae christianos nuncupatos, coacta ab Alexio de Menezes augustiniano a. 1599, nunc primum ex idiomate lusitano in latinum versa, cui accedunt tum liturgia malabarica, tum diss. variae, omnia perpetuis animadversionibus illustrata [1]), Romae 1745, opus rarum. — Hugo Tortell presbyter anglus, qui Duaci et Parisiis studiis operam dedit notior forte sub nomine Car. Dodd (n. 1671; † 27. Febr. 1742—43) concinnavit *The Church History of England* ab a. 1500—1688, Bruxellis 1737—42, cum *Apologia* ib. 1742 adversus A specimen of Amendements s. l. 1742; cura Tierney iterum prodiit Londini 1839. Ea historia minus exacta dicitur. *The History of the English College of Douay* 1713, quae patribus Soc. J. displicuit et crisin provocavit. Reliquit quam plurima scripta polemica et historica fere omnia inedita [2]).

[1]) Cf. J.. des Sav. CXXIX, 217—240; CXXXV, 483—98; CXLV, 55—69.

[1]) De qua scribit Feller III, 596 ed. paris. 1845: III, 506: „Elle est pleine de particularités qui semblent n'avoir d'existence que dans l'imagination de l'auteur."

[2]) Ea diligenter Gillow V, 549—54 sub n. 66 recenset.

689. Quamplurimi scripserunt historiam *ecclesiarum particularium* singulariumque dioeceseon, praesertim in *Italia* [1]). Ita Petrus Marcellinus Corradini Setinae nobilibus parentibus 2. Jun. 1658 natus. Felici ingenio miroque discendi ardore praeditus Romae insignes profectus in studiis fecit atque antiquitatum studio prae ceteris operam dedit. Ab Innocentio XII. factus est subdatarius et canonicus lateranensis, a Clemente XI., qui ejus eruditionem et peritiam summi faciebat, archiepiscopus atheniensis, dein a. 1713 cardinalis et episcopus viterbiensis, postea tusculanus. Mortuis Clemente XI. et Innocentio XIII. plurium cardinalium suffragio ad tiaram fuit expetitus; praesertim vero defuncto Benedicto XIII, cui apostolica libertate in nonnullis se opposuit, nisi obstitissent Hispaniae et Siciliae reges necnon et imperator († 7. Febr. 1743 a. aetatis 85). Vir erat tam in politicis et forensibus, quam in ecclesiasticis causis longe versatissimus, aequitatis studiosus, ab omni proprii quaestus suspicione omnique ambitione liber et illibata morum innocentia inclitus [2]). Praeter alia edidit: *De civitate et ecclesia setina,* Romae 1702 in 4; *Vetus Latium sacrum et profanum* [3]), quod et picturis illustravit, ib. 1704. 1705 t. 2 in 4. Quum vero gravioribus curis distineretur, ejus perficiendi provinciam Josepho Rocho Vulpio [4]) S. J. traditis schedis et adversariis suis demandavit, qui etiam edidit t. 3—10 (in v. 11) Patavii et Romae 1726—45. *Tract. de jure praelationis,* Romae 1688 in f., et sub nomine Conradi Oligenii *de primariis precibus imperialibus diss.,* Friburgi Brisgojae (Romae) 1706 in 4. — Alius ab hoc est Joseph Volpi Barensis († 1756) cujus exstat: *Cronologia de' Vescovi Pestani* ora detti di Capaccio, in cui si dà conto de' fatti più memorabili de' Vescovi, che hanno governato quella Chiesa: de' luoghi antichi e delle cose notabili avvenute nella loro Diocesi; dell' ampiezza di essa per l' unione di tre Città Vescovili, che furono Velia, Agropoli e Bussento, e per lo numero di 130 Terre e Castella abitate da ottantamila e più anime; degli Abbati Mitrati, che hanno entro di essa le loro Chiese; degli Uomini illustri, che ne sono usciti; de' Signori che hanno in quella Diocesi i lor Feudi, Neapoli 1720; 1752 in 4. ed. aucta et emendata.

690. Joannes Baptista Maria Contareni O. Praed. *de episcopatu feretrano* diss. in tres distributa partes: in quarum 1. feretrani episcopatus origo, sedis locus, aliaque ad ipsum spectantia perquiruntur; in 2. acta s. Leonis dioecesis patroni sociique illius Marini revocantur ad crisin; in 3. deducitur ad haec usque tempora praesulum series, Venetiis 1753 in 4., in qua disserit adversus Joan. B. Marini, qui in *Apologetico Feretrarum* adversus Paulum Danielli compluresque alios Pinnenses, Pisauri 1732, defenderat, castellum s. Leonis fuisse sedem origi-

---

[1]) Carolus Constantius Rabbi O. S. Aug. Bononiensis († 8. Sept. 1746) notas adjecit ad Carolum Sigonium (III³,303) *de episcopis Bononiae* cum supplemento, in hujus op. editione, quam curavit Argelati Mediolani 1733, quae tamen pretio carent judice Fantuzzi Notizie degli Scrittori bologn. VII, 145.

[2]) Cf. plura in Dom. Georgii elogio historico Petr. Marc. S. R. E. Card. Corradini, episcopi tusculani, de quo cf. A. E. lips. 1755 p. 333—5; Contin. H. E. Fleurii l. 235 § 16.

[3]) Cf de his duobus operibus A. E. lips. 1703 p. 449—50; 1706 p. 310—12.

[4]) Natus est Vulpius (Volpi) Patavii a. 1692, decessit 26. Sept. 1746. Praeter plurium sanctorum *vitas* edidit theses (a se defensas) contra judaeos *de LXX hebdomadis,* Romae 1720 in 4., et *Lettera al P. D. Angelo Calogerà* Monaco Camaldolese, nella quale si espongono cento antiche Iscrizioni di fresca nuova scoperte o correzione con alcune brevissime annotazioni per ciascheduna, in collectione opusc. cura Calogerà edita XIX, 107—83.

nâlem episcoporum feretranorum. — Lucas Josephus Cerrachani theologiae doctor et florentinae academiae cancellarius († 27. Jan. 1745 a. aetatis 72), praeter alia reliquit: *Cronologia sacra de' Vescovi ed Arcivescovi di Firenze;* fasti teologicali o sia storia cronologica dell' università fiorentina e de' Teologi dalla sua fondazione sino all' anno 1738. — Plura quae spectant historiam ecclesiasticam florentinam reperiuntur [1]) in op. Josephi Ricca (Richa) S. J. Taurinensis († 1761): *Notizie istoriche delle chiese fiorentine* divise n' suoi quartieri, Florentiae 1754—62 t. 10 in 8., opus egregiis figuris aeneis adornatum. — Joannes Antonius Pecci eques senensis scripsit *Storia del Vescovado della Città di Siena* unita alla serie cronologica dei suoi Vescovi ed Arcivescovi estratta da scrittori e antichi monumenti in parte non più prodotti alla luce, Lucae 1748. — Dragoni collegit *Monumènti e notizie istoriche riguardanti la Chiesa primitiva Vescovile d'Arezzo* in Toscana da i suoi principi fino al presente contra l'asserzione publicata sopra la medesima Chiesa in quest' anno 1755 dal molto R. S. D. Angiolo Lorenzo Grazini nel suo libro *vindiciae ss. martyrum aretinorum,* (Romae 1755 in 8), Lucae 1755 in 4. — Felicianus Bussi cl. reg. min. in f. (n. 1679; † 24. Apr. 1741) narrat *L' Istoria della città di Viterbo,* Romae 1742 p. 1. et unica, altera mansit inedita sicut et veterum Etruscorum monumenta — Petrus Maria Amiani patritius fanensis collegit *Memorie istoriche della Città di Fano,* Fano 1751 t. 1 in f. et duas diss. de antiquis sigillis reliquit.

691. Franciscus Innocentius Fileppi canonicus theologus edidit diss. apologeticam, cui titulus *Antiquitas et dignitas ecclesiae vercellensis propugnata,* Lucae 1749, in qua tuetur, eam ecclesiam fuisse fundatam a s. Petro, qui ei praefecerit primum episcopum s. Sabinianum, imo fuisse metropolitanam, cui obnoxia fuerit ecclesia mediolanensis: quem tamen aggressus est Josephus Hyacinthus Triverius O. Praed. in historico-critica diss. *de antiquitate ac dignitate ecclesiae vercellensis,* Mediolani 1754 in 8. Quare Fileppi iterum edidit: *Antiquitas et dignitas ecclesiae vercellensis vindicata diss. apol.,* Lucae 1754 in 8; etiam in Triverii *epistola prima criticogrammaticalis Theotimo inscripta,* Lucae 1755 in 8. Scripsit insuper *animadversiones critico-historicas* in l. editum Mediolani a. 1740, cui titulus: *de origine apostolica ecclesiae mediolanensis* a s. Barnaba ap. deducta, auctore Sormanno (cf. p. 1226), et in alterum ejusdem auctoris inscriptum: *L'origine apostolica della Chiesa Milanese* [1]), vulgatum hoc a. 1754, Lugani in 4. — Antonius Rivautella praefecti academiae et bibliothecae taurinensis socius et musei conservator [2]), in antiquitatis studio admodum versatus († 1. Dec. 1753 a. aetatis 44), praeter opera ad archaeologiam spectantia, quae una cum Paul Ricolvi edidit, cum Francisco Berta reliquit *Ulciensis ecclesiae* (Ulz, Oulx) *chartarium* animadversiobus (eruditis) illustratum, Augustae Taurinorum 1753 in f., *codices mss. bibliothecae regiae taurinensis* recensuit et animadversionibus illustravit Taurini 1749 t. 2 in f.; *Marmora taurinensia* diss. et notis illustravit, Taurini 1743—47 t. 2 in f. — Petrus Bonolli turricellanus canonicus († 18. Jan. 1756 a. aetatis 68) hi-

[1]) Cf. Zaccaria XII, 428—33; XIII. 388—403.

[1]) De quo opere cf. Zaccaria IX, 417—27, qui ejus recensionem ita incipit: „Libro da molti anni non si è veduto in Italia men degno della luce di questo secolo, o lo stile grossolano riguardisi, o l'ingiurioso procedere, o'l niuno giudizio con che è stato scritto."

[2]) Cf. Storia Lett. VIII, 540—42.

storiam Nic. Coleti *de turricellanis episcopis* in Italia sacra t. 5. annotationibus et additionibus illustravit.

692. Joannes Antonius Sassi (Saxius) congr. Obl. n. 28. Febr. 1675, collegii ambrosiani doctor et bibliothecae ambrosianae post Muratorium a. 1711 praefectus, eruditissimis sui aevi viris accensendus, quem summi viri, ut Muratori, Gagliardi, de Rubeis, Trombelli, Laderchi, Fontanini, Quirini, Passionei, Besozzi etc., magni aestimarunt, nec minus a morum candore laudandus († 21. Apr. 1751), inter alia opera reliquit [1]): *Archiepiscoporum mediolanensium series historico-chronologica* ad criticae leges et veterum monumentorum fidem illustrata, accedit vita scriptoris auctore Balthasare Oltrocchi, Mediolani 1755 t. 3 in 4; *vindiciae de adventu Mediolanum s. Barnabae ap.* [2]), 1748 in 4; *epistola* [3]) *ad amicum* pro vindicanda formula in ambrosiano canone ad missae sacrum praescripta: „Corpus tuum frangitur, Christe," ib. 1731, etiam in collect. calogeriana t. 14; *s. Caroli Borromaei homiliae,* praefatione et notis illustratae, 1747 t. 5 in f., editio splendida; *Noctes vaticanae* seu sermones habiti in academia a s. Car. Borromaeo Romae in palatio vaticano instituta, cum praefatione et notis, 1748 in f.; Vinegiae 1750; *de studiis mediolanensium antiquis et novis prodromus* ad historiam literario-typographicam [4]), 1729 in 8., ed. aucta una cum historia typographica literaria urbis mediolanensis ab a. 1465—1500 in Argelati bibliotheca scriptorum mediolanensium t. 1., Mediolani 1745; *diss. historica* ad vindicandam veritatem contra allegata ad concordiam in causa praecedentiae inter canonicos metropolitanae mediolanensis et basilicae ecclesiae disciplina et metropolitani s. Ambrosii, in qua antiqua ambrosianae mediolanensis dignitas illustrantur [1]), 1733 in 4. Disputat autem in ea adversus Nicolaum Sormannum (cf. p. 1226). *Possessio ss. corporum Gervasii et Protasii MM. Mediolano vindicata,* qua occasione plura de antiquis ecclesiae ritibus, vigiliis, festis etc. habet, ib. 1719 pp. 3 in 1 v. in 4. Plures etiam auctores inter scriptores rerum italicarum a Muratorio collectos edidit notisque illustravit, necnon t. 3. de regno Italiae inter opera Sigonii annotationibus ornavit.

693. Vitus Maria Amico O. S. Ben. congr. cas. philosophiae et theologiae lector, et in academia patria historiae professor (n. 15. Febr. 1693; † 1756) de Sicilia sacra et profana illustranda plurimum sollicitus, plura supplementa adjecit *Siciliae sacrae* Rocchi Pirro, de qua infra agemus. Scripsit praeterea *Catana illustrata* sive sacra et civilis urbis Catanae historia, Panormi 1740—46 t. 4 in f. opus eruditionis vastae. — Petrus Gioëni († 1761) episcopus in partibus in f. collegit *Memorie storiche* della chiesa agrigentina (Girgenti) — Joannes Stephanus Remondini Congr. Som. coepit scribere *della Nolana ecclesiastica Storia* [2]) t. 1. Neapoli 1747; t. 2. a. 1751, sed narrat tantum vitam s. Pauli Meropii Paulini (353—431). — Joannes

[1]) Cf. Zaccaria l. c. III, 719—28; Biogr. univ. XI, 443.

[2]) Cf. A. E. lips. 1755 p. 713—8.

[3]) Cf. J. des Sav. XCVIII, 423—27. Egregiam synopsim exhibet Benedictus XIV. de sacr. Missae sacrif. II, 20.

[4]) Cf. A. E. lips. 1730 p. 133—9.

[1]) Cf. A. E. lips. 1736 p. 442—6. Huc referri etiam posset Caroli Hieronymi Sormannì opus ex manuscriptis fratris sui Nicolai derivatum: *De' Passeggi Storico-topographico-critici nella Citta, indi nella Diocesi di Milano* ad erudizione ed a diporto della gioventù nobile e massimo ecclesiastica coll' intreccio di varie dissertazioni, Mediolani 1751 t. 4 in 12., de quo cf. Zaccaria, Storia Letter. VI, 588—605; VII. 558.

[1]) Cf. Zaccaria V, 583—605.

Andreas Tria, episcopus Larini, translatus ad archiepiscopatum tyrium († 1760), collegit magna sedulitate per annos 18 *Memorie storiche, civili ed ecclesiastiche della Città e Diocesi di Larino,* Metropoli degli antichi Frentani divise in 5 ll. e sua appendice colla serie de' propri Vescovi etc., Romae 1745 in 4. — Leonardus Cecconi episcopus Montis alti (Montalto 1748), cui sedi tamen renunciavit († 1760) scripsit *Storia di Palestrina* Città del prisco Lazio illustrata con antiche iscrizioni et notizie sinora inedite, Ascoli 1756 in 4. — Joannes Dominicus Bertoli n. 13. Martii 1678 Mereti prope Utinum, antiquitatum admodum studiosus, eruditionis suae specimen dedit in op.: *Le Antichità di Aquileja profane e sacre* per la maggior parte sinora inedite, raccolte, dissegnate ed illustrate, Venetiis 1739 in f. t. 1. Ad prelum paratos habebat t. 2. et 3., sed utrum prodierint nos latet. Plures ejus dissertationes de rebus ad antiquitates spectantibus habentur in collect. calogeriana.

694. Hieronymus Tartarotti Roboretanus n. 2. Jan. 1706, sola tonsura insignitus, philosophiae scholasticae adversarius et hypercriticus († 16. Maji 1761), docte disseruit *de origine ecclesiae tridentinae* et primis ejus episcopis, Venetiis 1743 in 4; in qua diss. negat s. Cassianum esse primum episcopum sabionensem, quem censet fuisse s. Ingenuinum (sec. VI). Cui opposuit Roschmann (cf. pag. 1521) *conjecturas pro asserendo episcopatu sabionensi s. Cassiani M.,* Brixinae 1748, quibus respondit auctor noster *de episcopatu sabionensi* s. Cassiani M. deque s. Ingenuini ejusdem urbis ep. actis epistola, Venetiis 1750 in 8. In hac Ingenuini sanctitatem in dubium vocat [1]). Contra utrumque scripsit Benedictus Bonelli a Cavalesio O. Min. *vindicias romani martyrologii* 13. Aug. s. Cassiani forocorneliensis M. et 5. Febr. ss. brixinensium episcoporum Ingenuini et Albuini memoriam recolentis, Veronae 1751 in 4., in quibus adversus Roschmann negat s. Cassianum fuisse primum episcopum brixinensem, et adversus Tartarotti tuetur Ingenuini sanctitatem. Respondit Roschmann *de episcopatu sabionensi* s. Cassiani M. deque s. Ingenuini ejusdem urbis ep. actis H. Tartarotti roboretani ad Ant. Roschmannum epistolae disquisitione, Ulmae 1751. Scripsit Bonelli etiam adversus Maffei [1]). Alia Tartarotti opera sunt: *Memorie istoriche intorno alla vita e morte de' ss. Sisinio, Martirio ed Alessandro,* Veronae 1745; *Dell' origine della chiesa di Aquileja,* Mediolani 1759; *Memorie antiche di Rovoredo,* Roboreti 1754 in 4., quo tamen opere Tridentinos et Maffejum in se vehementer concitavit; cum enim hic in sua *Verona illustrata* Joannis diaconi opera cum irreparabili damno periisse luxisset, Tartarotti ostendit, haec opera optime conservata adhuc exstare et si periissent leve id damnum fore. Acriter etiam in ipsum exarsere Tridentini, quod nimia temeritate effutiret, Adalbertum tridentinum episcopum ab ipsis perperam pro sancto et martyre haberi. Plures contra eum scripserunt [2]), quibus ille aliquot li-

[1]) Cf. Zaccaria II, 214—21; III, 404—10; IV, 236—41 et ep. de hac controversia V, 644—720; A. E. lips. 1741 p. 63—67; 1751 p. 472—78; 1758 p. 132—44.

[1]) Cf. Adelung I, 2026.

[2]) Inter hos Leopoldus de Pilati n. Viennae 1705, canonicus jaurinensis, dein tridentinus († 1755), cujus est: *la santità ed il martyrio del b. Adalpreto* vescovo di Trento vindicati, Tridenti 1754. Scripsit quoque *origines juris pontificii* ad Carolum VI., ib. 1739, de quo op. ita censet Schulte allg. d. Biogr. 26, 128: Sie ist zwar im ganzen weder selbständig noch neu, enthält aber einen sehr anerkennenswerthen Versuch einer Dogmengeschichte der Rechtsinstitute und in dieser Gestalt ziem-

bellis respondit, praesertim op.: *Apologia delle memorie antiche di Rovoredo,* Lucae 1758 in 4., contra quam prodiit suppresso auctoris (Bonelli) nomine: *Notizie intorno al vesc. Adelpreto di Trento* ed altri vescovi della Germania e dell'Italia a tempi dello Scisma di Frederigo I. imp. Dittico e calendario Udalriciano con saggio d'altri calendari e libri liturgici ed altre memorie diplomi e Carte autentiche, contraposte all'Apologia etc., Tridenti 1760—61 t. 2 in 4. opus rarum. *De versione rufiniana* historiae ecclesiasticae Eusebii caesariensis diss., in qua valesianae interpretationis dignitas et praestantia vindicatur, Tridenti 1748 in 8. adversus Thomam Cacciari, qui nisus est versionem rufinianam tueri adversus eruditorum exceptiones [1]). Majorem controversiam literariam excitavit opere inscripto: *Del congresso notturno delle lammie* con due dissertazioni sopra l'arte magica [2]), Roboreti 1749 in 4., in quo illum congressum fabulam esse ostendit, licet artis magicae exsistentiam tueatur. Plures contra eum scripserunt, ut celeberrimus Maffei in op. *l' Arte magica dileguata,* Lettera al P. In. Ansaldi, Veronae 1749; 1750 in 4., in quo magiam saltem post Christi passionem inter fabellas relegat [3]).

lich alleinstehend, aber in der Literatur fast vollständig unbeachtet geblieben.

[1]) Cf. Zaccaria IV, 106.

[2]) Cf. A. E. Jips. 1752 p. 354—67.

[3]) Cf. Storia Lett. II, 64—79. Contra Maffejum scripsit Luggiato presbyter Oratorii veronensis: *Osservazioni sopra l' opusculo,* che ha per titolo Arte magica dileguata, Venetiis 1750 in 4. Cui respondit Antanius Fiorio Veronensis in op. *arte Magica distrutta,* Tridenti 1750 in 4. Verum mox Franciscus Staidelius O. Min. Conv. scripsit libellum, cui titulus: *Ars magica adserta,* ib. 1750 in 8; et anonymus edidit: *Replica alla Risposta* intitolata Arte magica distrutta, etc., Veronae 1751, et alter anonymus: *Animadversioni critiche* sopra il notturno congresso delle Lammie, Venetiis 1751, qui in ipsum quoque Tartarotti invehitur, nam veritatem congressus nocturni sagarum tueri nititur. Sententiam suam iterum tuetur Tartarotti in *Apologia del congresso delle lammie*[1]), Venetiis 1751 in 4., cui opposuit Maffei *Arte Magica annichilata* ll. 3 con un appendice [2]), Veronae 1754 in 4.

695. Antonius Solis S. J. Hispalensis (n. 22. Jul. 1679), philosophiae et theologiae professor, collegit *annales ecclesiasticos et seculares hispalensis civitatis,* Hispali 1748 inf. — Hieronymus Contador d'Argote cler. reg. O. Theat. Lusitanus (n. 8. Jul. 1676; † 9. Apr. 1749) reliquit *Memorias para a Historia Ecclesiastica de Braga* e da Geografia antiga da Provincia Bracharense [3]), Olisipone 1732—47 t. 4 in 4. *de antiquitate conventus Bracagustani* ll. 4 a. 1738. — Emmanuelis Severini de Feria († 1755) exstat *Historia ecclesiastica de Evora.* — Thomas Bouges O. S. Aug. (1667—1741), diu theologiae professor, praeter *philosophiam* secundum principia s. Augustini, *chronologiam sacram et profanam, diss. sur les soixante-dix semaines de Daniel,* 1702 in 12., scripsit *Histoire ecclésiastique et civile de la ville et du diocèse de Carcassone* (usque ad a. 1668) avec les pièces justificatives et une Notice ancienne et moderne de ce diocèse, Parisiis 1741 in 4., opus exactum et accuratum. — Dom. L. Clemens Brugèlles edidit

Cf. Zaccaria III, 146—151. Ceterum plura alia opuscula prodierunt occasione hujus controversiae. Ita Clemens Baroni de Cavalcabo scripsit; *Lettera ad un Giornalista oltramontano* sopra il congresso delle Lammie, Venetiis 1751 in 4. (cf. ib. IV, 395—404); *l' impotenza del demonio* di trasportare a talento per l'aria d'un luogo ad un altro i corpi, Roboreti 1753 in 8., de quo op. cf. Zaccaria VIII, 72—75. Bartholomaei Preati Vincentini est *l' Arte Magica dimostrata,* Venetiis 1751 in 4.

[1]) Cf. Zaccaria IV, 424—30.

[2]) Cf. Zaccaria X, 462—8. Cf. plura de Tartarotti in ejus vitae auctore Const. Lorenzi, Ticini 1805.

[3]) Cf. Vezzosi I, 279—81.

Chroniques ecclésiastiques du diocèse d'Auch suivies de celles des comtes du même diocèse, Tolosae 1746 in 4. — Bourdot de Richebourg fuerat miles, advocatus, ephemeridum editor etc., ediditque sub nomine Charvet *Histoire de la s. église de Vienne,* Lugduni 1761 in 4. — Rouault reliquit [1]) *Abrégé de la Vie des Evêques de Coutances* depuis s. Ereptiole jusqu'à M. Leonor Guyon de Matignon qui gouverne aujourd'hui ce Diocèse [2]); avec un Catalogue des Archevêques de Rouen et de tous les Evêques, de leur promotion et de leur mort, Constantiae 1742 in 8. — Esnault scripsit Dissertations préliminaires (3) *sur l'Histoire civile et ecclésiastique du Diocèse de Sais* [3]), Parisiis 1746 in 12.

696. Antonius Martialis Lefèvre composuit: *Calendrier historique et chronologique de l'Eglise de Paris,* contenant sous le titre du Saint de chaque jour l'origine et la fondation des Paroisses, Abbayes, Monastères, Collégiales, Prieurés, Communautés, Chapelles, Oratoires et Hôpitaux de Paris, la mort des Evêques, Archevêques et des Hommes illustres du diocèse; les événemens remarquables, les Conciles qui ont été tenus à Paris, les Hérésies qui y ont été condamnées, Parisiis 1747 in 12; *Calendrier historique de l'Université* de Paris, 1755 in 24. — Plenius de hac ecclesia scripsit Joannes Leboeuf Antissiodorensis, vir eruditus et laboriosus [4]), socius academiae inscriptionum et canonicus (n. 1687; † 1760), in *Histoire de la ville et de tout le diocèse de Paris,* 1754 t. 15 in 12. (fr. 160); novam ed. coepit eamque prosequi ad nostros usque dies cogitavit Cocheris, ib. 1863—75; prodierunt t. 4 in 8; Alia prodiit 1883 t. 5; *Rectifications et Additions* adjecit Fernand Bournon, Paris 1890—95. Dissertations (22) *sur l'Histoire ecclésiastique et civile de Paris,* suivies de plusieurs éclaircissemens sur l'Histoire de France [1]), Parisiis 1739. 1743 t. 3 in 12. *Mémoires* (19) concernant l'histoire ecclésiastique et civile d'Auxerre [2]), Parisiis 1743 t. 2 in 4., continués jusqu'à nos jours par M. M. Ambr. Challe et Quantu († 4. Mart. 1883), Antisiodori, 1848—55 t. 4 in 8; *Histoire ecclésiastique et civile de Verdun,* auctore Roussel, ipse retractavit atque edidit. *Recueil de divers écrits* pour servir d'éclaircissemens à l'histoire de France et de supplément à la Notice des Gaules [3]), Parisiis 1738 in 12. T. 2. adjectus est index operum ipsius; *Vita s. Pelerini* primi antissiodorensium episcopi, Antissiodori 1716.

697. Franciscus Ignatius Dunod [4]) de Carnage n. s. Claudii 1679, insignis juris professor in academia bisuntina († 1752), praeter Tr. *des prescriptions* de l'aliénation des biens de l'Eglise et des dixmes, Parisiis 1765, historiam [5]) Sequanorum, provinciae sequanensis et

[1]) Cf. Quérard VIII, 167.
[2]) Cf. J. des Sav. CXXXI, 343—59.
[3]) Cf. J. des Sav. CXLV, 247—59.
[4]) Cf. Biogr. univ. XXIII, 481. Reliquit innumeras dissertationes de diversis argumentis, quae prostant in variis collectionibus literariis.

[1]) C. J. des Sav. CXXXIII, 35—50; 311—22; 454—67; CXXXIV, 3—24; CXXXV, 321—36; Mém. de Trév. 1740 a. 54 p. 1204-35; a. 81 p. 1752—84; 1742 a. 12 p. 265—301; 1243 a. 58 p. 2030—56.
[2]) Cf. Mém. de Trév. 1745 a. 16 p. 398—429. Cf. Saxius VI, 264 ss.
[3]) Cf. A. E. lips. 1743 p. 393—401.
[4]) Alius a Petro Josepho Dunod S. J. (n. 1657; † 1725), cujus est *la découverte entière de la ville d'Antre* en Franche-Comté, qui fait changer de face l'Histoire ancienne, civile et ecclésiastique de la même province et des provinces voisines, les mêprises des auteurs de la critique d'Antre avec la notice de la drovince des Séquanois rétablie par la découverte de la ville d'Antre, Amstelodami 1709 in 8., quod tamen plurium incurrit contradictionem cf. Sommervogel I, 1386.
[5]) De qua cf. A. E. lips. 1738 p. 433-42.

in 4., scripsit *Histoire de l'Eglise, Ville* Burgundorum, Divione 1735—40 t. 3 *et Diocèse de Besançon,* qui comprend la suite des Prélats de cette Métropole depuis la fin du second siècle . . . ce qui s'est passé de plus mémorable dans leur diocése, sa discipline ancienne et les changemens qui y sont arrivés; l'Histoire abrégée de ses principaux Bénéfices [1]), Besuntii 1750 t. 2 in 4. — Joannes Baptista de Marne Duacenus (n. 1699; † 1756) scripsit *Histoire du Comté de Namur*, Leodii 1754 in 4. — Simon Albertus Marion († 6. Maj. 1758) luci dedit [2]) *Recueil des Statuts synodaux du diocèse de Cambrai,* Parisiis 1739 t. 2 in 4. cum documentis, quae hujus dioecesis historiam illustrant. — Jacobus Felix Girardin s. theologiae doctor frejensis (n. 1678; † 13. Jun. 1753), reliquit [3]) *Histoire de la ville et de'église de Fréjus,* Parisiis 1729 t. 2 in 12. — Henricus Franciscus Xaverius de Belsunce (n. 4. Dec. 1671) episcopus massiliensis (1709), praesul piissimus, qui tempore horrendae pestis a. 1720 et 1721 heroica caritate in bonum sui gregis se totum impendit († 4. Jun. 1755), edidit: *L'Antiquité de l'Eglise de Marseille* et la succession de ses Evêques [4]), Massiliae 1747—51 t. 3 in 4; quo in op. concinnando magnam partem habuit Claudius Ant. Maire S. J. (n. 7. Febr. 1694; † 7. Febr. 1765). Edidit quoque l. s. Cypriani *de unitate Ecclesiae* cum copiosis eruditisque notis pro primatu s. sedis speciali ratione habita declarationis gallicanae eorumque, qui ecclesiae gallicanae heterodoxas objiciunt doctrinas de primatu, 1744. Ejus *Lettres et Billets inédits* prodierunt Paris 1898 — Sebastianus Briguet canonicus sedunensis († ante a. 1759) reliquit; *Vallesia christiana* seu dioecesis sedunensis historia sacra, Seduni 1744 in 8; *concilium epaunense* assertione clara et veridica loco suo ac proprio fixum in epaunensi parochia vallensium vulgo Epenassex, ib. 1741. — Besson parochus, qui partem habuit in concinnanda *Gallia christiana,* collegit *Mémoires* pour l'histoire ecclésiastique des diocèses de Savoie, Nancaei 1759 in 4. — Claudius Antonius Duding episcopus lausanensis († 16. Jun. 1745) auctor esse fertur op.: *Status* seu epocha ecclesiae aventicensis nunc lausanensis a primordiis usque ad nostra tempora, 1724 in 12., opus rarum.

698. Joannes Bertholet S. J. Leodiensis (n. 30. Dec. 1688; † 26. Febr. 1755), diu per Belgium missionarius, scripsit diffuse, sed absque judicio critico et ordine methodico *Histoire ecclésiastique et civile du Duché de Luxembourg* et Comté de Chiny, Luxemburgi 1741—43 t. 8 in 4; *Histoire de l'institution de la Fête-Dieu* avec la vie des bienheureuses Julienne et Eve, Leodii 1746; 1781. — Cornelius Paulus Hoynk van Papendrechtn. 1686. dordracenus ex familia illustri, vir avitae fidei solidaeque pietatis, cardinali mechlinensi per 24 annos a secretis, archipresbyter ecclesiae metropolitanae († 13. Dec. 1753), conncinavit ex *Batavia vera,* quam elaboraverat adversus *Bataviam sacram* auctore van Huyssen Bern. Barth. Desirant, *Historia ecclesiae ultrajectinae* a tempore mutatae religionis in foederato Belgio, Mechliniae 1725 in f., in qua ostenditur ordinaria sedis archiepiscopalis et capitali jura intercidisse. Accedunt varia monumenta huc spectantia cum diss. In ea Jansenistarum consilia malasque artes aperit. Batave reddita prodiit ib. 1728. *sex epistolae de haeresi et schismate*

[1]) Cf. J. des Sav. CLV, p. 110—27.
[2]) Alius est ab Alb. Marion, de quo supra egimus p. 1234.
[3]) Alia ejusdem op. cf. in Biogv. univ. XVII, 455.
[4]) Cf. J. des Sav. CLIV, 438—51. Nostri episcopi vitam (gallice) scripsit Berengier OSB., Lugduni 1787 t. 2.

aliquot presbyterorum ultrajectensium, 1720 in 4; *Specimen eruditionis Broedersianae,* ib, 1730 in 4; oppositum tractatui historico de capitulo cathedrali ecclesiae metropolitanae Nicolai Broedersen presbyteri schismatici ultrajectini; *Analecta belgica,* Hagae Comitum 1743 t. 6 in 4., quibus continentur varia opuscula pretiosa et utilia ad Belgii historiam civilem, literariam et ecclesiasticam, in primis vero ejus temporis, quo hispanorum jugum excussit, pertinentia[1]). — Cornelius van Gestel, canonicus mechlinensis (n. 1658; † 1748), reliquit (accuratam) *historiam sacram et profanam archiepiscopatus mechlinensis,* Hagae 1725 t. 2 in f. — Theodosius Bouille O. Carm. (1743) narrat stilo negligenti et absque sufficienti crisi *Histoire de la ville et du pays de Liège,* Leodii 1725—32 t. 3 in f.

699. Michael Moerckens Coloniae n. 1666 Carthusiae aggrippinensis presbyter († 26. Jan. 1740) elaboravit *conatum chronologicum* ad catalogum episcoporum, archiepiscoporum, cancellariorum, archicancellariorum et electorum Coloniae Claudiae Augustae Agrippinensium, Coloniae 1745 in 4., opus laude dignum, sed mendosissime impressum[2]). — Jodocus Hermann Nunning juris utriusque doctor, electori coloniensi a consiliis, canonicus et senior capituli vredensis, vir magnae eruditionis, quam multis itineribus, literariis sibi compararat (n. 2. Febr. 1675; † 31. Maj. 1553), collegit *monumentorum monasteriensium decuriam primam:* loca scil. dioeceseos alphabetice, in qua continentur lit. A et B, 1747 in 4. et praeter alia *sepulcretum* westphalico-mimigardico-gentile, 1713; 1742, in quo agit de cadaverum crematione. — J. S. Severus dedit in sua *Moguntia ecclesiastica hodierna,* Wertheimii 1764, catalogum archiepiscoporum hujus sedis. Collegit *Memoriam propontificum* (episcoporum auxiliarium) moguntinorum, Agathopolis (Aschaffenburg) 1763. — Johannes Henricus de Falkenstein[1]), Silesius fidem catholicam amplexus est, et aliquamdiu episcopi eistadiensis, dein marchionis onoldini consiliarius aulicus fuit (n. 1678, † 3. Febr. 1760), praeter alia opera historica edidit *antiquitates nordgavienses* oder nordg. Alterthümer aufgesucht in der Aureatensischen Kirche oder Hochstift Eichstett, Francoforti 1733 pp. 4 in f; *analecta nordgaviensia* pp. 6, Suabaci 1734—43 in 8. — Ignatius Gropp O. S. Ben. in monasterio s. Stephani membrum societatis literariae germano-benedictinae, Kissingensis (n. 12. Nov. 1695; † 19. Nov. 1758), bibliothecarius vir eruditus, solers in eruendis monumentis et de historia wirceburgensi bene meritus, edidit[2]): *Würzburgische Chronik deren letztere Zeiten* oder ordentliche Erzählung deren Geschichten, Begebenheiten und Denkwürdigkeiten, welche in denen dreyen letztern hundert Jahrläuften d. i. vom J. 1500 bis anhero in dem Hochstift Würzburgisch und Franken Landt bei Geistlich und Weltlichen Wesen sich zugetragen, Wirceburgi

[1]) Cf. A. E. lips. 1746 p. 479—94; Feller, VI, 387.

[2]) Feller 3, 472 (ed. paris. 1845), qui de ea scribit: „Cette histoire estimable par le grand nombre de faits qu' elle renferme, par l' étendue des recherches et par l' ordre qui y regne, ne l' est guère du côté du style;" Mem. de Trév. 1741 a. 47 p. 928—43.

[3]) Cf. Eisenhart Allg. d. Biogr. XXIV, 55.

[1]) Cf. Schrödl. KL. IV, 1213; Baader I, 1, 160; Siebenkes Falkensteins Leben und Schriften in Journ. von u. für Franken. Nürnberg 1790 I, 640 ss.

[2]) Cf. de eo ejusque operibus Schöpf in Würzb. Anzeigen gelehrter und gemeinnütziger Gegenständ 1797 p. 716—23; Lindner, II, 197—9; Baader 2. 1, 66—68; in primis Mich. Stöger der fränkische Geschichtschr. P. J. Gropp OSB., Kissingen 1891—92 pp. 3.

1748. 1750 t. 2 in f. cum pluribus documentis; *Geheiligter Wirzburgischer Bischofssitz* d. i. Lebensbeschreibung deren hh. Burchardi, Megingaudi, Arnonis, Brunonis, Adalberonis, ib. 1754 in 4; *Lebensbeschreibung des h. Kiliani B.* und dessen Gesellen Colonati Priesters, Johanni Diacons MM. und ersten Aposteln des Frankenlandes etc., ib. 1738 in 4. *Collectio novissima* [1]) *scriptorum et rerum wirceburgensium* a sec. XVI. XVII. et XVIII. hactenus gestarum, Francofurti 1741—44 t. 2 in f.; *aetas mille annorum antiquissimi et regalis monasterii b. Mariae V. in Amorbach O. S. Ben.* in archidioec. moguntina... historica methodo adumbrata... ex ejusdem monasterii chartis et documentis, quorum hic centum proferuntur, aliisque probatis auctoribus eruta et probata [2]), Francoforti 1736. in f.; *monumenta sepulcralia ecclesiae ebracensis,* Wirceburgi 1730 in 4. cum 14 tabulis aeri incisis, opus rarum magnaeque utilitatis pro studio antiquitatis in Franconia. — Antonius Roschmann Halae in Tiroli (n. 7. Dec. 1694; † 25. Jun. 1760), vir laboriosissimus admodum eruditus, praefectus bibliothecae universitatis oenipontanae (1745), topographus et historiographus tirolensis, quem titulum a comitiis ei collatum condigne meruit. Innumera reliquit de historia, antiquitate, topographia patriae suae scripta (187, quorum tamen minima pars prodiit). Praeter supra laudata p. 1531 edidit [3]): *Veldidena urbs antiquissima,* Augusti Colonia et totius Rhaetiae princeps... insertis compluribus adhuc ineditis, quae per Tyrolim supersunt, monumentis romanis, Ulmae 1744 in 4., opus eruditum et rarum; *Glaubenswürdige Nachrichten über das Leben u. vormahlig berühmte Grabstatt zu Mays in Tyrol des h. Valentini,* Bisch. zu Passau u. beider Rhätien Apostel [1]), Ulmae 1746 in 4. *Acta s. Notburgae* 1453. Duplicem instituit ad promovenda studia academiam, quam diligenter fovit.

700. Ladislaus Szörényi edidit praeter alia *vindicias syrmienses* seu descriptionem Syrmii cum suo episcopatu aliisque eo spectantibus, Budae 1746 in 8. ed. auctior et correctior; *Archidiaconus visitans* seu brevis forma et methodus canonicae visitationis ecclesiarum, parochiarum et aliorum piorum locorum, Tyrnaviae 1752 in 12. — Laurentius Karolyi composuit *speculum ecclesiae jaurinensis,* in quo hujus ecclesiae incunabula, progressus, vicissitudines descripsit, episcoporum vitas adjecit, inscriptiones non inelegantes inseruit, Jaurini 1747 in f. — Michael a ss. Trinitate Horváth Schol. piar., nobilibus parentibus in lucem editus in oppido Aboni provinciae pestinensis († 1752), descripsit *natales archiepiscopatus metropolitanae colocensis et bachiensis ecclesiarum* canonice unitarum Budae 1746, in quibus origo et series archipraesulum fide dignis testimoniis cum accurata chronologia exhibentur, quod opus non quidem omnium votis respondit, multa enim in eo exsucca et manca videntur; sed ratio habeatur mss. penuriae, quam barbarus turcarum furor omnia flammis devastantium fecit. — Ejus sodalis Josephus Innocentius a d. Thoma Aq.

[1]) Respicit nimirum Joannis Petri Ludewig († 7. Sept. 1743) a consiliis intimi regi Borussiae opus: *Scriptores rerum* episcopatus bambergensis et germanicarum, Francofurti et Lipsiae 1718 t. 2 in f. Ejus quoque sunt *Reliquiae msc. omnis aevi,* diplomatum ac monumentorum ineditorum, ib. 1720—41 t. 12 in 8.

[2]) Cf. A. E. lips. 1740 p. 673—77.

[3]) Cf. Wurzbach XXVI, 346; Di Pauli Roschmanns Biographie in Beiträgen zur Geschichte, Statistik, Naturkunde und Kunst von Tirol und Vorarlberg 1826. II, 1—184; Krones Allg. d. Bi. 29, 167 ss.

[1]) A. E. lips. 1747 p. 269—74, ubi dicitur: „Ita hoc ipsum opus compositum est, ut neque ingenium, neque diligentiam, neque doctrinam in eo desideres." De priori vero op. cf. ib. p. 327—36.

Desericius nitriensis e nobili familia oriundus (1702.), in seminario jaurinensi theologiae professor, praepositi generalis assistens († 1763), de historia patria bene meruit[1]) praesertim commentariis *de initiis ac majoribus Hungarorum,* Budae 1748—60 t. 5 in f. cum dissertationibus apologeticis (2), Pestini 1763 in f., *historia episcopatus, dioecesis et civitatis vaciensis* una cum rebus synchronis et catalogo praesulum, ib. 1763 in f., opus posthumum, cui deest ultima manus. Ejus quoque est *lapis angularis* praemotio physica thomistica, primum ac potissimum scholae d. Thomae fundamentum, dilucide exposita, quod profecto sit germanus angelici doctoris partus, legitimis vindiciis asserta adversus Jac. Spreng S. J., Viennae 1733; Tyrnaviae 1741.

701. Elias (antea Antonius dictus) de Amato O. Carm. Calaber, Montaltinus n. 1666, s. theologiae magister, vir vastae lectionis, quam ne in nonagenaria quidem aetate intermisit, primus inter suos cartesianam philosophiam invexit. Princeps erat academiae incultorum Trinarchus nuncupatus († 1748, sec. alios 1747). Praeter plura alia inedita et edita reliquit[2]) *epistolas polemicas,* quibus nonnulla ecclesiasticae et civilis historiae selectiora dubia resolvuntur, Lucae (Neapoli) 1739 in 8; *animadversiones historico-dogmaticas, chronologico-criticas* super aliquot acta et canones conciliorum Ecclesiae atque super nonnulla historicorum monumenta strictim concinnatas, Venetiis 1739 t. 2 in 4; *Lettere erudite ecclesiastico-civili, academico-critiche,* Genuae 1714. 1715 t. 2 in 4; *congressi academici sullo discettabile storico della Bibbia,* Venetiis 1720 t. 6 in 8; *Pantopologia Calabra,* in qua celebriorum ejusdem provinciae locorum virorumque . . . illustrium monumenta expenduntur, Neapoli 1725 in 4. *Museum literarium*[1]), ib. 1730. — Carolus Andrian S. J. Tirolensis, Tisentinus, philosophiae, juris canonici, exegesis, demum in academia graecensi per 16 an. historiae professor (n. 20. Nov. 1680; † 7. Jan. 1745), praeter *dissertationes selectas historico-chronologico-biblicas* super V. T., Graecii 1730 in 8; Viennae 1753 in 4., et *quaestiones historico-chronologico-criticas ex historia ecclesiastica* (usque ad sec. XIII.), Graecii 1731. 1732 t. 2 in 4., composuit *epochas sacro-profanas* tabulis historico-chronologicis illustratas seu methodum facilem et expeditam universalis historiae notitiam comparandi, Graecii 1727 in 8; 1729; *subsidia* (4) *memoriae pro historia,* series (12) romanorum pontificum, imperatorum, regum etc., epitomen chronologicam scriptorum ecclesiasticorum, Graecii 1733 t. 2 in 8; *dissertationes theologico-historico-criticas* de conciliis oecumenicis, ib. 1730 in 8. — Valerianus Zellner O. S. Aug., Bavarus, Eberspergensis, historiae et theologiae apud sodales lector (n. 26. Apr. 1718; † 19. Febr. 1763) praeter dissertationem historico-dogmaticam *de primatu Petri,* Monachii 1755 in 4., composuit *historiam ecclesiasticam* (usque ad sec. VIII.) imperiali mixtam ac dissertationibus elucubratam ib. 1756 in f. Prodiit tantum una diss., in qua agit in primis de Hadriano I. et Leone III. et de Carolo M. *Rethorica sacra* seu norma accurate et utiliter concionandi, Ratisbonae 1749.

702. Quam plurimi illustrarunt acta et gesta *ordinum.* Franciscus Matritensis O. S. Franc. collegit *Bullarium*

[1]) Cf. Horányi Script. piarum schol. I, 637—59; Biogr. univ. XI, 162.

[2]) Cf. Villiers Bibl. carm. I, 429 s.; Adelung 1, 690; Zavarrone bibl. cal. pag. 194.

[1]) Cf. De Joan. Checcozzi professore quondam historiae ecclesiasticae Patavii et canonico vicetino († 13. Febr. 1756) Adelung II, 278.

O. Min., Matriti 1744—49 t. 5 in f. (fr. 150). — Michael Tugiensis O. Cap. praeposito generali a secretis pariter collegit *Bullarium O. Min. Capucinorum* seu collectio bullarum, brevium, decretorum, rescriptorum, oraculorum etc., quae a sede apostolica pro O. Cap. emanarunt variis notis et scholiis elucubrata, Romae 1740—52 t. 7 in f. (m. 100), quibus nostra aetate Petrus Damianus a Münster alios tres t. adjecit Oeniponte 1883 s. — Bernardus da Decimio O. Min. reliquit *Secoli Serafici* ovvero Compendio cronologico della Storia francescana dall'a. 1182—1756, Florentiae 1757 in 4. — Malachias Tschamser (n. 12. Aug. 1678. † 17. Jan. 1742) collegit Die Annales oder Jahresgeschichten der Barfüsseren oder minderen Brüder zu Thann (cujus conventus ipse diu erat guardianus), ab a. 1182-1700, quos primum editit Merklen Colmarii 1864. T. alterum (usque ad a. 1741) editor non repererat. Cum postea repertus fuisset, eo usus est Eubel pro sua Gesch. der oberdeutschen Minoritenprovinz Würzburg 1886. — Rombaut van den Male O. Min. Belga praecipuis ordinis functus muneribus († 1756 a. aetatis 80) edidit ex Sanderi Chorographia sacra *Conventus bruxellensis*, lovaniensis, boetendalensis, mechliniensis et antverpiensis, et continuavit ad 1723, Hagae c. 1727 in f. — Joannes Franciscus a. s. Antonio dedit *Chronicas* de l'apostolica provincia de s. Gregorio de religiosos descalzos de S. Francisco en las Islas Philippinas, China, Japon etc., impressa en el Convento de N. S. de Loreto, Manilae 1738—44 t. 3 in f., opus carissimum (m. 300), quo simul exhibetur missionum historia illis in regionibus. Ejus compendium dedit P. Dominicus Martinez O. Min. quod Ferro ejus sodalis iterum edidit Matriti 1756. — Urbanus Fridrich O. S. Fr. auctor est op. Historia seu *descriptio provinciae Hungariae* O. Min. s. P. Franc. str. obs., Cassoviae 1759 pp. 2 in 1 v. in f. — Romualdus Stockacensis O. Cap. narravit *historiam provinciae anterioris Austriae* Fr. Min. Cap. (ab a. 1596) Campoduni 1747 in f.

703. Antonius Bremond O.S. Dom, gall. n. 10. Aug. 1692 in Provincia, aliquamdiu missionarius in insula Martinique, theologus bibliothecae casanatensis, ordinis praepositus generalis (1748; † 11. Jun. 1755) *Bullarium O. Praed.* jussu Thomae Ripoll ordinis praepositi edidit et ad autographum recognovit, appendicibus notisque illustravit, Romae 1726—40 t. 8 in f. (ab a. 1215—1739); collegit quoque *annales O. Praed.*, quorum t. 1. prodiit ib 1756, cui praemissa est ipsius vita. — Bernardus Jonghe O. Praed. gandavensis (n. 4. Febr. 1676; † 24. Oct. 1749) diu capellanus castrensis in Gallorum exercitu, prior conventus licrensis describit *Belgium Dominicanum* seu historiam provinciae Germaniae inferioris, Bruxellis 1719, *Desolatam Bataviam Dominicanam*, Gandavi 1717 etc. — Dominicus Gonzalez († 1647) curavit novam ed. op. *Historia de la provincia del S. Rosario* de Filipinas, Japon y China de la sagr. O. de Pred. compositam a D. d. Aduarte († 1637), Manilas 1648, Zaragoca 1693 t. 2 in f.; cui Vinc. Salazar adjecit t. 3., qui pertingit ad a. 1700, Manila 1743; 4. t. additit Dom. Collantes O. Praed., ib. 1783. — Joseph Pereira a s. Anna O. Carm. († 1747) scripsit *Chronica dos Carmelitas* da antiga e regular observancia nestes regnos de Portugal Algarves e seus Dominos, Olissipone 1747 t. 1; 1751 t. 2; utrum 3. quem promisit prodierit nos latet[1]). Vulgavit

[1]) Cf. Praetermissimus initio hujus sec. II. posttridentini Ludovicum a s. Theresia (Claudium de Buchamps) O. Carm. Bellovaci n. 27. Maj. 1602, commissarium apostolicum et visitatorem aliquot provinciarum († 14. Oct. 1671), qui gallice scripit *Annales carmelitarum discalceatorum* in regno Galliae degentium, Parisiis

quoque diss. apologeticam, historicam, liturgicam, dogmaticam et politicam de ss. virtibus. — Henricus de s. Antonio O. Erem. S. Aug. composuit *Chronica dos Eremitas* da Serra de Ossa no reyno da Portugal, Olisiponae (1753) 2 t. (m. 120). — Benno Zaisberger C. S. A. Bavarus (n. 1684; † 10. Maj. 1750) theologia professor in sua canonia Beuersberg, novitiorum magister praecipua monumenta ordinis complectitur in *corona sacra* ex floribus perpetuis ac rosis vernantibus in spirituali viridario lateranensi collectis contexta, Monachii 1720. — In sodalium utilitatem concinnavit *Tyrocinium canonicum* Aegidius a s. Joseph Madeyski Schol. piar. philosophiae et theologiae lector, et insignis orator sacer († 1746) edidit plures sermones lingua patria et collegit *privilegia seu constitutiones apostolicas* religionem cler. reg. schol. piarum concernentes una cum adjuncto historico de religionis ejusdem origine, fatis et progressu compendio, Varsaviae 1736 in 4. — Nicolaus Benger O. S. Pauli Croata, definitor generalis edidit *annalium eremi-coenobiticorum O. Erem. s. Pauli* primi eremitae t. 2 (1663—1727): accedit catalogus patrum generalium et primorum provincialium O. S. P., Posonii 1743, quorum p. 1. prodiit inscriptum *fragmen corvi panis protoeremitici*, Leobae 1662 opera P. Eggerer. — Franciscus Orosz ejusdem Ord. Hungarus concinnavit *synopsin annalium eremo-coenobicorum* FF. Erem. O. S. Pauli . . . ordinis progressum . . . cum fundationibus monasteriorum vitasque FF. suorum . . . illustrium, necnon quaedam alia scitu digna referentem, Sopronii 1747 in 8. — Joannes Antonius Zunggo can. r. lat. O. S. Aug. Voravii in Stiria professus scripsit *prodromum historiae generalis et specialis* O. Can. Reg. s. Aug., Ratisbonae 1742—44 t. 2 in f., in quo omnium hujus ord. per Germaniam ecclesiarum historiam exponit. — Caesar Benvenuti Can. reg. later. in ditione cremensi 9. Nov. 1669 n., lector philosophiae et theologiae, praepositus generalis suae congregationis (1740; † 29. Maj. 1746), qui diu versatus in causis beatificationis et canonizationis ss., edidit *Discorso-istorico-cronologico-critico* della vita commune de' Cherici de' primi sei secoli della Chiesa, Palestrina 1727 ed. 2 in 4. con l'aggiunta d'altri sei secoli, Romae 1728; latine interprete P. Ign. Kifler, Costniz 1736 in 4. *Vida del S. P. Agostino*, Palestrina 1723; germanice 1731 in 4., et quaedam alia ad ordinem spectantia. — Joannes Baptista Sanjanello collegit *historica monumenta O. S. Hier.* congr. b. Petri de Pisis, et documentis nunc primum editis illustravit, Venetiis 1758—62 t. 3 in f. ed. 2., opus rarum. — Joannes Schmidl S. J. Olomucensis (n. 1693; † 13. Mart. 1762) scripsit *historiam Soc. J. provinciae Bohemiae* pp. 4 (usque ad a. 1653) Pragae 1747—59 t. 5 in f. — Josephus Cassani S. J. Matritensis n. 26. Mart. 1673, unus ex octo primis academiae regiae scientiarum, bibliothecarum visitator, praepositus provinciae novae Granatae († 12. Nov. 1750) narrat *Historia* de la Provincia de la Comp. de J. del Nuevo Reyno de Granada en la America, Madrid 1741 in f. Continuavit ut jam diximus III[3], 960 opus a Nieremberg coeptum t. 3 in f. Matriti 1734—36 *Glorias del segundo Siglo de la Comp. de J.* dibuxadas en las Vidas y Elogios de algunos de las almas que han florecido desde al a. de 1640. Composiut et aliquot sanctorum biographias.

1666 in f. Tr. theologicum *unionis animae cum Deo*, ib. 1665 in 4., et *successionem d. Eliae prophetae in O. Carm.*, ib. 1662 in f. — Phil. Cheauveau a s. Claudio O. Carm. († 29. Mart. 1749) fragmenta chronologica *de carmelitana provincia narbonensi* typis ut ait Cosanas de Villiers ‚argenteis digna' dedit.

704. Celebriores sunt qui insigniorum monasteriorum historiam [1]) narrant, inter quos primus meret nominari Godefredus Bessel O. S. Ben., qui lucem aspexit in Buchheim agri moguntini oppido 5. Sept. 1672. Jam a prima juventute inter aequales eminuit. Salisburgi philosophicis et theologicis studiis atque utrique jurisprudentiae operam dedit. Habitum s. Benedicti induit in gottwicensi coenobio. Viennae 1696 s. theologiae lauream est consecutus. Postquam aliquamdiu sodalibus philosophiam et theologiam Seligenstadii ad Moenum praelegit Romaeque versatus est, ut rotae romanae praxim addisceret, electus est a Lothario Francisco electore et archiepiscopo moguntino in vicarium generalem et officialem suum, atque ab eo etiam legatus quater Romam, ter Viennam et ad alios electores et principes missus. Elisabetham Augustam et Ant. Ulricum ducem brunsvico-guelfenbutelanum in fide catholica instruxit. Defuncto Bertholdo abbate gottwicensi ipse in abbatem eligitur (1714). A Carolo VI. nominatus est theologus caesareus atque in difficilibus negotiis tractandis legatus adhibitus. Bis praefuit rector universati, viennensi. Cum triste incendium a. 1718 monasterium absumpsisset, illud magnificentius instauravit. Primus omnium adesse solebat vigiliis matutinis abbas vigilantissimus; fere omni sexta feria, dum per annos et vires licuit, solo pane eucharistico contentus mortem Domini jejunio recoluit; spiritum quolibet anno per octiduana exercitia et per menstruam recollectionem renovavit; pauperibus patrem se exhibuit, in casu secundo et adverso sibi constans et aequalis fuit; juratus otii hostis studia impense coluit et promovit atque monasterium locupletissima bibliotheca insignique museo instruxit. Suae eruditionis evidens praebuit specimen in op. admodum prolixo *Chronicon gottwicense* seu annales liberi et exempti monasterii gottwicensis O. S. Ben. inf. Austriae, faciem Austriae antiquae et mediae usque ad nostra tempora, deinde ejusdem monasterii fundationem, progressum statumque hodiernum exhibens, ex codd. antiquis, membranis et instrumentis tum domesticis tum extraneis depromptum; pro quorum faciliori intellectu tomus prodromus de codd. antiquis msc., de imperatorum ac regum Germaniae diplomatibus, de eorundem palatiis, villis et curtibus regiis atque de Germaniae medii aevi pagis praemittitur, et ea, quae ad caesareorum regiorumque Germaniae diplomatum antiquitatem, materiam, stilum, scripturam, monogrammata, sigilla, subscriptiones notasque chronologicas, atque ad palatiorum et villarum regiarum pagorumque Germaniae mediae situm pertinent, explicantur et adjectis speciminibus tabulisque aeri incisis illustrantur, typis tegernseensibus 1732 t. 2 in f. Opus dignum quod adjungatur operi Mabillonii de re diplomatica, imo hoc in nonnullis supplevit perfecitque: quare etiam a Muratorio impense fuit collaudatum. Norimbergenses tomum prodromum tanto habuerunt in pretio, ut Godefridi effigiem argenteo nummo excuderint cum hoc elogio: „Quod coenobium non solum ab incendio splendide restituit, verum etiam luculentissime annalium opere illustravit omnis antiquitatis germanicae ibidem Promus Condus [1]).“ Dolendum, tomum 2. et 3., quos pollicitus est, nunquam edidisse. De-

[1]) Rupertus Niedermayer OSB. in monasterio Weihenstephan (n. 7. Jun. 1729; † 8. Mart. 1761) conspicienda proposuit in 4 Tabulis inscriptis *Germania, Italia, Gallia, Hispania Benedictina* omnia ordinis monasteria, Norimbergae.

[1]) Cf. Zicgelbauer II. c. 5 stct. 1; A. E. lips. 1743 p. 97—112; J. des Sav. CIII, 342—9; Fabricius bibl. lat. III, 76 ed. 1856.

cessit[1]) doctissimus vir 22. Jan. 1749 a aetatis 77. Collegit quoque *Quinquaginta romano-catholicam fidem omnibus aliis praeferendi motiva,* Moguntiae 1708, etiam germanice, qui tamen libellus ei a P. Alfred l. c. abjudicatur *s. Augustini Aurelii ad Optatum milevit. de natura et origine animae ep. duae;* accessit ejusdem Augustini ep. de poenis parvulorum, qui sine baptismo decedunt[2]): prodeunt nunc primum ex membr. sec. XII. bibl. gottw., Viennae 1733 in f. Plurima reliquit mss. (23 volumina in f.).

705. Joannes Baptista Kraus. Ratisbonensis n. 12. Jan. 1700, O. S. Ben. ingressus est a. natus 15 Eum abbas Anselmus Parisios ad celeberrimam Benedictinorum abbatiam s. Germani de Pratis misit (1721), ut spiritu literario, quo illa tam celebris reddebatur, plene imbueretur. Post biennium rediit bene excultus magistris usus Montfaucon, Marano etc. Adeo vero sodalibus se probavit, ut defuncto Anselmo Goudin abbate et principe ipse 24. Oct. 1742 communi suffragio in successorem eligeretur. Tanti honoris eminentia praesulis mores adeo non immutavit, ut potius major adhuc in eo humilitas, solitudinis amor, religionis sedisque apostolicae zelus, morum suavitas, miseratio erga pauperes, moderatio cum illibatae puritatis studio conjuncta indefessusque literarum amor elucescerent. Promovit quam plurimum inter suos studendi literasquae colendi ardorem († 14. Juni 1762). Ex plurimis ejusdem scriptis[3]) haec potiora sunt: *Bibliotheca principalis ecclesiae et monasterii O. S. Ben. ad s. Emmeramum,* Ratisbonae 1748 pp. 4 in 8; *Ratisbona monastica* oder klösterliches Regensburg d. i. Mausoleum und herrliches Grab des baierischen Apostels u. Blutzeugen St. Emmerami nebst der Histori dieses Klosters u. fürstl. Stiftes. Erstlich von Abt Coelestin (1655—91) bis zum J. 1650 zusammengetragen (Straubing 1661; 1672; Ratisbonae 1680; 1729), nunmehro bis auf das J. 1752 fortgesetzt, ib. 1752 in 4., cui *librum probationis* bullis pontificum ac imperatorum diplomatibus (285) refertissimum, ib 1752 in 4., adjecit. Cum Hansizius in prodromo de episcopatu ratisbonensi t. 3. *Germaniae sacrae* novam opinionem tueretur de origine episcopatus ratisbonensis et monasterii s. Emmerami, opposuit Kraus dissertationem *de ortu et libertate monasterii s. Emmerami* Ep. et M. Ratisbonae novo et inaudito, quod R. P. M. Hansiz S. J. presb. de hoc coenobio finxit, systemati oppositam. Hansizio suam opinionem vindicanti tribus aliis scriptis respondere sategit. Collegerat t. 6 in f. traditiones monasterii s. Emmerami, t. 2 consuetudines aliaque t. 10. quae manserunt inedita. Reliquit praeterea plura opuscula ascetica, polemica et jus publicum ecclesiasticum Germaniae spectantia. — Fridolinus Kopp O. S. Ben. n. 8. Oct. 1691 Rheinfeldiae in Argovia pariter princeps abbas celebris monasterii murensis († 17. Aug. 1757) in lucem emisit *Vindicias actorum murensium* pro et contra Marq. Herrgott genealogiae diplomaticae augustae gentis habsburgicae auctorem, seu acta fundationis murensis monasterii tamquam ejusdem genealogiae fundamenta fidei suae asserta solidisque rationibus et documentis sobrie et juste vindicata, typis monasterii murensis 1750 in 4. Novam simul exhibet Actorum ed. Pro Herrgott stetit ejus sodalis Rustenus Heer, et pro Kopp ejus sodalis J. B

[1]) Cf. Ziegelbauer III c. 4 § 38; Allg. deutsche Biogr. II, 567—69; Wurzbach I, 349 s.; Freiburger Diöcesan-Arch. XXVII (1899), 217—50 auctore P. Alfred.

[2]) Cf. A. E. lips. 1734 p. 156—58.

[3]) Cf. Lindner I, 52, qui eorum 37 recenset; Biogr. univ. XXII, 571; contin. hist. fleur. l. 247 § 51; Endres hist. pol. Bl. 1899 I, 81–96; 157—67; Braunmüller KL. VII, 1048.

Wieland[1]). Ejus quoque sunt *Elogia praelatorum murensium* a Regimboldo usque ad Placidum i. e. 1027—1720, quae sunt appendix op. Benedicti Studer O. S. Ben. († 1748) monasterii decanus. *Murus et antemurale,* ib. 1720 in 4., quo describitur monasterii historia. — Coelestinus Leutner O. S. Ben. sodalis societatis germano-benedictinae n. Traunsteinii 23. Nov. 1695 accurate scripsit *chronicon wessofontanum* seu historiam monasterii wessofontani historiam bavaricam et universalem illustrantem, Augustae V. 1753 pp. in 4. Decessit vir doctus qui et cum card. Quirini commercium literarium fovit 9. Jan. 1759. Partem quoque habuit in concinnanda nota *concordia* wessofontana.

706. Plurium jam Benedictinorum labores laudavimus[2]), quibus adjungimus duorum adhuc sodalium bene meritorum memoriam, cum et ipsi in antiquitate illustranda versati sint. Hieronymus (in baptismo dictus Franciscus Philippus) Pez O. S. Ben. mellicensis coenobii, frater celeberrimi Bernardi (p. 1141) ejusque in laboribus edendisque operibus dignus socius, ac post ejus mortem bibliothecarius collegit *scriptores rerum austriacarum* veteres et genuinos[3]), quos necessariis notis, observationibus et animadversionibus illustravit, Lipsiae 1721 et 1725 t. 1. et 2. unacum sex criticis dissertationibus de historia Austriae; t. 3. prodiit Ratisbonae 1745, collectio nunc antiquata quidem sed ob monumenta, quae ex tenebris eruit, suo tempore sane pretiosa, neque nunc omni pretio destituta. Postremum ejusdem opus fuit *historia s. Leopoldi* Austriae marchionis id nominis IV., cognomento Pii, divi patriae tutelaris, ex diplomatibus etc. adornata, Vindobonae 1747 in f. Quo edito a scribendo quievit, ut eo liberius Deo soli, animae suae proximique saluti vacare posset. In pace quievit 14. Oct. 1762 a. aetatis 87. Plurimum ei debet historia Austriae medii aevi multumque contulit ad promovenda studia literaria inter sodales. Edidit insuper *acta s. Colomanni* Scotiae regis et M. dissertationibus et notis historico-criticis illustrata, Crembsii 1713 in 4., etiam germanice; hujus enim regis sepulcrum in ecclesia mellicensi reperitur. *Ephemerides rerum* in monasterio mellicensi et in Austria gestarum a 31. Juli 1741—46 ab eo collectas typis dedit Vinc. Staufer in Studien und Mitt. VII (1889) 149—169.

707. Eodem anno (9. Oct.) decessit Marquart Herrgott ejusdem ord., celeberrimi monasterii s. Blasii, in quo vota professus est 17. Nov. 1715. Lucem aspexit Friburgi 9. Oct. 1694. Ab abbate missus fuit Parisios in monasterium s. Germani de Pratis, quo in literis diligenter excoleretur. Delectabatur studio historiae et antiquitatis. Redux in monasterium bibliothecae praeficitur magnique cellarii munus obiit. Viennam missus in negotiis sui monasterii et ab ordinibus patriae suae in legatum ad Caesaris aulam electus, to-

---

[1]) Cf. Schumann Allg. d. Biogr. XVI, 679. Joan. B. Wieland († 1763) Rheinfeldensis scripsit *Vindicias vindiciarum Koppianarum* ac proinde etiam actorum murensium, quae tamen forma originali non prodierunt, sed mutata, Baden 1765. Chartas suppressas exhibet Haller Bibl. der Schweizergeschichte II, 488—95.

[2]) Ad historiam hujus ordinis refer etiam quaedam opera Sebastiani Mayrlechner OSB. in monasterio cremifanensi n. 16. Jul. 1686, in academia salisburgensi philosophiae professoris (1729), magistri novitiorum et prioris († 8. Febr. 1759), cujus praeter alia sunt *Hierarchia benedictino-ecclesiasticas*, Styrae 1752; *Hierarchia benedictino-ecclesiasticae lumina majoras* etc. 1754.

[3]) Cf. A. E. lips. 1721 p. 321—33; 1725 p. 385—90; Ziegelbauer IV, 443—47; II, 526; Wurzbach XXII, 149; Krones allg. d. Bi. XXV, 573 ss.; Kirsch bibl. mellic. p. 677—82.

tum se dedit studio historiae austriacae, cujus fructum exhibuit in opere splendidissimo: *Genealogia diplomatica* augustae gentis habsburgicae, Viennae 1737 t. 3 in f. cum tabulis aeri incisis. In meritorum praemium a Carlo VI. imp. historiographus caesareus et consiliarius est dictus. Cum vero acrius quam placeret aulae, libertatem statuum, praesertim ecclesiastici, defenderet, Vienna post vicenalem commorationem secedere coactus est. Post reditum in monasterium indefessa diligentia Maurinos aemulatus diplomatibus aliisque monumentis historicis in lucem proferendis, illustrandis coordinandisque totus incubuit ad mortem usque [1]). Praecipue huc spectat propter opus inscriptum: *Vetus disciplina monastica* seu collectio auctorum O. S. Benedicti maximam partem ineditorum, qui ante 600 fere annos per Italiam, Galliam atque Germaniam de monastica disciplina tractarunt. Continent res non modo monasticas, sed etiam ecclesiasticas ad historiam sacram pertinentes [2]), Parisiis 1726 in 4. Praefatio prolixa a nonnullis tribuebatur Vincentio Thuillier, qui tamen professus est se nil aliud praestitisse quam emendasse stilum. Ea pluribus displicuit propter disciplinae laxitatem, cujus causam ipsis videtur Herrgott egisse. Adversus illud scripsit (gallice) Franc. Armandus Gervaise (cf. p. 1444) quinque *epistolas*, quae habentur in memoriis trivul. a. 1727. *Monumenta* collegit domus austriacae 1750—72 t. 4. Historia monasterii mansit inedita. Adjutores habuit in suis operibus sodales Stanisl. Wülberz (n. 1695 † 1755) et Rusten Heer († 1769).

[1]) Cf. Bader, das ehemalige Kloster St. Blasien, Friburgi 1874 p. 77—83. Conspectum historiae literariae sui ordinis, quam cogitaverat, cf. in A. E. lips. 1739 p. 235—40; Wegele Allg. d. Bi. XII, 212 ss.

[2]) Cf. des Sav. LXXXI, 348—64.

708. Chrysostomus (antea Joannes Adam appellatus) Hanthaler O. Cist. in superiori Austria 14. Jän. 1690 natus, vir erat admodum industrius. Bibliothecae monasterii campililiensis (Lilienfeld) praefectus accuratum concinnavit illius catalogum († 2. Sept. 1754). Apis instar indefessa diligentia multas collegit symbolas ad historiam, numismaticam et theologiam spectantes, quibus replevit 22 t. praegrandes in f. Ex illis prodierunt *Fasti Campilienses*, in quibus praeprimis elogia genealogico-historica marchionum ac fundationem monasterii Campililiensis praecedentium ducum babenbergico-austriacorum a Leopoldo Illustri usque ad Fridericum Catholicum celebrantur resque deinde patriae, principum, ordinis et monasterii ab initio sec. XIII. per annorum decades recensentur, Lincii 1747—54 t. 2. Pertingunt illi ad a. 1500, continuatio usque ad a. 1707 manuscripta remansit [1]). Cura Ladislai Pyrker quondam in eodem monasterio abbatis (1812—18), qui decessit archiepiscopus agriensis 2. Dec. 1847, prodiit ejusdem *Recensus* diplomatico-genealogicus archivi campililiensis, cum ap. Monumenta sepulcralia campililiensia, et cum excerptis Necrologii, Viennae 1819. 1820 t. 2, praecedentis op. supplementum ed velut complementum. Minus tamen probandum, quod 4 finxerit veterum chronica [2]). — Dionys. Albrecht O. Praem, bohemus, prior montis s. Odiliae hujus monasterii fautor insignis tam in spiritualibus quam in temporalibus († 1755), concinnavit (Germanice) *historiam Montis Odiliae* vulgo Hochenburg in 4 pp. distributam, Schlettstadii 1751 in 4. — Philippus Bayrhamer O. Praem. Thanhusii in Svevia natus 2 Aug. 1718, ss. can-

[1]) Cf. Xenia Bernard. III, 286; Krones allgem. d. Biogr. X, 547; Eberl KL. V, 1400.

[2]) Cf. Tangl, Die Fälschungen Chrys. H. in Mitth. des Institutes f. österr. Geschichtsf. XIX (1898) 1, 1—54.

nonum interpres († 27. Dec. 1761), deduxit *historiam roggenburgensis monasterii* ex documentis vetustissimis et authenticis (ab a. 1126) usque ad a. 1759, Ulmae 1759 in f., recepta inter *Scriptores* rerum historico-monastico ecclessiasticarum Ulmae 1758—68 t. 6.

709. Guido Grandi O. Camald Cremonensis, philosophiae, deinde mathesis in academia pisana professor, insignis mathematicus, vir eruditus, abbas et visitator generalis († 4. Jul. 1742), cujus eruditionem testantur 44 vol., quae reliquit msc., scripsit *diss. camaldulenses,* in quibus agitur 1. de institutione ord. Camaldulensis; 2. de aetate S. P. Romualdi; 3. de visione scalae ejusdem et habitus mutatione praetensa; 4. de s. P. Damiani et avellanitarum instituto camaldulensi; obiter etiam multa ecclesiasticae et profanae historiae loca illustrantur et corriguntur [1]) Lucae 1707. — Fidelis Soldani O. Vallis Umbr. elaboravit *Historiam monasterii s. Michaelis de Passiniano* sive corpus historicum, diplomaticum, criticum juxta chronologicam abbatum passian. seriem, in quo summorum pontificum constitutiones, imperatorum regumque diplomata et privilegia hucusque inedita eidem coenobio totique vallumbrosano ord. collata recensentur. Cui etiam accedunt et primo in lucem prodeunt monasteriorum quamplurimorum fundationes, jura, dotationes, pleraque alia memorabilia monumenta aliorsum spectantia; lucubrationes ss. patrum virorumque illustrium ejusdem ord. acta, quae in archivis vallumbrosanis asservantur [2]) Lucae 1741 t. 1. (ab a. 400-1040) in f. — Petrus Juénin (n. 11. Dec. 1668; † 17. Nov. 1747) canonicus tirnutinus [1]), cujus exstat opus, fructus studiorum quadraginta annorum, *Novelle Histoire de l' Abbaye royale et collégiale de Saint Philibert* et de la Ville de Tournus, enrichie de figures avec une table chronologique, des remarques critiques sur le t. 4. de la nouvelle Gaule chrétienne, les preuves de l' histoire, la pouillé des bénéfices dépendant de l' abbaye et un essai sur l' orgine et la généalogie de Chalons, de Mâcon etc. Divione 1730. 1733 t. 2 in 4. — Petrus Baudry Montensis (n. 1702; † 1752) collegit *Annales de l' abbaye de St. Ghislain,* quorum ll. X. XI. XII. prodierunt cur. Alb. Poncelet 1897 — *Histoire de l' abbaye de Bonneval* auctore Renato Lambert OSB. († 17. Mart. 1748) prodiit demum 1876. — Bernardi Ferrette 1746 O. Ci. prioris *Diarium* Colmar D. 3 demum edidit 1903 Ingold. — O. Puccinelli *monumenta monasterii leonensis* brevi commentario illustravit; accedit appendix documentorum ad tria alia monasteria brixiana spectantium, Romae 1759 in 4.

710. Magna diligentia et accuratione collegit *Mémoires domestiques* pour servir à l' Histoire de l' Oratoire Ludovicus Batterel. Recenset scil. ordine chronologico viros illius sodalitii virtutibus, gestis, operibus illustres. Natus est ipse Toulonii 1679 vel 1680. Ingressus est societatem juvenis a. 17, et ob sua talenta electus est in congregationis secretarium. Decessit 20. Dec. 1752. Opus mansit hactenus ineditum, demum cura P. Ingold prodiit Parisiis 1902—1905 t. 4. Pertingit usque ad sodales, qui floruerunt sub Abel Lud. de Sainte Marthe quinto praeposito generali congregationis († 1697). Dolendum est, eum auctores sodales illos nimium laudare et celebrare, qui addicti erant factioni jan-

[1]) Cf. J. des Sav. XLII, 442—48, et ejus elogium auctore Ang. Mar. Bandinio, Florentiae 1745 coll. A. E. lips. 1750 p. 189—92.

[2]) Cf. A. E. lips. 1746 p. 534—39, et de alio op. circa monasteria Storia Lett. IX, 447—54.

[1]) Cf. Bi. un LXVIII, 328.

senianae. — Ejus sodalis Josephus Bougerel Aquensis n. 1680, qui intrepidus astitit Massiliae aegrotis peste correptis (1719—20; † 19. Mart. 1758) collegit *Mémoires* pour servir à l'histoire des hommes illustres (14) de Provence, Paris 1751 in 12. Scripsit et alias vitas virorum celebrium ut Petri Gassendi (Parisiis 1733 in 12.), Jo. Petri Giberti clari jurisconsulti († 1736, Paris 1737) aliorumque. Auctor est quidem eruditus, sed stilo utitur rudi [1]). — Petrus Gilbert († 1759) collegit *Mémoires historiques et chronologiques de Port-Royal,* Ultrajecti, 1752 t. 7 in 12; ib. 1758 p. 1. t. 2. (ab origine a. 1204—1632); p. secunda non prodiit. — Hieronymus Besoigne (Basogne) parisiensis n. 1686 Sorbonae doctor, jansenianae sectae erat fautor et bullae Unigenitus adversarius. Hinc Sorbona ejectus, munere concionandi privatus et in exsilium pulsus 1731, sed dein Parisios redire permissus est († 25. Jan. 1763). Hic pariter scripsit *Histoire de l'abbaye de Port Royal,* Coloniae (Parisiis) 1752 t. 6; *Vies de quatre évêques engagés dans la cause de Port Royal,* Ultrajecti Parisiis) 1756 t. 2; *Concorde des livres de la Sagesse* ou la morale du Saint-Esprit cum annotationibus concisis et succosis Parisiis 1737 in 12; 1746; etiam in Migne cursu compl. s. Scripturae t. XVII. Minus arrisit *Moral des Apôtres,* ib. 1747, concordia scil. omnium epistolarum apostolicarum [2]). Alia ejusdem opera tuentur causam jansenianam. — Edmundus Perreau corgr. s. Mauri parisiensis (n. 1675; † 19. Oct. 1741) praeter *Traité philosophique et théologique de la vérité,* Parisiis 1718; Ultrajecti 1731, descripsit intentione non bona *Histoire des derniers Chapitres* généraux de la congrégation de S. Maur, 1736 in 4.

711. Jam accedamus ad historiam *missionum.* Praetermissis Jo. B. du Halde, de quo egimus p. 902, et iis, quorum mentionem fecimus inter scriptores historiae ordinum n. 702, Nicolaus Ludovicus Ingoult S. J. (n. 15. Aug. 1689; † 1753) publicae luci dedit *Nouveaux Mémoires* des Missions de la Comp. de J. dans le Levant, Parisiis 1745 t. 8; t. 9. quem paraverat prodiit cura P. Roger ib. 1755. — Petrus Franciscus Xav. Charlevoix S. J. (n. 29. Oct. 1682; † 1. Febr. 1761) aliquamdiu in Canada missionarius, dein per annos 22 strenuus in edendis memoriis trivultiensibus socius, accurate descripsit *Histoire de l'établissement, des progrès et de la decadence du christianisme dans l'empire du Japon,* où l'on voit les différentes révolutions qui ont agité cette monarchie pendant plus d'un siècle [1]), Rotomagi 1715 t. 3 in 12; Lovanni 1828. 1829 t. 2 in 8; Leodii 1855 t. 2 in 8. etc. Prodiit plurimum aucta et titulo generaliori inscripta *Histoire et description générale du Japon,* Parisiis 1736 t. 9 in 12; 1754 t. 6 in 12. *Histoire de l'Isle Espagnole* ou de S. Dominique, Paris 1731 t. 2 in 4; Amsterdam 1733; *Histoire et description générale de la Nouvelle France,* Paris 1744 t. 3 in 4; *Histoire du Paraguay,* Paris 1756 t. 3 in 4; 1757 t. 6 in 12. Propter quae opera plane eximia dictus est „Herodotus missionum".

712. De missione (Paraquariae) fuse admodum disserit Petrus Lozano S. J. Matritensis, qui fere puer a. 15 in eam profectus est a. 1712 († c. 1759), in op. *Historia de la Comp. de Jesu en la Provincia de Paraguay,* Matriti 1755 t. 2 in f.; Buenos Aires 1873—75

[1]) Cf. Ingold. Essai de Bibliogr. Orat. p. 14 ss.

[2]) Cf. Rey in Vigouroux Dict. de la Bible I, 1640.

[1]) Cf. suppl. ad A. E. V, 385—95; Feller II, 510.

t. 5 in 4. Praeter alia edita et inedita[1]) ejus quoque est *Descripcion chorographica* ". . . de las dilatadissimas Procincias del gran Chaco, Gualamba etc., Cordoba 1733 in 4. — Franciscus Ribeiro da Silva edidit *Aureo throno* episcopal collocado nas minhas do ouro ou noticia breve da creaçao do novo bispado Marianhense e entrada do seu primeiro bispo, Lisboa 1749 in 4. — Magni fit opus Josephi Gumilla S. J. (n. 3. Maj. Xanivenis, Janovas in Aragonia; † 16. Jul. 1750) missionarii, qui regiones suae missionis diligenter et sagaciter scrutatus est: *El Orinoco ilustrado y defendido*, Historia natural, civil . . . vertientes, govierno, usos y costumbres de los Indios, Madrid 1745 t. 2 in 4; Barcinone 1791; 1882. — Michael Venegas mexicanus n. 4. Oct. 1680, qui obiit circiter octogenarius, dedit *Noticia* de la California y de su conquista temporal y espiritual hasta el tiempo presente, quam ex ejus manuscriptis redegit, edidit Andreas Marcus Burriel, Matriti 1757 t. 3 in 4. Ipsius *Manuel* de Parrocos, Mexici 1731; 1803 omnibus parochis praescripsit synodus mexicana IV. — Josephus Franciscus Lafitau S. J. Burdigalensis, missionarius (n. 1. Jan. 1681; † 1746) describit *Moeurs des sauvages américains* comparées aux moeurs des premiers tems (cum imaginibus), Paris 1724 t. 2 in 4; et t. 4 in 8., quo in op. investigat num revera reperiantur penes eos paganismi, judaismi, christanismi vestigia vel aliorum populorum, ut affirmarunt plures ex iis, qui in Americam venerunt. *Histoire des découvertes et conquestes* des Portugais dans le Nouveau Monde, ib. 1733 t. 2 in 4. et t. 4 in 12; 1754; *Histoire de Jean de Brienne* Roi de Jérusalem et Empereur de Constantinople, Paris 1827 in 12.

[1]) Cf. Sommervogel V, 130—34.

713. Inter missionarios hujus temporis in imperio sinensi eminent Dominicus Parrenin S. J. patria Lugdunensis n. 1. Sept. 1665, maximae auctoritatis apud Kanghi—hi imp., qui eum comitem habere voluit in suis itineribus et ejus opera usus est in suis negotiationibus cum Russis. Sub hujus imperatoris successoribus religioni christianae minus propensis valuit tamen sua auctoritate ad avertenda majora missionis damna. Expensas pro ejus exsequiis († 27. Sept. 1741) Kienlungus imp. subministravit. Reliquit plurimas de missionis fatis literas. Vertit plura in linguam sinensem vel ex hac lingua gallice[1]). — Antonius Gaubil S. J. Gallus (n. 14. Jul. 1688; † 24. Jul. 1759), qui a. 36 transegit in aula pekinensi muneribus publicis honoratus, etsi imperator christianis non esset propitius. Vix alius tam alte penetravit culturam omnem, historiam, religionem, astronomiam, chronologiam et geographiam sinensem sicut Gaubil, qui de hisce pretiosa reliquit opera necnon et literas, quae tamen praetermittimus, quia minus spectant theologiam. Ea diligenter recenset Sommervogel III, 1257 — 64. — Joseph Anna Maria Moyria de Mailla (Maillac) S. J. Gallus n. 16. Dec. 1669, ab a. 1702 ad usque mortem (28. Jun. 1748) degit in imperio sinensi et jussu imperatoris Kanghi cum aliis missionariis chartas geographicas illius imperii delineavit. Edidit plura opuscula lingua sinensi atque ex hac lingua gallice concinnavit *Histoire générale de la Chine* ou Annales de cette Empire, quod opus demum prodiit Parisiis 1777—83 t. 13 in 4. Reperiuntur etiam plures ejusdem epistolae inter *Lettres édifiantes* editas a P. Legobien. — Michael Villermaules (Villermaula, Villers) Orat. Helvetus a. 18 transegit in missione canadensi. Ultimis vitae annis commoratus est

[1]) Cf. Sommervogel V, 284—90.

Parisiis († 17. Mart. 1757) totusque deditus in colligendis *Anecdotes* sur l'état de la Religion dans la Chine, Paris 1733—35 t. 6 in 12, cum materiarum indice 1736. Disserit in iis de legatis apostolicis Tournon et Mezzabarba in illud imperium missis deque causa rituum sinensium [1]). Contra eum scripsit Petrus Goville S. J. missionarius († 23. Jan. 1758) propter calumnias sibi ab auctore impactas, quas literas (2) habes in Mém. de Trev. 1735 p. 2623—42; 1736 p. 2412—28 et 2768—2815, quibus ille epistola ad Goville data (Paris 1736) respondere nititur. Ceterum auctor noster a scriptoribus jansenianis collaudatur.

714. Plures ex *hagiographis,* qui Bollandistae dici solent, hac epocha decesserunt: Guilelmus Cuypers S. J. (Cuperus) Antwerpiensis (n. 1. Maji 1686; † 2. Febr. 1741), qui indicas missiones in votis habuit, sed edendis SS. actis addictus fuit. Symbolam suam contulit ad t. tres Julii et ad sex mensis Augusti. Elaboravit historicum commentarium *de s. Jacobi Maj. ap. praedicatione in Hispania* (seorsim prodiit Antwerpiae 1729 in f.), quem Michael a s. Maria O. S. Aug. duabus diss. impugnavit, quibus Cuperus respondit editis *vindiciis,* ib. 1731 in f. Tr. historico-chronologicus *de patriarchis CP.,* quorum series ab initio istius cathedrae usque ad aetatem nostram deducitur [1]), 1733 in f., Venetiis 1751. Gravem controversiam movit ob *acta s. Domini* a se edita, negat enim sancti ortum ex nobilissima Guzmanorum familia. Hinc vix ac prodierant, impugnata fuere pluribusque diss. pro et contra occasionem praebuerunt. — Joannes van de Velden S. J. Antwerpiensis [2]) n. 17. Sept. 1710, decessit 15. Aug. 1747, dum pararet profectionem ad missiones exteras. Partem habuit in edendis t. 1. et 2. Septembris. — Joannes Pien S. J. (Pinius) Gandavensis (n. 13. Dec. 1678; † 19. Maj. 1749), qui excelluit judicio critico, Hispaniae bibliothecas lustravit non sine copioso fructu. Operam suam contulit ad tomos septem Julii, sex Augusti et 1. Septembris, eique in primis debentur *acta* s. Ignatii et s. Bernardi. Scripsit tractatum historico-chronologicum *de liturgia antiqua hispanica,* gothica, isidoriana, mozarabica, toletana mixta [3]), Antverpiae 1729 in f. (fr. 70); Romae 1740; tr. *de Ecclesiae diaconissis* praemissum t. 1. Sep. — Petrus Dolmans S. J. Lummelensis (n. 8. Sept. 1697; † 29. Sept. 1751), professor philosophiae Antwerpiae, s. Scripturae et theologiae dogmaticae Lovanii, partem habuit in edendis t. 3. et 4. Augusti, ediditque *observationes apologeticas pro episcopatu trajectensi ad Mosam,* quem P. Godefr. Henschenius e S. J. p. m. jam pri-

[1]) Cf. Bertrand Bibliothèque Sulpicienne III, 151—56. — Quaedam forte ad has controversias de ritibus prohibitis spectantia reperiuntur in op. Petri Fr. Favre: *Lettres édifiantes curieuses* sur la visite apostolique de M. de la Beaume à la Cochinchine en l'a. 1740 pour servir de continuation aux *Memoires historiques du P.* Norbert (Venetiis aut certius Novo castrensibus typis) 1746; 1753 t. in 12. Missus fuerat Franc. de la Beaume episcopus Halicarnassensis in Cocinchinam atque adjacentes regiones pro componendis missionariorum dissidiis et ad urgendam decretorum apostolicorum observantiam († 1742). Sibi assumpsit de Favre natione Helvetum in suum cancellarium et officialem, decessitque ea in missione. Prodierunt post ejus mortem hae literae, quae tamen Friburgi publice ad rogum fuerunt damnatae et proh. Romae 6. Jun. 1746. Et merito quidem, fuerunt enim infectae spiritu P. Norberti, de quo t. seq.

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1734 a. 20 p. 385—413. Plura de eo cf. in elogio praemisso t. 6. act. SS. Augusti; Fleurii H. E. cont. l. 234 § 36.

[2]) Hujus vel forte cognominis Jan van de Velde est *Episcopi Silvaeducenses,* Leiden 1742.

[3]) Cf. Mém. de Trev. 1731 a. 67 p. 1119—39; A. E. 1758 p. 85—92. Plura de Pinio cf. in elogio praemisso t. 3. Sept.

dem asseruerat, Antwerpiae s. a., etiam in actis SS. Belgii 1, 314—52 cum aliis ejusdem observationibus, quas ediderat, ib. 352—73. — Urbanus Sticker S. J. Dunkercanus (n. 25. Sept. 1717; † 25. Oct. 1753), partem habuit in edendo t. 5. Sept. — Joannes Perier S. J. Cortaci n. 29. Aug. 1711 quindecim annos in illustrandis sex ultimis mensis Septembris tomis impendit († 23. Jun. 1762). — Eodem anno (28. Febr.) decessit omnium hac aetate celeberrimus Joannes Stiltinck S. J. (n. 24. Febr. 1703), qui indefessa diligentia per 25 annos edendis sanctorum actis incubuit[1]). Magna ex parte ipsi debemus tomos quinque Augusti, omnes Sept. et primum Oct. *Vitam s. Stephani* regis Hungariae ex latinis et graecis aliarumque gentium monumentis collegit digessitque, commentariis et observationibus illustravit: in qua Joannis Schwartzii Hungari heterodoxi adversus initia religionis apud Hungaros christanae et angelicam regni Hungariae coronam calumniae refutantur, Cassoviae 1767 in f.

715. Quibus adde Dominicum Giorgi (Georgium) Rhodiginum, praelatum pontificium, praefectum insignis bibliothecae card. Imperialis. Vir erat vere doctus et in omni antiquitate versatus, vir integerrimus, remotus ab omni fuco et fastu. Magni eum fecerunt Innocentius XIII., Benedictus XIII., Clemens XII. et Benedictus XIV., et card. Quirinus, qui vix aliquid literis consignabat, quin ejus judicio illud subjiceret (n. 1690; † 10. Aug. 1746). Inter ejus opera mentionem merent[2]): *Martyrologium Adonis* archiep. viennensis ab Herib. Rosweido S. J. theologo jam pridem ad mss. exemplaria recensitum, nunc ope codd. bibliothecae vaticanae recognitum et adnotationibus illustratum: accessere martyrologia et calendaria aliquot ex vaticana et aliis bibliothecis eruta, nunc primum in lucem edita[1]), Romae 1745 t. 2 in 1 v. in f. *De antiquis Italiae metropolibus*[2]), Romae 1722 et 1724 in 4; diss. epist. *de origine metropolis ecclesiae beneventanae,* Romae 1725 in 4; *de cathedra episcopali Setiae civitatis* in Latio[3]), cum appendice monumentorum eandem ecclesiam et civitatem illustrantium ib. 1727 in 4; 1751; *de liturgia romani pontificis in celebratione solemni missarum ll. 4,* ubi sacra mysteria ex antiquis codd. praesertim vaticanis aliisque monumentis plurimum illustrantur[4]), Romae 1731. 1743. 1744 t. 3 in 4., opus, inquit Zaccaria, quovis pretio dignum (m. 100), in quo disserit de libris, vasis sacris, personis et libris liturgicis s. romanae Ecclesiae. Tertius t. est rarus, adeo ut integrum opus invenire difficillimum sit. *Gli abiti sacri del romano Pontefice* paonazzi et neri in alcune solenni funzioni della Chiesa giustificati, ib. 1724 in 4; *de monogrammate Christi,* 1738 in 4; *vita Nicolai V. P. M.* ad fidem veterum monumentorum; accedit ejusdem disquisitio de Nicolai erga literas et literatos viros patrocinio[5]), 1742 in 4. Annales Baronii, quos et Mansi cum critica Pagii et continuatione Raynaldi iterum edidit, notis illustravit, Lucae 1740 ss.

716. Petrus Antonius Corsignani n. 15. Maji 1681 Celani in Aprutio, archaeologus, episcopus venosinus, dein salmonensis (1738), praesul vitae

[1]) Plura de eo cf. in elogio pramisso t. 1. Oct. act. SS.

[2]) Cf. plura de ipso in commentario de ejus vita scripto a Car. comite Silvestri in sylloge calogeriana XLI, 337 s.; Biogr. univ. XVII, 411 s.; Adeluug II, 1405.

[1]) Cf. J. des Sav. CLIV, 372—84.

[2]) Cf. A. E. lips. 1725 p. 293—6.

[3]) Cf. A. E. lips. 1728 p. 252—4.

[4]) Cf. A. E. lips. 1747 p. 647—56.

[5]) Cf. A. E. lips. 1746 p. 258—62; J. des Sav. CXXXIV, 388—403.

exemplaris de historia patria bene meritus, licet judicium criticum ei defuerit († 17. Oct. 1751). Praeter alia edidit[1]): *De viris illustribus Marsorum* l. singularis, cui etiam sanctorum ac venerabilium vitae necnon marsicanae inscriptiones accesserunt, Romae 1712 in 4; *Reggia Marsicana* ovvero memorie topografico-storiche di varie Colonie e Città antiche e moderne della provincia de' Marsi e di Valeria comprese nel vetusto Lazio e negli Abruzzi colla descrizione delle loro Chiese, Neapoli 1738 t. 2 in 4; *acta ss. MM. Simplicii, Constantii et Victoriani;* accedunt ordo divinorum officiorum ecclesiae Marsorum et aliquorum sanctorum memoriae, Romae 1750, quae tamen acta Bollandistis videntur suspecta. — Plurium virorum illustrium O. Theat. vitas narrat Innocentius Raphael Savonarola hujus ord. sodalis fervens et insignis Patavinus (n. 1680; † 13. Jan. 1748) multorum librorum auctor.[2]) — Josephus Maria Brocchi Florentinus (n. 29. Oct. 1687; † 8. Jan. 1751), socius academiae florentinae, rector seminarii (1723—44), theologiae moralis professor, protonotarius apostolicus[3]), imitandas proposuit *Vite de' Santi e Beati Fiorentini,* Florentiae 1742 in 4. p. 1; 1752 p. 2., reliquae duae partes non prodierunt, opus rarum; *Theologiae moralis generalia principia,* quibus adnectuntur opuscula de fide, spe et caritate, juramento, blasphemia, voto et fama ex doctrina celebris doctoris Friderici Gianetti († 1708) ad publicam utilitatem eruta, ordinata et aucta, Lucae 1714; *de occasione proxima peccati et recidivis* una cum remediis pro illorum cura a confessario adhibendis[4]), 1718; 1736 in 4. — Alexander a s. Sigismundo Politi schol. piar. Florentinus n. 10. Julii 1679, a prima pueritia literarum amore flagravit, ut prae illarum dulcedine non solum alia oblectamenta abjiceret, sed etiam parum valetudini parceret. Plurimum studii in graeca lingua consumpsit. Annos natus 15 ingressus est sodalitatem scholarum piarum. Studiorum curriculo absoluto artem rhetoricam docuit, dein philosophiam, qua occasione edidit *philosophiam peripateticam* ex mente s. Thomae Aq. per breves theses ad aristotelicam methodum explicatam, Florentiae 1708 in 12. Post aliquot annos (1712) demandatum est ei munus tradendae rerum divinarum scientiae. In primis autem versabatur in literis graecis, quare librorum et codd. mss., praesertim graecorum, copiam sibi colligere curabat, editisque libris eruditis illas multum illustravit. Hortante Benedicto XIV. *Martyrologium romanum* Gregorii XIII. jussu restitutum etc., a Benedicto XIV P. M. auctum et castigatum commentariis suis post C. Baronium ad veterum librorum historiaeque fidem pontificio jussu illustravit et denuo recensendum atque castigandum Benedicti XIV. judicio ac censurae subjecit, Florentiae 1751 in f. Complectitur hic tomus eruditas prolixasque annotationes seu dissertationes in solum mensem Januarium[1]). Opus ultra prosequi non licuit auctori, apoplexia siquidem correptus decessit 23. Julii 1752. Cum aliis haud libenter conversabatur, et adeuntes ad se licet admitteret, cito tamen se iis expediebat[2]). — Maximilianus a s. Joseph O. Carm. Monacensis (n. 1694; † 1757) collegit *Annum sanctum* sive breves biographias Sanctorum, Beatorum etc.

---

[1]) Cf. Zaccaria V, 733 s.; Biogr. univ. X, 2.

[2]) Cf. Vedova Biogr. degli Scrittori II, 230—36, qui op. edita 30 recenset; Vezosi II, 229—370.

[3]) Cf. de hoc viro dignissimo plura apud Zaccaria III, 729—35.

[4]) Cf. suppl. ad N. A. E. III, 361—4.

[1]) Cf. Zaccaria l. c. V. 636—51; Saxius VI, 116.

[2]) Cf. Fabronium VIII, 41—67; Horányi, Scriptores piarum schol. II, 506—30; Zaccaria VI, 733-38; Biogr. univ. LXXVII, 375.

pro singulis anni diebus, Monachii 1744; *Mysticus florum fasciculus* sive breves biographias SS. . . . ex O. b. M. de Monte Carmelo, ib. 1746.

717. Nicolaus Carminius Falconius archiepiscopus s. Severinae († 1. Mart. 1759) edidit s. Conf. Pont. et celeberrimi Thaumaturgi *Nicolai acta primigenia* nuper detecta et eruta ex unico et veteri cod. membranaceo vaticano, ab eodem latine reddita, cum recentioribus aliis s. Nicolai actis graecolatine notis, Neapoli 1751, eruditisque illustrata prolegomenis [1]); sed confer Lud. Sabbatini de Anfora diss. *de actis s. Nicolai,* ib. 1763 et *vindicias vitae et gestorum s. Nicolai* secundum acta antiqua et vulgata, et animadversiones in acta primigenia falconiana nuper inventa, auctore N. Putignano [2]), ib. 1753 in 4. — Josef Bedekovich O. S. Pauli Erem. Croata edidit *Natale solum magni Ecclesiae doctoris Hieronymi* in ruderibus Stridonis occultatum probatorum nihilominus historicorum, geographorum opinionibus ac brevis illyricianae chronologiae adjumento erutum atque cum vita ejusdem purpurati Dalmatae, Neostadii Austriae 1752 in f. Accedit quadruplex catalogus: 1. personarum sanctitate illustrium ad Illyricum hodiernum sive regnum Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae, Bosniae, Serviae et Bulgariae Istriaeque pertinentium; 2. sanctorum Illyrici, quorum dies certus obitus vel memoriae haberi nequit; 3. beatorum Illyricorum; 4. illyricorum venerabilium virorum Dei. Adjectus est Alph. Ciaconii tr. de cardinalitia dignitate s. Hieronymi. Ceterum in hoc opere alias erudito lector in dubiis rebus definiendis majorem judicandi acrimoniam, quandoque et perspicuitatem, at fere ubique tersam magis latinitatem desiderabit. — Josephus a Nativitate O. Praed. collegit *Agiologico Dominicano,* Vidas dos Santos, Beatos, Martyres etc. da ordem dos Prégadores, Olisipone 1753 pluribus t. constans. — Bonaventura Elers Herfordiensis n. 29. Aug. 1674, cum esset histrio, conversus est ad fidem catholicam (1700) et (1701) ingressus O. Praed. († 1757). Narrat ipse suam conversionem (germanice) in op. *Mirabilia magna Dei,* Augustae V. 1754; et in *Ehrenkron* des h. Predigerordens ib. 1729 narrat Sanctorum et Beatorum Ord. utriusque sexus vitas. — Carolus Fell [1]) theologiae doctor Parisiis 1716 creatus, diu Londini missionarius († 22. Oct. 1763 a. aetatis 77) scripsit *Lives of the Saints* collected from Authentick Records of Church History with a full Account of the other Festivals throughout the year, Londini 1729 t. 4 in 4; 1750. — Ant. Jos. Daniel Kraszewski O. Praem. Polonus nobilis prosapiae, praepositus canoniae Krzyzanowice et 1745 abbas Vitovii († 5. Jul. 1758) *Vitas* edidit Sanctorum et beatorum sui ordinis (polonice) Warsaviae 1752 t. 2, iisque subjecit supplementum de ortu et propagatione ordinis in Polonia utriusque sexus monasteriorum [2]).

718. De *haereticis* egerunt Bonaventura Amadeus de Caesare O. Min. Conv. Castrivillarensis, cujus exstat magnum opus inscriptum: *Ecclesia vindicata* sive haereseologia, in qua omnes errores haeresesque a mundi primordio ad haec usque tempora hi-

[1]) Cf. Zaccaria VI, 564—67.

[2]) Alius ab hoc est Joannes Dominicus Putignani S. J. (n. 25. Jan. 1656; † 26. Febr. 1742), cujus sunt *de redivivo sanguine d. Januarii E. et M.* . . . . opus tripartitum: p. 1. de sanguine ebulliente; p. 2. de sanguine praesagiente; p. 3. de sanguine encomiaste, Neapoli 1723—26 in 4; *de immortalitate animorum* dialogi, ib. 1729 t. 2 in 4; Viennae 1740. *de regularum institutione,* ib. 1713. 1714. t. 2 in 4.

[1]) Cf. Gillow II, 239.

[2]) Cf. Georgius Spiritus lit. nobert. p. 345 ss.

storice, chronologice juxta optimas epochas, critice, dogmatice referuntur et refutantur, excursibus criticis et quaestiunculis resolutis undequaque referta, t. 8 in f., quorum tres Romae 1736, reliqui Neapoli prodierunt[1]). Alia ejusdem opera sunt: Due Dissertazioni *contro l'Ateismo* in 12; *de critices* in re praesertim sacra *recto usu; il Metodico sul predicare a braccio* con l'arte memorativa per corroborare la memoria naturale, imparar Prediche, la Cronologia e le lingue forestiere, Romae 1728 in 12. ed. 2; *Vita di S. Antonio di Padova* storica, encomiastica, critica, Neapoli 1752 in 4. etc. — Franco Girvesi juris canonici doctor scripsit *historiam Priscillianistarum* sive de haeresi priscilliana historicam dissertationem, Romae 1749. — Joannes Baptista Philipoteau du Chesne S. J. († 24. Jan. 1755), per biennium regiorum principum sub Philippo IV. praeceptor, accurate descripsit *Le Prédestinatisme* ou les hérésies sur la prédestination et la réprobation, où l'on expose la naissance, les progrès, les révolutions, les dogmes et les sectes diverses des Prédestinatiens[2]), avec des diss. sur des Points importants et un Sommaire de la doctrine que l'Eglise oppose à ces sectes, Parisiis 1724 in 4; neque minus accurate et plene scripsit *Histoire du Baïanisme* ou de l'Hérésie de Michael Baïus avec des notes historiques, chronologiques, critiques, suivies d'éclaircissemens théologiques et d'un recueil de pièces justificatives[3]), Duaci (Parisiis) 1731 in 4. In 1. et 2. l. agit praesertim de Bajo ejusque doctrina; in 3. tuetur Lessium adversus censuras lovaniensem et duacensem; in 4. et 5. disserit adversus Jansenium, Sancyranum et Gibieuf; sed quia forte nimis confidenter sententiam fert de quibusdam personis et opinionibus, in indicem librorum prohibitorum relata fuit decr. 11. Aug. 1733. Adversus du Chesne scripserunt Orsi (p. 1505) et Billuart, cujus est *Apologie du P. Soto* Dom. et des anciennes censures de Lonvain et de Douai sub nomine Ludovici Lomanie, Avenione (Parisiis) 1738 in 12. *La vérité et l'équité de la Constitution Unigenitus* demontrée contre les cent-une propositions de Quesnel, 1737 in 12. — Hilarius Dumas (du Mas) doctor sorbonicus († 1742) accurate et fideliter enarravit *Histoire des cinq propositions* de Jansénius, Leodii in 12; Trivultii 1702 t. 3 in 12., ed. optima et rara, contra quam edidit anonymus (Quesnellus) *La Paix de Clément IX.* ou démonstration des deux faussetés capitales avancées dans l'Histoire des cinq Prop. contre la foi des Disciples de S. Augustin et la sincérité des quatre Evêques avec l'Histoire de leur accommodement, Camberaci 1701 t. 2 in 12; respondit Dumas l. *Défense de l' Histoire* etc. Leodii 1701 in 12.

719. Plures, praesertim in Italia, elaborarunt opera, quae ad *archaeologiam*[1]) christianam spectant. Inter hos

[1]) Cf. alia ejusdem opera (quorum plura manserunt inedita), praesertim ascetica, apud Zavarroni in bibl. calabra p. 190.

[2]) Cf. J. des Sav. LXXVII, 378—99; LXXVIII, 293—308; Mém. de Tr. 1725 a. 42 p. 873—908.

[3]) Cf J. des Sav. XCVI, 124—138; 404—15; Mém. de Tr. 1731 a. 94 p. 1567—1608; a. 106 p. 1773—1805; a. 114 p. 1953—70.

[1]) De archaeologia *profana* sollicitus erat Claudius Sallier Burgundus abbas, bibliothecae regiae custos, linguae hebraicae professor (n. 1685; † 1761). Vir erat admodum eruditus, plurium linguarum antiquarum et modernarum peritus et in antiquitatis cognitione excellens: hinc receptus fuit inter socios academiae gallicae et inscriptionum. Peritiam in archaeologia ostendit in quam plurimis diss., quas inseruit Memoriis acad. inscript. (cf. Saxius VI, 253 ss.). Instituit etiam *Examen critique* de la Vie de Castruzzio, auctore Macciavelli, in quo mendacia et perversa principia hujus pessimi politici aperit. Cf. Feller VII, 407. — Ita et Jo.

eminet Marcus Antonius Boldetti Romanus, canonicus ad s. Mariam Maj. et custos veterum coemeteriorum, quem Clemens XI. ad episcopatus honorem promovisset, nisi ipsius obstitisset humilitas. Juvenis magno ardore se dedit poesi, mathesi, philosophiae morali, ideoque etiam lectioni vitarum dictorumque veterum philosophorum, quae Plutarchus literis consignavit, unde a condiscipulis dicebatur Plutarchus; in primis vero incubuit studio linguarum et antiquitatis. Decessit optimus et admodum beneficus senex senio confectus 4. Dec. 1749 anno aetatis 87. Collegit *Osservazioni sopra i Cimiteri de' ss. Martyri* ed antichi Cristiani di Roma; aggiuntavi la serie di tutti quelli che si sono scoperti, e d'altri simili che in varie parti del Mondo si trovano con alcune riflessioni pratiche sopra il culto delle sacre Reliquie[1]), adversus Mabillonii l. *de cultu sanctorum ignotorum,* Romae 1720 t. 2 in 1 v. in f. (fr. 40), opus quidem eruditum, cujus tamen in describendis lapidum titulis neque maxima accuratio, neque in interpretandis summa ingenii felicitas fuit. Plura alia opera composuerat, sed infausto incendio perierunt (a. 1737). — Socium laborum et studiorum habuit Joannem Marangoni, Vicetinum, protonotarium apostolicum et canonicum agnaninum, quocum per 30 annos convivebat († 5. Febr. 1754 a. aetatis 80), cujus plura exstant opera erudita[1]): *Acta s. Victorini* ep. amiterni et M. illustrata atque de ejusdem ac 83 MM. amiternensium coemeterio prope Aquilam in Vestinis historica diss. cum appendice de coemeterio s. Saturnini via Salaria et monumentis ex eodem aliisque ss. coemeteriis Urbis nuper effossis, Romae 1740 in 4., quo in opere fragmenta exhibet ex magno illo thesauro, quem multorum annorum labore et sollerti diligentia collegerat, sed infaustissimum incendium cum operibus Boldetti, ut supra narravimus, absumpsit. *Acta passionis ac translationum s. Magni* ep. tranensis et M. ex pervetustis codd. notis illustrata, Aesli 1743; *Delle Memorie sacre e profane dell' Amfiteatro Flavio di Roma,* volgarmente detto il Colosseo[2]) dissertazione (accurata quae magni fit), Romae 1746 in 4; *delle cose gentilesche e profane trasportate ad uso ed ad ornamento delle Chiese*[3]), ib. 1744 in 4., opus rarum et eruditum apologiae instar pro Boldetti. *Chronologia rom. pontificum* superstes in pariete australi basilicae s. Pauli Ap. viae ostiensis depicta sec. V. seu aetate s. Leonis M. cum additione reliquorum ss. pontificum nostra ad haec tempora perducta[4]), 1751 in f.; *delle Memorie sacre e civili dell' antica Citta di Novana* oggidì Cittanova nella Provincia del Piceno ll. 3, ib. 1743 in 4; *Istoria dell' antichissimo Oratorio e Capella di s. Lorenzo* nel Patriarchio

---

Oliva Rhodiginus, archaeologus primum romanus, tum parisiensis. Relicta enim urbe migravit Lutetiam P., ut cardinali Rohanio esset a bibliotheca († 19. Mart. 1757). Prodierunt *Oeuvres diverses* de l'abbé Oliva, Parisiis 1758. Cf. Feller VI, 316. — Blasius Garofalo (Caryophalus) abbas) Neapoli n. 1677, a Clemente XI, card. Passioneo, principe Eugenio, qui eum Viennam accersivit, et a Trautsonio archiepiscopo magni factus († 1762 a. aetatis 85). Praeter alia quae cf. apud Adelung II, 1339, reliquit *Considerazioni* intorno alla Poesia degli Ebrei e dei Greci, Romae 1707 in 4., opus coeptum, sed non absolutum.

[1]) Cf. Storia Lett. II, 538—41; A. E. lips. 1722 p. 513—24; de Rossi Roma sotterranea praef. p. 52, et ex eo Kraus die röm. Katakomben introd. p. 12., secundum quos non ea sagacitate et diligentia praefuit sacris coemeteriis, quam exegisset sollers archaeologiae studium.

[1]) Cf. Zaccaria, Storia Lett. VII, 632—36, qui resenset 18 opera ab eodem edita, ex quibus tamen plura ascetica, et 6 inedita. Cf. Biogr. univ. XXVI, 556.

[2]) Cf. A. E. lips. 1751 p. 600—605; J. des Sav. CXLIX, 312—31.

[3]) J. d. Sav. CXXXIX, 380—96; CXLI, 530—47.

[4]) Zaccaria, St. Lett. V, 562—83.

Lateranese comunemente appellato Sancta Sanctorum, ib. 1746 in 4; *Thesaurus parochorum* seu vitae ac monumenta parochorum, qui sanctitate, martyrio, pietate, virtutibus, dignitatibus et scriptis catholicam illustrarunt Ecclesiam, Romae 1726. 1730 t. 2 in 4; Coloniae 1731; t. 3 incendio periit; opus non caret pretio.

720. Jacobus Acami, comes, scripsit epistolam *de paedobaptismo solemni* in Ecclesia latina et graeca sive de perpetuo Ecclesiae ritu ac dogmate baptizandorum cum infantium tum adultorum in pervigiliis paschae et pentecostes adversus Anabaptistas et Socinianos, ad Anabaptistam londinensem, Romae 1755; *dell' Antichità e pregi del Sagramentario Veronese* publicato da G. Bianchini nel t. 4. di Anastasio Bibliothecario diss. apologetica tripartita[1]), Romae 1748 in 4: *ep. ad P. Faustum a s. Joseph* schol. piar. sacerdotem, in qua nonnulla ad ss. papienses episcopos spectantia proponuntur et illustrantur necnon ad discernenda a spuriis et apocryphis acta martyrum sincera et selecta inconcussae inseruntur regulae, ib. 1750 in 8. — Mentionem meret Franciscus Antonius Gori, Florentinus (n. 9. Nov. 1691; † 21. Jan. 1757), vir duce Salvinio in sacra et profana antiquitate eruditissimus, baptisterii praepositus, ecclesiae ad s. Joannem canonicus et historiae publicus professor. Inter plurima ejusdem opera praestantissima[2]), quae archaeologiam profanam magis spectant, hic tantum adducemus *bibliothecae Medicaeae, laurentianae et palatinae codd. mss. orientalium catalogum,* quem Stephanus Evodius Assemanus inchoaverat, ipse jussu Francisci I. imp. absolvit, Florentiae 1743; *thesaurum veterum diptychorum* consularium et ecclesiasticorum tum ejusdem auctoris cum aliorum lucubrationibus auctum, opus posthumum, quod prodiit cura Joannis Bapt. Passerii Florentiae 1759 t. 3 in f.; *symbolas literarias,* opuscula varia philologica, scientifica, antiquaria signa, lapides, numismata, gemmas et monumenta medii aevi nunc primum edita, continentes[1]), ib. 1745 t. 10 in 8., collectio pretiosa; *thesaurus gemmarum antiquarum astriferarum* 200 tabulis aeneis illustratarum[2]), ib. 1750 t. 3 in f. *Musaeum florentinum* illustravit t. 6 ib. 1731—43, et Etruscum t. 3 ib. 1737—43; *Inscriptiones* antiquas graecas et romanas, quae exstant in Etruriae urbibus, Florentinae 1726 p. 1; 1734 p. 2; 1743 p. 3. — Huc etiam referri possunt: Gregorius Berthelet O. S. Ben. congr. s. Vitonis et Hidulphi († 1754), cujus est *Histoire historique et morale de l'Abstinence de la viande* et des révolutions, qu'elle a eues depuis le commencement du monde jusqu'à présent tant parmi les Hébreux que parmi les Païens, les Chrétiens, et les Religieux anciens et modernes[3]), Rotomagi 1731 in 4, quam ediderunt Steph. Hideux († 1743) et Petr. du Bos († 1755) e. congr. s. Mauri[4]); et Geraldus Zürcher O. S. Ben. Sangallensis, theologiae professor, qui typis dedit *historiam poenitentiae publicae* notis et animadversionibus illustratam

[1]) Cf. de hac erudita et diligenti diss. Zaccaria Storia Lett. I, 71—81; A. E. L. 1752 p. 341—50.

[2]) Cf. Adelung II, 1529—32; contin. H. E. Fleurii l. 245 § 27; Saxius VI, 391 ss.

[1]) Cf. Zaccaria I, 260—5; III, 593—8'; V, 675—7; IX, 461—4; X, 581—6; A. E. lips. 1649 p. 630—44; 1756 p. 24—31; 418—25; 564—70.

[2]) Cf. A. E. lips. 1750 p. 142—4.

[3]) Cf. J. des Sav. XCVI, 475—93; XCVII; 80—94.

[4]) Hi duo magna diligentia collegerunt patrum testimonia, ut ex iis conficerent commentarium continuum in s. Scripturam juxta notum quadruplicem ejusdem sensum, quem inscripserunt *Biblia maxima patrum,* jamque parata erant aliquot volumina, cum utriusque mors intervenit. Cf. Vigouroux Dict. 1, 1885.

cum gemina dissertatione, una praevia de eruditionis praestantia ad neotheologos, altera ad calcem de satisfactione contra novatores, 1752 in 8. — Lud. Franc. abbas de Fontenu Lilledonensis Vastinius theologus et archaeologus (1667. † 1759) plurimas reliquit diss. fere de archaeologia profana. Huc spectat *des Autels* consacrez au vrai Dieu in hist. acad. inscript. III, 19—31: IV, 9—34. Academiae inscriptionum erat socius [1]). — Blasius Antonius Nassarre y Ferriz Hispanus vir eruditus, juris utriusque doctor, diu juris canonici professor, primarius bibliothecae regiae praefectus aliisque honoribus auctus († 13. Apr. 1751) illustravit [2]) annotationibus veterem disciplinam in synodis praesertim hispanis servatam.

721. Historiam *literariam* plures excoluerunt [3]), inter quos viri magni nominis. Huc referri possunt praeter Hartzheim (p. 1519) Foppeus (p. 1520) et Saxium (p. 1529) in primis Magnoaldus Ziegelbauer O. S. Ben. Ellwangensis, qui in Zwifaltensi abbatia vota nuncupavit 21. Nov. 1707 (n. 1689), sed sodalium quorundam aemulatione coactus fuit transire in coenobium Augiae divitis (Reichenau), in qua theologiam docuit. In negotiis hujus monasterii profectus est Viennam, haesitque dein in abbatia gottwicensi, cujus abbas, celeberrimus Godefredus (p. 1546), ei cathedram theologiae moralis concredidit. Postmodum eum reperimus modo Viennae, modo in monasterio brenoviensi prope Pragam, cujus *epitomen historicam* trimestris spatio conscripsit, Coloniae 1740, modo Olomucii, ubi etiam decessit [1]) 14. Jun. 1750 hausta morte ex medicina perperam praeparata. Totus erat in libris continuaeque lectioni et scriptioni sic deditus, ut otium acerrimi hostis loco haberet. In conversatione cum aliis modestus erat, comis et ad officia paratissimus. Fuit in illo cum sapientia magna simplicitas, cum doctrina humilitas, cum facundia loquendi parcitas. In precibus Deo adhibendis sedulus cum primis fuit et ardens, nec aliud actionum suarum fecit initium quam ab oratione. Haec potiora ejusdem opera: *Mancipatus illibatae V. Mariae,* Constantiae 1726 in 12, insertus etiam operi inscripto: *Novissima de negotio seculorum* h. e. opus parthenicum recentis ac novi argumenti de ss. mysterio immaculatae conceptionis b. V. Mariae, in quo praecipue agitur de cultu et veneratione, qua eadem V. Deipara ut sine labe concepta a sacerdotio et imperio, summis pontificibus, rom. imperatoribus, regibus catholicis ex augustiss. domo austriaca, S. R. E. cardinalibus etc., totaque demum orthodoxa Ecclesia elapsis temporibus et culta fuit, et a nobis in posterum colenda est, Rezii in Austria 1737 in f., opus in quo utitur testimoniis minus solidis nec satis ad criticae regulas exactis. *Commentarii Rabani Mauri* in Danielem prophetam et Joannem Ev., quos ex augiensi bibliotheca eruerat notisque illustravit, Constantiae 1727; *acta s. Stephani Protomartyris* [2]), Vindobonae 1736 in

[1]) Cf. Bougainville in hist. acad. r. inscr. XXIX, 349—59; Saxius VI, 229—31.

[2]) Cf. Rotermund V, 378.

[3]) Huc referri potest Romanus Endel O. S. Ben. in monasterio s. Blasii, Salisburgi theologiae dogmaticae professor († 29. Maj. 1755), qui scripsit *Historiam* almae et archiepiscopalis *universitatis salisburgensis* sub cura PP. Benedictinorum Bondorffii 1728 in 4., quam alii tribuunt. Rom. Sedelmayr Sanblasiano († 1722) edidit que ejus sodalis Stanisl. Wibbert Endel reliquit tr. dogmaticos.

[1]) Cf. Hefele, Beiträge zur Kirchengesch., Archäologie und Liturgik II, 110—24; cont. H. E. Fleurii l. 239 § 49 et l. 240 § 14; Biogr. univ. LII, 324; in primis vero Legipontii elogium historicum, quod adjectum est operi Josephi Wr. Monse, infulae doctae moravae p. 151—92; Linder in Studien u. Mitth. aus dem Benedictinerorden IV fasc. 1. 70—79 coll. VII fasc. 3 p. 99.

[2]) Cf. A. E. lips. 1754 p. 639—43.

8. germanice. *Epitome historica* ... monasterii Břeinoviensis vulgo s. Margarethae prope Pragam, Coloniae 1740. Magnum opus meditatus est, dum in Bohemia degeret condendi nimirum bibliothecam scriptorum rerum bohemicarum t. 8 constantem; verum iniquitate temporum ab exsequendo consilio impediebatur. *Centifolium camaldulense* sive notitia scriptorum camaldulensium quam ceu prodromum exceptura sit bibliotheca camaldulensium seu operum ad historiam, disciplinam et ascesim s. ord. Camald. attinentium collectio t. 6 comprehensa; cujus bibliothecae seu collectionis accurandae ad calcem praevius exhibetur conspectus[1]), Venetiis 1750 in f. Verum ea collectio nunquam prodiit, sicut neque *Olomucium sacrum* seu episcoporum olomuciensium historia, quam t. 2 in f. jam complexus erat Cogitaverat quoque de collectione conciliorum Germaniae et de opere inscribendo: *Infulae doctae* per Germaniam. Sed in primis aliud magnum opus mente volvebat, conscribendi nimirum historiam rei literariae O. S. Ben. Plura hunc in finem itinera instituit, pluresque ad viros celebres, Calmetum praesertim, literas dedit, ac licet auxilio subsidiisque esset destitutus, ejus veluti specimen edidit inscriptum: *Novus rei literariae O. S. Ben. conspectus,* opus elucubratione dignissimum ad perfectam historiae benedictinae cognitionem et in commune non utile minus quam scitu lectuque dignum[2]), Ratisbonae 1736 in f.

722. Quod vero Ziegelbauer inchoaverat, maxima etiam ex parte perfecerat, ad exitum perduxit ediditque Oliverius Legipont ejusdem ord. natus in vico Soyron in ducatu limburgensi 2. Dec 1698, in coenobium s. Martini Coloniae 14. Febr. 1719 admissus. Magna alacritate quasi absque duce studio se dedit historiae ecclesiasticae et literariae. Presbyter ordinatus 22. Maji 1723 bibliothecae praeficitur, quam in ordinem redegit novoque catalogo instruxit; post aliquot annos philosophiae, mox juri canonico tradendo applicatur. Interim literariam consuetudinem cum Bernardo Pezio contraxit totusque in juvandis ejus studiis fuit. Quam ob rem omnes bibliothecae forulos operosius excutere, accuratiorem mss. indicem condere, anecdota quaedam opuscula exscribere, prelo aptare, illustrium sui monasterii virorum gesta et scripta recensere ac subinde in propinqua chartophylacia caput falcemque immittere coepit, unde haud levem veterum monumentorum segetem messuit, quae omnia Pezio transmisit evulganda. Moguntiam arcessitus (1731) ab abbate s. Jacobi Amando Schell juniores sodales theologiam docuit. Ibi quoque bibliothecas lustravit uberrimamque messem comportavit, quam Pezio edendam concessit. Anno 1733 Viennam proficiscitur, quo audito Godefr. Bessel eum in abbatiam suam gottwicensem invitat, ut bibliothecae praefecturam in se reciperet; cui invitationi Legipontius morem gessit atque illius bibliothecae catalogum adornavit. Post aliquot annos (1739) rediit ad suos, sed gravissimis aemulorum molestiis diu vexatus et jactatus in Bohemiam, et invadente rege Borussiae hanc regionem, in Moraviam digressus est. Qua occasione maximo suo dolore subreptum sibi doluit insigne et laboriosum opus, quod de hierarchia et praerogativis ecclesiae coloniensis conscripserat. Dein peragratis monasteriis lustratisque bibliothecis Austriae et Bavariae Coloniam rediit. Ab ill. comite Gianini invitatus Olomucium abiit ac post varias peregrinationes Augustae substitit, ut edendo operi Ziegelbaueri praeesset, quod demum prodiit inscriptum: *Historia rei literariae O. S. Ben.* in 4 pp.

[1]) Cf. suppl. ad N. A. E. II, 313—16.
[2]) Cf. A. E. lips. 1741 p. 643—53.

distributa, Augustae Vind. 1754. t. 4 in f. P. 1. praeliminaris sive generalis studiorum in O. S. Ben. origines, progressus, fata, instaurationes, Maecenates et promotores, necnon celebriores scholas, bibliothecas, archiva ac rei literariae cimelia horumque custodes et alia memoratu digna repraesentat; p. 2 specialis sive principalis exhibet historiam artium et scientiarum inde ab aevo s. Benedicti ad sec. XVIII. per 13 sec. seriem apud Benedictinos excultarum; p. 3 est biographica virorum illustrium ac eorum praecipue, qui ingenio, virtute, doctrina et lucubrationibus orbi universo inclaruerunt, vitas, res gestas et scripta aliaque memoranda exhibet; p. 4 est bibliographica sive bibliotheca benedictina historico-critica realis, quae libros juxta materiarum seriem digestos repraesentat, uniuscujusque scriptoris genio et merito ad aequitatis lancem perpensis[1]). Obiit Legipontius post vitam sat agitatam itineribus, lustrandis archivis et ordinandis bibliothecis distractam in abbatia ad s. Maximum prope Treviros 16. Jun. a. 1758. Mente volverat et etiam inchoaverat quamplurima opera, unde reliquit 51 inedita; ex editis (19) huc forte referri adhuc possunt: *Monasticon moguntinum*, Pragae 1746, in quo succinctam veterum monasteriorum in archiepiscopatu moguntino vicinisque locis exstantium suppressorum et in usus promiscuos conversorum notitiam ordine alphabetico exhibet, specimen majoris operis scil. Lexici Germaniae monasteriorum. *Introductio ad studium rei nummariae,* Herbipoli 1747 in 8; *diss. philologico-bibliographica* de adornanda bibliotheca, necnon de msc. libris rarioribus et praestantioribus ac etiam de archivo in ordinem redigendo, veterumque diplomatum criterio deque rei nummariae ac musices studio, Norimbergae 1747; *Abrégé de l'Histoire du Conc. de Trente,* Coloniae 1725, ex variis auctoribus excerpta; *Recueil des matières* les plus importantes touchant la doctrine et la discipline de l'Eglise, ib. 1725 in 8. *Historia* monasterii Disibodebergensis, Coloniae 1736 in f. *S. Metropoleos Coloniensis antiquitas,* ib. 1748; Adami Villici (vulgo Mayr) tr. asceticus *de septem gradibus spiritualis ascensionis in Deum,* Augustae V. 1753; Fastorum ab. s. Martini maj. col. *exegesis historica*, opus posthumum 1749, chronicon forte confictum ab ipso Legipontio [1]).

723. Ejusmodi bibliothecas plures alii magno rei literariae commodo adornarunt. Ita Antonius Mongitore, canonicus panormitanus (n. 1. Maj. 1663; † 1743), cujus est *bibliotheca sicula,* sive de scriptoribus siculis, qui tum vetera tum recentiora secula illustra-

[1]) Cf. A. E. lips. 1755 p. 145—64. Cf. biographiam auctoris ab ipso descriptam op. cit. I, 647—58 et Bibl. générale des Ecrivains de l'O. de s. Bénoit, Boullion 1777 II p. 53 ss.; Kinter in Studien und Mittheil. aus dem Benedictinerorden 1882 I, 285—91; II, 65—68; 322—32; Endres ib. XIX (1898) 1—9; 182—189; Lauchert ib. XXIII (1902), 434—39; Lindner ib. XXV (1904), 572 ss. Merlo allg. d. Biogr. XVIII (126 ss.; Loise Biogr. nat. de Belg. XI, 689—699. Historiam literariam Ord. s. Ben. saltem ex parte descripsit Philippus de Cerf de la Vieville congr. s. Mauri Rotomagensis, per 30 annos lecto decumbens († 11. Mart. 1748) in *Bibliothèque historique et critique des auteurs de la congr. de St Maur.* Cum autem in ea acrius sodalium quosdam carperet, impressionis licentiam a congregationis praepositis non impetravit. Quare manuscriptum famoso Jo. Clerico transmisit, qui illud typis dedit Hagae 1726. Contra Perdoux de la Periere, qui sub nomine Richoulz de Norlas ejus errores, omissiones etc. aperit, edidit *Défense de la Bibliothèque,* ib. 1727, cui ille altera ep. respondit. *Histoire de la Const Unigenitus* en ce qui regarde la Congr. de St. Maur, Ultrajecti 1736 in 12.

[1]) Hoc probare nititur Oppermann in Westdeutsche Zeitschr. XIX (1900) 271—344; sed cf. Berlière Revue Bénédict. XVIII (1901), 424—27.

runt, notitiae locupletissimae, in quibus non solum siculorum auctorum, qui ad haec usque tempora scripserunt, codices excusi vel msc. adnotantur, verum etiam eorundem patria, aetas, professio, munia, dignitates, memoranda, obitus et epitaphia recensentur: encomia itidem, quibus adhuc exteri scriptores siculos auctores exornarunt, in gratiam lectorum indicantur: nonnulli scriptorum lapsus corriguntur: pluresque siculi scriptores vel ab alienigenis provinciis usurpati verae patriae restituuntur. Accessit apparatus praeliminaris operi praevius complectens sicanae historiae prospectum, disquisitiones de nomine Siciliae, Siculorum ingenio et literis et de computo Olympiadum, Panormi 1708. 1714 t. 2 in f., opus eruditum et accuratum [1]). *Palermo sanctificato* della vita de' suoi Santi Cittadini. Vita de' Santi e Beati Palermitani, ib. 1708, quo complexus est plures vitas sanctorum, quas seorsim jam ediderat. *Sicilia sacra* disquisitionibus et notitiis illustrata, ubi ll. 4 postquam de illius patriarcha et metropolita disquisitum est, a christinae religionis exordio ad nostra usque tempora cujusque praesulatus majorumque beneficiorum institutio, archiepiscopi, episcopi, abbates, priores, singulorum jura, privilegia, praeclara monumenta, civitates dioeceseon cum praecipuis earum templis religiosisque familiis atque viri siculi vel sanctitate vel doctrina illustres continentur, explicantur, auctore . . D. Rocho Pirro . . . ed. 3. emendata et continuatione aucta cura et studio A. Mongitore . . . Accessere additiones et notitia abbatiarum s. Benedicti, Cisterciensium et alia, quae desiderabantur [2]), auctore P. D. Vito Maria Amico, Panormi 1733 t. 2 in f. Cum vero ea ed. esset admodum mendosa, Amico seorsim edidit *Siciliae sacrae* l. 4., Cataniae 1733. *Bullae, privilegia et instrumenta panormitanae ecclesiae,* regni Siciliae primariae, collecta notisque illustrata [1]), ib. 1734 in f. — Angelus Zavarroni collegit *bibliothecam calabram* sive illustrium virorum Calabriae, qui literis claruerunt, elenchum, Neapoli 1753 in 4. Cum vero anonymus quidam auctorem reprehendisset, eum plures viros celebres, sed peregrinos, inter calabros recensuisse, prodiit *Lettera di D. Nicolo Nardi* Patrizio Fiorentino e Montaltino, con cui si risponde ad altra Lettera d' incerto autore intorno alla Bibl. Calabra del S. Zavarroni e si dà una giusta e spassionata idea di ciò che debba togliersi, modificarsi ed aggiungnersi ad essa Bibliotheca per renderla interamente compiuta e perfetta. — Philippus Argelati Bononiensis, pater Francisci A. (de quo infra agemus) celeber bibliopola, biennium conversatus est Florentiae cum celeberrimo Magliabecco. Plurimum contulit, ut jam supra diximus, ad editionem scriptorum rerum italicarum a Muratorio adornatam; singulis tomis praefixit dedicationem; quare a Carolo VI. secretarii caesarei titulo et annuo stipendio honoratus est. Aliorum quoque operum, praesertim Sigonii t. 6 in f. Mediolani 1732—38 editionem curavit († 25. Jan. 1755). Collegit *bibliothecam scriptorum mediolanensium* seu acta et elogia virorum omnigena eruditione illustrium, qui in metropoli Insubriae oppidisque circumjacentibus sunt, additis literariis monumentis post eorundem obitum relictis aut ab aliis memoriae traditis. Praemittitur Joan. A. Saxii historia

[1]) Cf. A. E. lips. 1708 p. 537; suppl. VI, 497—500; J. des Sav. XLIV, 420—30.
[2]) Cf. A. E. lips. 1736 p. 433—37.

[1]) Cf. A. E. 1741 p. 337—41. Franciscus Senio-Mongitore edidit *Dissertazioni Istoriche,* Apologetiche e Critiche in difesa della dottissima apologia del canonico decano e Dottore D. A. Mongitore scritta a favore dell' antiche glorie si sacre come profane della Città di Palermo 1739 in f.

typographica mediolanensis[1]). Mediolani 1745 t. 4 in f. Nonnemo tamen hoc opus saltem ut principi auctori tribuit Andreae Irico, de quo alias. — Franc. Arisius Cremonensis, juris consultus et historicus (n. 3. Febr. 1657; 24. Jun. 1743) auctor est *Cremonae Literatae*, Parmae 1702, 1705 1710 t. 3 in f. — Joannes degli Agostini O. Min. Venetus (n. 10. Dec. 1701 † 1756) in conventu bibliothecae praefectus praeter alia biografica collegit *Notizie istoriche* intorno la vita e le Opere degli Scrittori Veneziani, Venetiis 1754 in 4. — Antonius Biscioni Florentinus n. 14. Aug. 1674, vir admodum literatus, plurium bibliothecarum, etiam celebris Laurentianae praefectus († a. aetatis 82 4. Maj 1756) plurima edidit, quae ad nos minus spectant (cf. Adelung 1, 1893, et Mazzuchelli). Inter alia etiam *Bibliothecae Mediceo Laurentianae catalogum* codd. orientales complectentem, sed ultra t. 1. Florentiae 1752 in f. alius non prodiit. *Lettera di Santi e Beati Fiorentini* raccolte ed illustrate, ib. 1743.

724. Cosmas a s. Stephano Villiers O. Carm. Parisiensis n. 8. Sept. 1683, philosophiae et theologiae (1709—29) professor, socius academiae literariae aurelianensis († 1758), collegit *Bibliothecam carmelitanam*[2]) notis criticis et dissertationibus illustratam, Aureliani 1752 t. 2 in f., suppresso nomine, opus admodum rarum, pretiosum et eruditum (m. 250). — Michael a s. Joseph O. SS. Trin. Excalc., philosophiae ac theologiae professor, toletanae archidioecesis administrator, sui ordinis praepositus generalis et episcopus guadicensis († 1757), composuit *bibliothecam criticam, sacram et profanam* in 3 t. et 4 p. distributam, Matriti 1740—42 in f., opus certe utile et eruditum, in quo quamplurima, opera recenset, et correctionibus vel additionibus illustrat. Edidit praeterea *crisin de critices arte* sive tractatum de vetere et nova critice, in quo altera cum altera confertur, utriusque natura exponitur et fructus enucleantur, Matriti 1745 in 4. *Studium Veritatis*, Matriti 1715, in quo acriter stat pro probabiliorismo. Liber hic hispanice conscriptus controversiae literariae occasionem praebuit[1]). Prodiit contra eum suppresso nomine auctoris: *Difficilis praxis probabiliorismi* sive inconvenientia practica ex probabiliorismo deducta Compluti 1721. — Antonius Rivet de la Grange O. S. Ben. congr. s. Mauri confolentinus e dioecesi pictaviensi n. 30. Oct. 1683, propter insignes ingenii dotes a superioribus destinatus est qui in illustrandis virorum ord. s. Ben. celebrium gestis desudaret. Cum vero consilium effectu caruerit, totus cum Jos. Duclou, Maurit. Poncet et Joanne Colomb incubuit in describenda historia literaria Galliae († 7. Febr. 1749). Ea prodiit inscripta *Histoire littéraire de la France* où l'on traite de l'origine et du progrès, de la décadence et du rétablissement des sciences parmi les Gaulois et parmi les François; du gout et du génie des uns et des autres pour les Lettres en chaque siècle; de leurs anciennes Ecoles; de l'établissement des Universités en France; des principaux Collèges, des Académies des Sciences et des Belles-Lettres; des meilleures Bibliothèques anciennes et modernes, des plus célèbres Imprimeries; et de tout ce qui a un rapport particulier à la Littérature; avec des Eloges historiques des Gaulois et des François qui s'y sont fait quelque réputation; le catalogue et la chronologie de leurs écrits: des remarques histori-

[1]) Cf. Zaccaria XIV, 228—36; Fantuzzi I, 276—80.

[2]) Rochus Albertus Faci collegit bibliothecam sive indiculum brevem auctorum provinciae Aragoniae O. Carm., Caesaraugustae 1762 in 4.

[1]) Cf. de ea ipsum Michaelem in sua bibl. IV, 1 ss.

ques et critiques sur les principaux ouvrages, le dénombrement des differentes éditions: le tout justifié par les citations des originaux, Parisiis 1733—63 t. 12 in 4., opus rarum (fr. 300), cujust. 12. iterum impressus fuit 1830; t. 11. a. 1841; omnes 12 cum 3 sequentibus cura M. Paulin ib. 1868. Tres ultimi tomi debentur Carolo Taillandier, Car. Clémencet et Franc. Clément. Opus certe admodum diligens planeque eruditum et laboriosum, stilo forte minus limato conscriptum. Illud cura instituti galli fuit continuatum, unde prodierunt t. 13—33 ib. 1814—1906. Camille Rivain adjecit Table générale par ordre alphabetique primorum 15 vol. Paris 1875 in 4. Quaedam continuatio jam habetur in *Histoire littéraire* de s. Bernard et de Pierre le Vénérable, cujus ed curavit Clémencet ib. 1773 in 4. Dolendum est auctorem optimas, quibus praeditus erat, animi dotes factionis sectaeque spiritu, quo se etiam acriter opposuit constitutioni pontificiae, infecisse[1]). Hujus spiritus fructus fuit op. *Nécrologe de l'abbaye de Notre-Dame de Port-royal de Champs* . . . qui contient les éloges historiques . . . des personnes de distinction, qui l'ont obligée par leurs services, honorée d'une affection particulière, illustrée par la profession monastique, édifiée par leur pénitence et leur piété, sanctifiée par leur mort ou par leur sépulcre, cum supplemento de Fèbre de Saint-Marc, Amstelodami (Rotomagi) 1723—35 t. 2 in 4.

725. Pretiosum *supplementum* universae bibliothecae franciscanae Joannis a s. Antonio (p. 1262) adjecit Joannes Hyacinthus Sbaraglia (Sbaralea) O. Min. Conv. Foroliviensis (cuius etiam est Waddingi Scriptores O. Min. Romae 1806), quod tamen nonnisi diu post ejus mortem (1763) Romae prodiit 1806 in f., opus diligens et rarum ideoque carum (m. 300), sed super pretium suum literarium. Prodieratjam cura Francisci Matritensis O. Min. *Bullarium* Ordinis Matriti 1744—49 t. V., usque ad Benedictum XIV., sed ipse illud complevit et continuavit jussu Jo. Bapt. Constantini generalis inscriptum *Bullarium franciscanum* rom. pontificum constitutiones, epistolae, diplomata ordinibus Minorum, Clarissarum et Poenitentium concessa, t. 4, quibus adjecit Flaminius Annibal de Latere O. Min. supplementum cum annotationibus in notas Sbaraleae, Romae 1759—68 — 80 t. 5 in f. (m. 300), alios t. 3 Eubel 1898—1904 (scil. usque ad Martinum V.), quae continuatio P. Eubel opus est exquisitum et accuratum. Idem Sbaraglia illustravit historiam s. Cypriani in op. *Germana s. Cypriani necnon Firmiliani et orientalium opinio* de haereticorum baptismate ad rectam criticarum vindicis (Missorii ut videtur cf. p. 1126) Cypriani disputationum intelligentiam exposita, Bononiae 1741 in 4. In diss. 1. probat. Firmiliani ep. esse genuinam; in altera genuinitatem ep. s. Cypriani contra baptismi ab haereticis collati valorem et universim totam Cyprianum inter et s. Stephanum controversiam illustrat. In 3. disserit primum de canonibus apostolorum; dein de papae judicio comparate ad concilium pro vindicando s. Augustino ab exceptione defensoris declarationis gallicanae, et pontificis auctoritatem adversus objectiones ex hac controversia petitas strenue tuetur[1]). Disputatio *de sacris pravorum ordinationibus*, quae vera vetusque Ecclesiae doctrina est, novis ostensa ac propugnata monumentis, in qua communem de valore ordinationum haereticorum sententiam impugnat. Conce-

[1]) Cf. ejus vitam a Taillandier conscriptam et praemissam t. IX p. XVII—XXXII hist. literariae; Tassin II, 396—426, qui eum sanctis fere accensent; Feller III, 276; Biogr. univ. XXXVIII, 156—8.

[1]) Cf. A. E. lips. 1751 p. 353—64.

dit quidem characterem esse indelebilem, negat vero potestatem valide ordinandi cum illo inseparabiliter esse connexam, ideoque eam amitti posse et revera amitti haeresi, depositione etc. censet[1]). Subjiciuntur quaestiones aliquot, ut de can. 15. conc. arelatensis de diaconibus offerentibus, de jejunii quatuor temporum origine ac institutione, quam recudit Zaccaria in fleuriana disciplina populi Dei I, 153.

726. Michael Sieskowski O. Praed. Polonus prior monasterii cracoviensis de patria historia ecclesiastica et literaria optime meritus († 1752) scripsit inter alia *chronicon universitatis cracoviensis*, Cracoviae 1733 in 4; *elogia universitatis cracoviensis*, ib. 1747; et polonice *necrologium* virorum piorum ordinis, 1743 in 4., quo multa continentur ad illustrandam historiam provinciae polonae O. S. Dom., necnon historiam ecclesiae ss. Trinitatis cum biographiis virorum illustrium monasterii s. Dominici cracoviensis, ib. 1743 in 4. — Franciscus Kazy S. J. Hungarus cognatus probabiliter Joannis K. de quo supra egimus p. 1375 († 11. Jun. 1759) narrat *historiam universitatis tyrnaviensis*, Tyrnaviae 1738; *posthumam memoriam virorum insignium* ex hungarica Soc. J., ib. 1749; *historiam regni hungarici* ab a. 1601—81 ib. 1737—51 t. 5 inf. — Nominare forte adhuc licet Ap. Zeno, Venetum, virum in literis humanioribus et archaeologia (profana) excultissimum et insignem poetam (1669—1750). Redegit enim *Giornali dei Letterali* (1710—19) et edidit solus vol. 30. Diss. *de historiographis italis* 1752 t. 2 in 4, et ad Fontanini bibliothecam eloquentiae adjecit *annotationes*, Venetiis 1753 t. 2 in 4. — Ejusmodi *Giornale de Letterati* a Laur. Mehus coeptum redegit Franc. Raym. Adami O. Serv. b. M. V. Florentiae. Innotuit sua controversia literaria acri occasione l. Jo. B. de Soria *dell'esistenza e degli attributi di Dio* etc. Lucae 1745. — Bas. Asquini O. Barn. laudat *Cent' ottanta e più Uomini illustri del Friuli* i quali fioriscono o hanno fiorito in questa età, Venetiis 1735 in 8; *Vita e Viaggi* del b. Oderico da Udine (cf. III[3], 585), Udine 1737 in 8. etc. Obiisse videtur 1754.

[1]) Cf. Storia letter. d'It. III, 91—106.

722. Magnum inter eruditos nomen sibi peperit Erasmus Froelich S. J. Graecensis n. 2. Oct. 1700. Erat vir eruditionis vastae et solidae, graecae linguae peritus, in re antiquaria et nummaria bene excultus ducibus Christiano Erdschlager († 2. Mart. 1742) et Car. Granelli († 1739). Insignit erat modestiae, pietatis et comitatis. Solitudinis amore ducebatur, simul tamen omnibus inservire delectabatur. In nascenti tum collegio theresiano linguam graecam, historiam generalem, antiquam et recentiorem, remque nummariam nobilissimae juventuti explicuit. Supra modum amatus a discipulis et plus quam vellet honoratus 7. Juli 1758 naturae debitum solvit[1]). Non solum per Austriam, sed etiam per Germaniam, Italiam, Galliam et Angliam fama ejus peritiae in dignoscendis nummis divulgata, ipseque undique de ea consultus fuit. Franciscus I. imperator per horas familiariter cum eo colloquebatur de nummis peregrinis, eique cum Valentino du Val et Jos. Khell S. J. munus injunxit nummothecam cae-

[1]) Cf. Schier in speciminibus Styriae literatae, Viennae 1769 p. 29; Oettner Lebensgesch. weiland J. Fr. in Neueröffneten Münzkabinete, Nürnberg 1743 t. IV. app. n. 201—20; Bergmann Pflege der Numismatik in Oest. Sitzungsber. der phil.-hist. Cl. der k. Ak. Wien 1856 XIX, 31—108, qui de eo scribit; F.' numismatische, historische und mathematische Arbeiten 25 an der Zahl sind durch kritischen Scharfblick, Klarheit und redlichen Wahrheitssinn ausgezeichnet. Duhr Zeitschr. f. k. Theol. XIII (1889), 81 s. Alius est a Gabriele Froelich, de quo cf. p. 1189.

saream describendi [1]), atque magnam nummorum copiam dono dedit. De se suisque lucubrationibus modeste sentiebat; cujuslibet censuram, non aequo modo ferebat animo, sed et aliorum monitu suis in scriptis ea, quae mutanda detrahendave ducebant, emendabat [2]). Reliquit plura (12) opera ad rem nummariam spectantia, ex quibus conspectum accuratum et clarum hujus disciplinae exhibet. *Notitia elementaris numismatum antiquorum* illorum, quae urbium liberarum, regum et principum ac personarum illustrium appellantur, Vindobonae 1758 in 4. cum 22 tabulis aeneis. Sed in primis mentionem hic merent: *Annales compendiarii regum et rerum Syriae* nummis veteribus illustrati deducti ab Alexandro M. ad Cn. Pompeji in Syriam adventum cum amplis prolegomenis, Viennae 1744 in f.; 1754; quo in opere etiam dubia in libris Machabaeorum occurrentia discutit, annum syro-macedonicum cum hebraico confert et de nummis hebraeorum disserit. Opus sane doctissimum [3]). Verum displicuit pluribus protestantibus, in primis Ernesto Frid. Wernsdorffio, quod Froelich nimis fideret libris Machabaeorum, quos canonicos ex praescripto fidei catholicae arbitrabatur. Exceptionibus historicis adversus horum librorum veracitatem satisfacit auctor in l. *de fontibus historiae Syriae in ll. Machabaeorum* prolusio Lipsiae edita (1746) in examen vocata, Viennae 1746 in 4., quo adversarium ad silentium redegit. Cum vero Gottlieb Wernsdorff, Ernesti frater, hujus causam in se suscepisset, loco Froelich aliis impediti respondit ejusdem quondam discipulus Jos. Khell (suppresso nomine) in op.: *Auctoritas utriusque l. Machabaeorum canonicohistorica asserta* et froelichiani annales Syriae defensi [1]) adversus commentationem historico-criticam viri er. G. W., ib. 1749 in 4. *Diplomataria sacra ducatus Styriae,* Viennae 1756 t. 2 in 4., quae quidem collegerat Sigismundus Pusch S. J. (cf. p. 1008), Froelich vero auxit ediditque, qui ex illius collectaneis msc. edidit quoque *diplomatarium garstense* emendatum, auctum, illustratum [2]), 1754 in 4.

728. De re *diplomatica* insigniter meruit praeter Bessel Carolus Franc. Toustain (Tassin, Toussaint) O. S. Ben. congr. s. Mauri n. in oppido Repas 13. Oct. 1700, in variis disciplinis egregie excultus, qui ut facilius familiaritatem iniret doctorum virorum operumque plures Europae linguas didicit. E superiorum mandato cum Renato Prospero Tassin († 1777) individuo studiorum socio se accinxit parandae operum s. Theodori Studitae editioni, quae ei occasionem praebuit componendi varias disserta-

[1]) Descriptio haec continetur opere splendidissimo: *Numismata cimelii caesarei regni austriaci vindobonensis,* quorum rariora (220) iconismis (137), cetera catalogis exhibita, Viennae 1754 t. 1; 1755 t. 2. in f. Numerabat autem jam tunc ea nummotheca c. 20,000 numismata graeca et romana, e quibus 2500 aurea erant.

[2]) Plura de ipso cf. in Khell S. J. elogio Erasmi Froelich praemisso op. de familia Vaballathi, Vindobonae 1762; Pletz Neue theol. Zeitschr. 1830 t. 1 p. 26—65; Schrank, Nachrichten von den Begebenheiten und Schriften berühmter Gelehrten, Norimbergae 1797 t. 1 p. 206—30; Biogr. univ. XVI, 97—99.

[3]) Cf. acta erud. lips. 1745 p. 481—96, quae conspectum absolvunt: „Gratulamur merito seculo nostro tam praeclarum opus, eoque certius speramus, summam laudem apud veros et intelligentes harum rerum judices reportaturum esse cl. auctorem, quo majoribus difficultatibus impedita est haec ipsa chronologiae investigatio." Journ. des Sav. CXLIX, 291—313.

[1]) Cf. Zaccaria, Storia Lett. IV, 189—208. — Christianus Kirn S. J. e Borussia rhenana (n. 4. Nov. 1674: † 2. April 1759) disseruit *de authentia divina l. 2. Machabaeorum,* Heidelbergae 1750; *de usu et abusu Criticae,* ib. 1748.

[2]) Cf. A. E. lips. 1755 p. 491—5.

tiones ad Studitae tempora spectantes; verum ea editio non prodiit, cum occasione ex controversia de juribus abbatiae s. Audoëni data uterque junctis laboribus alteri operi incumberet difficilioris forte negotii, quod prodiit inscriptum *Nouvean Traité de Diplomatique* où l'on examine les fondemens de cet art, on établit des règles sur le discernement des titres et l'on expose historiquement les caractères des Bulles Pontificales et des diplomes donnés en chaque siècle: avec des éclaircissemens sur un nombre considérable de points d'histoire, de chronologie, de Littérature, de critique et discipline et la réfutation de diverses accusations intentées contre beaucoup d'archives célèbres et surtout contre celles des anciennes Eglises [1]), Parisiis 1750—1765 t. 6 in 4., opus plane stupendum, quo mabillonianum perficitur et completur, germanice versum Erfurt 1759—69 t. 9 in 4. Verum jam t. 2. immortuus est 1. Jul. 1754. Laudatur ejus pietas, morum candor et modestia, qua omnibus carus erat. Nonnisi superiorum jussu induci potuit ad suscipiendum presbyteratum, et non sine tremore missae sacrificium offerebat. Pro tuenda constitutione Unigenitus edidit: *La vérité persécutée* par l'erreur, un recueil des divers ouvrages des ss. Pères sur les grandes persècutions des huit premiers siècles de l'Eglise pour prémunir les fidèles contre la séduction et la violence des Novateurs, Hagae 1733 t. 2 in 12. — Leonardus Grebner S. J. Wirceburgensis theologiae Wirceburgi et juris canonici Bambergae professor (n. 6. Maj.; † 13. Sept. 1742) reliquit diss. attentione dignam *de sincera ac secura artis praecipue diplomaticae ac suo modo sigillariae ac numismaticae crisi,* Lipsiae 1758; Bambergae 1781 in 8.

729. Anselmus Banduri O. S. Ben. Ragusanus n. circa an. 1670, plurimum profecit duce Montfauconio in antiquitate graeca et in re nummaria (ut testantur ejus *numismata imperatorum rom.,* Parisiis 1718 t. 2 in f.), quare inter membra academiae inscriptionum parisinae (1715) receptus fuit. Repertis plurimis msc. spectantibus ad historiam byzantinam ex illis inter se collatis annotationibusque illustratis et ex aliis documentis jam notis composuit opus inscriptum: *Imperium orientale* sive antiquitates constantinopolitanae in 4 pp. distributae, quae ex variis scriptorum graecorum operibus, praesertim ineditis adornatae commentariis et geographicis, topographicis aliisque quamplurimis monumentorum ac numismatum tabellis illustrantur [1]), cum accuratis indicibus operum editorum vel. manuscriptorum graecorum, Parisiis 1711 t. 2 in f., Venetiis 1729 t. receptum inter *scriptores byzantinos* (p. 164) t. 2 in f.; frustra acri nimis et parum aequa censura ab apostata Cas. Oudin impugnatum. Paraverat editionem operum Nicephori patriarchae CP. aliorumque scriptorum graecorum, sed ei immortuus est 14. Jan. 1743. — Joannes Matthaeus Garzon S. J. insignis chronologus, gandiensis aca-

[1]) Cf. A. E. lips. 1754 p. 673—85; 1756 p. 433—40; 1662 p. 591—600; Tüb. Qtlschrift 1833 p. 37: Gatterer in hac scientia peritissimus, de eo scribit (allgem. historische Bibliothek 1, 162): Dieses Werk, das unter die wichtigsten nicht nur des gegenwärtigen Jahrhunderts, sondern der ganzen neueren Literatur gehört, ein Werk, das man mehr wünschen als erwarten konnte, das vollkommenste und einzige Werk in seiner Art ist endlich erschienen. Cf. de eo Tassin II, 481—50; praesertim ejus elogium a Tassin tr. de diplomatica t. 2. praemissum et Biogr. univ. XLVI, 416.

[1]) Cf. Ziegelbauer p. 695; A. E. lips. 1712 p. 475—91; 1713 p. 49—55; J. des Sav. LII, 291—312. Cf. de Banduri Biogr. univ. III, 309; de opere numismatico cf. A. E. lips 1718 p. 385—392; J. des Sav. LXIV, 48—60; 155—169.

demiae cancellarius n. 1694 Villagarciae, *Idatii episcopi chronicon* correctionibus, scholiis et dissertationibus (3) illustravit, quod edidit F. X. de Ram, s. theologiae et ss. canonum doctor, collegii historici regii belgii socius, Bruxellis 1845 in 8. et etiam in Migne patrol. lat. 74, 675—844. Decessit Garzon 15. Jun. 1762. — Maurus Franc. Dantine (d'Antine) O. S. Ben. congr. s. Mauri n. 1. Apr. 1688 in dioecesi leodiensi, munus in se suscepit curandi cum Petro Carpentier novam editionem *Glossarii* Ducangii (p. 483), de qua jam Guesnié († 1722), cum Ludov. le Pelletier († 1733), dein Nic. Toustain († 1741) solliciti fuere. Ea prodiit Parisiis 1733-36. t. 6 in f., Venetiis 1737; Basileae 1762, quibus Carpentier, ut ib. diximus, t. 4 supplementum adjecit. Dantine edidit quoque *Les Pseaumes traduits sur l' Hébreu* avec des notes (bonis), Parisiis suppresso nomine 1739 in 8; 1740 ed. 3. Magnam quoque partem habuit in opere doctissimo *L'Art de vérifier les Dates,* de quo alias; composuit tabulas accuratas chronologicas et calendarium perpetuum, regulasque tradidit rite computandi aetatem diplomatum atque monumentorum historicorum [1]). Decessit 3. Nov. 1746. Dolendum quod adhaeserit appellantium factioni, propter quod Parisiis secedere coactus fuit.

[1]) Cf. Tassin II, 356—73; Biogr. univ. X, 507; Tüb. Qtlschrift 1833 p. 36; Biogr. nat. de Belg. IV, 671.

VI. Theologia practica.

730. Inter innumeros, qui theologiam *practicam* excoluerunt, dignissimus est, qui non solum propter loci fastigium, sed etiam propter doctrinae excellentiam primus nominetur, Benedictus XIV. Natus est Prosper Lambertini ut prius appellabatur, Bononiae 31. Mart, 1675 ex marchionum Lambertinorum gente, quae per octo sec. inter bononienses nobilitate, gloria, militia literisque et vetustate in primis floruit. Jam a prima aetate inter aequales ingenii dotibus et addiscendi facilitate ita excelluit, ut optimam de se faceret spem. Romae (1688) in Collegio clementino rhetoricae, philosophiae et theologiae operam dedit. Dein juri canonico impense studuit tantoque profectu, ut jam a 1694 theologiae et legum lauream sibi promeruerit. Ut se in omni jurisprudentia magis excoleret, causidicum egit magna prudentia integritatisque fama. Clemens XI. eum advocatum consistorialem constituit, a. 1708 promotorem fidei, postea 1712 canonicum basilicae vaticanae et anno sequenti praelatum domesticum. Congregationibus rituum, immunitatis et residentiae assessor, et congregationi concilii tridentini secretarius addictus fuit, quibus in muneribus per viginti omnino annos exercitatissimus clarisimum sibi nomen promeruit. Benedictus XIII. illum tanti fecit, ut eum suum doctorem appellaret eoque multum uteretur occasione concilii, quod Romae (1725) celebravit, et in causa Quesnelli. In praemium tantae doctrinae atque industriae, quam ubique prae se tulit, eum prius Theodosiae, dein Anconae episcopum (1727) dixit, imo jam a 1726 inter cardinales in pectore reservavit, et 30. Apr. 1728 promulgavit. A Clemente XII. ad sedem bononiensem translatus fuit ingenti gaudio civitatis suae patriae. Saepius suam dioecesim lustravit, cleri reformationem verbo et opere promovit restaurato in primis in meliorem formam seminario, cui insignes dedit professores.

Missiones passim in urbe et per universam diocesim habere praecepit, eisque praefecit Leonardum a Portu Mauritio, qui postmodum inter sanctos relatus fuit. Curae tamen pastorales eum non impedierunt, quominus quotidie plures horas studiis impenderet, ut testantur doctissima ejusdem opera. Defuncto 6. Febr. 1740 Clemente XII., post diuturnum conclave ipse demum 17. Aug. praeter omnium exspectationem unanimi Cardinalium suffragio in pontificem electus est. Praetermissis ejus in pontificatu gestis, quae spectant magis ad historiam ecclesiasticam, illud tantum memorabimus, eum licet tot curis sollicitudinibusque obrutum, a studendi fervore non remisisse, sed quidquid temporis negotiis ecclesiasticis suffurari potuit, illi indulsisse. Hinc tot prodiere ex ejus calamo eruditissimae simul et utilissimae epistolae, constitutiones, allocutiones, responsa. Studia etiam Romae institutis variis academiis promovebat, viros doctos fovebat eosque ad opera magnae utilitatis edenda excitabat. Bibliothecam vaticanam et bononiensem codicibus msc. rarissimis locupletabat. Hunc in finem Assemanum ad conquirendos antiquos Orientis codices ad omnes regiones, ubicunque ejusmodi antiquitatis literariae thesauri detegi possent, emisit. De emendandis edendisque libris liturgicis, ut euchologio graecorum, latinis ritualibus, pontificali et martyrologio[1]), indice ll. prohibitorum admodum erat sollicitus, de restaurandis ecclesiis, de promovenda cultus divini dignitate et majestate. Operam suam contulit, ut fundaretur Berolini ecclesia catholica s. Hedwigis. Quotidie vespere conversabatur cum viris doctis; singulis feriis secundis interfuit eruditorum academiae, in qua disserebatur de quaestionibus historiae ecclesiasticae, juris canonici et liturgiae. Vel penes protestantes illustre erat Benedicti nomen[1]). Magna erat ejus liberalitas erga egenos, ad quorum inopiam sublevandam quidquid in pontificiis horreis reperiebatur frumenti funditus exhausit; imo quondam cum adhuc esset archiepiscopus, et omnia jam essent distributa, crucem pretiosam e collo pendentem vendere jussit ad juvandos pauperes. Tempore jubilaei 1750 ecclesias et nosocomia invisit, ut ad Gregorii M. exemplum pauperibus pedes lavaret, eis ad mensam serviret illosque larga stipe donatos recrearet. Non raro ex suo palatio ad pauperes vel peregrinos, qui quotidie in ejus foro nutriebantur, descendit ac inter eos sedens illos salutari doctrina, eleemosyna et solatio pavit. Ab omni nepotum suorum affectu alienus erat; nullius cognati fortunas auxit, atque id tantum permisit ut duo pronepotes in collegio clementino instituerentur, sed tam modeste, ut vix romanos mediocris fortunae nobiles cultu aequaverint. Decessit tantus pontifex 3. Maji 1758 a. aetatis 83.

---

[1]) Cf. hist. pol. Bl. 117, 479 ss.: Contin. H. F. Fleurii l. 238 § 4.

[1]) Ita ex. gr. in actis erud. lips. 1749 pag. 1. ratio redditur recensionis de editione operum omnium Benedicti XIV: „Nos pro pietate literatissimo principi debita, laudatissimi hujus instituti in gloriam et maximi Pontificis et literarum suscepti, rationes exponemus, tanto majori cum voluptate hoc labore defuncturi, quo justius eximamus, quidquid in literis summum et egregium magnus ille Italiae sacrae arbiter praestitit, omni, si qua futura est, posteritati studiosissime commendari. Tanta Benedicti XIV. in literas sunt merita, tanta est doctrina, qua ut in omni pene studiorum genere, ita in rerum sacrarum maxime historia, mirifice excellit, dignitas et amplitudo, ut nulla sit provincia, nulla civitas, nec academia ulla aut societas, quae non maximum hunc Ecclesiae romanae rectorem eo nomine in coelum usque laudibus efferat, et in eo praedicando quendam quasi principatum affectet.“ Cf. etiam verba in seqq. annot. afferenda.

731. Ejus opera prodierunt Romae 1747—1758 t. 12 in 4; 1783—92 t. 24 in 22 v.; Venetiis (Bassani) 1767 t. 15 in 7 v. in f.; 1788; Prati 1839 1846 t. 17 in 18 v.; 1852 t. 28 in 4. (l. 180). Ea praecellunt doctrinae soliditate, praesertim in canonica civilique jurisprudentia, historia, in sacris ritibus et traditionibus ecclesiasticis[1]). Hoc vero ordine disponuntur (in ed. veneta magis completa): T. I—V. (V. est rerum index) *de servorum Dei beatificatione et beatorum canonizatione*[2]) ll. 4, Bononiae 1734—38 t. 4 in f.; Patavii (paucis demptis, inconsulto ut videtur auctore) 1743. 1745 t. 5 (cum op. de festis et sacrificio missae); Venetiis (Bassani) 1766 t. 7 in 5 v. — T. VI. continentur *acta et decreta* de sanctis ab ipso canonizatis; t. VII. *supplementa* et adnotationes ad praecedens vol.. necnon acta canonizationis ss. Fidelis a Sigmaringa, Camilli de Lellis, Petri Regalati, Josephi a Leonissa et Catharinae a Riccis. — T. VIII. *d. ss. missae sacrificio,* Romae 1748; Bassani 1766: Patavii 1768 etc., quem tractatum denuo edidit multisque annotationibus auxit Jos. Schneider Moguntiae 1879 ed optima. — T. IX. *de festis D. N. J. Christi et b. Mariae V.*[1]) ll. 2 (quibus accedit l. 3. de aliquibus sanctis), prius italice, Bononiae 1740 t. 2; Patavii 1747 in 8., latine redditi a Mich. Angelo Giacomelli cum priori tractatu, Patavii 1745; Bassani 1766; Bruxellis 1866 in 12.— T. X. complectitur *institutiones ecclesiasticas,* quas ediderat dum esset archiepiscopus bononiensis in utilitatem suae dioecesis; prius italice, Bononiae 1731 et 1735 t. 5 in 4; eas latine reddidit Ildephonsus[2]) a s. Carolo schol. piar., Romae 1747; Venetiis 1751. — T. XI. et XII. continent opus classicum, omni eruditione refertum et cuilibet viro eclesiastico utilissimum, quod archiepiscopus coepit, sed pontifex edidit: *De synodo dioecesano* ll. 8, Romae 1748 in 4. cura P. Em. de Azevedo[3]); Patavii 1748. L. I.

[1]) Cum nulla fere sit pars theologiae practicae quam doctissimus Pontifex doctrina sua non illustraverit, hinc Fridericus a Jesu O. Carm., bavarus, composuit *Universam theologiam moralem* tripartitam ex operibus Benedicti XIV. necnon casibus conscientiae de mandato ejus propositis ac resolutis collectam et doctrinis s. Thomae Aq. accommodatam et illustratam pp. 3, Augustae Vind. 1780 in 8.

[2]) Cf. de hoc op. Mém. de Trév. 1735 a. 63 p. 1158—77; a. 75 p. 1386—1404; a. 102 p. 1982—2018; 1736 a. 100 p. 2117—47; A. E. lips. 1740 p. 577—94; 1741 p. 12—16; 433—54; 1742 p. 145—156, quae prolixam recensionem ita absolvunt: „Delibavimus universa, lectoribus cetera permittentes et summopere laudantes opus universum, omni laudum genere dignissimum, aut quod verius dici potest laude omni majus.“ Baudeau edidit *Analyse de l'ouvrage* de Bénôit XIV. sur le béatification et canonisation approuvé par lui même, Parisiis 1761 in 8: ét Josephus d'Audierne O. Cap. provincialis scripsit: *Lettres curieuses* utiles et Theologiques sur la Béatification des Serviteurs de Dieu et la Canonization des Béatificés ou abrégé du grand ouvrage de Bénôit XIV. sur la même matière 1759—63 t. 5 in 12. Cordara tamen scribit (ap. Döllinger Beitr. zur pol. kirchl. u. Culturgesch. III, 12): „Budriolio propter singularem in causa SS. experientiam multum tribuebat (Benedictus XIV.) eoque perfamiliariter utebatur. Nec ex vano creditur opus illud magnum de Canoniz. SS. Budriolii totum esse.“ Porro Andreas Budrioli S. J. Foroliviensis (n. 22. Dec. 1679; † 4. Sept. 1763) plura reliquit quae spectant ad canonizationem SS. Aloysii, Jo. Berckmanns, A. Corsinii.

[1]) Liber de *festis b. Mariae V.* seorsim prodiit Dilingae 1754 in 16. Cf. de hoc et praecedenti opere A. E. lips. 1747 p. 193—206, quae animadvertunt, auctorem „tam copiose, tam docte, tam luculenter agere, ut quaecunque apud veteres recentioresque scriptores ad illas res pertinentia reperit, ea fere omnia congesta et bene disposita huc conjecisse videatur.“

[2]) Hic Ildephonsus familiae nomine Tarditi dictus gente pedemontanus Monte Regali 1704 n. († 30. Nov. 1790) scripsit etiam latine stilo prorsus eleganti *vitam* card. Bonae. Cf. Horányi II, 737.

[3]) Magni hunc virum fecit Benedictus eo utens in edendis operibus suis. Azevedo

notiones quarum usus tractationi est proprius exponuntur; 2. de iis, qui synodum dioecesanam cogere possunt, ex jure disseritur: 3. agit de vocandis ad synodum, de ordine sedendi et de sacris vestibus pro dignitate cujusque adhibendis; 4. inscribitur de officialibus seu ministris synodi, suam nimirum operam synodo praestantibus, aliisque qui pro futuris eventibus in synodo eliguntur: 5. gerenda in synodo complectitur; libro 6. de constitutionibus in dioecesana synodo edendis earumque conscribendarum methodo disputatur; 7. de constitutionibus synodalibus quam copiosissime disseritur; 8. adjiciuntur ea, quae ad synodum dioecesanam pertinent [1]). In posterioribus editionibus opus divisum fuit majoris ordinis gratia in tredecim ll. ac notabiliter auctum, ut in ed., quae prodiit Romae 1755 in f; Ferrariae (Patavii) 1756. — T. XIII. et XIV. continent *quaestiones canonicas et morales* in materiis ad s. concilii congregationem spectantibus, a Benedicto XIV. propositas et discussas, dum munus secretarii ejusdem congregationis obiret. — In t. XV. exstant *opuscula miscellanea* nunc primum edita atque in unum corpus collecta, ut ex gr. disquisitio de indulgentia portiunculae; de s. Pulcheria V. imperatrice historica monumenta, plures allocutiones et aliquot epistolae. Accedit ejus *Bullarium* t. 4, Venetiis 1768 in f., quod non canonicae modo jurisprudentiae, sed etiam sacrae antiquitatis et rei ritualis refertissimum quoddam promptuarium haberi jure ac merito debet [1]). *Acta Benedicti* XIV (414) sive nondum sive sparsim edita nunc primum collecta cura Raph. de Martinis congreg. M. Pres. Neapoli 1894—95 t. 2. Heiner publicae luci dedit *Inedita* Friburgi 1904, scil. 1 de ritibus quae intersit differentia inter latinos et graecos; 2. de festis apostolorum; 3. de sacramentis (haec duo italice).

732. Jus canonicum integrum vel saltem ex parte tradiderunt ex *italis:* Vincentius de Sacchis (Sacco) Bononiensis, n. 14. Maji 1681, juris utriusque doctor jam a. 1701, juris civilis professor (1709) insignis, quem magni fecerunt Clemens XII. et Carolus VI. imp., qui eum comitem creavit, necnon et senatus bononiensis aliique principes († 5. Mart. 1744). Inter ejus opera huc spectant [2]): *Introductio ad studium utriusque juris:* ubi de multiplicis juris significatione ac ejus origine; de libris, in quibus utrumque jus continetur; de modis interpretandi et exponendi leges,

---

enim curavit editionem omnium operum romanam t. 12 in 4. constantem. Romae 1747—51, et plura ejusdem opera in compendium redegit; ita opus de servorum Dei beatificatione et beatorum canonizatione cum synopsi de missae sacrificio. Romae 1747 t. 2; 1749 in 4; 1757; Bruxellis 1840 in 4. etc., qua synopsi, teste Zaccaria, nil accuratius; *doctrina de sacrosancto sacrificio missae* tam in IX. op. vol., quam in aliis sparsim traditam, Romae 1749 in 4: 1754; *de festis D. N. J. Christi* etc., institutiones ecclesiasticas et de synodo dioecesana cum praecedentibus, Venetiis 1790—92 t. 5 in 4; demum *opera omnia* Benedicti XIV. (etiam bullarium) ab eo in synopsim redacta, Neapoli 1854—58 t. 6 in 8. cura P. Cappola.

[1]) Cf. acta erud. lips. 1750 p. 97—121, quae conspectum prolixum ita absolvunt: „Nostrum est, lectores sitim restincturos ad opus ipsum ablegare, peritia juris canonici, historiae ecclesiasticae copia, lectionis multijugae ubertate, ac rebus ad propositum pertinentibus et scopo accommodatis adeo affluens, ut nihil supra fingi possit vel excogitari.“ J. des Sav. CLI, 176—92; Zaccaria Storia Lett. XIII, 93 ss.

[1]) Cf. Fantuzzi, Notizie degli Scrittori Bolognesi II., 64—74. Kraus Benedict XIV. *Briefe* an den Kan. P. Fr. Peggi in Bologna (1729—58) nebst Benedicts *Diarium* des Conclave 1740 ed 2. vermehrt mit Flam. Scarelli Biogr. des Papstes und einer Bibliographie seiner Werke, 1888 ed. 2; Merenda Memorie del Pontificato del P. Benedetto XIV.

[2]) Cf. Fantuzzi VII, 249—53.

Bononiae 1711 in 12; *institutiones juris canonici* ll. 4, ubi de personis, rebus, judiciis civilibus et criminalibus 1713; 1722 in 12., cum priori 1741 et alibi. — Joannes Jacobus Scarfantoni Pistoriensis n. 12. Sept. 1674, juris utriusque doctor, capituli patrii praepositus et vicarius generalis erat (1727). Suavissimis moribus, insigni virtute et doctrina eximia illustris, aliquoties ad episcopales honores postulatus fuit, sed eos modeste recusavit († 27. Dec. 1748). Edidit praeter alia [1]) *animadversiones ad lucubrationes canonicales Francisci Ceccoperii,* Lucae 1723—37 t. 3 in f.

733. Plures et celebriores sunt *germani*[2]). Cherubinus Mayr O. S. Fr., Suevus n. 11. Apr. 1694, notarius apostolicus, theologus et confessarius archiepiscopi salisburgensis, composuit opus eruditum, utile et a juris peritis laudatum, quod inscripsit *Trismegistus juris pontificii* sive institutiones canonicae secundum ordinem ll. 5 decr. Gregorii IX., Augustae Vind. 1742—51 t. 5 in f. T. 4. adnexus est tr. de dispensationibus matrimonialibus. Rationem etiam habet juris civilis et legum recentiorum imperii circa res ecclesiasticas. — Remigius a S. Erasmo Maschat O. Schol. piar. Bohemus (n. 1692), theologiae et juris canonici professor, insignis musicus et religiosus exemplaris († 1747), praeter opera philosophica, historica et minora quaedam opuscula canonica elaboravit [3])

[1]) Cf. Zaccaria I, 307—10.

[2]) Quibus adde Stanislaum Karg O. S. Franc. Bavarum, theologiae et juris canonici per 20 annos lectorem († 1747), cujus exstat *Manuale theologicum canonico-legale practicum* in 5 pp. divisum, Augustae Vind. 1738 in 8. — Meinradum Schwarz O. Min. (n. 1690; † 1745), qui collegium universi juris canonici L. Engel (p. 259) in *manuale* redegit, Friburgi 1728, et commentarium scripsit *in regulas juris* in Sexto 1730.

[3]) Cf. Horányi scriptores schol. piar. II, 312—18.

cursum juris canonici, Znoymae 1735 t. 2 in 4; iterum inscriptum: *Institutiones canonicae* e novissimis pontificum constitutionibus, summariis decretalium omnium correctioribus, ex posteriore jure et conc. tridentino collectae, bullarum ad ejusdem conc. decreta spectantium compendio auctae atque illustratae ab Ubaldo Giraldi a s. Cajetano ex iisdem scholis piis, 1759 t. 2 in 4; Ferrariae 1760 in f.; Augustae Vind. 1762 in f.; Florentiae 1854 t. 4 in 4; *R. Maschat a s. Erasmo et Joannis Walbrecht a s. Antonio e scholis piis resolutiones quaestionum* amplius DC in utroque jure controversarum nunc primum in unum collectae per P. Donatum Hoffmann a Transfiguratione Domini ex iisdem scholis piis pp. 2, Venettis 1764 in f. *Collationes theologicae* super difficilioribus ss. Scripturarum locis VIII, s. l. et a. — Thomas Schmitz O. S. Ben. n. in vico Brauweilerano haud procul Agrippina 24. Jan. 1691. theologiae et juris doctor erat vere eximius, regens seminarii Brauweilensis et in facultate theologica coloniensi professor († 25. Mart. 1758). Auctor est *medullae juris canonici* secundum titulos in 5 ll. Decr. Gregorii IX. contentos digesta ex antiquis et recentioribus ss. pontificum constitutionibus, conc. tridentini decretis, cardinalium declarationibus, probatis auctoribus, addita suis locis legum civilium et canonicarum expositione Coloniae 1740 t. 3 in 4., quae iterum prodiit inscripta *Collegium universi juris pontificii* ib. 1755 t. 3 in 4; *theologiae scholasticae* ad mentem s. Thomae Aq., ib. 1734 t. 3 in 8. — Apollonius Holzmann O. Min. philosophiae et theologiae lector, guardianus († 1748) reliquit *jus canonicopracticum* secundum ordinem 5 ll. Decr. Gregorii IX. 348 casibus ad singulos cujuslibet l. titulos accommodatis . . . practice illustratum. Campidoniae 1749 in f.; *theologia moralis,* ib. 1737—42 t. 2 in f.

734. Bartholomaeus Lutz S. J. Moguntinus (n. 27. Sept. 1684; † 1756) in universitate bambergensi theologiae et juris canonici professor, edidit *ingressum jurisprudentiae* in jus ecclesiasticum universum, Bambergae 1727 in 8; *jus ecclesiasticum universum* ex ll. 5 Decr. Gregorii IX. secundum praecipuas difficultates per asserta et responsa theologico-tridentino-canonica ad casus canonicos ex decretis SS. PP., responsis s. congregationis em. card., decisionibus rotae rom., edictis imp. etc. propositas et resolutas, ib. 1727 in 4. — Lucius Bertholdus Pistori O. Praem. Hochstadii n. 11. Apr. 1684, ss. canonum interpres († 27. Febr. 1748) typis dedit *crisin canonicam* in universum jus pontificium, 1730. — Daniel Antonius Schindler O. Praem., ecclesiae siloensis (a. 1712) abbas XLIII. n. 2. Jul. 1678 Jablonae in Bohemia, philosophiae, theologiae et juris canonici lector, legati caesarei in tractatu pacis ultrajectino et in comitiis ratisbonensibus theologus, vicarius generalis per Bohemiam et Moraviam. Ex humilitate abbatia cedens, eremum solitudinemque petiit, ubi jejuniis orationibusque vacans pie in Domino decessit 9. Jun. 1754. Scripsit inter alia: *Vestigium in via maris* i. e. juris canonici post emensum universum juris pontificii oceanum ex nonnullis occasione regularum juris in V. decr. Gregorii IX. resolutionibus compilatum, Pragae 1721 in f. — Laurentius Vigilius de Nicollis Tridentinus, protonotarius apostolicus, archiepiscopis moguntino et salisburgensi a consiliis († 1744), composuit *praxim canonicam* seu jus canonicum casibus practicis explanatam et illustratam. Accedit praxis curiae romanae in materia beneficiaria, matrimoniali, datariae, cancellariae ac poenitentia Salisburgi 1729 et 1732 in f.; *praxis moralis,* qua parochi et confessarii solide et succincte instruuntur, Augustae Vind. 1737 in f.; *annotationes theoretico-practicae* ad tr. de decimis Jo. P. Monetae congr. reg. s. Pauli; cui accedit centuria s. rotae romanae decisionum recentissimarum materiam decimarum illustrantium, ib. 1737 in f.; *origo et praxis* s. rituum et caeremoniarum ecclesiasticarum, ib. 1732, opera pro praxi utilia, in quibus apte collecta et disposita proponuntur, quae dispersa per aliorum opera reperiuntur recentiorumque decretorum et decisionum romanorum ratio habetur. — Antonius Hochkirchen O. S. Aug. s. theologiae doctor et juris canonici, professor, reliquit *elementa juris pontificii* sive expositionem regularum juris canonici, Brunae 1727 in 4; *syntagma juris ecclesiastici universi,* i. e. succincta, limata et perspicua expositio omnium titulorum, qui in 5 decr. ll. continentur, Leodii 1762 t. 3 in 4; diss. polemica *de jure naturali, divino et humano,* Brunae 1728; *ethica christiana* sive orthodoxa juris naturalis et gentium prudentia, Trajecti ad Mosam 151 t. 2 in 4.

735. Ex *Hispanis* Petrus Murillo Velarde (n. 6. Aug. 1696; † 30. Nov. 1753), juris canonici et s. theologiae professor in academia manilana in insulis philippinis, elaboravit *cursum juris canonici,* hispani et indici, in quo juxta ordinem titulorum Decretalium non solum canonicae decisiones afferuntur, sed insuper additur quidquid in Hispaniae regno et Indiarum provinciis lege, consuetudine, privilegio vel praxi statutum et admissum est, Matriti 1743 in f.; 1791 t. 2 in f. ed. 3. notis et constitutionibus Benedicti XVI. illustrata et aucta cura et studio D. Joannis Martini a Villanueva. — Ex *Lusitanis* Ludovicus Cajetanus Lima cler. reg. O. Theat. Olisiponensis (n. 1671; † 5. Jun. 1757 a. religionis 70.), qui apud omnes magna auctoritate fruebatur, reliquit pariter *jus canonicum* juxta ordinem Decretalium Gregorii IX. dilucide accurateque explicatum cum interpretationibus et

animadversionibus tam veterum quam recentiorum canonistarum, Olisipone 1754. 1755 t, 2 in f.; morte praeventus reliquos tres tomos absolvere non potuit.

736. Ab his sejungi nequeunt qui *Decretalium libros* commentariis vel dissertationibus illustrarunt, ut Joannes Baptista Argiro, insignis advocatus romanus, in disceptationibus ecclesiasticis selectioribus utilioribusque juris canonici seu in *theatro juris* ad nonnullos titulos decretalium, Romae 1742 t. 4 in f. — Franciscus Maria Ricci O. S. Ben. in monasterio s. Pauli de Urbe, Romanus, ss. canonum in brixiensi gymnasio professor, editis *positionibus ex ll. decretalium* Gregorii IX., Brixiae 1725—28 t. 4, quae rarae sunt. — Antonius Seraphinus Camarda O. Praed. Messanensis, Benedicto XIII. a confessionibus, episcopus reatensis († 28. Maj. 1754) exhibuit *Rom. pontificum decretalium* a 1—6 l. synopsim accuratam et planam, qua exhibentur tituli ll., capitula singula et pro re nata praeceptoris angelici doctrina illustratur; subjicitur juris canonici regularum explicatio, Romae 1715; Reate 1737 in f.; *Constitutionum apost.* una cum caeremoniali gregoriano et pertinentibus ad electionem papae *synopsis* accurata et plana, necnon elucidatio omnium fere difficultatum, quae evenire possunt circa electionem R. P., ib. 1732; 1737 in f. — Nicolaus Garcia Hispanus († 1745) reliquit *commentarium in decretales,* Hispali 1730 in f. — Marianus Antonius Hermann O. Praem. Bohemus n. 25. Sept. 1675, novitiorum magister, dein philosophiae, theologiae ac juris canonici professor, demum 9. Martii 1711 abbas strahoviensis et (1712) vicarius generalis per provincias caesareas († 19. Oct. 1741), edidit *selectas quaestiones* canonico-theologicas ex ll. (1—4) decretalium excerptas et resolutas, Pragae 1705—8 t. 4 — Thaddaeus Franciscus Schwaiger (Schweiger) pariter ord. Praem. Bohemus, Presnicensis, magister novitiorum, in collegio archiepiscopali pragensi philosophiae, juris canonici, demum theologiae speculativo-dogmaticae professor, protonotarius apostolicus († 10. Nov. 1743) edidit[1]) *selectarum quaestionum analecta* ad varios titulos ll. decr. Pragae 1728—34 t. 10; *de sigillo* confessionis sacramentalis, ib. 1736; rotulus *de conciliis oecumenicis,* quo in l. praesertim conc. tridentini legitimitatem et auctoritatem tuetur adversus Sarpi, Molinaeum, Gentiletum, Chemnitium, ib. 1740; *de jure et justitia* ad 2. 2. q. 59 Summae s. Thomae, ib. 1734; *de communione eucharistiae sub utraque specie,* ib. 1738; *Zodiacus philosophicus* seu quodlibeticum decisionum, controversiora philosophiae dogmata universamque conclusionum summam complectens, ib. 1725 in 4. — Antonius Gassmann O. S. Aug. († 1741), collegit *viam lacteam* seu examen juris canonici per quaestiones selectiores, rariores et difficiliores ad V ll. Decr. ex s. Scriptura, pro canonistis et theologis, Erfurti 1707. — Franciscus Makas (Macasius) S. J. Bohemus, theologiae moralis in academiis wratislaviensi et olomucena professor († 10. Maj. 1753), praeter *manuale theologico-canonicum de matrimonio* quaestionibus et resolutionibus compendiose deductis expositum, Olomucii 1731 in 8., jus canonicum *commentariis in 5 ll. Decr. Gregorii IX.* illustravit, Pragae 1749 t. 5 in 8. et 2 in f.

737. Rupertus Starch O. S. Ben. in monasterio admontensi (n. 1700: † 1760), juris utriusque doctor et ss. canonum in univertitate salisburgensi professor, edidit tr. *Judex ecclesiasticus ordinarius* ad tit. XXXI. l. 1. Decr. de officiis et potestate judicis ordinarii cum concurrentibus, Salisburgi 1748 in 4.,

[1]) Cf. Goovaerts II, 163 s.; Schulte III, 174; Wurzbach XXXII, 357.

in quo judicis ecclesiastici jura, dignitatem et amplitudinem ea stili puritate, doctrinae praestantia ac sacrae eruditionis copia propugnavit, ut se in canonicis et polemicis vere versatum probarit. — Oddo Scharz O. S. Ben. in monasterio cremofanensi, n. in oppido Scharnstein Austriae superioris 11. Nov. 1691, juris canonici in academia salisburgensi professor (1733) et rector magnificus (1741—44; † 16. Jan. 1749), cujus est[1]): *Norma legalis* sive l. I. decr. Gregorii IX. .. a famosi cujusdam doctoris acatholici (Just. Henning. Böhmer) calumniis vindicatus, Salisburgi 1737 in 4; *l. II. Decr.*, ib. 1736; *tr. juridicus ad l. III. Decr. Gregorii IX.* clericorum in communi necnon praelatorum ac capitulorum in specie obligationes et jura complectens p. 1., ib. 1738; *tr. exegeticus ad l. III. Decr.* contractus in specie exponens p. 2., 1739 in 4; *tr. exegeticus ad l. III. Decr.* materiam successionis testamentariae ac legitimae, necnon parochorum, regularium et patronorum jura aliaque ad rem liturgicam spectantia complectens p. 3., ib. 1740 in 4. — Placidus Boeckhn (Boecken) filius Jo. Casparis B., de quo supra egimus p. 1049, O. S. Ben. in monasterio s. Petri Salisburgi Monacensis n. 13. Jul. 1690, qui in monasterii negotiis Romae commorans (1718—20) in primis juris canonici studium excoluit, dein in academia salisburgensi illud exposuit (1721—33) Benedicto Schmier in cathedra succedens; ab a. 1733—41 theologiam et exegesim docuit simul procancellarii (1729—41) et quator archiepiscoporum consiliarii munere fungens († 9. Febr. 1752). Ipse in primis ex illis fuit, qui liberioribus opinionibus ex quodam Muratorii libro haustis nimio forte et minus prudenti fervore se opposuerunt (cf. p. 1488); hinc gratia archiepiscopi excidit atque cathedrae renunicare debuit. Postquam plura in decretalium ll. seorsim edidit, ea simul compacta in lucem emisit sub inscriptione *commentaria in jus universum* sive in 5 ll. decretalium, Salisburgi 1735—39 t. 3 in f.; Parisiis 1776 t. 3 in f.; t. 3. adjectus est tr. de praescriptionibus: opus admodum utile[1]); *quaestiones miscellaneae* ex jure publico canonico, Salisburgi 1731 in 4., opus rarum et pariter utile. — Marcus Kloz Ord. Min., theologiae lector et praepositus provinciae Austriae († 1763), collegit *jus canonicum universum theorethico-practicum* in 5 ll. Decr. Gregorii IX. ex variis probatissimis auctoribus, Augustae Vind. 1742 t. 5 in 4. — Denique Theodorus M. Rupprecht O. Serv. b. M. V., theologiae et ss. canonum lector († 26. Jul. 1763), scripsit *notas historicas in universum jus canonicum* (scil. ad titulos decretalium) rationibus consentaneis adsertas, quaestionibus historico-critico-dogmatico-scholasticis illustratas et munitas, Pragae t. 4 in 2 v. 1751. 1755 in 4; Venetiis 1764 t. 4 in f.; Coloniae 1787 in 8. Notas tam prolixas vix quisquam antea edidit. Pandectas dixeris historiae ecclesiasticae, juris canonici et theologiae polemicae[2]).

738. Argumenta et *quaestiones speciales* tractarunt[3]): Bernardinus

[1]) Cf. Hagn das Wirken der Benedictiner-Abtei Kremsmünster p. 83. 205.

[1]) Cf. Ziegelbauer III c. 4 § 39, ubi ejus legitur elogium; Baader gel. Baiern 111 ss.; suppl. ad A. E. L. III, 481—91.

[2]) Cf. A. E. lips. 1757 p. 150—55.

[3]) Praetermittimus Josephum Mariam Bolzoni Parmensem (n. 22. Maji 1668; † 11. Maji 1753), de quo cf. Pezzana, Memorie degli Scrittori e Letterati parmigiani VII, 44. — Alexandrum Hammer juris professorem Bambergae, de quo cf. Adelung II, 1770. — Casparum Callenberg S. J. († 1724). — Fr. Ventura, qui disseruit *de jure patronatus*, Pisauri 1743. — Joannem Bapt. Garrido O. S. Ben., cujus *concordia praelatorum.* tr. duplex de unione ecclesiarum et beneficiorum, de exemptione personarum et ecclesiarum tum pontificia tum regia, vel de imme-

ab Angelis O. Carm. Bavarus[1]), ss. canonum lector, qui edidit praelectiones isagogicas theologico-canonico-legales *de praecognitis principiis et natura juris legalis* scholastica methodo concinnatas, Pedeponti 1748 t. 2 in 4. — Carolus Polini[2]) s. Martini abbas († 1756) disputavit *de juris divini et naturalis origine*, Brixiae 1750 in 4. 1761, contra quem scripsit Jo. B. Aimici. — Franciscus Kunics S. J. Hungarus, philosophiae et theologiae professor (n. 8. Aug. 1697; † 26. Oct. 1763), *regulas juris canonici* exposuit, Cassoviae 1741 in 4. — Antonius Soell S. J. Tirolensis, juris canonici in academia dilingana et oenipontana professor († 2. Aug. 1741), cujus sunt quaestiones canonicae *de tributis*, quibus causae ad justitiam tributorum requisitae tum exemptiones ecclesiasticorum, tum laicorum obligationes eadem solvendi explicantur, Dilingae 1719 in 4; *de judiciis causarum civilium* sive tr. canonico-legalis ad judicem ceterasque personas ad judicium concurrentes et universim ad judium civile rite inchoandum, prosequendum ac finiendum pertinentia jura una cum usitatioribus actionibus explicans atque idoneis ad praxim fori tam sacri quam profani quaestionibus illustrans, ib. 1720 in 4; *de praescriptionibus* tr. canonico-civilis universam materiam de praescriptionibus complectens, 1722 in 4; *scientia legum* quaestionibus ad legem positivam et naturalem, ad quasdam selectas de variis legibus et statutis controversias pertinentibus illustrata, 1724 in 4; tr. theorico-practicus *de decimis novalium*, Oeniponti 1738 in 4. — Josephus Seybold S. J. Bavarus a. 25 juris canonici in universitate oenipontana professor (n. 4. Mart. 1672; † 3. April 1743) disputavit de Dicaeomachia sive erotemata proposuit juridico-polemica *de jure et justitia certaminum et bellorum*, Oeniponte 1714 in f.; Respublica christiana sive erotemata christiana-politica *de republica* ... ex jure naturali et gentium, divino et humano, canonico et politico, publico et privato, ib. 1718 in 4; tr. *de prudentia et jurisprudentia*, ib. 1727; *Physionomia officiorum* sive lex naturalis explicata per erotemata et apocrimata de officiis, ib. 1733. — Anselmus Franciscus Ernst n. 1684 Aschaffenburgi, juris doctor et juris canonici in academia moguntina professor, archiepiscopi officialis († 17. Oct. 1755), plurimas (43) diss. ad jus civile in primis spectantes reliquit[1]). — Beda de Schallhammer O. S. Ben. in monasterio wessofontano, n. 10. Jun. 1684 Teissendorfii, juris utriusque doctor, ss. canonum interpres Salisburgi et a. 1743 abbas († 20. Maji 1760), varia quoque scripta edidit[2]). — Veremundus Gufl O. S. Ben. in monasterio prüfeningensi n.

diata regis protectione, Matriti 1754 prohibita fuit a Benedicto XIV. a. 1746. — Timotheum Raisky S. J. Bohemum, theologiae professorem (n. 1700; 3. Jul. 1761), de quo cf. Wurzbach XXIV, 290. — Dominicum Nicolaum Escolanum jurisconsultum gaditanum, de quo cf. Roskovány VI. 642. — Georgium Joseph Wagner Heiligstadiensem juris civilis professorem (n. Jan. 1684; † 1752), cujus dissertationes canonicas Schulte III, 168 a diligentia laudat. — Joannem a s. Vladislao, de quo cf. Schulte III, 774. — Andream Ruedel S. J. Bambergensem, qui Heidelbergae, Bambergae, Fuldae atque Wirceburgi alias atque alias professus est disciplinas (n. 10. Sept. 1706 † 11. Maj. 1759), cujus exstant plures disputationes, quas cf. apud Sommervogel VII, 308—11.

[1]) Alius ab eo est Bernardinus a s. Angelo O. Carm. neapolitanus rigidissimae regularis observantiae custos, magister novitiorum († 1722 juxta Fleurii H. E. contin. l. 221 n. 92) cujus est *Arbor scientiae boni et mali*: opus theologicum, morale, mysticum, dogmaticum, catecheticum juxta mentem angelici doctoris, in quo agitur de virtutibus et vitiis et de praxi ad illarum consecutionem et istorum fugam, Neapoli 1718—22 t. 3 in f.

[2]) Cf. A. E. L. 1751 p. 245—52.

[1]) Cf. Baader, Lexikon I, 47; Schulte III, 168.

[2]) Lindner I, 179.

Merani in Tiroli 2. Jul. 1705, philosophiae scholasticae strenuus erat propugnator, ut liquet ex ejus *philosophia scholastica universa* principiis s. Thomae conformata contra neotericos defensa, experimentorum quoque et matheseos tum purae tum mixtae accessionibus aucta, Ratisbonae 1750 t. 4; Monachii 1753. Simul erat et osor spiritus libertini tunc omnia invadentis: hinc *examen* instituit *theologicum* philosophiae neotericae epicureae, cartesianae, leibnitzianae et wolfianae Regensburg 1760 pp. 2, et inde Honoratus Goehl O. S. B. derivavit *Examen abbreviatum* Kempten 1800 († 13. Jan. 1761). Disputavit[1]) *de crimine usurae*, Ambergae 1748, *de crimine simoniae*, Ratisbonae 1752 in 4; et *defensionem jurium status ecclesiastici* circa temporalia ex principiis juris naturae etc. deduxit, ib. 1757 pp. 2 in 4. opus insigne.

739. Adamus Staudinger S. J. n. 11. Oct. 1696 Bodenhemii ditionis moguntinae, Heidelbergae philosophiae et sacrorum canonum professor († 1762), disseruit *de jurejurando*, Heidelbergae 1728; *de officio judicis ecclesiastici et civilis*, ib. 1738; *de usuris*; *de simonia* 1739; *de renunciatione* 1740. — Petrus Maria Forti S. J. Terranovensis, theologiae scholasticae et moralis professor sacrarumque Scripturarum interpres in academia messanensi († 1754—58), scripsit *de judice conservatore regularium* tr. canonicum universam conservatoris materiam complectens, Mutinae 1743 in f. — Guilelmus Beusch S. J. Lucernensis, juris canonici in academia dilingana, dein ingolstadiensi professor († 23. Febr. 1743), diseruit pro re nata *de pactis et contractibus in genere* plurimas controversias ex jure utroque tam publico quam privato, Ingolstadii 1736 in 4; etiam in Migne *cursus theologiae* t. XVI; *Prodromum juris controversi*, ib. 1737 in f. — Augustinus Diesbach S. J. Friburgi in Helvetia natus, Dilingae theologiae scholasticae professor († 11. Apr. 1743), disputavit bene *de dominio clericorum* 12 dialogis, Dilingae 1729 in 8.— Franciscus Rauch O. S. Ben. Ottoburanus (n. 22. Febr. 1703; † 28. Jan. 1759), *de irregularitatibus in genere et in specie*, typis ottoburanis 1746 in 4. — Henricus Ledermann O. S. Ben. ad s. Emmeramum, Frisingensis (n. 21. Dec. 1704; † 21. Jul. 1763), *de porta pastorali* ab origine, habilitate, praesentatione, institutione et investitura parochi canonice aperta[1]), Ratisbonae 1754 in 4. — Georgius Fasel Wirceburgensis n. 5. Apr. 1675 O. Praem. in canonia Cella Dei superiori theologiae doctor et sodalium in theologia magister, prior, dein praepositus primum Cellae Dei inferioris, postea in sua canonia (11. Sept. 1738, † 12. Sept. 1747) praeter ascetica proposuit *canonicam ecclesiis viduatis providendi methodum*, Coloniae 1712.

740. Petrus Gohard doctor sorbonicus, archidiaconus et vicarius generalis noviodunensis († 1749), in *Traité des bénéfices ecclésiastiques* et Recueil des bulles, édits, ordonnances,

[1]) Cf. alia apud Lindner I, 243 s.

[1]) Joannes Baptista Furgole advocatus parlamenti tolosani suo tempore celeber, qui tanto fervore studiis incubuit, ut 18 horas per diem illis impenderit (n. 1690; † 1761, secundum Schulte III, 643 a. 1771), scripsit *Traité des Curez primitifs*, où l'on examine leur origine, les différences qui y ont donné lieu, leurs Droits, Prérogatives et Charges; les différens moyens canoniques pour établir leurs droits, la manière de les exercer et les autres questions sur la même matière suivant les Décrets des Conciles, les Constitutions des Papes, les Chartes anciennes, les Ordonnances et Déclarations des Rois et la Jurisprudence des Arrêts; le tout rapporté à la dernière Jurisprudence fixée par la Déclaration du Roi du 5. Oct. 1726 et celle du 15. Jan. 1731, Tolosae 1736 in 4; 1761, etiam inter opera omnia, quae prodierunt Parisiis 1765. 1766 t. 8. Cf. J. des Sav. CX, 209—216; Michaud Bi. un. XV, 299; Quérard III, 225.

déclarations et arrêts des réglements concernant les matiéres bénéficiales et autres qui y ont rapport, Parisiis 1734 t. 3 in 4; 1765 t. 7 in 4. — Ceterum in re beneficiaria plures versati sunt, ita Ducandas canonicus noviodunensis in *Recueil de Décisiones importantes sur les obligations des Chanoines;* sur l'usage que les Bénéficiers doivent faire des revenus de leurs Bénéfices, Novioduni 1746 in 12., opus utile[1]). — Guido du Rousseaud de la Combe parlamenti parisiensis advocatus († 1649) in suo *Recueil de jurisprudence canonique et bénéficiale* par ordre alphabétique[2]), Parisiis 1748; 1755; 1771 in f. — A. M. de Nigris, cujus est tr. *de vacatione beneficiorum* et pensionum ecclesiasticarum, Romae 1741. — De *matrimonio* scripserunt: Didymus Upianus — Antonius Steinsits O. Min. — Franciscus Maria Muscettula ab a. 1717—1738 archiepiscopus rossanensis († 28. Jan. 1746), cujus exstat dissertatio *de sponsalibus et matrimonio parentibus insciis vel invitis* (cum Mazochii annotationibus), Venetiis 1772 in 4. — Georgius Toussaint O. S. Ben. in congr. s. Vitonis, theologiae professor, qui publico dedit tr. dogmatico-practicum *de sacramento matrimonii,* 1739 t. 2. — Josephus Silbermann O. Praem. nobili prosapia 20. Jul. 1707 ortus, theologiae et ss. canonum professor, abbas salvatorensis, tantae pietatis vir, ut quotidiana confessione mundaret conscientiam suam et in sarcophago somnum caperet († 11. Maj. 1756). Scripsit[3]) *matrimonium trino jure absolutum* seu tr. justinianeo-bavarico-canonicum in tit. X. Instit. imper. de nuptiis, Augustae Vind. 1732 in 8. — Joannes Nepomucenus Tropper O. Min. edidit tr. duos, in quibus *impedimenta matrimonii contractum impedientia et dirimentia* ex theologiae et juris fontibus ad utriusque fori usum (addito ad quodvis impedimentum casu ejusque solutione) explanantur, Monachii 1753.

741. De *potestate ecclesiastica*[1]) egregie scripsit Joannes Antonius Bianchi (Blanchius) O. Min. Natus is est Lucae 29. Sept. 1686 et juvenis 17 a. ingressus ordinem Min. Observantium. Romae et Bononiae professus est philosophiam; cui adjunxit quoque studium juris civilis, sacrae profanaeque historiae, imo medicinae et chirurgiae. Etrusce latineque egregie scripsit et dixit. Quia in theologicis et canonicis erat bene versatus, magni aestimabatur a cardinalibus, qui ejus consilio saepe utebantur; ipse Clemens XII. eo usus est ad propugnanda jura sedis apostolicae adversus Sardiniae regem. Cleri romani fuit examinator et a Benedicto XIV. factus est s. inquisitionis consultor. In ipso ordine functus est muneribus provincialis et definitoris. Ejus cubiculum gymnasium et academia

[1]) J. des Sav. CXLI, 310—322.
[2]) Cf. Schulte III, 639; Feller II, 126.
[3]) Gooverts II, 180 s.

[1]) Hoc referri possunt: Michael Casalis, qui insignem apologiam pro juribus rom. pontificis praebuit in *vindiciis juris ecclesiastici* sive animadversionibus in historiam juris publici politici civilis ecclesiastici gallicani ab anonymo auctore (gallice) editam, Romae 1759. — Ludovicus Antonius de Moncade de Belluga Granatensis, pius et sapiens vir, episcopus Carthagenae (1705) et cardinalis († 2. Febr. 1743), de quo cf. Roskovány VI, 678. — Gams Kirchengesch. von Spanien III, 1. 14 c. 1 § 15 ss. — Vivianus de Laborde congr. Or. Tolosanus († 1748), qui secundum principia Gallicanorum scripsit *Principes sur l' essence, la distinction et les limites des deux puissances,* etiam latine s. l. 1753 in 4; proh. 23. Aug. 1753, et iterum speciatim a Benedicto XIV 4. Mart. 1755. Cf. Fleurii H. E. l. 222 § 14 s. et l. 243 § 32. — Joannes B. Sacchetti presbyter florentinus, juris utriusque doctor: *Privilegia protonotariorum apostolicorum* tam de numero participantium nuncupatorum Romae existentium quam honorariorum ubique terrarum degentium cum primaeva eorundem institutione, ipsis non tantum, sed episcopis eorumque vicariis

dici potuit[1]), cum in illud multi quotidie non solum studiosi, quorum sollertem gerebat curam, sed etiam viri docti convenirent. Sermones plerumque versabantur de literis, tamque felix erat Bianchi in reminiscendis, quae viderat et legerat, iisdemque dilucide eleganterque explicandis, ut meditata proferre videretur († 17. Jan. 1758). Adversus Petrum Janonium[2]) jurium ecclesiae hostem noxium (et Bossuet) edidit *Della potestà e della polizia della Chiesa,* Romae 1745—51 t. 6 in 7 v. in 4., opus rarum et eruditionis thesaurus, ideoque Taurini 1854 t. 3 in 4. iterum editum. In prioribus duobus t. agit de potestate Ecclesiae indirecta vel in reges, in reliquis evincit Ecclesiam immunem esse in suorum jurium exercitio a potestatis civilis beneplacito. Diss. *de quarta canonica episcopali* ex piis relictis detrahenda, Lucae 1747 cum vindiciis 1748; adversus Concina: *Dei vizi e dei difetti del moderno Teatro* e del modo di correggerli ed emendarli, Ragionamenti sei di Laurisio Tragiense pastore Arcade in Roma, 1753 in 4.

743. De hierarchia edidit Jacobus Spreng S. J. Eppanensis, Tirolensis, theologiae moralis et scholasticae professor († 20. Jan. 1745), opus inscriptum: *Hierarchia ecclesiastica* theoretico-practicis animadversionibus illustrata, Friburgi Brisgojae 1722 in 8., in quo romani pontificis infallibilitatem tuetur. Alia ejusdem opera sunt: *Constitutio Unigenitus S. D. N. Papae Clementis XI. vindicata,* Bruntruti 1715; *theologia patrum vindicata,* Tyrnaviae 1727; Passaviae 1747 in 16. — Gaudentius de Janua P. Min. disseruit *de visitatione cujuscunque praelati ecclesiastici* et simul de jurisdictione ejusdem extra actum visitandi, Romae 1748. 1753 t. 2 in f. — Paulus Stephanus juris utriusque doctor et s. theologiae professor in publicam lucem emisit *de supremo dogmaticis episcoporum judiciis* s. sedis apostolicae auctoritate opportuna muniendis theologico-canonicam dissertationem, Venetiis 1750 in 4. — Franciscus Monacelli *formulare legale practicum* fori ecclesiastici cum supplemento ab auctoris nepote, Romae 1713. 1714 v. 4 in f.; 1844 v. 4 in f.; cujus index prodiit cura Jacobi Giella Romae 1887; Venetiis 1732. 1736 v. 4 in 4; 1751 v. 4 in 4; 1772. — Alexis Daniel Bouchard Bisuntinus, theologiae et juris doctor (n. 1680; † 1758), composuit *summulam conciliorum generalium* s. romanae catholicae Ecclesiae, Parisiis 1718 in 12. — Ludovicus de Hericourt, Suessione natus 20. Aug. 1687, parlamenti parisiensis advocatus, celeber per Galliam canonista, diarii eruditorum (Journal des Savans) socius († 18. Oct. 1752), non solum Thomassini opus *de veteri et nova disciplina* (cf. pag. 421) in compendium redegit, sed etiam collegit *Les Lois Ecclésiastiques de France* dans leur ordre naturel, et une analyse des Livres du droit canonique conférés avece les usages de l'Eglise Gallicane[1]), Parisiis

---

omnibusque jurisdictionem ecclesiasticam exercentibus scitu apprime necessaria, Romae 1693; Florentiae 1747 in 8. ed 2. — Joannes de Motta Lusitanus (n. 14. Aug. 1685; † 4. Nov. 1747), cardinalis, archiepiscopus bracarensis et regius minister, cujus exstat diss. *de metropolitico jure* multis tam arabicis et chaldaeis, quam hebraeis et graecis monumentis referta, Venetiis 1726 in 4.

[1]) Cf. plura de eo apud Fabronium, vitae ital. XI, 239—64.

[2]) Adversus hunc prodierunt quoque *Osservazioni critiche* di Pietro di Paolo (Giov. Andrea Tria Arcivescovo di Tiro) intorno alla polizia della chiesa che si legge da' suoi primi tempi sino al presente ne' quattro t. della Storia civile del Regno di Napoli scritta da P. Giannone, Romae 1752 in 8. ed. 2. De Sanfelice S. J, qui illum pariter impugnavit, supra p. 1040 egimus.

[1]) Cf. J. des Sav. LXVI, 407—16; 523—33; LXXI, 79—88; Feller IV, 43, qui de eo animadvertit: „On remarque qu'en

1719 in f.; 1721; 1730; 1756 et 1771.

743. Ad jus canonicum denique spectant[1]): Carolus Cocquelines, qui Bullarium romanorum pontificum plurimum auxit ediditque inscriptum: *Bullarum, privilegiorum ac diplomatum rom. pontificum amplissima collectio,* cum continuatione: *Bullarium romanum* seu novissima et accuratissima collectio apostolicarum constitutionum ex autographis, quae in secretiori vaticano aliisque sedis apostolicae scriniis asservantur, quae ad a. 1758 pervenit scil. usque ad Benedictum XIV., Romae 1727—57 t. 19 longe lucupletius illo Cherubini, sed cui desunt quam plurimae bullae, quas modo cognoscimus; cur. Tomasetti Taurini 1857—72 t. 24, et cont. Neapoli 1867—85 t. 5. Illud iterum continuavit a Clemente XIII. usque ad Gregorium XVI. Andreas Advocatus Barberi cum indicibus opera et studio comitis Alex. Spetia, Romae 1835—57 t. 19. — Vincentius Petra Neapolitanus ex Vastigiradi ducum genere 23. Nov. 1662 natus, variorum munerum honorumque gradibus decursis a Benedicto XIII. cardinalis creatus, s. congregationi de propaganda fide et poenitentiariae praefectus et supremus poenitentiarius († 21. Martii 1747 a. aetasis 85), *commentaria* (valde erudita) edidit ad constitutiones apostolicas seu bullas singulas ss. pontificum in bullario romano contentas secundum collectionem Cherubini, Romae 1705 v. 5 in f.; Venetiis 1729 v. 5 in f.; 1741 t. 5 in 3 v. Ejus quoque est *de s. poenitentiaria apostolica,* Romae 1712 in f.; 1717.

744. Johannes Baptista (non Franciscus Maria P. † 1729, ut habet Schulte) Pittoni Venetus († 17. Oct. 1742 a. aetatis 82.) collegit et digessit ordine chronologico (sed nullo delectu et judicio teste Ballerini) *constitutiones pontificias* et rom. congregationum decisiones spectantes ad confessarios utriusque cleri, Venetiis 1704 in 8; 1710; 1715; *ad parochos utriusque cleri,* ib. 1706 et 1713 ed. auctior; *ad canonicos utriusque cleri,* 1709; 1722 ed. auctior: *ad concursum parochialem et beneficiorum collationem,* 1711; *ad episcopos et abbates,* 1712; 1744 v. 4 in 8; Viterbi 1722; *ad sacros ritus,* 1740 t. 2 in 8. In indice tamen librorum prohibitorum sub Pittoni nomine olim notabantur „recentiora s. rituum congregationis decreta nullibi hactenus conjunctim impressa, collecta“ (decr. 4. Mart. 1709), quae tamen prohibitio omissa fuit in indice recentissime edita. Tr. *de commemoratione omnium fidelium defunctorum,* ib. 1739 in 8; *De octavis festorum,* quae in Ecclesia universali celebrantur, 1749 t. 2 in 8; *calendario romano decennale; la vita di Innocenzo XI.,* ib. 1692; *di Benedetto XIII.,* ib. 1730 in 4. — Lucius Ferraris O. Min. reg. obs. Soler-alexandrinus, theologiae lector, suae provinciae praepositus, qui Romae in ss. congregationum officio

---

général il est peu favorable à la puissance ecclésiastique, et que quelques-uns de ses principes pourraient jeter le trouble dans l'administration des choses spirituelles.“

[1]) Quibus addatur „Franciscus Borrullius, s. rom. Rotae auditor, solio pontificio assistens praesul, Dertusae episcopus, vir doctissimus juxtaque piissimus, qui non plenus diebus, ut virtute plenissimus, brevi consummato decem mensium pontificatu explevit tempora multa, maximo ovium suarum luctu, imo et totius Hispaniae planctu obiit (5. Aug. 1758),“ at legimus in epitaphio ei posito. Plura cf. apud Fuster, Biblioteca Valentiana II, 38—42. Praeter alia edidit *decisiones s. Rotae romanae,* Romae 1755 et 1757 t. 2 in f. Etiam Dominicus Zauli Faventinus, episcopus verolensis, vicesgerens romanus et archiepiscopus Theodosiae in p. i., datarius s. poenitentiariae († 1. Mart. 1744) edidit *Decisionum s. Rotae romanae* coram R. P. J. B. Coccino . . . in unum collectarum argumentis, summariis et indicibus necnon aliquibus additionibus ornatarum pp. 5, Romae 1695.

vitam degit († c. 1760), utilissimum omnibusque notum opus composuit inscriptum: *Prompta bibliotheca canonica,* juridica, moralis, theologica, necnon ascetica, polemica, rubricistica, historica ex constitutionibus pont., conciliis et ss. congregationum decretis collecta (ordine alphabetico disposita et ditissima), quae saepissime prodiit, Romae 1760—66 t. 10 in 3 v. in f.; 1767 v. 8 in f.; Bononiae 1746 (ed. 1.) t. 7, 1763 (ed. 4.) t. 9 in 3 v. in f.; 1766 t. 9 in 4; Venetiis 1782 cum supplemento quod deest aliis edit. t. 11 in 10 v. in 4; Romae 1784, editio prioribus praestantior; Monte Casino 1844 t. 7 in f. (fr. 120), editio praestantissima, studio monachorum illius monasterii locupletata novis ad singulas fere voces additamentis novisque articulis, adjecta ad calcem cujuscunque voluminis absolutissima appendice ex omnium ss. congregationum decretis, quae vel in anteactis edit. desiderantur, vel deinceps usque ad praesens lata sunt, juxta vocum seriem digestis; Parisiis 1860 t. 8 in 8. (fr. 60) accurante Migne, qui innumeras adjecit notas necnon sextuplicem indicem materiarum, auctorum, constitutionum ss. pontificum, decretorum conciliorum et ss. congregationum; 1884 t. 8. Tomum IX. supplementi instar adjecit Bucceroni 1899. — Jacobus Lanfredini, Florentinus, advocatus erat peritus, in pauperes vere liberalis atque propterea in se parcus, cum legum ecclesiasticarum scientia excelleret, episcopus auximanus factus est atque praesul erat vere apostolicus, qui quotannis suam dioecesim lustravit, quinque synodos dioecesanas habuit, sacrum viaticum ad infirmos pauperes ipse detulit, demum s. romanae Ecclesiae cardinalis († 6. Maji 1741), novam *concilii tridentini editionem* castigatissimam et ceteris antea editis praestantiorem curavit et docta praefatione, necnon notis succinctis quidem sed eruditis locupletavit [1]); *Responsa juris canonici,* Romae 1747 in f.

745. Antonius Maria Arrighi (Arrichius) Corsicanus n. 29. Mart. 1689, in academia patavina juris canonici, dein juris civilis professor primarius, praeter alia [2]) scripsit Acroases IV *de jure pontificio universo,* Patavii 1727; dein inscriptas *juris pontificii historia* quatuor disp. comprehensa, ib. 1731; accedunt ejusdem orationes tres: 1. pro jurisdictione pontificum; 2. de ecclesiis suburbicariis; 3. de agro limitato, quo in op. non ex instituto juris pontificii historiam persequitur, sed illud tantum agit, ut summatim de praecipuis canonum collectionibus eorumque collectoribus ea tradat, quorum cognitione carere nemo sine probro potest [3]). — Joannes Ludovicus Brunet Arelatensis, parlamenti parisiensis advocatus (n. 1688; † 1747) scripsit [4]) *Histoire du droit canonique et du gouvernement de l'église,* Parisiis 1720 in 12; Avenione 1750; *Le parfait Notaire apostolique* et procureur des officialitez, Lugduni 1728; 1734; 1775 auctum notis Durandi de Maillane t. 2 in 4; novamque curavit editionem operum aliorum jurisconsultorum et op. *Droits et libertés de l'Eglise gallicane,* auctam notisque illustratam, Parisiis 1731 t. 4 in f. — Dominicus Lopez de Barrera, chartophylacii legationis hispanae in Urbe praefectus, edidit *de antiquo canonum codice ecclesiae hispanae* historicam exercitationem in 2 pp. divisam, quarum altera s. Isidoro hisp. Codex perperam tributus

---

[1]) Cf. Cont. H. E. Fleurii l. 234 § 26.
[2]) Cf. Adelung I, 1138; Schulte III, 513.
[3]) Cf. A. E. lips. 1735 p. 499–504.
[4]) Cf. Feller II, 217, qui de ipso scribit: „Tous ces ouvrages marquent beaucoup d'érudition; mais les opinions de l'auteur ne sont pas toujours d'accord avec eelles des canonistes les plus estimés;“ Adelung I, 2333; Schulte III, 642.

refellitur, altera antiquus ipse Codex ostenditur, Romae 1758. — Andreas Marcus Burriel S. J. (n. 1719; † 9. Jun. 1762) Hispanus, vir admodum eruditus et criticus, diligens bibliothecarum et archivorum scrutator[1]) collegerat 2000 documenta antiquitatis authentica, quae tamen non prodierunt. Scripsit *praefationem historico-criticam* in veram et genuinam collectionem veterum canonum ecclesiae Hispaniae a d. Isidoro, Hisp. primum ut creditur adornatam, consequentibus deinde seculis ab hispanis patribus auctam ex pluribus mss. codd. venerandae antiquitatis . . . erutam et ad eorum fidem castigatam, Bruxellae a. 8. reip. gallicae in 8. — Carolus Blascus scripsit *De collectione canonum Isidori Mercatoris* commentarium Neapoli 1760 in 4., in quo erudite de collectionis origine et fortuna disserit, deque persona atque praecipuo collectoris proposito inquirit: fraudes item impostoris detegit, ex eoque ortam occasionem fingendae fabulae de Joanna papissa solidis indiciis suadet, unde verum ejusdem nomen infert. Ostendit quoque eam collectionem ampliandis juribus non tam rom. pontificis, quam potius metropolitarum et episcoporum favere. Adnectitur in calce operis appendix de pseudo-Cyriaco papa comite s. Ursulae etc., itemque diatriba de capitulis ad Angilramum Hadriano I. tributis. Secundum Roskovány (III, 713) auctor ubique prensat occasionem contra augmenta nescio qualia potestatis pontificiae ex Isidori hujus collectione exorta debacchandi. Diatriba *de Johanna papissa* seu de ejus fabulae origine, ib. 1778; *Opuscoli canonici, storici, critici,* ib. 1758—79 t. 3 in 4., inter quae et diss., in qua ostenditur *diaconis nunquam fuisse permissum administrare sacramentum poenitentiae,* quam latine vertit Binterim, Moguntiae 1823.

746. Theologiae *moralis* cursum plus minusve elaborarunt[1]) ex *Italis:* Sabinus (Savino) O. Min. Bononiensis, philosophiae et theologiae lector (n. 10. Mart. 1665; † 24. Jan. 1742): *Lux moralis* bipartita illustratione universam quasi moralem summatim elucidans, clericis, ordinandis et confessariis instituendis in examine atque exercitio apte refulgens, Venetiis 1722 t. 2 in 1 v.; *Apologia pro s. Anna,* ove fondatamente si prova la vera e più commune sentenza, che tiene aver ella avuto un solo marito s. Gioachimo ed una sola figlia Maria V., e si convince ed abbatte l'opinione contraria dei tre mariti e delle tre figlie, ib. 1722

[1]) Cf. scripta edita et inedita sat multa apud Sommervogel II, 403—12. Gams eum in sua hist. eccl. Hispaniae plurimum laudat III, 416; Ant. Burriel S. J. ejus frater († 1798): Razon de la vida del Jes. A. M. Burriel in Coleccion de documentos ineditos par la hist. de Espana por los Sres Salva y Baranda VIII, 568—71.

[1]) Quibus addantur: Fernandus Frasconus (Frosconus) a Varisio O. Min. strict. obs. († 1742 an. n. 87), cujus exstat *Moralis epitome* una cum conscientiae moralis anatome, opus polemicum, dogmaticum, morale, juridicum, theologicum, Mediolani 1735 in 4. — Franciscus Pappus de Laubenberg O. S. Ben. n. Brigantii 31. Dec. 1672, philosophiae et theologiae lector, abbas majoraugiensis 1728 (resig. 1748; 1. Mart. 1753), qui edidit *scholasticum personae ecclesiasticae pro foro poli et soli breviarium,* exhibens universam theologiam moralem, controversiis fidei et juris canonici permixtam, Augustae Vind. 1733. 1747 t. 2 in 4; *Liber vitae tripartitae* corporalis, spiritualis et moralis h. e. Genesis literaliter et mystice exposita, Campoduni 1709. Cf. Lindner Album Augiae Brigantinae p. 11. — Leonardus Jansen O. Praem., Juliacensis n. 14. Maj. 1681, theologiae professor, abbas ecclesiae knechtstedianae (1728), edidit *theologiam moralem universam* ad mentem praecipuorum theologorum et canonistarum, insertis suo loco propositionibus a s. sede apostolica novissime damnatis concinnatam et per casus practicos expositam, Coloniae 1725 in 4: 1738 in 8; 1752 t. 4 in 8. ed. 6. Obiit 21. Apr. 1754. Cf. Goovaerts I, 414 s.

in 4. — Franciscus Maria Rotarius (Rovero) O. Barn. († 1748), quem commendat Benedictus XIV. de sacrif. missae l. 3 c. 5. n. 7, concinnavit *apparatum* theologiae moralis saepius editum, et *theologiam moralem regularium* Bononiae 1720—22 t. 3 in f.; Venetiis 1735. — Augustinus (de Gabrielis) a Coneliano O. Cap. († 1756) edidit *Triennium moralis* seu theologiam moralem, Pisauri 1747 t. 3 in 4. — Nicolaus Mazzotta S. J. Neapolitanus, gravis probabilista, sana et perspicua doctrina insignis († 1746), *theologiam moralem* in 4 t. distributam, Neapoli 1748 v. 5 in 8 (cum indice), Bononiae 1750; Venetiis 1754 in f.; 1760; Augustae Vind. 1756 t. 4 in 8; 1766. — Fulgentius Cuniliati O. Praed. Venetus, sui ordinis vicarius generalis, auctor gravis, sed probabiliorista († 9. Oct. 1759), *universae theologiae moralis accuratam complexionem* instituendis candidatis accommodatam, in qua graviori praesertim s. Thomae auctoritate atque solidiori ratione ducibus quaestiones omnes, quae ad rem moralem pertinent, brevi et perspicua methodo resolvuntur, Venetiis 1752 t. 2 in 4; 1760; 1786 et saepius. Scripsit quoque *vitas sanctorum,* Venetiis 1738 t. 6, et insignem tractatum *Il catechista in Pulpito,* Venetiis 1754. — Angelus Franzoja Patavinus, cujus est *Theologia morum* ab H. Busenbaum primum tradita, tum a cl. La Croix et Fr. Ant. Zaccaria ejusdem sociis aucta, nunc demum juxta saniores et praesertim d. Thomae Aq. doctrinas ad trutinam revocata, Bononiae 1760. Auctor est rigidus († 1760), qui rigore superat vel Danielem Concina O. Praed., alioquin auctorum rigidissimum.

748. Natus est D. Concina nominatissimus hic theologus a. 1676 Clauzeti seu s. Danielis forojuliensis provinciae oppido, et 20. aetatis suae anno amplexus est s. Dominici institutum. Juvenis praestabat discendi ardore, ingenii acie, memoriae felicitate, necnon virtutis pietatisque studio, adeo ut inter aequales emineret. Cum polleret dicendi facundia, in illustrioribus Italiae civitatibus magno auditorum concursu verbum Dei annunciabat. Domi sodales docuit sacram theologiam. Magni factus est a Benedicto XIV., qui ejus consilio in variis Ecclesiae negotiis usus est. Regularis disciplinae observantia clarus decessit Venetiis 21. Febr. 1756. Scriptor fuit feracissimus, probabilismi impugnator implacabilis, qui tamen in iis, quae spectant disciplinam moralem, magis videtur elaborasse, ut aliorum opiniones convelleret, quam ut stabiliret suas: hinc ejus scripta propter nimium impugnationis aestum carent ordine systematico minorisque sunt utilitatis[1]). Praecipua ejusdem opera (c. 40) sunt: *Disciplina apostolico-monastica* diss. theologicis illustrata, accedunt selecta quaedam veterum theologorum monumenta, Venetiis 1739 in 4; 1750; *defensio decretorum conc. tridentini et apostolicarum constitutionum Ecclesiae romanae* in causa paupertatis monasticae adversus duos ll inscriptos: *Vita claustralis* et *vindiciae regularium,* Bononiae 1745 in 4; quorum prior l. est P. Gundisalvi Carattino, alter Thomae Milante, qui opus praecedens impugnarunt. *La disciplina antica e moderna delle romana chiesa intorno al sacro quaresimale digiuno,* espressa ne'due Brevi: *Non ambigimus,* et *In suprema* del regnante s. Pont. Benedetto XIV. illustrata con osservazioni storiche, critiche e teologiche, Venetiis 1742 in 4; *in re-*

[1]) Cf. Dion. Sandellii patavini de D. Concinae vita et scriptis commentarius, Venetiis 1767, qui est apologia pro ipso. Praeter opera infra citanda cf. etiam Zaccaria in diss. proleg. in Alph. de Lig. theol. mor. p. 3 c. 1—8; Punkes K. L. III, 811; Contin. H. F. Fleurii LXXXIII, 356—66.

scriptum Benedicti XIV. ad postulata septem archiep. Compostellae jejunii legem spectantia commentarius theologicus [1]), ib. 1745 in 4. Adversus hunc commentarium edidit Blasius Antonius Cazorla S. J. Valentinus (n. 1679; † 14. Jan. 1759) *diss. apologeticas critico-theologicas,* Matriti 1755 in 8. sub nomine Antonii Montoja. *La quaresima appellante* dal foro contenzioso di alcuni recenti casisti al tribunale del buon senso e della buona fede del popolo christiano, ib. 1739; 1744 in 4. Hic liber controversiis de probabilismo occasionem praebuit. Illum enim impugnavit Hercules Maria Monti S. J. († 23. Jan. 1761), qua impugnatione provocatus composuit Concina *La Morale Evangelica* contenente i punti fondamentali. Cum vero censores manuscriptum diu retinuerint, imo haud parum immutarint, auctor ipse librum retractavit edidituque inscriptum *Historia del probabilismo e del rigorismo,* dissertazioni teologiche, morali e critiche nelle quali si spiegano e dalle sottigliezze de' moderni probabilisti si difendono i principi fondamentali della teologia cristiana, ib. 1743 t. 2 in 4; Lucae 1748 in 4. Hanc historiam impugnarunt plures ut Jacobus Sanvitale, Caspar Gagna [2]), Nicolaus Ghezzi [3]) Joannes Antonius Lecchi [1]), Bovius, Richelmi etc. Verum non tacuerunt Concina ejusque sodalis Vinc. Maria Dinelli editis variis responsionibus, ut ex. gr. *Esame Teologico* del l. intitolato: *Saggio dei Supplementi Teologici morali e critici,* di cui abbisogna la Storia del Probabilismo e del Rigorismo (auctore Ghezzi), Pisauri 1745 in 4; *Osservazioni critiche e morali in difesa della storia del probabilismo e del rigorismo* contra il libro intitolato: *Giustificazione* di più personaggi e di altri soggetti riguardevoli (auctore Sanvitale) ib. 1745 in 4. Demum utrique parti s. inquisitio 19. Febr. 1746 silentium imposuit.

749. Interim Concina a Benedicto XIV. commissioni adscriptus fuit pro dirimenda quaestione de usura mota a Maffei suo l. *del impiego del denaro* (cf. supra p. 1495). Sententiam commissionis comprobavit Benedictus sua const. ‚Vix pervenit' proque ea stetit Concina aliquot scriptis: *Usura contractus trini* diss. historico-theologicis demonstrata adversus mollioris ethices casuistas [2]),

---

[1]) Cf. J. CXLII, 80—97. Ceterum de prolixa et acri controversia, quae circa jejunium primo in Gallia, deinde in Italiam propagata est, cf. Fleurii H. E. cont. l. 232 § 18; l. 234 § 8 ss.

[2]) Caspar Joseph Gagna S. J. philosophiae et theologiçe professor († 25. Martii 1755) scripsit: *Lettere d' Eugenio Apologista* delle Dissertazioni della Storia del Probabilismo e del Rigorosmo ad un Collega de P. D. Concina, Lubianae (Venetiis) 1745 in 4., quae excitavit Vinc. Patuzzi ad scribendam apologiam pro P. Concina: verum pro P. Gagna calamum strinxit Ball, de qua controversia cf. infra. Cf. Zaccaria Storia Letter. XIV, 339.

[3]) Nic. Ghezzi S. J. (n. 1783; † 1766) scripsit *Saggio de' supplement teologici, morali, critici,* di cui abbisogna la Storia del Probabilismo e del Rigorismo, Lucae 1744; 1745, et *Rifflessione sul Esame teologico* (Concinae), ib. 1745 in 4; *de' principi della morale Filosofia* riscontrati co' principi della cattolica Religione II. 3, Mediolani 1752 t. 2 in 4., de quo op. cf. A. E. L. 1754 p. 616—18 et Zaccaria 5, 135—148; 6, 142—64; 9, 68—82. Plures illud impugnarunt atque frustra nisi sunt, ut Romae proscriberetur. Debuit tamen subscribere declarationi a. 12 complectenti, quam habes apud Zaccaria l. (ultimo) cit. Alius est a Petro Leone Ghezzi Romano, insigni archaeologo (n. 1674; † 1755), cujus exstat: *Camere sepolcrali* de' Liberti e Liberte di Livia Augusta, Romae 1731 in f., multaquae reliquit inedita praesertim de nummis pontificiis. Cf. Biogr. rom. 1, 135.

[1]) Joannes Antonius Lecchi S. J. Mediolanensis, insignis prorsus mathematicus et hydrographus caesareus (n. 7. Nov. 1702; † 25. Jul. vel 24. Aug. 1776), cujus sunt: *Avvertenze contrapposte alla Storia del probabilismo* scritta dal P. D. Concina ed indirizzate ad un erudito cavaliere, Einsiedeln 1744 in 4.

[2]) Cf. J. des Sav. CL, 210—32.

praesertim contra ingolstadienses professores Romae 1746 in 4. *Esposizione del dogma che la chiesa propone* colla confutazione del l. intitolato: Dell' impiego del denaro, Neapoli 1746 in 4; *commentarius in ep. encyclicam Benedicti XIV. adversus usuram,* quo illustratur doctrina catholica, Nic. Broedersen [1]) ac aliorum errores refelluntur, Romae 1746 in 4., adversus quos ll. scripsit Franciscus Zech ad tuendum Pichler S. J. ipsamque academiam ingolstadiensem adversus exaggeratas accusationes *Rigorismum moderatum,* de quo alias. *Theologia christiana dogmatico-moralis,* Romae 1749—1751 t. 10 in 4., cui adjecit apparatum, ib. 1751 t. 2 in 4; 1755 t. 12 in 4; 1758; 1773 etc. opus Concinae praecipuum. Haec theologia iterum magnae controversiae literariae occasionem praebuit. Illam enim impugnarunt praeter Zaccaria [1]), Jacobus Sanvitale, qui edidit: *Raccolta seconda di molte proposizioni* (140) estratte da' Tomi (9) di certa Teologia intitolata Cristiana Dogmatica Morale et impugnate come opposte al vero, Lucae 1752; et *Osservazioni rimarcabili* su i due ultimi tomi (11. et 12.) di certa Teologia ecc., ib. 1753 in 8., ex quibus alias 156 prop., quae ei plus minusve suspectae videntur, excerpsit; et Carolus Noceti S. J. († 15. Nov. 1759) qui in lucem publicam dedit: *Veritas vindicata,* sive permultae sententiae auctorum S. J. in Theologia christiana dogmatico-morali minus sincere relatae suaeque integritati restitutae, Romae 1753; t. 2 in 4; Matriti 1753. Concinam vindicat praeter Camillum Miglioli Vincentius Maria Dinelli O. Pr. edito prius poemate satyrico, dein *ep. ad Nocetium* de Dan. Concinae in indicandis describendisque casuistarum locis summa fide ac diligentia Romae 1753, quam 1754 secuta est alia; priorem impugnavit Nocetus edita *confutatione* Romae 1753 in 4; Bononiae 1754. Anonymus quoque sub nomine Eusebii Eranistes (Vinc. Patuzzi) apologiam scripsit pro Concina in Lettere Teologico-Morali (38) a difesa dell' Istoria del Probabilismo, Tridenti (Venetiis) 1751 t. 2 in 8; quas impugnavit Sanvitale, Tridenti 1752; Lucae 1752. Hinc Eranistes edidit t. 3. et 4, Trento 1753, et cum contra eas Philibertus Balla S. J. Astensis professor philosophiae et theologiae (n. 2. Febr. 1703; † 15. Sept. 1759) scripsisset: *Riposta alle Lettere teologico-morali* scritte in difesa dell' Istoria del Probabilismo etc. Mutinae 1753. 1754 in 4 epistolis (qui-

[1]) Ediderat Nic. Broedersen Jansenianus (adversum quem alia de causa scripsit Papendrecht cf. 1538) opus inscriptum: *De usuris licitis et illicitis,* vulgo nunc compensatoriis et lucratoriis secundum jus naturale, divinum V. atque N. T., ecclesiasticum et civile, ac juxta doctrinam ss. patrum, veterumque theologorum ac juris tum canonici tum civilis peritorum, necnon usum omnium seculorum et plurimarum regionum ll. 12, in quibus omnia ordine chronologico pertractantur, et singillatim causa dicitur pro usu emporiorum in aestimando pecuniarum interusurio illisque ad tempus collocandis adversus recentiores aliquot doctores ac scriptiones, 1743 in f. (s. l.), de quo cf. A. E. lips. 1752 p. 577—89. Adversus hoc opus calamum quoque arripuit Petrus Ballerini in op.: *De jure divino et naturali circa usuram ll. 6,* in quibus adversus haereticos usurarum patronos, cum recentes tum antiquiores, catholicum praesertim dogma fuse defenditur, cum vindiciis juris divini ac naturalis circa usuram, quae veluti l. 7. haberi possunt adversus opus novissime editum *de usuris licitis* etc., Bononiae 1747 t. 2 in 4; de quo cf. ib. 1753 p. 443—58 et de Concinae l. p. 549—56. qui a solididate laudatur. Cf. Reusch II, 847 ss.

[1]) Cf Storia Lett. d' It. II, 49—58; III, 103—39; V, 395—404. Ut pacaret adversarios scripsit hortante Benedicto XIV. Concina *declarationem et sinceram protestationem* super aliquibus oppositionibus factis contra tomos suae theologiae christianae dogmatico-moralis, quae prostat ib, IV, 31—53 et in suo apparatu.

bus 5. et 6. adjecit) Venetiis 1755. t. 3 in 8. His occurit Eranistes editis *Lettere Teologico-morali in continuazione* etc. t. 5 et 6, Trento 1754. Alia duo volumina addidit sub inscriptione *Osservazioni* Venetiis 1756, directas ad (seu potius contra) Zaccaria. Denique ipse Concina aggressus est Nocetium *epistolis octo* de singularibus argumentis in ejusdem l. inscripto *Veritas vindicata* contentis [1]), Venetiis 1755 in 4. Theologiam suam redegit in compendium, quod prodiit Romae 1762 t. 2 in 1 v. in 4 sub inscriptione *Manuale Concinae* Mutinae 1763 t. 2 in 16. *Istruzione dei Confessori e dei Penitenti* per amministrare e frequentare degnamente il ss. Sacramento della Penitenza [2]), Venetiis 1753 in 8; *de sacramentali absolutione* impertienda aut differenda recidivis consuetudinariis (adversus Andreucci S. J.), Romae 1755 in 4.

750. *De spectaculis theatralibus* christiano cuique tum laico tum clerico vetitis diss. 2; accedit diss. 3. de presbyteris personatis, Romae 1752 in 4, quod opus pariter scriptum est adversus Maffejum, nec minorem rumorem excitavit plurimisque opusculis utrimque scriptis occasionem praebuit [3]). Maffei illi opposuit l. inscriptum: *De' Teatri antichi e moderni* Trattato, in cui diversi punti morali appartenenti al Teatro si mettono del tutto in chiaro: con la qual occasione risponde al P. D. Concina, che vien ora in tal maniera così fieramente attaccato da lui, Veronae 1753 in 4. Non tacuit Concina edito opere: *Dei Teatri moderni contrari alla professione cristiana* ll. 2, in conferma delle sue diss. de spectaculis, Romae 1755 in 4. *Della religione rivelata* contro gli ateisti, deisti, materialisti, indifferentisti, che negano la verità de' misteri [1]), Venetiis 1754 t. 2 in 4 opus minoris pretii. Edidit quoque *dictionarium casuum conscientiae* Pontasii (cf. p. 1312), Venetiis 1738, in cujus praefatione impugnat Amort, qui propterea luci publicae dedit *controversias novas morales* recenter ortas in nova ed. Pontasii, Augustae 1739. *Epistolae theologico-morales* adversum l. inscriptum: *diss. in casus reservatos* venetae dioeceseos, Venetiis 1744. Pariter controversiae literariae occasionem praebuit *Esplicazione di quattro Paradossi* che sono in voga nel secolo nostro. Riflessioni sopra i due libri de' RR. PP. Lecchi e Bovio [2]), Lucae 1746 et 1750 in 4. Liber Joannis Philippi Bovii S. J., genuensis, professoris theologiae scholasticae in academia mediolanensi, (n. 12. Febr. 1696; † 24. Mart. 1773), quem impugnat Concina, inscribitur: *Dell' uso delle opinioni in materie morali,* diss. theologica, in cui si espongono semplicemente l'origine e lo stato della questione colle sentenze diverse dei Dottori Cattolici, Einsiedeln 1744 in 4.

751. Jam aliquid de praecipuis Concinae adversariis dicamus. De Noce-

[1]) Cf. de hac controversia deque scriptis hac occasione editis Zaccaria l. c. VII, 499—445; VIII, 312—28; IX, 249—61; X, 424—57; XIII, 311; 323—329; qui t. 8. adjecit integrum volumen inscriptum: *Difesa della Storia Letteraria d' Italia* e del suo Autore contro le Lettere teologico-morali; Roskovány III, 1175; Döllinger-Reusch 1, 305 ss.; Sommervogel 1, 841.

[2]) Zaccaria VIII, 308—11.

[3]) Cf. de hac controversia Zaccaria l. c. VII, 455—466; VIII, 336—43; IX, 261—65; ubi sermo est de dissertatione, secundum Zaccaria egregia, *de' Teatri* auctor comite Didaco Rubin, adversus Concinae l., Mediolani 1754; XIII, 331—34.

[1]) Cf. Zaccaria X, 394—407.

[2]) Ejus quoque est: *De sacramento Altaris fides ss. Augustini,* Mediolani 1751 in 4; et in thesauro Zaccaria X, 2. Alius est a Joanne Bapt. Bovio, cujus exstat *Teatro morale dogmatico-istorico, dottrinale e predicabile,* Romae 1731 in f., in quo veritas fidei catholicae demonstratur ex auctoritate Scripturae et patrum, necnon rationibus, Venetiis 1736. 1744 t. 2,

tio, Balla, Gagna, Ghezzi, Bovio, Lecchi egimus. Jacobus Sanvitale S. J. Parmensis, e nobili familia oriundus, insignis historicus, hagiographus, asceta (n. 20. Febr. 1668), philosophiae, mathesis, scholasticae et per 19 annos moralis professor, ultimos 15 vitae annos in catechizandis pauperibus transegit. Vir erat pius, parci somni, quem vix in lecto caperet; laboris assidui, qui propterea nullam sibi animi relaxationem indulgebat. Decessit anno aetatis 85, religionis 70 quinta Aug. 1753, editis libris plurimis [1]) asceticis, hagiographicis etc. In refellendis adversariis acerbiori, eorum utique acrimonia provocatus, utitur stilo. Ex ejus operibus huc spectant: *Giustificazione di più personaggi e d'altri soggetti riguardevoli* contro le accuse . . . a lor pregiudizio, Lucae 1743 adversus Concinae l. *La quaresima appellante.* Cum Dinelli carmine respondisset satyrico: *de querelis probabilistarum* ad P. Dan. Concinam: novam curavit editionem auctam *colla Giunta delle Querele della Giustificazione* di più personaggi all'autor d'essa, ib. 1745 in 8. Concinae operi: *Osservazioni critiche* etc. opposuit: *Spiegazione breve e sincera* d'alcune Proposizioni inserite nella Giustificazione di piu personaggi e Risposte alle osservazioni critiche e morali in difesa dell'Istoria del Probabilismo, ib. 1745 in 8. *Raccolta di molte proposizioni* estratte dalla Storia del Probabilismo e Rigorismo impugnate come opposte al vero [2]), Aquilejae (Lucae) 1748 in 4. suppresso auctoris nomine, Tridenti (Venetiis) 1751; *Paradossi veri* contrapposti al l. (P. Concinae) intitolato: *Esplicazioni di quattro paradossi* che sono in voga nel secolo nostro. Esame pur anche di certo l. (P. Lecchi S. J.) intitolato: *Riflessioni sopra le avvertenze* e dissertazione contrapposte alla Storia del Probabilismo, Aquilejae (Lucae) 1747 in 8; *Lettere Teologiche-morali* a difesa dell'istoria del Probabilismo (P. Vincentii Patuzzi) esaminate e dimostrate infette di falsità [1]), Tridenti (Venetiis) 1752 in 8. sine nomine auctoris; 1753; Lucae 1752 (auctae). De alio ejusdem op. *Raccolta seconda* di molte proposizioni etc., jam supra p. 1630 egimus. *Lettere de' Signori (sic,* lege Adelfo scil. Pauli, fratris Vinc. Patuzzi) e Filarmondo (Vinc. Patuzzi) esaminate e dimostrate infette di falsità, Lucae 1753 in 4. — Joannes Franciscus Richelmi S. J. Taurinensis n. 25. Jan. 1679 († 1. Febr. 1751) philosophiae et theologiae scholasticae et moralis professor, vir insignis plane virtutis et doctrinae, auctor est horum operum: *Lettera di un Teologo* all'autore dell'opera (Petri Ballerini) intitolata *Risposta* alla Lettera del P. P. Segneri della C. d. G. su la materia del probabile, ove si propongono li veri principi della Teologia morale e si stabiliscono certe regole per decidere delle controverse opinioni s. l. (Milano) et a. (1733); Veronae 1734 in 8. Plura alia opuscula utrimque de hac controversia prodierunt [2]). Scripsit praeterea: *Saggio di avvertimenti* sopra l'opera del P. Concina intitolata: *Della Storia del probabilismo* etc. presentato a' legitori della medesima affinchè la leggano con maggior utilità, Lubianae (Vinegia) 1745 in 4. — Josephus Carpani S. J. Romanus († 1. Nov. 1762), theologiae scholasticae professor, reliquit *de opinione probabili rectoque illius usu* opusculum tripartitum, Lucae 1753

[1]) Cf. Sommervogel VII, 603—15 scripta 62 recenset; Zaccaria VIII, 523—31; Barotti, Memorie intorno alla vita del P. G. Sanvitale, Venetiis 1757 in 4; Pezzana, Memorie degli Scrittori e Letterati parmigiani VII, 29—40.

[2]) Cf. Zaccaria I, 53—55.

[1]) Cf. Zaccaria VI, 425—39.

[2]) Cf. Sommervogel VI, 1814 et praesertim Zaccaria III, 709—13, ubi insigne auctoris elogium habetur; suppl. ad N. A. III, 126—28.

in 4; *de delectationibus coelesti ac terrena* ob graduum superioritatem trahentibus secum infallibiliter id, quod magis delectat, duplex disp., altera polemica (adversus Berti), altera scholastica, Romae 1756 in 8., Augustae Vind. 1763, etiam in *Thesauro* theol. Zaccaria t. V.

752. In *Germania* theologiam moralem composuerunt [1]): Augustinus Tepper O. Cist. in seminario archiepiscopali pragensi s. theologiae professor, cujus exstat *fragmentum theologiae moralis*, Pragae 1740 t. 3 in 4. — Benjaminus Elbel O. Min. Friedbergae in Bavaria 1690 n.. theologiae lector et provinciae praepositus, visitator generalis († 4. Jun. 1756) in re morali auctor gravis et probabilista, qui sana doctrina necnon casuum practicorum copia soliditate, perspicuitate, concinnitate praestat [2]), cujus est *theologia moralis decalogalis et sacramentalis* per modum conferentiarum casibus practicis illustrata, Venetiis 1731. Augustae Vind. 1759 t. 3 in 4; t. 6 in 8 etc.; cui supplementa adjecit Minderer Augustae 1763 t. 3 in 8., quamque novis curis Irenaeus Bierbaum O. S. Fr. iterum edidit Paderbornae 1890—1892; 1894—95; 1904. *Ortus* et progressus O. Min. s. Fr. ultra 5 secula, Monachii 1732. — Conradus Vogler S. J. Suevus, juris canonici et s. Scripturae professor in academia dilingana, et academiae cancellarius (n. 1665 † 3. Jan. 1742), collegit *Summam totius theologiae moralis* ex operibus Suarezii pp. 5, Ingolstadii 1740, et *Summam de religione*, ib. 1735 t. 4 in 4; *demonstrationem veritatis catholicae* adversus sectas patriae, Wratislaviae 1727 in 12; Budae 1765 in 8. — Josephus Prickartz O. Praem. in canonia steinfeldensi, in academia coloniensi theologiae professor († 18. Oct. 1757), elucubravit *theologiam moralem*, in qua non tantum materias morales, sed etiam speculativas, dogmaticas et canonicas pertractat, Coloniae 1752—54 t. 3; 1763—65 t. 7 in 8. — Joannes Reuter S. J. Luxemburgensis, in academia trevirensi theologiae moralis professor (n. 1680: † 1762) auctor in re morali vere gravis, moderatus doctrina, soliditate et rerum ordine insignis, auctor est *theologiae moralis quadripartitae*, quae prodiit Coloniae 1750 t. 4 in 8; 1756; Bononiae 1755 t. 4 in 12; 1768; *neoconfessarius practice instructus* seu methodus rite obeundi munus confessarii in gratiam juniorum, qui ad curam animarum aspirant, cum appendice sive brevi instructione et methodo dispensationes aliasque gratias petendi et impetratas exsequendi, Coloniae 1750 in 8; 1752 etc., Lugduni 1850; Ratisbonae 1870 Parisiis 1890, opus valde utile retractatum et hinc nostri temporis exigentiis accommodatum prodiit cur. Müllendorf 1906 et germanice ab eodem versus 1890. — Alexius a s. Andrea Alexi Schol. piar., Moravus, Nicolsburgensis, bis suae provinciae praepositus, s. theologiae et juris canonici professor (n. 1689, † 1761), scripsit praeter alia *theologiam moralem* methodo plana et potissimum doctrinali in tr. 5 dispertitam, quibus pro materiarum diversitate accedunt casuum complurium resolutiones; adjiciuntur duo supplementa et quaestiones canonicae de censuris et beneficiis ecclesiasticis, Campidonae 1757 in 4.

753. Augustinus Liebhart Michl can. reg. inderstoffensis O. S. Aug., Monachii n. 25. Mart. 1662, theologiae et utriusque juris doctor ac professor, cels. electoris coloniensis et principis episcopi frisingensis consiliarius, in praepositum a sodalibus bis electus, sed a regimine ab hac dignitate propter l. adversus quandam legem editam ex-

---

[1]) *Philosophiam moralem* elaboravit Jacobus Dedelley S. J. Helvetus Ingolstadii 1733 in 8.

[2]) Cf. Deppe lit. Handw. 1891 c. 473.

clusus († 1751 a. aetatis 90), publicavit [1]) *theologiam canonico-moralem* seu instructionem sacerdotis curati pro foro interno et externo, Augustae Vind. 1710—12 t. 4 in 3 v.; *jus et justitia juridico-theologice tractata,* in qua praeter materias a theologis speculativis de justitia tractari solitas pertractantur omnes materiae juris civilis 4 institutionum imp. ll. comprehensae in usum praesertim personarum ecclesiasticarum, ib. 1697 in 4; *confutatio* infamis l., cui temerarius titulus est: *Expostulatio et protestatio,* qua reclamat adversus decretum pontificium seu constitutionem bullae Unigenitus Pasch. Quesnellus, Landshutii 1719; germanice Augustae Vind. 1721, in qua propositionum Quesnelli prava doctrina ad oculos ponitur, meritum damnationis ostenditur et quae in earum defensionem afferuntur. Conciones t. 2 Augustae 1725—28. De ejus controversia cum Ledrou cf. pag. 1068. — Sebastianus (in baptismo Melchior dictus) Riedl O. Praem. in canonia rhadicensi Brunae 1703 n. († 17. Febr. 1750) pariter *theologiam moralem* edidit Reginae-Hradecii 1779 in f. — Massaeus Kresslinger O. S. Franc., ss. canonum et theologiae lector, trina vice minister provincialis unanimi calculo electus († 4. Aug. 1742), additamenta adjecit theologiae morali Analecti Reifenstuel (p. 930) et *declarationes propositionum damnatarum* edidit Ingolstadii 1734. — Kilianus Kazenberger († 1750) adjecit supplementa theologiae morali Patritii Sporer, ut supra diximus p. 944 et reliquit plura alia opera (circa 18), ut *conferentias theologico morales,* Augustae 1729 t. 2 in 8. (ed. 3.); *columna et firmamentum veritatis,* seu fides, doctrina et Ecclesia Christi catholico-romana contra suos adversarios ... defensa ib. 1756 in 12; *Scientia salutis* seu instructio practica de perfectione christiana, valde bona, hinc iterum edita Paderborn 1901. — Antonius Huetlin S. J. Constantiensis diu missionarius in Malabaria, dein theologiae moralis et juris canonici variis in facultatibus Germaniae professor († 31. Mart. 1761) in suis *elementis theologiae moralis,* Bruntruti, 1749 succinctam dedit declarationem damnatarum prop. ad theologiam morum spectantium. — *Breves adnotationes* ad damnatas et sub excommunicatione sedi apostolicae reservata prohibitas [1]) ab Alexandro VII. prop. 45 publicavit Wratislaviae Georgius Slezina S. J., rector universitatum pragensis, wratislaviensis et olomucensis († 1744).

754. In *Hispania* Marianus Navases O. Praed. Valentinus (n. 21. Nov. 1697; † 25. Aug. 1752), s. Thomae in patria academia interpres, concinnavit scholastica methodo *moralis theologiae cursum,* in quo declinato recentiorum probabilismo ad mores spectantia dubia patrum auctoritate, ss. canonum et conciliorum sanctionibus atque angelici doctoris praeclarissimis rationibus exponuntur et dilucidantur, Valentiae 1754 t. 2 in 4., tertius non prodiit. — *Succum theologiae moralis* exhibet Mexici 1754 Jo. Ant. Oviedo S. J. n. 25. Jun. 1670 in civitate Santa Fe (Novae Granatae). Philosophiae et theologiae professor, visitator insularum Philippianarum, bis praepositus provinciae mexicanae († 2. Apr. 1757). Reliquit plurima ascetica, hagiographica, conciones [2]) etc. — Georgius Árvai S. J. Hungarus, theologiae Tyrnaviae professor (n. 1697; † 5. Jul. 1759) *doctrinam moralem* in brevissi-

[1]) Cf. Baader II, 194: Mém. de Tr. 1708 a. 145 p. 1805—23.

[1]) Carol. Franc. Donadoni O. S. Franc. Venetus n. 15. Aug. 1672, episcopus sebenicensis (1723; † 5. Jan. 1756) praeter conciones reliquit *Osservazioni critiche* sopra alcune proposizioni morali licenziose, Benevento 1740 sub nomine Odoardi Heinant. Cf. Adelung II, 737.

[2]) Cf. Sommervogel VI, 43—50, qui ea recenset sub n. 27.

mum compendium redegit, Cassoviae (1740). — Stephanus Neef O. Min. Belga, theologiae lector, suae provinciae praepositus († 1746) reliquit succinctam et claram *theologiam moralem* divisam in 3 pp., Ipris 1732 in 8; Antwerpiae 1750, in qua probabiliorismum sequitur. Ex ejus assertione, qua tuetur, fideles posse satisfacere obligationi audiendi verbum Dei in ecclesiis religiosorum, orta est controversia literaria, cui archiepiscopus mechlinensis finem imposuit indicto utrique parti silentio. — Faustinus Cliquet O. S. Aug. e Belgio oriundus Matriti n. 1673, ibidem quoque theologiam moralem docuit († 1760) typisque tradidisse scribitur *florem theologiae moralis* t. 3, ejusque *compendium*, et *tirocinium* morale alphabeticum.

755. Praeter Concinam eosque, quorum mentionem de ipso agentes fecimus, de *probabilismo* plures alii disseruerunt. Gabriel Gualdo cler. reg. O. Theat. Vicetinus, philosophiae et theologiae professor († 9. Martii 1743), scripsit sub nominibus adscitiis Guidonis Bellagra, Nic. Peguleti, Angeli Cupetioli. Praecipua ejusdem opera sunt: *Tr. probabilitatis ex principiis antiquorum compositus,* in quo probabilitas in genere, aequalis et minor per ea, quae docuerunt antiqui, stabiliuntur, Lovanii 1707 in 4. sub nomine N. Peguleti, proh. 13. Mai 1710; disputatio *an liceat solis rationibus naturalibus quaestiones theologicas dirimere,* Patavii 1717 in 8; diss. *an liceat peccatores statim post confessionem absolvere,* ib. 1719 in 8., in quo agit contra rituale alectanum Francisci Pavillon; diss. *de auctoritate s. Augustini,* in qua Norisii opinionem in vindiciis august. assertam de hoc argumento expendit; diss. *an metus inferni expellere possit voluntatem peccandi,* 1721 in 8; *baptisma puerorum in uteris exsistentium* diss. medico-theologica, 1710 in 8; 1712; 1723, cui adjectae sunt quatuor praecedentes diss., et praeterea disp. *an auctoritates patrum,* quas in medium proferunt probabilioristae, *efficaciter probent majorem probabilitatem esse sequendam* (adversus cleri gallicani assertum a. 1700, probabilismum esse inventum novum), et disp. an recentiores aliquid invenerint, quo aliqui ex ipsis ab opinione magistri, Alensis, Alberti M., d. Thomae, d. Bonaventurae, Scoti et aliorum antiquorum in materia de poena peccato originali debita discedere potuerint, in qua poenam sensus ab infantibus in peccato originali defunctis excludit; et aliis scriptis pro probabilismo et adversus Serry praetermissis [1]), octogenarius edidit *theologiam contemplativam et moralem* d. Aur. Augustini, Venetiis 1737 t. 3 in f., sub nomine Cupetioli, in qua nonnisi ordine alphabetico recitantur Augustini testimonia de variis argumentis. — Vincentius Bosio O. Praed. Patavinus scripsit *Lettera ad un nuovo paroco intorno al probabilismo,* Patavii 1731 in 12. — Jeremias a Patavio O. Min. Observ. *probabilismum* methodo mathematica demonstrare nisus est, Lugduni (Patavii) 1747, Iriae 1840 in 8; quem l. Zaccaria aureum censet, plures vero non argumentis, sed verbis et etiam conviciis impugnarunt. — Cajetanus a Bergomo O. Cap. († 10. Sept. 1753 a. aetatis 93) scripsit *Riflessioni sopra l'opinione probabile,* opera teologico-ascetica; 1. p. circa l'abuso del probabile; 2. p. circa il buon uso del probabile, Brixiae 1739; 1753 t. 2 in 4., quo in op. profitetur se neque esse probabilioristam, neque tutioristam, neque rigoristam, neque probabilistam. *L'uomo apostolico* istruito nella sua vocazione al confessionale, Bergomi 1726; 1749 etc.; *l'uomo apostolico* istruito nella sua vocazione al pulpito, Venetiis 1729 in 4; *Aggiunta all' uomo apostolico* cioè avvertenze

[1]) Cf. Vezzosi I, 425—32.

a' confessori estratte dagli opuscoli di s. Bonaventura, Bergomi 1744; *riflessioni sopra la contrizione e l' attrizione,* Venetiis 1753 in 8. et quamplurima opuscula ascetica [1]). — Augustinus Spinula Congr. Somasch. Genuensis [2]), episcopus Adjacii (1716), dein Savonae (n. 18. Mart. 1677; † 16. Oct. 1755), promulgavit *instructionem pastoralem* adversus probabilismum, Mediolani 1749 in 4.

756. Angelus ab Annunciatione Paltzer Schol. piar. Moravus (n. 1699; † 1749) disseruit *de conscientia* [3]), Pragae 1733 in 8; de qua etiam disputarunt F. Schwalb O. Cist. in lucubratione theologica morali *circa praecipuum moralitatis systema* de conscientia, Vetero-Pragae 1747 et Josephus Gihl S. J. Pragensis, theologiae professor et universitatis olomucensis cancellarius (n. 1692, † 22. Sept. 1746), in op.: *Amussis vitae moralis* seu conscientia proxima et interna actuum humanorum regula resolutionibus speculativo-practicis illustrata suisque momentis stabilita, Olomucii 1736 in 8; Pragae 1737 in 4. Ejus quoque sunt: *Prodromus matrimonii* sive contractus sponsalium secundum tit. 1. l. IV. decr. Gregorii IX. methodice digestus ac interpositis quaestionibus controversis ac resolutionibus canonico-theologice succincte illustratus, Wratislaviae 1730; *vulgatum virtutum cardinalium quaternarium* doctrina speculativo-morali compendiose elucidatum, Olomucii 1735 in 8; *homo mortalis resurgens* ad immortalitatem methodo scholastica theologice expensus, Pragae 1739 in 4. — Jacobus Malch O. Praem. Moguntinus theologiae lector elaborávit conclusiones theologico-dogmaticas *de actibus humanis,* conscientia et legibus, Francofurti, 1757 in 4. — Fridericus Wunderlich S. J. pariter Moguntinus († c. 1760) edidit resolutiones *de ultima hominis voluntate* Bambergae 1733 in 4. etc. — Oddo Gutrath O. S. Ben. in universitate salisburgensi professor et bibliothecarius († 22. Jul. 1759) praeter philosophica edidit selecta quaedam theologico-moralia *de peccatis,* Salisburgi 1756 in 4; *de primo decalogi praecepto,* ib. 1745 in 4.

757. Joannes Pichon S. J. Lugdunensis (n. 1683; † 5. Maj. 1751), dum nimio fervore impugnaret Jansenianos, fideles a communione frequenti avertere nitentes, in contrarium incidit extremum nimis parum ad eam exigens in op. *l' esprit de Jésus Christ et de l' Eglise sur la fréquente Communion,* Parisiis 1745 in 12; Leodii 1747, proh. 13. Aug. 1748 et 11. Sept. 1750; proh. a pluribus (20) Galliae episcopis [1]), reprobatum ab ordinis praepositis et ipso auctore 24. Jan. 1748; unde et occasio exstitit Jansenianis proscindendi pro more calumniis universam societatem Jesu et quam plurimis (39) libellis in hac controversia editis. — Ant. Guyard O. S. Ben. congr. s. Mauri († 25. Aug. 1760) scripsit: *Dissertation sur l' honoraire des Messes* [2]), où l'on traite de son origine, des illusions et autres abus qui en

---

[1]) Cf. Zaccaria *Storia della Letter. ital.* VIII, 532—35. — Michael Polus scripsit *Attritionis sufficientia* ad justificationem obtinendam in sacramento poenitentiae probata et vindicata adversus Barth. Franciscconi diss. *de contritione et attritione,* Patavii 1743.

[2]) Cf. ib. XIV, 379 s.

[3]) Etiam Benedicti Sokolnicki O. Min. Poloni exstat opus inscriptum *Libertas conscientiae* a praejudiciis vindicata sive tr. theologicus de conscientia recta in obscuris menti Jo. Duns Scoti accommodatus, Posnaniae 1748 in 8.

---

[1]) Cf. Backer II, 1954 s.

[2]) Feller IV, 301: „Diss. . . . qui a paru sévère à bien du monde, parce que l'auteur ramène tout à l'antiquité: règle qui renverserait bien des choses raisonnablement établies; aussi a-t-il essuyé des critiques fondées." Errores ea contentos aperiunt refelluntque Mém. de Trév. 1749 a. 6.

sont suivis, 1748 in 8; 1757 in 12. ed. aucta in qua missarum stipendia insectatur, urgetque, ut obsoletus oblationum mos restituatur. In ea ed. respondet crisi, quam in l. protulerunt Mém. de Trév. proh. 19. Febr. 1750. — J. Perez de Lara agit *de anniversariis et capellaniis* ll. 2, Lugduni 1757 in f. — Lambertus Gaud O. Praed. Valreascensis, in academia avenionensi theologiae moralis in cathedra s. Thomae professor, in diss. edita circa 1729, Avenione 1741 ed. 2., tuetur necessitatem amoris illius, qui sit super omnia sitque inchoatae saltem caritatis actus ad attritionis in sacramento poenitentiae sufficientiam, tamquam sententiam probabiliorem (cf. pag. 1080). — Joannes de Azevedo O. S. Aug. Lusitanus, Irenopolitanus, theologiae moralis per 20 annos lector († 16. Jun. 1746 a. aetatis 81, religionis 60), scripsit *tribunal theologicum et juridicum* contra subdolos confessarios in sacramento poenitentiae ad venerem sollicitantes securioribus auctorum tum veterum tum recentiorum deliberationibus undequaque exornatum, erectum, in quo breviter et dilucide conferuntur casus sollicitantium: deliberantur omnia fere dubia sollicitationis, Olisipone 1726 in 4. — Nicolaus de Segura S. J. Angelopolitanus, philosophiae et theologiae professor n. 20. Nov. 1676, interfectus Mexici repertus 6. Mart. 1743, disseruit *de contractibus in genere* et de testamentis, Salmanticae, 1731 in 4; *tr. theologici* pro variis gravibusque difficultatibus enodandis, Matriti 1731 t. 2 in f.

758. Joannes Baptista Gattico can. reg. lat. Novariensis n. 1704, philosophiae et theologiae lector, abbas, splendidum sui ordinis decus († 11. Febr. 1754), egit *de oratoriis domesticis* et de usu altaris portatilis juxta veterem ac recentem Ecclesiae disciplinam ecclesiasticorum secularium que virorum singula jura et privilegia complectentem [1]), Romae 1746 in f., opus doctum et eruditum. Cum anonymus impugnasset ejus sententiam, illicitum esse dare communionem citra Ordinarii veniam in oratoriis privatis, in l. *Nove osservazioni sopra il decreto . . .* per la Communione da farsi nella Messa, respondit Gatticus *epistola ad amicum apologetica,* in qua defenditur cap. 29 de vetita administratione sacramenti eucharistiae in oratoriis privatae domus, Bergomi 1751; iterum cum praecedenti et card. Brancatii diss. *de privilegiis cardinalium in propriis capellis* (cf. p. 308) notis illustrata a Jos. Al. Assemanno, Romae 1770 in f. Sententiam Gattici approbavit epistola encyclica Benedictus XIV. *Acta selecta caeremonialia S. R. E.* ex variis mss. codd. et diariis sec. XV. XVI. XVII. aucta et illustrata pluribus aliis monumentis nondum editis t. 1., in quo eduntur plures codd. caeremoniales S. R. E. ex bibliotheca vaticana, insuper excerpta ex diariis praesertim ab a. 1483—1684, de electione, consecratione, equitatione ad lateranensem basilicam, morte et exsequiis rom. pontificum rebusque gestis apostolica sede vacante [2]), Romae 1753 in f. Tomus unicus ex 5 vel 6, quos cogitaverat, et rarissimus (l. 50). — *De oratoriis publicis* tr. historico-canonicum edidit Josephus de Bonis [3]) cler. reg. s. Pauli, Mediolani 1761; quem Jos. Al. Asse-

[1]) Cf. plura de auctore nostro apud Zaccaria, *Storia Letter.* XI, 409—416; de hoc opere ib. V, 445—8; acta erud lips. 1749 p. 491—500.

[2]) Cf. Zaccaria VII, 472—74.

[3]) Alius a Homobono de Bonis mediolanensi, ex ord. pariter cler. reg. s. Pauli, in universitate s. Alexandri Mediolani s. theologiae professore, cujus prodiit *de natura divinae gratiae* diss., Mediolani 1755 in 12. — Ceterum Ignatius Teuma (Theuma) S. J. Melitensis, theologiae scholasticae, dein diu moralis professor dedit *Espositione delle Clausole,* che per ordinario si contengone nel Breve pontificio circa l' uso degli oratori privati, Cataniae 1730 in 4.

mannus recudit Romae 1766 cum Fortunati de Brixia diss. *de oratoriis domesticis* veluti appendicem sui *commentarii theologico-canonico-critici de ecclesiis; de oratoriis privatis* commentarium ad recentium constitutionum normam et ad confirmanda etiam praecipua jura in tr. de oratoriis publicis exposita accommodatum, 1780; *de processionibus ecclesiasticis* opus historico-theologico-canonicum, 1773 in 4.

759. Franciscus Berlendi cler. reg. O. Theat. (n. 25. Aug. 1678; † 21. Jun. 1746) scripsit *delle Oblazioni all' Altare* diss. storico-theologica divisa in due parti. Nella prima si parla delle Oblazioni communi, che servivano e per la materia del Sacrifizio e pel mantenimento degli Ecclesiastici. De' Riti osservati nel presentarle, riceverle, distribuirle, e delle variazioni accadute: del numero delle Messe e qualmente da' Sacerdoti si applicassero per gli Offerenti si vivi come defonti. Nella seconda si nota per qual motivo e in quale tempo alle Oblazioni communi succedettero le particolari, o sia il pecuniario stipendio della Messa: le sue pratiche di secolo in secolo, gli abusi del medesimo cogli opportuni provedimenti fatti dalla Chiesa, Venetiis 1733 in 4; 1736 ed. aucta; 1743 latine versa [1]), in qua hoc argumentum erudite versat, ita ut nihil desiderari possit. *Cabbalomachia* h. e. artis cabbalisticae oppugnatio, diatriba exegetica, didascalica, catacritica duobus distincta cap., in quorum uno agitur de cabbala hebraica, de pythagorica in altero, sub nomine Bernardi Schinfleni. Scripsit quoque pro tuendo Diana *Lettera responsiva ad un Amico* intorno al l. intitolato *Quaresima Appellante* (P. Concinae), Lucae 1740 in 8., quam impugnavit Antonius Valsecchi. — Horontius Stabili O. S. Ben. sub nomine Olai Mansiovitsch di s. Severo scripsit *Ragionamento intorno al divieto delle opere servili ne' dì festivi* [1]), Tarenti (Lucae) 1750 in 4; Liburni 1755; *juris canonici institutiones*, Florentiae 1752 in 8. — Leo a Sambuca O. Cap. *spicilegium* seu causam pauperum, in qua firmissimis rationibus et argumentis jus pauperum ad colligendas spicas demonstratur, Romae 1763 in 4. — Franciscus Emmanuel Cangiamila Panormitanus, theologiae doctor, panormitanae cathedralis canonicus (n. 1. Jan. 1701; † 7. Jan. 1763), auctor est operis docti: *Sacra embryologia* sive de officio sacerdotum, medicorum et aliorum circa aeternam parvulorum in utero exsistentium salutem ll. 4., prius italice Panormi 1745 in f. edita, dein latine versa Mediolani 1751 in 4; Panormi 1758; Viennae 1765; Venetiis 1769; a Dinouartio in compendium redacta sub inscriptione: *Embryologie sacrée* [2]), Parisiis 1762; 1766 ed. aucta cum auctoris elogio, 1774 in 12.

760. Ad *theologiam pastoralem* referri possunt: Gregorius Schoonaerts O. S. Aug. Antwerpiensis (n. 1684; † 25. Febr. 1741). — Thomas Maria Alfani O. Praed. Salernitanus, in academia salernitana mathesis professor, Caroli VI. imp. theologus († 20. Aug. 1742), qui descripsit *vita ed uffizi del vescovo* secondo gli ammaestramenti di s. Paolo e la continuata disciplina e spirito di s. Chiesa [3]), Neapoli 1728 in

[1]) Cf. A. E. lips. 1736 p. 309—14.

[1]) Cf. Zaccaria, Storia Letter. XI, 279—90.

[2]) De simili quaestione jam olim disseruit Hieronymus Fiorentini (Florentinius) cler. reg. († 1678) in disp. *de ministrando baptismo humanis foetibus abortivorum*, Lugduni 1658; Lucae 1666 s. Indicis congr. jussu recognita et declarata; Romae 1672 inscripta: *De baptismo* humanis foetibus abortivis sub conditione conferendo; Lugduni 1674: *De hominibus dubiis baptizandis* pia prothesis olim sub lugdunensi prelo a. 1658 edita, a nullo prius asserta, unica tunc disp. nunc 3 superadditis consistens. Cf. Reusch II, 427.

[3]) Cf. Mém. de Trév. 1731 a. 22 p. 429

8.; *Istoria degli Anni Santi*, Neapoli 1725; 1749. — Bernardus Grassoldt S. J. Bohemus (n. 1695, † 1756) *candidatum sacramenti poenitentiae administrandi* summaria et expedita notitia pro hoc munere congrue obeundo instruit, Olomucii 1741 in 8; expedita *de impedimentis matrimonii* notitia ib. 1743; necnon tract. *de contractibus* ad justitiae bilancem applicatus per attemperatas quaesitorum et casuum illos concernentium resolutiones combinatus, ib. 1744. — Hieronymus del Portico congr. Matris Dei scripsit *gli amori fra le persone di diverso sesso* esaminati con i principi della morale Teologia per istruzione dei novelli Confessori, Lucae 1741 in 4. — Thomas Malaguzzi O. Carm. composuit *manuale parochorum,* in quo gerentes curam animarum facili negotio deprehendere possunt onera tanti officii atque habent ad manus methodum complendi rite quodlibet eorum, Ravennae 1757 t. 2 in 4. — Gerhardus Zetl O. S. Franc. († 23. Maj. 1745) auctor est l. *Confessarius tam secularis quam regularis* juxta tria officia judicis, doctoris et medici instructus, Monachii 1709 et 1730 t. 2 in 4. — Franciscus Xav. Fegely S. J. Friburgensis, theologiae professor († 29. Jun. 1748) proposuit quaestiones practicas *de munere confessarii* circa omnis generis personas et peccatores valide, licite et fructuose exercendo, Friburgi Helv. 1732 in 8. etc.; quaestiones practicas *de munere poenitentis,* ib. et Augustae et Ratisbonae 1733 in 8. Sequitur in responsionibus probabilismum. — Joannes Kleydorfer elaboravit *Clypeum pastoralem* pro utroque foro in gratiam clericorum secularium pro Dei cultu, salute animarum, justitia et jurium ecclesiasticorum defensione, 1750 Augustae V. pp. 2. in 4. — Trachala[1])

—43. Alia ejusdem opera cf. apud Adelung I, 582.

[1]) Juxta Sommervogel VIII, 198 hujus nominis nullus reperitur in catalogis S. J., hinc forte idem est cum Georgio Trchala S. J. Silesio (n. 11. Dec. 1661; † 24. Jun. 1708).

S. J., cujus est *Lavacrum conscientiae,* in quo limpida sapientiae aqua potanda ad rite excipiendas confessiones . . . proponitur, Bambergae 1755; 1759 in 12. — Franciscus Joannes de Deo Staidel O. Min. Conv. composuit *Enchiridium ad usum sacerdotum,* qui a sacris confessionibus sunt, Tridenti 1753 in 12. — Franciscus Antonius Reichle parochus in Scheer collegit *compendiosam ac universalem notitiam* eorum, quae tum ordinandis tum parochis ac animarum curatoribus scitu necessaria sunt, Constantiae 1759 ed. 3. — Rogerius Franciscus Daon congr. Eudistarum († 16. Aug. 1748) reliquit *la Conduite des confesseurs* dans le tribunal de la pénitence, Parisiis 1740 in 12. ed. 5., latine Bambergae 1786 in 8., cujus veluti p. 2. est: *La Conduite des âmes dans la voie du salut,* ib. 1753 in 12., quae laudantur. — Jacobus Bartolt S. J. Lithuanus (n. 16. Apr. 1670; † 13. Febr. 1753 anno relig. 65) theologiae moralis professor, texuit *coronam decennii explicationi theologiae moralis utriusque lectionis impensi* seu practicam rationem agendi in arcano colloquio confessarii docti et doctoris cum poenitente praesertim rudi, Sandomiriae 1725 in 8; 1728; Calissii 1758 etc., cujus forte nonnisi alia ed. est *compendiosa totius theologiae moralis explanatio* seu practica ratio agendi confessarii cum poenitente, Calissi 1788 in 8. — De Joanne Francisco Montani S. J. (Pisauri n. circa a. 1685; † 1759), quem Benedictus XIV. magni faciebat, egimus disserentes de Pelizzario (III[3], 1201), cujus tr. *de monialibus* correxit et auxit[1]). —

[1]) Praetermittimus Seraphinum Mariam Maccarinelli et Adalbertum Thaveller prope Brixinam natum O. Praem. in canonia wiltinensi († 1. Dec. 1749).

Philibertus Bernardus Lenet can. r. s. Genovefae Divionensis (n. 1677; † 1748) redegit *Conférences ecclésiastiques* de Duguet, Coloniae 1742. — Josephus Chevassu parochus (n. 6. Nov. 1674; † 15. Oct. 1753) — Joannes Georgius de Souillac, qui publicavit *Conférences ecclésiastiques* du diocèse de Lodève, Parisiis 1749 t. 5 in 12. — Albertus Joly de Choin n. 22. Jan. 1702, episcopus toulonensis (1738), sed nonnisi invitus suam acceptavit electionem: quo magis tamen restitit, eo dignior fuit habitus; saepeque professus est, se libenter fusurum esse suum sanguinem, ut religionis tueretur causam. Praesul erat vere apostolicus, exemplum cleri et gregis, pater pauperum († 16. Apr. 1759) reliquit *Instructions sur le Rituel,* contenant la théorie et la pratique des Sacrements[1], Lugduni 1778 t. 3 in 4; 1780 et saepius alibi; insignes etiam literas pastorales promulgavit.

761. *Casus conscientiae* solvunt Raphael a Tusculo O. Cap., cujus sunt *Resolutiones practico-morales* in Decalogi praecepta et Ecclesiae sacramenta in 3 pp. divisae, Romae 1741. 1743 t. 3 in 4. — Andreas Zuccheri S. J. (n. 18. Maji 1664; † 6. Dec. 1744), card. Cornelii (Cornaro) episcopi patavini theologus, qui collegit *decisiones patavinas* ab a. 1707—10 de sacr. poenitentiae et eucharistiae, de restitutione et obligatione patrumfamilias, Patavii 1708—16 t. 4 in 4. — Bonaventura Leonardelli S. J. Tridentinus (n. 20. Apr. 1673; † 1757) edidit *decisiones practicas casuum conscientiae* selectorum, Augustae 1734. 1739 t. 2. in 4; 1747 et 1749; *septem gratiarum rivos* ex fonte vitae jugiter emanantes seu septem sacramenta a Christo Domino instituta per quaestiones et casus practicos propósita et explanata, ib. 1745 in 4. — Alexander Bekanowsky S. J. Lithuanus (n. 10. Mart. 1682; † 13. Febr. 1755), theologiae moralis, scholasticae, positivae et polemicae in universitate vilnensi professor, solvit quaestiones theologicas canonico-morales *de septem sacramentis* etc., Vilnae 1732 in 4. — Samuel Horack O. Praem. in canonia rhadicensi Bohemus (n. 19. Nov. 1696; † 18. Aug. 1742), philosophiae et theologiae professor, scripsit l. controversiarum canonico-moralium *de restitutione et poenitentia* etc., Olomucii 1757 in 4. — Antoninus Heislinger S. J. theologiae moralis et scholasticae professor (n. 1668; † 19. Jul. 1745), dedit *resolutiones morales in causis sponsalitiis et matrimonialibus,* Ingolstadii 1723 in 8; *de matrimonio,* hujus impedimentis et dispensatione, Augustae Vind. 1739 pp. 3 in 4; responsa moralia *in causis justitiae commutativae* de restitutione et contractibus, Ingolstadii 1726 t. 2 in 4; *de causis ad forum ecclesiasticum et seculare spectantibus,* ib. 1738 t. 2 in 4; *pro foro interno et externo,* Monachii 1745 in 4. — Prosper Ilger O. S. Ben. echingensis monasterii (n. 11. Dec. 1707; † 26. Jul. 1753) solvit quaestiones theologicas *de restitutione fructuum et poenitentiae sacramento valido et informi,* 1751 in 8. — Columbanus Habisreitinger (reuttinger) OSB. Immenstadiensis (n. 19. Jan. 1683; † 28. Dec. 1753) jurium sui monasterii (Zwiefalten) vindex accerrimus, Augustae 1744 t. 3 (germanice).

762. De *s. liturgia et ritibus* plures, etiam viri vere docti scripserunt. Ita praeter Dominicum Giorgi, de quo egimus supra p. 1575, Cajetanus Maria Merati cler. reg. Theat., Venetus,

[1]) „Ouvrage, inquit Feller II, 558, digne de beaucoup d'éloges, et qui seuil peut tenir lieu de bibliothèque à un ecclésiastique engagé dans les saint mnistére." Cf. Bibl. un. VII, 421; Quérard IV, 237.

n. 23. Dec. 1668, in baptismo Dominicus Victor dictus, theologiae professor, a Clemente XI. consultor factus s. congregationis rituum, cujus propter insignem eruditionem veluti oraculum fuit († 8. Sept. 1744). Benedictus XIV. praesertim eum magni fecit, diligentem scriptorem appellat, cujus eruditionis egregia specimina omnium judicio probantur. Ad ejus et b. Thomasii memoriam honorandam statuit idem pontifex, ut semper unus e sodalibus consultor esset s. illius congregationis[1]). Eruditionem ejus testantur haec opera: *Thesaurus ss. rituum* a Barth. Gavanto . . . olim concinnatus (cf. III[3], 902) et saepius editus, nunc vero correctior et locupletior adjectis ss. pontificum et S. R. E. decretis usque ad praesens emanatis novisque additionibus et observationibus tr. 2 in pp. 4, Romae 1736—38 in 4. *Additiones et observationes* (admodum eruditae) seorsim prodierunt Augustae Vind. 1740 t. 2; Venetiis 1740 (cum Gavanti); 1744; 1749; 1823. *La verità della Religione cristiana dimostrata* ne' suoi fondamenti, ne' suoi caratteri, pregi, misteri e dogmi contenuti nella professione della vera fede; ragionamenti polemici, Venetiis 1721 t. 6 in 4., fructus sermonum, quos Londini habuit, dum comitaretur illuc Cornaro legatum venetum. Plura in Meratio reprehendit, sed acrius et minus aeque, Joannes Michael Cavalieri O. S. Aug. Bergomensis († 6. Jan. 1757), vir alioquin eruditus, cujus *opera liturgica* seu commentaria in autentica ss. rituum congregationis decreta prodierunt collecta Venetiis 1758 t. 5 in 2 v. in f.; Augustae V. 1764 t. 5 in 1 v.; Bassani 1778. Illustrat decreta spectantia breviarium, missam aliosque ritus. Quare Jos. Merati memoriis suis de vita Merati adjecit *Risposta* a quanto oppone il P. G. Cavalieri contro le nuove osservazioni e addizioni etc. — Hieronymus Baruffaldi[1]) Ferrariensis n. 17. Jul. 1675, philosophiae et utriusque juris doctor, protonotarius apostolicus et lector s. Scripturae in academia patria (1721—24), collegiatae centensis archipresbyter († 31. Mart. 1755), vir eruditus et in literis humanioribus admodum excultus, unde fere omnium academiarum (24) fuit socius et cum viris doctissimis illius aetatis, ut cum Muratori, Orsi, Quirini, Maffei, Bellati, Facciolati, Volpi, Valisnieri, Zeno etc. amicitia junctus. Quamplurima reliquit[2]) opera, historica, critica, poetica, ascetica etc., ex quibus ad nos spectant: *Commentaria ad rituale romanum*, Venetiis 1731 in f.; 1752 ed. aucta; 1792 in 4; Augustae Vind. 1735. 1736 in 4; Florentiae 1847 t. 2 in 1 v. in 8., cui editioni decretorum ad rituale pertinentium ad haec tempora (usque ad a. 1784) catalogus accedit. Additiones ad Ughellium *de episcopis ferrariensibus* t. 2 ed. Coleti; Della *Storia di Ferrara* ll. 9 dal 1655—1700, Ferrariae 1700 in 4; *cronologia de Card. Legati*, i quali hanno avuto il governo della Città di Ferrara dalla devoluzione dello stato alla s. Sede fino al 1718, ib. 1718 in f. — Robertus Sala edidit notisque illustravit[1]) opera omnia card. Bonae (p. 308 s.) Taurini 1747—1755 t. 4 in f. (fr. 90).

763. Josephus Catalanus presbyter congr. s. Hier. Caritatis, Calaber,

[1]) Cf. plura de eo in *Memorie intorno alla vita ed agli scritti del P. D. G. M. Merati*, Venetiis 1755 auctore Jos. Merati sub nomine Caroli de Ponivalle; Vezzosi II, 57—62; Zaccaria XIII, 264—66.

[1]) Hujus pater Nicolaus B. non Barussaldi erat pariter vir in omni antiquitatum genere versatus (20. Jan. 1741). Reliquit plura inedita ad historiam ferrariensem spectantia.

[2]) Cf. Zaccaria, St. Letter. XIV, 341—359, ubi diligentissime opera edita et msc. (113) recensentur; Mazzuchelli II, 485; Adelung 1, 1477 ss.

[3]) Cf. Zaccaria IV, 63—88; XII, 258—65.

vir multae eruditionis, edidit praeter *sacrosancta concilia oecumenica commentariis illustrata,* Romae 1736—49 t. 4 in f. opera plane docta: *De codice s. Evangelii* [1]) atque servatis in ejus lectione et usu variis ritibus ll. 3, ib. 1733 in 4. liber rarus et exquisitus; *pontificale romanum* prolegomenis et commentariis illustratum, in quo varii mss. ritus pontificales non modo sparsim in ipsis commentariis, sed et integri in appendice referuntur ac notis illustrantur, ib. 1738—40 t. 3 in f. (fr. 140); Parisiis 1850, Augustae Vind. 1878 in 8. cura Mühlbauer, sed aliter dispositum et plurimis in locis emendatum; *caeremoniale episcoporum* commentariis (prolixis) illustratum cum figuris aeneis, Romae 1744 t. 2 in f. (lire 80); Parisiis 1860 t. 2 in 4; Caeremoniale romanum inscriptum *sacrarum caeremoniarum sive rituum ecclesiasticorum S. R. Ecclesiae ll. 3* ab Aug. Patricio ordinati, et a Marcello corcyrensi archiepiscopo primum editi, nunc vero tandem in 2 t. distributi ac innumeris pene mendis purgati et commentariis aucti, 1750. 1751 in f. (fr. 60); *rituale romanum* Benedicti Papae XIV. jussu editum et auctum, perpetuis commentariis exornatum, 1757 t. 2 in f. (fr. 65); *de magistro s. Palatii apostolici ll. 2,* quorum alter originem, praerogativas ac munia, alter eorum seriem continet, ib. 1751 in 4; *de secretario s. congregationis Indicis ll. 2,* in quorum primo de ejusdem origine, praerogativis ac muniis agitur, in altero eorum series continetur, ib. 1751; *commentaria in ep. d. Hieronymi ad Nepotianum,* ib. 1740 in 8; *Notae in ll. s. Jo. Chrysostomi de sacerdotio,* 1740 etc.

764. Franciscus Argelati Bononiensis, architectus militaris caesareus (n. 8. Maji 1712; † 13. Febr. 1754) praeter alia, quae huc non spectant [1]), scripsit *Storia del Sagrifizio della s. Messa,* ove discorresi in qual lingua, con quali abiti e vasi sagri si celebrasse la Messa al tempo della primitiva Chiesa e di varie Liturgie praticate nell'Oriente, ma specialmente del Rito romano e delle Ceremonie di vari sommi Pontefici introdotte nell'Occidente, Florentiae 1744; Venetiis 1745 in 8. — Hieronymus Crispi Ferrariensis, romanae rotae, cujus decisiones collegit t. 3, auditor, ravennatensis ecclesiae praesul (1720), qua abdicata, Romam se contulit, ubi patriarcha antiochenus renunciatus est, tandem a Benedicto XIV. ecclesiae ferrariensi (1743) praefectus († 1746), disseruit *de mysteriis evangelicae legis* ac sacramenti eucharistiae et missae, Romae 1729 et 1734 in 12. — Franciscus Antonius Vitale elaboravit *Dissertazioni Liturgiche,* Romae 1756 in 4, in quibus disserit 1. de antiquitate, origine et munere patrinorum in sacramento confirmationis; 2. de usu veterum fidelium eucharistiam secum ferendi domum aliisque mittendi; de vario communionis ritu deque eulogiis. — *Ritualis romani documenta de exorcizandis obsessis a daemonio* commentariis ex ss. patribus et ecclesiasticis scriptoribus potissimum depromptis illustravit (Venetiis 1733) Paulus Maria Cardi O. Serv. b. M. V. Natus is est Regii 8. Dec. 1692. Datis jam inter ipsum studium singularis ingenii speciminibus, variis in conventibus sui ordinis theologiam docuit, et ad praecipua ejusdem honorifica munera electus fuit. A Benedicto XIV. honoratus fuit titulo et privilegiis exgeneralis († 14. Febr. 1755). Scripsit etiam adversus Affarosi (cf. p. 1460) negantem s. Prosperum Aquitanum fuisse episcopum regiensem *tre lettere di Ipo-*

[1]) Cf. A. E. lips. 1735 p. 497—99.

[1]) Cf. Zaccaria l. c. IX, 507—10; Fantuzzi I, 280—2. De ejus patre Philippo A. supra egimus p. 1584.

monetico Filopatrido ad Eritimo Proselito, colle quali si dà contezza del critico Scrutinio sopra l'età e la Patria di s. Prospero Vescovo di Reggio inserito nell'opera intitolata: *Monasterii d. Prosperi reg. commentaria* etc.[1]), Venetiis 1747. — Bernardus ab Annunciatione can. reg. later. edidit collectionem *academiae liturgicae pontificiae* exhibentem *lucubrationes* a. 1758—62, Conimbricae 1760—62 v. 5 in 5; *ritus universos hierarchiae ecclesiasticae,* ordinem 1. (et ut videtur unicum) de romano pontifice, ib. 1760 in 4.

765. Hannibal Albanus Urbinas, ex nobilissima patritiorum stirpe progenitus, natus est 15. Aug. 1682. Naturae liberalitate praeclaris ingenii dotibus cumulatus splendido successu studia absolvit, adeo ut patruus suus Clemens XI., qui nullam consanguineitatis rationem in distribuendis muneribus habuit, eum tamen intuitu dotum et meritorum gradatim promoverit, basilicae vaticanae canonicum, protonotarium, legatum apostolicum ad Caesarem constituerit, ac demum urgentibus cardinalibus cardinalem creaverit. A Benedicto XIV. dictus est episcopus portuensis, cum antea esset sabinensis, sed mox decessit 21. Sept. 1751. Edidit praeter ea, quae spectant ad Clementem XI. avunculum suum, ut supra diximus p. 1269; *Memorie concernenti la Città di Urbino,* Romae 1724 (ex t. 3 prodiit tantum primus); *Acta ecclesiae sabiensis* cum appendice antiquarum synodorum et variorum monumentorum, Urbini 1737 in f.; *pontificale romanum* Clementis auctoritate recognitum, Romae 1726 in f. et praesertim *Menologium graecorum* jussu Basilii imp. graece olim editum ... nunc primum graece et latine[2]), Urbini 1727 t. 3 in f. (fr. 200). — Octavius Turchi canonicus Pyranus illustravit *sacramentarium vetus* observationibus et notis, quae habentur apud Mittarelli et Costadoni *annales camald.,* Venetiis 1756 t. 2. append. et Migne patrol. lat. 151, 825 ss.; *de ecclesiae camerinensis pontificibus;* praecedit ejusdem de civitate et ecclesia camerinensi diss., Romae 1762 in 4., opus rarum. — Joannes de Joanne Siculus n. 23. Jun. 1699, a. 22. aetatis jam utriusque legis doctor, canonicus ecclesiae cathedralis panormitanae et seminarii rector, demum monarchiae regiae siculae judex († 8. Jul. 1753), disseruit eruditissime[1]) *de divinis Siculorum officiis,* Panormi 1736, quo in opere exhibentur antiqui ordines pro festo purificationis S. M. V., reconciliationis, diei cinerum, benedictionis palmarum, sabbati sancti, rogationum etc. Edidit *codicem diplomaticum Siciliae,* qui complectitur documenta (329) a primo religionis christianae seculo ad nostram aetatem; subnexae sunt variae diss., ut de primaria institutione ecclesiae siculae; de ecclesiastica politia Siciliae per X priora sec.; de antiqua disciplina ecclesiae siculae in conferendo baptismo, de antiquo patrimonio Ecclesiae romanae in Sicilia; de primariis magistratibus ecclesiasticis Siciliae; de statu ecclesiae siculae sub Saracenorum tyrannide etc., Panormi 1743 t. 1. (et unicus ex 5); *Acta sincera s. Luciae* M. syracusanae ex optimo cod. graeco nunc primum edita, ib. 1758; *La storia de' Seminarj clericali,* Romae 1747 in 4.

---

[1]) Cf. Zeccaria XIV, 323—29.

[2]) Editor tamen dicitur fuisse J. S. Asemani. De op. ipso A. E. lips. 1731 p.

145—148. De ipso Albani cf. plura in contin. H. E. Fleurii l. 240 § 10. 11; de ejusdem ed. orat. consistor. ib. l. 221 § 88; Mazzucchelli I, 270. — Horatius Albani edidit *Bullarum, brevium aliorumque diplomatum basilicae vaticanae collectionem* a Leone M. usque ad Benedictum XIV., Romae 1747—52 t. 3 in f. (m. 50).

[1]) Cf. Zaccaria XI, 387—405.

766. Alexander Lesley S. J. Scotus (n. 1694; † 27. Mart. 1758), patiens antiquitatum omnium investigator, *missale mixtum* secundum regulam b. Isidori dictum *mozarabes* praefatione, notis (exquisitissimis) et appendice ornavit[1]), Romae 1755 t. 2 in 4., in quibus non vulgaris, neque hausta de triviis eruditio cum summa rei liturgicae peritia decertare videntur. — Leodegar Maier O. S. Ben. bibliothecae praefectus et decanus in monasterio murensi in Helvetia reliquit egregiam *explicationem compendiosam* literalem, historicam caeremoniarum ecclesiasticarum, earum praecipue, quae ad s. liturgiam spectant, Tugii 1737; Augustae V. 1743. Continuavit *Annales* monasterii ab Ans. Weisenbach sodali († 1696) ab a. 1027 ad a. 1693 perductos, usque ad a. 1751 t. 2, quae tamen historia mansit inedita. In ordinem redegit archivium descripsitque ordine chronologico plura documentorum millia, quibus replevit 28 vol. spissa. Ea asservantur post nefandam monasterii suppressionem in bibliotheca argoviensi. Obiit[2]) 9. Apr. 1754. — Joannes Baptista Le Mascrier Cadomensis († 16. Jun. 1760) cum Ant. Banier († 2. Nov. 1741) scripsit *Histoire générale des cérémonies,* moeurs et coutumes religieuses du monde avec des explications historiques et des figures, Parisiis 1741 t. 7 in f. — Petrus Paulus Fr. Toussaint de Georges de Cabanis († 3. Jan. 1756) auctum et emendatum edidit *Manuel des cérémonies* collectum ex libris authenticis, Parisiis (Avenione) 1743 t. 2, quod deinde saepissime adhuc prodiit iterum retractatum et auctum, Parisiis 1846 t. 3; 1850; 1858 etc.

767. Denique Petrus Pompilius Rodota[1]), graecae linguae in vaticana bibliotheca professor, scripsit *dell' origine, progresso e stato presente del Rito greco* in Italia osservato dai Greci, monaci Basiliani e Albanesi ll. 3, Romae 1758—60 t. 3 in 4. (m. 36), opus rarum; *in ep. encyclicam* a S. D. N. Benedicto XIV. datam ad omnes episcopos ditionis ecclesiasticae de anno jubilaeo, de cultu templorum, de cantu et musica ecclesiastica, 1749 in 4; *codicem* quoque *ss. evangeliorum et epistolarum,* qui totum fere N. T. complectitur et singulis diebus in graecorum missa legitur, recenti ac literali versione donavit, graecis in ipsa versione codd. usus, qui Venetiis 1728 et 1730 prodierant, eisque non uno in loco castigatis ac menologio et indice adjectis; *Compendio della Storia Universale sacra ecclesiastica e profana:* in cui si contiene la serie di tutt'i Potentati del Mondo colla notizia de'fatti più memorabili in essa succeduti, e degli uomini illustri in Santità, Dottrina e belle Arti di Carlo Delfini Butler de Boursaler accresciuto e continuato sino all' a. 1751, Romae 1751 in f.

---

[1]) Cf. Zaccaria XII, 442—52; Arevalus in Isidorianis p. 3 c. 39; Biogr. univ. XXIV, 296.

[2]) Cf. Kiem Inneres Leben und äussere Thätigkeit der Muriconventualen Stud. u. Mitth. aus dem Ben.-O. VI (1885) p. 2. pag. 138 ss. et ejusdem Gesch. der Benedictinerabtei Muri-Gries II, 226; Scriptores O. S. Ben. qui fuerunt ab a. 1750—1880 in imp. austr. hung. p. 290.

[1]) Ex fratre nepos erat Felicis Samuelis Rodota, de quo apud Zavarroni bibl. cal. p. 193 legimus: „In collegio graeco de Urbe linguae graecae et rhetoricae professor, librorum ecclesiasticorum orientalium revisor et consultor: vaticanae bibliothecae apostolicus scriptor, a Clemente XII. P. M. archiepiscopus berroensis creatus et abbas s. Benedicti ullanensis, primusque pro italo-graecis deputatus episcopus ... vir graece et latine doctissimus ... Hic *formulam synodici sanctae et universalis VII. synodi* ita ut nunc ab orthodoxis graecis recitatur, in latinum vertit edidit-que Venetiis ex Amat. in Pantopol.; *Lectiones* quoque *varias tropariorum triochiae in laudem ss. monachorum* ex duobus codd. vatic. et barberino excerptas latinitate donavit ... Obiit Ullani a. 1740."

768. Scriptoribus *asceticis* praeter plurimos, quos hactenus laudavimus, accenseri possunt Martinus Pallu S. J. Turonensis (n. 1661; † 1742), cujus opuscula ascetica saepe etiam in linguam germanicam versa prodierunt. — Josephus Gallifet S. J. (n. 2. Maj 1663; † 1. Sept. 1749), qui voti obligatione in se suscepta cultui ss. Cordis Jesu totum se addixit et quidquid de eo praeclare dici potest[1]), congessit in l. prius latine, dein gallice editum: *De l' excellence de la dévotion au Coeur adorable de J. C.,* Lugduni 1733 in 4. saepissime editum multasque in linguas versum. Scripsit etiam L' excellence et la pratique de la dévotion à la S. Vierge avec les textes choisis des ss. Peres, qui montrent la tradition de tous les siècles *sur la Dévotion de la Mère de Dieu,* ib. 1750 in 8. — De Emmanuele Ign. de la Reguera S. J. aquilensi (n. 1668; † 1747) philosophiae et theologiae a. 24 professore egimus jam supra III[3], 1216 — Joannes Bapt. Scaramelli S. J. Romanus n. 24. Nov. 1688 annos 30 impendit operibus apostolicis († 11. Junii 1752). Reliquit opera utilissima pro vita ascetica saepe edita: *Discernimento de' spiriti* per il retto regolamento della azioni proprie ad altrui, Venetiis 1753; Romae 1866 ed. 7. *Direttorio Ascetico* in cui s' insegna il modo di condurre le anime per vie ordinarie della grazia alla perfezione cristiana, Venetiis 1758; 1764 t. 2 in 4; 1793; Torino 1865, 1892; varias etiam in linguas versum, latine Brixinae 1764; Lovanii 1748 t. 4 in 12. germanice cur. B. M. Winkler. *Il Direttorio mistico,* Venetiis 1754; 1770; Napoli 1840: 1857 t. 2 in 8; latine Lovanii 1857. *Dottrina di s. Giovanni della Croce,* Lucca 1860. Auctor in sua ascesi est admodum sobrius, solidus et clarus, sed verbosus et in selegendis exemplis ad illustrandam doctrinam minus criticus. — Plurimas pias considerationes et meditationes[1]) reliquit Udalricus Probst S. J. Landsbergensis n. 6. Mart. 1690, a. 18 concionator Augustae († 22. Aug. vel 22. Dec. 1748). — Petrus Wiltz Arlonii n. 1671, a. 30 missionarius, in populi utilitatem reliquit plura (c. 25) opuscula catechetica, ascetica etc. († 8. Apr. 1749). — Bedae Groten OSB. abbatis Brauweilerani († 1756) est *Speculum religiosorum,* Coloniae 1755. — Natali Verano Aubery congr. Miss. (n. 23. Mart. 1719; † 1756) tribuitur *Manuale christianorum,* quod prodiit sine nomine auctoris Parisiis 1754, dein sub ejus nomine in 7 ll. divisum Avenione 1755 in 8. ed. 3, quod laudatur ab unctione; gallice versum prodiit 1861; 1862; 1864. — Aloysius Bellecius S. J. Friburgensis in Brisgovia n. 15. Febr. 1704, philosophiae et theologiae professor, aliquamdiu etiam in India missionarius († 27. Apr. 1752) exhibet stilo nimis florido *Medullam asceseos* seu exercitia spiritualia S. P. Ignatii, Augustae V. 1757 saepissime dein edita, etiam Augustae Taur. 1835; Monasterii W. 1845; 1846 etc.; *Virtutis solidae praecipua impedimenta,* subsidia et incitamenta, Ratisbonae 1755 pp. 3 in 8; Augustae V. 1769; 1793; Gandavi s. a. (c. 1819). — Guilelmi Penketh al. Rivers Lancastrensis, missionarii (n. 1679; † 25. Dec. 1762), *Manuel* complectens varias instructiones prodiit 1782; Liverpool 1799; Londini 1832; 1836 in 8. etc. — Josephi Thaddaei a s. Jo. Bapt. O. Carm. Mediolanensis prioris sui coenobii († 12. Jul. 1743 a. aetatis 90) supersunt *Discorsi sacri,* Cremonae 1697; *Meditazioni,* Mediolani 1723 et aliae ib. 1732; biographiae. — Jo. Mariae Acerbi archipresbyteri haud pauca opuscula ascetica recenset Mazzuchelli — Guil. Rob. de Beaumont Rotomagi

[1]) Cf. Nilles de rationibus festorum ss. Cordis J. et puriss. Cordis M., ed. V. t. 1 p. 480.

[1]) Cf. Sommervogel VI, 1234—40.

parochus († 1761), de quo cf. Feller I, 468.

